XIV.
S.
190
BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XIV
G
19
NAPOLI
Digitized by Google

Digitized by Google

JOANNIS BAPTISTÆ

RIGANTII

COMMENTARIA

IN REGULAS

CONSTITUTIONES

ET ORDINATIONES

CANCELLARIÆ APOSTOLICÆ.

Digitized by Google

JOANNIS BAPTISTÆ

RIGANTII,

COMMENTARIA

IN REGULAS,

CONSTITUTIONES

ET ORDINATIONES

CANCELLARIÆ APOSTOLICÆ;

OPUS POSTHUMUM.

TOMUS PRIMUS

Complectens Regulas Octo.

AD

BENEDICTUM XIV.

PONT. OPT. MAX.



Juxta Exemplar Romæ excuſum,

COLONIÆ ALLOBROGUM,

Apud FRATRES DE TOURNES.

M. DCC. LI.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO XIV.

PONT. OPT. MAX.

NICOLAUS, ET JOANNES BAPTISTA RIGANTII.

COMMENTARIA in ſingulas Apoſtolicæ Cancellariæ Regulas a JOANNE BAPTISTA RIGANTIO Patruo noſtro amantiſſimo, primum quidem florente ætate ſucceſſivis horis ad ſuum privatum commodum planiori ſtylo conſcripta, deinde vero plurimis animadverſionibus, ac notis, & cum aſſiduam patrocinii ſui operam Clientibus in hac alma Urbe tribueret, & cum Auditoris munus per diuturnum tempus in audiendis Cauſis, dijudicandiſque Sacerdotiorum controverſiis ſub claræ mem. Bandino S. R. E. Cardinali Panciatico, tum Apoſtolicæ Datariæ Præfecto, ac Pro-Datario, tum Sacræ Congregationi ejuſdem S. R. E. Cardinalium Sacri Tridentini Concilii Interpretum Præfecto exerceret, aucta, & illuſtrata; cur nos in lucem, quod ille modeſtia ſua neglexerat, edere in præſentia audeamus, aliis potius, quam SANCTITATI TUÆ explicandum eſſet. Tua ſiquidem, BEATISSIME PATER, Tua ſanctiſſima Juſſa devoti exequimur, tuis inviolabilibus mandatis ea, qua decet, veneratione obtemperamus. In illa enim frequentiſſima omnium Ordinum præ lætitia geſtientium gratulatione, quod Te ſacris, prophaniſque doctrinis, ac diſciplinis apprime exultum, eximiis virtutibus cum morum innocentia, ac facilitate conjunctis conſpicuum, exantlatis in hac Romana Curia præclaris laboribus, ſummiſque, maxima cum Nominis tui laude, diu obitis muneribus, inſignem Catholicæ Eccleſiæ ſuæ, ne cogitantem quidem, altiſſimo Providentiæ ſuæ conſilio Omnipotens DEUS dederat ſupremum Paſtorem, Summumque Pontificem, nos quoque venerantes, gratulanteſque & humaniſſime excipere, & inſimul primum omnium de eodem noſtro Patruo, qui quintum jam tum annum deceſſerat, plurimis amantiſſime nobiſcum diſſerere dignatus fuiſti; illius præſertim amicitiam, tuum verbum uſurpamus, recolens, & per diuturnam cum eodem habitam conſuetudinem. Nos ſane tunc temporis

Adoleſcentes mirabamur, quod non ultimæ notæ Præſul, ſapientiſſimus Antiſtes, & Cardinalis ampliſſimus illum, Domo pedes raro efferentem, ſæpenumero convenires, cum eoque pro ſingulari tua humanitate, ac modeſtia, identidem de communibus interioribus litteris, de forenſibus negotiis pertractandis, de publicis, ſacriſque rationibus adminiſtrandis, deque graviſſimis rebus ad laudatam Sacri Tridentini Concilii Congregationem (cujus a Secretis per decem, & ultra annos, veluti extra ordinem Interpretum Princeps audiebas) ſpectantibus, accurate expendendis ageres. Illud certe non eſt prætereundum, quod Vobis una invicem colloquentibus de evecto ad Apoſtolicum Pontificatum Benedicto xiii., quem pro roſtris apud S. Petrum ex Vaticanis Comitiis XIV. proclamatum eſſe rumor erat, Te, cui forte tantam Dignitatem merenti, ille, quemadmodum optabat, ita demandandam, ac BENEDICTUM XIV. appellandum fore præſenſerat, enixe rogavit, ut accurreres, & quod inconſiderate evenerat, opera tua, veluti re ipſa accidit, opportune emendaretur. Utinam, BEATISSIME PATER, Senex ille de meritis tuis tam præclare ſentiens, adhuc ſuperſtes, TE, iiſdem meritis requirentibus, S. Petri Apoſtolorum Principis Succeſſorem, Chriſtique in Terris Vicarium aſpexiſſet! veluti bonus Simeon, benedicens DEUM, exoraſſet, ut tandem dimitteret ſervum ſuum in pace. Porrò de iiſdem COMMENTARIIS, quæ SANCTITATI TUÆ nota erant, ſermonem faciens, pro ea, qua Patruum optimum adhuc proſequeris benignitate, & memoria oblectaris, ut illa publici juris faceremus, imperaſti; nobiſque timentibus, ne editio ejuſmodi, quippe quæ, uti nobis videbatur, omnibus numeris abſoluta non eſſet, conceptam apud pleroſque de Auctore præclaram opinionem aliquo pacto immimueret, animos etiam addidiſti. Primam itaque horum COMMENTARIORUM partem, TE Auctore, & Auſpice, typis editam, tuoque Auguſtiſſimo Nomini inſcriptam ad SANCTITATIS TUÆ Pedes provoluti, tamquam munus Tibi debitum offerimus. Excipe, BEATISSIME PATER, in hoc qualicumque opere veluti redivivum, Tecumque colloquentem tuum Joannem Baptistam, quem tui ſtudioſiſſimum, & obſervantiſſimum ſumma benignitate ſemper proſecutus fuiſti; atque cum illo Nos quoque, qui acceptam a Patruo, injunctamque nobis erga Te obſervantiam, ac veluti hæreditario jure legatam, cuſtodire, & augere ſtuduimus, in tuam Fidem, & Clientelam jam receptos, perenni benignitate, ac paterna tutela complectare, & Apoſtolica Benedictione impertire.

TYPO-

TYPOGRAPHUS
LECTORI BENEVOLO.

CUM Opus in quatuor Tomos diſtributum, quod præclariſſimus in hac Alma Urbe J. C. Joannes Baptiſta Riganti ad privatum ſuum commodum ſuper Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis olim ſcripſerat, è Typis meis in publicam lucem prodire debeat, opportune operæ pretium duxi, Lector ingenue, ut tam de ipſo Auctore, quam de Opere hujuſmodi nonnulla prænotentur. Melphicti, quæ eſt non ignobilis Apuliæ Peucetiæ Civitas Epiſcopali honore inſignita, ille natus anno 1661., & humanioribus litteris excultus, adoleſcens anno Univerſalis Jubilæi 1675. in Urbem venit, ut utrique Juri navaret operam. Ac primum ſub celeberrimis illius temporis Advocatis *N. Butio*, & Joanne Baptiſta *Arrighi*, poſtmodum ſub diſciplina Viri clariſſimi *Jacobi Emerix* Sacræ Rotæ Auditoris tantum profecit, ut eum vix annum agentem vigeſimum ſecundum *Bandinus Panciaticus*, cujus nomen laus eſt, tunc Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium a Secretis, poſtea S. R. E. Cardinalis, etiam ſcientia, & eruditione Juris ampliſſimus, Auditorem ſibi adſciverit. Hoc autem in munere obeundo non exiguam per triginta quinque annos promeruit honeſtatis, diligentiæ, ac doctrinæ laudem, tum cum ille Pro-Datarius eſſet ſub Summis Pontificibus Alexandro VIII., & Innocentio XII., quam ubi Præfectus Sacræ Congregationi S.R.E. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini interpretum ab anno 1701. uſque ad annum 1718., quo honoris muneribus magis, quam ſibi, gloriæque ſuæ vivere deſiit.

Cum itaque in expediendis ex munere ſuo Apoſtolicæ Datariæ negotiis, & cauſis audiendis, dijudicandiſque, conſpiceret multa, & per quam neceſſaria deficere in Auctoribus, qui ſuper Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, quæ præcipuam rei Beneficiariæ materiam continent, ſcripſerant, ad privatam, ut ejus mos erat, commoditatem plurima notatu digna colligere cœpit, quæ poſtmodum in dies auxit, vel cum Patrocinium ſuum Clientibus præſtaret, vel cum ejuſdem Datariæ jura per triginta quatuor fere annos tueretur. Hinc S. R. E. Cardinalis *Sacripantes* ſub Clemente XI. Pro-Datarius, noſcens in eo plurimam Juris Pontificii ſcientiam, ac in materiis præſertim Beneficialibus peritiam longæva praxi, ac jugi ſtudio acquiſitam, eumdem pluries enixe rogavit, ut Commentaria, quæ in præfatas Regulas paraverat, in communem utilitatem ederet, ad quod & Amici, quoad vixit, urgere non deſtiterunt. At ille qui nimia præditus erat, ut omnibus notum eſt, modeſtia, quique ſua, vel parvi facere, vel numquam niſi poſt maturum examen proferre ſolebat, negavit ſe facturum. Serio quippe opinabatur, ea ipſa Commentaria, haud numeris omnibus abſoluta, accuratiori indigere examine, quod ætate jam ingraveſcente, corporiſque infirmi habitudine afflictus, perficere non poterat, quamquam propius ad Regulas ipſas, & abunde, docteque diſſeruiſſet, quod nemo, abſit a verbis invidia, ante ipſum præſtiterat.

TYPOGRAPHUS

Equidem priores Scriptores, qui ſuper Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis ſua edidere Commentaria, *Sotus* nempe, *Gomeſius*, *Mandoſius*, *Gonzalez*, *Kochier*, *Molineus* Auctor damnatæ memoriæ, *Lüetius*, *Peleus*, & *Queſada*, neque Regulas elucidarunt omnes, ſi duos excipias, *Sotum* nempe, & *Kochier*; *Queſada* namque breves, tenueſque notulas ſuper iis exaravit: nec quod Auctor noſter præſtitit, præſtare potuerunt. In plurimis quippe immutatæ ſunt Regulæ, quibus hodie vivimus ab illis ſuper quibus laudati Auctores ſcripſerunt ob non paucas, quæ factæ ſunt a Summis Pontificibus, præſertim Alexandro VII. iiſdem Regulis additiones. Indulta itidem, quibus Apoſtolica Sedes donare ſolet S. R. E. Cardinales pro conferendis Beneficiis eidem Sanctæ Sedi reſervatis, quæque ad rectam Cancellariæ Regularum interpretationem plurimum conferre omnibus notum eſt, ſæpe a Summis Pontificibus, & poſtremo a ſan. mem. Innocentio XI. temperata fuerunt, & magis, quam priſcis temporibus impertiri conſueverant, reſtricta. Quamplurima inſuper poſt Auctores præfatos emanarunt Apoſtolica Indulta, quæ Pontifices Supremis Principibus conceſſere cum facultate nominandi, vel præſentandi ad Eccleſias, & Monaſteria Conſiſtorialia, quorum plenaria diſpoſitio ad Apoſtolicam Sedem ſpectabat, quæ etiam Indulta non exiguam interpretationis Regularum partem ſibi vindicant. Nec illud prætereundum eſt, quod innumeræ propemodum poſt Auctores ipſos exortæ ſunt controverſiæ ſuper recta Concordatorum, quæ inter Nicolaum V. & Nationem Germanicam, inter Leonem X. & Franciſcum I. Galliarum Regem inita fuerunt, interpretatione; nec non ſuper Indulto a Sede Apoſtolica Univerſitati Studiorum Lovanii impertito quoad jus conferendi Beneficia, quæ certis Menſibus in Civitate, Diœceſi, & Patria Leodienſi vacare contigerit, & alia quamplurima.

Hæc igitur omnia ſi novum deſiderabant Auctorem, qui Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas ſic a modernis Pontificibus auctas, & Cardinalium Indultis, Concordatis, Supremorumque Principum Apoſtolicis Privilegiis obvolutas, explanaret, hoc ſane perfecit Auctor, qui ſummo ſtudio quæſtiones omnes ſuper hiſce rebus, & præterito, & præſenti ſeculo diſputatas maturiori ſubjicit examini, aliaſque non adhuc exortas ad trutinam revocat, explanatque. Quotquot propterea Sacrarum Congregationum, ac Congregationis præſertim, quæ Rebus Conſiſtorialibus præpoſita eſt, Decreta emanarunt: Quot Congregationum particularium, quæ de Pontificum mandato cum Doctiſſimorum Virorum interventu habitæ fuerunt, prodiere Reſolutiones, quæque innumeræ profecto ſunt, ad plenam earumdem Regularum explicationem, evolutis etiam M. S., quibus Urbis privatæ Bibliothecæ abundant, pari diligentia collegit, ſuiſque locis opportune diſtribuit.

At vero methodus, quam in ſcribendo ſibi præfixit Auctor noſter, modeſtiam undique redolet, dum quod ex alieno penu deprompſit, ſincere ſuo tribuit Auctori; Non enim ex aliorum labore gloriam, quam, & ſane non vulgarem a ſuo numquam reportare curavit, aucupatur. Nulli in Quæſtionibus explanandis, ac veritate perquirenda moleſtus eſt, niſi ei, qui veritatem ipſam non deſideret, quod facile quiſque noſcet, qui ſerio ejus in diſputationibus rationem, conſiliumque perpenderit. Quibus Auctoris dotibus dicendi ſtylus nec inurbane, nec jejune reſpondet, ea ſi excipiantur vocabula, ſine quibus neque res explicari poſſunt, nec aperte intelligi. Equidem ſi ea jam uſus fori ſua fecit, huic ratio monet ſerviendum eſſe, cum nomina non ſolum ſcientia quælibet, ſed artes tam ingenuæ, quam vulgares, rebus ſuis, in quibus verſantur, imponant, ut facilior fiat ſcientiæ, ſive artis in docendo, agendoque intelligentia.

In

LECTORI BENEVOLO.

In hoc igitur Opere, quod publici juris fit, ea, quæ ab Auctore noſtro exponuntur, ſi tanto ſtudio collecta ſunt, quanto opus erat, ut pro Regularum Dignitate, & Juris Pontificii amplitudine utilia eſſent, neque Auctorem ipſum laboris ſui, neque ipſius Auctoris ex germano fratre filios eorum diligentiæ pœnitebit. Non enim fuerunt invidi, ſi hactenus apud eoſdem delituit tam præclarum Opus, quaſi alieno labore, tamquam proprio, inter domeſticos parietes uti vellent, ſed ſemper veriti ſunt, ne Patrui amantiſſimi voluntas, quæ numquam flecti valuit, ut Commentaria iſthæc publici juris fierent, aliquam ab ipſis pateretur injuriam. Qua vero ratione adducti in præſentiarum Typis mandandum curaverint, in Dedicatoria ad Sanctiſſimum Pontificem BENEDICTUM XIV. Epiſtola, exponunt.

Porro Notæ alio charactere deſignatæ Operi apponuntur, quæ ut plurimum nonnulla ſan. mem. CLEMENTIS XI., & glorioſiſſimi Regnantis PONTIFICIS poſt Auctoris obitum edita, quæ materiam, de qua ipſe diſſeruerat, reſpiciunt, quæ quidem non prætermiſiſſet, ſi adhuc extrema moraretur. Nec aliter ab ipſis Nepotibus faciendum erat, ut in tantum Patruum, quoad hanc partem, quemadmodum, & in cæteris obſequi pergunt, eorum obſervantia eluceret, atque memoriam, quam de ipſo retinent, magis, magiſque teſtarentur, non ſecus atque olim teſtati ſunt Sepulchrali lapide in Templo Sanctæ Mariæ ſuper Minervam ad dexteram Aræ maxime clariſſimo Patruo ibidem condito verbis hiſce ſculpto

D. O. M.

D. O. M.

JOHANNI BAPTISTAE RIGANTI MELPHICTENSI
PER SEXAGINTA ANNOS ROMAE COMMORATO
INTER PRIMOS PONTIFICII ET CAESAREI JURIS PERITOS
SUI TEMPORIS NUMERANDO
AUDITORIS APUD CARDINALEM PANCIATICUM MUNERE
TRIGINTA QUINQUE ANNIS LAUDABILITER FUNCTO
IN TUENDIS APOSTOLICAE SEDIS JURIBUS
OPTIME ET ASSIDUE VERSATO
OMNIBUS EJUS CONSILIA EXPOSCENTIBUS
OB SINGULAREM JURISPRUDENTIAE SCIENTIAM
INTEGERRIMAM VITAM MORUMQUE SUAVITATEM
ACCEPTISSIMO
MORTE SUBLATO XVII. JANUARII
AETATIS SUAE ANNO LXXIV.
NICOLAUS ET JOHANNES BAPTISTA GERMANI FRATRIS FILII
PATRUO AMANTISSIMO AC BENEFICENTISSIMO
MOERENTES PP.
AN. DOM. M. DCCXXXV.

APPRO-

APPROBATIONES CENSORUM.

I.

QUA animi voluptate, Rmo P. Aloyſio Nicolao Ridolfi Palatii Apoſtolici Magiſtro demandante, relegere ſuſceperim *Commentaria, & Adnotationes in Regulas* Apoſtolici *Tabularii*, quas *Cancellariæ* vocant, a præclariſſimo æternæ memoriæ Viro Jo. BAPTISTA RIGANTI elucubratas, illi fas eſt dignoſcere, quem quanta mihi a prima juventute cum Viro, ut inter utriuſque juris, rerumque Eccleſiaſticarum peritos excultiſſimo, ita omnibus Virtutum numeris ornato, interceſſerit neceſſitudo, non lateat. Equidem ſæpiſſime illo, vel legente audivi, vel præbente perlegi ejus Commentaria, quæ ſummis laboribus, & vigiliis collecta, quinquagenario Sacrarum Congregationum, ac Datariæ Apoſtolicæ experimento edoctus, Auctor Sanctæ Sedi addictiſſimus paraverat. Hæc eadem properant nunc lucem adſpicere urgente præſertim feliciter regnante Summo Pontifice BENEDICTO XIV., cujus quemadmodum inſignia merita prima decorantur Sede in Catholica Eccleſia, ita præclari fœtus ingenii in Litteraria Republica ab omnibus celebrantur: Hic enim quum olim Auctorem, litterarum ſtudiis ſibi valide conjunctum, ut ea in lucem ederet, ejus modeſtia reluctante, numquam inducere potuiſſet, ad Summi Pontificatus faſtigium divinitus evectus, Nicolao, & Jo. Baptiſtæ ſuadere non eſt dedignatus, ut Patrui ſcripta, typis mandari curarent, quæ, & Apoſtolicæ Sedi munimen, & Pontificum, ac Conciliorum de re Beneficiaria decretis maximum lumen forent allatura, obtemperare non detractarunt Nepotes Patruo digni Clementiſſimo, ac beneficentiſſimo Principi, cui tenebuntur grates rependere, quotquot ex hujuſcemodi Opere aliquam captabunt utilitatem: Quia autem non teneatur Principis ſollicitudini, qui nedum erudita multiplici ſuppellectile Eccleſiam locupletare ſatagit, verum etiam Doctiſſimorum Ævi noſtri Virorum poſthumas Elucubrationes, inter graviſſimas Summi Apoſtolatus curas, ut prælo tradantur impellere non prætermittit? Prodeat igitur Opus non cenſura, ſed Commendatione digniſſimum, ut in ea de qua agit materia publicæ utilitati uberius conſulatur.

Datum ex Ædibus Datariæ Apoſtolicæ Idibus Decembris anni 1744.

X. Juſtinianus SS. D. N. PP. Sub-Datarius, Prælatus Domeſticus, ac Signaturæ Gratiæ Votans.

I I.

DE mandato Rmi P. Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri *Commentaria in ſingulas Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas* a clariſſimo Viro Jo. BAPTISTA RIGANTI in hac Romana Curia, dum viveret, magni nominis Juriſconſulto, conſcripta, ingenti cum animi voluptate perlegi. Hujuſmodi autem Commentaria, & ſi tanquam in lucem nunquam proditura ſibi dumtaxat paraverat Auctor, non ſine laude propter ſingularem modeſtiam, & omnigenam eruditionem nominandus, jamdiu tamen expectata, digna exiſtimo, ut per Typorum Artem, quemadmodum de tanto Patruo meritiſſimi Nepotes Supremis juſſibus obtemperantes præſtant, in omnium, ac præſertim eorum, qui Advocatorum munere funguntur, manus deveniant. In iis enim nihil aut Orthodoxæ Fidei, aut bonis moribus, aut Sacris Canonibus, & Apoſtolicæ Sedis Juribus contrarium continetur, ſed omnes, & ſingulæ Regulæ tanta profunditate, Doctrina, claritate, & eruditione illuſtrantur, omneſque quæſtiones, & quæ deſuper emerſerunt, & quæ deinceps emergere poſſunt, quamvis involutæ, & impeditiſſimæ, adeo feliciter, & per ſolida principia digeruntur, dilucidantur, ac reſolvuntur, ut nullum aliud mihi ſuperſit judicium, quam Opus hujuſmodi fore nimirum in poſterum firmum, tutiſſimumque in recta earumdem Regularum intelligentia cognoſcenda, & dijudicanda, ſpecimen, & exemplar.

Datum Romæ &c. hac die 17. Decembris 1744.

Nicolaus Cuccovillus in Romana Curia Advocatus.

III.

PRæclariſſimi J. C. Johannis Baptiſtæ Riganti recolendæ in ævum memoriæ celeberrima, & luculentiſſima ad cunctas Apoſtolicæ Cancellariæ REGULAS COMMENTARIA diu exoptata, & pro ſingulari Auctoris modeſtia hactenus non edita, cum modo publici juris fiant per doctos, & illuſtres Germani Fratris Filios, Nicolaum, & Johannem Baptiſtam, qui litteris, & virtutibus Patruum æmulati, univerſæ Romanæ Curiæ plauſum promeriti ſunt, qua ego animi voluptate perlegerim, vix eſt, quod exprimam. De ſolertia, doctrina, gravitate, & maturitate, qua congeſtum eſt integrum Opus, ac de pergrandi utilitate, quam litteraria ex eo ſentiet Reſpub. tam ob rei Beneficiariæ quæſtiones ſolide agitatas, ac ſapienter reſolutas, quam ob tot controverſiarum deciſiones provide adductas, quarum certe memoria temporis lapſu non ſine præjudicio, ac detrimento delituiſſet, plura quidem dicenda occurrerent: At ne nimium erga tanti Viri ſcripta, quem ſemper uti Præceptorem, & Magiſtrum colui, ac utiliter expertus fui, videar propenſus; illud tantum dicam, nihil inibi, quod Catholicæ Fidei, aut bonis moribus contrarium ſit, ineſſe: quamobrem, ut ad publicum commodum typis prodeant, digna exiſtimo, ſi Superioribus, ad quos pertinet, ita viſum fuerit: Romæ Idibus Decembris 1744.

Dominicus Spinelli in Romana Curia, & in Sac. Rota Cauſarum Patronus.

I M P R I M A T U R,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſt.

F. M. de Rubeis Archiepiſcopus Tarſen. Viceſgerens.

I M P R I M A T U R

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ordinis Prædicatorum, Sac. Palatii Apoſt. Magiſt.

JOAN-

JO. BAPTISTÆ
RIGANTII
COMMENTARIA
IN REGULAS, ORDINATIONES,
ET CONSTITUTIONES CANCELLARIÆ APOSTOLICÆ.

PROŒMIUM
REGULARUM CANCELLARIÆ.

SANCTISSIMUS in Chriſto Pater, & Dominus Noſter, Dominus Clemens Divina providentia Papa XII. ſuorum Prædeceſſorum veſtigiis inhærendo, normam, & ordinem rebus gerendis dare volens, in craſtinum ſuæ Aſſumtionis ad ſummi Apoſtolatus apicem, videlicet, die XIII. Menſis Julii anno ab Incarnatione Domini milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo, Reſervationes, Conſtitutiones, & Regulas infraſcriptas fecit, quas etiam ex tunc, licet nondum publicatas, & ſuo tempore duraturas obſervari voluit, ac quas Nos Petrus Sancti Laurentii in Damaſo Cardinalis Otthobonus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarius die XXIV. Menſis Julii in Cancellaria Apoſtolica publicari fecimus.

ARGUMENTUM.

Regulæ Cancellariæ quando habuerint originem, & quomodo in principio cujuſlibet Pontificatus renoventur. Laudatur Smus D. N. Clemens XII. feliciter regnans. Regulæ habent vim legis; & an reputentur plures leges, vel potiùs una lex, & plures paragraphi. Decretum irritans appoſitum in ultima Regula reſervatoria, trahitur ad omnes alias. A quo tempore Regulæ ligent: in quibus Regionibus ſerventur: quamdiù durent: & an, Sede vacante, ſortiantur effectum. Concordata Germaniæ, in ea parte, quæ reſpicit partitionem Menſium inter Sedem Apoſtolicam, & Ordinarios, morte Pontificis non extinguuntur. Agitur de munere Datarii, quod morte Pontificis omninò expirat, itaut nec Tranſitu npetis materiarum, quæ vivente Pontifice

expeditæ fuerunt, Datarius, poſt illius obitum, ſubſcribere poſſit; & exhibetur Elenchus Datariorum, qui extiterunt a tempore Martini V. uſque ad præſens.

SUMMARIUM.

1 Regulæ Cancellariæ ſub Pontificatu Joannis XXII. initium habuerunt.

2 Cancellaria Apoſtolica unà cum ſuis Officialibus aderat longe ante Joannem XXII.

3 Cancellariæ negocia antiquitus per certas Regulas, non tamen ſcriptas, ſed oretenus communicatas explebantur.

Et quales erant iſtæ Regulæ num. 7.

4 Nicolaus V. aliique Succeſſores Pontifices, Regulas in eam, qua modo utimur, formam, redegerunt.

5 Laudatur R. P. D. Calcagninus Sac. Rotæ Auditor.

6 Reprobantur Gomeſ. & Piton. exiſtimantes, ante Joannem XXII. extitiſſe Regulas reſervatorias, prout hodie ſunt in uſu.

8 Regulæ Joannis XXIII. & Martini V. ubinam impreſſa reperiuntur?

9 Regulæ Cancellariæ, quæ vocantur judiciales, a Nicolao V. & ſucceſſoribus Pontificibus, cæteris Regulis additæ fuerunt.

10 Sed nonnullæ, etiam ex iis, aderant temporibus Joannis XXIII. & Martini V.

11 Ante Joannem XXII. unica tantum aderat reſervatio inducta ex vacatione apud Sedem, quam ipſe ampliavit, & declaravit.

Cæteras Reſervationes, partim ipſe, partim ſucceſſores Pontifices induxerunt. nu. 13. & 16. & rejiciuntur qui exiſtimant, Reſervationes omnes generales ſub Joanne XXII. originem habuiſſe num. 15.

12 Reſervationes contentæ in Extravag. ad Regimen edita à Benedicto XII. ſunt quaſi rudimenta Regularum Cancellariæ.

14 Reſervationes generales, non a ſtylo, ſed a Pontificum Conſtitutionibus inducuntur.

17 Prætores initio anni edicere publicè ſolebant, quo jure utendum eis eſſet in exercenda ſua poteſtate.

18 Regulæ Cancellariæ a quolibet Pontifice, vel in nihilo, vel pauciſſimis in rebus ab antiquis immutatæ, Pontificatus initio renovari ſolent. & num. 20. & 130.

19 Et Prætorum Edictis ſimiles eſſe videntur. & numer. 27.

21 Exarantur maxima cura, ac diligentia; Et de Perſonis, quæ in earum confectione intervenire ſolent.

22 Laudatur Sanctiſſimus D. N. Clemens XII.

23 Nec non Eminentiſſimus, & Reverendiſſ. D. Cardinalis Corſinus ejus Germani fratris filius.

24 In Regulis Cancellariæ, nil ſuperfluum, nec ullus error reperitur.

25 Earumque nulla remanet otioſa, & ſine effectu.

26 Habent vim legis.

28 Regulæ Reſervatoriæ ſeparatas leges conſtituunt, nec pro una lege reputantur. Et de ratione.

29 Contrarium, quod omnes Regulæ habeantur pro una lege, & earum quælibet reputetur unus Paragraphus ejuſdem legis.

30 Sed fœdere diſtinctionis diſſentientes opiniones conciliantur.

31 Decretum irritans ultimæ Regulæ reſervatoriæ adjectum afficit etiam Regulas antecedentes, & num. 33.

Limita in Decreto irritanti poſito in Regula 9. quod ad Regulas antecedentes non refertur, & de ratione. n. 35.

Sed a tempore Alexandri VII. ad difficultatem omnem tollendam, Decretum irritans in omnibus Regulis Reſervatoriis apponi conſuevit. numer. 36.

34 Affectio ob appoſitionem Manus Papæ, virtualiter continet Decretum irritans.

37 Regulæ Cancellariæ a quo tempore ligare incipiant, valde controverſum inter DD.

38 Ligant a craſtina die poſt Pontificis aſſumtionem, licet nondum publicatæ.

Et Beneficium vacans in ipſamet die craſtina Aſſumptionis, Cancellariæ Regulis ſubjacet. num. 40.

39 Publicatio Regularum ad quem effectum fieri ſoleat.

41 Quod Regulæ, etiam non publicatæ ligent, intelligitur ad effectum nullitatis actus in contrarium geſti, ſecus quoad pœnas, in quas nonniſi poſt publicationem incurritur.

42 Sufficit tamen, quod publicentur in Curia, ad effectum, ut quoad pœnas, ligent etiam extra Curiam a die veroſimilis notitiæ publicationis.

43 Publicatio Regularum fit a Vice-Cancellario; & eo deficiente, a Cardinali Decano, vel à Regente Cancellariæ.

44 In earum publicatione ſpecificari conſuevit dies craſtina aſſumtionis, ea ſcilicet, quæ aſſumtionem ipſam ſequitur.

45 In Regulis Sixti IV. ſpecificata fuit dies ipſa electionis.

Sed veriùs contrarium, quod ſpecificata fuerit dies ſubſequens electionem num. 47.

46 Laudatur Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Cardinalis Petra.

48 In Regulis Benedicti XIII. ſpecificata fuit dies ipſa electionis, nec ullus irrepſit error, & quare. num. 49.

50 Adrianus VI. tempore electionis ſuæ in Hiſpaniis degens, Regulas publicari fecit in Eccleſia Cæſarauguſtana, eaſque obſervari mandavit a die habitæ notitiæ ſuæ electionis.

Et in ejus acceſſu ad Urbem fuerunt Regulæ præfatæ abſque nova publicatione in Cancellaria regiſtratæ.

51 Clemens VII. Adriani Regulas a craſtina die Coronationis ejuſdem Adriani, non autem a die habitæ notitiæ electionis, ligare cœpiſſe, decrevit.

52 Regulæ Cancellariæ ſervantur in Italia, Inſuliſque adjacentibus, & in Dalmatia.

53 In Regnis Hiſpaniarum, in Luſitania, & in Polonia.

54 Non habent locum in ea parte Galliæ, quæ vocatur, Patria reducta, exceptis nonnullis Regulis, quæ recenſentur.

55 Vigent tamen in alia parte, quæ Patria obedientiæ, nuncupatur.

Et quænam Galliæ Regiones, Patria reducta, quænam, Patria obedientiæ, vocantur? dictis n. 54. & 55.

56 Servantur quoque Regulæ Cancellariæ in Regionibus de la Breſſe, Bugey, Valromay, & Gex, Regibus Chriſtianiſſimis à Duce Sabaudiæ ceſſis.

57 Item in Comitatu Roſſilionis, vicinisque Ditionibus a Ludovico XIV. Galliarum Rege acquiſitis.

58 Nec non in Belgio.

59 *in Comitatu Burgundiæ.*

60 *ed Regulis non ſubjacent Beneficia in* Meten. Tullen. &c. Virdunen. *Civitatibus, & Territoriis exiſtentia, ad quæ vigore Indulti Apoſtolici nominat Rex Chriſtianiſſimus.*

61 *In Germania, non Regulæ Cancellariæ, ſed Concordata ſervantur.*

62 *Intellige, ut non ſerventur Regulæ illæ, quæ ſunt Concordatis contrariæ: ſecus aliæ, quæ Concordata non deſtruunt; & quænam iſta ſint?*

63 *Maxime ſi declaratoriæ ſint* Extravag. ad Regimen *in Concordatis expreſſe præſervatæ.*

64 *In Hungaria, an ſerventur Regulæ Cancellariæ?*

65 *Concordata Germaniæ non comprehendunt Regnum Hungariæ.*

66 *Regulæ Cancellariæ vigent vivente Papa earum conditore, & cum ejus morte expirant.* & n. 85. ac 122.

67 *Et ob id, Sede Apoſtolica vacante, Ordinarii in omnibus Menſibus Beneficia conferre poſſunt.* & n. 122.

68 *Amplia, ut etiam Patroni Eccleſiaſtici valeant dicto tempore in omnibus Menſibus præſentare.*

69 *Poſſunt Ordinarii Beneficia illa conferre, quæ in Menſe alias reſervato, vacant intermedio tempore ab aſſumtione Pontificis, uſque ad editionem Regularum.*

70 *Limita, ſi Papa noviter electus, contrarium poſtea declaret*

Sed quomodo limitatio iſta intelligenda ſit? n. 71.

72 *Regulæ Cancellariæ expirant, etiam per renunciationem Papatus factam.*

73 *Concluſio, quod per mortem Papæ ceſſent Regulæ Cancellariæ, non procedit in illis Regulis, ſuper quibus emanarunt Conſtitutiones Pontificiæ,* & n. 117.

Hinc Regula 32. de Conſenſu a Cardinalibus præſtando &c. *ſuper qua emanarunt Conſtitutiones Gregorii XIV. & Pauli V. eſt perpetua, & viget etiam Sede Apoſtolica vacante.* & n. 74. & 119.

75 *Item ſolum procedit quoad reſervationes ratione Menſium, ſecus in aliis inductis ratione Perſonæ, Beneficii, ſeu alio modo ratione Rei.* & num. 78.

76 *Aſſignatur diſcriminis ratio.*

77 *Proviſus ab Ordinario, Sede Apoſtolica vacante, de Dignitate majori in Cathedrali, vel Principali in Collegiata, an teneatur fructus perceptos reſtituere.*

79 *Privilegia revocata, extincta remanent ab eo momento, quo Princeps illa revocat, nec amplius reviviſcunt, niſi convalidentur.*

80 *Concordata Germaniæ in ea parte, quæ reſpicit partitionem Menſium inter Pontificem, & Ordinarios, expirant. Sede Apoſtolica vacante, & omnes Menſes Ordinarii remanent.*

81 *Sunt Concordata, quoad dictam Menſium partitionem, ſubrogata in locum Regulæ IX.*

82 *Subrogatum ſapit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur.*

83 *Concordata ſunt Nationi Germaniæ favorabilia; & in dubio ejus favore contra Pontificem interpretanda.*

84 *Non cenſetur, Papam per Concordata plus detrahere voluiſſe Ordinariis Germaniæ, quam detrahere conſuevit aliarum Provinciarum Ordinariis.*

86 *Quod alicujus favore introductum eſt, in ejus odium retorqueri non debet.*

87 *Ordinarii Germaniæ, ſicuti cæteri aliarum Provinciarum, in omnibus Menſibus conferre poſſunt Beneficia in eorum manibus dimiſſa, tanquam exempta a reſervatione Regulæ IX.* & n. 125.

88 *In Concordatis fuerunt Pontifici aſſignati ſex Menſes, eo modo, quo ex illius parte prius erant in uſu, ſcilicet Sede plena.*

89 *Collatio Beneficiorum vacantium tempore viduitatis Sedis Apoſtolicæ non fuit in Concordatis deducta in pactum, ſed relicta ſub diſpoſitione Juris.*

90 *Beneficia, de jure communi, in quibuſcunque Menſibus vacent, ſpectant ad Ordinariorum collationem.*

91 *Concordata eſſe pacta, & Conventiones, quæ Pontificis morte non extinguuntur, quomodo intelligendum ſit?*

92 *Actus non operatur ultra Agentium intentionem.*

93 *Proponitur ſententia contraria priori, de qua ſupra* num. 80. *quod per obitum Pontificis non ceſſet reſervatio Menſium in Concordatis ſtabilita.*

Sententia hæc eſt in praxi receptiſſima, & enumerantur Doctores, etiam Germani, qui eam ſequuntur. n. 109. & 110.

94 *Concordata, qua ratione inita fuerunt inter Sedem Apoſtolicam, & Nationem Germanicam.*

95 *Pacta, præcipue pro bono pacis, & quietis inita, perpetuo durant, nec morte unius ex paciſcentibus extinguuntur.*

96 *Reſervatio ex variatione apud Sedem eſt perpetua, nec Pontificis morte ceſſat.*

97 *Concordata, reſervando Pontifici Beneficia vacantia in ſex Menſibus, nullam faciunt diſtinctionem inter vacantia, Sede Apoſtolica plena, & tempore illius viduitatis.*

98 *Beneficia vacantia per promotionem ad Eccleſias Epiſcopales, ſunt Apoſtolicæ Sedi reſervata, etiam vigore Concordatorum, ſive promotio immediate fiat a Papa, ſive ab Inferiori ex ejus delegatione.*

99 *Terminus trium Menſium Pontifici aſſignatus in Concordatis ad conferendum Beneficia in ſuis Menſibus vacantia, juxta nonnullorum minus veram ſententiam, currit, etiam Sede Apoſtolica vacante.*

100 *Si Apoſtolica Sede vacante ceſſaret reſervatio Menſium, Concordata nimium in Sedis Apoſtolicæ præjudicium claudicarent.*

101 *Beneficia Germaniæ vacantia Sede Epiſcopali, vel Prælatura vacante, non ſunt reſervata vigore Regulæ II. Cancellariæ, ſed eorum diſpoſitio Succeſſoribus relinquitur.*

102 *Dignitas major poſt Pontificalem, vel Principalis in Collegiata Germaniæ, eſt Pontifici vigore etiam Concordatorum reſervata, tametſi vacet, Apoſtolica Sede vacante.*

103 *Una, eademque determinatio plura reſpiciens determinabilia, æque omnia determinare debet.*

104 *Concordata inita fuerunt cum Natione Germanica, non ſolum nomine Pontificis, ſed æque etiam principaliter nomine Romanæ Eccleſiæ. Et Beneficia in ſex Menſibus vacantia, non Pontificis, ſed Apoſtolicæ Sedis diſpoſitioni, reſervata fuerunt.* & n. 126.

105 *Sedes Apoſtolica ſemper vivit, nec una cum Pontifice moritur.*

106 *Beneficia Provinciæ* Britanniæ *vacantia tempore viduitatis Sedis Apoſtolicæ in octo Menſibus eidem Sedi reſervatis, ſpectant ad novi Pontificis diſpoſitionem.* Et de ratione.

107 *Beneficiorum collatio eſt in fructu Prælaturæ, qui Succeſſori reſervari debet.*

108 *Reſervationes inductæ* per Extravag. Execrabilis, & Extravag. Piæ Sollicitudinis, de Præb. *ſunt perpetuæ, nec morte Papæ expirant.*

111 *Improbatur auctoritas* P. Engel, *aliorumque DD. Germanorum, qui plus æquo nonnullis Germaniæ Prælatis blandientes, in præjudicium jurium Sedis Apoſtolicæ ſcripſerunt.*

112 *Partitio Menſium in Concordatis inita inter Sedem Apoſtolicam, & ordinarios Germaniæ, ſubrogata non fuit in locum* Regulæ 9.

Sed Concordata quoad hujuſmodi partitionem, novam legem induxerunt, diverſam a deſcripta in Regula 9. n. 116. & 126.

113 *Regulam IX. primus edidit Nicolaus V. ſed quo tempore, incertum; eamque inter Cancellariæ Regulas, quemadmodum alii fecerunt Succeſſores, non inſeruit.*

114 *Recenſentur differentiæ, quæ vigent inter Concordata, & Regulam 9.*

115 *Subrogatio non fit reſpectu rei diverſæ omnino natura, & qualitate.*

118 *Juris communis diſpoſitio, ſi in Statutum redigatur, abrogato, ſeu modificato Jure communi, non cenſetur abrogatum, ſeu modificatum jus ipſum in Statuto diſpoſitum.*

120 *In Gallia nonnullæ Cancellariæ Regulæ ſunt regiſtratæ in Parlamento, & effectæ leges Regni, nec per Pontificis obitum expirant.*

121 *Recenſentur quamplures ſingulares Gratiæ, quæ per Concordata indulta fuerunt Germaniæ Ordinariis.*

123 *Reſervatio Menſium vigore Concordatorum eſt realis, Beneficia ipſa afficiens.*

124 *Favor Concordatorum Germaniæ non adeo eſt ampliandus, ut rationem vincat, Concordatis ipſis vim inferat, & Concedentis mentem lædat.*

127 *Ante Concordata, nulla aderat partitio Menſium inter Sedem Apoſtolicam, & Ordinarios Germaniæ.*

128 *Reſervatio Menſium, Sede Apoſtolica vacante, licet in pactum deducta non fuerit in Concordatis, eſt tamen neceſſaria ſequela ejus, quod in Concordatis ipſis ſtabilitum fuit.*

129 *Parochiales Eccleſiæ in Germania vacantes tempore viduitatis Sedis Apoſtolicæ, in quibuſcunque menſibus vacent, ſunt exemptæ a reſervatione, & poſſunt ab Ordinariis provideri.*

131 *Regulis Cancellariæ, an derogatum cenſeatur per clauſulas,* non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis &c. *Remiſſive.*

132 *De origine muneris Datarii, ejuſque Dignitate, & præeminentia. Remiſſive.*

133 *Spatio* 85. *annorum, novem ex S. Rotæ Auditoribus, quorum nomina recenſentur, Dataria Apoſtolicæ præfecti fuerunt.*

134 *Sex Pontifices à Gregorio XV. uſque ad Clementem X. Datarios a Tribunali Rotæ ſelegerunt.*

135 *Ab anno* 1471. *uſque ad annum* 1732. *triginta quinque S. R. E. Cardinales, Datarii munus exercuerunt.*

Et ex his, tres poſtea ad Pontificatus apicem evecti. ibidem.

136 *Datarii officium per obitum Pontificis omnino expirat.*

137 *Datarius, an poſt Pontificis mortem ſubſcribere poſſit Tranſumptis materiarum, quæ eo vivente expeditæ fuerunt, quæque expediendæ ſuperſunt in duabus Cancellariis haberi ſtatis poſt mortem Papæ?*

Et quid pluries practicatum fuit? & num. 39.

138 *Datarius ſubſcribere nequit poſt mortem Pontificis Bullis, quibus ſubſcribere ſolet loco Secretariorum ſuppreſſorum,* & quare?

140 *Exhibetur Elenchus Datariorum omnium, qui extiterunt a tempore Martini V. uſque ad annum* 1732.

Adduntur alii ſub feliciſſimo Sanctiſſimi D. N. Benedicti XIV. *Pontificatu.*

COmmentaria in Regulas Cancellariæ ſcripturus,
operæ pretium me facturum exiſtimo, ſi ab
earum origine ſermonem exordiar. Sub Pontifice
Joanne XXII. qui Avenione reſidens, ab anno
1316. uſque ad annum 1334. Pontificatum tenuit, 1
ſcriptas primum fuiſſe, vulgataſque Cancellariæ Re-
gulas, ſatis conſtat. Quamvis enim de Cancellaria 2
Apoſtolica (nempe de loco, in quo Litteræ gratiæ,
& juſtitiæ expediebantur) meminerint Summi Pon-
tifices, *Lucius III. & Innocentius* itidem III. *in cap.
Ad hæc, & ſeq. de Reſcript. & cap. Porrecta, de
confirmat. Util. cap. Unic. ut Eccleſ. Benefic. &c. cap.
4. de Crimin. falſ.* & quamvis ſub Vice-Cancella-
rio Officiales Cancellariæ etiam adeſſent, præſer-
tim Scriptores, de quibus idem *Innocentius* in *cap.
Cum Dilectus, de Cler. non reſid. & cap. Dum, de
Crimin. falſ.* & utrobique *Gonzalez*, ac etiam Ab-
breviatores, & Regiſtrum, ut in *Extravag. Joann.
Cum ad Sacroſanctæ, de Sent. Excommunicat.* At-
tamen, non Regulis ſcriptis, ſed ſolo ſtylo, & vi- 3
væ vocis oraculo, expediebantur negocia. Succeſ-
ſores vero Pontifices, præcipue *Nicolaus V.* aliique, 4
in hanc, qua hodie utimur formam, Regulas rede-
gerunt. *Gomeſ. ad Regul. Canc. Quaſt.* 1. *in princip.
& in §. final. incipiente Redeamus. Queſad. in eaſd.
Regul. in Proœm. verſ. ſuorum Prædeceſſorum. Re-
buff. ibidem verb. Conſtitutiones in fine. Burſat. conſ.*
126. *num.* 94. *Germon. de Indult. Cardinal. §. per
quæ ſublatis num.* 30. & 31. *Barboſ. de Offic. & Po-
teſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 57. *num.* 59. *Murg. de
Benefic. Quaſt.* 3. *num.* 295. *Thomaſſin. de Benefic.
tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 2. *Cohell. Notit. Cardi-
nal. cap.* 17. *§. fundamentum. pag. mihi* 169. *Peleus
in Regul. Cancellar. cap.* 29. *pag. mihi* 56. *Rot. in
Parmen. Beneficii* 28. *Januarii* 1701. *§. Quoniam
coram cl. mem. Card. Scotto impreſſ. penes Piton. Di-
ſceptat. Eccleſiaſt.* 25. *pag.* 425. Et longe poſt hæc
ſcripta, *in Colonien. Præpoſitura* 17. *Januarii* 1729.
*§. Hoc tamen. in fine, & §. ſeq. cor. R. P. D. Cal- 5
cagnino* Juriſprudentiæ, & integritatis laude conſpi-
cuo.

Sed quod diximus, adfuiſſe etiam ante *Joannem
XXII.* Cancellariæ Regulas, ſed nondum ſcriptas,
non ita accipiendum eſt, ut credatur, extitiſſe om-
nes Regulas (præcipue Reſervatorias) quales ho- 6
die ſunt in uſu, ut ex *Gomeſ.* ſenſiſſe videtur *Piton.
Diſcept.* 25. *ſub n.* 14. Siquidem diſtinguendæ ſunt
tres claſſes Regularum Cancellariæ.

Prima eſt illarum, quæ Litterarum Apoſtolica- 7
rum expeditiones concernunt, & quibus inſtruun-
tur Officiales de Litteris præfatis expediendis. Hæ
Regulæ, quamvis non ſcriptæ, aderant ante *Joan-
nem XXII.* Cum enim Expectativæ, Mandata de
providendo, & aliæ gratiæ tunc temporis expedi-
rentur, aderat certus ſtylus, & oretenus certæ Re-
gulæ circumferebantur, quibus, in expediendis Lit-
teris Apoſtolicis, Officiales utebantur. Nec alia de
cauſa ab initio Regulæ Cancellariæ ſcriptæ fuerunt,
quam pro faciliori inſtructione Officialium, Litte-
rarum expeditionibus operam ſuam præſtantium.
Gomeſ.

Gomeſ. in Regul. Cancell. Quæſt. 1. *§. final. & quæſt.* 2.
§. ſuadetur , *Rebuff. in Regul.* 1. *§. Et Conſtitutiones in fine*, *Cohell. Notit. Cardinal. cap.* 22. *pag.
mihi* 214. Et antiquorum Pontificum Regulæ, nil
aliud fere, quam Expectativarum ordinationes con-
8 tinebant. *Gomeſ. de Expectat. num.* 7. Quod patet
etiam ex Regulis *Joannis XXIII.* & *Martini V.*
quæ ſunt antiquiores, quas vidiſſe mihi contigit,
quæque impreſſæ leguntur penes *Hermannum Vonderhardt in Hiſtor. Concilii Conſtant. tom.* 1. *p.* 2.
pag. mihi 954. & 964. *à tergo.*

Secunda claſſis eſt Regularum, quæ vocantur *Ju-
9 diciales*, de quibus agetur in *Comment. in Regul.*28.
Has a *Nicolao V.* additas fuiſſe, refert *Gomeſ. in
10 Regul. Cancel. Quæſt.* 2. Quamquam in dictis Re-
gulis *Joannis*, & *Martini*, extent nonnulæ ad rem
judiciariam pertinentes.

Tertia Regularum claſſis amplectitur reſervatio-
11 nes generales. Ante *Joannem XXII.* unica tantum
aderat reſervatio ex capite *vacationis apud Sedem*,
pro qua ſpeciali Regula opus non erat, cum in
corpus Juris communis redacta eſſet. *Cap.* 2. 3. *&*
34. *de Præben. in* 6. Promulgavit deinde *Joannes*
præfatus *Extravag. Ex debito*, *de Elect.* declaratio-
nes plurimas, & ampliationes fecit circa Beneficia
vacantia apud Sedem, & alias induxit reſervatio-
nes, de quibus infra ſuis locis agemus, & adno-
tavit *Burſat. Conſ.* 126. *num.* 93. ſed non omnium
reſervationum Auctor fuit. Rurſus, illius ſucceſſor
12 *Benedictus XII.* reſervationes fecit alias in *Extra-
vag. ad Regimen*, *de Præben.* quæ ſunt quaſi rudi-
menta Regularum Cancellariæ, ut inquit *Thomaſſin.
de Benefic. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 2. & alii
Pontifices alias addidere Regulas, & reſervationes,
ut in ſuis locis obſervabimus. Adeoque concluden-
13 dum erit, ante *Joannem XXII.* unicam fuiſſe re-
ſervationem generalem; aliquas ab ipſo additas,
reliquas a Succeſſoribus, variis, & diverſis tempo-
ribus inductas fuiſſe: Ac ſtylum illum, de quo lo-
quuntur *Gomeſ. & Piton.* reſpicere expeditionem
Litterarum ſuper materiis, & rebus, quæ tunc in
uſu erant. Cum cæteroquin reſervationes genera-
14 les non ex ſtylu, ſed ex Pontificum Conſtitutio-
nibus inducantur, prout ſuper reſervatione ob vaca-
tionem *apud Sedem* Conſtitutionem generalem e-
dere neceſſe fuit, ut in *dict. cap.* 2. *de Præben.
in* 6.

Ex quibus profluit, non poſſe indiſtincte affirma-
15 ri, quod reſervationes omnes generales originem
habuerint ſub Joanne XXII. anno 1316. ut dixit
Rot. deciſ. 359. *num.* 2. *part.* 4. *diverſ. & in Nova-
rien. Canonicatus* 1. *Decemb.* 1690. *§. & qua in con-
trarium cor. Manuel. & in Tiraſonen. Prioratus* 19.
Novembris 1691. *§. nec ad deſtruendam cor. b. m.
Molines* inter impreſſ. *deciſ.* 180. *& in dicta Par-
men. Beneficii penes Piton. diſcept.*125. *pag.* 425. *§.
Quoniam.* Nec pariter quod cœperint anno 1322. vel
1305. ut voluit *Simonet. de Reſervation. Quæſtion.*
1. *n.* 2. vel demum circa annum 1330. ut ſcripſit
Card. de Luc. de Benefic. diſc. 1. *n.* 23. Sed ſingulæ
16 Regulæ, & reſervationes diſtinguendæ ſunt, & u-
nicuique Auctor diverſus, diverſumque tempus aſ-
ſignandum erit, ut in earum Commentariis oſten-
detur. Et in terminis Regulæ IX. advertit *Rot. in
dicta Parmen. Beneficii §. Quoniam.*

17 Prætores initio anni publice edicere ſolebant, quo
jure ſibi in exercenda ſua poteſtate utendum eſſet.
Edicta hæc intra annum terminabantur; & licet
quot annis alia, atque alia proponerentur, in pau-
18 cis erant diſſimilia; quemadmodum hodiernas Re-
gulas Cancellariæ, pauciſſimis in rebus immutatas,
a ſingulis Romanis Pontificibus proponi videmus:

quas quidem Regulas Edictis hiſce ſimiles eſſe, 19
obſervavit *Franc. Florenſ. ad tit. de Reſervat. in prin-
cip. Vizzan. de Mandat. Princip. in Prolegom. num.*
7. *Gravina de ortu, & progreſ. Jur. Civil. pag. mi-
hi* 81. ubi explicat quomodo *Edictum Prætorum*
diceretur perpetuum. *Menoch. conſ.* 112. *numer.*
64.

In auſpicatione igitur cujuſlibet novi Pontifica-
tus, quilibet Pontifex, ſuorum Prædeceſſorum ve- 20
ſtigiis inhærendo, Regulas Cancellariæ edere ſolet,
aliquid immutando, ſeu addendo, juxta negocio-
rum, & occurrentium Cauſarum varietatem, prout
dicemus in *Commentar. in Regul.* 28. fiuntque cum
maxima cura, diligentia, & maturitate; dum pro 21
illis conficiendis conveniunt Datarius, & Subda-
tarius, duo Rotæ antiquiores Auditores, Regens
Cancellariæ, duo Abbreviatores de Majori Præſi-
dentia, totidem Advocati, & Procuratores magis
docti, & practici, nec non peritiores Datariæ Of-
ficiales. *Mandoſ. in Regul. Cancell. in princip. Rubr.
n.* 1. *Conzal. in Regul.* 8. *gloſſ.* 30. *n.* 17. & 18. *Que-
ſad. hic in Proœm. verb. Regulæ in fine. Corrad. in
Prax. Diſpenſat. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 20. *Lotter. de Re
Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 41. *num.* 41. *Caſſador. deciſ.*
3. *n.* 2. *ſub tit. de reſervat. Rot. deciſ* 281. *n.* 17. &
18. *part.* 9 *recent.* Et de duobus antiquioribus Ab-
breviatoribus *Ciampin. de Abbreviator. pag. mihi* 95.
lit. A. pag. 99. *lit. A.*

Hinc ad Pontificatus apicem evecto S. M. Cle-
mente XI. Congregationi habitæ in Ædibus Data-
riæ *die* 4. *Decembris* 1700. pro novis Cancellariæ
Regulis conficiendis, interfuere clar. mem. Cardi-
nalis *Sacripantes* Prodatarius, Reverendiſſimus Ar-
chiepiſcopus *Bottinus*, & RR. PP. DD. *Molines*
Rotæ Decanus, & *Caprara* Subdecanus, *Gomez*,
& *Rota* antiquiores Abbreviatores de Parco, *Corra-
dinus* Subdatarius, nec non *Carolus de Ferrariis*,
& *Ego Joannes Baptiſta Rigantius* Advocati, *Gaſ-
par Turcus* Præfectus Officio Vacationum per obi-
tum, duo *Reviſores Supplicationum*, & reliqui Da-
tariæ Officiales. Et Congregationi habitæ in craſti-
num aſſumptionis S. M. Innocentii XIII. ad Apo-
ſtolatus faſtigium, die nempe 19. *Maii* 1721. in-
terfuere pro Cancellariæ Regulis renovandis Emi-
nentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Cardinalis *Cor-
radinus* Prodatarius, & RR. PP. DD. *Lancetta*,
& *Cerrus* antiquiores Auditores Rotæ, *Paſſerinus*,
& *Vannicellus* antiquiores Abbreviatores de Parco,
Cauccius Regens Cancellariæ, *Accorambonus* Sub-
datarius, nec non bon. mem. *Pnonius*, & *Ego* Ad-
vocati. *Felix de Grandis* Præfectus Officio Vacatio-
num per Obitum, *Joſeph Capuccinus*, & *Antonius
Gerardus* Procuratores de Collegio. Duo Supplica-
tionum Reviſores, & cæteri Datariæ Officiales.
In craſtinum itidem aſſumptionis S. M. Benedicti
XIII. die nempe 29. *Menſis Maii* 1724. novæ con-
fectæ fuerunt Cancellariæ Regulæ, (licet in illis
ſpecificata legatur dies ipſa aſſumptionis, nempe
vigeſima nona Maii,) & Congregationi interfue-
runt laudatus D. Cardinalis *Corradinus* Prodata-
rius, & RR. PP. DD. *Aldrovandus*, & *Cerrus*
Auditores Rotæ, ſupradictique *Vannicellus*, *Paſſe-
rinus*, *Caucciu*s, *Accorambonus*. Solus *Ego* ex Ad-
vocatis, *Felix de Grandis*, *Joſeph Capucinus*, *An-
tonius Gerardus*, & Datariæ *Officiales.*

Morem hunc ſervavit, ſuaſque in craſtinum aſ-
ſumptionis, die videlicet XIII. Menſis Julii anno
ab Incarnatione Domini 1730. edidit Cancellariæ
Regulas Sanctiſſimus D. N. Clemens XII. Pon- 22
tifex verè Maximus, qui ad Dignitatem, & glo-
riam natus, jamdudum ſuſtinendo tanto muneri
aptus, primordia Apoſtolatus ſui in hac aſpera tem-

porum conditione ita ſuſcepit, temperavitque, ut
majora in dies rerum præclare gerendarum documenta
auguror, non mihi, viam univerſæ Carnis
jamjam ingredienti, ſed Poſteris, qui illa prædicent.
Atque eo præſertim, quod ad graviſſima Apoſtolicæ
adminiſtrationis negoria facilius pertractanda,
& conficienda, ioter S. R. E. Cardinales adlege-
23 rit Nerium Corſinum Germani fratris filium, qui
aſſidua opera, & ſingulari virtute ipſi preſto eſt,
ſubſidiumque egregie præſtat. Congregationi pro
Regulis præfatis conficiendis in Datariæ Ædibus
habitæ, interfuerunt Reverendiſſimus *de Valentibus*
Archiepiſcopus Theodoſiæ, & Datarius; Duo S.
Rotæ Auditores, duo antiquiores Abbreviatores de
Parco, RR. PP. DD. *Caucius* Regens Cancellariæ,
& *de Spannocbis* Subdatarius, DD. Advocati
Juſtinianus, & *Baldeſcbi*; *nec non Auguſtinus Galamini*
Præfectus Officio vacationum per obitum,
duo Procuratores de Collegio, duo Supplicationum
Reviſores, & cæteri Datariæ Officiales.

24 In Regulis Cancellariæ, nihil ſuperfluum reperitur,
nec verbum aliquod ſtat ſine miniſterio, prorſuſque
temerarium eſt credere, sliquem in illis irrepſiſſe
errorem *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 30. *num.*
16. *& ſeqq. Caſſador. decif.* 30. *ſub n.* 1. *tit. de Re-*
25 *ſervat. Rot. decif.* 281. *num.* 17. *part.* 9. *Recent.* aut
otioſam, & ſine effectu ullam earum remanere *Rot.
in Nullius, ſeu Senonen. Abbatiæ* 12. *Januarii*
1725. *§. Si namque, &* 8. *Aprilis* 1726. *§. & ſane
cor. R. P. D. Coris.*

26 Hujuſmodi Conſtitutiones, & Regulæ vim legis
habent. *Capell. Tholoſ. dec.* 445. *num.* 1. *Zerol. in
prax. Epiſcopal. verb. Cancellaria Regula n.* 8. *Barboſ.
de Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 57. *num.* 61. *Gonzalez.
in Apparat. ad lib.* 1. *Decretal. de Orig. Jur.
Canon. ſub num.* 57. *Murg. de Benefic. quæſt.* 3. *num.*
295. *Zypaus in Analyt. Enarr. Jur. Pontif. lib.* 1.
tit. de Conſtit. num. 10. *verſ. inſtar.* ubi quod ſunt
27 ad inſtar Conſtitutionum, vel juris Prætorii, ſed
quod hodie ad ſtabilem legem, Edictumque perpetuum
perveoerint.

28 Dubium tamen eſt, an ſiogulæ Regulæ reſervatoriæ
diverſam, & ſeparatam legem conſtituant,
vel potius reputentur pro una lege? Quod conſtituant
diverſam legem, exiſtimant *Gonzal. ad Regul.* 8.
gloſſ. 1. *num.* 8. *& ſeqq. Barboſ. dicta allegat.*
57. *num.* 61. ea ratione, quod ſingulæ Regulæ ſtant
de per ſe, prorſus diſtinctæ, & ſeparatæ, diverſumque
numerum, titulum, Rubricam, & diverſas
continent Reſervationes. *Gratian. diſcept. for. cap.*
574. *n.* 32.

29 Diſſentiunt alii, autumantes, quod omnes Regulæ
reſervatoriæ habentur pro una lege, quælibet
vero Regula reputatur unus Paragraphus. *Caſſador.
dec.* 1. *de Reſtit. Spoliat. Rot. cor. Penia dec.* 1604.
in fine, & dec. 51. *n.* 25. *& ſeqq. part.* 15. *Rec.* At
Mandoſ. hic in Rubr. quæſt. 1. *in fine*, ita diſtinguit,
30 ut in primis ſeptem Regulis vera ſit hæc opinio,
quod cenſeantur una lex, plures continens reſervationes
per *Paragraphos*, & verſiculos diſtincta. Quo
vero ad alias Regulas diverſas materias continentes,
& ſub diverſis Rubricis poſitas, exiſtimat,
illas non poſſe haberi pro *Paragraphis* hujus primæ
legis reſervationes continentis, ſed bene pro *Paragraphis*
Conſtitutionis, ſeu Regularum ſub eadem
Rubrica.

31 In hoc tamen conveniunt omnes mox relati DD.
quod, ſive ſint plures Leges, ſive plures *Paragraphi*,
& una tantum lex, Decretum irritans appoſitum
in ultima Regula reſervatoria, trahitur ad
præcedentes. Licet enim aliquando in controverſiam
venerit, an Decretum irritans contineatur in quali-
bet Regula Cancellariæ, & quæſtio indeciſa remanſerit
apud *Put. dec.* 191. *lib.* 3. eaque ſemper dubia
habita fuerit penes Rotam, *Spad. conſ.* 48. *à n.*
5. *lib.* 2. *& conſ.* 2. *num.* 11. *& ſeqq. lib.* 3. *Coccin.
adnot.* 296. *Rot. decif.* 767. *num.* 6. *par.* 2. *& decif.*
200. *num.* 3. *& ſeq. par.* 4. *tom.* 1. *recent.* Nihilominus
fuit poſtea affirmative reſolutum; vel quia
omnes Regulæ reſervatoriæ reputantur plures *Paragraphi*
ejuſdem legis; vel quia, licet ſint leges diverſæ,
habent tamen quamdam connexionem in-
ter ſe, ad inſtar plurium Inſtrumentorum in eodem 32
Protocollo contentorum; Nam ſicuti clauſula *Actum
&c.* aut ſignum Notarii poſitum in fine Inſtrumenti,
refertur etiam ad antecedens exiſtens in eodem
Protocollo; ita Decretum irritans appoſitum in ulti- 33
ma Regula reſervatoria, refertur ad alias antecedentes.
Mandoſ. in Proœm. Regular. num. 4. *& quæſt.*
2. *per tot. & quæſt.* 3. *num.* 1. *in fin. & num.* 3. *Gonzal.
ad Regul.* 8. *gloſſ.* 1. *num.* 10. *Kochier. in Regul.
Cancell. in Proœm. numer.* 30. *Gratian. diſcept.*
574. *num.* 32. *Caſſador. decif.* 1. *ſub num.* 10. *verſ.
pro quo facit, de Reſtit. ſpoliat. Rot. coram Penia
decif.* 1604. *in fine*, ubi de Regula de *viginti*, de
qua etiam *decif.* 253. *part.* 9. *recent.* ubi ſubjungit,
quod ad hanc Regulam de *Viginti* refertur ſubſequens
Regula de *Infirmis* in illis verbis, *nullius ſint
roboris, vel momenti*; Imo, quod verba illa appoſita
in dicta Regula -- *Collatio hujuſmodi ſit nulla* --
videntur æquipollere Decreto irritanti, ut ibidem
numer. 9. & *cor. Cerro decif.* 11. *numer.* 3. ubi
quod Regula de *Infirmis*, ſicuti cæteræ omnes, continent
Decretum irritans, *& decif.* 51. *num.* 21. *&
ſeq.* ubi de Regula *de Subcollectoribus*, *part.* 15. *recent.*

Accedit, quod Papa reſervando Beneficia, manus
ſuper iis apponit, & conſequenter remanent affecta.
Affectio autem ob appoſitionem manus Pa- 34
pæ, virtualiter continet Decretum *irritans*, ut declaravit
S. M. Paulus III. in Conſtitutione edita
Placentiæ die 1. *Junii* 1538. quæ eſt impreſſa poſt
illius Regulas Cancellariæ *pag. mihi* 51. *& ſeqq.* &
tradunt *Gaſpar. de Peruſ. de Reſervat. Quæſt.* 10.
Gabriel. conſ. 166. *num.* 6. *lib.* 1. *Gonzal. ad Regul.*
8. *gloſſ.* 52. *n.* 6. *German. de Indult Cardinal. §. Alioquin
n.* 25. *Pax Jordan. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 1. *n.* 3.
Murg. de Benefic. quæſt. 3. *n.* 326. *Paulut. Juriſprud.
ſacr. tom.* 2. *lib.* 6. *tract.* 10. *cap.* 4. *pag.* 405. *Coccin.
decif.* 2245. *n.* 6.

Nec obſtat *Rot. decif.* 767. *par.* 3. *Recen.* una cum
aliis auctoritatibus ſupra laudatis; Quia loquuntur 35
de Regula VIII. hodie IX. Cancellariæ; cujus Decretum
irritans negant ad alias Regulas referri poſſe,
ex quo Regula præfata antiquitus non inſerebatur
inter cæteras Regulas, ſed circumferebatur ſeorſim
cum ſuis ſpecialibus Clauſulis, & Decreto irritanti;
Unde, dum poſtea Pontifices dictam Regulam
VIII. hodie IX. aliis Regulis addiderunt, veroſimile
non eſt, quod earum naturam alterare voluerint.
Ita reſpondit *Rot. decif.* 200. *n.* 4. *par.* 4. *tom.* 1.
& decif. 253. *n.* 7. *par.* 9. *recent.* Verum ceſſat ho- 36
die omnis dubitatio, quia a temporibus Alexandri
VII. ad evitandam hujuſmodi difficultatem, appoſitum
fuit *Decretum irritans* in omnibus Regulis reſervatoriis.

Inſuper a quo tempore Regulæ Cancellariæ li-
gare incipiant, magna fuit inter antiquos altercatio. 37
Alii dixerunt a die publicationis; Alii a die earum
editionis, ſeu compoſitionis; Alii vero a die aſſumptionis
ad Pontificatum, ut videre eſt penes *Kochier
in Proœm. Regular. num.* 20. Hodie vero certum
eſt, quod Regulæ ſtatim, utique a craſtino aſſump- 38
tionis ad Pontificatus apicem, ligare incipiunt, li-
cet

Digitized by Google

cet non ſint adhuc publicatæ, ut expreſſe ſancitur in *Proœmio Regular.* -- ibi -- *ex tunc, licet nondum publicatas &c. obſervari volum.* Quæ verba -- *licet nondum publicatas* ſub *Urbano VIII.* primum appoſita fuere. Et in Cauſa *Veronen.* ait *Amayd. de ſtyl. Datar. cap.* 30. *num.* 37. fuiſſe reſolutum contra Ordinarium, qui biduo poſt aſſumptionem Pon-
39 tificis Beneficium contulerat. Publicatio enim Regularum, non fit ad effectum, ut innoteſcant, quia, cum innoventur ab omnibus Pontificibus, videntur eſſe non tantum de ſtylo, ſed etiam de jure; ſed fit ad effectum, ut appareat de voluntate approbatoria novi Pontificis, qui ſi eas tempore aſſumptionis ſuæ non approbaret, mortuæ remanerent. *Gomeſ. in Proœm. Regular. quæſt.* 2. *verſ. quia licet Regulæ pag.* 14. *Vanespen in Jus Eccleſ. univerſ. part.* 2. *tit.* 23. *cap.* 5. *num.* 14. *Gonzal. in Regul* 8. §. 5. *Proœm. n.* 43. *Zaul. ad Statut. Faventin. tom* 1. *lib.* 4. *rubr.* 23. *n.* 74. & 75. *Barboſ. de Poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 57. *num.* 62. *Quæſtiel. in Regul. Cancell. in Proœm. verſ. ex tunc. Murg. de Benefic. quæſt.* 3. *ſub n.* 295. *Rot. dec.* 256. *num.* 3. & *ſeqq. part.* 2. *recent.*

Quinimo, ſi Beneficium vacet in craſtinum aſſumptionis Summi Pontificis, nempe eo ipſo die,
40 a quo Regulæ ligare incipiunt, adhuc ſub Regulis comprehendi, ambigendum non videtur. *Gomeſ. dict. quæſt.* 2. ubi ita deciſum, & ſententiarum in *Rot. Gonzal. dict.* §. 5. *Proœm. num.* 56. & *ſeq Garz. de Benefic. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 430. & *ſeqq. Rot. deciſ.* 4. *in fine part.* 4. *tom.* 1. *recent.* Et ita fuit practicatum in Dignitate Eccleſiæ loci *de Xativa* Valentin. Diœceſis, quæ vacaverat in craſtinum aſſumptionis S. M. Alexandri VIII. ad Apoſtolatus apicem, die nempe 7. *Octobris* 1689. Nam collata fuit a Dataria *Antonio de Angula*, proviſo ab Ordinario acquieſcente. Et confert cenſura *Regulæ* 68. ubi reſervantur beneficia, de quibus diſpoſitum non fuit per totum diem, in quo Papa fuit electus.

Sed quamvis Regulæ nondum publicatæ ligent, id tamen intelligitur quoad effectum nullitatis actus
41 in contrarium geſti; ſecus quoad pœnas incurrendas, in quas non niſi poſt publicationem incurritur, ut poſt *Æneam de Falcon. Kachier. in Proœm. Regul. num.* 20. *Gonzal. ad Regul.* 8. §. 5. *Proœm. num.* 56. *Barbaſ. dict. allegat.* 57. *ſub num.* 62. *Murga ubi*
42 *ſupra.* Sufficit tamen, quod earum publicatio ſequatur in Curia ad effectum, ut a die habitæ veroſimilis notitiæ dictæ publicationis, ligent etiam extra Curiam, quo ad pœnas incurrendas *Capell. Tholoſ. dec.* 445. quidquid ibidem dicat *Aufrer. Gratian. diſcept.* 574. *n.* 31. cum aliis *per Spad. conſ.* 134. *n.* 19. *lib.* 1. *Nicol. Lucubrat. Canon. lib.* 5. *tit.* 41. *num.* 2.

43 Publicatio Regularum fieri ſolet a Vice - Cancellario. De anno 1689. cum non adeſſet Vice Cancellarius, facta fuit per Decanum Sac. Collegii; Sed alias, & melius, per Regentem Cancellariæ, ut tempore Clementis VII.

44 Diximus, quod conſuevit in Regulis ſpecificari dies, quæ ſuccedit electioni Pontificis, dicendo -- *in craſtinum ſuæ Aſſumtionis ad Summi Apoſtolatus apicem, videlicet die...* Nam ab hac craſtina die Regulæ ligare incipiunt. Verum in Regulis Sixti IV. non fuit ſpecificata dies craſtina aſſumtionis;
45 ſed dies decima Augusti, in qua electus fuit, ut teſtatur *A Star* coævus *Satus in Proœm. Regul. in princip.* At quia non deſunt, qui exiſtimant, Sixtum electum fuiſſe die 9. Auguſti, *Panvin. poſt Plat. in Vita ejuſd in Sixt*, *Epiſcopus Sarnellus in libro qui inſcribitur* -- Lume a Principianti &c. *in Chron Roman. Pontiſ. pag. mihi* 87. *Cherub. in Bullar. in Conſtit. ejuſdem Sixti*, *Eminentiſſ. D. Card. Petra* qui me ſibi multis nominibus obſtrictum, in Amico- 46
rum ſuorum numerum recenſere dignatur; poſt aſſiduos Romanæ Curiæ, & Catholicæ Eccleſiæ exantlatos labores, & editis libris, ac muneribus magna cum laude obitis, meritiſſimus in ampliſſimum Cardinalium Collegium adlectus, & Summus Pœnitentiarius creatus: ſapientia, ac doctrina præfulget, in eruditiſſimis ſuis *Comm. ad Conſtit. Apoſtolic. tom.* 5. *in Conſtit. Sixt. IV. pag.* 490. Hinc, ſi vera eſt hæc ſecunda opinio, jam patet, in editione Regularum Sixti IV. ſervatum fuiſſe morem cæterorum 47
Pontificum, ſpecificandi craſtinam diem poſt electionem immediate ſuccedentem. Solum in Regulis Benedicti XIII. ſpecificata fuit dies ipſa electionis, 48
videlicet *vigeſima nona* Maii. Sed an ſpecificetur dies ſubſequens electionem, vel dies ipſa aſſumtionis, 49
nihil refert, quia, ut obſervat *Sot. in Proœm. Regul. in princip.* primo caſu, dictio *videlicet* refertur ad verbum *Craſtinum*, in ſecundo vero caſu, ad diem *Aſſumtionis*, cui cohæret.

Sed cum Adrianus VI. præſens non eſſet in Urbe 50
tempore Electionis ſuæ, ſequutæ *die* 9. *Januarii* 1522. nihilominus in Hiſpaniis, ubi moram trahebat, Regulas Cancellariæ fecit, & illas a die notitiæ electionis præfatæ, videlicet 24. ejuſdem Menſis obſervari voluit, curavitque eas in Eccleſia Cæſarauguſtana publicari; declarans ipſam publicationem valere, ac ſi in Cancellaria Apoſtolica, more ſolito, expleta fuiſſet. Acceſſit deinde ad Urbem, & in craſtinum Coronationis ſuæ, die videlicet *prima Septembris ejuſdem anni* 1522. Cardinalis *Medices* Vicecancellarius, Regulas eaſdem, de mandato Papæ, abſque alia publicatione, in Cancellaria deſcribi fecit, eaſque obſervandas fore decrevit a die habitæ per *Adrianum* notitiæ electionis ſuæ, & publicationem in Eccleſia Cæſarauguſtana factam valere, ac ſi in Cancellaria Apoſtolica facta fuiſſet; irritum decernendo quidquid, uſque ad Coronationem ejuſdem Pontificis, factum extitiſſet contra Regulas, etſi in Cancellaria non publicatas, neque deſcriptas.

Aſſumtus poſtea ad Pontificatum ipſe Cardinalis *Medices* ſub nomine *Clementis VII.* agnoſcens, id tendere in grave præjudicium diverſarum Perſonarum, quæ Regularum editionem ignorantes, illis ſatisfacere nequiverunt, decrevit, Regulas illas a 51
craſtina die Coronationis *Adriani*, *prima* nempe *Septembris*, non a die habitæ notitiæ Electionis ſuæ, videlicet *vigeſima quarta Januarii*, ligare cœpiſſe; nullius roboris declarando, quæ per ipſum *Adrianum*, & alias geſta fuiſſent illarum prætextu poſt diem notitiæ Electionis, & ante craſtinum Coronationis, ut ex Declaratione ipſius Clementis edita *die prima Octobris* 1523. quæ impreſſa legitur poſt Regulas Cancellariæ ejuſdem Pontificis.

At quia, non in omnibus Chriſtianis Provinciis Regulæ Cancellariæ ſervantur, nec ubique eadem viget praxis: non inutile erit ſingulorum Regnorum indicare mores, & praxim. Itaque

In tota *Italia*, *Inſuliſque* adjacentibus, Cancel- 52
lariæ Apoſtolicæ Regulæ ſervantur; Servandaſque etiam in *Dalmatia*, reſolutum fuit a Sac. Congregatione *Epiſcoporum*, & *Regularium* in *Pharen.* apud *Nicol. Inſtitut. Canon. tom.* 2. *tit.* 41. *num.* 2.

Servantur itidem in Regnis *Hiſpaniarum*, in 53
Luſitania, & in *Polonia*; Ac de Clementis VII. Indulto, ſeu de Concordatis *Polonicis*, in *Commentar. in Regul. IX.* differendi occaſio erit.

Galliam quod reſpicit; Si loquimur de ea parte,
quæ *Patria reducta* appellatur, quia nempe ibi 54

 taxa

ſaxa ad Medietatem reducta eſt, & in qua olim
viguit Pragmatica Sanctio, cujus loco ſubrogata
fuerunt Concordata inita inter Leonem X. & Fran-
ciſcum I. Galliarum Regem, Regulæ Cancellariæ
locum non habent, præter infraſcriptas nempe de
Annali Poſſeſſore, de *Triennali*, de *Veroſimili no-
titia*, de *Idiomate*, & de *publicandis Reſignationi-
bus. Huſſon. Charleteau in Abregé des matiéres Bé-
néfic. pag.* 127. *in Not. Cabaſut. in Jur. Canon. Theor.
& prax. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 1. *Bengæus, & Pinſ. de
Benefic. tit. quibus modis vacent Beneficia cap.* 24. *n.*
26. *pag. mihi* 452. *Zypæus in Narrat. Analyt. Jur.
Pontific. nov. lib.* 1. *tit. de Renunciat. numer.* 2. cum
concordantibus referendis in *Comment.* in ſingulas ex
recenſitis Regulis.

55 In iis vero Regionibus, *Patria obedientiæ* nun-
cupatis, quæ Pragmaócum numquam recognove-
re, quæque poſt Concordata Coronæ acceſſerunt,
vigent Regulæ Cancellariæ, & pro Provincia *Pro-
vinciæ*, & *Britannia* adſunt celebres declarationes
Henrici II. Franciſci II. & Caroli IX. Galliarum
Regum, de quibus paſſim Gallici Auctores apud
*Bouchel. in Biblioth. Canon. Verb. Collation. pag.*276.
Thomaſin. de Benefic. tom. 2. *lib.* 1. *cap.* 46. *num.* 6.
Vaneſpen. in Jus Eccleſ. univerſ. tom. 1. *part.* 2. *tit.*
23. *cap.* 4. *num.* 20. *Feuret. de Abuſ. lib.* 2. *cap.* 7.
num. 13. *Doviat. in Specim. tom.* 2. *in præfat. cap.*
12. *tit. de Collat. in Britan. & Provincia, & tom.* 1.
part. 2. *pag. mihi* 61. *Pinſon. in Tract. des Régales
cap.* 13. *num.* 16. *& cap.* 14. *num.* 2. & apud *Ray-
nald. in Annal. Eccleſ. ad annum* 1555. *n.* 4. *&*
Nos in Commentar. in *Regul. IX.* §. 3. *num.* 277. *&
ſeqq.*

Sed, an comprehendantur ſub Regulis Cancel-
56 lariæ Regiones illæ de la *Breſſe*, *Bugey*, *Valromay*, *&
Gex*, quæ vigore Pacis cum Duce Sabaudiæ ceſſæ
fuerunt Henrico IV. Galliarum Regi anno 1601.
agemus in Commentar. in Regul. IX. §. 3. num.
57 283. Subjacent tamen. Cancellariæ Regulis *Comita-
tus Roſſilionis*, & vicinæ Ditiones, quæ a Carolo
II. Hiſpaniarum Rege, Ludovicus XIV. acquiſi-
vit. In Indulto enim nominandi ad Beneficia ma-
jora in dictis Regionibus exiſtentia, quod eidem
Chriſtianiſſimo Regi Clemens IX. impertitus fuit,
expreſſe præſervantur jura Sedi Apoſtolicæ in Re-
gionibus ipſis competentia, & ſingillatim circa re-
ſervationes Menſium Apoſtolicorum, aliaſque om-
nes, tam generales, quam ſpeciales Apoſtolicas Be-
neficiorum Proviſiones, & Penſionum ſuper ipſis
impoſitiones &c. ut apud *Pinſon. in Not. Summar.
ad Indult. Regum pag.* 516. *& ſeqq. Doviat. part.*
2. *pag.* 54. *& Nos in Commentar. in Regul. II.*
§. 1.

58 In *Belgio* locum etiam ſibi vindicant Regulæ Can-
cellariæ *Spad. conſ.* 134. *n.* 19. *lib.* 1. & late in *Com-
ment. in Regul. IX.* §. 3. *num.* 209. Quemadmodum
in *Comitatu Burgundia*, ut in *Commentar. in Regul.*
59 *II.* §. 1. & in *Regul. IX. dicto* §. 3. *num.* 282. Hinc
ſæpe earum partium Epiſcopi Alternativæ Litteras
ad tramites Regulæ IX. pro Beneficiis in ſex men-
ſibus conferendis, expedire ſolent. *Zypæus lib.* 3.
tit. de Præben. conſ. 3. §. *Hiſce cum ſeqq. &* §. *His
conformiter*, & Nos hac de re in *Comment. in Re-
gul. IX.* §. 3.

60 Sed quod attinet ad Beneficia in *Meten. Tullen.*
& *Virdunen.* Civitatibus, earum Territoriis conſi-
ſtentia, & extra Romanam Curiam vacantia, *Cle-
mens IX. die* 23. *Martii* 1668. Ludovico XIV. Regi
Chriſtianiſſimo indulſit, ut ad Beneficia præfata,
dummodo Apoſtolicæ Sedi ſint reſervata, libere
nominare poſſet cum nonnullis tamen conditionibus,
& limitationibus, de quibus ſermonem habebimus
in *Comment. in Regul. IX.*

In *Germania* non Regulæ Cancellariæ, ſed Con-
cordata a fel. mem. Nicolao V. cum inclyta Ger- 61
manica Natione inita, ſervantur. Quod tamen hac
cum modificatione intelligendum eſt, ut Regulæ
illæ locum non habeant in Germania, quæ ſunt 62
Concordatis ipſis contrariæ, quæque præjudicium
inferunt juri conferendi, quod Collatores Ordina-
rii ſunt aſſecuti vigore Concordatorum. Nam cæ-
teroquin per Concordata, non irritantur omnes Re-
gulæ Cancellariæ: Etenim illæ de *Infirmis*, de *Pu-
blicandis*, de *Veriſimili*, de *Annali*, & *Triennali*
necnon *Regula III.* & *XXVI.* aliæque, utique Bene-
ficia Germaniæ amplectuntur *Branden ad eadem
Concordat. Quæſt.* 9. *num.* 7. *& ſeq. Mareſcott. va-
riar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 94. *num.* 50. *Kochier*, alii-
que relati per *Rot. dec.* 522. *n.* 10. *part.* 19. *Recent.*
Id quod fortius procedit, ubi agitur de aliqua Re- 63
gula declaratoria *Extravag. ad Regimen*, quæ in
Concordatis Germaniæ expreſſe præſervatur *Mareſ-
cott. ubi ſupra Branden dict. Quæſt.* 9. *ſub num.* 4.
*Rot. in Paderbornen. penes eundem notab.*2. *num.* 10.
pag. mihi 60.

De Hungaria dubitatum aliquando fuit, an re- 64
ſervationes, & Regulæ Cancellariæ ibidem locum
ſibi vindicent. Cum anno 1700. porrecta fuiſſet
Supplicatio in Dataria ſuper proviſione Canonicatus
Majoris Eccleſiæ *Jaurinen.* pro *Hermanno Antonio
de Pechman* in decimo quinto ætatis anno conſtitu-
to, narrabatur, quod *ad pro tempore exiſtentem E-
piſcopum Jaurinen. dictorum Canonicatus, & Præ-
bendæ, dum pro tempore, quomodocumque, & quan-
documque, & ex cujuſvis Perſona vacant, collatio,
proviſio, & omnimoda diſpoſitio ſpectat, & pertinet.*
Cumque de vi hujus narrativæ inter Datariæ Offi-
ciales ageretur, perpenſum fuit, quod diſpoſitio om-
nium Beneficiorum fundatur vel in Regulis Can-
cellariæ, vel in Concordatis, vel in Indultis, vel in
particulari lege fundationis, vel in Conſuetudine
legitime præſcripta. At cum in dicto caſu de aliquo
ex recenſitis titulis non doceretur, expreſſionem il-
lam de *omnimoda diſpoſitione Ordinarii*, admitten-
dam non eſſe dicebatur; ſed iiſdem titulis deficien-
tibus, locum ſibi vindicare debere Regulas Cancel-
lariæ; Unde reſcriptum fuit -- *Doceatur de Indulto.*
An fuerit poſtea relaxata Supplicatio illa, incom-
pertum mihi eſt. Hoc tamen certum videtur, quod
Concordata Germaniæ ad *Hungariæ* Regnum ex- 65
tendi non poſſunt, cum *Hungaria* nil commune ha-
beat cum Imperio, ut inquit *Card. de Luc. diſc.*161.
num. 34. *de Regalib.* Nec Concordata præfata cum
Natione Hungarica ſtipulata fuere.

Vigent, roburque obtinent Regulæ Cancellariæ 66
vivente Papa earum conditore, & cum ejus morte
expirant, ut traditur in Prooemio -- ibi -- *Et ſuo tem-
pore duraturas -- Gomeſ. in Proœm. Regul. quæſt.* 2.
verſ. 2. *Sotus gloſſator antiquus ibidem numer.* 8. *&
Kochier litt. A. Pariſ. de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 2.
numer. 31. *in fin. Vaneſpen. in Jus Eccleſ. univerſ.
part.* 1. *tit.* 23. *cap.* 1. *numer.* 19. *& part.* 2. *tit.* 23.
cap. 5. *n.* 14. *Gonzal. ad Regul.* 8. §. 5. *Proœm. ſub
n:* 44. *&* 48. *Rot. coram Verall. deciſ.* 86. *num.* 3.
lib. 1. *& coram Seraphin. deciſ.* 980. *n.* 12. *& cor.
Merlin. deciſ.* 192. *num.* 4. *& in Urbanien. Canoni-
catus* 29. *Maii* 1693. §. *Hinc idem Epiſcopus cor.
bon. me. Muto.* Ac ideo, cum Sede Apoſtolica va- 67
cante ceſſent Regulæ, nec aliquid operentur, om-
nes Menſes ſunt dicto tempore Ordinariorum, qui
tanquam ad jus commune revertentes, de Benefi-
ciis in quolibet Menſe vacantibus diſponere poſſunt.
Gonzal. dict. §. 5. *Proœm. num.* 46. *Lotter. de re Be-
neficiar. lib.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 24. *Murg. de Benefic.
quæſt.* 3. *num.* 216. *&* 298. *Roſ. de executor. Litter.*

Apoſtol.

Apoſtol. in addit. ad cap. 6. nu. 20. & ſeqq. Thoma-
ſin. de Benefic. tom. 2. lib. 1. cap. 44. num. 2. §. Hæc
Pontifex, *Rot. deciſ.* 185. *n.* 3. *part.* 17. *& deciſ.* 121.
n. 8. *part.* 19. *Recen.*
Quod, nedum locum ſibi vindicat in favorem
Ordinariorum Collatorum, verum & Patronorum
Eccleſiaſticorum, qui præſentare libere poſſunt in
68 omnibus Menſibus ad Beneficia ſui Patronatus va-
cantia tempore viduitatis Sedis Apoſtolicæ, argu-
mento ducto a diſpoſitione *Text. in cap. ſi Apoſtolica*
36. de Præben. in 6. Cum enim in dicto *Textu* ſan-
citum fuerit, quod *Si Apoſtolica Sede vacante ali-*
quas Parochiales Eccleſias vacare contigerit &c. per
eos, ad quos pertinet, poſſit libere ordinari &c. hinc
infertur, quod ſi pertineant Eccleſiæ ad Ordinarios,
per illos ſint providendæ; ſi ad Patronos, iſti de-
beant præſentare *Nogueir. quæſt. ſingular. diſput.* 4.
quæſt. 121. *per tot.*
Nec durante ſolum viduitate Sedis Apoſtolicæ
Ordinarii conferre poſſunt Beneficia vacantia, ve-
rum de illis etiam diſponere valent donec & quo-
uſque Pontifex noviter aſſumtus ſuas edat Regulas
Cancellariæ, quæ licet, ut diximus, condi ſoleant
in craſtinum ſuæ aſſumptionis, differri tamen poſ-
ſunt ad aliud longius tempus; ita quidem, ut ſi illo
69 intermedio tempore ab Aſſumtione uſque ad editio-
nem Regularum vacet aliquod Beneficium in men-
ſe alias reſervato, Ordinarius illud conferre pote-
rit, quia non adhuc obnoxium erit Reſervationi
Regulæ non editæ *Gonzal. dict. §. 5. Proœm. num.*
46. *Garz. de Benefic. par. 5. cap. 1. n. 646. Barboſ.*
de Epiſcop. part. 3. allegat. 57. n. 63. Murga de Be-
70 *nefic. quæſt. 3. n. 296.* qui ſubdit, niſi novus Papa
contrarium poſtea declaret, prout fecit *Urbanus*
VIII. in Reg. LXVIII. Quod intellige, prout in
71 *Commentar.* in eamdem Regulam dicemus.
72 Etiam per renunciationem Papatui expirant Re-
gulæ Cancellariæ *Gonzal dict. §. 5. n. 16. & ſeqq. &*
n. 21. ubi quod hic caſus eſt *Cervo rarior albo*, *Gar-*
zias de Beneſ. part. 2. cap. 1. n 644.
Hactenus tamen firmata Concluſio, quod mor-
tuo Papa ceſſent Regulæ Cancellariæ, locum ſibi
non vindicat in illis Regulis, ſuper quibus exaran-
73 tur Conſtitutiones, quæ dicuntur Regulæ ſecundæ
editionis, *Roce. diſput. Jur. cap.* 80. *n.* 16. cum ibi
allegatis. Prout etiam dicitur de Regula XXXII.
74 ſuper conſenſu Cardinalitio præſtando in proviſione
Beneficiorum vacantium per obitum ſuorum fami-
liarium, quæ Regula, etſi prius temporalis extite-
rit, effecta nihilominus fuit perpetua, ob ſuperven-
tas Conſtitutiones *Gregorii XIV. & Pauli V.* quæ
ſunt perpetuæ, nec Sede vacante expirant, quemad-
modum late probat *Lotter. de re Beneficiar. lib. 2.*
quæſt. 32. n. 96. Rot. deciſ. 654. n. 64. part. 4. tom. 3.
& deciſ. 53. u. 3. part. 6. Rec. & Nos fuſius in *Com-*
mentar. in *Regulas XXXII. & XXXIII.*
Rurſus Sede vacante ceſſant quidem reſervatio-
75 nes ratione Menſis, ſecus vero reſervationes indu-
ctæ, aut ratione Perſonæ, nempe quia defunctus
Beneficiatus fuerit familiaris, Subcollector &c. aut
ratione ipſius Beneficii, quia eſſet Dignitas poſt
Pontificalem major in Cathedrali, aut principalis in
Collegiata, vel Monaſterium Virorum excedens 200.
florenos auri de Camera, ſeu alio modo ratione rei
Sedi Apoſtolicæ reſervatum; Tunc enim, etiam ſi
vacatio contingat Apoſtolica Sede vacante, non
ideo poterit Ordinarius de Beneficio diſponere. Ra-
76 tio eſt, quia in primo caſu, reſervatio Beneficii in-
ducitur ſolum in ipſo momento obitus Beneficiati,
& vacationis contingentis tali Menſe, Sedi Apoſtoli-
cæ ad conferendum aſſignatæ, quo tempore, ſi ob
Pontificis mortem non amplius viget Regula men-
ſium, ceſſat proinde Reſervatio. In ſecundo vero
caſu, reſervatio inducitur a principio, ſtatim ac Be-
neficiatus fuit Subcollector, aut familiaris, vel Be-
neficium extitit prima Dignitas, vel alio modo an-
tea reſervatum S. Sedi, quo tempore Regulæ Can-
cellariæ vigebant, & ſuum effectum, nempe reſer-
vationem jam induxerant. Ita magiſtraliter diſtin-
guendo firmavit *Rot. deciſ. 192. cor. Merlino*, quam
communiter ſequuntur, & laudant *Barboſ. de Epiſ-*
cop. allegat. 57. n. 63. in fin. & de Jur. Eccleſ. univ.
lib. 3. cap. 13. n. 98. Roſ. de execut. in addit. ad cap.
6. n. 205. Vivian. de Jurep. lib. 5 cap. 5. num 164.
Garz. de Benefic. part. 5. cap. 1. num. 789. & ſeqq.
Murg. de Benefic. quæſt. 3. nu. 298. Corrad. in prax.
Benefic. lib. 3. cap. 6. numer. 56. & 57. Engel. in
Colleg. Jur. Canon. tit. de Præben. numer. 48. verſ.
hanc porro, Koning. ad lib. 3. Decret. tit. 8. de Con-
ceſſ. Præb. n. 25. §. Ego, Antonell. de tempor. legal.
lib. 3. cap. 1. de Menſibus num. 44. & ſeqq. Rot. de-
ciſ. 33. num. 3. & ſeqq. part. 14. ubi diſceptatur, 77
an proviſus ab Ordinario de prima Dignitate, Se-
de Apoſtolica vacante, teneatur reſtituere fructus
perceptos, *& deciſ. 121. num. 11. part. 19. Recent.*
& Nos infra in *Commentar. in Regul. IX. §. 4.*
In idem coincidit doctrina *Menoch. conſ. 112. n.*
63. & ſeqq. quod ſcilicet non expirant morte Ponti- 78
ficis Regulæ illæ Cancellariæ, quæ in eodem inſtan-
ti, quo ſunt promulgatæ, ſuum ſortiuntur effectum,
ut in Beneficiis Familiarium; nam eo inſtanti, quo
fiunt familiares, Beneficia per eos obtenta reſerva-
tioni obnoxia remanent. Idque etiam contingit in
revocatione Privilegiorum, nam ſtatim ac Pontifex 79
revocat aliqua Privilegia a ſuis Anteceſſoribus con-
ceſſa, illico, & in eodem inſtanti revocatio ſuum
ſortitur effectum, & illa Privilegia ſunt extincta,
nec reviviſcunt, niſi convalidentur, idem *Menoch.*
conſ. 190. u. 18.
Sed, an quemadmodum mortuo Pontifice expirat
Reſervatio ratione Menſis in Regula IX. contenta, 80
ita etiam ceſſet Reſervatio illa Menſium, quæ in
Concordatis Germaniæ favore Sedis Apoſtolicæ ſta-
bilita fuit, itaut tempore illius vacationis Ordina-
rii Germaniæ in omnibus Menſibus Beneficia con-
ferre poſſint? Ex pluribus rationibus affirmative
reſpondet *P. Engel. in Colleg. Jur. Canon. tit. de Præ-*
ben. §. 4. num. 4. quem poſtea ſequuti ſunt, *Schi-*
mier. in Jus Can. univ. lib. 3. tract. 1. part. 2. cap.
3. ſect. 6. §. 2. num 249. & ſeqq. Leuren. in for. Be-
nefic. part. 2. Quæſt. 600. n. 2. Schmalzgrueber in
Jus Eccleſ. univ. tom. 3. tit. de Præben. numer. 321.
§. Imo.
Primo, quia Concordata Germaniæ in ea parte,
quæ reſpicit partitionem Menſium inter Pontificem,
& Ordinarios, modificare voluerunt Regulam VIII. 81
hodie IX. Cancellariæ, in cujus locum ſubrogata
fuere; Unde quemadmodum Sede Apoſtolica va-
cante ceſſat reſervatio vigore dictæ Regulæ inducta,
& omnes Menſes remanent Ordinarii, ita quoque
ceſſare debent Concordata juxta indolem ſubroga- 82
tionis, de qua *Text. in leg. ſi cum §. injuriarum ff.*
ſi quis caut. leg. 1. §. hæc actio ff. ſi quis Teſtam. li-
ber. leg. filia §. Titia ff. de condit. & demonſtr.
Secundo, quia Pontifex per Concordata, quæ
ſunt Nationi Germanicæ favorabilia, & in dubio 83
ejus favore ſemper interpretanda *Gonzal. ad Regul.*
8. gloſſ. 25. num. 9. Simonet. de Reſervat. quæſt. 99.
num. 24. Kochier. ad Regul. Cancell. gloſſ. 11. num.
10. *Rot. deciſ. 108. num. 1. cor. Puteo*, non cenſe-
tur plus detrahere voluiſſe Ordinariis Germaniæ, 84
quam detrahere conſueverit aliarum Provinciarum
Ordinariis, *Brauden. ad Concord. German. Quæſt.*
12. num. 14. Nicolarts. eod. Tract. tit. 1. dub. 9. §. 9.

Proinde-

Proindeque , cum aliarum Nationum Ordinarii
85 tempore vacationis Sedis Apoſtolicæ in omnibus
Menſibus Beneficia conferant , idem quoque jus ſta-
tuendum erit reſpectu Ordinariorum Germaniæ ;
alias enim concordata ipſi Nationi Germaniæ non
eſſent *utilia* , *& ſalubria* , ut dixit *ſan. mem. Nico-
laus V.* Concordatorum Auctor ; & quod ejus fa-
86 vore ſtabilitum fuit, in odium retorqueretur, con-
tra Regulam *Text. in cap. quod gratiam 61. de Re-
gul. Jur. in 6. Engel. loco cit. numer. 49. circ. med.
Schmier. loco cit. n. 251. Schmalzgr. loco cit. n. 321.
§. Imo.*

Hinc hujuſmodi favoris gratia introductum eſt ,
87 quod licet in Concordatis non ſit expreſſum , an
Beneficia reſignata in Menſibus Papalibus extra Ro-
manam Curiam, ſint reſervata , quia tamen per Re-
gulam IX. Cancellariæ Beneficia ſic reſignata im-
munia declarantur a reſervatione , tali quoque ex-
ceptione utuntur Ordinarii Germaniæ , qui confe-
runt in quibuſcumque Menſibus Beneficia in eorum
manibus dimiſſa. *Branden. ad Concordat. German.
Quæſt. 12. n. 15. Nicolartſ. eod. tract. tit. 1. dub. 9.
§. 9. & proſequitur Engel, dict. n. 49.*

88 Tertio , ait *Engel* , quod ſex Menſes fuerunt in
Concordatis aſſignati Pontifici eo prorſus modo ,
quo prius ex parte ejuſdem Pontificis erant in uſu,
89 ſcilicet Sede plena , non vacante. Potiſſimum quia
collatio Beneficiorum , Sede Apoſtolica vacante ,
non fuit in pactum deducta , nec de illa ulla legitur
facta mentio in Concordatis ; proindeque relicta
cenſetur ſub diſpoſitione juris communis, ad cujus
tramites Beneficia , in quibuſcunque Menſibus va-
cent , ſpectant ad Ordinariorum collationem *Can.
omnes Baſilicæ 10. Can. nullus 11. Cauſ. 16. q. 7.
cap. in Eccleſiis 1. de Cappell. Monac.*

Nec Ordinariorum juribus officere videtur, quod
Concordata ſint pacta , & conventiones , quæ Pon-
90 tificis morte non extinguuntur. Id enim in eo ſen-
ſu procedit , ut Concordata non indigeant nova re-
91 ſuſcitatione , vel confirmatione novi Pontificis ,
quemadmodum indigent Regulæ Cancellariæ ; non
vero , ut ex illis aliquid durius ſtatutum cenſeatur
contra Ordinarios Germaniæ , quod contra aliarum
Provinciarum Ordinarios introductum non erat ;
hoc enim nec fuit de mente Paciſcentium , nec po-
terat rationabiliter induci, eo ipſo quod Concorda-
92 ta reſpiciebant favorem Nationis Germanicæ. Actus
enim non operatur ultra Agentium intentionem *ad
Text. in leg. non omnis 19. ff. de reb. Credit.* Ita
citatis locis reſpondent *Schmier num. 254. Engel.
n. 49. Schmalzgr. n. 320. verſ. neque obſtat.*

93 At hiſce rationibus non obſtantibus , ſequenda
omnino eſt contraria Sententia , quod nempe reſer-
vatio ſex Menſium , qui Sedi Apoſtolicæ in Con-
cordatis aſſignati fuerunt, non expiret tempore illius
viduitatis, ſed Beneficia in dictis Menſibus vacan-
tia , ad Succeſſoris Pontificis collationem ſpectare
debeant. In Concordatis ſiquidem facta fuit æqua-
lis , ac taxativa partitio Menſium inter S. Sedem ,
& Ordinarios Germaniæ ; Unde æqui , bonique
ratio expoſcit, ut quemadmodum Pontifices non
tangunt Beneficia vacantia in Menſibus aſſignatis
Ordinariis, ita ad æqualitatem ſervandam , nec iſti
falcem mittere debent in meſſem Pontificiam , con-
ferendo Beneficia in Menſibus Apoſtolicis vacan-
94 tia. Inita quippe fuere Concordata per viam legis
perpetuæ , ac pacti , & Conventionis perpetuo du-
raturæ inter Eccleſiam Romanam , & Germaniæ
Regnum , ejuſque Principes , conſervandi cauſa
inter eos pacem , unionem , & tranquillitatem , ut
legitur in Procemio eorumdem Concordatorum, &
late Cauſam hujuſmodi expendunt *Gonz. ad Regul.
8. gloſſ. 25. Remocamp. de Coadjut. cap. 5. n. 16. Van-
eſpen. in Jus Eccleſ. univ. part. 1. tit. 13. num. 9.
Nicolartſ. ad Concord. German. in Proœm. Lotter.
de re Beneſic. lib. 2. quæſt. 28. num. 66. Rot. dec. 225.
lib. 3. cor. Puteo.* Nil autem omni juri magis con- 95
ſentaneum eſt , quam , ut pacta præcipue pro bono
pacis , & quietis inita , morte unius ex paciſcentibus
non extinguantur , ſed perpetuæ , & inviolabilis
firmitatis robur obtineant *Cap. 1. de pact. leg. 1. ff.
eod. tit. leg. Juriſgentium §. Prætor ait ff. eod. leg.
cum amplius ff. de Regul. Jur.*

Parvipenſa reſponſione, quod Concordata , licet
ſint pacta , quæ morte Pontificis non extinguuntur,
id tamen in eo ſenſu procedat , quod non indigeant
nova reſuſcitatione , non ut inde aliquid durius ſta-
tutum cenſeatur contra Ordinarios Germaniæ. Et-
enim , ſi Concordata non egent nova confirmatio-
ne , quia per obitum Pontificis non extinguuntur ,
neceſſario ſequitur , quod etiam Sede vacante vi-
gere debeant. Examinans *P. Engel* , an reſervatio
ex vacatione apud Sedem extinguatur cum Ponti- 96
fice , vel potius duret , etiam Sede vacante , eam ,
dict. lib. 3. tit. 5. de Præben. num. 48. verſ. verum ,
affert pro duratione rationem , quod reſervatio eſt
perpetua , ſicuti *Conſtitutio cap. ... de Præben. in 6.*
perpetua eſt , & clauſa in corpore juris ; Unde cum
Germaniæ Concordatum ſit etiam lex perpetua , &
pactum perpetuum inter Nationem Germanicam ,
& Sedem Apoſtolicam , ſequitur , quod reſervatio
Menſium illius vigore inducta , etiam perpetua ſit ,
& poſt obitum Pontificis durare debeat.

Idque ſatis etiam perſpicue evincitur , tum ex eo ,
quod Concordata indefinite loquuntur , & nullam 97
faciunt diſtinctionem inter Beneficia vacantia Sede
Apoſtolica plena , & Paſtore viduata ; ideoque in-
definite intelligi debent , de vacationibus ſcilicet Be-
neficiorum , quæ utroque tempore in Menſibus Pon-
tificiis ſequuntur , ad regulam *Text. in cap. quia
circa 22. de Privileg. leg. non diſtinguemus ff. de re-
cept. arbitr.* Eo prorſus modo , quo beneficia va-
cantia per Promotionem ad Eccleſias Patriarchales, 98
Archiepiſcopales , Epiſcopales &c. ſunt etiam vi-
gore Concordatorum favore Sedis Apoſtolicæ reſer-
vata , ſive promotio immediate fiat ab ipſa S. Sede,
nempe a Papa , ſive mediate , ideſt ab alio ex de-
legatione Papæ , quia Concordata ſimpliciter , &
indefinite Beneficia præfata reddunt Reſervationi
obnoxia , *Eminentiſſ. Petra ad Conſtit. Apoſtolic. tom.
5. pag. 30. num. 47.* Et nos late *in Commentar. in
Regul. II. §. 7. à num. 12. & ſeqq.*

Et juxta ſententiam *P. Schmalzgr. tit. 5. de Præ-
ben. num. 320. §. dub. 8.* (quam falſam eſſe demon-
ſtrabimus *in Commentar. in Regul. IX. §. 3. n. 184.*)
Trimeſtre tempus Pontifici in iiſdem Concordatis 99
aſſignatum pro conferendis Beneficiis in Menſibus
Apoſtolicis vacantibus , currit etiam Sede Papali
vacante , ea ratione per ipſum adducta , quia Con-
cordata poſt lapſum dicti temporis permittunt Ordi-
nariis diſponere de Beneficiis præfatis ſimpliciter ,
& ſine ulla exceptione Sedis vacantis.

Tum quia Contractus valde alias claudicaret in
præjudicium Sedis Apoſtolicæ , quæ ſæpiſſime , ejus 100
contingente vacatione , non amplius ſex Menſibus,
ſed multo paucioribus , & fortaſſe etiam nullis gau-
deret , ſi electio novi Pontificis in longum protra-
heretur : quando è contra Germaniæ Ordinarii , ne-
dum tuto conferrent in eorum ſex Menſibus , ſed
etiam in aliis ad Pontificiam collationem ſpectanti-
bus.

Tum demum Si Ordinario Collatore mortuo , 101
& Sede Epiſcopali, vel Prælatura vacante , Germa-
nica Beneficia in Menſibus Ordinariis vacantia Sum-
mus

mus Pontifex non confert, ſed ea reſervantur Suc-
ceſſori, exploſa in hac parte per Concordata Re-
gula II. Cancellariæ, *Eminentiſſ. Petra ad Conſtit.
Apoſtol. tom. 5. pag. 50. num. 65. ſub §. hoc autem*,
*Kochier ad Regul. 2. num. 2. Nicolartſ. ad Concord.
German. tit. 1. dub. 7. §. 10. num. 8. Rota in Mona-
ſterien. Decanatus 9. Junii* 1713. *§. Quamvis coram
Reverendiſſ. Criſpo inter impreſſas deciſ.* 205. *num.* 33.
& dicemus *in Commentar. in Regul. II. §. 3. n.* 416.
Non eſt cur Pontifici noviter electo denegari de-
beat facultas conferendi Beneficia vacantia tempo-
re viduitatis Sedis Apoſtolicæ in Menſibus eidem
aſſignatis. Non enim per Concordata conditio Pon-
tificum effecta fuit deterior coodítione Ordinario-
rum Germaniæ.

Accedit, quod reſervatio Beneficiorum vacan-
tium in Menſibus Pontificiis legitur in Concordatis
contextualiter expreſſa cum reſervatione majorum
Dignitatum poſt Pontificalem in Cathedralibus, &
principalium in Collegiatis Eccleſiis, ut *in §. 5.*
eorumdem Concordatorum. Porro, ſi in dubium
102 revocari nequit, hujuſmodi Dignitatum reſervatio-
nem vigere, etiamſi contingat earum vacatio Sede
Apoſtolica vacante; reſervationi pariter obnoxia re-
manere debent cætera Beneficia eodem tempore
vacantia in Menſibus Pontificiis, cum utraque re-
ſervatio expreſſa noſcatur ſub una, eademque de-
terminatione, ac verborum contextu, ex principio
103 juris, quo edocemur, quod una, eademque deter-
minatio plura reſpiciens determinabilia, non debet
diverſimode interpretari quoad unum, ac alterum
determinabile, ad *Text. in leg. nam hoc jure ff. de
vulgar. & Pupill.* Et in æqualibus terminis bene
Rot. in Virdunen. Abbatiæ 3. Aprilis 1702. *§. ex
quibus coram bon. mem. Molines* inter impreſſas *de-
ciſ.* 777.

Sed, quod omnem prorſus eliminat dubietatem,
illud eſt, quod Concordata inita non fuerunt a ſan.
104 mem. Nicolao V. cum Natione Germanica proprio
ipſius Pontificis tantummodo nomine; minuſque
Beneficia vacantia in certis menſibus, reſervata
leguntur ejuſdem Pontificis, & Succeſſorum diſpo-
ſitioni; in quibus fortaſſe circumſtantiis, ſi adeſ-
ſent, obtendi poſſet, eorumdem Beneficiorum re-
ſervationem, non amplius poſt obitum Pontificum
vigere, eo modo, quo non viget Regula IX. Can-
cellariæ, quam Pontifices edunt ad eorum benepla-
citum duraturam; Sed Concordata ipſa inita fue-
runt æque etiam principaliter nomine *Romanæ Ec-
cleſiæ*, & Beneficia vacantia in *Januarii*, *Martii*,
Maii, *Julii*, *Septembris*, *& Novembris* Menſibus,
fuerunt ſpecialiter diſpoſitioni, non Pontificum, ſed
Sedis Apoſtolicæ reſervata, ut in §. 5. eorumdem
Concordatorum. In hoc autem diverſo rerum the-
mate, vanitas eſt contendere, quod reſervatio Be-
105 neficiorum, ſic favore *Sedis Apoſtolicæ* facta, ex-
tinguatur cum morte Pontificum. Sedes enim A-
poſtolica ſemper vivit, nec per Pontificis obitum
moritur; ad optimum *text. in cap. ſi gratioſe* 5. *de
Reſcript. in* 6. -- ibi -- *ſi gratioſe tibi à Romano Pon-
tifice concedatur, ut Beneficia, quæ tempore tuæ
promotionis obtinebas, poſſes uſque ad ſuæ voluntatis
beneplacitum retinere: hujuſmodi Gratia per ejus o-
bitum, per quem ipſius beneplacitum omnino extin-
guitur eo ipſo expirat; ſecus autem, ſi uſque ad A-
poſtolicæ Sedis Beneplacitum Gratia concedatur præ-
dicta, tunc enim, quia Sedes ipſa non moritur, du-
rabit perpetuo: niſi a Succeſſore fuerit revocata.*

Confert egregium, ac identificum exemplum
Concordiæ, & Tranſactionis initæ in Concilio *Con-
ſtantienſi* inter ſan. mem. Martinum V. & Præſu-
les Provinciæ Britanniæ, qua ſtabilitum extitit, ut
Beneficia in dicta Provincia vacantia in octo Men-
ſibus, ad *Sedis Apoſtolicæ* diſpoſitionem, in aliis
vero quatuor, ad Ordinariorum Collationem, per-
tinerent. Qua ſtante Tranſactione firma, apud
Galliæ etiam Pragmaticos, invaluit ſententia, Re-
rum judicatarum munimine roborata, quod Bene 106
ficia Britanniæ vacantia in octo Menſibus Apoſtoli-
cis, tempore, quo Sedes Papalis vacat, ſucceſſo-
ris Pontificis diſpoſitioni reſervata remaneant, vel 107
quia Sedes Apoſtolica nunquam moritur, vel quia
Beneficiorum collatio, cum ſit in fructu, Succeſſo-
ri fructus reſervari debent *Louet ad Regul. de In-
firm. num.* 237. *Caſtell. in Paraphraſ. ad Regul. Can-
cell. pag.* 170. *Du Perray in Tract. de Jur. honorif.
pagina mihi* 57. & Nos late *in Commentar. in Reg.
IX. §. 4. n. 4.*

Quemadmodum etiam mortuo Papa, non expi 108
rant reſervationes inductæ per *Extravag. Execrabi-
lis*, & per *Extravag. Piæ ſollicitudinis, de Præb.*
ſed perpetuæ ſunt, quia in Conſtitutionibus præfa-
tis, Beneficiorum diſpoſitio reſervatur Sedi Apo-
ſtolicæ, & non Papæ *Roſ. de executor. in addit. ad
cap. 6. n. 200. & ſub num. 206. Lotter. de re beneſic.
lib. 2. quæſt. 27. num. 57.*

Rationibus hucuſque expenſis, adſtipulatur, ne
dum inconcuſſa obſervantia, juxta quam, Germa- 109
nica Beneficia, quæ in ſex Menſibus Apoſtolicis va-
carunt, dum Sedes Apoſtolica Paſtore deſtituta re-
periebatur, ſemper a Succeſſoribus Pontificibus col- 110
lata fuerunt; verum & communis Doctorum, etiam
Germanorum ſententia, nempe *Nicolarts ad Con-
cordat. German. tit. 1. dub. 8. §. 14. pag. 67. juxta
poſtremam impreſſionem Romanam, Kochier. ad Re-
gul. Cancellar. in Proœm. num. 21. Piring. in Jus Ca-
non. lib. 3. tit. de Praben. num. 357. in fine, Wagna-
rec. in Commentar. Exegetic. SS. Canon. lib. 3. tit. 5.
pag.* 514. & præter ipſos *Eminentiſſ. Petra ad Con-
ſtit. Apoſtolic. tom. 5. in Conſtitutionem Nicolai Pa-
pæ V. Sectione unica pag. 17. n. 20. Barboſ. de Epiſ-
cop. alleg. 57. ſub n. 62. Murga de Beneſic. quæſt. 3.
num. 296. Thomaſſin. de Beneſic. tom. 2. lib. 1. cap.
44. n. 2. Rot. deciſ. 185. n. 3. & deciſ. 215. part. 17.
Recen.*

Hinc plane dignoſcitur, quam inſubſiſtens ſit con-
traria opinio *P. Engel*, ejuſque Aſſeclarum, nedum 111
quia ſcripſerunt ad opportunitatem Præſulum, in
quorum Diœceſibus morabantur, proindeque nul-
lam ſibi vindicant auctoritatem in præjudicium Ju-
rium Sedis Apoſtolicæ, ut in ſpecie reprobando *P.
Engel. & P. Schmier.* in alia controverſia ſuper Con-
cordatorum interpretatione orta, dixit *Rot. in Tri-
dentina Archipreſbyteratus 8. Februarii* 1727. *§.
Profecto cor. R. P. D. Calcagnino impreſſ. poſt Piton.
diſcept. Eccleſ.* 150.

Verum, quia rationes per ipſos expenſæ nullo
modo ſubſiſtunt. Et quidem aſſeritur, ſed non pro-
batur, quod partitio Menſium inter Sedem Apo- 112
ſtolicam, & Ordinarios Germaniæ in Concordatis
facta, ſit ſubrogata loco Regulæ IX. Quinimo ſub-
rogatio hujuſmodi, vel ex eo excluſa remanet,
quod Regula IX. non aderat ante Nicolaum V. qui
fuit illius, & Concordatorum Auctor. Et licet ob- 113
tendi poſſet, quod Nicolaus Pontifex electus die 6.
Martii 1447. primi ſui Pontificatus menſibus Regu-
lam ediderit, & poſtea ſequenti anno Concordata
confirmaverit; nihilominus, & penes Auctores cer-
to non conſtat de tempore, quo Regula IX. edita
fuit; & valde inveroſimile eſt, quod Natio Germa-
nica cogitare potuerit de Regula, quæ a Nicolao,
(quemadmodum poſtea factum quoque fuit a quam-
pluribus ejus Succeſſoribus) aliarum Regularum
Codici

Codici inſerta non fuerat, ut dicemus *in Commentar. in Reg. IX. n. 11.*

Aſt ubi Regula IX. tempore Concordatorum e-
114 manaſſet, adhuc excluditur ſubrogatio ex perſpicua
diverſitate, quæ viget ioter Regulam, & Concordata ipſa. Regula quippe IX. reſervat Ordinatiis quatuor Menſes, Concordata ſex. Regula IX. durat ad beneplacitum Pontificis, & eo mortuo expirat; Concordata ſunt perpetua, nec morte Papæ ceſſant. Beneficia vigore Regulæ IX. reſervata, Pontificis collationi ſemper remanent reſervata, etiam poſt cujuſcumque temporis lapſum; At in Beneficiis ad Pontificiam proviſionem ſpectantibus vigore Concordatorum, ceſſat reſervatio, ſi poſt lapſum trium Menſium a die notæ vacationis, non appareat de illis per Papam diſpoſitum. Poſtremo diſcriminantur adeo inter ſe Concordata, & Regula Nona, ut illa in hac expreſſe legantur excepta, ut patet ex ejuſdem Regulæ tenore ibi -- *Aut aliorum ſub Concordatis inter Sedem Apoſtolicam, & quoſcunque alios initis &c.* & explicat *Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 25. §. 4. num. 13. & ſeqq.* Stante autem hujuſmodi certa differentia inter Concordata perpetua, & Regulam IX. temporaneam, ceſſant a toto genere termini ſubrogationis, quæ non fit reſpectu rei diverſæ omnino naturæ, & qualitatis
115 *leg. cum in fundo §. fundus ff. de Jur. Dot. Barboſ. Axiom. 213. n. 3. Surd. de Aliment. tit. 5. quæſt. 1. num. 34. Menoch. conſ. 427. n. 8.* ſed proprius dici debet, quod Concordata ſint nova lex, novam cir-
116 ca Beneficiorum collationem inter Sedem Apoſtolicam, & Ordinarios Germaniæ præſcribens methodum, diverſam a præſcripta in Regula IX. quæ ex poſteriori lege contraria abrogata cenſetur, ad *Text. in leg. pacta noviſſima Cod. de Pact. leg. ſed, & poſteriores ff. de legib. leg. prima in fine ff. de ſtipul. ſerv.*

Cæterum ad exuberantiam admiſſo, quod Concordata ſubrogata fuerint in locum Regulæ IX. eam tantummodo modificando circa coæqualem Menſium partitionem inter Sedem Apoſtolicam, & Ordinarios; nihilominus, quia dicta ſubrogatio expleta fuit per viam Conventionis, & pacti, Pontificia Conſtitutione deſuper munita, ſequitur inde, quod Regula IX. quæ de ſui indole prius erat temporanea, ad Pontificis vitam duratura, evaſerit poſtea, licet ſic modificata, reſpectu Ordinariorum
117 Germaniæ, perpetua. Quando enim ſuper aliqua
Regula Cancellariæ exaratur Conſtitutio Pontificia, tunc Regula illa induit naturam ejuſdem Conſtitutionis, quæ perpetua eſt, nec per obitum Papæ expirat, ut diximus ſupra *num. 73.* Eo prorſus
118 modo quo, ſi diſpoſitio juris communis redacta eſ-
ſet in Statutum, abrogato, ſeu modificato jure communi, non cenſeretur abrogatum, ſeu modificatum idem jus in Statuto diſpoſitum, juxta opinionem *Joannis de Lignana* relatam ab *Ancaran. in cap. licet de Conſtit. num. 11. & ſeqq. Alex. conſ. 93. num. 8. lib. 7. Dec. conſ. 349. num. 3. Aretin. conſ.*
119 *22. num. 1. & ſeqq.* Et exemplum habemus in Re-
gula XXXII. ſuper conſenſu Cardinalium, quæ, etſi prius temporalis, ob ſuperventas tamen Conſtitutiones Gregorii XIV. & Pauli V. quæ ſunt perpetuæ, effecta eſt perpetua, nec Sede vacante ex-
120 pirat, ut diximus ſupra *num. 74.* In Gallia quo-
que nonnullæ Regulæ Cancellariæ ſunt receptæ, regiſtratæ in Parlamentis, & effectæ leges Regni, quæ per obitum Pontificis non expirant, ſed ſicuti aliæ ejuſdem Regni leges, perpetuo durant *Rebuff. in prax. Beneficial. ad Regul. de Publican. Reſignat. gloſſ. 1. in princip. Zyp. in Narration. Analyt. Jur. Pontif. nov. lib. 1. tit. de Conſtit. n. 10. in fin. Papon, lib. 3. Arreſt. tit. 1. art. 1. Huſſon. Charloteau in libro Gallici idiomatis, qui inſcribitur, Abregé des Matiéres Bénéficiales pag. mihi 127. in Notis.*

Ejuſdemque irrelevantiæ eſt ſecundum fundamentum, quod Concordata ſint Ordinariis Germaniæ favorabilia, & in dubio contra Concedentem interpretanda. Quandoquidem favor in hoc conſiſtit, 121
quod Pontifex quamplurimas Reſervationibus modificationes appoſuit, gratiaſque Germanicæ Nationi indulſit, quibus aliæ Nationes non gaudent. Indulſit enim, quod Capitula Germaniæ poſſent eligere ſibi Præſules. Indulſit Ordinariis Collationem Beneficiorum in ſex Menſibus. Suſtulit de medio Regulam II. Cancellariæ in ea parte, qua reſervat Beneficia vacantia tempore viduitatis Sedis Epiſcopalis, relinquendo eorum diſpoſitionem Præſulibus Succeſſoribus. Er demum indulſit, ut Ordinarii Germaniæ conferre poſſent Beneficia vacantia in Menſibus Sedi Apoſtolicæ aſſignatis, ſi de illis intra ſpatium trium Menſium Pontifex non diſpoſuerit: Singularis ſane permiſſio, ac præcipua conceſſio a beoignitate Apoſtolicæ Sedis elargita favore Ordinariorum Germaniæ, contra juris communis diſpoſitionem, de qua in *cap. licet 3. de ſupplen. neglig. Prælat. cap. Poſtulaſti 5. de Conceſſ. Præben. gloſſ. in cap. Statutum 3. Verb. numerandum in fine, de Præben. in 6.* & bene advertunt *Branden. ad Concord. Germ. Quæſt. 6. n. 17. Nicolarts eodem Tract. tit. 1. dub. 11. §. 2. Eminentiſſ. Petra ad Conſtit. Apoſtolic. tom. 5. pag. 45. n. 62. Rot. deciſ. 16. num. 18. cor. Benincaſ. & in Auguſtana Canonicatus 12. Januarii 1703. §. Aut poſt cor. Molines inter impreſſas deciſ. 813.*

Quod ſi Ordinarii Germaniæ aſſequuti non ſunt favorem conferendi Beneficia in omnibus Menſibus poſt Pontificis obitum vacantia ad inſtar aliarum Regionum Ordinariorum, id provenit ex natura rei,
& diverſitate rationis. Ut enim diximus, pro aliis 122
Nationibus Pontifex Regulas vulgat *ſuo tempore duraturas*, reſervatque Beneficia in octo Menſibus vacantia ſuæ diſpoſitioni, *& uſque ad voluntatis ſuæ beneplacitum.* Itaque eo tempore elapſo, & beneplacito per obitum expitato, ceſſant Regulæ, & reſervationes. At in Germania adeſt lex fixa, & perpetua, reſervans generaliter, & indefinite Apoſtolicæ Sedi, quæ nunquam moritur, Beneficia in ſex Menſibus vacantia, itaut, ſtatim ac erigitur Beneficium, eſt obnoxium hiſce legibus. Et hæc
Reſervatio rem ipſam, hoc eſt Beneficium afficit, 123
ſicuti dicitur de Dignitate poſt Pontificalem majori in Cathedrali, aut principali in Collegiata, & de Canonicatibus trium Baſilicarum Urbis, in quibus ab initio reſervatio infixa eſt. Eaque propter, ſtante hujuſmodi perſpicua diverſitatis ratione, eruta ex indole, & natura Concordatorum, & Regulæ IX. favor Germanicæ Nationis, utcumque maximus,
non eſt adeo extendendus, ut rationem ipſam de- 124
ſtruat, Concordatis vim inferat, veramque Concedentis mentem lædat; ſed interpretari debet juxta Regulas legales, obſervantiam, & communem ſenſum Doctorum, etiam in Germania ipſa ſcribentium, ut recte obſervat *Eminentiſſ. Petra dict. tom. 5. pag. 8. n. 4.*

Hinc patet reſponſio ad exemplum Beneficiorum 125
vacantium per reſignationem, quæ excipiuntur in Regula IX. abſque eo quod de illis ulla mentio fiat in Concordatis; & nihilominus etiam Germaniæ Ordinarii ea exceptione utentes, conferunt in quibuſcunque Menſibus Beneficia in eorum Manibus dimiſſa: Militat enim hoc caſu identitas rationis, nam qua ratione Pontifex non confert Beneficia aliarum Provinciarum dimiſſa in manibus Or-

dinariorum,

dinariorum, quia nempe nunquam ſub reſervationibus hæc Beneficia reſignata comprehenſa fuerunt,
ita nec confert in Germania, cum in iis nulla unquam ceciderit reſervatio.

Tertium contrarium fundamentum, quod ſcilicet in Concordatis fuerint Pontifici aſſignati ſex
Menſes, eo modo, quo prius ex ejuſdem Pontificis parte erat in uſu, Sede videlicet Apoſtolica plena &
126 non vacante, ex pluribus corruit. Primo, quod hi
Menſes non fuerunt aſſignati Perſonæ Pontificis,
ſed *diſpoſitioni S. Sedis.* Rurſus, ideo prius Pontifices
utebantur his Menſibus Sede tantum plena, quia
ita expreſſe declarabant, Beneficia in dictis Menſibus
reſervando uſque ad voluntatis ſuæ beneplacitum,
quod in Concordatis expreſſum non fuit. Et
127 demum peccat objectio in ſuppoſito, cum ante Concordata,
& ante Nicolaum V. nulla eſſet partitio
Menſium inter Sedem Apoſtolicam, & Ordinarios
Germaniæ, ſed ea fuit nova lex addita in Concordatis.

Poſtremo quidquam non refragatur, quod reſervatio Beneficiorum Sede vacante, non fuerit in pactum deducta,
nec appareat per Concordata introducta.
Quia licet non fuerit expreſſe in pactum de-
128 ducta, eſt tamen neceſſaria ſequela ejus, quod in
pactum deductum fuit. En ipſo namque, quod
per legem perpetuo duraturam, quæ ſemper loquitur,
nempe per Concordata, fuerunt ſex Menſes aſſignati
diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ, in neceſſarium
deſcendit conſequens, quod ſive Pontifex vivat, ſive
obierit, ſemper vigere debeat reſervatio, cum Apoſtolica
Sedes, ad cujus favorem inducta fuit, ſemper vivat.

Hæc ſunt, quæ paulo ſuſius, quam opus erat,
ſcribere operæ pretium duximus in demonſtranda
inſubſiſtentia opinionis *P. Engel.* quem clauſis oculis
ſequuti ſunt nonnulli DD. Germani, qui poſt ipſum
ſcripſerunt, ne illa in adeo notabile jurium S.
Sedis præjudicium invaleſcere incipiat. Solumque opinio
præfata ſuſtineri poterit in Parochialibus per
129 *Text. in cap. ſi Apoſtolica, de Præben. in 6.* cui per
Concordata derogatum non fuit. *Konig. ad lib. 3.
Decretal. tit. 8. de Conceſſ. Præben. n. 23.* & Nos in
infra *Comment. in Regul. I. §. 1. n.* 288.

Cæterum, licet morte Pontificis Regulæ expi-
130 rent; reviviſcunt tamen, ut ait *Gomeſ. in quæſt. 2.
principal.* ad inſtar Phænicis, & veluti Aquila renovatur
per Pontifices ſucceſſores, ac in locum antiquarum
ſubrogantur, cum iiſdem tamen qualitatibus,
& moderationibus, ſeu declarationibus *Gonzal.
ad Regul. 8. §. 5. Proœm. n. 42. & ſeqq. & Gloſ.
5. §. 3. n. 74. & Gloſſ. 9. §. 2. num. 10. Barboſ. de
Epiſcop. par. 3. allegat. 57. n. 60. in fine, Corradin.
in prax. diſpenſ. lib. 3. cap. 6. ſub n. 56. Rot. in Lauden.
Vicariæ 29. Martii 1694. §. nec hujus Decreti
coram cl. mem. Card. Caprara, inter impreſſas deciſ.*
211. *num.* 8.

An autem, & quando Cancellariæ Regulis de-
131 rogatum cenſeatur per clauſulam -- *non obſtantibus
Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis* -- conſule
*Gomeſ. in Proœm. quæſt. 5. & 6. Kochier. ad Regul.
Cancell. pariter in Proœmio §. final. & Nos in
Commentar. ad Regul. LXXI.*

At quoniam ſupra ſub num. 21. ſermo primum
incidit de Datario, de quo pluries in hoc Opere
mentio fieri continget, mens erat aliquid de illius
132 origine, officiique Dignitate, ac præſtantia dicere,
ſed conſulto id facere omittimus, ne aliorum dicta
inutiliter tranſcribere videamur, dum hac de re latiſſime
egerunt *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap.
1. & ſeqq. Cohell. Notit. Cardinal. cap. 37. Card. de
Luc. in Relat. Curiæ Roman. diſc. 9. Vaneſpen. in
Rigantii in Reg. Cancellariæ.*

Jus Eccleſ. univ. part. 1. tit. 23. Lubet tamen adnotare,
quod Datarii munus excelſum, cæteriſque Romanæ
Curiæ officiis præſtantiſſimum, nonniſi Viris
prudentia, integritate, ac doctrina conſpicuis,
ſemper demandari ſolitum ſuit. Hinc ſpatio octo- 133
ginta quinque annorum novem S. Rotæ Romanæ
Auditores Apoſtolicæ Datariæ præfecti fuerunt, videlicet,
Hyppolitus Aldobrandinus anno 1585. *Pompejus
Arrigonius* anno 1595. *Franciſcus Sacratus*
anno 1621. *Clemens Merlinus* die 26. Februarii 1623.
Jacobus de Cavaleriis die 25. Decembris ejuſdem
anni. *Dominicus Cecchini* anno 1644. *Jacobus Corradus*
anno 1656. *Petrus Otthobonus* anno 1662.
& *Gaſpar de Carpineo* anno 1670. Unde patet,
quod ſex Pontifices a Gregorio XV. qui ſibi Data- 134
rios ſucceſſive elegit *Franciſcum Sacratum, & Jacobum
Merlinum*, uſque ad Clementem X. ſub quo
Datarii munus exercuit *Gaſpar de Carpineo*, ſtylo
nunquam interrupto, unum ex Sac. Rotæ Auditoribus
ad Datariatum aſſumpſerunt: quæ exempla
ſequutus Smus D. N. CLEMENS XII. vix Pontifex
renunciatus, munus præfatum demandavit
bon. mem. *Antonio Franciſco de Valentibus* Sac.
Rotæ Auditori. Ab anno itidem 1471. uſque ad hæc 135
noſtra tempora, triginta quinque S. R. E. Cardinales
Datarii officium exercuerunt, ad illud, vel in
ſtatu Cardinalitio aſſumpti, vel in illius exercitio
Purpura donati; atque ex his, tres poſtea *Petri* Cathedram
aſcenderunt, videlicet *Joannes Baptiſta Cybo*
die 24. Auguſti 1484. ſub nomine *Innocentii VIII.
Hyppolitus Aldobrandinus* die 30. Januarii 1592. ſub
nomine *Clementis VIII.* & *Petrus Otthobonus* die 6.
Octobris 1689. ſub nomine *Alexandri VIII.* ut ex
Elencho *Datariorum*, qui extiterunt a tempore Martini
V. uſque ad præſens, per Nos, ex varia librorum
lectura, non ſine labore efformato, & mox
ſubjiciendo.

Datarii miniſterium per Pontificis obitum omnino
expirat, itaut non ſolum *Datas* per eum antea 136
notatas, extendendi poteſtatem minime habeat, ſed
qualcumque ſupplicationes Gratiarum, & Juſtitiæ
penes eum, aut ejus Miniſtros, adhuc exiſtentes,
etiamſi *Datatæ* fuerint, Collegio Cardinalium, ſtatim
ſub ſigillo clauſas, præſentare teneatur, ut præſcribitur
*in Conſtit. Pii IV. la 63. §. 11. Bullar.
nov.*

Hinc, cum *die* 19. Martii 1721. deceſſiſſet San.
Mem. Clemens XI. excitatum fuit dubium de ſub-
ſcribendis Tranſumtis Bullarum, quæ vivente Pon- 137
tifice expeditæ fuerant, quæque expediendæ ſupererant
in duabus Cancellariis haberi ſoliis poſt Pontificis
mortem; Et dicebatur, quod Cardinalis *Carpineus*,
Clementis X. Prodatarius, Tranſumtis ſubſcripſerat
poſt ejuſdem Pontificis obitum. Quæſivit
a me cl. mem. Cardinalis Sacripantes, quid a clar.
mem. Cardinali Panciatico ſervatum fuerat in obitu
ſan. mem. Innocentii XII. Reſponſum dedi, quod
præventive exarata fuerant Tranſumta, quibus etiam
a me, eorumdem Officiali, non reviſis, nec ſubſcriptis,
ille ſubſcripſit, Pontifice adhuc vivente,
poſt cujus obitum omnino abſtinuit. Quinimo cum
paulo ante Pontificis mortem, præſentata laudato
Cardinali Panciatico fuiſſent nonnulla Tranſumta,
& Calamum aſſumpſiſſet, ut ſubſcriberet, monitus
fuit, quod Pontifex Animam exalabat. Relictis
omnibus, ad Manſiones Pontificias aſcendit & poſt
quadrantem rediit; nec illis, etſi antea præſentatis,
ſubſcribere voluit, eo quia, cum per obitum Papæ
ſuum Datarii munus expiraſſet, juxta dictam *Conſtitutionem
Pii IV.* uti amplius non poterat Prodatarii
titulo, & facultatibus.

Huic exemplo adhærens Cardinalis *Sacripantes*,

poſtſtabito alio exemplo Cardinalis de *Carpinea*, (quod tamen recognitum non fuit) Tranſumtis ſubſcribere noluit. Et inſuper mihi retulit, quod cum petitum ab ipſo fuiſſet, ut ſubſcriberet uni ex Bul-
138 lis, quibus Datarius ſubſcribere ſolet loco Secretariorum ſuppreſſorum, id facere renuit, quia non alio titulo ſubrogatus erat, niſi tanquam Datarius, & cum per obitum Pontificis ceſſaſſet Datariatus, ceſſaverat etiam ſubrogatio.

Idipſum ſervatum fuit ab Eminentiſſimo Domino Cardinali *Corradino* poſt obitum ſan. mem. In-
139 nocentii XIII. ſequutum die 7. Martii 1724. licet fuiſſet in oppoſitum adductum exemplum D. Secretarii Brevium. Et iterum ab eodem D. Cardinali, quando ſub *die* 21. *Februarii* obiit ſan. mem. Benedictus XIII.

140 ## E L E N C H U S

D A T A R I O R U M

A tempore San. Mem. Martini V. *uſque ad SSmum D. N. CLEMENTEM XII. feliciter Regnantem.*

SUB MARTINO V. *Paulus Ferrantes* e Meldula Datarius, ab eodem Pontifice Cæſenas Epiſcopus adlectus eſt die 27. Februarii 1426. Deceſſit anno 1431. *Ughell. Ital. Sacr. tom. 2. in Epiſcop. Caſenat. colum.* 426. *num.*66. *juxta Venetam editionem.*

SUB NICOLAO V. *Maffæus de Veggiis* Canonicus Baſilicæ S. Petri, Scriptor, & Pontificis familiaris, ut ex Proviſionibus ad ejus favorem factis *libr. primo, ejuſdem Nicolai anno primo. de Præbendis vacantibus pag.*26. *&* 110. Scripſit de rebus antiquis memorabilibus Baſilicæ Vaticanæ. *Phœbeus de Cathedra S. Petri pag.* 48. *&* 50. A *Martinello* dicitur Datarius Martini V. in libro, cui titulus -- *Roma ricercata Giornata X. §. Paſſata, pag. mihi* 174.

SUB PIO II. *Angelus Gerardinus* à Pio II. Datarius deſignatur, ſtatimque Prothonotarius majoris Ordinis creatus, & variis Legationibus functus, Epiſcopus Sueſſanus creatus eſt *quarto Idus Septembris* 1462. *Ughell. tom.* 6. *in Epiſcop. Sueſſan. colum.* 542. *ſub litt. B.*

SUB PAULO II. *Joannes Baptiſta Millinus* Apoſtolicus Abbreviator, & Datarius. Anno 1468. Urbini Epiſcopus, denique a Sixto IV. anno 1476. Cardinalis renuntiatus. *Carthar. in Syllab. Advocat. Conſiſtorial. pag.*201. *Ughell. tom.* 2. *in Epiſcop. Urbin. colum.* 794. *juxta Venetam editionem.* Plura in ejus laudem ſcripſit *Ciaccon. tom.* 3. *in Sixt. IV. colum.* 61.

Laurentius Roverella Ferrarienſis ſub Paulo II. Datarius, & pluribus in Provinciis de rebus graviſſimis Legatus. Cum Pio II. morti jam proximo, circa extremam Unctionem iterandam accerrime diſputavit. Cum Sixtus IV. Senatorios honores ei deſignaret, fatum abrepit anno 1476. *Ughell. tom.* 2. *in Epiſcop. Ferrarien. col.* 553. *n.* 64. *juxta Ven. edict.*

SUB SIXTO IV. *Joannes Baptiſta Cybo* (poſtea Innocentius VIII.) Epiſcopus Melphitenſis, & Cardinalis. *Pannin. poſt Platin. pag. mihi* 466. *Lombardus* in libro, cui titulus *Notizie Iſtoriche della Città di Malfetta pag. mihi* 90. *& ſeqq.* ex Auctore Supplementi *ad Chronic. Petrarch. pag.* 115. *Ciaccon. tom.* 3. *colum.* 91. ubi addit, quod Datariatus *non eſt parvæ exiſtimationis Officium*, & *colum.* 116.

Ardicinus a Porta Sixti IV. Datarius. Anno 1475. Epiſcopus Alerienſis creatus, & ab Innocentio VIII. ad Purpuram evectus. *Ughell. tom.* 3. *in Epiſcop. Alerien. colum.* 504. *n.* 19.

Franciſcus Hiſpanus ex Atavis Judæis ad fidem converſis, Pii II. familiaris, ac Decanus Cathedralis Eccleſiæ Toletanæ, &, ut inquit Regius Chroniſta *Ferdinandus del Pulgar* in libro, quem inſcripſit -- *Los claros Varones de España tit.* 22. -- *Papa Sixto le hizo ſu Datario, que es officio de gran confianza, y le proveyo del Obiſpado de Coria* -- Genuam ablegatus, ut Civiles tumultus ſedaret, inde reverſus, cum Purpuræ proximus eſſet, obiit ætatis anno 55. *Barboſ. lib.* 3. *Vot. deciſ.* 93. *n.* 141.

SUB INNOCENTIO VIII. *prædictus Ardicinus à Porta* hoc idē Datariatus munus exercuit. *Ciaccon. tom.* 3. *in Innocent. VIII. col.*126. *litt. C. in fin.*

Antoniottus, ſeu *Antonius Pallavicinus*, Epiſcopus *Aurien.* & Cardinalis, necnon Datarius. *Ciaccon. tom.* 3. *in Innoc. VIII. Ughell. tom.* 4. *in Epiſcop. Albintimilien. colum.* 309. *n.* 23. *juxta Venet. Edit. Abbas Juſtinian. ne Scrittori Liguri pag.* 104. *Rota in Deciſion. Div. in* 4. *pag. ultim. & pag.* 180. *& ſeqq.*

Joannes Saccus, Epiſcopus Anconitanus, Innocentii VIII. Datarius, obiit ſub *Julio* II. anno 1505. ſepultus apud S. Onuphrium cum Inſcriptione *Ughell. tom.* 1. *in Epiſcop. Anconitan. colum.* 943. *n.* 43. *juxta Venetam Edition.*

Magnificum Ædificium Innocentius VIII. in Vaticano extruxit Datario, ejuſque Officialibus, & expeditionum Actoribus per commodum, quod Paulus V. dum nova Principis Apoſtolorum Baſilica exſurgeret, penitus excidit, & Datariam ad internus Vaticanum tranſtulit. *Amayd. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 2. *ſub n.* 4. *§. Innocentius.*

SUB ALEXANDRO VI. Præfatus Cardinal. *Antoniottus Pallavicinus* Datarii, ſeu Prodatarii munus exercuit. *Ciaccon. d. tom.* 3 *col.*130. *Ughell. ubi ſupra*, *Abbas Juſtinianus dicta pag.* 104.

Joannes Saccus, etiam Alexandri VI. Datarius fuit *Ughell. dict. tom.* 1. *in Epiſcop. Anconitan. columm.* 943. *n.* 34.

Joannes Baptiſta Ferrari, ejuſdem Alexandri VI. Datarius & Cardinalis, valde verſatur in materiis Cancellariæ. *Ciaccon. dict. tom.* 3. *col.*199. Tanquam Valentiniaæ crudelitatis, atque ſacrilegæ rapacitatis adminiſter, omnibus inviſus, veneno fuit ſublatus. Defuncti congeſtas opes in publicum Ærarium illatas, cum Franciſco fratri reclamanti Pontifex *Mutinenſem* obtuliſſet Epiſcopatum, quaſi obſtructo ore, ceſſavit ille repetere *Ughell. in Epiſcop. Mutin. tom.* 2. *col.* 134. *Cabell. Notit. Card. cap.* 21. *§. final. & in addit. ad Ciaccon. tom.* 3. *in Alexandr. VI. col.* 199. *Hieronymus Galimbertus in libr. de Pontific. & Cardinal. pag.* 379. ubi refert malignantem Inſcriptionem ejus Tumulo noctis tempore appoſitam.

Joannes Hortega Abbreviator, & Datarius, ſepultus in Templo S. Mariæ de Populo cum hujuſmodi Inſcriptione in Sepulcro poſito in Clauſtro Monaſterii -- *Joanni Hortega Gomieli Burgen. Epiſ. Potent. ab Alexandro VI. ob fidem, integritatem, ac Juriſprudentiam, ſupplicibus Libellis ſubſignandis (Datarium vocant) præfecto; nec non Litteris Majoris Præſidentiæ dictandis XII. viro, Secretario, ac Subdiacono*

Apoſto-

Apoſtolica, & Summarum Magiſtro, aliiſque boneſtiſſimis muneribus egregie functo, cujus mors immatura totius Hiſpaniæ ſpem maximam feſellit, Franciſcus Gomiel, pietatis memor, Fratri optimo poſ. Vixit annos XLI. M. II. D. XXIV. Amayden. dict. lib. 1. cap. 2. n. 2. ubi ſubdit, colligi ex hac Inſcriptione, Datarios pleroſque ad majora promoveri conſueviſſe, Vocabulum vero ipſum recens eſſe, & fuiſſe ſpeciem Secretarii privati, ſimul & Conſiliarii, qui adnotabant diem conceſſionis gratiæ, *Card. de Luc. in relat. Curiæ diſcurſ. 9. n. 14. & ſeqq.*

Joannes Lopez Hiſpanus, Alexandri VI. Datarius, Cardinalis, & Epiſcopus Peruſinus *Platin. in vita ejuſdem Alexandr. VI. pagin. mihi* 479. *Ughell. tom. 1. in Epiſcop. Peruſin. colum.* 1164. *Epiſcop. 52. juxta Venet. Edit. Ciaccon. tom. 3. colum.* 186.

Octavius Fornarini Epiſcopus Marianenſis, ſub Alexandro VI. Apoſtolicæ Cameræ Clericus, atque Datarius, Romæ deceſſit, cum adhuc eſſet annorum 36. & ſepultus in Eccleſia S. Auguſtini, in cujus Sepulcro legitur - *Cauſis fiſcalibus judicandis Septemviro, Pontificis Maximi a Supplicibus Libellis referendis* - apud *Ughell. tom. 4. in Epiſcop. Marianen. col.* 1001. *& ſeqq. juxta Venet. Edit.*

SUB JULIO II. *Antonius Ferrerius* Savonenſis Datarius. & Cardinalis. *Ciaccon. tom. 3. colum.* 257. *Ughell. tom. 1. in Epiſcop. Engubin. p.* 650. *n. 69. & in Epiſcop. Peruſin. colum.* 1165. *n.* 54. *juxta Venet. Edit*

Fabius Sanctorius Viterbienſis, Epiſcopus Cæſenaten. Clericus Cameræ Apoſtolicæ, Datarius, & Cardinalis. *Ciaccon. dict. tom. 3. col.* 259.

Franciſcus Argentinus Venetus, Epiſcopus Concordien. & Cardinalis S. Clementis, Julii II. Datarius, *Ciaccon. dict. tom. 3. colum.* 297. obiit eodem anno, quo fuit creatus Cardinalis. *Rondanin. de S. Clement. pag.* 362. ubi ait, quod ſcripſit de *Immunitate Eccleſiaſtica.* Et de hoc eodem Datario fit mentio in *Bullar. Magno Luxemburgenſi tom. 10. pag. 15. in Julio II. anno* 1511.

Laurentius Puccius Florentinus, Julii II. Datarius. *Ciaccon. tom. 3. in Leone X. col. 337. & colum* 338. inquit, cum Datarius eſſet, ſcripſit de *Gratiis expectativis.*

SUB LEONE X. Idem *Laurentius Puccius* Cardinalis S. Clementis. *Rondanin. de S. Clemente pag.* 363. *Ughell. tom. 3. in Epiſcop. Piſtorien. colum. 308. num. 40. Natalis Alexand. Hiſtor. Eccleſ. tom. 8. in ſæcul. 15. & 16. cap. 1. art. 14. n. 2. pag.* 35.

Joannes Matthæus Gibertus, Epiſcopus Veronen. & vir magnæ litteraturæ, *Ughell. tom. 5. in Epiſcop. Veronen. col. 957. n. 110. juxta Venet. Edit. Abbas Juſtinianus de' Scrittori Liguri p. 352. & ſeqq.*

Sylvius Paſſerinus Cortonenſis Leonis X. Datarius, & Cardinalis. *Ciaccon. tom. 3. col. 388. litt. B. & col. 400. Ughell. tom. 1. in Epiſcop. Cortonen. colum. 629. n. 19. juxta Venet. impreſſ.*

Aloyſius Roſſius, Leonis X. ex Sorore Nepos, ad Cardinalatum ab eodem aſſumptus ſub titulo S. Clementis, & Datariæ Præfectus. *Ciaccon. tom. 3. in Leone X. col. 389. Rondanin. de S. Clemente p. 366. n.* 24.

SUB ADRIANO VI. *Guglielmus Enganordius Platin. in vita ejuſdem Adriani pag.* 499. atque in ejus ſepulcro legitur - *Libellis dandis Præfect.* - *Rondaninus de SS. Joanne, & Paulo p.* 195. *Ciaccon. tom. 3. col.* 441. In direptione Urbis ſub Clemente VII. ut Domum, & bona a Militum depopulatione liberaret, quadraginta aureorum millia cuidam Odoni Duci ſolvere coactus eſt *Oldoin. ad Ciaccon. tom. 3. in Clement. VII. col. 456. ſub litt. D.*

SUB CLEMENTE VII. *Joannes Matthæus Gibertus*, nedum Leonis X. ut diximus, ſed etiam Clementis VII. Datarius fuit. Ad Cardinalatum promotus non fuit propter vitium Natalium · ejuſque opera uſus eſt Paulus III. in Congregatione ſuper Reformatione. *Abbas Juſtinianus de' Scrittori Liguri p. 392. & ſeqq. Ciaccon. tom. 3. in Leone X. col. 411. litt. B. in fin. & in Clemente VII. col. 458. ſub litt. C. & in Paulo III. col.* 608.

Joannes Baptiſta Bonciannius, Epiſcopus *Caſertanus*, ſub Clemente VII. Datarius. *Ughell. tom. 6. in Epiſcop. Caſertan. col. 510. num.* 29.

Thomas Corteſius Prati in Thuſcia natus, Clementis VII. Datarius, Epiſcopus *Veſtanus*, & per aliquod tempus etiam Epiſcopus *Geruntin. & Cariaten. Ughell. tom. 9. in Epiſcop. Geruntin. col. 502. n.* 24. Inſignis Juris utriuſque Doctor, diu Romæ Cauſarum Patronus. Demortua Uxore, fit Referendarius, mox Epiſcopus *Veſtanus* evaſit. *Ughell. tom. 9. in Epiſcop. Veſtan. n. 24. col.* 866. ſed *Lucentius in addit.* expungendum putat ab Epiſcopis *Veſtanis*, cum fuerit *Geruntinen. & Cariaten.* primum, poſtea Epiſcopus *Vaſionen.*

Aſcanius Pariſanus Tolentinas, *Cajacenſis*, mox *Ariminenſis* Epiſcopus, a Clemente VII. Datariæ Apoſtolicæ Præpoſitus, a Paulo III. poſtmodum in ampliſſimum Cardinalium Collegium cooptari promeruit, ut legitur in Sepulcro in Eccleſia S. Marcelli Urbis in ejus Cappella, & in Pariete a Cornu Evangelii.

SUB PAULO III. *Chriſtophorus Jacovacci* Epiſcopus *Caſſanen.* Datarius, & Cardinalis. De ipſo fit mentio in Regulis Cancellariæ ejuſdem Pontificis *pag. 21. 36. a tergo 37 43. a tergo, & p. 44. Ciaccon. tom. 3. Cardinal. 13. Ughell. tom. 9. in Epiſcop. Caſſanen. col. 351. n.* 36.

Aſcanium Pariſanum Clementis VII. ut diximus Datarium, munus idem exercuiſſe ſub Paulo III. eruí videtur ex verbis *Ciacconii*, qui de Pariſano ſermonem habens, ait - *Ex Pontificis Datario, a Paulo III. Cardinalis creatus.* Sed valde dubium id videtur, dum verba illa *ex Pontificis Datario* referri poſſunt ad munus, quod ſub anteceſſore Pontifice Clemente VII. exercuerat. Maxime, quia in ejus ſepulcrali Inſcriptione nullum fit verbum, quod Pauli III. etiam Datarius extiterit.

Bartholomæus Guidiccioni Datarius, & Cardinalis. *Ciaccon. tom. 3. colum. 670. & ſeqq. Ughell. tom. 1. in Epiſcop. Lucenſ. n. 87. pag. 829. & pag. 831. n 89. juxta Venet. Edit.* Juſtitiam, integritatem, & animi candorem adeo dilexit, ut a primo inſtituto nunquam divelli potuerit, & nonnullas Curiæ Romanæ conſuetudines, quæ minus juri conſonæ videbantur, præſertim in munere Datariatus, ſcripto improbaverit, nullaque vi, aut gratia permotus ad jus violandum ſe tradoxerit; & quotieſcumque in iis rebus ſui officii poſtulari contingeret, & placide renuebat, & innocentiam ſuam conſtantiſſime tuebatur. Hæc *Ciaccon. tom. 3. in Paulo III. col. 671. ſub litt. D.*

Nicolaus Cardinalis *Ardinghellus* Epiſcopus *Foroſempronienſis*, Datarii officium ſub Paulo III. exer-

exercuit. *Port. Imol. conſil.* 98. *in princip.* & dicitur *Ardingellus Supplicum Libellis præfectus* apud *Ciaccon. tom.* 3. *colum.* 704. Obiit anno 1597. poſt triennium Cardinalatus.

Hieronymus Capodiferro Romanus, Epiſcopus *Nicien. Ciaccon. tom.* 3. *col.* 706.

Petrus Durantes Epiſcopus *Thermularum* Datarius tempore Pauli III. de quo *Ughell. tom.* 8. *in Epiſcop. Thermulan. n.* 29. *juxta Venet. Edit.* ait -- *A Paulo III. utriuſque Signaturæ Referendarius, mox Epiſcopus Thermularum delectus die* 28. *Octobris* 1536. *fuit, ac ſignandis Libellis præpoſitus, Eccleſiam hanc abſens adminiſtravit ad annum uſque* 1539. *quo Romæ mortalitatem explevit. In Templo S. Mariæ ſuper Minervam mandatus eſt.*

Vincentius Durantes, Petri præfati ex fratre Nepos, Patruo tum in Eccleſia *Thermulana*, tum in munere Datariatus ſucceſſit die 4. *Julii* 1539. ætatis ſuæ anno trigeſimo. Interfuit Concilio Tridentino. *Ughell. tom.* 8. *in Epiſcop. Thermul. col.* 377. *n.* 30. *juxta Venet. Edit.*

Nicolaus Venceyus Archidiaconus *Metenſis*, Pauli III. Datarius, ut poſt Regulas Cancellariæ ejuſdem Pauli III. *pag.* 76. 80. *a terg.* 81. 83. *a terg. & pag.* 84. Electus Epiſcopus *Balneoregien.* anno 1541. *Ughell. tom.* 1. *in Epiſcop. Balneoregien. pag.* 517. *Epiſcop.* 64.

SUB JULIO III. *Idem Nicolaus* Epiſcopus *Balneoregien.* de quo poſt Regulas Cancellariæ ejuſdem Pontificis.

Cardinalem Pichinum, fuiſſe quoque Julii III. Datarium, ſuſpicari licet ex iis verbis, quæ in ejus Sepulcro apud Eccleſiam S. Mariæ de Populo ſculpta leguntur -- *Supplicum Libellorum, qui ad Gratiam ſpectant, Cognitori* -- *Ciaccon. tom.* 3. *col.* 776. Obiit anno 155.

SUB PAULO IV. *Hoſius*, antiquus Pontificis familiaris, poſtea Carceribus mancipatus in Caſtro S. Angeli per quadriennium. *Platina in Vit. ejuſdem Pauli pag. mihi* 548. *Natal. Alexand. Hiſtor. Eccleſiaſt. tom.* 3. *Sæcul.* 15. & 16. *cap.* 1. *art.* 18. *n.* 4. *pag.* 51. Nec Albanus Dux, quando poſt reconciliationem Romæ fuit, illius libertatem obtinere potuit. *Reding. in Hiſtor. Concil. Trident. tom.* 3. *pag.* 62. *ſub n.* 53.

Franciſcus Baccodius Epiſcopus *Gebennenſis*, latis laudabiliter ſub Paulo III. Datarii munus exercuit. Extant quædam illius *Notabilia* manuſcripta. *Corrad. in prax. Beneficial. lib.* 4. *cap.* 5. *ſub n.* 60.

SUB PIO IV. *Ludovicus Simonetta*, Epiſcopus *Piſaurenſis*, & Cardinalis, ut poſt Regulas Cancellariæ ejuſdem Pii, & *Ciaccon. tom.* 3. *colum.* 924.

Franciſcus Alciatus Datarius, & in anno trigeſimo quinto ad Purpuram promotus. *Ciaccon. dict. tom.* 3. *colum.* 972. *& ſeqq.*

Galeottus Gegald Gallus, Baſilicæ S. Petri Canonicus, utriuſque Signaturæ Referendarius, Pii IV. Datarius, electus Epiſcopus *Balneoregien.* anno 1563. *die* 15. *menſis Octobris.* Deinde Epiſcopali munere ſe abdicavit aunno 1568. ut ex Actis Conſiſtorialibus. *Ughell. tom.* 1. *in Epiſcop. Balneoreg. pag.* 517. *n.* 35.

SUB S. PIO V. *Antonius Marcheſanus* e Civitate Caſtelli, qui publicavit fœdus contractum ab eodem Pontifice cum Philippo II. Hiſpaniarum Rege, & inclyta Venetorum Republica contra Turcarum Tyrannum, ac in Conſiſtorio legit Regio, & Reipublicæ Mandata, ut ex Actis Conſiſtorialibus ad diem 24. *Maii* 1571. *Eques Maffei in Vita S. Pii pag.* 278. *Antimus* vocatur a *Carthario in Syllabo Advocatorum Conſiſtor. pag.* 148. *Antonius ab Ughell. tom* 1. *in Epiſcop. Tripheruatib. colum.* 1325. *num.* 60. ſed in margine dicitur *Antimus*, prout *Antimus* vocatur a *Corrad in prax. diſpenſ. Matrim. lib.* 8. *cap.* 7. *pag.* 367. §. *præterea.*

Marcus Antonius Maffeus Datarius, & poſtea Cardinalis, *Eques Maffei in vita S. Pii p.* 406. *Ciaccon. in illius Vita*, *Ughell. in Archiepiſcop. Theatin. tom.* 6. *colum.* 761. *n.* 61. *Carthar. in Syllab. Advocat. Conſiſtor. p.* 338.

SUB GREGORIO XIII. *Matthæus Contarelli*, poſtea Cardinalis, Natione Gallus. Reliquit inſigne volumen manuſcriptum, in quo regiſtrantur diverſæ minutæ Diſpenſationum Notabilium, quæ ſuo tempore conceſſæ fuerunt. *Cardinal. Oſſat Epiſtol. tom.* 5. *pag.* 337. laudatur a *Burſat. tom.* 2. *conſ.* 126. *in fine*, *a Navarro*, *& Antonio Poſſevino*, ut apud *Ciaccon. tom.* 4. *colum.* 96. *& ſeqq. Pariſ. de Reſignat. Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 27. *& ſeqq. & lib.* 11. *quæſt.* 6. *n.* 88.

SUB SIXTO V. *Hippolytus Aldobrandinus* (poſtea Clemens VIII.) Sac. Rotæ Romanæ Auditor, ab eodem Sixto creatus Cardinalis, & Summus Pœnitentiarius. *Onuphrius Panuin. in vita ejuſdem Pontificis*, *Cantel. mag. in Catalog. Auditorum Rotæ* impreſſo in principio Indicis Deciſionum ejuſdem Rotæ, ubi, quod Datarius 17. *Maii* 1585. & Cardinalis 18. *Decembris* ejuſdem anni creatus fuit.

Joannes Evangeliſta Pallotta a Sixto V. *obſignandis Libellis præpoſitus*, quem ad Cardinalatum promovit, & *Prodatarium* eſſe voluit. Nuncupatus Cardinalis *di Coſenza*, cum eſſet illius Archiepiſcopus. *Ciaccon. tom.* 4. *in Sixto V. colum.* 179. Et in quadam Bulla Sixti ad favorem Advocatorum Conſiſtorialium edita anno 1587. legitur -- *Quocirca dilecto filio Magiſtro Evangeliſtæ Pallotto Datario, & Prælato Domeſtico noſtro, motu ſimili, per Apoſtolica Scripta mandamus &c. Carthar. in Syllab. Advocator. Conſiſtorial. pag.* 174. *& ſeqq. Granucc. ad Simonett. de reſervat. quæſt.* 95. *num.* 2. *pag. mihi* 270.

SUB URBANO VII. *Lucius Saſſo* Neapolitanus, ut legitur in ejus Epitaphio, apud dictum Amicum noſtrum *D. Advocatum Alexandrum Baldeſchi*, in ejus erudito opere inſcripto -- *Stato della S. Chieſa Papale Lateranenſe pag.* 86. -- ibi -- *Ab Urbano VII. Datarius creatus, in eodemque munere a duobus ſequentibus Pontificibus Gregorio XIV. & Innocentio IX. confirmatus* -- *Ciaccon. tom.* 4. *in Clement. VIII. pag.* 277. *& ſeqq. poſt Platin. in vita Urbani VII. pag.* 640. *Ughell. tom.* 2. *in Epiſcop. Ripatranſonis colum.* 760. *& ſeqq.* ubi eadem verba Epitaphii refert.

SUB GREGORIO XIV. Idem *Lucius Saſſo*, ut in dicto Epitaphio, Datarii munus exercuit. Deſtinaverat Gregorius XIV. Pontificatus initio Datarium eligere *Octavium Bandinum*, poſtea Cardinalem; Sed *Comes de Olivares*, Regis Hiſpaniarum Orator impedimento fuit. *Cardinal. Oſſat. tom.* 2. *Epiſtol.* 69. *pag.* 179.

SUB INNOCENTIO IX. Eodem Datarii munere perfunctus fuit laudatus *Lucius Saſſo*, ut in ejus Epitaphio, ut ſupra.

SUB CLEMENTE VIII. In Sepulcri potius, quam Vitæ honorem, ad Cardinalatum dictus *Lucius*, annum jam agens ſeptuageſimum ſecundum, a Clemente VIII. promotus, ut inquit *Ciacc. tom.* 4. *in Clement. VIII. col.* 277. ejuſdem Datarius quoque fuit. Et in Bulla ſuper bono

Regimine,

Regimine, publicata ab eodem Clemente in primo ſui Pontificatus anno, ut apud *Cobellium pag.* 34. ſubſcripſit *L. Datarius. Ughell. ubi ſupra.*

Lucio Saſſo in Datariatus munere, Succeſſor fuit *Bernardinus Paulinus.* Laudatur ejus facilitas in excipiendo Curiales; quodque Parieti innixus, omnium inſtantias audiebat. *Amayd. de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 7. *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancellar. Gloſſ.* 63. *num.* 62. *Corrad. in prax. Benef. lib.* 2. *cap.* 10. *il* 2. *n.* 161. Antea extiterat Subdatarius *Card. Oſſat tom.* 2. *Epiſt.* 88. *pag.* 339. *Et tom.* 3. *Epiſtol.* 93. *pag.* 189.

Octavium Cardinalem Paravicinum Clementis VIII. Prodatarium quoque extitiſſe, tradit *D. Urſaya tom.* 3. *diſcept.* 35. *ſub n.* 5. Sed tota fides penes ipſum.

SUB LEONE XI. *Pompejus Cardinalis Arrigonius*, ut in vite ejuſdem Leonis poſt *Platinam pag.* 637. *ante fin. Carthar. in Syllab. Advocat. Conſiſtor. pag.* 191. *Ughell. in Archiepiſcop. Beneventan.*

SUB PAULO V. Laudatua *Cardinalis Arrigonius.* Eodemque, & *Veſtrio* inſtiganribus, ad Interdictum contra Venetos Paulus devenit: Sed cum poſtea in ſuſpiciones quaſdam incidiſſet, a Datariatu remotus, & ſub ſpecie honoris factus Archiepiſcopus Beneventanus. *Ughell. & Carthar. ubi ſupra:* Inquietus ſemper deinde vixit, itaut vulgaretur, quod in dementiam incidiſſet. Sed *Rota part.* 4. *tom.* 3. *Recentior. deciſ.* 570. validum declaravit Teſtamentum ab eo conditum. *Amayden. in Vita ejuſdem Cardinal. pag. mihi* 69. *& ſeqq.*

Marcus Antonius Tonti Datarius primum, poſtea Cardinalis, & Archipresbyter Baſilicæ S. Mariæ Majoris. Cum è gratia Pontificis excidiſſet, a Dataria remotus fuit, & juſſus, ut immediate ad Eccleſiam ſuam *Cæſenatenſem* rediret. Rogavit in actu diſceſſus alloqui Pontificem, & Voti compos factus fuit; At Pontifex ſtatim illi dixit, ut ad ſuæ Eccleſiæ Gubernaculum accederet, *ſe non ante quam in Valle Joſaphat viſurus Amayden. in Vita ejuſdem Cardinal. Tonti pag. mihi* 112. *Ughell. tom.* 2. *in Epiſcop. Caſenat. colum.* 455. ubi quod fuit declaratus Datarius *die* 24. *Decembris* 1608.

Marcus Aurelius Maraldi, Vir omnigena eruditione refertus, qui Subdatarii munus prius exercuerat. *Card. de Luc. in relat. Cur. diſc.* 46. *n.* 104. *& diſc.* 107. *ſub num.* 7. illum dicit etiam Gregorii XV. Datarium, & de ejus muneribus Subdatarii, Datarii, & Secretarii Brevium, *idem de Luc. de Canon. diſc.* 38. *n.* 10.

SUB GREGORIO XV. *Franciſcus Sacratus* Ferrarienſis Sac. Rotæ Auditor, *die* 21. *Februarii* 1621. Datarius electus, & 19. *Aprilis* ejuſdem anni ad Cardinalatum promotus. *Cantalmaj. in Catalog. Auditorum Rotæ litt. F. Ughell. tom.* 2. *in Epiſcop. Cæſenatenſ. col.* 466. *num.* 76. *Amayd. in Vita ejuſdem Cardinalis pag. mihi* 133. *& de ſtylo Datar. cap.* 1. *ante finem*, ubi, quod ejus loco *Databat* Subdatarius.

Clemens Merlinus Forolivienſis, Sac. Rotæ Auditor, creatus Datarius *die* 26. *Februarii* 1623. *Cantalmaj. in Catalog. Auditorum Sac. Rotæ litt. C.*

Vulpianus Vulpius Epiſcopus *Novarienſis*, ab eodem Gregorio Brevium Secretarius, & Datarius electus, utroque munere deinde privatus, juſſus eſt ad Eccleſiam ſuam redire. Jam colligebat ſarcinulas *Vulpius*, cum moritur Gregorius, & Urbanus VIII. eligitur. Pontificis

imperio iterum *Vulpius* hæret in Aula, in qua Pontificiæ Domus, Breviumque Præfecturam ſumma integritate geſſit. Ore liberior erat. *Ughell. tom.* 4. *in Epiſcop. Novarienſ. colum.* 728. *n.* 94. *& tom.* 6. *in Archiepiſcop. Theatin. colum.* 777. *n.* 70.

SUB URBANO VIII. *Jacobus de Cavaleriis* Romanus, Sac. Rotæ Auditor, Datarius electus *die* 15. *Septembris* 1623. & poſtea ad Purpuram promotus *die* 19. *Januarii* 1626. *Cantalmaj. in Catalog. Auditorum Rotæ litt. I.*

Ægidius Urſinus de Vivariis, Patriarcha *Hieroſolymitanus*, Succeſſor fuit Cardinali Cavalerio in munere Datariatus. *Carthar. in Syllab. Advocat. Conſiſtorial. pag.* 259. Unus è quatuor Conſultoribus adjunctis Congregationi Conſiſtoriali ab Urbano VIII. reſtitutæ, ut in actis Conſiſtorialibus ad *annum* 1626. 18. *Septembris.* De eodem *Vivario* ait *Amayden. de ſtylo Datariæ cap.* 1. *in fine*, quod habebat Indultum, ut munus *datandi* delegare poſſet cuilibet Miniſtro Datariæ.

Fabius de Lagunissa Archiepiſcopus *Compſanus*, & Patriarcha Antiochenus. In ejus Sepulcro legitur -- *Juſſus ab Urbano VIII. in Hiſpaniam cum Eminentiſſimo Barberino miſſus pro Sancta Pacis fœdere, Romæ Datarius, Pontificique Sacelli Aſſiſtens, Apoſtolicus ad Belgas Nuncius*, ut apud *Ughell. in Archiepiſc. Compſanis colum.* 826. *n.* 42.

SUB INNOCENTIO X. *Dominicus Cecchini* Rotæ Auditor, & poſtmodum Cardinalis. Poſt notum miſerrimum caſum *Maſcambruni* Subdatarii, de mandato Papæ proceſſatus fuit, eique injunctum, ne ad functionem ullam, cui intereſſet Pontifex, accederet. Sed cum in Proceſſu ſecreto nil ſolidi repertum fuiſſet, res imperfecta remanſit. *Sfort. Pallavic. in Conclav. Alexandri VII. & in Vita ejuſdem Pontificis lib.* 2. *cap.* 12. In ultima infirmitate conſtitutus Innocentius, advocavit Cardinales, inter quos *Cecchinum*, ſed ei reſtituta non fuit Proviſio di *Cardinal povero. Pallav. in dict. Vit. Alexandri VII. lib.* 2. *cap.* 13.

Hieronymus Bertu cius da ſemplice Procuratore era aſceſo all' Officio di Sottodatorio, e poi Datario, Uomo intiero, ma ruvido, e migliore nell' intenzione, che nel giudizio: ſunt verba *Pallavicin. in Vit. Alexandri VII. lib.* 2. *cap.* 12. *Card. de Luc. in relat. Cur. diſc.* 46. *n.* 104.

SUB ALEXANDRO VII. *Jacobus Corradus* Ferrarienſis, Sac. Rotæ Auditor, & poſtea Purpura donatus anno 1652. *Blanch. in Catalog. Auditorum Rotæ Litt. I.* Vir Canonici Juris peritiſſimus, propoſiti, pluſquam par erat, ſed juſtitia exigente, tenax, Jurium Datariæ propugnator acerrimus, & ut a Majoribus accepi, nec minis Magnatum umquam perterritus, nec obſequiis emollitus, ut a recti ſemita, vel tantillum recederet. Quampluri mæ, ipſo Prodatario, expletæ fuerunt Regulis Cancellariæ additiones, de quibus in noſtris hiſce *Commentariis* ſermo, ſuis locis, habebitur. Ejus gloriæ non parum addidit incrementi, quod Subdatarium habuerit *Armindum Riccium*, inſignem ſui temporis Beneficisliſtam, cujus extat in Archivio Datariæ Volumen manuſcriptum Informationum, quas ejus jura tuendo, in caſuum contingentiis edidit; Et cujus auctoritatem, tanquam *Viri doctiſſimi*, pluries in hoc opere ſequuti ſumus.

SUB CLEMENTE IX. *Petrus Ottobonus* antea Sac. Rotæ Auditor, Purpura donatus anno 1652. &

deinde poſt obitũ ſan.me. Innocentii XI. ad Petri Sedem evectus ſub nomine *Alexandri VIII.*

SUB CLEMENTE X. *Gaſpar de Carpineo* Romanus Sac. Rotæ Auditor, poſtea S. R. E. Cardinalis ampliſſimus renunciatus anno 1670.

SUB INNOCENTIO XI. *Stephanus Agoſtini* Forolivienſis, Archiepiſcopus Heracleæ. *Die* 25. *Menſis Septembris anno* 1676. ab Innocentio XI. primum Datarius, deinde *die prima Menſis Septembris anno* 1681. S. R. E. Cardinalis, Tituli S. Joannis ante Portam Latinam creatus. Obiit die 21. Menſis Martii anno 1683. Jacet in Eccleſia Vallicellana.

Franciſcus Liberatus Roncilione ortus, Baſilicæ Lateranenſis primum, & deinde Liberianæ Canonicus. Poſt Subdatarii munus laudabiliter exercitum, ad præcipuum Datarii officium, defuncto Cardinale Agoſtini, evehitur, & Archiepiſcopatu Epheſino inſignitur. Vixit annos 87. & in eadem Liberiana Baſilica ſepultus eſt.

SUB ALEXANDRO VIII. *Bandinus Panciaticus* Piſtorienſis, Advocatus per aliquot annos in Romana Curia, poſtea Collateralis Judex in Capitolio, tum A. C. Locumtenens; Deinde, poſtquam Sacrarum Congregationum Concilii Tridentini, & Epiſcoporum, & Regularium Secretarius fuiſſet, ab Alexandro VIII. Datariæ Apoſtolicæ præficitur, & paulo poſt in Cardinalium Collegium cooptatur. Spectatæ fidei, & integritatis Vir, ac prudentia Juris clariſſimus, itaut eamdem, & in Prodatarii munere confirmaverit ſan. mem. Innocentius XII. & Clemens XI. Sac. Congregationi Concilii præfecerit; ab iiſdemque Pontificibus in difficillimis quibuſcumque Sedis Apoſtolicæ expediendis negociis adhibitus. Vixit fere nonagenarius gloriæ magis, & Reipublicæ, quam ſibi.

SUB INNOCENTIO XII. Laudatus cl. me. *Cardinalis Panciatieus.*

SUB CLEMENTE XI. *Joſephus Sacripantes* Narnienſis. A diſceptandis Cauſis, in quibus non ſine ſumma laude fuerat per plures annos verſatus, in Datariam Subdatarius aſcendit, ibique ſub Innocentio XI. Alexandro VIII. & Innocentio XII. munere ſuo egregie functus eſt. Quin ab eodem Innocentio XII. raro, ac plane ſingulari exemplo, adhuc *Subdatarius* inter Cardinales adſcitus eſt, & Sac. Congregationi Concilii Præfectus, dignuſque habitus, ut dictus Pontifex de eo dictitaret, ſe *inveniſſe David ſecundum cor ſuum.* Tandem à Clemente XI. Prodatarius deſignatus, munus præfatum per viginti, & unius anni curriculum ſumma animi conſtantia, & pari diligentia, ac integritate cumulatiſſime implevit.

SUB INNOCENTIO XIII. *Petrus Marcellinus Corradinus* Setinus, celeberrimus primum Advocatus, deinde ab Innocentio XII. Subdatarius electus, & a Clemente XI. ſibi in Auditorẽ adſcitus, Cardinalium numero ab eodem Pontifice adſcribitur, & paulo poſt Sac. Congregationi Concilii præficitur; unde ab Innocentio XIII. ad Prodatatii munus evocatus fuit.

SUB BENEDICTO XIII. Laudatus Eminentiſſimus D. Cardinalis Corradinus, idem Prodatarii munus exercuit.

SUB SSmo D. N. CLEMENTE XII. feliciter regnante, *Antonius Franciſcus de Valentibus de Trevio.* A foro, ubi Advocati munus magna cum eloquentiæ laude exercebat, poſtremis Clementis XI. annis in Apoſtolicam Datariam Subdatarius venit, & Lateranenſi Canonicatu inſignitur. Ab Innocentio XIII. inter Signaturæ Juſtitiæ Votantes adſcribitur, & a Benedicto XIII. *Theodoſienſi* primum Archiepiſcopatu donatus, poſtea inter Rotæ Romanæ Patres adſcribitur. Hunc autem Magiſtratum *volens*, *nolens* dimiſit, cum Sanctiſſimus D. N. ipſum Datarium renunciavit. Ferunt, id Pontificem feciſſe, tum quod utrumque munus diligenter haud perfici poſſe judicaret; tum, ut R. P. D. Sanminiato Florentino gratificaretur, cui jure prætenſæ Alternativæ Etruſcos inter, & Peruſinos, Rotæ Magiſtratum a *Valente* interceptum eſſe Summus Pontifex arbitrabatur. Notatus fuit *Valens*, quod primus omnium, qui a Rotæ Magiſtratu ad Datariatum evecti fuerunt, Magiſtratum ipſum dimiſerit, ſed immerito. Pontifici namque demiſſiſſime expoſuit, quod ex Rotæ Auditoribus, qui priſcis temporibus Datarii munus exercuerunt, nemo unquam Rotæ Magiſtratum dimiſerat, proteſtatus id in tanti Tribunalis decus, non in propriæ ambitionis ſucum exponere. Sed Principis imperio parere oportuit, idque ſi aliis invidiæ, ſibi gloriæ fuit. Vixit Datarius fere per annum. Obiitque die 15. *Maii* 1731. Purpuræ præreptus.

Antonius Xaverius de Gentilibus Romanus, ætate florens, ſed mature ad Rempublicam acceſſit. Poſt munera cumulatiſſime impleta Signaturæ Auditoris, A. C. Locumtenentis, Secretarii Sacrarum Congregationum Concilii Tridentini, & Epiſcoporum, & Regularium, quibus in Magiſtratibus ſummam in Romana Curia laudem ſibi comparaverat, quod fides, doctrina, morumque innocentia, ac in agendis dexteritas eſſent in eo ſpectatiſſimæ, loco defuncti *Valentis* in Dataria ſuffectus, paulo poſt in Cardinalium Collegium eſt cooptatus. Prodatarii munus, plaudentibus omnibus, maxima vigilantia, & pari juſtitia exercet, nulli inviſus, omnibus acceptus. In ejus Dignitatem immorari non arbitror, ne quæ ad veritatem dico ad aſſentationem propoſita videantur. *Nicolaum Rigantium* fratris noſtri germani filium Auditorem ſibi adſcivit, ſummaque proſequitur benevolentia. (*a*)

(*a*) Auctore jam defuncto, & feliciſſime in Petri Cathedra ſedente BENEDICTO XIV. ad Prodatarii munus exercendum evocatus fuit Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. *Cardinalis Pompejus Aldrovandus* Bononienſis, nobilitate, prudentia, doctrina, omnique Virtutum genere conſpicuus. Is per plures annos fuit Signaturæ Juſtitiæ Auditor, A. C. Locumtenens, Romanæque Rotæ Auditor egregius. Apoſtolicus Nuncius ad Philippum V. Hiſpaniarum Regem a Clemente XI. legatus, Munus difficillimis temporibus, feliciter explevit. Romam reverſus, Patriarchatu Hieroſolymitano inſignitur, Decanatum Sac. Rotæ obtinuit, & à Clemente XII. Urbis Gubernator factus, in Cardinalium Collegium cooptatur, Eccleſiæque Montiſfaliſci præficitur. Prodatarii munus per triennium laudabiliter exercitum ad majora vocatus dimiſit, dum Legationi Romandiolæ præfectus fuit.

Cardinalem Aldrovandum ad Legationem Romandiolæ abeuntem, *Jacobus Millus* Patricius Civitatis Montisferrati, ab ipſa Adoleſcentia ſub diſciplina Proſperi Lambertini (qui ipſe eſt BENEDICTUS XIV. quem Deus diu ſoſpitem reddat) ſubactus, ejuſdem purpuram conſequuti Auditor, in Epiſcopatu Anconitano, & Archiepiſcopatu Bononienſi Vicarius Generalis, ejuſdem Summi Pontificis per tres fere annos Auditor, ſubſecutus eſt Datarius. Summa in excipiendo facilitate, in agendo dexteritate, in judicando ſapientia, & æquitate commendatus. Subdatarii munere, quod inierat ſub Prodatario Cardinali Aldrovando, adhuc magna cum nominis ſui laude fungitur *Xaverius* ex nobili familia *Juſtinianorum* Chienſium, & Genuenſium, qui Juriſprudentia, & politioribus ſtudiis præſtans, eximias prius Advocati partes in Romana Curia expleverat ac Auditoris officium præſtiterat Joanni Antonio, dum viveret, Cardinali de Via, qui inter doctiſſimos nunc temporis purpuratos Patres Princeps æſtimabatur,

RUBRI-

RUBRICA

REGULÆ PRIMÆ.

RESERVATIONES GENERALES, ET SPECIALES.

§. I.

De origine Reſervationum Apoſtolicarum, earumque diviſione.

ARGUMENTUM.

DE origine Reſervationum, & de rationibus, ob quas Pontifices ſibi Beneficia reſervarunt. Qui primum Reſervationibus obſtiterunt; Quando, & quomodo receptæ in Gallia; De Pragmatica ſanctione, variiſque Concordatis initis cum Galliis ſub Martino V. Eugenio IV. & noviſſime ſub Leone X. Definitio Reſervationis, & de pluribus illius ſpeciebus, reali, mentali, & clauſa in corpore juris. Quæ ſit prærogativa, & effectus Reſervationis clauſæ in corpore juris? Item de Reſervationibus generalibus, & ſpecialibus; Nec non de affectione per appoſitionem manus Papæ.

SUMMARIUM.

1 *Beneficiorum reſervatio jure Primatus, & univerſalis adminiſtrationis rite a Pontificibus fieri potuit.*

2 *Papa, donando Epiſcopos poteſtate conferendi Beneficia, majorem apud ſe retinuit, &* n. 3. & ſeqq.

6 *In primis Eccleſiæ ſeculis, Pontifices regulariter non ſe ingerebant in collatione Beneficiorum alienæ Diœceſis.*

7 *Sed Divus Gregorius Magnus quandoque ea poteſtate uſus eſt.*

8 *Extra [illegible] nonniſi poſt annum* 1100. *cœperunt Reſervationes Beneficiorum introduci.*

9 *Enumerantur quamplures rationabiles cauſæ, quibus moti Pontifices ad Beneficiorum Reſervationes devenerunt.* & n. 10. 11. 12. & 17.

13 *Reſervationibus Angli primum, deindeque Hiſpani reſtiterunt & quare?* n. 14.

15 *Gallia, ante Bonifacium VIII. & poſtea quando Avenione reſidebant Pontifices, non eſt reſervationi [illegible] adverſata.*

16 *Clemens [illegible] VII. tempore ſui Schiſmatis, ut ſuis provideret, omnia Beneficia ſibi reſervabat.*

18 *Joannes XXII. Regi Chriſtianiſſimo, Reginæ, & Univerſitati Pariſienſi jus nominandi Beneficia indulſit.*

19 *Electo Martino V. conventum fuit de alternativa Menſium inter Papam, & Epiſcopos.*

20 *Subinde octo menſes Pontifici, & quatuor abſoluti ab omnibus reſervationibus, aſſignati fuerunt Epiſcopis.*

21 *Eadem partitio Menſium ſervata cum Eugenio IV.*

22 *In Conciliabulo Baſileenſi ſublatæ fuerunt Reſervationes, exceptis clauſis in corpore juris, & iis, quas Pontifices in proprio Dominio addere voluiſſent.*

23 *Præſervata item Pontifici fuit poteſtas reſervandi Epiſcopatus ex magna, rationabili, & evidenti cauſa.*

24 *Ex eodem Conciliabulo Baſileenſi orta eſt in Gallia Pragmatica Sanctio Caroli VII.*

25 *Pragmatica hæc revocata fuit ſub Ludovico XI. iterumque poſtea reſtituta; Sed non ſublatæ Reſervationes, quibus Reges modo non contradicebant, modo obluctabantur.*

26 *Sub eodem Ludovico XI. denuo concordatum cum Epiſcopis de alternativa menſium; ſed Concordatum non habuit effectum.*

27 *Per Concordatum initum anno* 1515. *inter Leonem X. & Franciſcum I. ſublatæ fuerunt omnes Reſervationes, præter quatuor, nempe*

28 *In Epiſcopatibus, & Abbatiis; in Beneficiis Vacantibus apud Sedem, in Præventione, & in Mandatis.*

29 *Sublatis per Concilium Tridentinum Expectativis, ceſſarunt etiam Mandata.*

30 *In* Britannia, *& Provincia* Provinciæ, *ad quas Regiones Concordata Galliæ non ſe extendunt, vigent adhuc Reſervationes, & Regulæ Cancellariæ.*

31 *Reſervatio eſt Beneficii Eccleſiaſtici vacaturi per Papam ad ſe facta evocatio.*

32 *Alia definitio ex* Lotterio.

33 *Reſervationes, præſertim generales, non ſunt odioſæ;* & n. 70.

Contrarium, quod omnes Reſervationes ſint odioſæ, & reſtringendæ, dict. n. 70.

34 *Ex reſervationibus nonnullas Papa pro ſe retinet, alias concedit Cardinalibus, quando cedunt regimini Eccleſiarum.*

35 *Reſervatio mentalis,* quæ?

36 *Excogitata de tempore Alexandri VI.*

37 *Sublata a Concilio Tridentino.*

38 *Reſervatio clauſa in corpore juris dicitur, quæ inſurgit ex vacatione* apud Sedem.

39 *Excepta hac unica, cætera non dicuntur clauſa in corpore juris.*

40 *In Regula III. Cancell. olim dicebatur* -- Ex aliqua reſervatione clauſa in corpore juris -- *ſed per errorem. & a tempore Leonis X. eadem Regula fuit correcta.* & n. 41.

42 *Reſervationes inductæ* per Extravagantes *non dicuntur clauſæ in corpore juris.*

43 *Ideo reſervatio ex vacatione per obitum Prothonotarii non dicitur in corpore juris clauſa.*

44 *Nec etiam illa, quæ contingit per Promotionem.*

45 Extravagantes, *licet conſtituant & ipſæ* Corpus juris Canonici, *retinent tamen propriam naturam* Extravagantium; *& ideo non dicuntur clauſæ in corpore juris*, & n. 46.

47 *Potiſſimum, quia pleræque fuerunt temporales.*

48 *Limita in* Extrav. Ad Romani, de Præben. *loquente de affectione per appoſitionem manus Papæ*, & n. 71. & ſeqq.

49 *Reſervatio clauſa in Corpore juris inſurgit ſtricte per obitum* apud Sedem.

50 *Et alis modi vacandi in Curia non inducunt proprie vacationem* apud Sedem, Contrarium. n. 51.

52 *Si una cum reſervatione clauſula in corpore juris concurrant ſuper eodem Beneficio alia reſervationes, & omnes in Supplicatione narrentur; Gratia in diſpoſitiva reſtringitur ad reſervationem clauſam in corpore Juris, & cætera Reſervationes ſtant ſub conditione.*

53 *Pontifices non aliter derogare ſolent Juripatronatui laicali ob vacationem Beneficii apud Sedem, quam ſi ea ſequatur per mortem naturalem Beneficiarii.*

54 *Regulæ* de Annali, & Triennali, *non ſuffragantur contra Reſervationem clauſam in corpore juris* & n. 55.

56 *Beneficia huic Reſervationi obnoxia non veniunt ſub Indulto conferendi Reſervata, etiam conceſſa motu proprio.*

57 *Reſervatio ex vacatione Beneficii apud Sedem inſurgens, vim habet ſpecificæ inhibitionis.*

58 *Et numquam cenſetur ei derogatum, niſi expreſſa mentio fiat.*

59 *Specialis Reſervatio eſt, quæ fit de certo corpore Beneficii, ſive pro certa perſona, ſive pro incerta, & invaluit uſque à tempore Innocentii III.* n. 61.

60 *Quæ ſit ſpecialiſſima Reſervatio ſecundum* Simonettam.

62 *Specialis dicitur Reſervatio, quæ reſultat ex* Decreto Vacationis *Beneficii obtenti, apponi ſolito in proviſione Apoſtolica alterius Beneficii incompatibilis.*

Non obſtante quod Beneficium vacans ob aſſequutionem alterius incompatibilis Apoſtolica auctoritate collati, ſit reſervatum vigore Extravag. ad Regimen de Præben. *ibidem.*

63 *Reſervatio generalis eſt illa, quæ fit de Beneficiis incertis.*

64 *Item quando reſervantur Beneficia Regni, vel certi loci, vel quando plures reſervationes reducuntur ſub una.*

65 *Verba* -- generaliter reſervavit -- *important reſervationem generalem.*

66 *Reſervationes inductæ per Regulas Cancellariæ, ſunt generales.*

67 *Nec non inductæ per* Extravag. ad Regimen.

68 *Generalitas, vel ſpecialitas reſervationis, non regulatur a perpetuitate, vel temporalitate, ſed a Corpore Beneficii, aut verbis Papæ.*

69 *Reſervationes ſpeciales ſublatæ per Concilia Lateranenſe, & Tridentinum.*

71 *Affectio per appoſitionem manus Papæ inducit ſpecialem reſervationem*, & n. 76.

Et quidem clauſam in corpore juris. n. 72.

73 *Quæ ſit differentia inter Reſervationem, & Affectionem?* & n. 74. & 75.

76 *Affectio eſt ejuſdem efficacia, ac Reſervatio.*

77 *Imo eſt majoris potentiæ.*

78 *Appoſitio manus Papæ ſemper inducit affectionem.*

79 *Etiam abſque ſpeciali inhibitione. Ad differentiam Reſervationis, in qua requiritur expreſſa inhibitio*, & n. 80.

81 *Affectionis ratio ſtat in reverentia erga Pontificem, cum non deceat, ut Inferior ſe ingerat in negociis, quæ Pontifex tractare incœpit, &* n. 114.

82 *Per Commendam inducitur affectio*, & numer. 103.

83 *Etiam per conceſſionem in adminiſtrationem.*

84 *In Gallia an Commenda inducat affectionem?* & *n.* 85.

87 *Affectio reſultat ex deputatione Coadjutoris, licet Coadjutus decederet antequam Coadjutor Officium exercere cœpiſſet.*

Limita in Germania, reſiſtentibus Concordatis, ibidem.

88 *Si Coadjutor decedat ante Coadjutum, an remaneat affectum Beneficium, cujus retentio indulta fuerat cum Decreto vacationis facto loco ſucceſſioni?*

89 *An remaneat Beneficium affectum, ſi gratia ſit nulla, vel ſubreptitia?* Varia opinio inter DD.

90 *Senſus* Innocentii *ſuper hoc puncto.*

91 *Remanet affectio data nullitate gratiæ, quando proviſio emanavit ad favorem incertæ perſonæ, ſecus ſi pro certa.*

92 *Contrarium, quod Beneficium ſit affectum, etiamſi ad favorem certæ Perſonæ mandatum de providendo emanaverit: Maxime ſtante Decreto irritante* n. 93.

94 *Reprobatur hæc opinio.*

95 *Diſtinguitur inter narrativam, quæ eſt Cauſa conceſſionis, & aliam, quæ eſt pars gratiæ.*

96 *Si eſt falſa narrativa, quæ eſt pars gratiæ, tunc remanet affectio.*

97 *Secus quando eſt falſa narrativa, quæ fuit cauſa immediata conceſſionis.*

98 *In Coadjutoriis, ſi non verificatur infirmitas, non reſultat affectio, quia Papa non intendit præjudicare Ordinariis Collatoribus.*

99 *Quando cauſa eſt falſa circa pertinentiam collationis, vel circa vacationem, non reſultat affectio.*

100 *Gratioſe ſubrogatus vigore litterarum Coadjutoriæ tenetur ultra alia requiſita, probare etiam Cauſam, ob quam Papa motus fuit ad dandum Coadjutorem.*

101 *Intellectus* Ad Extravagant. Ad Romani, de Præben.

102 *Affectio non reſultat quando Reſignatio facta ad favorem, non ſubſiſtetur, vel ex incapacitate Reſignatarii, aut ob falſam Cauſam.*

103 *Illa appoſitio manus Papæ cauſat affectionem, ex qua reſultat mens ulterius providendi, ut in Commenda, & Unione ad vitam; ſecus in Unione perpetua.*

104 *Affectio non cadit in iis, quæ non ſunt propriè Beneficia Eccleſiaſtica. Contrarium* n. 105.

106 *Quid in Beneficiis Juriſpatronatum?*

107 *In Beneficiis manualibus quando cadat affectio?*

108 *Affe-*

108 *Affectio non habet locum, quando ex manus appoſitione reſultaret derogatio Indulti conceſſi Cardinali, niſi Papa expreſſe Indulto præfato derogaret.*

109 *Sub Indultis Apoſtolicis conferendi Beneficia reſervata non comprebenduntur affecta.*

110 *Affectio oritur ex ſola Signatura, quamvis ſupplicatio non adhuc ſit datata. Aſſignantur rationes.* n. 113. 114. & 115.

111 *In Gratiis Coadjutoriæ, & Reſignationis, conceſſis* Motu proprio, *oritur affectio ex ſola Signatura, etiam ante conſenſum Coadjuti, vel Reſignantis.*

112 *Non item ſi eorum conſenſus præſervetur.*

116 *Gratia ſtat in lingua Principis; teſtimonium in ſcriptura; & commodum in executione.*

117 *Affectio oritur ex ſola determinata voluntate Papæ conferendi Beneficium, etiam quod Supplicatio non ſit ſignata. Et redditur ratio.* numer. 118.

119 *Quando appoſitio manus Papæ afficit Beneficium, eatenus durat Reſervatio, quouſque proviſio Papæ conſumitur.*

120 *Et intelligitur conſumta per proviſionem, ſive Proviſus poſſeſſionem adipiſcatur, ſive non.*

JUre Primatus, & univerſalis adminiſtrationis po-
tuiſſe Pontifices Reſervationes facere, & Bene-
1 ficiorum collationem ſibi ipſis reſervare, probat *Pe-
trus de Alliaco*, Cardinalis Cameracenſis in celebri
Opuſculo *de Eccleſ. poteſtate* lecto, & publicato in
Concilio Conſtantienſ. *anno* 1416. *part.* 2. *cap.* 1. §.
unde ulterius -- ibi -- *Papa jure potuit ordinationes
majorum, & electivarum Dignitatum, ac collatio-
nes aliorum Beneficiorum ſibi, & Sedi Apoſtolicæ
reſervare. Quia hæc antiquiſſimo jure ſibi compete-
bant, ut in concluſione 8. dictum eſt. Hæc etiam
non ſolum jure univerſalis adminiſtrationis Papalis
poterunt competere, ſed etiam ex ſpeciali cauſa, ra-
tione materiæ ſubjectæ, utpote, quia inferiores Ele-
ctores in ſuis electionibus, & Ordinarii Collatores in
Beneficiorum collationibus abutebantur, & per poten-
tiam laicalem ſæpe jure ſuo non libere uti permitte-
bantur, ſeu alia aliqua ſpeciali ratione. Pro his fa-
cit, quod notatur de election. Quamquam, lib.* 6.
in Gloſſ. & 22. diſt. cap. primo -- Hactenus de Allia-
co apud *Vonder Hardt in Hiſtor. Concil. Conſtantien.
tom.* 6. *pag. mihi* 50. *Thomaſſin. de Eccleſ. diſciplin.
tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 10. ubi ſimilem *Gerſo-
nis* ſententiam refert, conſonant *Campeg. de Reſer-
vat. Benefic. n.* 5. *&* 7. *Gomeſ. de expectativ. n.* 10.
& 12. *Burſatt. conſ.* 126. *num.* 48. *Paulut. Juriſpru-
dent. Sacr. tom.* 2. *lib.* 6. *tractat.* 10. *cap.* 4. *pag.* 400.
& ſeqq.

Cum enim Pontifex ſit vocatus ad plenitudinem
2 poteſtatis, & Epiſcopi in partem ſolicitudinis invi-
tati, hinc licet ille a principio totam indulſerit E-
piſcopis poteſtatem diſponendi de Beneficiis; ex quo
3 tamen majorem apud ſe retinuit, nec in aliquo eam
imminuit *cap. quia diverſitatem, de conceſſ. Præbend.*
potuit utique immutare, vel io parte aliqua limita-
4 re id, quod Inferioribus conceſſerat *Gomeſ. de ex-
pectativ. n.* 10. *&* 12. late *Gonzal. ad Regul. VIII.
Cancell. §. proœm.* 1. *&* 2. *Paulut. dict. tom.* 2. *pag.*
406. *n.* 5. *Rota deciſ.* 172. *n.* 38. *& ſeqq. part.* 4.
tom. 2. *recent.* Et ſicuti potuit Laicis concedere jus
5 nominandi ad majora, & minora Beneficia; ita jus
conferendi ſibi potuit reſervare, *Campeg. de reſer-
vation. n.* 3. *&* 4.

Quamvis autem ea poteſtate, quæ *antiquiſſima
jure*, ut ait *de Alliaco*, competebat, non ſemper
uſi fuerint Pontifices, nec in proviſinne Beneficio- 6
rum alienæ Diœceſis regulariter ſe ingeſſerint priſcis
Eccleſiæ temporibus, in quibus *Ordo*, & *Benefi-
cium* erant duæ res connexæ: tamen uſus eſt quan-
doque ea poteſtate Sanctiſſimus Pontifex *Gregorius* 7
Magnus, conferendo Beneficia, & mandando,
Clericos ordinari in Eccleſiis Italiæ, & Siciliæ,
Inſularumque adjacentium, *Paulut. dict. tom.* 2. *pag.*
400. *Thomaſſin. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31 *n.* 3. *& ſeqq.*
ubi refert epiſtolam ejuſdem Gregorii ad *Importu-
num* Epiſcopum *Atellanum*, in cujus Diœceſi Pon-
tifex contulerat Parochialem: quam epiſtolam ex-
hibet quoque *Adden. ad Ughell. Ital. Sacr. tom.* 10.
in Epiſcop. Atellan. colum. 17. *num.* 4. Ex eo vero, 8
quod extra Italiam ſerius, nempe poſt annum 1100.
Pontifices conferre; ſeu reſervare Beneficia cœpe-
runt *Thomaſ. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 45. *n.* 14. non inde
inferre licet, quod non habebant poteſtatem reſer-
vandi, & conferendi, quia a non uſu argui nequit
ad poteſtatis defectum, cum pro temporum varie-
tate quædam una ætate non expediant, quæ conve-
niunt in alia; immutata præſertim diſciplina circa
annexionem Ordinis, & Beneficii, ut adverſus
Duarenum probat *Paulut. d. tom.* 2. *lib.* 6. *tract.* 10.
cap. 4. *pag.* 400.

Rationes autem, & cauſæ, quibus Pontifices mo-
ti ſunt ad Reſervationes, ſive generales, ſive ſpe-
ciales faciendas, multiplices fuere, juxta *Gloſſ. in
Extravag. ad regim. de Præbend.* Prima, quod cum
ſolicitudo Paſtoralis officii multis Indigeat Miniſtris; 9
vocandi ſunt plures, qui pro ſervitio Eccleſiæ uni-
verſalis laborent, & quos remunerare oportet, ut
poſt *Card. Pallavicinum, Reding. in Hiſtor. Concil.
Trident. tom.* 1. *pag.* 147. *& tom.* 4. *pag.* 361.

Secunda, quod ad Sedem Apoſtolicam confluunt 10
Clerici indigentes, & pauperes, quibus ſubvenire
tenetur; ideo non alienum ab æquitate fuit inve-
nire modum, quo Summi Pontifices poſſent illorum
paupertati conſulere, *Campegg. de reſerv. n.* 8. *Si-
monett. eod. tract. quæſt.* 3. *n.* 1. *& ſeqq.* Ad Clemen-
tem VI. Avenione degentem, centum millia pau-
perum Clericorum confluxiſſe ad neceſſaria ex Be-
neficiis ſubſidia comparanda, refert *Thomaſſin. tom.*
2. *lib.* 1. *cap.* 44. *n.* 4. & alii, quos referam in *Com-
mentar. in Regul. IX. n.* 16. *& ſeqq.*

Tertia, ut provideri poſſet Viris litteris, & vir-
tute præſtantibus, quibus Eccleſia plurimum indi- 11
get, ut habetur *in Extravag. ad Regim. Simonett.
dict. quæſt.* 3. *num.* 6. Et hunc fuiſſe Pontificum
ſcopum in reſervando Beneficia, ut conſulere vale-
rent benemeritis de Eccleſia, & Catholica Fide,
de Curia, de ſe ipſis, notat *Paulut. Juriſprudent.
Sacr. dict. tom.* 2. *pag.* 404. *num.* 1. *in fin.* & nos
infra *in Commentar. ad dict. Regul. IX. dict. n.* 16.
& ſeqq.

Quarta demum cauſa reſervandi Beneficia fuit
magnus abuſus Ordinatorum, qui aut ſuis Conſan- 12
guineis, Amicis, & Familiaribus providebant,
aut ſi aliis, id ex ſuaſionibus, & favoribus Laico-
rum, *Petrus de Alliaco ubi ſupra, Simonett. dict.
quæſt.* 3. *n.* 10. & paulo infra etiam oſtendemus,
prout pariter in *Commentar. in Regul. II. §.* 2. *n.* 36.
& ſeqq.

Pontificiis hiſce Reſervationibus, utcumque ſpe-
cialibus, obſequutæ ſunt Nationes omnes, quam-
diu ſervata regula boni, & æqui, aut pauperibus,
aut Indigenis Beneficia diſtribuebantur, *Thomaſſin.
tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 43. *n.* 6. Sed reſtitere Angli, dum 13
earum Provinciarum opes deferri videbant in Ita-
liam, *Thomaſſin. loc. cit. num.* 7. *& ſeqq.* Et rurſus
obſtitere tum Angli, cum Hiſpani, cum a Ponti-
ficibus Avenione reſidentibus, Hominibus Gallis

ſua

ſua Sacerdotia conferri viderent, *Thomaſſ. tom. 2.
lib. 1. cap. 44. num. 3. & 5. & lib. 2. cap.* 34. ubi late
de Anglia.

Gallia vero ante Bonifacii VIII. Pontificatum, ra-
ro dictis Reſervationibus adverſata eſt; cum, quæ
15 S. Ludovico tribuitur Pragmatica, apud Cordatio-
res Gallos ſuſpecta ſit, & ſpuria. Ad eas retinen-
das multo proclivior fuit, cum Avenione Gallicani
Pontifices ſederent, nam cum plerique Cardinales
Gallicæ eſſent gentis, opes, quæ in eorum manus
venerant, e Gallia non defluebant, *Thomaſſin. tom.
2. lib. 1. cap. 44. num.* 4. & conferunt adducta per
Platinam in vita Gregorii XI. pag. mihi 266. Vigen-
16 te ſchiſmate, Clemens, dictus VII. in ſua obedien-
tia, ſtragem Beneficiorum edebat, ut ſuos aleret tri-
ginta ſex, quos ſecum habebat, Cardinales: omnia
reſervabat, ut omnia diſſiparet, *Spondan. in conti-
nuat. Baron. annotat.* 1839. *n.* 8. *in fin. Thomaſſin.*
17 *dict. cap. 44. n. 6. & cap. 33. n.* 4. Eodem durante
ſchiſmate conſtitutum eſt, ut Ordinarii conferrent.
Sed hac facultate, ita abuſi ſunt Galli Epiſcopi,
ut non raro doctrina & pietate excellentiſſimi Vi-
ri, nominationes Beneficiorum ad Pontificem re-
vocari, optimum factu duxerint, *Thomaſſin. d. tom.
2. lib. 1. cap. 44. num. 7. & cap. 53. num. 4. & 7.
& lib. 2. cap. 33. num. 6. §. Confirmatum, Alta-
ſerr. de juriſdict. lib. 2. cap. 14. §. collatio pag. mi-
hi* 74. *Charlas de libertat. Eccleſ. Gallican. tom. 1.*
18 *lib. 3. cap. 8. n.* 11. & Joannes XXIII. Regi Chri-
ſtianiſſimo, Reginæ, & Univerſitati Pariſienſi no-
minationes indulſit, *Thomaſſin. dict. cap. 53. num.* 7.
*Bonchel. in Biblioth. Canon. in verb. collation. pag. mi-
hi* 274.

Schiſmate ſedato, & Martino V. ſedente, con-
19 ventum fuit inter Papam, & Epiſcopos de alterna-
tiva menſium, *Thomaſſin. dict. tom. 2. lib. 1. cap. 44.
n. 7. & cap. 53. n.* 7. & exorta rurſus alia concerta-
20 tione, octo menſes Pontifici, quatuor Ordinariis
aſſignati ſunt ab omnibus abſoluti reſervationibus,
Thomaſſin. dict. cap. 44. ſub n. 7. & n. 8. in fin. &
ſubdit *in cap. 45. n.* 1. quod anno 1425. revocato prio-
ri edicto, Carolus VII. jura omnia Pontificum in
integrum reſtituit; & latius dicemus infra in *Com-
mentar. ad Regul. IX. part. 1. in princip. & part. 2.*
21 §. 1. Defuncto poſtea Martino, eadem menſium
partitio anno 1431. ſervata eſt cum Eugenio IV.
Thomaſſin. dict. cap. 44. n. 8. in fine.

Innovato ſubinde ſchiſmate adverſus præfatum
Eugenium, in Baſileenſi Conciliabulo reſervationes
22 ſublatæ ſunt, exceptis illis, quæ ſunt clauſæ in cor-
pore juris, & quas ipſe Pontifex addere voluiſſet
in dominio proprio Sedis Apoſtolicæ; conceſſum-
que (licet poſtea hoc deletum) quod poſſet etiam
23 reſervare ſibi vacantes Epiſcopatus ex magna, ra-
tionabili, & evidenti cauſa. Ad hæc decreta duo
adnotavit *Thomaſſin.* Primum, poſſe aliquando
juſtas, & neceſſarias ad Eccleſiæ utilitatem ſubeſſe
reſervationis cauſas, ex ſenſu ipſorum Baſileenſium,
qui certe Pontifici non adulabantur. Alterum, quod
Concilii Baſileenſis decreta, ne in Galliis qui-
dem probata ſunt omnia, nedum in aliis Eccleſiæ
Catholicæ Provinciis; ut in *d. tom. 2. lib. 1. cap. 45.
num.* 1.

Ex Baſileenſi hac Pſeudo ſynodo orta eſt notiſſi-
24 ma Caroli VII. Pragmatica, quæ ſub Ludovico XI.
25 revocata, & mox reſtituta fuit. Nec tamen illius
uſus ita reſtitutus eſt, ut non ſubinde reſervationes,
& expectativæ locum haberent, *Thomaſſin. dict.
cap. 45. num.* 5. Reges ipſi ſæpe ad Sedem Apo-
ſtolicam recurrebant pro hiſce Reſervationibus, qui-
bus modo obſtrepebant, modo non obluctabantur,
prout magis eorum intereſat, *Thomaſſin. tom. 2. lib. 2.
cap. 33. n. 6. & 7.* Menſium alternativa, & nonnul-
la alia temperamenta concordata fuerant inter Six 26
tum IV. & Ludovicum XI. ut in *Extravag. unic. de
Tregu. & Pace*; ſed hoc Concordatum numquam
fuit uſu receptum *Guymer. in Pragmat. §. Quod ſi
quis, verb. quatuor pag. mihi* 154. *Thomaſſin. tom. 2.
lib. 1. cap. 45. n. 7. Dartis de Benefic. ſect. 7. cap. 7.
§. Dixi pag. mihi* 85. *Spondan. ad ann.* 1472. *n.* 6. &
1516. *n.* 13.

His tandem diſſidiis finem poſuit Bononienſe Con-
cordatum initum inter Leonem X. & Franciſcum I.
de anno 1515. in quo ſublatæ fuerunt Reſervatio 27
nes, & ſolum retentæ, I. in Epiſcopatibus, Abba-
tiis, & Prioratibus electivis, quos confert Ponti- 28
fex ad Regis nominationem. II. in Beneficiis vacan-
tibus apud Sedem. III. in Præventione. IV. in Man-
datis, *Thomaſſin. tom. 2. lib. 1. cap. 45. n.* 9. At ſub-
latis per Concilium Tridentinum Expectativis, ceſ- 29
ſarunt etiam Mandata. His autem caſibus exceptis,
non ſibi locum vindicant in Gallia Reſervationes.
Quod tamen intellige in iis Regionibus, quæ *Patria* 30
reducta vocantur, cum in *Britannia*, & in Provin-
cis *Provinciæ*, ad quas Concordata non ſe extendunt,
utpote quæ acceſſerunt Coronæ poſt Concordata,
vigent adhuc Regulæ Cancellariæ, & Apoſtolicæ
Reſervationes, *Thomaſſin. tom. 2. lib. 1. cap.* 46. &
diximus in *Commentar. in Proœm. Regular.* iterum-
que ſermo erit *in Commentar. in Reg. IX. §. 3. a n.*
277. & *ſeqq.*

Reſervatio communiter definitur, quod ſit Bene-
ficii Eccleſiaſtici vacaturi per Papam ad ſe facta a- 31
vocatio *Æneas de Falcon. de Reſervat. quæſt. 1. n. 1.
Simonett. eod. tractat. quæſt. 1. n. 1. Mandoſ. ad Re-
gul. I. quæſt. 5. ſub n. 2. Quæſada hic n. 1. Piring.
in jus Canonic. tit. de Præbend. n. 317. Fragoſ. de Re-
gim. Reipub. Chriſtian. tom. 2. lib. 3. diſputat. 9. §. 3.
n. 78. in fin. Azor. inſtit. moral. tom. 2. lib. 6. cap.
34. quæſt. 1. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 5. cap. 1.
n. 72. Tondut. quæſt. Benefic. tom. 1. part. 2. cap. 3.
§. 2. n. 1. Rota coram Molin. deciſ. 777. n. 73. part.
3. tom. 1.*

Aliter definivit *Lotterius*, quod ſit interdictum
Papæ factum inferiori circa uſum poteſtatis conferen- 32
di Beneficia, gratia providendi benemeritos. Dici-
tur enim *interdictum*, ideſt *inhibitio*, ſeu prohibitio
facta inferiori, per quam, ſive fiat cum decreto ir-
ritanti, ſive non, eliditur poteſtas in inferiore, &
conſolidatur in ipſo Papa, a quo prius in Epiſcopos
fuerat diffuſa. Unde eſt, quod per Reſervationes
Papa nemini præjudicat, nec detrahit cuiquam; Et
ob id etiam Reſervationes, præſertim generales, non
poſſunt dici odioſæ, cum non detrahant poteſtati 33
Ordinariorum, ſed ſolum ceſſat Papa poteſtatem
ſuam diffundere eodem modo, quo prius, ut late
Lotterius de re Benefic. libr. 2. quæſt. 26. ubi hujus
definitionis partes fuſe explicat, & ſub *n.* 20. notat,
improprie Reſervationem definiri, quod ſit *avocatio*
poteſtatis, *Paulut. Juriſprud. Sac. tom. 2. lib. 6. tract.
10. de Benefic. cap. 4. fol. mihi 402. Burſatt. conſil.
126. ſub num. 21. & ſeqq. Roſa de Executor. cap. 6.
in addit. num. 210. Ventrigl. in prax. part. 2. an-
not. 2. §. 2. a num. 104. Comitol. deciſ. 42. num.
8. Rota deciſ. 172. num. 33. & ſeqq. part. 4. tom. 2.
Rec.*

Reſervationum prima diviſio eſt, ut aliquæ ſint,
quas Pontifex ſibi ipſe retinet, aliæ vero, quas aliis 34
concedit, præſertim S. R. E. Cardinalibus, quibus,
non obſtante quod cedant Regimini ſuarum Eccle-
ſiarum, nihilominus ſolet ex gratia reſervare jus con-
ferendi Beneficia illarum Diœceſum, *Tondut. quæſt.
Benefic. part. 2. cap. 3. §. 2. num. 5. & ſeqq.* Quam-
quam hæc non eſt diverſa ſpecies Reſervationis,
nam

nam Pontifex iis attribuit eamdem Reſervationem,
quam poterat ſibi ipſi retinere *Card. de Luc. in Miſ-
cellan. diſc. 51. n. 4.*
Secunda diviſio eſt, quod aliæ Reſervationes ſunt
35 reales, de quibus in §. ſequenti ſermo erit, aliæ
mentales. Mentalis erat, quando Papa reſervabat
aliquod Beneficium, ut perſonæ gratæ provideret,
quam non exprimebat, ſed retinebat in mente. Hæc
tamen mentalis Reſervatio, primum excogitata
36 temporibus Alexandri VI. a quibuſdam Doctoribus,
& poſtea uſitata, ut ait *Simonett. de Reſervat. quæſt.*
37 *4. n. 2. Burſatt. conſ. 342. tom. 4.* ſublata eſt per Sa-
crum Concilium Tridentinum *Seſſ. 24. de reformat.
cap. 19. Tondut. dict. cap. 3. §. 2. n. 8. & 9.*
Tertia eſt, quod aliquæ ſunt Reſervationes clau-
ſæ in corpore juris, aliæ vero non. Reſervatio in
38 corpore juris clauſa, unica eſt, & dicitur illa, quæ
inſurgit ex vacatione Beneficii apud Sedem, de qua
in *cap. 2. & cap. præſenti de Præbend. in 6. Tondut.
dict. part. 2. cap. 3. §. 2. num. 14. Van Eſpen. in jus
Eccleſiaſt. univerſ. part. 2. tit. 23. num. 2. Garz. de
Benefic. part. 5. cap. 1. num. 68. & ſeqq. & n. 128.
& ſeqq.* ubi late oſtendit, quod excepta hac unica,
39 cæteræ Reſervationes non poſſunt dici clauſæ in
corpore juris, & retrobat *Æneam de Falcon. &
Gomeſ.* necnon *Coraſium, Kokier. ad Regul. I. ſub
num. 32. Germon. de Indult. Cardin. in §. per quæ
ſublatis num. 34. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt.
27. num. 32. Caſtropal. oper. moral. part. 2. tract. 13.
diſputat 2. punct. 15. num. 3. & ſeqq. Barboſ. de po-
teſtat. Epiſcop. part. 3. allegat. 57. num. 22. & ſeqq.
Roſa de Executor. in addit. ad cap. 6. num. 171. Ro-
ta coram Buratt. decif. 622. n. 10. & ibi Adden. lit.
A. cor. Bich. decif. 171. num. 2. & 3. & in Neapoli-
tana Beneficiorum 29. Januarii 1683. confirmat. 26
Novembris ejuſdem anni, utrobique §. fin. cor. Al-
bergato.*
Nec obſtat, quod in Regula Cancellariæ *de Trien-*
40 *nali* antiquitus diceretur - *Ex aliqua reſervatione
in corpore juris clauſa* -- Quibus ex verbis moti ple-
rique DD. dixerunt, non unicam tantum, ſed plu-
res reperiri Reſervationes clauſas in corpore juris,
*Gigas in epitom. de intruſo num. 83. verſ. quæro, an
unica, Milis, Æneas de Falcon. & Gomeſ.* relati *per
Frances, ſeu Barbaſtrenſem de intruſ. quæſt. 2. num.
23. & Pegas de competent. part. 2. cap. 66. num. 42.
& ſeqq.* Quia illum fuiſſe errorem Compilatorum te-
net, *Alphonſus Sato* Gloſſator antiquus *ad Regul.
XXXIII. de Triennal. poſt Kokier. num.* 14. his ver-
bis -- *Hic videtur, quod aut Compilatores hujus Re-
gulæ, etiam tempore Sixti, & Pauli erraverunt,
aut ego ſum Bubalus, nam 24. annis volvi, & re-
volvi jus Canonicum, & Civile, quorum 22 practi-
cavi in Curia, & Legi hic quinque in Partibus tri-
bus, tamen numque reperi Reſervationem in corpo-
re juris clauſam, niſi unicam tantum, videlicet, in
vacationibus in Curia, & hoc caſu Curia extendi-
tur ad duas dietas cap. 2. & cap. præſenti de Præ-
bend. lib. 6 & ideo credo, quod ſicut unus fecit a
principio, ſic omnes alii ſecuti ſunt. Et ita dixit
mihi Nicolaus de Caſtello, qui tenet opinionem il-
lam, quod non ſit niſi unica Reſervatio, & quod
fuerit error Abbreviatorum* - *Sotum* ſequitur *Azor.
inſtitut. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 34. quæſt. 4. verſic.*
41 *quæro.* Sed poſtea agnito errore, Regula fuit cor-
recta, & dictum -- *Si diſpoſitioni Apoſtolicæ ex Re-
ſervatione generali in corpore juris clauſa reſervata
fuerint* -- & ita emendatum in Regulis Leonis X.
Clementis VIII. & aliorum uſque ad hæc noſtra
tempora, Pontificum: ad quæ non advertit *Fran-
ces ubi ſupra*, dum ait, omnes ſequentes Abbrevia-
tores uſque nunc, eiſdem verbis Regulam publicaſſe.

Hinc Reſervationes indictæ per *Extravagantes*,
præſertim *ad Regimen. de Præben.* non dici ullo clau- 42
ſæ in corpore Juris *Spad. conſ. 48. à n. 13. tom. 2.
Van Eſpen. in Jus Eccleſ. univerſ. part. 2. tit. 23.
cap. 4. num. 2.* Proindeque, ſi per obitum Protho-
notarii, vel ſi per promotionem vacet Beneficium, 43
dici non poterit reſervatum reſervatione clauſa in cor-
pore Juris, ut de prima vacatione *Rota deciſ. 530.
n. 28. & ſeqq. & deciſ. 588. n. 46. & ſeqq. par. 4.
tom. 3. Recen.* & de ſecunda *Rota coram Ottkobon.* 44
deciſ. 197. n. 23. & ſeqq.
Et quamvis *Extravagantes*, tum Communes,
tum Joannis XXII. per Gregorium XIII. additæ
fuerint Corpori juris Canonici, & *Sextum, Clemen-
tinas*, & *Extravagantes* ipſe appellet *juris Canonici* 45
corpus, quod etiam affirmant *Andr. Vallenſis in
Proœm. Synopſis §. 8. num. 2. Zoeſ ad tit. de Præ-
ben. num. 26. Rebuff. ſuper Concordat. Rubr. de re-
ſervat. §. volumus in verb. & conceſſa irritæ ſint,
Mandoſ. ad Regul. 17. quæſt. 10. numer. 5. Wameſ.
conſ. 241. num. 1. Fagnan. in cap. nonnulli num. 43.
de reſcript. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 94. n.
7. Auctor opuſcul. contra Lovanienſes quæſt. 6. n. 9.
10. 21. 62. 70. & ſeqq.* ubi, quod *Gomeſ.* & alii
contrarium ſentientes, ante Gregorium XIII. ſcrip-
ſerant, *Pirhing. in jus Canon. tom. 1. in Proœm. n. 24.
§. Quinta pars:* Nihilominus cum nonniſi ſub eo-
dem nomine *Extravagantium* in corpore Juris Ca-
nonici ſint inſertæ, priſtinam utique naturam reti- 46
nere videntur, nec Reſervationes in eis contentæ
dicuntur clauſæ in corpore juris: Præſertim cum
pleræque fuerint temporales, ut *Extravagantes Ex* 47
debito, & *Ad Regimen*, quæ cum Conditore ex-
pirarunt *Vallenſis loc. cit. Van Eſpen. dict. tit. 23.
cap. 4. num. 3. Garz. de Benefic. part. 5. cap. 1. nu-
mer. 130. &* EXTRAVAG. UNICA, *de Tregua,
& Pace* nullum habuit effectum: Unde ſola *Extrav.
ad Romani, de Præben.* loquens *de affectione* per
appoſitionem manus Papæ, dici poteſt clauſa in cor- 48
pore juris, cum ſit declaratoria *cap. ut noſtrum de
Appellation. Gonzal. ad Reg. 8. gloſ. 52. n. 7. & 9.
Wameſ. conſ. 224. num. 1. Murg. de Benefic. quæſt.
3. num. 328. Barboſ. vot. deciſ. 110. num. 39. & 42.
Paz Jordan. tom. 2. lib. 10. tit. 2. num. 5. Rot. de-
ciſ. 523. num. 39. & 41. part. 19. tom. 2. Rec. & in
dicto Libello contra Lovanienſes quæſt. 6. n. 9.* & in-
fra *num. 72.*
Sed cum Articulus iſte alias propoſitus fuiſſet in
Rota, dubitatumque, an ſententia *Rebuffi*, qui tunc
unice allegabatur, vera eſſet; & an per Indultum
a Gregorio XIII. conceſſum Capitulo Cathedralis
Eugubinæ eligendi ad ejuſdem Eccleſiæ Canonica-
tus quomodolibet affectos, vel reſervatos, deroga-
tum eſſet reſervationi deductæ ex familiaritate Car-
dinalium per *Extravagant. ad Regimen*, & *ad Ro-
mani*, ut apud *Coccin. annotation.* 296. Nulla cap-
ta fuit ſuper eodem Articulo reſolutio, ſed reſpon-
ſum, quod quidquid ſit, an hujuſmodi *Extrava-
gantes* ſint incluſæ in corpore juris, ut per *Sarnen.
ad regul. de triennal. quæſtion.* 31. earum diſpoſitio
minime caſui, de quo agebatur congruebat, quia
Extravagan. ad Regimen nullam facit mentionem
de familiaritate Cardinalium. Illa vero *Ad Romani*
non inducit novam reſervationem, ſed illam, quæ
per obitum Pontificis expiraſſet, perpetuat, & du-
rare vult etiam defuncto Pontifice. Unde Pontifi-
ce adhuc vivente, non erat locus dictæ *Extrav. ad
Romani*, cum nondum venerit tempus illius diſpoſi-
tionis, ut legitur *in deciſ. 200. n. 11. & 12. part. 4.
tom. 2. recent.*
Diximus, quod unica reſervatio clauſa in corpo-
re juris inſurgit ex vacatione apud Sedem: Hoc
intelige

intellige ſtricte, nempe de ſola vacatione per obi-
49 tum, de qua debet intelligi *text. in dict. cap. 2. de*
Præben. in 6. ut patet *ex cap. Præſenti* 34. *eod. tit.*
quod factum eſt ad declarationem *d. cap. 2.* In eo
enim fit pluries mentio de Beneficiis vacantibus per
obitum, ut ibi -- *ſi eos in locis vicinis ipſi Curiæ mo-*
ri contigerit -- & ibi -- *diem claudat extremum* --
& rurſus -- *rebus inibi eximantur humanis* -- & pa-
tet *ex Extrav. Ex debito, de elect.* & bene adver-
tunt *Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 27. num.* 28.
Paſſerin. in d. cap. 2. n. 7. verſ. & tamen adverte,
& in cap. præſenti num. 3. de Præben. in 6. Et ideo
licet plures ſint modi vacandi *apud Sedem*, ſeu *in*
Curia, ut infra ſuo loco dicemus, nempe per pri-
50 vationem, reſignationem, ſeu dimiſſionem in ma-
nibus Papæ, per decretum de dimittendo, per aſ-
ſecutionem beneficii incompatibilis Apoſtolica au-
ctoritate collati, per Promotionem &c. attamen iſta
Beneficia non cenſentur reſervata reſervatione clau-
ſa in corpore juris, quæ tantum locum habet, ubi
obitus naturalis evenit in Curia *Sarnen. ad Regul.*
de Triennal. quæſt. 31. *§. Et ideo circa med. San-*
chez. conſ. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 34. num. 3. &
late proſequitur *Lotter. dicta quæſt. 27. n. 32. & ſeqq.*
Barboſ. de Epiſcop. alleg. 57. *n. 22. & ſeqq. part.* 3.
Rota cor. Otthobon. dec. 197. n. 23. & ſeqq. cor. Bich.
deciſ. 171. *num.* 3. cum aliis *cor. Benincaſ. deciſ.* 73.
n. 5.

Quamvis & in hoc non deſint Contradictores,
qui diſpoſitionem *dicti cap.* 2. extendunt ad caſum
quoque mortis Civilis, ut nempe comprehendat om-
51 nem alium modum vacandi, ea ratione, quia ver-
bum *vacare* poſitum in dicto *cap.* 2. tamquam ge-
nericum, æque ſe habet ad mortem civilem, ac na-
turalem; nec ullam patitur reſtrictionem ex parti-
culari obitus expreſſione, de qua in ſubſequenti *cap.*
34. cum tamquam demonſtrative facta, & juxta
id, quod frequentius contingit, primævam juris
diſpoſitionem alterare non valet, ut probant *Ro-*
man. conſ. 342. num. 2. Wameſ. conſ. 294. num. 3.
& ſeqq. tom. 1. Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 4.
num. 54. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 51. ſub num. 32.
& 33. Garz. de Beneſ. part. 5. cap. 1. num. 73. Ru-
beus ſingular. Rotæ ad idem cap. 2. de Præben. fol.
504. *tom.* 2. *Rota in nov. deciſ. 29. ſub num. 2. verſ.*
idem videtur, cor. Millino deciſ. 366. ex num. 1. cor.
Otthobon. deciſ. 122. n. 3. in Recent. deciſ. 34. n. 2.
& deciſ. 154. num. 1. & ſeqq. part. 16. quos allegat
Rota, licet nihil firmet *cor. Benincaſ. dict. dec.* 73.
num. 7.

Prærogativa reſervationis clauſæ in corpore juris
ea eſt, ut ſi concurrant aliæ Reſervationes circa idem
Beneficium, & omnes in ſupplicatione narrentur,
52 tamen gratia in diſpoſitiva reſtringitur ad hanc va-
lidiorem, aliæque reſervationes non vindicant ſibi
locum, niſi ſub conditione, ſi ea vacatio, & reſer-
vatio inde reſultans, deficiat, *Roſa de Executor. in*
addit. ad cap. 6. num. 166. & ſeqq. Lotter. de re Be-
nefic. lib. 2. quæſt. 27. num. 47. & ſeqq. & num. 66.
ubi quod prærogativa in hoc conſiſtit, ut talis reſer-
vatio præcedat, & antevertat omnes alias reſerva-
tiones; ita quod, ſi plures circa idem Beneficium
concurrant cum iſta reſervatione, vinculum reſerva-
tionis cenſeatur prius, & ſimpliciter injectum ex
iſta, ex aliis vero ſub conditione, & dat exem-
plum. Erigitur modo Beneficium: utique cenſetur
erectum ſub ea lege, ut quotieſcumque per obitum
apud Sedem vacaverit, cenſeatur Sedi Apoſtolicæ
reſervatum per *cap. 2. de Præben. in* 6. Si vero
poſtea conferatur Subcollectori; hæc ſecunda re-
ſervatio eſt poſterior, ex quo oritur ex jure novo;
fitque quodammodo ſub conditione, ſi videlicet per
obitum extra Curiam vacaverit. Hinc dignitas hu-
jus reſervationis oritur cum ratione temporis, tum
quia naſcitur una cum Beneficio, & ita inhæret
illi, ut ſit quodammodo individua; quod non eſt in
aliis. Unde ſi vacat Beneficium Juriſpatronatus in 53
Curia, aliter quam per obitum, Papa non conſue-
vit illi derogare, prout facit, quando vacat per
obitum, ex præſumpta videlicet mente ipſius Fun-
datoris. Ita *Lotter. loc. cit.* & Nos *in Commentar. in*
Regul. II. §. 1. n. 335. & ſeqq.

Effectus vero hujuſmodi reſervationis, plures ſunt.
Et primo quod Regulæ de annali, & triennali non 54
ſuffragantur contra hanc reſervationem clauſam in
corpore juris *Gomeſ. ad dict. Regul. quæſt. 31. per tot.* 55
Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 13. num. 38. Lotter. lib. 2.
quæſt. 27. n. 44. Rota cor. Bich. deciſ. 171. num. 3. &
dicemus infra *in Comm. in eaſdem Regulas.*

Rurſus, ſub Indulto & generali facultate confe-
rendi Beneficia reſervata, etiam facta *motu proprio*, 56
non veniunt Beneficia huic reſervationi clauſæ in
corpore juris obnoxia *DD. in cap. 2. & cap. Præſen-*
ti de Præben. in 6. præſertim, *Franc. in dict. cap. 2.*
n. 3. & 9. Æneas de Falcon. de Reſervat. quæſt. 4.
effect. 43. Grauucc. in addit. ad Simonett. quæſt. 26.
num. 8. & 9. Idem Simonett. quæſt. 82. num. 2. Lot-
ter. lib. 2. quæſt. 27. num. 45. *Rota* poſt *Novar. in*
Summ. Bullar. deciſ. 13. num. 9. in Recent. deciſ.
599. *num. 13. part. 18. & cor. Caprar. deciſ.* 673.
num. 6. & latius infra *in Commentar. Regul. I. §. 1.*
num. 358.

Item habet vim ſpecialis inhibitionis, quod ho-
die, ex rationis identitate, ad omnes alias Reſer- 57
vationes extenſum eſt, *Lotter. dict. quæſtion. 27. n.*
46. Et demum per generalem derogationem, non
cenſetur umquam derogatum reſervationi clauſæ in 58
corpore juris, *Rebuff. ad Concordat. rubr. de reſer-*
vat. §. volumus quoque verſ. tertio ratione Benefi-
ciorum.

Quarta Reſervationum diviſio hæc eſt, ut aliquæ
ſint ſpeciales, aliæ generales. Specialis reſervatio 59
eſt, quæ fit de certo corpore Beneficii, ſive ſit pro
certa, ſive pro incerta perſona, *Caſſador. deciſ.* 3.
num. 3. de reſervation. Gemin. conſ. 12. Lotter. lib.
2. quæſt. 26. n. 24. Barboſ. de Epiſcop. part. 3. alle-
gat. 57. n. 18. Garz. de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 61.
Rebuff. in Prax. Benefic. tit. de reſervat. n. 11. ubi
reſervationem hanc vocat, *reſervationem in indivi-*
duo, Simonett. eod. tit. quæſt. 4. num. 4. ubi appellat 60
ſpecialiſſimam reſervationem eam, quæ fit ratione
certi Beneficii, quod reſervatur ratione certæ per-
ſonæ, cui confertur & ratione certi loci, in quo
exiſtit, puta in Eccleſia Cathedrali, *Paulut. Juriſ-*
prud. Sacr. tom. 2. lib. 6. tract. 10. de Beneſ. cap. 4.
num. 3. fol. 404. ubi ſpecialem reſervationem vocat
illam, quæ fit de certis Beneficiis, ſive pro certis
perſonis, ſive pro certo numero Beneficiorum. *Ca-*
ſtropal. oper. moral. tom. 2. tract. 13. diſput. 2. punct.
15. num. 2. Corrad. in Prax. Beneſ. lib. 5. cap. 1. n.
70. Et uſque a temporibus Innocentii III. anno 61
1200. adfuiſſe hanc reſervationem, teſtatur *Burſatt.*
conſ. 126. n. 92. & conferunt ea, quæ tradit *Tho-*
maſſin. de Eccleſ. diſciplin. tom. 2. lib. 1. *cap.* 43.

Inter reſervationes ſpeciales pariter adnotari po-
teſt ea, quæ reſultat ex decreto apponi ſolito in pro- 62
viſione Apoſtolica Beneficii favore illius, qui obti-
net aliud incompatibile, ut ſcilicet primum Bene-
ficium *vacet eo ipſo, itaut nemo alius, præter Ro-*
manum Pontificem, de illo diſponere poſſit, ut dixit
Rot. deciſ. 247. num. 1. & ſeqq. part. 16. *Recent. cor.*
clar. mem. Capr. deciſ. 211. *numer.* 25. *deciſ.* 227.
num. 12. & deciſ. 673. num. 4. in Hildeſimen. Vicariæ
7. Junii 1694. *§. final. cor. Urſino, in Hildeſimen.*
Beneficii

Beneficii 13. *Maii* 1697. *cor. clar. mem. Card. Priolo*, *& in Forolivien. Parochialis* 26. *Aprilis* 1706. *§. ſuperflua*, *& §. prout neque urget &* 17. *Januarii* 1707. *§. quandoquidem*, *& §. cum ergo cor. Omaña*, & late poſt hæc ſcripta, *Piton. diſcept. Ecclaſ. tom.* 4. *diſcept.* 133. *n.* 13. 17. *& ſeqq.* Et quamvis in contrarium conſiderari poſſit, quod Beneficia vacantia ratione incompatibilitatis ſint reſervata vigore *Extrav. ad Regimen.* Et quod illud decretum, tamquam expreſſivum ejus, quod de jure ineſt, nihil addat diſpoſitioni generali juris, nec illius qualitates immutet; tamen non eſt recedendum a priori opinione, cum tale Decretum plus juris contineat, & aliquid addat diſpoſitioni Juris communis, juxta auctoritates relatas in dictis Deciſionibus *cor. cl. me. Card. Caprara.* Et per illud non ſolum ligantur manus Ordinarii, ſed expreſſe quoque derogatum cenſetur quibuſcumque contrariis, etiam ſi de illis fieri debuiſſet individualis, & expreſſa mentio, *Rot. in dict. Hildeſimen. Beneficii cor. clar. mem. Card. Priolo §. tanta, & in dict. Forolivien. Parochialis* 26. *Aprilis* 1706. *§. atque ex his, coram Omaña.*

Reſervationes vero generales dicuntur, quæ non fiunt de certis Beneficiis, ſeu pro certis perſonis in
63 individuo, ſed de Beneficiis incertis, puta Collectorum, Subcollectorum, Officialium Curiæ &c. *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 58. *& ſeqq. Lotter. de re Beneſ. lib.* 2. *quæſt.* 26. *n.* 24. *Pirbing. in jus Canonic. lib.* 3. *de Præben. n.* 318. *Paulut. ubi ſupra n.* 2. *fol.* 404.

Generales etiam reſervationes ſunt, quando om-
64 nium Beneficiorum Regni, vel certi Loci, aut Perſonarum, vel Dignitatum fieret ampla reſervatio, vel quando plures reſervationes reducuntur ſub una *Garc. dict. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 59. *Rebuff. in Prax. tit. de Reſervation. n.* 11. *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 30. *num.* 4. *&* 5. *Caſtropal. oper. mor. par.* 2. *lib.* 3. *diſput.* 2. *punct.* 15. *num.* 2. *Pariſ. de reſignat. lib.* 2. *quæſtion.* 16. *ſub n.* 16. ubi ponit plura exempla generalis reſervationis.

Illa etiam quæ continetur in Regula ſub dictio-
65 ne -- *generaliter reſervavit* -- dicitur reſervatio generalis, utpote quæ ex illis verbis manifeſte reſultat, ut late *Caſſador. deciſ.* 3. *de Reſervat. Gonzal. dicta gloſſ.* 30. *num.* 1. *& ſeqq. & fere per tot. Corrad. in Prax. Beneſ. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 71. *Garc. dict. lib.* 5. *cap.* 1. *numer.* 61. *verſ. ſaltem quando*, *Coccin. dec.* 1889. *ſub n.* 16. *& ſeqq.* ubi de Regula VIII.

Hinc omnes reſervationes inductæ per Regulas
66 Cancellariæ, ſunt generales, quia fere in omnibus adeſt dictio illa -- *generaliter reſervamus.* Et quamvis in Regula I. deficiat; tamen ibi renovatur *Ex-*
67 *trav. ad Regimen*, quæ eſt generalis, *Caſſador. d. dec.* 3. *de reſerv.* Prout Regula V. habet originem a jure communi, ut obſervat *Gonz. d. gloſſ.* 30. *n.* 20. Quod vero in rubrica Regulæ I. dicatur agi de reſervationibus *generalibus*, *& ſpecialibus*, nil refert, quia Rubricæ, ſive Summaria Regularum Cancellariæ, non ab ipſarum Conditoribus, ſed ab Impreſſoribus, vel ſimilibus auctoritatem id faciendi non habentibus, fieri conſuevere. Unde cum non ſint authenticæ, non debet ab ipſis ſumi argumentum, ut per tutidem verba obſervat *Quaſad. in Rub. Regulæ primæ in verb. Et ſpeciales pag.* 18. *&* 19.

Ideoque falſa eſt opinio eorum, qui dixerunt, Reſervationem generalem eſſe illam, quæ eſt perpetua, & eſt incluſa in corpore juris; Specialem vero, qui eſt temporalis, ut poſt alios *Paſſerin. in cap. Cum :* '4, *n.* 63. *de Conſuetud.* inferendo exinde, quod Reſervationes Regularum Cancellariæ

ſunt ſpeciales. Iſta enim opinio communiter reprobatur, cum generalitas, vel reſpective ſpecialitas reſervationis non reguletur a perpetuitate, vel a temporaneitate, ſed a corpore Beneficii, vel a verbis 68
per Papam expreſſis *Caſſador. dict. dec.* 3. *per tot. de Reſervation. Garc. part.* 5. *cap.* 1. *ſub n.* 58. *Gonzal. dict. gloſſ.* 30. *Corrad. in prax. Beneficial. lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 71. *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 26. *n.* 24. *Tondut. Reſolut. Benefic. part.* 2. *cap.* 3. *§.* 2. *num.* 13. *verſ. aliqui*, *Paulut. juriſprudent. ſacr. tom.* 2. *lib.* 6. *tractat.* 10. *de Benefic. Eccleſ. cap.* 4. *num.* 2. *pag.* 405.

Plures olim erant effectus hujus inſpectionis, an reſervatio eſſet generalis, vel ſpecialis, quos videtur 69
ſuperfluum recenſere; Quandoquidem ſpeciales reſervationes ſunt ſublatæ per *Concil. Trident. Seſſ.* 24. *de reformat. cap.* 19. *&* prius per *Concilium Lateranen. III. Canon.* 8. *Pariſ. de Reſignat. lib.* 2. *quæſtion.* 16. *n.* 17. *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *numer.* 64. *Gonzal. in §. primo Proœmial. num.* 80. *& dict. gloſſ.* 30. *num.* 23. *&* 25. *Tondut. quæſt. Benefic. part.* 2. *cap.* 3. *§.* 2. *n.* 11. ubi etiam ait, quod aliquando ſpecialiter reſervantur Beneficia, quæ ſunt, ſeu ſperantur vacatura per contractum Matrimonii, ſeu per aſſequutionem alterius Beneficii incompatibilis, juxta *Regul. LVII.* Cancellariæ.

Illa autem videtur conſiderabilis differentia, quod reſervatio generalis dicitur favorabilis, ut diximus ſupra *n.* 33. ideoque amplianda, ſpecialis vero non 70
Gonzal. d. gloſſ. 30. *n.* 24. *verſ. Secundus*, *Lotter. lib.* 2. *quæſt.* 26. *n.* 19. Quamvis omnem reſervationem eſſe odioſam, & reſtringendam dicant *Garc. d. par.* 5. *cap. primo n.* 67. *Caſtropal. oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 15. *n.* 5.

Agendum modo de affectione reſultante ex appoſitione manus Papæ ſuper aliquo Beneficio, quam importare ſpecialem reſervationem, firmant *Garc.* 71
de Benefic. par. 15. *cap.* 1. *n.* 62. *Lotter. dicta quæſt.* 26. *n.* 28. *Pitton. diſcept. Eccleſ. tom.* 4. *diſcept.* 105. *num.* 26. & quidem clauſam in corpore juris, ut ſu- 72
pra diximus, *num.* 48. Licet enim nullum videatur adeſſe diſcrimen inter reſervationem, & affectionem, *Extrav. ad Romani*, *de Præben. inter com-* 73
mun. ubi promiſcue Papa utitur iſtis terminis, & concluditur, quod Beneficia a Pontifice Prædeceſſore reſervata, durent *reſervata*, *ſeu affecta*: tamen illa inter utramque verſatur differentia, quæ adeſt inter cauſam, & effectum: Reſervatio enim eſt cauſa, affectio effectus. *Paulut. Juriſpruden. ſacr. tom.* 2. 74
lib. 6. *tract.* 10. *cap.* 4. *n.* 4. *fol.* 405. *Tondut. quæſt. Beneſ. par.* 2. *cap.* 3. *§.* 1. *n.* 3. *Pax Jordan. d. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 2. *n.* 2. *Rota in Hipporegien. Commendæ ſeu Præceptoriæ* 11. *Decembris* 1722. *§. Tantæque*, *coram bon. mem. Ratto.* Vel hoc aliud etiam conſtitui poteſt diſcrimen, quod reſervatio reſpicit actum ver- 75
balem, & expreſſum, veluti ſi Papa dicat, *reſervamus*; tunc enim dicitur reſervatio: *Affectio* vero reſpicit actum realem, & factum, ex quo tacita oritur reſervatio, veluti quando Papa apponit manum ſuper proviſione alicujus Beneficii, nam tunc dicitur affectio *Gonzal. ad Reg.* 8. *gloſ.* 52. *num.* 4. *Paulut. loc. cit. Tondut. ubi proxime n.* 2. *Fragoſ. de Regimin. Reipub. Chriſtian. tom.* 2. *lib.* 3. *diſput.* 9. *§.* 3. *n.* 8. *Murga d. quæſt.* 3. *n.* 325. *Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 72. *Capon. diſc.* 10. *numer.* 24. *Pirbing. in Jus Canonic. tit. de Præben. n.* 317. *verſ. notandum*, *Rota poſt Novar. in ſumm. Bullar. deciſ.* 30. *num.* 20. *&* 21. *& in dicta Hipporegien. dicto §. Tantæque.*

Sed licet inter ſe differant Affectio, & Reſervatio, tamen utraque eſt ejuſdem efficaciæ, quia af- 76
fectio per appoſitionem manus Pontificiæ ſemper implicat

plicat ſpecialem reſervationem, *per Extravagant.
ad Romani, de Præben. inter commun. Lotter. lib.
2. quæſt. 26. num. 29. Tondut. dict. §. 1. n. 3. Capon.
d. diſcept. 10. ſub n. 24.* Imo affectio majoris eſt
77 potentiæ, quam reſervatio, quia, ut mox dicemus,
illa ligat ſine inhibitione, vel decreto irritanti, ſe-
cus reſervatio, *Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 52. n. 9.
Barboſ. de Poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat. 57. ſub n.
32. Murga dicta quæſt. 3. n. 328. Pax Jordan. d. tom.
2. lib. 10. tit. 2. n. 5. Rota deciſ. 401. num. 2. par. 2.
Recen.*

Affectio ſemper reſultat, quotieſcumque Papa
78 manum apponit ſuper diſpoſitione alicujus Benefi-
cii; nec ſuper eo ullus Inferior poteſt amplius ſe in-
gerere, *ad text. in cap. 1. & 2. de confirmat. util. vel
inutil. Extrav. ad Romani, de Præben. Rota coram
Benincaſ. deciſ. 136. num. 1. cor. Lancett. tom. 3. de-
ciſ. 858. n. 1.* pleniſſime *in Hipporegien. Commendæ,
ſeu Præceptoriæ* 11. *Decembris* 1722. *§. quin ad re-
tardandam, &* 12. *Martii* 1723. *§. ſubſiſtere cor.
Ratto.* Nec in tali caſu requiritur ſpecialis inhibi-
79 tio: quippe hæc neceſſaria eſt in reſervatione, quæ
ſine inhibitione, & Decreto non ligat; nam in affe-
80 ctione ſolum factum appoſitionis manus Papæ in-
ducit Decretum *irritans*, & inhibitionem, *Pignatell.
conſult. Canon. tom. 4. conſul. 68. num. 4. Paulut. Ju-
riſpr. ſacr. tom. 2. lib. 6. tract. 10. ſub n. 4. cap. 4.
verſ. prima eſt, Pax Jordan. d. tit. 2. n. 3. Murga di-
cta quæſt. 3. n. 326. Coccin. deciſ. 2245. n. 16. in Bo-
nonien. Hoſpitalis coram Lancetta, inter impreſſ.
deciſ. 494. n. 16. tom. 2. & in confirmatoria* 16. [*De-
cembris* 1707. *§. minus relevat cor. Omaña, & in
d. Hipporegien.* 11. *Decembris* 1722. §.] *Atque ex hac
cor. Ratto.*

Ratio autem hujuſmodi affectionis conſiſtit in re-
81 verentia debita Papæ ab inferioribus Collatoribus,
quos non decet ſe ingerere in eo negocio in quo
Summus Pontifex manus appoſuit, ut *in d. Extrav.
ad Romani, & in d. cap. 1. & 2. de confirmat. util.
vel inutil. cap. ut noſtrum, de appellationibus, Gon-
zal. ad Regul. 8. gloſ. 52. num. 31. Rota in d. Bono-
nien. Hoſpitalis coram Lancett. deciſ. 494. n. 7. & 9.
confirmat.* 16. *Decembris* 1707. *§. Fruſtra, cum ſeqq.
coram Omaña, & in d. Hipporegien.* 11. *Decembris*
1722. *§. Atque id, &* 12. *Martii* 1723. *§. Et ſane
coram Ratto.*

Dicitur autem multis modis ſuper Beneficiis Pa-
82 pam apponere manum; Et primo per Commendam.
Beneficium enim Commendatum ſemper remanet
affectum, donec provideatur in titulum; & ſequu-
ta vacatione per ceſſationem Commendæ, & obi-
tum Commendatarii, provideri ab alio nequit, quam
a Summo Pontifice, vel a Cardinalibus habentibus
Indultum conferendi certis modo, & forma in eo-
dem Indulto præſcriptis, *Murga de Benefic. quæſt. 3.
num. 329. Gonzal. ad Regul. 8. gloſ. 52 num. 11. Pax
Jordan. tom. 2. lib. 10. tit. 2. num. 7. & 8. Tondut.
quæſt. Benefic. par. 2. cap. 3. §. 1. num. 8. Card. de
Luc. de Beneſ. diſc. 103. num. 7. diſc. 143. num. 10.
Rota deciſ. 51. n. 1. part. 7. dec. 523. n. 38. & ſeqq.
part. 19. tom. 2. Recen. coram Benincaſ. deciſ. 136.
n. 2. in Tyraſonen. Prioratus* 11. *Martii* 1689. *§.
Reſponſum coram Caccia, & in dicta Bononien. Ho-
ſpitalis* 16. *Decembris* 1707. *§. nec ſubſiſtit coram
Omaña* cum aliis infra *n.* 103.

Ex conceſſione etiam Beneficii in adminiſtratio-
83 nem, non ſecus ac ex Commenda oriri affectionem,
notant *Gonzal. Murg. & Pax Jordan. mox citat. Coc-
cin. deciſ. 2245. n. 17.*

Sed *Doctores Galli* mordicus defendunt, quod in
84 Regno Franciæ, ubi reſervationes ſunt ſublatæ,
per Commendam non inducitur affectio, & tacita
reſervatio; ideoque libere ab Ordinario, poſt mor-
tem Commendatarii, poteſt Beneficium conferri,
*Rebuff. in Prax. tit. de reſervat. n. 31. & tit. de Com-
mend. n. 59. & de Pacific. poſſeſſion. num. 46. & ſeqq.
Franc. de Thyerry de Benefic. ſect. 4. §. ſed dubitatur
fol. mihi 43. Tondut. quæſt. Benefic. par. 2. cap. 3.
§. 1. n. 14. Gonzal. ad Reg. 8. gloſ. 5. §. 8. num. 61.
Murga de Benefic. quæſt. 3. n. 360. Ruzeus de Com-
mend. quæſt. 6. Cabaſſut. in Theor. & Praxi Juris Ca-
nonic. lib. 1. cap. 23. n. 7. pag. mihi* 89.

In contrarium tamen dici poſſet, quod quamvis
in *Concordatis* caveatur, Reſervationes generales,
& ſpeciales de cætero non fieri, intelliguntur tamen
exceptæ anteriores Reſervationes clauſæ in corpore
juris, uti perpetuæ, quales ſunt illæ inſurgentes ex 85
vacatione in Curia vigore *cap. 2. de Præben. in 6.* &
ex appoſitione manus Papæ, de qua *in cap. Ut no-
ſtrum de Appellation.* juxta opinionem *Probi* relati
a *Rebuff. ſuper Concordat. in rubr. de Reſervat. §.
Tertio.* Eoque magis, quia eadem *Rubrica Concor-
datorum* utitur verbis futurum tempus denotantibus,
videlicet -- *non fiant* -- *ſi à Sede emanaverit &c.* Igi-
tur ſi jam factæ ſint, vel a jure jam eſſent emanatæ,
non comprehenderentur ſub Rubrica Concordatorum
de Reſerv. ſublat. ut proſequitur *Rebuff. loc. cit.*
Cumque appoſitio manus Papæ, quæ in Commen-
da præcipue verificatur, ſit in Corpore juris clauſa,
& antiquior Concordato, ſub ejus diſpoſitione com-
prehendi non poteſt, cum illud futuras reſervatio-
nes reſpiciat, non præteritas clauſas in corpore ju-
ris.

Nec minus in Germania per Commendam indu-
ci affectionem, obſtantibus Concordatis, firmant 86
*Gonzal. gloſſ. 52. n. 55. Pax Jordan. tom. 2. lib. 10.
tit. 2. num. 41. & 65. Murga de Benefic. dict. quæſt. 3.
n. 360.* Et Sacra Congregatio rebus Conſiſtorialibus
præpoſita, approbavit electionem factam a Mona-
chis per obitum Commendatarii 3. *Februarii* 1679.
& rurſus 10. *Februarii* 1724. in *Salisburgen. Præ-
poſituræ Berchesfergaden.* vacantis per obitum Joſephi
Clementis a Bavaria Commendatarii, ut latius di-
cemus in *Commentar. in Regul. I. §. 7. n. 131.*

Reſultat item affectio, & dicitur Papa manus ap-
poſuiſſe ex deputatione Coadjutoris cum futura ſuc- 87
ceſſione, quamvis Coadjutus decederet antequam
Coadjutor litteras intimaſſet, vel Coadjutoris offi-
cium exercere cœpiſſet; nam per ſolam deputatio-
nem, & appoſitionem manus Pontificiæ, ita Bene-
ficium remanſit affectum, ut nullus inferior poſſit il-
lud amplius conferre, ad *Text. in cap. 1. & 2. de con-
firmat. util. vel inutil. & in cap. Ut noſtrum 56. de
appellation. Tondut. quæſt. Benefic. part. 2. cap. 3. §.
1. n. 7. Lotter. de re Benefic. part. 2. quæſt. 25. n. 33.
& 34.* (quidquid ſubtiliter tenere videatur *Martinez*
apud *Barboſ. vot. 110. lib. 3.*) & conſtanter *Rota*
præſertim *in dec. 570. part. 1. deciſ. 45. n. 5. & 31.
part. 6. deciſ. 332. n. 1. part. 7. deciſ. 112. num. 15.
part. 16. Recent. cor. Dunoz. jun. deciſ. 776. n. 19.
& 20. coram Buratt. deciſ. 36. num. 2. & ſeqq. cor.
Emerix jun. deciſ. 494. & deciſ. 512. coram Anſaldo
deciſ. 20. n. 8. coram Lancetta deciſ. 858. n. 1. & in
Calaguritana Canonicatus* 18. *Junii* 1728. *coram R.
P. D. Corio, &* 3. *Decembris ejuſdem anni coram
bon. mem. de Valentibus.*

At in Germania ex Coadjutoria cum futura ſuc-
ceſſione non inſurgit affectio; unde niſi expreſſe de-
rogatum fuerit Concordatis, & accedat Ordinarii
Collatoris conſenſus in Beneficiis inferioribus, mor-
tuo Coadjuto in Menſe Ordinarii, idem Ordinarius
confert, non obſtante appoſitione manus Papæ,
*Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 5. §. 9. n. 11. Wameſ. conſ.
53. a n. 12. lib. 1. Fagnan. in cap. Nulla num. 77. de*

conceſſ.

*conceſſ. Præbend. Pariſ. de reſignat. lib. 6. queſt. 5.
num. 70. & ſeqq. Kochier. in Regul. 1. n. 22. & in
Regul. 8. gloſſ. 12. n. 7. & 23. Branden. de Concord.
German. quæſt. 11. n. 2. Nicolarts eodem tract. tit.
1. dub. 8. §. 6. cum duob. ſeqq.* Rat. *poſt Kochier. de
permut. deciſ. 15. num. 11. & 12. & deciſ. 16. n. 5.
& ſeqq.* & Nos etiam infra in *Commentar. in Regul.
I. §. 8. n. 133.*

Quid autem dicendum, ſi Canonicus deputetur
Coadjutor Epiſcopi cum decreto, ut Canonicatus
vacet, quando factus fuerit locus ſucceſſioni, &
interim Coadjutor decedat ante Coadjutum, an
88 Canonicatus remaneat affectus? Varie dubium hoc
reſolutum fuit a *Rota* in *Olomucen. Canonic. anno
1693. cor. Manuel, & 1694. coram Muto*, nam
primo Rota cenſuit, Canonicatum remanſiſſe affe-
ctum, poſteaque receſſit a deciſis. Deciſiones ſunt
impreſſæ poſt *Remocamp. de Coadjutor. deciſ.* 15. 16.
& 17. & de iis ſermonem habebimus in *Commentar.
in Regul. I. a num. 144. & ſeqq.*

Oritur etiam quæſtio, an remaneat affectio, ſi
89 Gratia, & proviſio Papæ ſit nulla, aut ſubreptitia,
nempe quia cauſa infirmitatis, aut evidentis utili-
tatis, quæ fuit motivum Coadjutoriæ, non ſit pro-
bata, non ſit vera, aut quia aliter non potuit ha-
bere effectum. Examinant quæſtionem DD. *in cap.
Inter dilectos de exceſſib. Prælator.* ſed multum ſe vi-
dentur involvere. *Innocent. ſub n. 4.* quærit: Si ali-
90 quis Papæ delegatus provideat indigno, vel con-
tra tenorem mandati, an electio pertineat ad illos,
qui antea debebant eligere, vel ad Papam? Et ad
iſtum pertinere ait, non ad primos Electores. Sed
poſtea *n. 5. & ſeqq.* aliorum refert diſtinctionem,
quam probare videtur, nempe; quod ſi mandatum
fuiſſet provideri alicui indigno, vel ſub certa con-
ditione, quæ deficeret, tunc poſſint inferiores Col-
latores providere: Secus ſi mandata fuiſſet proviſio
pro perſona, cui non poſſet ſine diſpenſatione pro-
videri, nam tunc pertinet ad Papam. Sequitur *Ho-
ſtien. in eodem cap. Inter dilectos ſub num.* 14. &
refert *Rota deciſ.* 255. *num.* 14. *& ſeqq. part. 7. Re-
cent.*

Diſtinguunt alii, quod, aut Papa uſus eſt verbo
91 *reſervamus*, & tunc proviſio ad ipſum pertinet; aut
tali verbo uſus non eſt, & ſubdiſtinguunt: quod,
aut mandatum emanavit ad favorem incertæ per-
ſonæ, & tunc pariter ad ipſum Papam devolvitur.
Aut mandavit provideri certæ perſonæ, & in tali
caſu, ſi proviſio ſit nulla, poteſtas redit ad Ordina-
rium, *Soccin. in dicta cap. Inter dilectos n. 18. Butr.
n. 19. Ancaran. circa finem, Abbas n. 10. Felin. in
cap. fin. n. 40. de præſumpt. Rota dict. deciſ. 255. n.
17. & ſeqq. part. 7. Recent.*

Sed reprobatur hæc ſubdiſtinctio ab aliis Docto-
92 ribus, qui indiſtincte tenent, quod in caſu nullita-
tis proviſionis poteſtas devolvitur ad Papam, ſive
proviſio emanaverit ad favorem incertæ, ſive certæ
perſonæ, *Ancaran. conſ. 58. per* tot. ubi diſtinguit
quinque caſus, juxta quos proviſio poteſt eſſe nul-
la; & poſt relatas DD. opiniones in terminis juris
communis, demum pro Papa concludit ob Regulas
Cancellariæ, *Felin. in dict. cap. final. in fin. de præ-
ſumption. Roman. conſil. 355. num. 5. & ſeqq. Dec. in
cap. Ut noſtrum num. 3. de appellation. & in cap. 1.
n. 10. de confirmat. util. vel inutil. & ibi Adden. litt.
A. & B. idem Dec. conſil. 137. num. 4. verſ. & in ſi-
mili caſu, & conſil. 699. n. 10. verſic. & ad hoc fa-
cit, Guttier. alleg. 1. num. 27.* cum aliis plene apud
Burrat. deciſ. 36. num. 4 & ſeqq. ubi dicitur, hanc
opinionem eſſe hodie receptiorem, attenta præſer-
tim *Extravagant. ad Romani, de Præben. inter com-
mun.* diſponente, *Beneficia remanere affecta, etiam
ſi ex aliqua cauſa proviſiones non ſortiantur affectum.*
Et ſine difficultate, ſtante Decreto irritanti, atque
inhibitione, ex quibus etiam in proviſione ſubrep- 93
titia ad favorem certæ perſonæ, reſultare futuræ va-
cationis affectionem, firmant plurimi relati *in dicta
deciſ. 36. num. 6. coram Buratt.* & ſequitur *Tondut.
quæſt. Benefic. part. 2. cap. 3. §. 1. n. 4.*

Verum nec talis opinio poſtea placuit *Rotæ*; &
ideo a dicta Deciſione 36. *Buratti*, fuit coram eo- 94
dem receſſum *in deciſ.* 78. Quamobrem pro decla-
ratione diſtinguenda duplex narrativa; alia ſcilicet, 95
quæ eſt cauſa conceſſionis, ut Menſis reſervatus,
pertinentia collationis ex qualitate Beneficii, impe-
tratio ex delicto, & ſimilia, in quibus Papa ſe fun-
dat, & quæ debent plene probari; alia vero eſt nar-
rativa, quæ eſt pars gratiæ, ut valor, Doctoratus,
numerus obtentorum &c. Si agatur de falſa narrati-
va circa ea, quæ ſunt pars gratiæ, tali caſu vera eſt
ſupradicta opinio, quod proviſio etiam nulla, ſeu
quæ effectum non habuit, inducat affectionem; ad-
eout ſi Coadjutoria ſine effectu remanſerit ob mor-
tem Coadjuti ante litteras præſentatas, tunc ob ap-
poſitionem manus Papæ Beneficium remanet affe-
ctum, etiam ſi valor in litteris Coadjutoriæ expreſ-
ſus, non probetur Papa enim, quocumque valore
narrato, voluit conſulere utilitati Eccleſiæ, ei pro-
videndo de Miniſtro; & ideo non inducitur ſubrep-
tio, cum expreſſio majoris valoris eum non retraxiſ-
ſet a gratia, *Adden. ad Buratt. dec. 78. litt. A. Bar-
boſ. vot. deciſ. 110. n. 37. lib. 3. Rota deciſ. 255. n.
8. & ſeqq. & dec. 313. n. 22. part. 7. dec. 112. n. 625.
& ſeqq.* ubi de conditionibus appoſitis a Coadjuto,
part. 16. Rec. egregie *cor. Merlin. deciſ. 768. n. 10.
& ſeqq.* ubi reſpondet contrariis, & in *Hipporeggien.*
mox citan.

Aliter vero dicendum ſi agatur de iis, quæ ſunt
cauſa immediata conceſſionis, nam ſi iſta eſt falſa, 97
ceſſat gratia, & appoſitio manus Papæ non inducit
affectionem. Sic ſi Papa conferat Beneficium tam-
quam reſervatum, quod vere reſervatum non ſit;
vel ſi non adſit vacatio principaliter narrata, tunc
per talem manus appoſitionem non inducitur affectio
*Roman. conſ. 335. n. 11. Tondut. Quæſt. Beneficial.
part. 2. cap. 3. §. 1. n. 5. Buratt. deciſ. 36. n. 10. in
Toletana Præſtimonii ſuper negocio principali 30.
Aprilis 1703. §. ſicut cor. Muto*, aliiſque cumulatis,
diſtinctionem admiſit *Rota in Hipporegien. Commen-
dæ ſeu Præceptoriæ 11. Decembris 1722. §. quinimo,
& ſeqq. cor. Ratto*, & formiter amplexa eſt *in Com-
poſtellana Parochialium 18. Junii 1728. §. Non re-
levante, & ſeqq. cor. eodem.*

Sic etiam in terminis Coadjutoriæ, ſi non pro-
betur infirmitas, ſeu neceſſitas Eccleſiæ, quæ eſt 98
cauſa immediata conceſſionis gratiæ, non reſultat
affectio. Iſta enim affectio pendet a validitate gra-
tiæ, & validitas a juſtificatione Cauſæ, quia per
Coadjutoriam Papa limitate manum apponit ex cau-
ſa narratorum; & ideo ſi narrata non ſunt vera,
Papa non intendit præjudicare Ordinariis Collatori-
bus *Rot. cor. Buratt. deciſ.* 78. ubi, quod ſicuti
quando cauſa eſt falſa circa pertinentiam collatio- 99
nis, vel circa vacationem, non reſultat affectio;
ita nec etiam reſultat, quando adeſt falſitas cauſæ
circa infirmitatem Coadjuti, quæ eſt cauſa princi-
palis conceſſionis gratiæ, & ibi *Adden. litt. A. &
B. Barboſ. vot. deciſ. 110. numer. 18. & ſeqq. lib. 3.
Merlin. deciſ. 768. numer. 13. & 15. Dunoz. deciſ.
776. in princ. in Recen. deciſ. 45. num. 5. part. 6.
deciſ. 237. num. 1. & ſeqq. deciſ. 255. num. 8. &
ſeqq. & deciſ. 313. part. 7. & dict. dec. 112. numer.
4. & 5. & num. 25. & ſeqq. part. 16. Rec.* in qui-
bus etiam plene firmatur, quod ut gratioſe ſubro-

100 gato vigore litterarum Coadjutoriæ concedatur immiſſio, probanda eſt ultra Clericatum, & affectionem, etiam cauſa, ob quam Papa motus fuit ad dandum Coadjutorem; & *in Novarien. Præbendæ 15. Junii 1693. cor. Manuel.* impreſſ. poſt *Kochier. de Permutation. decis. 13. num. 7. & ſeqq.* ubi, quod per Coadjutoriam inducitur affectio, etiam ſtante incapacitate perſonæ, dum cauſa infirmitatis vera exiſtit.

Nec obſtat *text. in dicta Extrav. ad Romani, de*
101 *Præben.* quia non loquitur de ſimplici manus appoſitione, ſed de ea, cum qua concurrit præexiſtens generalis reſervatio cum decreto irritanti: tunc enim veriſſimum eſt, ut nulla exiſtente, ſeu annullata proviſione Papæ, adhuc Ordinarius conferre impediatur, quippe rationi conſonum eſt, ut eo caſu Papa valide, & cum effectu iterum provideat, donec ſit conſumpta vacatio, & reſervatio, ſeu affectio expiret, *Lotter. de re Benef. lib. 2. quæſt. 26. n. 38. Barboſ. in dict. Extravag. Ad Romani num. 3. in fin. & Vot. decis. 110. n. 7. & ſeqq. lib. 3. Rota dec. 190. num. 8. part. 2. Recen.* Sed quando Canonicatus non eſt reſervatus ante gratiam Coadjutoriæ, tunc ex appoſitione manus Papæ non reſultat affectio, niſi etiam probetur, quod vera fuerit cauſa immediata conceſſionis Gratiæ.

Atque hinc etiam deſcendit, quod Beneficium non remanet affectum ex appoſitione manus Papæ, quando reſignatio emanavit ad ſavorem certæ per-
102 ſonæ, & non ſubſiſtit, vel ex incapacitate reſignatarii, vel ob falſam cauſam narratam, vel ob non juſtificatum valorem; quia tunc ſecundum voluntatem Papæ, limitate manum apponentis ad ſolam vacationem per reſignationem, cenſetur vacare per obitum, nec impeditur Ordinarius illud conferre, *Barboſ. dicto voto 110. num. 32. Adden. ad Burratt. dicta decis. 78. litt. C. Merlin. decis. 768. num. 15. Priol. decis. 284. n. 8. & dec. 301. n. 10. Emerix. jun. decis. 335. num. 13. & decis. 410. num. 4. & 5. in Neapolitana Beneficiorum 29. Januarii 1683. §. minus obeſſe, & 26. Novembris ejuſdem anni §. minus officere cor. Albergato, & in Hildeſimen. Canonicatus 1. Julii 1729. §. finali cor. Reverend. Cincia.*

Rurſus, non omnis appoſitio manus Papæ cau-
103 ſat affectionem, ſed ea tantum, ex qua reſultat mens ulterius providendi; nam ſi apponat ad alium effectum, neutiquam ligantur manus Ordinarii, quia limitata manus appoſitio limitatum parere debet effectum; unde in uniooe perpetua non cadit affectio, quia ceſſat voluntas conferendi ulterius, & in aliis ſimilibus caſibus, ut late explicant *Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 52. num. 38. & ſeqq. Garc. de Benef. part. 5. cap. 1. n. 175. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 26. n. 30. Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 57. num. 34. verſ. verum, & Vot. decis. 110. num. 14. lib. 3. Caſtropal. Oper. moral. tom. 2. tract. 13. de Benefic. diſp. 2. punct. 15. num. 4. verſ. ſed adverte, Murga de Benefic. quæſt. 3. num. 352. Pax Jordan. Var. Lucrubat. tom. 2. lib. 10. tit. 2. num. 32. Paulut. Juriſprud. Sac. tom. 2. lib. 6. tract. 10. cap. 4. §. Indeque in fin. pag. mihi 406. Leuren. in for. Benefic. tom. 2. ſect. 3. cap. 1. quæſt. 523. ſub n. 2. Roſa de Executor. par. 1. cap. 6. in addit. num. 213. Rot. poſt Novar. dec. 30. ſub n. 22. & coram Priol. decis. 301. num. 10.* & Nos in Comment. in Regul. II. *§. 7. n. 106. & ſeqq* In unione vero ad Vitam indubitanter cadit affectio, quemadmodum & in Commenda, quia eſſentia Commendæ ſtat in eo, quod Papa retinet Beneficium in ſuis manibus, nec illud dimittit, niſi poſtquam contulerit in titulum; ideoque in Commenda ſemper ineſſe cenſetur voluntas, & finis ulterius conferendi in excluſionem cujuſcumque alterius Collatoris *Gonzal. loc. cit. n. 11. Garc. n. 140. Murg. n. 329. Barboſ. dicta allegat. 57. num. 33. in fin. Lotter. d. n. 3. Rebuff. in Prax. benefic. in form. ſignan. verſ. affectum, p. mihi 96. Simonett. de reſervat. quæſt. 59. num. 7. & 9. & quæſt. 64. num. 10. Adden. de Buratt. decis. 36. litt. P. Caſſador. dec. 4. de reſervat. ſub n. 6. Rota cor. Carill. dec. 297. n. 8. coram Coccin. dec. 1061. n. 11. & ſeqq. & decis. 2245. num. 17.* & concordant relati ſupra *num. 82.*

Non cadit itidem affectio in Beneficio, quod non
eſt vere Beneficium Eccleſiaſticum, & ſpirituale, 104
ſed ſimplex adminiſtratio, in qua oec intrat reſervatio, neque affectio, *Rota decis. 776. num. 15. coram Dunozet.* aliique relati in *Bononien. Hoſpitalis 16. Decembris 1707. §. Fruſtra in princip. coram Omaña, & a Rot. coram Falconer. tit. de Benefic. dec. 10. n. 4.*

Sed verius eſt affectionem locum habere etiam in
iis, quæ non ſunt vera Beneficia Eccleſiaſtica: in- 105
hibitio enim ligans manum inferioribus, non provenit a qualitate rei, minuſque ab eo, quod res, ſuper qua apponitur manus, ſubſit nec ne generalibus legibus loquentibus de Beneficiis, ſed a reverentia, quæ in omnibus ſupremo Pontifici ſemper debita eſt *Rota coram Falconer. de Benefic. dicta decis. 10. n. 12.* ubi, quod etiam mera Officia per appoſitionem manus Papæ remanent affecta: Et quod idem procedat in Hoſpitalibus, *Rota in dicta Bononien. Hoſpitalis coram Lancetta decis. 494. & coram Omaña d. §. Fruſtra, & ſeqq.*

In Beneficiis de jurepatronatus laicali non cadit 106
affectio, *Gonzal. ad Regul. 8. gloſ. 52. num. 54. Rota coram Penia dec. 627. n. 9. Adden. ad Buratt. decis. 769. n. 15.* ſicuti nec in iis de jurepatronatus mixto, niſi Papa pro illa vice juripatronatus derogaverit, *Murga de Benefic. quæſt. 3. num. 359. Gonzal. loc. citat. Pax Jordan. tom. 2. lib. 10. tit. 2. num. 40. Tondut. Quæſt. Beneficial. par. 2. cap. 3. §. 1. n. 16. & 17.*

Prout etiam non cadit affectio in Beneficiis ma-
nualibus, ut ſi Papa illa commendaret, nam adve- 107
niente vacatione poterit Ordinarius, vel Abbas conferre; & ceſſante Commenda, ceſſabit affectio, *Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 5. §. 6. n. 22. & gloſ. 52. n. 44. & 61. Pax Jordan. loc. cit. num. 50. Murga n. 368.* Niſi tamen Papa contuliſſet ex certa ſcientia, & expreſſe Beneficium manuale ſuæ diſpoſitioni affeciſſet: pro illa enim vice alius Ioferior providere noo poterit, ut poſt *Felin. & Achill. de Graſſ. decis. 9. de Præben. num. 5. Tondut. Quæſt. Benef. tom. 1. par. 2. cap. 3. §. 1. num. 6. Gonzal. d. gloſ. 5. §. 6. num. 23. Lotter de re Benefic. lib. 1. quæſt. 33. n. 59. Pax Jordan. loc. cit. n. 51. Murga dicto n. 368.* Et quod ratione ſcientiæ Papæ duret affectio in manualibus, *Amoſtaz. de Cauſ. piis lib. 3. cap. 1. num. 19. & ſeqq. pag. mihi 219. Achill. dicta decis. 9. num. 9. Coccin. decis. 1061. num. 14. & ſeqq. & in Tiraſonen. Prioratus 11. Martii 1689. §. Ultra quod, coram Caccia.* Ubi vero Papa ignoravit manualitatem, quæ illi expreſſa non fuit, gratia eſt nulla ex defectu voluntatis Pootificis, qui ſtatum Beneficii immutare noluiſſe cenſetur; unde ob falſam expreſſionem ei factam, remanet in ſtatu amovibilitatis, itaut liberum ſit Abbati, vel alteri Superiori amovere proviſum. *Lap. allegat. 9. num. 3. & ſeqq. Pitton. tom. 1. diſcept. 23. num. 25. §. dicendum, Merlin. decis. 370. n. 4. Coccin. d. dec. 1061. n. 13. & ſeqq.*

Adverſus Indultum, quod habent Cardinales conferendi etiam Beneficia affecta, de quo *Rota in Neapolita-*

Neapolitana Beneficiorum 29. *Januarii* 1683. §. *Et
quatenus*, & 26. *Novembris ejuſdem anni* §. *finali
coram Albergata*, manus Pontificiæ appoſitio non
108 cauſat affectionem, niſi Papa Indulto Cardinalitio
derogaret expreſſe, *Gonzal. ad regul.* 8. *gloſ.* 52. *ſub
num.* 55. §. *Sexto limita*, *Pax Jordan. Lucubrat.
Canonic. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 43. *Riccius Col-
lect*, *n.* 1452. *Murga de Benefic. quæſt.* 3. *num.*362.
& *ſeqq. Capon. diſcept* 10. *num.* 26. & *ſeqq. Tondut.
d. part.* 2. *cap.* 3. §. 1. *num.* 15. *Verall. deciſ.* 82.
num. 1. & 2. *Rota poſt Novar. in Sum. Bullar. dec.*
30. *num.*25. Quod ſi in Indulto de Beneficiis affe-
ctis expreſſa mentio non fiat, non utique ſub illo
comprehenderentur, *Wames conſ.* 241. *Lotter. de re
Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 26. *num.* 34. & *ſeqq. Barboſ.
Vot. deciſ.* 110. *a num.* 38. & *Vot*, 111. *n.* 46. & 47.
lib. 3.

In caſibus, in quibus locum habet affectio, hæc
110 oritur etiam ex ſola ſupplicatione ſignata, licet non
adhuc datata. A momento enim ſignaturæ dicitur
Papa manum appoſuiſſe, & locum habet affectio,
nec a data complementum expectat, ut ex Conſti-
tutione Gregorii XIII. *Bullar. nov. Conſtitut.* 41.
& firmavit *Rota in Treviren. Parochialis cor. Lan-
cetta*, inter *impreſſ. deciſ.* 916. *num.* 6. confirmat.
10. *Februarii* 1716. §. *Ipſaque devolutio cor. Foſ-
caro.*

Hinc ſi Papa *Motu proprio* ſignet gratiam Coad-
jutoriæ, eaque non datata, nec ſoluta Componenda,
111 Coadjutus decedat, Beneficium remanet affectum,
nec poteſt Inferior illud conferre. *Rota cor. Lancetta
deciſ.* 858. Dixi, ſi *Motu proprio* ſignet gratiam,
quia tunc non requiritur conſenſus Coadjuti, pro-
ut non requireretur Reſignantis in caſu reſignationis.
112 Secus tamen dicendum foret, ſi ageretur de gratia
ſub expreſſa reſervatione conſenſus Coadjuti, vel
Reſignantis: in his enim terminis non eſſet locus
affectioni, quia Papa intelligeretur conditionaliter
manum appoſuiſſe, & relative ad conſenſum Coad-
juti, vel Reſignantis; ideoque conſenſu non præ-
ſtito, gratia evaneſceret, ut diſtinguitur in dicta
deciſ. 858. *n.* 13. & *ſeqq. cor. Lancetta.*

Quod autem ex ſola Signatura oriatur affectio,
ab intrinſeco demonſtratur, quia appoſitio manus
Papæ aliud non eſt, quam actus, quo Summus Pon-
113 tifex pandit animum ſuum circa proviſionem alicu-
jus Beneficii; proindeque ſat eſt, quod negocium
ſit inceptum, cum verbum *afficere* denotet rem eſſe
in ſuo principio, & nec dum ad finem fuiſſe per-
ductam. Collimatque in idem ratio affectionis, quæ
114 conſiſtit in reverentia debita Summo Pontifici ab
omnibus inferioribus Collatoribus, quos non decet
ſe ingerere in negocio, in quo Papa manus appo-
ſuit: quæ ratio verificatur etiam in principio gra-
tiæ, ejuſque ſignatura, nam poſt gratiam perfe-
ctam, collatio Inferioris eſſet ipſo jure nulla, nec
poſſet dici ſolummodo contraria reverentiæ debitæ
Pontifici, ut proſequitur *Rota cor. Lancett. dicta
deciſ.* 858. *num.* 4. & *ſeqq.* & *in Hipporegien. Com-
menda* 11. *Decemb.* 1722. §. & *ſane*, & §. *ſequenti
cor. Ratto.*

Et licet quando agitur de plenario effectu execu-
tionis gratiæ, hæc non dicatur perfecta ex ſola ſi-
115 gnatura abſque data, & expeditione litterarum: at-
tamen quando agitur ad alium, & ſolum effectum
deſumendæ affectionis, ſola ſignatura ſufficit, quia
ex hac reſultat determinatio voluntatis in Pontifice
providendi de Beneficio; taliter ut adhuc ſi gratia
eſſet nulla, & inexequibilis, nihilominus non ceſ-
ſaret affectio, ut *in dicta deciſ.* 858. *num.* 10. *cum
duob. ſeqq. cor. Lancetta*, & *in dicta Hipporegien.*
§. *Auctoritates vera.*

Quinimo ob eaſdem rationes, quia affectio aliud
non eſt, quam actus, quo Pontifex pandit animum
ſuum circa proviſionem illius Beneficii, & quia gra- 116
tia ſtat ſolum in lingua Principis, teſtimonium in
ſcriptura, & in executione commodum, ac etiam
quia adverſaretur reverentiæ debitæ Pontifici, ſi In-
ferior ſe ingereret in negocio, in quo Papa manus
appoſuit, ob has, inquam, rationes, *Rota* firmavit,
quod ubi conſtat de ſpecifica, & determinata vo-
luntate Pontificis conferendi aliquod Beneficium, 117
per hoc ſolum remaneant ligatæ manus cujuſvis al-
terius Collatoris, etiamſi Papa non adhuc gratiam
ſignaſſet. Nam licet ſola ſignatura ſupplicationis
ſufficiens ſit pro inducenda affectione, non inde
tamen infertur a contrario, ut non adhuc ſignata 118
ſupplicatione, affectio non ſit inducta; quia mate-
rialis appoſitio manus mediante ſignatura, non ex-
cludit, ut ſi aliunde juſtificetur determinata volun-
tas in Pontifice conferendi, inducatur affectio, ut
late, & magiſtraliter, reſpondendo etiam contrariis
auctoritatibus *Rota in dicta Hipporegien. Commen-
dæ, ſeu Præceptoriæ* 11. *Decembr.* 1722. §. *Non re-
levante*, *cum pluribus ſeqq.* & 12. *Martii* 1723. §.
Minus autem, & *ſeqq. coram Ratto.*

Cæterum ubicumque manus appoſitio afficit Be-
neficium, eatenus durat reſervatio, quatenus volun-
tas Papæ non conſumitur. Et intelligitur conſum- 119
pta per proviſionem, ſive proviſus poſſeſſionem ap-
prehenderit, ſive non, cum poſſeſſio ſit quid peni- 120
tus ſeparatum a proviſione, quæ conſumit vocatio-
nem, *Lotter. de re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 26. *n.* 39. &
ſeqq. Barboſ. in Extrav. Ad Romani, *de Præben. n.*
6. *Idem Vot. deciſiv.* 110. *n.* 10. *lib.* 3. *Gonzal. ad
Regul.* 8. *gloſſ.* 15. §. 2. *n.* 31. & *ſeqq. Tondut. part.* 2.
cap. 3. §. 1. *n.* 9. & 10. *Ventrigl. in Prax. part.* 2.
annot. 2. §. 2. *num.* 101.

§. II.

Quot ſint ſpecies Reſervationis generalis.

ARGUMENTUM.

Reſervatio generalis, quidquid dicat *Sarnenſis*, diſtinguitur in quatuor ſpecies, nempe ratione *Perſonæ*, *Rei*, *Loci*, & *Temporis*, quarum primæ duæ dicuntur etiam fixæ, & continuæ, reliquæ eventuales, & diſcontinuæ. Reſervationes *perſonalis*, *realis*, & ratione *temporis* ſingulæ ſubdividuntur in tres alias ſpecies; nam altera ratione *loci* unica eſt, inſurgens ex vacatione Beneficii in Curia. Reſervatio perſonalis eſt dignior quacumque alia. Ad excluſionem Indulti Apoſtolici conferendi Beneficia reſervata, etiam ſi illud fuerit conceſſum Ordinario Collatori, requiruntur duæ reſervationes coæquales; unde una reſervatio, & una affectio non excludunt Indultarium: quod tamen intellige de affectione reali, ſecus de perſonali.

SUMMARIUM.

1 *Reſervatio generalis aut eſt ratione* perſonæ, *aut ratione* rei *ſecundum* Sarnenſem.

2 Perſonalis *dicitur, quæ procedit intuitu perſonæ, & exemplo oſtenditur.*

3 Realem *appellat* Sarnen. *illam, quæ concernit principaliter ipſam rem, ut eſt reſervatio Dignitatum majorum in Cathedralibus, & principalium in Collegiatis. Sed declara, ut in n. 5.*

4 *Reprobato* Sarnenſi, *quatuor enumerantur reſerſervationum ſpecies*, perſonalis *nempe*, realis, ratione loci, & temporis. *Duæ priores ſunt fixæ, & continuæ; reliqua eventuales, & diſcontinuæ* n. 6.

5 *In reſervatione* reali *conſideratur qualitas ipſius Beneficii, non autem locus.*

7 *Reſervatio* perſonalis *triplici modo inducitur: I. ex familiaritate: II. ex adminiſtratione cum juriſdictione; & III. ex Officio ſimplici ſine juriſdictione.*

8 *Item ratione alicujus Officii enumerati* in Extrav. ad Regimen.

9 *Reſervatio ratione* rei *etiam tripliciter conſideratur. I. in Beneficiis majoribus, ut ſunt Cathedrales, & Monaſteria. II. in Beneficiis trium Baſilicarum Urbis, & III. in Prioratibus, Præpoſituris, & Dignitatibus majoribus poſt Pontificalem.*

10 *Reſervatio ratione* temporis *etiam eſt triplex. Prima reſpicit Beneficia vacantia Sede Epiſcopali vacante. Secunda, Beneficia, quæ vacant dum Cardinales abſunt a ſuis Titulis, vel Eccleſiis Epiſcopalibus: & tertia afficit Beneficia in Menſibus Apoſtolicis vacantia.*

11 *Reſervatio ratione* loci *eſt unica, nempe ob vacationem in Curia.*

12 *Reſervatio* perſonalis *cæteris aliis dignior eſt.*

13 *Reſervatio ratione familiaritatis trahit ad ſe aliam reſultantem, ex quo dignitas ſit major in Cathedrali, aut principalis in Collegiata.*

14 *Diſpoſitio loquens de perſonali reſervatione, comprehendit etiam realem cum illa concurrentem.*

15 *Si duæ concurrant reſervationes perſonales, aut reales, una ſub altera non comprehenditur, ſed præponderat potentior.*

16 *Indultum conferendi Beneficia reſervata Ordinario Collatori elargitum, comprehendit Beneficia etiam multiplici reſervationi obnoxia.*
Contrarium n. 22.

17 *Maxime ſi fuerit conceſſum motu proprio.*

18 *Vel ſi in eo ſint excepta reſervationes aliquæ favore Papæ, cæteris Indultario elargitis.*

19 *Beneficia duplici reſervatione coæquali reſervata, juxta Votum* Ubaldi, & Veroſpii, *non comprehenduntur ſub Indulto Cardinalium*, & n. 21.

20 *Et hanc ſententiam per ſpecialem Conſtitutionem approbavit ſan. mem. Urbanus VIII.*

21 *Ambæ reſervationes ita debent eſſe coæquales, ut una non ſit potentior altera; unde ſi concurrat familiaritas Papæ, & etiam Cardinalis, illa, uti potentior, hanc abſorbet.*

23 *Duplicitas reſervationis coæqualis non excludit Indultum, ſi in eo concedatur facultas conferendi Beneficia, etiam* multipliciter *reſervata.*
Et Indultum hujuſmodi elargiri ſolet Cardinalibus Nepotibus Pontificum ibid.

24 *Una affectio, & una reſervatio non excludunt Indulſum.*

25 *Intellige ſi affectio ſit realis, ſecus ſi perſonalis.* & n. 29. & 30.

26 *Affectio realis eſt, quæ afficit Beneficium independenter a perſona.*

27 *Et ſic affectio, quæ provenit ratione Commendæ, vel ex Decreto de dimittendo, aut ex reſervatione accidentali ratione temporis, dicitur affectio realis*, & n. 35.

28 *Perſonalis affectio dicitur, quæ efficitur a ceſſata accidentali qualitate perſonæ, ex præcedenti nempe reſervatione ratione Officii, familiaritatis, Collectoriæ, & ſimilibus.*

31 *Non ſolum duæ affectiones perſonales coæquales faciunt ceſſare Indultum, ſed etiam una reſervatio, & una affectio perſonalis.*

32 *Attenta præſertim Conſtitutione Urbani VIII.*

33 *Familiaritas defuncti Pontificis, cum Protonotariatu, excludit Indultum.*

34 *Et ita pluries reſolutum contra DD. Cardinales Indultarios.*

36 *Retentio Beneficiorum, quæ indulgetur Epiſcopis in actu promotionis, inducit affectionem realem.*

37 *Si Commendatario ad Epiſcopatum promoto concedatur retentio Beneficii commendati, ex his duabus appoſitionibus manus Papæ, inſurgunt duæ affectiones reales excluſivæ Indulti.*

38 *Promotus ſucceſſive ad duos Epiſcopatus, ſi utraque vice Beneficiorum retentionem obtinuerit, non exinde multiplicantur reſervationes, aut affectiones.*

EXiſtimat *Sarnen. in Regulam de impetran. Benefic. vacan. per obit. familiar. Cardinal. quæſt.*
15. *num.* 5. quod reſervatio generalis inducta per 1
Regulas Cancellariæ, poteſt conſiderari dupliciter;
aut ratione perſonæ, aut ratione rei. *Perſonalis* re- 2
ſervatio eſt, quæ procedit intuitu perſonæ, prout
eſt illa, quæ reſultat ex Familiaritate; itemque altera
Protonotariorum, Collectorum, & reliquorum Officialium. Reſervatio *realis* eſt, quæ con- 3
cernit principaliter ipſam rem, licet ſecundario
perſonam, ut eſt illa Dignitatum poſt Pontificales
majorum in Cathedralibus, & principalium in Collegiatis; nam licet Dignitates præfatæ adhæreant
perſonis, in reſervatione tamen conſideratur principaliter locus, & ipſa res, ſecundario vero perſona.

Deficiens eſt hæc *Sarnenſis* diſtinctio, nam non
duæ, ut ipſe autumat, ſed quatuor ſunt ſpecies re- 4
ſervationis generalis. Una *perſonalis*, ratione perſonæ. Altera *realis*, ratione rei, nempe in qua 5
conſideratur qualitas ipſius Beneficii, non autem locus, (ut ait *Sarnen.*) nihil enim intereſt, in qua
Eccleſia, vel Diœceſi illud exiſtat. Tertia *localis*
ratione loci, quæ ſcilicet, nec ratione perſonæ, nec
ratione rei inducitur, ſed ob vacationem in Curia.
Et quarta demum ratione *temporis: Ita Maſſobr. in Prax. haben. concurſ. prælud. 26. dub. 16. n. 1. Tondut. quæſt. Benefic. part. 3. cap. 152. num. 17. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 27. num. 90. & quæſt. 32. ſub num. 1. & 30. verſ. ex qua fictione, Germon. de Indult. Cardinal. §. Commendare, n. 32. verſ. Verum ne quidquam, Barboſ. in Collect. ad Extrav. Ex debito n. 2. inter commun. de electión. Filliuc. oper. moral. tom. 2. tract. 41. cap. 2. num. 10. Roſa de Executor. in addit. ad cap. 6. num. 169. Pitton. diſcept. Eccleſ. tom. 4. diſc. 105. n. 22.* qui tamen multum ſe poſtea involvit in iſtarum partium diſtinctionis explicatione, *Rota deciſ. 476. num. 3. part. 18. tom. 2. Recentior.*

In idem coincidit altera Reſervationum diſtin-
ctio, ut nempe quædam ſint fixæ, & continuæ; 6
aliæ eventuales, & diſcontinuæ. Continuæ dicuntur reſervationes perſonales, & reales; nam Beneficia hujuſmodi reſervationibus obnoxia, ſemper ſunt reſervata, quandocumque, & ubicumque poſſeſſor decedat: ad inſtar *olei*, quod ſemel effuſum ſuper panno,

panno, ſemper maculam imprimit, non delendam,
quamvis ceſſet cauſa effuſionis. Eventuales vero,
& diſcontinuæ ſunt ratione Menſis, & loci, quia
poſſunt non adeſſe, eo quia Beneficium oon va-
cet in Curia, vel vacet in Menſe non reſervato,
*Card. de Luc. de Beneſ. diſc. 7. n. 5. Alter de Luca
ad Ventrigl. in Prax. tom. 2. annot. 2. §. 2. n. 11. cum
duob. ſeqq.*

Reſervatio *perſonalis* eſt triplex. I. quæ induci-
7 tur ratione ſamiliaritatis, de qua in Regula IV. Can-
cellariæ. II. quando agitur de Perſonis habentibus
adminiſtrationem cum juriſdictione, pro quibus fa-
cta eſt Regula V. de Collectoribus. III. quando
quis habet Officium ſimplex omni juriſdictione de-
ſtitutum, ut ſunt Cubicularii, & Curſores, de
quibus in Regula VII. *Lotter. de re Beneſic. dict. lib.
2. quæſt. 32. num. 13. Rota deciſ. 266. n. 24. part.*
13. *Rec.* Et a tempore ſan. mem. Alexandri VII.
addi poteſt illa, quæ reſultat ratione alicujus Officii
8 enumerati in *Extravagant. Ad regimen.* juxta Con-
ſtitutionem, quam laudatus Pontifex edidit *ſexto
Idus Aprilis* 1666. impreſſam in Bullario Lugdu-
nenſi in ordine *la* 171. & tranſcriptam penes *Cleri-
cat. Diſcord. forenſ. tom.* 1. *Diſcord.* 88. *num.* 26. de
qua Conſtitutione ſermo iterum erit in *Comment. Re-
gul. I. §. 4.*

Etiam reſervatio ratione *rei* triplici modo conſi-
9 deratur; Primo in Beneficiis majoribus, ut ſunt Ca-
thederales, & Monaſteria valorem annuum 200. flo-
renorum excedentia, pro quibus adeſt Regula II.
Cancellariæ; Secundo in Beneficiis trium Baſilica-
rum Urbis, pro quibus prodiit Regula VIII. Et ter-
tio in Prioratibus, Præpoſituris, & Dignitatibus
majoribus poſt Pontificalem, pro quibus habemus
Regulam IV. *Lotter. lib. 2. quæſt. 33. Filiuc. oper.
moral. tom. 2. tractat. 41. cap. 2. n. 10. verſic. tertio
aliqua.*

Item Ratione *temporis* triplici modo conſideratur
10 Reſervatio; Primo reſpectu Beneficiorum vacan-
tium Sede Epiſcopali vacante, ut in Regula II. Se-
cundo quoad Beneficia vacantia dum Cardinales,
Epiſcopi, & Titulares abſunt a ſuis Titulis, vel Ec-
cleſiis, pro quibus emanavit Regula VIII. & tertio
ratione Menſium Apoſtolicorum, ut ſancitur in Re-
gula IX. *Lotter. dict. lib. 2. quæſt. 34. n. 34. & 35.
Filiuc. d. cap. 2. n. 5.*

Ratione vero *loci*, Reſervatio unice inſurgit ex
11 vacatione Beneficii in Curia, pro qua Reſervatione
adſunt Regula I. & VI. necnon *Extravag. Ad re-
gimen*, & *Extravag. Execrabilis*, *Lotter. dicto lib.
2. quæſt. 27. Filliuc. loco citat. n.* 10.

Reſervatio *perſonalis* cæteris reſervationibus dig-
12 nior eſt ratione Dignitatis perſonæ, quæ attrahit ad
ſe alias Reſervationes. Hinc ſi quis ſit familiaris
Cardinalis, & obtineat primam Dignitatem in Ec-
13 cleſia, duæ concurrunt in eo Reſervationes, *una*
perſonalis, altera realis; ſed perſonalis, uti nobi-
lior trahit ad ſe aliam tamquam acceſſoriam, *Millin.
deciſ.* 414. *& Nos* etiam infra in *Comment. in Regul.
XXXII.* Ideoque diſpoſitio loquens de perſonali Re-
ſervatione, comprehendit etiam realem, ſi cum illa
14 concurrat, quamvis aliter dicendum, ſi in una Per-
ſona concurrerent duæ Reſervationes, ſive perſona-
15 les, ſive reales; nam tunc utraque eſſet principalis
de per ſe, & non comprehenderentur ſub diſpoſitio-
ne loquente de una, talique caſu præponderaret po-
tentior, quæ debet attendi in favorem Pontificis con-
ferentis, *Gomez. in Regul. de impetr. Beneſic. vacant.
per obit. famil. Card. quæſt. 15. verſic. modo ad pro-
poſitum.*

Sed in terminis *Indultorum* conferendi Beneficia
reſervata, quæ S. R. E. Cardinalibus elargiri ſo-
lent, maxima fuit olim inter DD. controverſia, an
comprehenderent Beneficia reſervata duplici, & mul-
tiplici reſervatione. Alii enim affirmabant: Nega-
bant alii; & demum alii diſtinguebant inter Indul-
tum extraordinarium, & ordinarium, ſcilicet con-
ceſſum Ordinario Collatori, autumantes, Indultum 16
extraordinarium non amplecti ea Beneficia, ordina-
rium vero comprehendere duplices, & multiplices
Reſervationes, ex quo Indultum ordinarium repu-
tatur favorabile, & eſt late interpretandum, extra-
ordinarium vero odioſum, & proinde reſtringen-
dum, ut poſt *Æneam de Falconib.* alioſque anti-
quiores, diſtinguunt *Germon. de Indult. Cardinal. §.
Commendare n. 33. Maſſobr. in Prax. haben. Concurſ.
prælud. 26. tit. de Indult. S. R. E. Cardinal. dub. 16.
n. 4. Urſell. concluſ. legal. verb. Affectia, concl. 73.
n. 7. verſic. diſtinguit quoque in hoc, Peleus in Re-
gul. Cancellar. cap. 21. verſic. Papa concedens, Ton-
dut. Quæſt. Beneſic. tom. 2. part. 3. cap. 152. n. 10.
& 11. Antonell. de tempor. legal. lib. 3. cap. 16. n. 29.
verſic. item procedit, Adden. ad Gregor. deciſ. 291.
num. 11. in ſin.*

Alii vero diſcrimen conſtituebant inter Indultum
conceſſum *Motu proprio*, & elargitum ad poſtula- 17
tionem Partis, firmantes, quod primom compre-
henderet duplices, & multiplices reſervationes, non
ita ſecundum, ut per *Felin. in cap. In noſtra n. 15.
corall. 6. de reſervat. Bertrand. conſil. 117. n. 10. in ſin.
verſ. præterea, & n. 11. tom. 1. part. 2. Tondut. loc.
cit. n. 11. & 12.*

Dicebant alii, quod ſi in Indulto eſſent exceptæ
aliquæ Reſervationes favore Papæ, & poſtea elar-
gita fuiſſet Indultario generalis facultas conferendi 18
Beneficia quomodolibet, & quomodocumque re-
ſervata, & affecta, tali caſu cenſeretur ei tributa
quoque poteſtas diſponendi de iiſdem Beneficiis,
etſi multiplici reſervationi obnoxiis. Et hanc ſequu-
ti ſunt opinionem, *Bertrand. dict. conſ. 117. n. 9.
in ſin. & n. 10. tom. 1. part. 2. Gratian. diſcept. 982.
n. 3. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 13. n.* 101. qui ulterius
admonet, utile eſſe apponere iſtas clauſulas ad tol-
lendas controverſias opinionum, *Tondut. dict. tom.
2. part. 3. cap. 152. n. 20. Antonell. dict. lib. 3. cap.
16. n. 29. §. Similiter.*

Tandem alii exiſtimabant totum pendere a volun-
tate Papæ expreſſa, vel tacita, an voluerit Indul-
tario concedere duplicem, vel unam tantum Reſer-
vationem.

Ad tollendas tot diſſidentium opinionum amba-
ges, & diverſitates, Paulus V. *anno* 1615. articu- 19
lum examinandum commiſit duobus Sacræ Rotæ
Auditoribus, *Ubaldo*, & *Veroſpio*, qui fuerunt in
Voto, ſucceſſive per laudatum Pontificem approba-
to, Indulta Cardinalium non comprehendere Bene-
ficia duplici Reſervatione perſonali coæquali reſer-
vata, ut ex eodem voto penes *Gratian. diſcept.* 982.
a n. 13. ad ſin. Cumque hujuſmodi Sententiæ Car-
dinales non adhuc acquieſcerent, eamque iterum in
controverſiam revocaſſent, præcipue in una *Raven-
naten. car. Dunoz.* ut ex ejus *deciſ.* 632. hinc ſan.
mem. Urbanus VIII. ſub *die* 15. *Julii* 1642. edidit 20
Conſtitutionem, in qua declaravit, Cardinales non
poſſe conferre Beneficia duplici æquali perſonali Re-
ſervationi obnoxia, ut in eadem Conſtitutione inter
impreſſas *la* 157. *alias* 288. quam refert etiam per
extenſum *Fagnan. in cap. Sicut unire, num.* 49.
de exceſſ. Prælat. idemque poſtea ſancivit ſan.
mem. Alexander VII. in ſupra laudata Conſtitutio-
ne 171.

Itaque pro excludendo Indulto conferendi Bene-
ficia Reſervata, duæ requiruntur Reſervationes 21
coæquales, quod nempe ſint ejuſdem ſpeciei, &

Google

non diſpares; adeo ut non ſufficiat, quod una ſit
perſonalis, & altera realis; nec quod ambæ ſint
perſonales, niſi etiam ſint coæquales, nam ſi una
eſt potentior altera, ut quando familiaris Papæ eſt
etiam familiaris Cardinalis, una abſorbet aliam, &
familiaritas Papæ, tamquam dignior, trahit ad ſe,
& ſuffocat illam Cardinalis, tamquam minoris poten-
tiæ, juxta dictum celebre votum *Ubaldi, & Veroſpii*,
quod communiter laudant, & ſequuntur *Ricc. deciſ.*
2956. Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 29. n.78.
& 79. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 13. n. 101. & gloſſ.
53. num. 38. Tondut. Quæſtion. Benefic. part. 2. cap.
2. §. 5. num. 34. & part. 3. cap. 152. num. 16. Fag-
nan. in dict. cap. Sicut unire num. 48. de exceſſ. Præ
lat. Card. de Luc. de Benefic. diſcurſ. 3. num. 4. &
ſeqq. Clericat. Diſcord. forenſ. tom. 1. diſcord. 88. n.
7. & ſeqq. Adden. ad Ludoviſ. deciſ. 291. ſub n.11.
Rota deciſ. 350. num. 1. part. 9. deciſ. 266. num. 1.
& ſeqq. part. 13. deciſ. 376. num. 5. part. 18. deciſ.
523. num. 36. & 37. part. 19. tom. 2. Recent. coram
Bich. deciſ. 221. numer. 1. cor. Dunoz. jun. deciſ.
632. num. 1. & in Toletana Præſtimanii 30. Aprilis
1703. §. Cum enim, cor. Muto, & eſt concluſio ho-
die indubia.

Et ſtante hac duplici Reſervatione coæquali ceſ-
22 ſat Indultum, etiamſi Ordinario Collatori conceſ-
ſum fuerit, nam in his terminis loquitur ſupradi-
ctum Votum *Ubaldi, & Veroſpii* à Paulo V. appro-
batum. Et poſt illud ita ſemper Dataria obſervavit,
& obſervat, diſponendo de Beneficiis duplici Re-
ſervationi coæquali obnoxiis, non obſtantibus ſimi-
libus Indultis, *Rota coram Dunoz. dict. deciſ. 632.*
n. 18. uſque ad fin. & deciſ. 523. num. 35. part. 19.
tom. 2. Rec.

Si tamen in Indulto conceſſa foret poteſtas con-
23 ferendi Beneficia, etiam multipliciter Reſervata,
prout regulariter hujuſmodi generis Indulto donari
ſolent Cardinales Pontificum Nepotes, tunc non
officeret Indultario duplicitas Reſervationis, *Rot.*
dec. 14. n. 5. & ſeqq. part. 12. Recent. & in dict. de-
ciſ. 632. n. 10. cor. Dunoz. jun.

Diximus, quod Reſervationes debent eſſe coæ-
quales, & ejuſdem ſpeciei ad effectum, ut locum
ſibi non vindicet Indultum. Hinc ſi concurrat una
24 affectio, & una Reſervatio, Beneficii collatio ſpe-
ctabit ad Indultarium, quia Reſervatio importat a-
ctum perſonalem, affectio vero realem, *Rota poſt*
Novar. in Samm. Bullar. deciſ. 30. n. 18. & ſeqq.
ubi quod ita etiam fuit deciſum in una *Romana Be-*
neficiatus S. Joannis in Laterano 16. Junii 1670.
coram Bevilacq.

Sed licet una affectio, & una Reſervatio, tam-
quam diverſæ ſpeciei, non excludant Indultum: id
25 tamen intelligi debet de vera, & propria affectio-
ne reali, ſecus de illa, quæ potius perſonalis dicen-
da eſt, utpote procedens a qualitate perſonæ. In hac
enim materia diſtinguendæ ſunt duæ affectiones, rea-
lis una, & altera, quæ provenit a Reſervatione per-
26 ſonali. Realis eſt illa, quæ afficit Beneficium, nul-
la prorſus habita ratione ad perſonam, qualitatem,
ſeu officium poſſeſſoris, ſed ponderata dumtaxat
natura Beneficii, ſeu actu reali, prout eſt affectio,
27 quæ provenit ratione Commendæ, vel ex Decreto
de dimittendo, ſive ex quacumque alia appoſitione
manus Papæ, aut ex Reſervatione accidentali ra-
tione temporis, poſtmodum ceſſata, prout evenit in
Beneficio vacato in Menſe Reſervato, vivente Pon-
tifice, qui deceſſit antequam illud conferret: nam
licet ex eo, quod Regulis Cancellariæ per obitum
Pontificis ceſſantibus, expiret Reſervatio ratione
temporis, adhuc tamen Beneficium remanet affectum,
non habita ratione ad perſonam poſſeſſoris, *Rota*
cor. Molin. deciſ. 230. n. 2. & ſeqq. & deciſ. 320. n. 2.
& Nos latius in *Commentar. in Regul. IX.* & ex aliis
ſimilibus modis realium affectionum, quas conge-
rit, *Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 52. a n. 2. ad 42.* &
diximus in *§. præcedenti.*

Alia eſt affectio, quæ provenit a præcedenti Re-
ſervatione perſonali, ob accidentalem qualitatem 28
perſonæ poſſeſſoris Beneficii, ut contingit in Reſer-
vatione ratione Officii, Familiaritatis, Collectoriæ,
Prothonotariatus, & ſimilibus, quia nempe ob ceſ-
ſatam hujuſmodi qualitatem, ſive etiam ob vacatio-
nem Beneficii Sede Epiſcopali vacante, non intrat
Reſervatio, ſed ſolum affectio, quæ quodammodo
perſonalis dici poteſt, tamquam producta a Reſerva-
tione perſonali.

Itaque ſi reſervatio ratione Protonotariatus, vel
alia ſimilis Reſervatio perſonalis concurrat cum af- 29
fectione reali primæ ſpeciei ſupra diſtinctæ, quæ eſt
omnino independens a qualitate perſonali poſſeſſoris
Beneficii, tunc quia non ſunt coæquales, tamquam
una perſonalis, & alia abſolute realis, utique non
excludunt Indultum. Et in his terminis procedit
deciſ. 30. poſt *Novar.* ubi agebatur de affectione
ſimplici, & principaliter de per ſe orta, ex præven-
tiva appoſitione manus Papæ in concedenda gratia
retentionis Beneficiorum.

Aut vero Reſervatio ex Protonotariatu inſur-
gens, ſeu alia ſimilis Reſervatio perſonalis concur-
rit cum ſecunda ſpecie affectionis, quæ nimirum 30
provenit a præcedenti Reſervatione perſonali, &
iſto caſu utraque excludit Indultum, quia ſicut Re-
ſervatio Protonotariatus procedit a qualitate, ſeu
conſideratione perſonæ poſſeſſoris, ita etiam ex eo-
dem fonte derivat affectio producta ab alia Reſer-
vatione perſonali; cumque hujuſmodi affectio ſit ef-
fectus productus a Reſervatione perſonali, non de-
bet ille eſſe diverſus a ſua cauſa, *Lotter. lib. 2. quæſt.*
32. num. 122. & ſeqq. Mareſcott. var. reſol. lib. 2.
cap. 94. n. 17. Manſ. conſult. 647. n. 4. & ſeqq. tom.
7. de Luca de Pluralit. legal. cap. 57. in fin. Coccin.
annot. 50. §. final. Seraphin. deciſ. 1251. n. 21. *Du-*
ran. dec. 154. n. 19. cum duob. ſeqq.

Et quemadmodum ubi concurrunt duæ affectio-
nes principales, ac perſonales coæquales, ceſſat In- 31
dultum; ita nulla videtur aſſignabilis ratio, cur
eamdem duplicitatem producere non debeant iſta
duo vincula ſimul concurrentia, nempe una Reſer-
vatio, & una affectio, quoties ambo proveniunt ex
eodem fonte, ſive ex eadem qualitate accidentali
Perſonæ poſſeſſoris.

Id, quod comprobatur etiam ex ſupradicta Con-
ſtitutione Urbani VIII. *la* 283. in qua Pontifex de- 32
claravit, ſub Indultis Cardinalium non comprehen-
di -- *Beneficia duplici Reſervatione perſonali reſerva-*
ta, vel affecta -- & ſic requiſivit præexiſtentiam du-
plicis Reſervationis perſonalis in radice, ſeu origine;
Et nulla habita ratione ad durationem Officii, ac
ad qualitatem perſonalem, minuſque perpenſa tali
caſu potius Reſervatione, quam affectione, promi-
ſcue, & pariformiter determinavit, Beneficia reſer-
vata, vel affecta.

Nec obſtat *Rota in Romana Beneficiatus Sancti*
Joannis in Laterano 16. Junii 1670. cor. Bevilacqua, 33
ubi firmatur, Beneficium vacans per obitum illius,
qui fuerat Familiaris Papæ jam defuncti, non eſſe
reſervatum, ſed affectum; iſtamque affectionem
junctam cum reſervatione reſultante ex Protonota-
riatu, quem Beneficiatus obtinebat, non excludere
re Indultum. Quia, agnita poſtea dubietate iſtius
novi articuli, ibi non examinati, nec diſcuſſi, il-
lum in deciſum Rota reliquit, & particulari diſpu-
tationi reſervavit in ſubſequuta ejuſdem Cauſæ De-
ciſione,

ciſione, quæ eſt *la* 33. *num.* 15. *par.* 17. *Rec.* ibi — *An vero affectio ſuperius ponderata, & Protonotariatus Hieronymi, conſtituant necne duas reſervationes perſonales coæquales excluſivas Indulti, DD. reſervarunt particulariter videre.*

Et ita ex ſupradictis rationibus ſæpius reſolutum
34 fuit contra DD. Cardinales Indultarios, ut *in Romana Canonicatus Sanctæ Mariæ in Via lata* 8. *Decembris* 1681. Cum enim exorta eſſet controverſia inter Datariam, & Cardinalem Diaconum ejuſdem Baſilicæ ſuper collatione Canonicatus vacantis per obitum *Cruciani*, qui Familiaris extiterat Pontificis defuncti, & Protonotarius Apoſtolicus: Congregatio particularis quinque Prælatorum a ſan. mem. Innocentio XI. ad controverſiam hanc dirimendam deputata, unanimiter cenſuit, *collationem ſpectare ad Datariam*, ex unico fundamento, quod affectio reſultans ex præcedenti reſervatione perſonali ratione Familiaritatis Pontificiæ jam ceſſatæ, & perſonalis reſervatio a Protonotariatu promanans, exuberabant ad excludendum Indultum Cardinalis. Et ad tramites hujuſmodi Reſolutionis Canonicatus ſucceſſive de Menſe Januarii 1682. collatus fuit *Vincentio Cencio*, cum expreſſione, quod *Crucianus* defunctus, fuerat Familiaris Romanorum Pontificum, & Protonotarius Apoſtolicus. Et iterum eadem Theorica admiſſa fuit in *Averſana* contra Cardinalem Indultarium ſuper Beneficiis R. P. D. *Philomarini*, qui fuerat Gubernator Faventiæ, & Protonotarius: Cauſa tamen ad judicale examen revocata non extitit, ſed a Dataria expleta fuit collatio ex integro favore proviſi a Cardinali Indultario. Et anno 1695. rurſus eadem praxis ſuper Canonicatu S. Mariæ Tranſtyberim contra cl. mem. Cardinalem *de Carpineo* contendentem ad ſe pertinere collationem Canonicatus, vacantis per obitum cujuſdam *Montani*, qui fuerat Protonotarius Apoſtolicus, & Subcollector Spoliorum, ſed longe ante obitum Subcollector eſſe deſierat. Congregatio namque particularis, in qua interfuerunt RR. PP. DD. *Liberatus*, *Bonaccurſius*, *Fattinellus*, *Petra*, *Sacripantes Subdatarius*, & *Anſaldus Auditor Pontificis* cenſuit, affectionem provenientem ex Subcollectoratu dimiſſo, junctam cum reſervatione perſonali deſcendente ex Protonotariatu, aptam eſſe excludere Cardinalitium Indultum.

Cæterum cum appoſitio manus Pontificis in commendando Beneficia, importet actum realem, & 35
affectionem realem, ut ſupra dictum eſt, & actum itidem realem importet retentio Beneficiorum, quam Papa indulget Promoto ad Eccleſiam Epiſcopalem; hinc eſt, quod ſi ille, cui Beneficia commendata 36
fuere, poſtea fiat Epiſcopus, ipſique indulgeatur eorumdem Beneficiorum retentio, ex his duabus appoſitionibus manuum Pontificis, duæ affectiones 37
reales inſurgent, excluſivæ Indulti, *Rota deciſ.* 523. *numer.* 38. & *ſeqq. part.* 19. *tom.* 2. *Recentiorum.*

Quatenus vero in eadem *Deciſione n.* 43. firmatur, quod reſultent duæ affectiones, ex quo bis Papa aliquem ſucceſſive promovit ad duos Epiſcopatus, & utraque vice retentionem dedit, difficul- 38
tatem pati videtur, quoniam plures ejuſdem generis ſpecies in idem tendentes, eumdemque producentes effectum, non multiplicant affectionem, ſive reſervationem, ut dicemus infra *in Commentar. in Regul. I.* §. 4. Exemplo ejus, qui in diverſis temporibus, & diverſis in locis aſſumpſit Doctoratum, nam unicus erit Doctor; ſic pariter, ſi quis obtinuerit a Papa, & a Legato Protonotariatum, unicus erit Protonotarius; idemque in Collectoribus, Nunciis, Familiaribus, aliiſque, qui idem munus in diverſis locis exerceant, nam exinde ad diverſitatem reſervationum, vel affectionum ratio non poterit inferri.

R E G U L A I.

IN primis fecit eaſdem Reſervationes, quæ in Conſtitutione fel. rec. Benedicti PP. XII. quæ incipit: *Ad Regimen*, continentur, & illas innovavit, ac locum habere voluit, etiamſi Officiales in eadem Conſtitutione expreſſi Apoſtolicæ Sedis Officiales ante obitum eorum eſſe deſierint, quoad Beneficia, quæ tempore, quo Officiales erant, obtinebant. Declarans nihilominus Beneficia, quæ dictæ Sedis Officiales, qui ratione officiorum ſuorum hujuſmodi ejuſdem Sedis Notarii erant, etiam dimiſſis ipſis officiis, & quandocumque aſſequuti fuerint ſub hujuſmodi reſervationibus comprehendi; ac reſervavit Beneficia, quæ per Conſtitutionem piæ mem. Joannis Papæ XXII. quæ incipit: *Execrabilis*: vacant, vel vacare contigerint. Quam Conſtitutionem, & reſervationem S. S. tam ad Beneficia obtenta, quam alia quæcumque, de quibus Ordinarii, & alii Collatores contra Concilii Tridentini Decreta diſpoſuerunt, & diſponent in futurum extendit, & ampliavit, & ea etiam Beneficia omnia diſpoſitioni ſuæ reſervavit, de quibus per dictos Ordinarios, aut alios Collatores contra ejuſdem Concilii Decretorum formam diſpoſitum fuerit. Decernens irritum &c.

§. I.

§. I.

De Reſervationibus contentis in Extravag. ad Regimen. *Et Primo de Reſervatione Beneficiorum apud Sedem Apoſtolicam vacantium.*

ARGUMENTUM.

Extravag. ad Regimen diſpoſitio fuit ab initio temporalis, ſed a quolibet Pontifice innovatur in *Regula I.* Reſervantur primo in ea Beneficia vacantia apud Sedem Apoſtolicam. Origo, & antiquitas hujus reſervationis, etiam quoad Eccleſias, & Monaſteria; & confutatur opinio *Molinæi*, *& Thomaſſini.* Quæ ſit differentia inter vacationem apud Sedem, & in Curia. Dicuntur vacare in Curia Beneficia, quæ inibi vacant tam per obitum naturalem, quam civilem; & quid de Beneficiis eorum qui in Hæreſim prolapſi ſunt? Indulta Cardinalium excludentia Beneficia vacantia in Curia, de qua vacatione proprie intelligantur? Beneficia Urbis non ſunt reſervata, niſi Beneficiatus fuerit Curialis: Quis dicatur talis; & quæ requirantur qualitates ad Curialitatem inducendam. Examinatur; an reſervatio ob vacationem apud Sedem locum habeat etiam in Beneficiis majoribus Galliarum, Hiſpaniarum, Luſitaniæ, Poloniæ, Sabaudiæ, & Germaniæ; & de variis Indultis Apoſtolicis, ne Eccleſiæ & Monaſteria ſint obnoxia reſervationi inſurgenti ex vacatione apud Sedem. Beneficia, quorum collatio ex Privilegio Apoſtolico ad Principes laicos ſpectat, ſi apud Sedem vacant, num ſint obnoxia reſervationi *cap. 2. de Præb. in* 6. & quid dicendum de Beneficiis manualibus, Præceptoriis, & Commendis Ordinum Militarium, Beneficiis Regularibus, & illis, quæ ſunt de Jurepatronatus Laicali, Eccleſiaſtico, vel mixto? Juripatronatus Laicali Beneficii in Curia vacantis per obitum naturalem poſſeſſoris, ſolent Pontifices in totum derogare, niſi aliter cautum ſit in fundatione, vel concurrat Privilegium Apoſtolicum; & plura hujuſmodi Privilegiorum recenſentur exempla. Reſervationi pariter dicti *cap.* 2. non ſubjacent Beneficia liberæ collationis, ſi adſit Indultum Apoſtolicum, quod ubi agitur de vacatione apud Sedem per obitum naturalem, debet eſſe expreſſum, ſecus ſi per mortem civilem. Diſpoſitio *cap. Statutum* 3. *de Præb. in* 6. an ſit correcta per *Extravag. Piæ ſollicitudinis*, & in Germania per Concordata. Parrochiales Eccleſiæ apud Sedem vacantes, Sede Apoſtolica vacante, poſſunt ab Ordinariis, & inferioribus Collatoribus conferri juxta *Text. in cap. ſi Apoſtolica, de Præben. in* 6. Et examinatur an ejuſdem *Text.* diſpoſitio procedat etiam in Beneficiis Curam Animarum annexam habentibus, nec non in Parochialibus devolutis, Reſervatis alia reſervatione, quam clauſa in corpore juris, aut vacantibus juxta Decretum in Proviſione Pontificia appoſitum, & de quibus Papa dum vixit, non diſpoſuit? Et quid, ſi vacante in Menſe reſervato Eccleſia Parochiali, & poſt factum Concurſum, tranſmiſſis ad Datariam Litteris Teſtimonialibus, ſupervenerit Sedis Apoſtolicæ vacatio, num poſſit eadem Parochialis ab Ordinario conferri etiam alteri quam præelecto in Concurſu? Et demum, an Beneficium vacans per obitum Commendatarii in Curia, ſubjaceat reſervationi *cap. 2. de Præben. in* 6.

SUMMARIUM.

1 Extravag. ad Regimen, *cujus Auctor Benedictus XII. fuit temporalis, ſed a quolibet Pontifice innovatur in Regula I. Cancell.* & n. 2. 29. & 386.

3 *Reſervantur primo in ea Beneficia vacantia apud Sedem Apoſtolicam.*

4 *Hæc reſervatio eſt antiquiſſima, inducta ex veteri conſuetudine redacta in ſcriptis, & regiſtrata per Clementem IV.* in cap. 2. de Præben. in 6.

5 *Finis Reſervationis præfata, ut præcluderetur via Ordinariis Collatoribus præveniendi Proviſiones Apoſtolicas de Beneficiis, apud Sedem vacantibus.*

6 *Proviſus ab Ordinario de Beneficio apud Sedem vacante, nec titulum habet coloratum.*

7 *Reprobatur* Thomaſſin. *exiſtimans non extare documenta in Decretalibus Gregorianis antiquæ conſuetudinis conferendi Beneficia vacantia apud Sedem*, & num. 9.

Exhibentur exempla n. 10. & 11. *& vindicantur a reſponſionibus* Thomaſſini n. 12. & ſeqq.

8 Molineus *conſuetudinem hanc maligne dixit eſſe novi juris additamentum, & recentem uſurpationem.*

16 *In Electionibus, quæ Romæ olim explebantur, non expectabatur Principum conſenſus.*

17 *Referuntur exempla antiquæ Pontificum Conſuetudinis conferendi etiam Eccleſias, & Monaſteria apud Sedem vacantia, ſine Regum, aut Principum conſenſu*, & n. 18.

19 *Conſuetudinem hanc mutuati ſunt Pontifices a Synodis generalibus, quæ in locum Epiſcopi vel degradati, vel apud Synodum defuncti, alium eligebant.*

20 *Vacationes* in Synodo, & in Curia *ſemper a Græcis oppugnata*, & n. 21.

22 *De pluribus ampliationibus, & limitationibus* *ad*

ad reſervationem cap. 2. de Præben. in 6. *factis a Bonifacio VIII.* in cap. præſenti, eod. tit. & n. 23. & ſeqq.

27 *Diſpoſitionem dicti* cap. 2. *declaravit quoque Joannes XXII.* in Extravag. ex debito, de Elect. *enumerando Beneficia, quæ vacare dicuntur apud Sedem. Sed* Extravag. *præfata fuit etiam temporalis*, n. 28. & 44.

29 Extravag. ad Regimen *emanavit pro declaratione tam dict.* cap. 2. *quam* Extravag. ex debito.

30 *Benedicti XII. ſumma in conferendis Beneficiis circumſpectio; & laudatur celebris ejus alloquutio ad Philippum VI. Franciæ Regem.*

31 *Enumerantur Reſervationes, quæ continentur in* Extravag. ad Regimen.

32 *Idem eſt Beneficium vacare in Curia, & apud Sedem.*

33 *Et ideo narrativa vacationis Beneficii* apud Sedem *dicitur probata, eo ipſo quod oſtenditur Beneficium vacaſſe vigore Decreti de dimittendo, a Pontifice appoſiti.*

34 *Sed vacatio apud Sedem proprie eſt illa, quæ contingit per obitum naturalem Beneficiati apud eamdem, vel in locis intra duas dietas exiſtentibus, etiam de ſtylo Datariæ.* n. 36.

35 *Et hæc vacatio inducit unicam, & ſolam reſervationem clauſam in corpore juris.*

37 *Vacatio in Curia ea dicitur, quæ ſequitur per actum, qui expletur in Curia, quamvis Beneficiatus extra eam decedat.* & n. 42.

38 *Omnia Beneficia, quæ per obitum naturalem apud Sedem vacant, dicuntur vacare in Curia, ſed non omnia, quæ vacant in Curia, dicuntur vacare apud Sedem.* & n. 41. 48. 50. 77.

39 *Vacatio apud Sedem, & vacatio in Curia differunt tamquam genus, & ſpecies; nam vacatio in Curia eſt genus complectens duplicem vacationis ſpeciem, eam nempe, quæ ſequitur per mortem naturalem, & alteram per mortem civilem.* & n. 80.

Exemplo Adoptionis, cujus nomen eſt generale, comprehendens etiam Arrogationem. n. 40. & 81.

43 *Beneficia, quæ vacant per Promotionem, Reſignationem, Permutationem, aut per alium actum in Curia expletum, dicuntur improprie, & lato modo vacare apud Sedem.* & n. 46. 83.

Proprie tamen vacare dicuntur in Curia. n. 49. 56. 83.

Et ideo dici non poſſunt reſervata reſervatione clauſa in corpore juris. n. 50.

45 Extravag. ad Regimen *reſervat Beneficia apud Sedem Apoſtolicam vacantia, nedum per mortem naturalem, ſed etiam civilem. Et aſſignatur ratio.*

47 *De ſtylo Cancellariæ Beneficia vacantia juxta Decretum, per Reſignationem, & per contractum Matrimonii in Urbe, expediuntur cum expreſſione vacationis apud Sedem.* & n. 57.

51 *Vacat in Curia Beneficium, ſi poſt acceptatam a Papa illius Reſignationem, Reſignatarius decedat.*

52 *Item in Curia vacare dicuntur Beneficia, quæ vacant ob non factam publicationem Reſignationis juxta formam Conſtitutionis Gregorii XIII.*

53 *Necnon Beneficia vacantia ex Decreto de dimittendo, appoſito a Papa in proviſione alterius incompatibilis.*

Et quæ reſervatio tunc dari ſoleat per Cancellariam? n. 57.

54 *Maxime ſi Decretum ſit conceptum, ut Beneficium vacet eo ipſo, & quod nemo alius præter Papam de eo diſponere poſſit.*

55 *Stante tali Decreto, etiamſi agatur de Vicaria perpetuo unita Monaſterio, Abbas nominare non poterit, quamvis nominatio ei competeret vigore Conſtitutionis S. Pii V. quæ derogat Reſervationibus generalibus, ſed non tollit Reſervationes ſpeciales.*

56 *Beneficia, quæ vacant per promotionem, ſi Papa Promoto retentionem non indulget, dicuntur vacare in Curia:* num. 83.

58 *Et vacant ipſo jure.*

59 *Etiam ſi agatur de Beneficiis obtentis per Promotos ad Eccleſias Epiſcopales Germaniæ.*

60 *Per contractum Matrimonii in Curia, Beneficia in ea vacare dicuntur.*

61 *Item per Profeſſionem emiſſam in Curia.*

62 *Beneficia vacantia per ſententiam privationis latam in Curia, dicuntur apud ipſam vacare.*

63 *Intellige, quando privatio reſultat ex actu poſitivo, nempe ob Crimen perpetratum &c. ſecus ſi ex actu negativo, veluti ob non reſidentiam, non promotionem ad Ordines &c: nam tunc Beneficium vacat in loco, ubi adeſt Perſona.*

64 *Et quid ſi ſententia lata in Curia, inducat privationem Beneficii non directe, ſed in conſequentiam?* & n. 65.

66 *Beneficia Hæreticorum an dicantur vacare in Curia, ubi lata fuit ſententia declaratoria delicti, vel potius in partibus, ubi fuit commiſſum delictum?*

67 *Hæreticorum Beneficia vacant ipſo jure in eodem inſtanti lapſus in hæreſim.*

68 *Et poſſunt impetrari etiam ante ſententiam declaratoriam.*

69 *Nec neceſſe eſt, quod in ſententia declaretur, Hæreticum eſſe privatum Beneficiis.*

70 *Hæreticorum Beneficia ſunt S. Sedi ſpecialiter reſervata.*

71 *Et quid ſi ſint de Jurepatronatus laicali?*

72 *Reſervatio ex capite Hæreſis an habeat locum in Germania?* Remiſſive.

73 *Beneficia per Cancellariæ Regulas, & Conſtitutiones Apoſtolicas reſervata, licet extra Curiam vacantia, dicuntur etiam vacare in Curia.*

74 *Intellige ſi dicta Beneficia obtineant ii, qui ſunt addicti Curiæ tamquam pars illius, ut ſunt Officiales, & Commenſales Papæ, ſecus ſi alii, nullum cum Curia nexum habentes.*

75 *Indulta Cardinalium, uti reſtricta ad Beneficia vacantia extra Romanam Curiam, non comprehendunt Beneficia, quæ vacant in Curia.*

76 *Dummodo tamen Beneficia vacent in Curia, & apud Sedem ſtricte ſumptam, ſcilicet per obitum naturalem Beneficiatorum.*

77 *Redditur ratio.*

78 *Cardinalis vigore Indulti conferre poteſt Beneficia affecta per appoſitionem manus Papæ ex cauſa Reſignationis, quia talis affectio non inducit Reſervationem clauſam in corpore juris.*

79 *Si in Indulto excipiatur vacatio apud Sedem, exceptio hujuſmodi intelligitur de vacatione, quæ ſequitur per mortem naturalem in Curia.*

80 *Contrarium, quod ab Indultis Cardinalium ſint etiam excepta Beneficia vacantia per mortem civilem, nempe per Reſignationem, Promotionem, Tranſlationem &c.* & n. 87.

81 *Redditur ratio; explicatur* Gonzalez; *& reſpondetur contrariis rationibus*, numer. 82. 83. 84. 85.

86 *Indulta Cardinalium, excepta Reſervatione ratione loci, nempe ob vacationem in Curia, reliquas*

quas omnes Reſervationes, quæ plurimæ ſunt, comprehendunt.

88 Beneficium dicitur vacare apud Sedem per obitum naturalem, & in Curia per civilem, ſive Beneficiatus ſit Curialis, ſive non.

90 Et ſive moriatur in Curia, ſive in acceſſu, vel receſſu intra duas dietas, quamvis Curialis non ſit. & n. 92.

91 Et moriente Beneficiato intra duas dietas, datur in proviſione Beneficii reſervatio apud Sedem, cum expreſſione loci, in quo deceſſit.

93 Si quis in loco Curiæ vicino moriatur civiliter, nempe ſi Uxorem ducat, Profeſſionem emittat &c. adhuc Beneficium dicitur vacare in Curia.

94 Vacatio in Curia non cenſetur conſumpta, ſi abſens, cui collatum fuit Beneficium, quod in Curia vacaverat, antequam collationi conſenſerit, moriatur.

95 Recedente Papa ab Urbe, dicuntur vacare in Curia tam Beneficia, quæ vacant Romæ, quam ea, quæ in loco, in quo Papa moratur. & n. 97.

96 Pontifices diſcedentes ab Urbe, conſuevere ibi relinquere Curiam, & Cauſarum, Litterarumque Apoſtolicarum Audientiam.

99 Facultas, quæ Cardinalibus prius competebat conferendi Beneficia ad eorum collationem ſpectantia, & vacantia apud Sedem, revocata fuit per Conſtit. Greg. XIV. & Pauli V.

100 Et talia Beneficia ſibi, ſuiſque Succeſſoribus reſervavit Urbanus VIII.

101 In Indultis etiam Cardinalibus Nepotibus concedi ſolitis, excipiuntur Beneficia vacantia apud Sedem.

102 Facultas conferendi Beneficia vacantia apud Sedem, numquam tributa cenſetur, niſi ſpecifice, & individualiter concedatur.

103 Sub revocatione facultatis conferendi Beneficia vacantia apud Sedem, comprehenduntur etiam Beneficia Juriſpatronatus Eccleſiaſtici, erecta cum ea lege, quod ſpectare debeant ad certorum Cardinalium collationem, quamvis vacaverint apud Sedem.

104 Conſtitutiones Gregorii XIV. & Pauli V. videntur etiam derogare legi fundationis, eo ipſo, quod derogant Conceſſionibus ex cauſis oneroſis, & vim contractus inducentibus.

105 Præſertim quando agitur de fundatione Eccleſiaſtica, cui, ut derogatum cenſeatur, ſufficiunt clauſulæ generales.

108 Contrarium, quod Beneficia, de quibus ſupra n. 103. ſi apud Sedem vacent, ſpectent ad Collationem Cardinalium, non obſtantibus dictis Conſtitutionibus Gregorii, & Pauli.

Et ita pluries praxis fuit in quatuor Cappellaniis Innocentianis, cum dicta lege in Baſilica Vaticana erectis. n. 115. 116.

109 Fundationibus Eccleſiaſticorum æque ac illis Laicorum, numquam cenſetur derogatum abſque ſpeciali earum mentione.

110 Nec ſufficiunt clauſulæ generales derogatoriæ. & n. ſeq.

112 In materia odioſa, & tertio præjudiciali verba intelligi debent in mitiori caſu.

113 Derogatio Legi fundationis Beneficii, etiam a Clerico expleta, non ſubſtinetur, niſi explicite Pontifici narrentur illius forma, & qualitates derogandæ. & n. 114.

117 Beneficia Urbis non ſubjacent reſervationi ob vacationem apud Sedem, quando Beneficiatus in Urbe degebat ratione Originis, vel Domicilii, & antea non erat Curialis, nec ratione Curiæ in Urbe morabatur,

118 Sed ad effectum hujuſmodi reſervationis requiritur, quod vacent per obitum Curialium, Curiam ſequentium, vel in Urbe occaſione Curiæ commorantium.

Ac inſuper quod Curiales retinuerint Curialitatem uſque ad obitum; quodque in Curia moriantur. n. 129.

119 Beneficia ſita in Eccleſiis Titularibus DD. Cardinalium ad eorum ſpectant collationem.

120 Limita primo, ſi duplici coæquali reſervationi ſint obnoxia.

121 Secundo, ſi defunctus Beneficiatus eſſet Curialis, & ratione Curiæ in Urbe moraretur. & numer. 133.

122 Tertio limita, ſi contingat Beneficiatum mori extra Curiam in Menſe reſervato, & Cardinalis careat Indulto conferendi Beneficia reſervata.

123 Et ita pluries praxis fuit.

124 Beneficia Urbis per obitum Curialium vacantia, dicuntur vacare apud Sedem, etiamſi Curiales ipſi fuiſſent Originarii, vel Domiciliarii Urbis.

125 Conſtito de Curialitate, ſunt Pontifici reſervatæ Beneficia Urbis, etiam obtenta ante Curialitatem. Et ita reſolutum in Congregatione particulari. n. 128.

126 Aſſignantur rationes; & explicatur Text. in cap. Præſenti §. Plane, de Præben. in 6. & Deciſ. 9. part. 5. Recen. & n. 127.

130 Curialitas reſultat ex Officio, Exercitio, & Servitio. & n. 141.

131 Cardinales dicuntur Curiales ratione Officii: itemque Prælati, Judices, Notarii, Abbreviatores, omneſque alii Officiales tam deſcripti, quam non in Extravag. Ad Regimen, dummodo actu, vel potentia habeant neceſſitatem ſequendi Curiam. & n. 159.

132 Et ſecluſa tali neceſſitate, non omnia Officia Curialitatem producunt.

133 Protonotarius honoris non dicitur Curialis, quia nullum nexum habet cum Curia.

Curiales nec dicuntur Milites Pii, & alii obtinentes Officia venalia. ibid.

134 Limita, ſi Officia præfata adminiſtrationem, exercitiumque aliquod Curiale habeant.

135 Cardinales Titulares nec vigore Indulti conferre poſſunt Beneficia vacantia per obitum hujuſmodi Officialium in Curia, & n. 123.

136 Indulta Cardinalium præſeferentia facultatem conferendi Beneficia Officialium, intelliguntur ſolum de Officialibus decedentibus extra Curiam; ſecus ſi decedant in ea, & ita pluries praxis fuit.

137 Curiales quoad ſervitium, dicuntur omnes ii, qui famulantur Pontifici, Cardinalibus, Prælatis, & aliis Officialibus Romanæ Curiæ, & n. 139. 173.

Nulla habita ratione, quod a ſervitio recedere poſſint. n. 182.

138 Curialis dicitur inſerviens Auditori Rotæ, Necnon Commiſſario Cameræ, & Nuncio Apoſtolico. Ibid. & n. 162.

140 Reprobatur Lotterius exiſtimans Familiares, & inſervientes Romanæ Curiæ Officialibus non eſſe Curiales niſi improprie, & abuſive. & numer. 178.

Regula VI. Cancellariæ reſervans Beneficia quorumcumque Curialium, afficit etiam eos, qui ſunt improprie Curiales. n. 179.

142 Lotterii opinio ſolum procedere poteſt in Familiaribus honorariis, & non addictis alicui ſervitio

ſervitio reſpicienti Curiam, aut Officium; ſecus vero in conductis rationr Officii. & num. 144. 176. & 177.

143 *Qui in munerr* Sacriſtæ, *aut alio ſimili inſervit Baſilicis Urbis, non dicitur Curialis.*

145 Corteſani, ſeu Aulici, *qui occaſione Curiæ in Urbe morantur, Curiales dicuntur.*

Curiales ob Exercitium *omnes ii ſunt, qui habent aliquod actuale, vel potentiale miniſterium, ratione cujus ſunt addicti Curiæ, & illam ſequi tenentur.* & n. 167. 170. 194.

Tametſi Officium aliquod non habeant. n. 147. 163. 168.

148 *Hac ratione Advocati, & Procuratores dicuntur Curiales.*

149 *Similiter Sollicitatores, Expeditores, & Negociorum Agentes.* & num. 169.

150 *Et quoad* Agentes *plurles in praxim deductum, & deciſum a Congregationibus particularibus.*

Etiamſi Agentis munus actu non exerceant: dummodo ſint parati illud exercere. n. 195.

151 *Ad effectum contrahendi Curialitatem ſufficit in Urbe occaſione Curiæ morari.*

152 *Explicatur* Text. in Cap. Præſenti, de Præben. in 6. *qui duo requirere videtur, nempe, Curialitatem, & moram in Curia occaſione Curiæ.*

153 *Curialem non facit major, aut minor negociorum numerus, ſed animus ſequendi Curiam. Et redditur ratio.*

154 *Secretarius minor, ſeu Scriptor Litterarum in Congregatione S. Officii, an dici poſſit Curialis?*

155 *Proponuntur rationes pro negativa, nempe, quia Officium, quod dictus Secretarius exercet, non eſt Curiale, cum non ſit deſcriptum in* Extravag. ad Regimen; *neque Officium fixum; ipſeque dicatur potius inſervire Cardinali Secretario, quam Sac. Congregationi,* & n. 157.

156 *Miniſtri Legatorum, & ſupremorum Officialium, qui à Principe deputantur pro rebus ſpectantibus ad officium, non ſunt familiares Officialium, prout ſunt famuli illorum Perſonis inſervientes, etiam in rebus ad Officium pertinentibus.*

158 *Contrarium, quod dictus Secretarius minor, ſeu Scriptor Litterarum in Congregatione Sancti Officii ſit Curialis; Et ita deciſum a Congregatione particulari, & pluries in praxi ſervatum* n. 164.

Redditur ratio. dict. num. 158.

159 Extravag. Ad regim. *non eſt reſtricta ad certos Officiales, ſed omnes generaliter comprehendit; & licet aliquos enumeret, id agit per modum declarationis.* & num. 128.

160 *Officium, licet non fixum, facit etiam Curialem, dummodo illud obtinens Curiam ſequi teneatur.*

161 *Ex pluribus oſtenditur, quod Scriptor Litterarum in Congregatione S. Officii ſit Officialis Sacr. Congregationis, & non ſimplex Cardinalis Secretarii famulus.*

165 *Subſecretarius, ſeu Scriptor Litterarum in Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, dicitur Curialis; & ita reſolutum à Congregatione particulari.* & num. 184.

166 *Referuntur motiva dubitandi in contrarium.*

167 *Scriptor Litterarum in Secretaria præfata exercet Miniſterium perſonale, ratione cujus tenetur ſequi Curiam.*

171 *Solet quandoque appellari Secretarius; & in defectum Secretarii Sacræ Congregationis ſubſcribere Litteris, quæ ab ea expediuntur.*

172 *Notarii Pœnitentiariæ, & Tribunalis S. Officii ſunt Curiales,* & num. 154.

173 *Subſecretarius antedictus dicitur Curialis etiam ex eo, quia inſervit Officiali Sedis Apoſtolicæ, id eſt Secretario Sac. Congregationis in rebus concernentibus ipſum Officium* & n. 136. & 139.

174 *Et inſervit Officio, & non Perſonæ.*

175 *Scriptor Litterarum in Congregatione Sacræ Conſultæ inſervit Officio, & Secretariæ, & dicitur Curialis.*

180 *Indulta Cardinalium comprehendunt Beneficia vacantia per obitum familiarium Prælatorum, aliorumque Romanæ Curiæ familiarium.*

181 *Intellige, ſi familiares prædicti ſint deſtituti Curialitate, quia nempe decedant extra Curiam; ſecus in Curia.*

183 *Indulta Cardinalium non redduntur inutilia, ex quo familiares omnes Officialium, Officio inſervientes, ſunt Curiales. Et de ratione.*

185 *Conſultores Sacræ Pœnitentiariæ ſunt Curiales.*

186 *Item Curialis eſt Summiſta Congregationis S. Officii.*

187 *Necnon Secretarius Collegii Protonotariorum.*

188 *Et Archiviſta Sacræ Congregationis de Propaganda Fide.*

189 *Curialis non dicitur, qui per interpoſitam Perſonam aſſiſtit aliquibus negotiis ſibi ab Amicis commiſſis.*

190 *Lectores in Archigymnaſio Sapientiæ Urbis non ſunt Curiales; ac proinde Beneficia Urbis ab eis obtenta, non dicuntur vacare apud Sedem. Et de ratione.*

191 *An Curialis dicatur, qui fuit Auditor Baronis Romani ſimul, & Præfecti Arcis Sancti Angeli, quique in dicta Arce jus dixit?*

192 *Curialitas ſemel contracta præſumitur continuata uſque ad obitum, niſi contrarium probetur.* & num. 201.

Aſſignatur ratio. num. 204.

193 *Curialitatis dimiſſio probanda eſt contrariis factis, vel animi contrariis declarationibus, aut per ceſſationem cauſæ accidentalis.*

194 *Ad Curialitatem inducendam non requiritur exercitium actu, ſed ſufficit in potentia, nempe, quod Curialis ſit paratus exercere, ſi occaſio ſe præbeat.*

Exemplo Subcollectoris, cujus Beneficia ſunt reſervata, quamvis ſuum munus non exerceat, ſed promtus ſit exercere, quando caſus evenerit num. 196.

197 *Si poſt adeptam Curialitatem quis nolit amplius eam exercere, cenſetur ſolum dimiſiſſe exercitium, ſed non animum remanendi Curialis.*

198 *Ex quo defunctus Beneficiatus bis tantum in ſua vita ſcripſit in Cauſis, quamvis deceſſerit Octuagenarius, reſolutum fuit, quod acquiſitum Curialitatem non amiſerat.*

199 *Curialitas interrupta non cenſetur per ſolam acquiſitionem Beneficii reſidentialis in Urbe.*

200 *Limita ſi concurrant mutatæ voluntatis probationes, quæ ſufficiunt leviores, etiam ex præſumptionibus deductæ.*

202 *Beneficia Urbis, ut dicantur vacare in Curia, requiritur, quod Curialis decedat in loco Curiæ, nec ſufficit, quod moriatur intra duas dietas, ſi inibi domicilium habeat.*

203 *Beneficia tam minora, quam majora Epiſcopatus nempe, & Abbatiæ in Regno Franciæ exiſtentia, ſi apud Sedem vacent, ſpectant vigore Concordatorum ad liberam Pontificis collationem abſque Regis nominatione.* & num. 241. & 245.

204 *Intellige, dummodo vacent apud Sedem proprie, & per obitum naturalem Epiſcopi, vel Abbatis, ſecus ſi improprie per Ceſſionem nempe,*

pe, Tranſlationem, Privationem &c. & num. 224. & 359.

205 Impugnatur aſſertio nonnullorum Galliæ Pragmaticorum, quod Beneficia Majora, ſeu Conſiſtorialia dicti Regni etiam apud Sedem vacantia, conferri debeant ad Regis nominationem.

206 Referuntur per extenſum verba Hieronymi a Coſta præfatæ aſſertionis rationes expendentis.

207 Prima ratio ex Molinæo, quod ſubreptum fuerit in Concordatis, deceptique Regii Miniſtri, erronea prorſus demonſtratur, & n. 208. & ſeqq.

212 Epiſcopatus, & Dignitates electivæ in Curia vacantes, an comprehendantur ſub diſpoſitione cap. 2. de Præben. in 6. & n. 213.

214 Beneficia Conſiſtorialia, quando etiam non comprehenderentur ſub diſpoſitione dicti Cap. 2., adhuc ex aliorum Pontificum, præſertim genere Gallorum, Conſtitutionibus, dum apud Sedem vacant, ad ſolius Pontificis diſpoſitionem ſpectant. & num. 216.

215 Reſervationes Apoſtolicæ adaucta à Pontificibus Gallis.

217 Gallia numquam adverſata eſt Reſervationibus Beneficiorum Conſiſtorialium, dum apud Sedem vacarunt. & num. 229.

218 Referuntur nonnulla Exempla Proviſionum libere factarum à Pontificibus de Cathedralibus Eccleſiis Galliarum, nedum quando apud Sedem vacarunt per obitum naturalem, ſed etiam Civilem, Depoſitionem nempe, Tranſlationem, Ceſſionem &c.

220 Praxis hæc Sedis Apoſtolicæ libere diſponendi de Beneficiis Conſiſtorialibus Galliarum vacantibus apud Sedem, vigebat etiam tempore, quo Pragmatica Sanctio ſublata non erat.

221 Romani Pontifices pluries ante Concordata, Regibus ipſis inſtantibus, libere diſpoſuerunt de Cathedralibus, & Monaſteriis Galliarum, quamvis extra Curiam vacantibus. & num. 222. & 223.

225 Reſervatio Cathedralium, & Monaſteriorum ob eorum vacationem apud Sedem vigore Concordatorum, ſæpiſſime à Regibus Galliarum agnita, & approbata.

Ipſique Galliarum Reges ſæpe Indulta impetrarunt nominandi ad Cathedrales, & Monaſteria apud Sedem vacantia, cum derogatione Concordatorum. num. 227. 228. & 254.

226 Subreptionis ſuſpicio purgatur per ſupervenientiam novi Reſcripti, quia veroſimile non eſt, quod in actu reiterato irrepat error.

229 Oſtenditur ex pluribus Proviſionibus Sedis Apoſtolicæ inconcuſſa illius Praxis libere diſponendi vigore Concordatorum de Eccleſiis, & Monaſteriis Franciæ, dum vacant apud Sedem, & n. 231. & ſeqq., & n. 242.

230 Aliquando etiam Pontifices ſuper dictis Eccleſiis Penſiones Perſonis ſibi gratis, & acceptis reſervarunt.

234 Reſpondetur tribus Exemplis, quæ adducuntur ad probandum, quod poſt Concordata Rex nominaverit ad Eccleſias apud Sedem vacantes. & num. 235. 238. & 244.

236 De Eccleſia Tornacenſi apud Sedem vacante pluries libere Pontifices diſpoſuerunt. & num. 258.

243 Ad Eccleſias, & Monaſteria exiſtentia in Patria obedientiæ, Rex Chriſtianiſſimus nominat vigore Indulti Apoſtolici, præterquam ſi vacent apud Sedem.

245 Beneficia collativa in Regno Franciæ exiſtentia, dum apud Sedem vacant, ſunt Pontifici reſervata, etiam ſi ſpectent ad collationem S. R. E. Cardinalium.

246 Amplia, quamvis dependeant ab Abbatiis Regularibus Cardinalibus commendatis.

247 Beneficia Conſiſtorialia Franciæ ſunt liberæ Pontificis diſpoſitioni reſervata, etiam ſi Epiſcopus, vel Abbas deceſſerit intra duas Dietas.

248 Beneficia hujuſmodi Conſiſtorialiæ apud Sedem vacantia, poſſunt libere à Pontifice conferri etiam elapſo Menſe à die eorum vacationis.

249 Et ſi apud Sedem vacent tempore illius viduitatis, adhuc abſque Regis nominatione à novo Pontifice providentur.

250 Eccleſiæ, & Monaſteria Franciæ, non vacant apud Sedem ad effectum excludendi Regis nominationem, ſi eorum poſſeſſor in Curia degeret tanquam Legatus pro Regis negociis.

251 Contrarium verius. Et redditur ratio num. 252. & 253.

255 Epiſcopatus Regno Franciæ Limitrophi, & apud Sedem vacantes, non ſubjacent Concordato, ſed provideri debent ad Regis nominationem.

256 Contrarium verius; Et explicatur Rebuff. num. 257. & 263.

257 Sed in proviſione earumdem Eccleſiarum Epiſcopalium ſolent Pontifices ex urbanitate ſignificare Regi Perſonas eligendas, ne minus gratas, & fideles eligant. & n. 259. 260. & 237.

262 Carolus Sabaudiæ Dux obtinuit à Clemente VII. Indultum nominandi ad Eccleſias Gebennen., & Lauſanen., ex quo erant Civitates ejus Ditioni Limitrophæ

264 De Indultis, quibus gaudent Reges Chriſtianiſſimi nominandi ad Eccleſias, & Monaſteria Provinciarum, quæ de novo Coronæ acceſſerunt: In quorum aliquibus indulgetur nominatio, etiam ſi apud Sedem vacare contigerint, in aliquibus excluditur.

265 Indulgent aliquando Pontifices Regibus ipſis, ut tam quoad hæc majora Beneficia apud Sedem vacantia, quam reſpectu aliorum, quæ Concordatis ſubjacent, nominare poſſint.

Referuntur exempla. num. 272.

266 Rejicitur uti falſa opinio Hieronymi à Coſta, quod nominatus à Rege ſub conditione obtinendi à Papa Indultum, ne vacet Beneficium apud Sedem, ſi illud non obtineat, præſervatum adhuc remanet jus Regis, contingente ejuſdem Beneficii vacatione apud Sedem.

267 Necnon Pinſonii exiſtimantis id procedere, etiam ſi nominatio ſine dicta conditione expleta fuiſſet, ex quo ſubintelligi debet. & num. 268. 290. & 291.

269 Papa juxta ſenſum Gallorum, ſicuti ſine Regis conſenſu derogare nequit Concordatis, ita nec Rex ſine Pontificis placito.

273 Beneficia, quæ ex Privilegio Apoſtolico ſpectant ad Regum collationem, an ſubjaceant Reſervationi cap. 2. de Præbend. in 6. ſi apud Sedem Apoſtolicam vacent? & n. 75. & ſeqq.

274 Laici, etſi Principes, non poſſunt ſine expreſſo Privilegio Apoſtolico Eccleſiaſtica Beneficia conferre.

279 Beneficia de Jurepatronatus Regio, etiam ex Privilegio, non cadunt ſub Reſervatione cap. 2. de Præbend. in 6.

280 Am-

280 *Amplia, etiam ſi in Privilegio non adſit mentio ſpecialis de vacatione apud Sedem.*

281 *Antequam Regibus Hiſpaniarum indultum fuiſſet à Sede Apoſtolica jus præſentandi ad illarum Eccleſias, & Monaſteria, etiam ſi apud Sedem vacarent, contendebant DD. Hiſpani jus præfatum adhuc Regibus competere.*

282 *Sed prætenſio hæc à Romanis Pontificibus rejecta.* & num. 283.

284 *Adrianus VI. indulſit Regi Hiſpaniarum jus præſentandi ad Eccleſiam* Pampilonen. *ſub conditione, quod apud Sedem vacantibus, tam Eccleſia præfata, quam cæteris Hiſpaniarum Eccleſiis, earum proviſio libere ad Romanos Pontifices ſpectare deberet.* & num. 285.

286 *Clemens VII. & poſtea Paulus III. Indultum hujuſmodi ampliarunt ad omnes Cathedrales, & Beneficia Conſiſtorialia Hiſpaniarum, etiam apud Sedem vacantia.*

Et ita in praxi pluries obſervatum num. 287.

288 *Exponitur rationabilitas hujuſmodi Indulti ſecundum DD. Hiſpanos, & Gallos.* & n. 289. & 290.

291 *Principes laici nominare, vel præſentare non poſſunt ad Eccleſias Cathedrales vigore earum dotationis, vel fundationis, ſed indigent ſpeciali Privilegio Apoſtolico.*

292 *Et Privilegium Apoſtolicum non ſe extendit ad Eccleſias Cathedrales vacantes apud Sedem, ſi expreſſam de hujuſmodi vacatione mentionem non faciat.*

293 *Eccleſiæ Cathedrales, & Monaſteria Regni Siciliæ ultra Pharum apud Sedem vacantia, an libere, vel ad Regis præſentationem provideri debeant?*

294 *Proponitur ratio dubitandi favore Sedis Apoſtolicæ.*

295 *Contrarium fuit deciſum à Congregatione Particulari anno* 1720.

296 *Regibus Luſitaniæ, num competat facultas ſupplicandi, vel præſentandi ad Eccleſias Cathedrales apud Sedem vacantes?*

297 *Eccleſiæ Regni Poloniæ providentur ad Regis Supplicationem.*

298 *Sed apud Sedem vacantes, libere Pontifex de illis diſponit.*

299 *Quid de Eccleſiis, & Monaſteriis Sabaudiæ, an libere provideri debeant à Pontifice, ſi apud Sedem vacent?*

300 *Laudatur Emus, & Rmus Dnus Cardinalis Lambertinus.*

301 *Beneficia Germaniæ apud Sedem vacantia ſunt etiam vigore Concordatorum Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervata.*

302 *Et ſive vacent per mortem naturalem, ſive per Reſignationem, Privationem &c., aliumque modum fictum, vel obitum civilem.* & num. 369.

303 *Amplia, etiam ſi agatur de Beneficiis Conſiſtorialibus, & plura referuntur Exempla.*

304 *Ceſſiones de Eccleſiis Epiſcopalibus fieri non poſſunt niſi in manibus Papæ.*

305 *Renunciatio Eccleſiæ expleta in manibus Capituli eſt nulla, & pariter nulla electio ſubſecuta.*

Non eſt tamen Capitulum privatum facultate eligendi, ſed poteſt privari. ibidem.

306 *Recenſentur quamplurima Indulta à Pontificibus conceſſa Capitulis Germaniæ eligendi Epiſcopum in caſu vacationis Eccleſiarum apud Sedem, vel Privationis, Translationis, Ceſſionis &c.*

307 *Sedes Apoſtolica non permittit, ut Abbatiæ dimitti poſſint in manibus Capituli, ſeu Præſidentis Generalis, ſed aliquando indulget, ut facta dimiſſione in manibus Pontificis, Capitulum ad novam Electionem deveniat.*

308 *Indulta à Sede Apoſtolica Capitulis Germaniæ aliquando ex ſpeciali gratia conceſſa eligendi ad Prælaturas in Curia vacantes, non ſunt in neceſſitatem trahenda.* & num. 310.

309 *Denegatum fuit ſimile Indultum Capitulo Auguſtano ex Voto Congregationis Particularis, occaſione renunciationis eidem Eccleſiæ factæ in manibus Pontificis, non obſtantibus aliis Exemplis.*

Sed oretenus inſinuatum, ut Capitulum pro illa vice proponeret duas, aut tres Perſonas idoneas, ſupplicando Pontifici, ut de una earum Eccleſiæ providere dignaretur. num. 311.

312 *Electo ad Prælaturam moriente in Curia ante confirmationem, Dignitas non remanet Sedi Apoſtolicæ reſervata, ſed ſpectat Electio ad Capitulum.* & num. 313.

Redditur ratio, quia vigore ſolius Electionis, Electus jus tantum habet eam proſequendi, ſed non poteſt dicere Beneficium eſſe ſuum. num. 312.

Et ita praxis anno 1725. *in Eccleſia Tridentina.* num. 314.

315 *Si Electus, ante obitum, Electioni de ſe factæ renunciaverit in manibus Papæ, & renunciatio fuerit admiſſa, Beneficium erit reſervatum.*

316 *Beneficia manualia, & ad nutum amovibilia, & ſi apud Sedem vacantia, non cadunt ſub reſervatione* cap. 2. de Præbend. in 6.

317 *Redditur ratio.* & num. 318.

319 *Præceptoriæ, Commendæ, aliaque Beneficia Sac. Religionis Hieroſolymitanæ, etiamſi vacent apud Sedem, non ſunt reſervata.*

320 *Commendæ, & Præceptoriæ SS. Mauritii, & Lazari apud Sedem vacantes, an ſint reſervata?*

321 *Sedes Apoſtolica indulgendo M. Magiſtro facultatem conferendi dictas Commendas, & Præceptorias apud Sedem vacantes, non abdicavit a ſe poteſtatem de illis diſponendi.*

322 *Hinc in caſu vacationis in Curia, pluries Summi Pontifices Commendas, & Præceptorias præfatas contulerunt.*

323 *Quemadmodum & illas Sac. Religionis Hieroſolymitanæ.*

324 *Beneficia Regularia, licet in Curia vacent, non ſubſunt Reſervationi ob vacationem apud Sedem.*

325 *Intellige, ut non ſint reſervata vigore* cap. 2. de Præb. in 6. *ſecus vigore* Extravag. ad Regimen.

326 *Beneficia Patrimonialia an ſubjaceant reſervationi dicti* cap. 2.

327 *Beneficia Juriſpatronatus laicalis, quamvis vacent apud Sedem, non ſunt reſervata.*

328 *Et eorum inſtitutio non ad Pontifices, ſed ad Ordinarios ſpectat.*

329 *Reſervationi apud Sedem nec ſubjacent Beneficia de Jurepatronatus mixto.*

330 *Limita, ſi Juſpatronatus eſſet mixtum inæqualiter, quia nempe pro majori parte ſpectaret ad Eccleſiaſticos.*

331 *Juſpatronatus Eccleſiaſticum, quemadmodum & illud ex Præſcriptione, Privilegio &c. eſt*

obnoxium reſervationi reſultanti ex vacatione apud Sedem.

332 *Beneficia de Jurepatronatus laicali licet ſint exempta à reſervatione clauſa in corpore juris, de illis tamen apud Sedem vacantibus ſolent Pontifices diſponere derogando in totum Jurispatronatus.* & num. 340.

Amplia, etiam ſi hujuſmodi generis Beneficia vacent in locis Curiæ vicinis intra duas dietas. Et referuntur exempla. num. 336. & 337.

333 *Et hæc derogatio eſt uniformis voluntati Fundatorum.*

334 *Declara, ut derogari ſoleat, ubi agitur de Jurepatronatus activo, ſecus ſi concurrat etiam paſſivum, cui licet poſſit, nunquam tamen in præjudicium vocatorum Pontifex derogat.*

335 *Inſuper quando Beneficium vacat per obitum naturalem, ſecus ſi per mortem civilem, aliumque modum fictum,* & num. 366.

338 *Declaratur inanis Cautela tradita* à Pitonio *ad effectum, ut Pontifex derogare non valeat Jurispatronatus laicorum in caſu vacationis Beneficii apud Sedem,* & num. 339. & 341.

342 *Cautela tamen* Pitonii *poſſet habere locum, ſi contingeret Beneficii vacatio apud Sedem tempore, quo iſta vacat per obitum Pontificis.*

343 *Papa derogat Jurispatronatus laicorum in totum decedente Beneficiato apud Sedem, etiam in Beneficiis Hiſpaniarum. Et exhibentur exempla.*

344 *Pontifices aliquando ex ſpeciali Gratia ſe abſtinuerunt a derogando juripatronatus, Beneficio apud Sedem vacante.*

345 *Fundator Beneficii poteſt in limine fundationis de ſolius Ordinarii conſenſu legem præſcribere, quod Jurispatronatus derogari non poſſit, etiamſi Beneficium vacet apud Sedem.* & num. 347.

346 *Refellitur* Amayden. *exiſtimans legem hanc, niſi à Pontifice ſit approbata, attendendam non eſſe.*

348 *Pluries Summi Pontifices in limine fundationis Beneficiorum de Jurepatronatus Laicali, indulſerunt, ut illi derogari non poſſet, etiamſi apud Sedem vacarent.*

Referuntur Exempla. num. 350.

351 *Quandoque idem Indultum conceſſerunt longe poſt ſequutas Beneficiorum fundationes.*

352 *Sed hujuſmodi Indulta nonniſi circumſpecte elargiri ſolent, & aliquando denegantur.*

353 *Pontifices etiam quoad Beneficia liberæ collationis, dedignati non ſunt Indultum elargiri, ne ſint illa obnoxia Reſervationi ob vacationem apud Sedem.*

354 *Indultum hujuſmodi debet eſſe clarum, & expreſſum præ ſe ferens individuam mentionem* vacationis apud Sedem, *nec ſufficit, quod contineat verba, & clauſulas etſi effrenatas.*

355 *Redditur ratio, quia reſervatio ex vacatione Beneficii apud Sedem eſt privilegiatiſſima, cæteriſque Reſervationibus fortior, & vehementior,* & num. 360.

356 *Sub Indulto diſponendi de Beneficiis vacantibus* -- qualibuſcumque, & ubicumque, non obſtante quocumque Privilegio, de quo etiam oporteret de verbo ad verbum expreſſam facere mentionem -- *non comprehenditur facultas diſponendi de Beneficiis apud Sedem vacantibus.*

357 *Amplia quamvis Indultum præfatum facultatem impertiatur diſponendi de Beneficiis,* quomodolibet ſpecialiter, vel generaliter reſervatis.

358 *Amplia ſecundo etiam ſi fuerit* Motu proprio *expeditum.*

359 *Concluſio, de qua ſupra* num. 354., *quod facultas diſponendi de Beneficiis apud Sedem vacantibus debet eſſe clara, & expreſſa, declaratur, ut procedat in Beneficiis, quæ propriè vacant apud Sedem per obitum naturalem; ſecus ſi vacatio ſequatur per Translationem, Ceſſionem, aut ex alio capite mortis civilis, hæc enim etſi non expreſſa, comprehenditur ſub verbis, & clauſulis aptis eam præ ſe ferre.*

360 *Per mortem etiam civilem in Curiam ſequutam Beneficium dicitur vacare apud Sedem, & in Curia.*

Sed vacatio iſta improprie dicitur apud Sedem, dum vera, & propria eſt illa, quæ oritur ex morte naturali, quaque eſt unica reſervatio clauſa in corpore juris, ibid. & n. 355.

362 *Principe jus nominandi, vel ſupplicandi habentes ad Beneficia Conſiſtorialia, ſupplicant, vel nominant etiam in Beneficiis ipſis per modum fictum in Curia vacantibus, ſecus per mortem naturalem.*

363 *Beneficia vacantia juxta Decretum à Pontifice appoſitum in proviſione aliorum incompatibilium, ſunt illius diſpoſitioni ob manus appoſitionem ſpecialiter affecta.*

364 *Hujuſmodi affectio non eſt Privilegiata, nec clauſa in corpore juris.*

365 *Affectio ob appoſitionem manus Papæ in Beneficii Reſignatione, utpote in corpore juris non clauſa, non excludit Indultum Cardinalium.*

366 *Beneficia apud Sedem vacantia poſſunt ab Ordinariis conferri, ſi Pontifex de illis intra Menſem à die eorum vacationis non diſpoſuerit juxta* Text. in cap. Statutum, de Præbend. in 6.

Sed quoad Beneficia, alias quam ob vacationem apud Sedem reſervata, nullum eſt Pontifici præfixum tempus ad conferendum. n. 374.

Quemadmodum nec in Beneficiis vacantibus juxta Decretum, & ob appoſitionem manus Papæ ſpecialiter affectis, locum habet diſpoſitio cap. Statutum, num. 375.

Non obſtante reſtrictione Menſis ad conferendum Beneficia apud Sedem vacantia, adhuc Pontifex re integra poteſt Ordinarium prævenire. num. 376.

Menſis ad conferendum currit Pontifici etiam ſcientiam vacationis Beneficii non habenti, redduntur rationes. num. 377.

Contrarium quod currere incipiat à die notitiæ nec currat Pontifici legitime impedito. n. 378. & 379.

367 *Diſpoſitio* cap. Statutum 3. de Præbend. in 6., *non fuit revocata* per Extravag. Piæ Sollicitudinis, de Præbend.

Et redduntur rationes. num. 368.

369 *Contrarium, quod ſit re vocata per* Extravag. *præfatam, ut per aliam* Extravag. Ad Regimen de Præbend. num. 370.

371 *Redditur ratio.* & num. 373.

372 *Concordata Galliæ licet certum tempus ad nominandum Regibus præfigant, praxis tamen inolevit, quod Sedes Apoſtolica ſemper, & quandocumque eorum nominationes admittat.*

380 *Diſ-*

380 *Diſpoſitioni* cap. Statutum *derogatum cenſetur per Concordata Germaniæ, quæ tribuunt Pontifici Trimeſtre ad conferendum.*

381 *Contrarium, & redditur ratio.*

382 *Parochiales, Sede Apoſtolica vacante apud eamdem vacantes, poſſunt ab Ordinariis conferri, juxta* Text. in cap. Si Apoſtolica 35. de Præbend. in 6.

383 *Et etiam apud Sedem vocantes vivente Pontifice, ſi de illis per eum, dum viveret diſpoſitum non fuerit, ab Ordinariis conferri valent.*

384 *Per* Text. in cap. Si Apoſtolica *limitatur diſpoſitio* cap. 2. de Præbend. in 6. & n. 399.

Et in aliorum Sententia corrigitur dict. n. 399.

385 *Diſpoſitio dicti* cap. Si Apoſtolica *eſt in viridi obſervantia, nec fuit correcta per* Extravagantes: Et ſi in temporalium, Ad Romani, & Ad Regimen, *minuſque per Regulas Cancellariæ.*

386 Extravagantes *præfata fuerunt temporales, duraturæ ad vitam Pontificum Conditorum: Quemadmodum temporales ſunt Regulæ Cancellariæ, quæ morte Papæ expirant.* ibid.

387 *Lex generalis poſterior non derogat legi ſpeciali priori, ſi de illa expreſſe non meminit.* & num. 415.

388 *Diſpoſitio* cap. Si Apoſtolica *locum ſibi vindicat etiam quoad Parochiales exiſtentes in Germania; nec ei per Concordata derogatum fuit.*

389 *Procedit in Parochialibus vacantibus Sede vacante* proprie *per mortem Pontificis, non vero* quaſi vacante, *ſi nempe Papa, quod Deus avertat, capiatur ab Hoſtibus:*

390 *Et ſolum comprehendit Eccleſias Parochiales proprie dictas, non autem Dignitates, & Beneficia Curam Animarum adnexam habentia,* & 391. & ſeqq. & num. 401.

396 *Decretalis* Si Apoſtolica *non procedit in Parochialibus devolutis ob culpam, & negligentiam inferiorum Collatorum.*

397 *Nec in devolutis ob non ſervatam formam Conſtitutionis S. Pii V. & Concilii Tridentini.*

398 *Decretalis præfata habet locum tantum in Parochialibus reſervatis ob vacationem apud Sedem, ſecus in aliis quacumque alia reſervatione affectis.*

400 *Limitatio omnis debet eſſe de Regula.*

402 *Contrarium quod diſpoſitio* Text. in cap. Si Apoſtolica *comprehendat etiam Parochiales extra Curiam vacantes, & Sedi Apoſtolicæ reſervatas.*

403 *Illius diſpoſitio eſt favorabilis, & late interpretanda.*

404 *Parochiales vacantes ob non factam publicationem, poſſunt Sede Apoſtolica vacante, ab Ordinariis vigore* dict. cap. Si Apoſtolica *conferri.*

405 *Et quid dicendum ſi vacaverint juxta Decretum à Pontifice, dum vivebat, adjectum, an eo defuncto, ſpectent ad Ordinariorum collationem?* & num. 406.

407 *Decretum, quod* nemo alius præter Romanum Pontificem &c. *non inducit novam reſervationem, ſed adjicitur in ſequelam Reſervationis generalis.*

408 *Facta per Ordinarium collatione Parochialis vigore* cap. Si Apoſtolica, *non ſubſtinetur illius proviſio à ſucceſſore Pontifice poſtea expleta, quamvis in Litteris Apoſtolicis declaretur, omnia Beneficia à Prædeceſſore reſervata, talia ſemper remanſiſſe.* Et redditur ratio.

409 *Diſpoſitio* cap. Si Apoſtolica *favet non ſolum Ordinariis, ſed etiam inferioribus Collatoribus.*

Et poſſunt Parochiales vigore ejuſdem cap. Si Apoſtolica, *conferri per Vicarium, nedum abſente, ſed etiam præſente Epiſcopo.* numer. 411.

410 *Patroni Eccleſiaſtiei præſentare poſſunt ad Parochiales, Sede Apoſtolica vacante, apud eamdem va antes.*

412 *Vacante in Menſe reſervato Parochiali, & poſt factum concurſum tranſmiſſis, & præſentatis in Dataria Litteris Teſtimonialibus, ſi poſtea ſuperveniat Sedis Apoſtolicæ vacatio, non poteſt eadem Parochialis ab Ordinario conferri.*

Contrarium eſt verius. Et aſſignatur ratio. numer. 414.

Tenetur tamen Ordinarius Paro bialem conferre illi, ad cujus favorem tranſmiſerat ad Datariam Litteras, uti de magis digno. n. 419.

413 *Conſtitutio* Julii *III. qua cavetur, ut non poſſit quis omiſſo titulo Apoſtolico, & non facta expeditione Bullarum, redire ad inferiorem Collatorem, in quibus terminis procedat?* & num. 416. & 417.

418 *Signata vivente Papa, & regiſtrata ſupplicatione ſuper proviſione Parochialis, non poteſt eo defuncto, Ordinarius de illa diſponere.*

420 *Per approbationem alicujus favore factam in concurſu ab Examinatoribus, cenſetur jus quæſitum approbato ad Parochialem.*

421 *Intellige, quando collatio ſpectat ad Ordinarium, ſecus ſi ad Papam, tanquam de Parochiali reſervata.*

422 *Ordinarii in collatione Parochialium ad formam* cap. ſi Apoſtolica, *gaudent tempore à Jure præfixo, nempe ſemeſtri, ſervata tamen forma Concurſus, omnibuſque aliis, quæ à Piana Conſtitutione, & Sac. Concilio Tridentino requiruntur.*

423 *Ordinarii, ſequuta electione Pontificis, non poſſunt amplius conferre Parochiales vigore* cap. Si Apoſtolica, *reſiſtente etiam* Regula LXVIII. Cancellariæ.

424 *Beneficium, quod prius in titulum collatum, vacaverat extra Curiam, ſi poſtea commendetur, & Commendatarius decedat apud Sedem, non ſubjacet reſervationi* cap. 2. de Præben. in 6. & n. 425.

426 *Subjacet tamen dictæ Reſervationi Beneficium vacans per obitum Commendatarii extra Curiam, ſi ante Commendam, Beneficium idem in titulum collatum vacaſſet in Curia.*

ANno 1335. ſan. mem. Benedictus XII. publicavit *Extravag. ad Regimen*, inter Com- 1
munes *tit. de Præben.*, in qua plurimas complexus
eſt reſervationes cum veteres, cum novas, *Thomaſſin. de Benefic. tom. 2. lib. 1. cap. 40. n. 11. & cap. 44. num. 2.* ubi cum *Raynald. & Spondan.* demonſtrat, validiſſimas ob rationes Pontificem prædictum motum fuiſſe ad eas reſervationes faciendas. Cum vero Conſtitutio illa fuerit temporalis, 2
& cum Conditore ſuo expiraverit; ideo per Regulam I. Cancellariæ, a quolibet Pontifice innovari ſolet, *Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. nu. 86. Lotter.*

*de re Beneficiar. lib. 2. quæſt. 27. n. 97. Barboſ. Col-
lectan. in dict. Extravag. ad Regimen de Præbend.
num. 2. Pax Jordan. tom. 2. lib. 10. tit. 1. num. 1.
Azor. Inſtit. moral. tom. 2. cap. 34. lib. 6. quæſt. 10.
Paulut. Juriſprud. Sacr. tom. 2. lib. 6. tract. 10. n. 5.
9. ſed tamen pag. mihi* 408.

Reſervantur in primis in dicta *Extravag. ad Re-
gimen* Beneficia omnia cum cura, & ſine cura apud
3 *Sedem Apoſtolicam* vacantia, & *quomodolibet va-
catura.* Et hæc reſervatio ob vacationem apud
Sedem, eſt antiquiſſima, inducta ex antiqua con-
4 ſuetudine, ut in *cap. 2. de Præb. in 6.* cujus Auctor,
vel fuit *Clemens III.* anno 1188. ut poſt alios exiſtimat
Burſat. conſ. 126. n. 93. vel ut alii melius cenſent,
Clemens IV. qui Sedem Apoſtolicam implere cœpit
anno 1265. Paulut. Juriſprud. ſacr. d. pag. 408.
*Thomaſſin. de Benefic. tom. 2. lib. 1. cap. 48. n. 1. & 2.
Van Eſpen in Jus Eccleſ. univerſ. lib. 2 tit. 23. cap. 3.
nu. 3.* ubi, quod hoc innuere videtur Gregorius X.
in cap. 3. eodem tit. in 6. ubi Conſtitutionem hanc
adſcribit ſuo Prædeceſſori; quod potius ad imme-
diate præcedentem, qui fuit *Clemens IV.* quam ad
Clementem III., qui centum circiter annis Grego-
rium præceſſerat, referendum apparet. Fuit au-
tem antiquiſſima hæc conſuetudo redacta in jus
ſcriptum, & regiſtrata in laudato *cap. 2.* ad effectum,
ut præcluderetur via Ordinariis Collatoribus præ-
5 veniendi Proviſiones Apoſtolicas per Procuratores
in Curia conſtitutos ad conferendum, *Gloſſ. in cap.
Statutum 3. verb. per ſe ipſos, de Præbend. in 6.
Ancaran. in cap. 2. eod. tit. ante numer. 1. Franch.
ibidem num. 6. Van Eſpen loco cit. num. 4. Tho-
maſſin. tom. 2. lib. 1. cap. 48. num. 9. Paulut. Juriſ-
prud. Sacr. dict. pag.* 408. *Rot. deciſ. 28. num. 1.
& ſeqq. part. 6. Rec.*, ubi ulterius ait, quod Pro-
6 viſus ab Ordinario de Beneficio apud Sedem vacan-
te, nec titulum coloratum habet; & hoc ipſum
dunt *Murg. de Benefic. quæſt. 3. n. 206. eadem Rot.
deciſ. 56. n. 2. & 3. part. 16. Recentior.*

7 Obſervat autem *Thomaſſin. dicto cap. 48. n. 2.* hu-
juſmodi conſuetudinis nullum extare documentum
in *Gregorianis Decretalibus*. Et *Molineus* Auctor
8 damnatæ memoriæ, ulterius progreditur, inquiens,
talem conſuetudinem eſſe *novi juris additamentum*,
eamque maligne appellat *ſatis recentem uſurpati-
onem*, his verbis -- *Immo ſatis recens uſurpatio; pa-
tet quia etiam poſt obitum Clementis III. Auctoris
hujus Capituli* (nempe 2. de Præben. in 6.) *non
erat pro jure recepta: alioquin Cæleſtinus III., Suc-
ceſſor Clementis, declaraſſet nullam collationem Or-
dinarii, de qua in cap. Inter cætera, ſupra eod. tit.
de Præben. in Decretal., & ſic numquam fuit pro
jure recepta, niſi poſt editionem Libri ſexti* -- ſequi-
tur *Pinſon in ſuo Gallico Tract. des Regales &c.
tom. 1. cap. 8. n. 15. pag. 123. & pag. 690.*

Sed dicti *cap. Inter cætera*, diſpoſitio, ut legenti
patet, non facit ad rem; & *Molinæo* reſpondet *Tho-
maſſin. lib. 2. cap. 40. num. 4. part. 2.* quod quatenus
cenſet *cap. 2. de Præben. in 6.* eſſe novi juris *addita-
mentum*, à vero non abhorret, ſi ad jus antiquum
9 oculi retorqueantur: Cæterum inter novi juris De-
creta antiquiſſimum iſtud videri poſſe.

Verum fallitur uterque; nam in *Gregorianis De-
cretalibus* extant exempla facultatis, qua uſi ſunt
Pontifices in conferendo Beneficia vacantia apud
10 Sedem. Extat Epiſtola Decretalis *Innocentii III.* re-
giſtrata *in cap. Accedens, de Accuſat.* Summus
enim ille Pontifex Præbendam Eccleſiæ *Cremonen.
apud Sedem Apoſtolicam vacantem*, contulit Ne-
poti Defuncti, injungens Epiſcopo, & Capitulo,
ut ſtallum in Choro, & locum in Capitulo ei,
ſine difficultate aliqua aſſignarent: Ex quo patet,
hujuſmodi jus antiquius eſſe eo, quod finxit *Moli-
næus*, ut etiam advertunt *Gloſ. in cap. finali, verb.
Vacantibus de conſuetud. in 6. Gonzal. in d. cap. Ac-
cedens, litt. D. Bengæus, & Pinſon de Benefic. verb.
Inſtitutione §. 9. num. 1. pag.* 315. -- ibi *Nunc igi-
tur, quod Summus Pontifex Beneficia in Curia va-
cantia confert ex ſuæ ordinariæ poteſtatis jure ſpe-
ciali, & propriæ Diœceſis attributo, deſcendere au-
gurantur Interpretes Juris Pontificii, quod anti-
quius eſt, quam eſſe finxerit Carolus Molineus in
Notis in cap. Licet, de Præbend. in 6. ubi poſt edi-
tionem tantum libri ſexti Decretalium receptum fuiſſe
teſtatur; nam, & ejus fit mentio in cap. Accedens
de Accuſat. quod eſt Innocentii III.; unde concludi
poteſt, Pontificiæ poteſtati, & dignitati innatum eſſe
hunc conferendi modum.* -- *Fevret. de Abuſu lib. 2.
cap. 7. num. 11. §. il eſt certain in fin. pag.* 1295.,
& admittit *Burſat. conſ. 126. n. 93.*

Extat & alia Epiſtola ejuſdem *Innocentii III.* ad
Epiſcopum *Uratiſlavien.* per extenſum relata à *Gon- 11
zal. in cap. Vacante, 26. de Præb.* ubi aſſerit, quod
alteram ex Præbendis, poſſeſſore *apud Sedem A-
poſtolicam defuncto*, quidam Clericus, *Hippolytus*
nomine, fuerat auctoritate Sedis Apoſtolicæ aſſe-
quutus.

Nec bene reſpondit *Thomaſſin. d. tom. 2. lib. 1.* 12
cap. 48. num. 2. in fin., quod ſemel id factum fuit,
nec in jus, & exemplum evaſit. Quoniam etſi
unica eſſet hujuſmodi collatio, adhuc inde appare-
rent veſtigia conſuetudinis à *Clemente* aſſertæ in *d.
cap. Licet*; & verum non eſſet, quod idem *Tho-
maſſinus* aſſeruit, ut conſuetudinis conferendi Bene-
ficia *vacantia apud Sedem*, nullum extet in *Grego-
rianis Decretalibus* documentum. Ruſus non ſe-
mel id factum eſt, cum, ut diximus, alia extet 13
ejuſdem *Innocentis* Epiſtola *in d. cap. Accedens.*

Nec pariter urget alia reſponſio, quam dat *Tho-
maſſinus*, quod quemadmodum idem *Innocentius*
plurima dederat mandata ad Beneficia vacantia per
Provincias, ita dedit ad hanc Præbendam, quæ 14
caſu Romæ vacaverat; Nam cum in dicto *Cap. Va-
cante* dicatur, quod novam Præbendam, poſſeſſore
defuncto *apud Sedem*, *Hippolytus* auctoritate Apo-
ſtolica aſſequutus fuerat, & ſic ageretur de Benefi-
cio jam vacante, & determinato, cenſeri potius de- 15
bet, quod interceſſerit collatio, quam Mandatum,
cum iſtud ad Beneficia, ut plurimum indetermi-
nata, & vacatura dari conſueverit. *Engel. in Jus
Canonic. tit. de Præb. n. 57. in fin.*

In Electionibus etiam Abbatum, quando vigebant, 16
eadem fuit conſuetudo, ut ſi Romæ celebrarentur,
non expectarentur conſenſus Principum. Monachis
Cantuarienſibus in duas partes diviſis, utramque ele-
ctionem *Innocentius III.* reſcidit, coegitque utriuſ-
que partis Delegatos in ſatis magno numero Romam
venire. Cumque Monachi aſſererent, ſine Regis
aſſenſu non ſibi licere electionem facere, reſpondit
Pontifex -- *Nec ſuper Electionibus apud Sedem Apo-
ſtolicam celebratis, ſolet conſenſus Principum ex-
pectari* -- Rex vehementer commotus, ab obedien-
tia etiam Pontificia ſe receſſurum minatus eſt. Ejus
minas retudit prudentiſſimus Pontifex, & ita inter
cætera reſcripſit -- *Licet autem ſuper Electionibus
apud Sedem Apoſtolicam celebratis, non conſueverit
aſſenſus Principum expectari &c.* -- ut ex *Matthæo
Pariſ. ad ann.* 1205. 1206. 1208. *Natal. Alex. ſæ-
cul. 13. & 14. part. 2. cap. 7. art. 2. pag. 14. & ſeqq.
Thomaſſin. tom 2. lib. 2. cap. 34. ſub n. 6. pag.* 298.

Eamdem conſuetudinem conferendi libere Eccle- 17
ſias, & Monaſteria vacantia apud Sedem, ſucceſſi-
ve Pontifices ſervarunt. Urbe Conſtantinopolita-
na a Turcis occupata, *Gregorio* Patriarchæ com-

men-

mendavit Pontifex Eccleſiam *Euboenſem*, ut ejus
redditibus ſubſtentaretur. Defuncto *Gregorio*, Pius
II. *Iſidorum Ruthenum*, magna ſanctitatis, & doctri-
næ fama Virum, ea dignitate auxit, quod *Gregorius*
Romæ obiiſſet, adeoque juxta Canonica Decreta à
ſolo Pontifice dandus illi erat ſucceſſor -- *Cum nul-
lus de illa Eccleſia præter nos hac vice ſe intro-
mittere potuerit, ſive poſſit*, & *Thomaſſin. t. 1. lib. 1.
cap. 26. num. 9. Raynald. ad ann. 1459. num. 84.
Iſidoro* poſtea vita functo, *Beſſario* in Patriarcha-
lem Conſtantinopoleos Sedem vocatus eſt, cui dein-
de Cardinalis *Riarius* Sixti IV. Nepos ſucceſſit,
Thomaſſin. loc. cit. n. 10.

Et de Monaſteriis vacantibus *in Curia*, ut de il-
18 lis, ſine Regum, aut Principum conſenſu ſolus Pon-
tifex providere conſueverit, teſtatur *Leo X.* in Epi-
ſtola ad Carolum V. Hiſpaniarum Regem, inter ſe-
lectas *P. Bembi lib. 16. Epiſt. 16. pag.* 420. -- ibi -- *Mi-
ror, cur te difficilem præbeas in poſſeſſione Monaſterii
Leonardini, quod in tuo Neapolitano Regno eſt,
Ægidio Cardinali tradenda, cui Monaſterium contu-
limus. Cum latere te non debeat, Sacerdotia omnia,
quorum Præfecti apud Romanos Pontifices mortem
obierint, eoſdem Pontifices ſine ulla Regum, aut
Principum recuſatione, quibus voluerint; ſemper de-
diſſe, ſemper illa ſui juris habuiſſe.*

Conſuetudinem hujuſmodi conferendi libere Be-
neficia quæcumque *apud Sedem vacantia* mutuati
19 ſunt Pontifices à Synodis generalibus, quarum per-
petua conſuetudo, & auctoritas fuit, ut alium ſu-
brogarent in locum Epiſcopi, vel à ſe degradati,
vel in Synodo ipſa defuncti, uti diſerte teſtatur
*P. Lupus in Scholiis ad varior. Patr. Epiſtol. cap.
38. tom. 7. pag.* 120. -- ibi -- *Perpetua generalium
Synodorum conſuetudo, atque auctoritas eſt, ut in
Degradati a ſe Epiſcopi locum, ordinet alium. Ita
Conſtantinopolitana Synodus in S. Gregorii Nazian-
zeni, licet non degradati, tamen renunciantis lo-
cum, conſecravit Nectarium. Chalcedonenſis Syno-
dus, in Degradati Dioſcori locum, voluit alium
conſecrare, at propter ſupplices, ac multiplices
quorumdam Ægyptiorum Epiſcoporum inter-
ceſſiones, diſpenſatorie, ac gratioſe abſtinuit. E-
tiam ſexta Synodus in degradati Macarii Patriar-
chæ Antiocheni locum conſecravit Theophanium.
Quin & Sacroſancta Nicæna Synodus in S. Philogonii
Patriarchæ item Antiocheni apud ſe defuncti Thro-
num, evexit S. Euſtachium Epiſcopum Berreenſem,
ex Regula* Vacationis in Synodo; *Ex quo lucet,
hodiernam Romanæ Eccleſiæ ſimilem de vacatione
in Curia Regulam, non carere antiquis fundamen-
tis.*

Verum tamen eſt, quod regulis hujuſmodi de
20 vacatione *in Synodo*, & *in Curia*, ſemper Græci
obſtiterunt. Diximus ſupra, quod defuncto apud
Sedem *Gregorio* Patriarcha Conſtantinopolitano,
Pius II. ad eam Dignitatem evexit *Iſidorum Ru-
thenum*. Hanc autem nominationem Græci permi-
quo animo tulerunt, eo quod apud eos nec dum in
uſum recepta eſſet ea juris noſtri Canonici lex, de
morientibus *in Curia*. Itaque finem non fecerunt
Græci deligendi Patriarchas Conterraneos, quorum
rationem non habuere Romani Præſules, tanto æ-
quius, quod nulla jam apud Græcos ex Canonum
regulis celebraretur electio, *Thomaſſ. dicto tom. 1.
lib. 1. cap. 26 num.* 10. Ob idque mortuo *Iſidoro*,
Pontifex, *Beſſarioni* Patriarchatum contulit, cui po-
ſtea Cardinalis *Riarius* ſucceſſit.

De ſimili duritie Græcorum in non acquieſcendo
21 alteri regulæ *Vacationis in Synodo*, præſtat exem-
plum idem Patriarcha Conſtantinopolitanus. Eo
enim defuncto apud Florentiam, cum ageretur de
utriuſque Eccleſiæ unione in Synodo, *Eugenio IV.*
præſidente, celebrata, poſt peractam, & ſubſcrip-
tam Fidei definitionem, inter cætera quæſivere La-
tini a Græcis: *cur Florentiæ Patriarcham eligere
nollent, ſed abire vellent ſine capite?* nec ab Archi-
præſule Mytilenenſi, huic poſtulationi legitime, &
canonice reſponſum. Poſt aliquot dies *Eugenius* ip-
ſe Præſulibus Græcis nonnulla propoſuit; inter
quæ; III. *Quoniam Sanctiſſimus Patriarcha Con-
ſtantinopolitanus in æterna receptus eſt tabernacula,
opus eſt Eccleſiæ Patriarcha, qui hic ſufficiatur, ubi
adſum & Ego: Non ut Corporum quid lucrifaciam,
argentum, & aurum non quæro, imo vero ſuppedi-
tabo, & ſuffectum confirmabo, eumque qui a me
ordinatur, removebo, & Eccleſia illi auxilium præ-
ſtabo.* Reſponderunt Græcorum Deputati, æquiſ-
ſima eſſe, & ſapientiſſima, quæ proponebat Sum-
mus Pontifex, ſed perfectam reſponſionem dare ſe
non poſſe, Imperatore inconſulto; privatis vero no-
minibus reſponderunt, non eſſe hæc præſentis tem-
poris, eſto juſta, & neceſſaria eſſent; & poſt reſ-
ponſionem aliis capitibus datam, dixerunt *Patriar-
cha hic non fiet, moris enim noſtri eſt eum Conſtanti-
nopoli ab univerſa noſtra Provincia eligi, & in majo-
ri noſtro Templo conſecrari, nec Imperator noſter
aliud faciet, cui nota eſt Eccleſiæ noſtra conſuetudo.*
Sicque paulo poſt diſceſſerunt, ut conſtat ex Actis
Synodi, quæ refert *Natal. Alex. Hiſtor. Eccleſiaſt.
ſæcul. 15. & 16. par. 3. diſſert. 10. art. 2. pag. 686.
& 687. & ſæculo 2. par. 2. diſſ. 10. p.* 655. ubi etiam
tradit, quod undecim quæſtiunculas Græcis propo-
ſuerat *Eugenius*, quas Mytilenenſis Præſul legiti-
me, & ſecundum Canones diſſolvit, præter duas,
videlicet, ſeparationem Matrimonii quo ad vincu-
lum, & creationem Patriarchæ extra Conſtantino-
polim, & poſt *Pallavicin. Reding. Hiſtor. Concil.
Tridentin. tom. 2. ad ſeſſion. 7. tract. 5. ſect. 1. pag.
11. verſ. quapropter.*

Jure itaque meritoque Clemens IV. innixus anti-
quæ conſuetudini, reſervavit *in cap. 2. de Præb. in*
6. Beneficia omnia cum cura, & ſine cura Secu-
laria, & Regularia vacantia *apud Sedem*. Quoniam
vero in eodem *cap.* 2. reſervatio reſtringebatur ad
ſolos decedentes *apud Sedem*, *Bonifacius VIII.* aliam
deinde edidit Conſtitutionem regiſtratam *in cap.
Præſenti* 34. *eodem tit.* cum qua extendit, ac etiam 22
limitavit diſpoſitionem dicti *cap.* 2. ut notant *Gon-
zal. ad Regul. 8. gloſſ. 13. in princip. num. 19. &
gloſ. 51. num. 84. Kochier. ad eamdem Regul. 8.
quæſt. 6. verſic. ad cujus text. Rot. deciſ. 28. n. 7. par.
6. recent.*

Statuit autem Bonifacius in laudato *cap. Præſen-
ti*, quod reſervatio ex vacatione apud Sedem locum
habeat etiam in Beneficiis, quæ Legati, aut Nuncii
Sedis ejuſdem, vel quivis alii ad Romanam Curiam 23
venientes, vel ab ea recedentes obtinent, ſi in locis
vicinis, id eſt ultra duas dietas a Curia non remo-
tis, diem clauderent extremum. Nec non in Bene-
ficiis obtentis tum per Curiales qui peregrinatio-
nis, infirmitatis, aut recreationis, ſeu alia quavis 24
cauſa ad locum Curiæ vicinum ſeceſſerint, & ibi
obierint; tum per eoſdem Curiales qui ſequendo
Curiam, dum de loco ad locum transfertur, in iti- 25
nere, vel in loco unde recedit ipſa Curia, forſitan
remanentes infirmi, rebus inibi eximantur humanis.
Et hæc in declarationem, & extenſionem *Cap. 2. de
Præben. in 6.* ut etiam dicemus infra in *Commentar.
in Regul. VI.*

Limitat vero illius diſpoſitionem in caſu quo Cu-
rialis peregrinationis, vel alia quacumque cauſa de- 26
cederet in loco, ubi ejus Domicilium, ſeu Domus
propria exiſtit, vel ſi quis in loco ubi degit Curia,

ſuæ originis Domum habens, diem claudat extre-
mum in ea, quo caſu non aliter Beneficio per
eum obtenta comprehendi voluit ſub Statuto *Cap.*2.
quam ſi ille Curialis eſſet antea, & ibidem occaſio-
ne Curiæ moraretur. Et hæc eſt diſpoſitio laudati
Cap. Præſenti ſuper qua *Rota dicta deciſ.* 78. *num.* 8.
*& ſeqq. par.*6. *Recent.* late *Ventrigl. in prax. par.* 2.
annot. 2. §. 1. *num.* 1. *& ſeqq. Lotter. de re Benefi-
ciar. lib.* 2. *quæſt.* 27. *num.* 28. & cohærenter ad
ejuſdem *cap. Præſenti* diſpoſitionem ſan. mem. Six-
tus V. in *Conſtitutione* 89. *ſub* §. 2. uniendo nonnulla
Beneficia collegio Montis alti Bononien. hac uſus
eſt expreſſione -- *Et Auguſtini Reſtæ, qui in loco a
dicta Curia ultra duas dietas legales non diſtante,
ubi proprium ejus domicilium non exiſtebat, diem
vitæ clauſerat extremum &c.*

At Joannes XXII. in *Extravag. ex debito de elect.*
quam ſimiliter edidit pro declaratione ejuſdem *Text.*
27 *in cap.* 2. ut inquit *Lotter. dicta quæſt.* 27. *num.* 29.
in fin. decrevit, apud Sedem vacare Beneficia, ſive
Beneficiati in ea diem clauſerint extremum, ſive
vacent per *Depoſitionem*, *Privationem*, *Electionum
Caſſationem*, *Poſtulationem*, *Repulſionem*, *Renuncia-
tionem*, *Proviſionem*, *Tranſlationem*, ſive alio quocum-
que modo. Item *apud Sedem* vacare diſpoſuit Benefi-
cia Cardinalium ubicumque eos ex hac luce migrare
contigerit. Nec non Dignitates, & Beneficia Officia-
lium, videlicet *Viceeancellarii*, *Camerarii*, *Notario-
rum*, *Auditoris contradictarum*, *Correctorum*, *Scripto-
rum litterarum*, *Pænitentiariorum*, ac etiam *Abbre-
viatorum* Curiæ Romanæ; & pariter apud Sedem
vacare decrevit Beneficia *Cappellanorum*, *Commenſa-
lium*, & quorumcumque aliorum ratione Officii,
vel ex Cauſa legitima in Curia morantium, quan-
do pro Sedis Apoſtolicæ negociis tranſmiſſi fue-
runt, ubicumque eos contigerit rebus eximi ob hu-
manis.

28 Sed quia dicta *Extrav. Ex debito* fuit temporalis
Mandoſ. ad Reg. 1. *quæſt.* 1. *num.* 10. *Garc. de Be-
nef. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 84. *& ſeqq. Monet. de decim.
cap.* 29. *num.* 7. *Barboſ. in dict. Extrav. ex debito
num.* 2. *Rota deciſ.* 30. *n.* 24. *poſt Novar. in ſumm.*
29 *Bullar.* Edita fuit *Extravagans ad Regimen*, quæ
etiam emanavit pro declaratione tam *dicti cap.* 2.
de Præben. in 6. quam laudatæ *Extravag. ex debito*,
ut ex Voto *Rembold. in Treviren. Præpoſituræ poſt
Capon. diſcept.* 10. Ex anno 1335. ut ſub initium
diximus, publicata fuit hujuſmodi Conſtitutio a
30 *Benedicto XII.* Religioſiſſimo Pontifice; quique licet
Beneficia reſervaverit, ea tamen vix conferre vo-
luit, & diu vacare permittebat, ut nonniſi Per-
ſonis dignis illa conferret, ajens, ſatius, & ſecurius
eſſe illa diu vacare, quam indignis conferre, &
lutum exornare, ut ex *Oldeado*, inſigni ejus tempo-
ris Juriſconſulto, & *Ptolomæo Lucenſi*, *P. Pagius in
Breviar. Geſtor. Rom. Pontific. in Vit. ejuſdem Bene-
dicti XII. tom.* 2. *part.* 2. *pag.* 80 §. *Benedictus fuit.*
Fertur de hoc Pontifice, quod Philippum VI. Fran-
ciæ Regem, qui Avenionem acceſſerat, in primo
occurſu, antequam quicquam peteret, ſic fuerit allo-
quutus -- *Se quidem tanto affectu erga Regem deferri,
ut ſi haberet duas Animas, unam libenter pro ipſo
expoſiturus eſſet, ſed non habere niſi unam, quam
unice diligebat, cupiebatque conſervare: quare ſuas
petitiones ſic Rex limitaret, ut nihil in eis continere-
tur, quod Deum offenderet, & Animam læderet,
quia in hujuſmodi rebus nequaquam ipſum exauditu-
rus foret* -- ſunt verba *P. Pagii loco citato num.* 15.
Dictum ſane tanto Pontifice dignum, quod etſi
Regi prima facie durum viſum fuerit, re bene pon-
derata gratum habuit, quoniam ſciebat, Pontifi-
cem rectiſſimæ in omnibus intentionis fuiſſe, ut pro-
ſequitur *Pagius loco citato*, *Thomaſſin. de Benefic. tom.*
2. *lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 2.

In dicta autem *Extrav. ad Regimen* Papa primo 31
loco reſervavit Beneficia quæcumque *apud Sedem
vacantia*, *vel impoſterum vacatura*, etiam ſi eſſent
Archiepiſcopatus, & Dignitates electivæ, contra id
quod tenuit *Monach. in cap.* 2. *de Præbend. in* 6. nec-
non, quæ per Depoſitionem, aut Muneris conſe-
crationis ſuſceptionem ubilibet vacabunt. Item Be-
neficia eorum, qui fuerint electi, & poſtulati, &
quorum electio caſſata, & poſtulatio repulſa; vel
per eos facta renunciatio, & admiſſa fuerit. Item
Beneficia vacantia per obitum Cardinalium, ac Of-
ficialium dictæ Sedis, videlicet *Camerarii*, *Vicecan-
cellarii*, *Notariorum*, *Auditorum Literarum Contra-
dictarum*, *Apoſtolici Palatii Cauſarum Auditorum*,
Correctorum, *Scriptorum Litterarum Apoſtolicarum*,
Pænitentiarii præfatæ Sedis, ac *Abbreviatorum*,
necnon *Commenſalium*, & aliorum quorumlibet *Cap-
pellanorum*, & etiam quorumcumque *Legatorum*,
ſive *Nunciorum*, ac in Terris Romanæ Eccleſiæ *Re-
ctorum*, & *Theſaurariorum*, ubicumque dictos *Le-
gatos*, vel *Nuncios*, ſeu *Rectores*, aut *Theſaura-
rios*, antequam ad Curiam Romanam redierint,
mori contigerit. Item quorumcumque *Curialium*,
qui ſecedentes ad quæcumque loca intra duas dietas,
obirent, dummodo eorum proprium Domicilium ibi-
dem non exiſteret. Hæc continentur in prima parte
dictæ *Extravagantis*, quæ eſt aliis antiquis diſpoſi-
tionibus magis ampla, & multa decernit, quæ aut
non fuerant diſpoſita, aut non ſatis declarata in di-
ctis Decretalibus ſub *tit. de Præben.* ut advertunt *Æ-
neas de Falcon. de Reſervat. prælud.* 4. *circa fin.
Mandoſ. ad Regul.* 5. *Cancellar. in princip.* ubi no-
tat hæc diverſa jura diverſis temporibus emanata
circa Beneficia vacantia in *Curia*, & plene *Azor.
Inſtit. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 34. *quæſt.* 10.
verſ. ſciendum, *Lotter. de re Benefic. lib.* 2 *quæſt.* 27.
ex num. 30. *ad* 44. *Rot. dec.* 73. *num.* 12. *cor. Bonin-
caſa.*

Igitur prima reſervatio contenta in *Extrav. ad
Regim.* eſt de Beneficiis vacantibus *apud Sedem.*
Dubitari autem poteſt, an idem ſit Beneficium va-
care *in Curia*, & vacare *apud Sedem.* Et in effectu
quod nulla adſit differentia inter utramque vacatio- 32
nem, deduci videtur ex *Text. in cap.* 2. *de Præb. in*
6. ubi *Clemens IV.* quam prius dixit vacationem
apud Sedem, poſtea nominavit vacationem *in Curia*,
& advertit *Gloſſ. in cap. Statutum*, *eodem tit. verb.
in Curia* -- ibi -- *idem eſt dicere in Curia, quod apud
Sedem Apoſtolicam* -- & cum *Gloſſ.* tranſeunt om-
nes, teſte *Simonett. de Reſerv. qu.* 30. *n.* 2. *Germon.
de Indult. Card.* §. *ſi vero*, *n.* 4. ubi ait, quod ſunt
paria vacare *in Curia*, & *apud Sedem*, & hoc re-
ceptum eſſe nemine diſcrepante; late *Lotter. lib.* 2.
quæſt. 27. *num.* 14. *& ſeqq. Tondut. quæſt. Benefic.
part.* 2. *cap.* 3. §. 2. *num.* 15. *Paſſerin. in cap.* 2.
num. 2. *de Præb. in* 6. *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.*
1. *num.* 69. *Coccin. annotat.* 107. *num.* 6. *Rota deciſ.*
200. *& deciſ.* 247. *per tot. part.* 16. *Rec.* ubi in ter-
minis Indultorum Leodienſium, de eo qui nar- 33
raverat Beneficia vacaſſe *apud Sedem*, deciſum
fuit, juſtificatam eſſe gratiam, ex quo in provi-
ſione alterius Beneficii incompatibilis Papa decre-
verat, Beneficium ipſum vacare; adeout de il-
lo nemo alius diſponere poſſet. Cenſuit enim *Ro-
ta*, ex hoc Decreto Beneficium vacaſſe *in Curia*,
& ſic *apud Sedem*, *Roſa de Executor. in addit. ad
cap.* 6. *num.* 172. *& ſeqq.* & in vacatione Beneficio-
rum per Promotionem, quod dicantur vacare *apud
Sedem*, *Coccin. dec.* 1448. *in fin. Rembold. in Voto
apud Capon. diſcept.* 10.

Sed

Sed verius eſſe videtur, quod juxta propriam ter-
minorum ſignificationem, vacatio io *Curia* ſit lon-
34 ge diverſa a vacatione *apad Sedem*; nam vacatio
apud Sedem contingit ſolum, quando Beneficium
vacat per obitum naturalem Beneficiati apud eam-
dem, vel in locis intra duas dietas vicinis; & hæc
35 eſt vera, & propria vacatio *apud Sedem*, quæ etiam
eſt unica, & ſola clauſa in corpore juris, nempe
in *dict. cap.* 2. & *cap. Præſenti, de Præbend. in* 6.
ut declarat *Sarnen. ad Regul. Cancell. de triennal.
quæſt.* 31. *num.* 7. & 8. *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.*
1. *num.* 8. & *ſeqq.* & *num.* 13. *Engel. in jus Canonic.
lib.* 3. *tit.* 5. *de Præbend. num.* 9. *Andreas Vallenſis
de Benefic. lib.* 1. *tit.* 7. *numer.* 10. *Corrad. in Prax.
Benefic. lib.* 5. *cap.* 1. *ſub num.* 59. ubi, quod pro-
prie vacare dicitur apud *Sedem* Beneficium, quod
vacat per obitum Beneficiati; quodque id ſatis de-
36 claretur, ex ſtylo Datariæ, ad cujus tramites in
ſupplicatione pro illius Apoſtolica proviſione fit
hæc expreſſio — *Cum perpetuum ſimplex Beneficium
Eccleſiaſticum &c. per obitum N. N. qui apud Se-
dem Apoſtolicam &c. diem ſuum clauſit extremum &c.*
Et in capite ejuſdem ſupplicationis apponitur titulus
— *per obitum apud Sedem*, — *Germon. de indult. Car-
din. in §. Per quæ ſublatis, num.* 34. *Ventrigl. in
prax. tom.* 2. *annot.* 2. §. 1. *num.* 7. & 13. cum aliis
relatis in *decis.* 73. *num.* 4. & 5. *cor. Benincaſ.* & dixi-
mus *in Commentar. in Rubric. hujus Regulæ I.* §. 1.

Vacatio autem *in Curia* intelligitur quomodo-
37 cumque vacent Beneficia per actum, qui expletur
in Curia, ubicumque Beneficiati decedant; Adeo-
que omnia Beneficia, quæ vacant per obitum natu-
38 ralem *apud Sedem*, dicuntur vacare *in Curia*, quia
actus vacationis in ea completur; ſed non omnia
ea, quæ vacant *in Curia*, dicuntur vacare *apud Se-
dem*; Quamobrem videntur differre vacatio *apud*
39 *Sedem*, & vacatio *in Curia*, tanquam genus, &
ſpecies; nam vacatio *in Curia* eſt genus, quod con-
tinet ſub ſe duplicem vacationis ſpeciem, nempe
eam, quæ ſequitur per obitum naturalem, & eam,
quæ contingit per quemlibet actum completum in
Curia, quæque aſſimilatur morti civili, prout habe-
mus ſimile exemplum de Adoptione *in leg.* 1. *ff. de*
40 *Adoption.* ſcilicet, quod *Adoptionis* nomen generale
eſt, & continet ſub ſe duas ſpecies, *Adoptionem* ſcili-
cet ſpecificam, & *Arrogationem*: adoptantur filii
familias, arrogantur qui ſunt ſui juris; unde Adop-
tio magis patet, quam Arrogatio, quia omnis Ar-
rogatio eſt Adoptio, ſed non è contra. Eodem modo
vacatio *in Curia* eſt nomen generale, quod ſub ſe
continet duas ſpecies, ideſt vacationem per obitum
naturalem, quæ eſt vacatio *apud Sedem*, & vaca-
tionem per obitum civilem, nempe *Privationem*,
41 *Promotionem &c.* Itaque vacatio *apud Sedem* per obi-
tum naturalem, eſt quidem vacatio *in Curia*; ſed
non omnis vacatio *in Curia* eſt vacatio *apud Se-
dem*, adeo ut vacent *apud Sedem*, & *in Curia* Be-
neficia illa, quæ reſervantur *in cap.* 2. & *cap. præ-
ſenti, de Præben. in* 6. & è contra vacent *in Curia*,
42 & non *apud Sedem* Beneficia, quæ in Curia reſi-
gnantur, permutantur, vel alio modo eorum vaca-
tio ſuccedit per actum, qui in Curia completur,
Sarnen. ad Regul. de triennal. quæſt. 31. *verſic. Et
ideo pro clariori*, ubi præmiſſa diſtinctione inter pro-
priam, & impropriam vacationem *apud Sedem*, in-
quit, *quod proprie loquendo, omnis vacatio apud
Sedem dici poſſit vacatio in Curia, ſed non è con-
tra.* Sequitur *Covarr. pract. Quæſt. cap* 36. *num.* 4.
verſic. cæterum, Gonzal. ad Regul. 8. *gloſſ.* 13. *num.*
48. *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 74. *Pariſ.
de Reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 14. *num.* 6. *Caſtropal. tom.*
2. *tract.* 13. *de Benefic. diſput.* 2. *punct.* 16. *num.* 2.
Barboſ. de Epiſcop. alleg. 57. *num.* 24. *verſic. an idem
ſit, Corrad. in prax. Benefic. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 59.
Fragoſ. de Regim. Reipubl. tom. 2. *lib.* 3. *diſput* 9.
§. 3. *num.* 96. *Marg. de Benefic. quæſt.* 3 *num.* 265.
Adden. ad Buratt. decis. 340. *num.* 22. *Rot. coram
Puteo decis.* 36. *per tot. lib.* 2. & *in Recent decis* 14.
num. 24. *part.* 12. & *decis.* 599. *num* 7. *part.* 18 &
poſt Novar. in Summ. Bullar. dec. 30. *num.* 8. & *de-
cis.* 31. *num.* 6. & *ſeqq.*

Improprie igitur, & nonniſi lato modo vacatio 43
apud Sedem accipi poteſt pro quacumque vacatione
in Curia, & ſic oſtendi, quod vacatio *apud Sedem*
dicatur non ſolum illa, quæ ſequitur per mortem
naturalem Beneficiati in Curia, ſed generaliter,
quæ ſequitur ex quolibet actu *in Curia* facto: nam
tunc improprie, & lato modo dicuntur Beneficia
apud Sedem vacare, *Sarnen. in dict. Regul. de Trien-
nal. quæſt.* 31. §. *Et ideo, Rota poſt Novar. dict.
decis.* 31. *n.* 8. & *decis.* 599. *n.* 2. & *ſeqq. part.* 18. *Re-
cent.* & ita intelligendi ſunt *Granut. ad Simonet. de
Reſervat. quæſt.* 30. *litt. B. Gambar. de poteſtat. le-
gat. lib.* 3. *num.* 124. *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1.
num. 73. *Fragoſ.* & *Murga ubi ſupra, Rota decis.*
200. & *decis.* 247. *part.* 16. *Recent. cor. Ottobon.
decis.* 122. *num.* 3. & *decis.* 130. *num.* 8. *cor. Benin-
caſ. decis.* 73. *num.* 8. Quemadmodum *Extravag.
ex debito, de Elect. inter Commun.* dum ait, quod
*apud Sedem ipſam vacare intelligantur Beneficia,
quæ &c. per privationem &c. vacare contigerit*, ali-
ter intelligi non debet, quam de vacatione impro-
pria, & lato modo ſumpta. Præterquamquod dicta
Extravagans fuit temporalis, & cum Conditore 44
ſuo expiravit; *Rota poſt Novar. decis.* 30. *num.* 24.
ubi ponderat illa verba — *donec Nos univerſalis Ec-
cleſiæ Regimini præſidere &c.* — & diximus ſupra
num. 28.

Atque ex his ſequitur, quod ſub *Extravag. Ad* 45
regimen, quæ reſervat omnia Beneficia *apud Sedem
Apoſtolicam* quocumque modo vacantia, & vacatu-
ra, comprehendantur, non ſolum ea Beneficia,
quæ vacant per obitum naturalem, ſed etiam ea,
quæ vacant per obitum civilem. Verba enim ejuſ-
dem Conſtitutionis, adeo ampla ſunt, & effrena-
ta, ut ex propria earum indole apta ſint ad omnem
vacandi modum referri, *Rota coram Comitul. decis.*
42. *num.* 16. & 17. & *coram Penia decis.* 1321. *ſub
num.* 20. & 21. & *decis.* 1461. *num.* 3. & 4 & *coram
Benincaſ. dict. decis.* 73. *num.* 1. & *ſeqq.* ubi perpen-
duntur verba illa *Extravag.* — *quocumque modo va-
catura* — & ſubditur, quod licet multi firment vaca-
tionem *apud Sedem* eſſe unice verificabilem in caſu
obitus naturalis tantum, non autem civilis, nihilo-
minus cum nec deeſſent, qui autumabant; om-
nem alium vacandi modum amplecti, hoc unum
certum viſum fuit PP. quod improprie, & largo 46
modo, loquendo, diſſimile non ſit, vacare *in Curia*,
& *apud Sedem*, ita ut utraque vacatio pro ſynonima
haberi debeat, & ſub ampla dictæ *Extravagantis*
diſpoſitione comprehendi. Attenta præſertim obſer-
vantia Cancellariæ, quæ ubi agitur de Proviſione
Beneficiorum vacantium juxta Decretum, per Re-
ſignationem, contractum Matrimonii in Urbe ſe-
quuti &c. Litteras Apoſtolicas non ex alio capite
expediri permittit, quam cum expreſſione *vacationis* 47
apud Sedem.

Ex his autem colligitur, quod duplici modo di-
cuntur Beneficia vacare *in Curia*; Primo per obitum 48
naturalem Beneficiati, quæ eſt propria vacatio
apud Sedem, ut pluries diximus. Secundo per ejuſ-
dem obitum civilem, ſeu fictum, apud eamdem
Curiam; & hoc modo dicuntur vacare *in Curia* Be- 49
neficia, quæ inibi permutantur, & reſignantur in ma-
nibus

Digitized by Google

nibus Papæ, etiam per Procuratorem alibi conſtitu-
tum, *Ancaran. in cap. 2. de Præbend. in 6. Franc. in
Cap. Præſenti, ſub num. 4. eod. tit. Gomeſ. ad Regul.
de triennal. quæſt. 31. verſic. & ideo pro clariori,
circa med. Simonet. de Reſervat. quæſt. 28. per tot.
Garc. part. 5. cap. 1. num. 73. & ſeqq. Gonzal. ad
Regul. 8. gloſſ. 13. à num.42. Paſſerin. in cap. 2. num.
6. de Præbend. in 6. Lotter. lib. 2. quæſt. 27. num.
33. Pariſ. de Reſignat. lib. 1. quæſt. 4. num. 50. &
ſeqq. & lib. 9. quæſtion. 14. num. 1. & ſeqq. Barboſ.
de Epiſcop. part. 3. allegat. 57. num. 22. Murga de
Benefic. quæſt. 3. num. 262. Ventrigl. in prax. tom.
2. annot. 2. §. 1. num. 10. Piring. in jus Canon. tom.
1. tit. de Renunciat. num. 75. & tom. 3. tit. de
Præbend. n. 360. Roſa de Executor. in addit. ad cap.*
50 *6. nu. 176.* qui omnes concludunt, quod Beneficia
taliter vacantia non dicuntur vacare *apud Sedem*,
nec ſunt reſervata reſervatione clauſa *in corpore ju-
ris* ad tramites *Text. in cap. 2. de Præbend. in 6.
Rota cor. Verall. deciſ. 325. lib. 3. & deciſ. 28. num.
2. & deciſ. 126. num. 8. part. 5. Recent. cor. Ottho-
bon. deciſ. 122. num. 3. & deciſ. 130. num. 8. cor.
Benincaſ. deciſ. 16. num. 7 & ſeqq. & nu. 11. & 12.
& deciſ. 73. num. 5.* ut latius infra dicemus.

Idque ampliatur, ut acceptata Beneficii Reſigna-
51 tione per Papam, cenſeatur illud vacare *in Curia*,
tametſi ob ſequutam mortem Reſignatarii, Reſigna-
tio ſuum ſortiri non valuerit effectum, *Pegas de
Competent. par. 2. cap. 66. §. unic. num. 9. & ſeqq.*
52 ubi etiam, quod vacant in *Curia* Beneficia, quæ va-
cant ob non publicationem Reſignationis juxta for-
mam Gregorianæ Conſtitutionis, *Ventrigl. ubi ſu-
pra num.* 10.

Eodem modo dicuntur vacare *in Curia* Benefi-
53 cia, quæ vacant ex Decreto *de dimittendo*, & per
aſſequutionem aliorum incompatibilium, *Ventrigl.
in prax. tom. 2. annot. 2. §. 1. num. 10. in fin. Lot-
ter. de re Benefic. dicta quæſt. 27. num. 36. Murga
de Benefic. cap. 2. num. 263. in fin. Germon. de Indult.
§. Per quæ ſublatis, num.* 34. Maxime ſi Decretum
ita ſit conceptum, quod Beneficia *vacent eo ipſo*,
54 *ita ut nemo alius præter Romanum Pontificem de
illis diſponere poſſit &c.* Cujus ſane Decreti vigore
ligantur manus Inferiorum, ita ut nequeant Benefi-
cia præfata conferre, *Rot. dec. 247. part. 16. Re-
cent.* & late *in Lauden. Vicariæ deciſ. 211. & 227.
coram clar. mem. Card. Caprara*, ubi quod ex hu-
juſmodi Decreto ita excluditur quivis alius Colla-
55 tor, ut neque ſi agatur de Vicaria perpetua unita
alicui Monaſterio, poſſet Abbas ad illam nominare,
licet jus nominandi ei competeret vigore Conſtitu-
tionis S. Pii V. *la* 47. quæ derogat quibuſcumque
Reſervationibus; quia non intelligitur derogaſſe
Reſervationi ſpeciali, quam inducit dictum Decre-
tum, ſed ſolum Reſervationibus generalibus, *& in
Valentina Vicariæ 7. Junii 1694. §. finali coram
Urſino, & in Mediolanen. Vicariæ 1. Julii 1686. §.
Juſtificatio, coram Albergato.*

Inſuper Beneficia, quæ vacant per Promotio-
56 nem, non alibi, quam in Curia vacare, ſi Papa
præventive eorum retentionem non indulgeat, cen-
ſuit *Rot. deciſ. 30. num. 11. poſt Novar. in Summ.
Bullar.* Quemadmodum & *in Curia* eadem Benefi-
cia vacare, etiamſi Papa vacationis Decretum non
apponeret, ſed eorum retentionem Promoto conce-
deret, quamplurimi *Doctores* exiſtimarunt, ita qui-
dem ut illorum diſpoſitio ad Sedem Apoſtolicam
ſpectaret vigore Reſervationis inſurgentis ex vaca-
57 tione apud Sedem. Sed à temporibus ſa. me. Cle-
mentis X. in Decreto retentionis Beneficiorum, quæ
Promotis ad Eccleſias Epiſcopales, vel ad Monaſte-
ria indulgetur, expreſſe dicitur, quod Beneficia
Promoti vacent *eo ipſo*, & ſic *in Curia*, ſuſpenſo 58
tantum vacationis effectu uſque ad obitum ejuſdem
Promoti, ut dicemus *in §. VII. hujus Regulæ*, ubi
etiam quod hujuſmodi Decretum apponitur in re-
tentione Beneficiorum, quæ Promotis ad Eccleſias 59
Epiſcopales Germaniæ indulgetur.

Præterea vacant *in Curia* ea Beneficia, quæ va-
cant per Matrimonium in Curia contractum, *Anca-* 60
*ran. in Cap. Præſenti num. 3. verſic. vel ibi Uxorem
ducat, de Præbend. in 6. Rota dec. 599. num. 3 part.
18. tom. 2. Rec. & in Leodien. Beneficii coram Be-
nincaſ. deciſ. 16. & 73.* Quemadmodum Beneficia
vacantia per Profeſſionem in Curia emiſſam, in ea 61
vacare dicuntur, cum Profeſſio morti æquiparetur,
*Nicol. Inſtit. Canonic. lib. 3. tit. 5. de Præbend. nu. 7.
verſ. immo etiam.*

Dicuntur pariter vacare *in Curia* Beneficia, de
quibus fuit quis privatus per Sententiam in Curia 62
latam, & ſive Beneficiatus præſens in eadem Curia
fuerit, ſive abſens, quia Beneficium cenſetur vacare
in loco, ubi lata fuit Sententia privationis, non autem
ubi adeſt Perſona, *Franch. in Cap. Præſenti §. Sane,
num. 4. de Præbend. in 6. Abb. in cap. Ad petitio-
nem in 3. notabili, & ibi Felin. num. 2. de Accu-
ſat. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloſſ. 13. num.
45. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. num. 73. & ſeqq.
Kochier. ad Regul. de Annali. ſub num. 13. Paſſe-
rin. in dict. cap. 2. num. 7. verſic. unde ſi quis ab-
ſens, de Præbend. in 6. Lotter. lib. 2. quæſt. 27. n.
30. & 31. Pariſ. de Reſignat. lib. 1. quæſt. 4. num. 54.
Germon. de Indult. Card. §. Si vero illa nu. 5. Gam-
bar. de Offic. legat. lib. 3. nu. 124. & ſeqq. Granucc.
ad Simonett. quæſt. 20. lit. B. Barboſ. de Epiſcop.
part. 3. allegat. 57. num. 24. Ventrigl. in prax. tom.
2. annot. 2. §. 1. num. 8. Murga de Benefic. quæſt.
3 num. 263. Roſa de Executor. in addit. ad cap. 6.
num. 176. & 181. Rot. cor. Verall. deciſ. 64. num. 1.
& 2. part. 1. & deciſ. 327. per tot. lib. 3. & in Leo-
dien. Beneficii coram Benincaſ. deciſ. 16. §. Quæ for-
tius*, ubi non obſtantibus Concordatis Germaniæ, *&
deciſ. 599 part. 18. tom. 2. Recent.*

Quod tamen intelligitur de vacatione Beneficii
reſultante ex actu poſitivo, nempe Criminis com- 63
miſſi &c. tunc enim attenditur locus Sententiæ; Se-
cus vero in vacatione, quæ reſultat ex actu nega-
tivo, veluti non reſidentiæ, non ſolutionis penſio-
nis, non promotionis &c. nam tali caſu attenditur
locus, ubi eſt Perſona, contra quem fertur Senten-
tia, *Rot. dec. 506. par. 14. & dec. 117. à num. 23.
part. 15. Recent.* in quibus tamen Deciſionibus nil
firmatur, ſed id deducitur in forma diſcurſus ex
mente unius *ex Dominis*, ut advertit *Card. de Luc.
de Benefic. diſcurſ. 77. in fine.*

Item locum ſibi vindicat, quando Sententia in- 64
ducit privationem Beneficii directe, ſecus ſi in con-
ſequentiam, ut ſi quis damnetur ad perpetuum Car-
cerem; non enim dici poſſet hoc caſu Beneficium va-
care in Curia, licet ex tali Sententia mors civilis in-
ducatur, ut dixit *Bald. in leg. ſi quis ff. de Teſtam.
Tutel.* Cujus tamen dictum ita intelligendum eſt, 65
ut procedat, quando circa privationem Beneficii
neceſſarius eſſet alius, & novus Proceſſus, nam
alias ſi Sententia induceret privationem ipſo jure, tunc
Beneficium diceretur, licet in conſequentiam, &
indirecte, vacare in Curia, *Franch. in Cap. Præſenti
§. ſane, ſub nu. 4. de Præbend.* ubi etiam ponit alios
modos vacandi in Curia.

De iis, qui in Hæreſim prolapſi ſunt, fuit quoque
dubitatum, an eorum Beneficia dicantur vacare 66
in Curia, ubi fuit exaratus Proceſſus, & lata Sen-
tentia declaratoria Hæreſis, vel potius in partibus,
ubi fuit commiſſum delictum? *Rot. deciſ. 777 part. 3.*

diverſ.

diverſ. nihil concluſit, quia vota fuerunt varia, &
caſus exemplaria. Sed in *deciſ.* 728. eadem *part.* 3.
ſuit unanimiter reſolutum, vacare in partibus, ubi
67 fuit commiſſum delictum, ea ratione, quia Hæreti-
corum Beneficia vacant ipſo jure, & quidem in
eodem inſtanti lapſus in Hæreſim, *ad Text. in cap.
Ut commiſſi §. privandi, de Hæretic. in* 6. quem
late explicat *Farinacc. de Hæreſ. Quæſtion.* 189.
§. 4. *Fagnan. in cap. Ad abolendam num.* 48. *&
ſeqq. de Hæretic.* ubi adducit *Text. in cap.* 1. *de Pa-
roch.* ad quem, ait, neminem advertiſſe, *Barboſ.
de poteſtat. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 57. *num.* 37. *&*
38. *Lotter. de re Beneficiar. lib.* 3. *Quæſt.* 28. *num.*
20. *& ſeqq.* ubi etiam quod ceſſat hodie omnis am-
bigendi ratio ſtante Conſtitutione Pauli IV. quam
refert *num.* 37. *Card. de Albit. de inconſt. in fide
cap.* 20. *num.* 9. *& ſeqq. Ricciul. de jure Perſonar.
lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 9. *&* 14. *Gonzal. ad Regul.* 8.
§. 15. *num.* 63. *& ſeqq.* cum aliis penes *Rot. deciſ.*
707. *num.* 2. *& ſeqq. & deciſ.* 728. *part.* 3. *diverſ.
deciſ.* 178. *num.* 6. *& ſeq. & deciſ.* 252. *num.* 5. *&* 6.
cor. Merlin. & deciſ. 436. *num.* 5. *cor. clar. mem.
Card. Caprara.* Et confert formula Sententiæ latæ
à Pio IV. contra *Odettum Cardinalem Caſtillioneum*
in Hæreſim miſerabiliter prolapſum, de qua in Con-
ſtitutione ejuſdem *Pontificis* 66. & apud *Reding. in
Hiſtor. Concil. Trident. tom.* 2. *pag. mihi* 423.

Ita quidem ut ante Sentetiam declaratoriam
68 poſſint Hæreticorum Beneficia impetrari, cum Sen-
tentia præfata non operetur privationem, ſed tan-
tum declaret illam eſſe incurſam ipſo jure, *Fagnan.
in cap. Ad abolendam num.* 42. *Murg. de Benefic.
quæſt.* 3. *num.* 283. *Garz. eod. tract. part.* 5. *cap.* 1.
nu. 80. *Sanchez. ad præcept. Decalog. lib.* 2. *cap.* 26.
nu. 12. *Lotter. ubi ſupra n.* 37. *Santarell. de Hæreſ.
cap.* 33. *dub. unic. num.* 8. *Rot. deciſ.* 506. *in fin. part.*
14. *& deciſ.* 117. *num.* 32. *& ſeq. part.* 15. *Recent.
& deciſ.* 436. *num.* 7. *cor. clar. mem. Card. Caprara.*
69 Quinimo nec neceſſarium eſt, quod in Sententia
declaratoria dicatur, Hæreticum eſſe privatum Be-
neficiis, ſed exuberat, quod Judex pronunciet ali-
quem eſſe hæreticum, ut per *Text. in leg.* 1. *ff. ad
S.C. Turpillian.* expreſſe firmant *Ancaran. in cap.
Ut commiſſi num.* 4. *de Hæretic. Farinacc. de Hæ-
reſ. quæſt.* 189. *§.* 6. *num.* 77. *Rot. deciſ.* 728. *part.* 3.
diverſ. & cor. Merlin. deciſ. 178. *num.* 8. ubi, quod
Judex pronunciando aliquem eſſe Hæreticum, ſta-
tim etiam declarat, illum ipſo jure quibuſcumque
Beneficiis remanſiſſe privatum, *& deciſ.* 252. *n.* 4.
& ſeqq. Proindeque, ſi Beneficia Hæreticorum va-
cant ipſo jure à die incurſus in Hæreſim, & qui-
dem ante Sententiam declaratoriam, in qua nec
neceſſe eſt, quod de Beneficiorum privatione ulla
mentio fiat, in neceſſarium emergit conſequens,
quod non alibi eorum vacatio ſequuta dici poteſt,
niſi in partibus illis, in quibus Hæreſis incurſa fuit.

Et quamvis Hæreticorum Beneficia ſint Sanctæ
70 Sedi reſervata, ita ut nullus alius præter Romanum
Pontificem de illis diſponere poſſit, ex Conſtitutio-
ne 29. S. Pii V. de qua *Lotter. de re Beneficiar. lib.*
3. *quæſt.* 28. *num.* 57. *Farinacc. de Hæreſ. quæſt.*
183. *§.* 6. *ſub num.* 69. *Card. Albit. de inconſt. in fid.
cap.* 20. *num.* 20. *Formoſin. de Confiſc. Bonor. alleg.*
48. *nu.* 16. *&* 25. *Murg. de Benefic. dict. quæſt.* 3. *n.*
281. *Rot. deciſ.* 436. *n.* 2. *cor. cla. mem. Card. Capra-
ra*; Attamen non inde inferri poteſt, quod vacent in
Curia, oiſi latiſſimo, impropriòque modo, ut mox
dicemus; qui ſane improprius vacandi modus in Cu-
ria, non præſefert favore Pontificis eam diſponendi
facultatem de Beneficio, quæ deſcendit ex vacatio-
ne in Curia per obitum naturalem, aut civilem Be-
neficiati.

Cæterum omittendum non eſt, quod etiam Bene-
ficia juriſpatronatus laicalis, quæ obtinebat Hæreti-
cus, ſpectant ad Pontificis collationem, quando 71
Patronus, intra legitima tempora Perſonas idoneas
non præſentavit, *Zerol. in prax. verb. Beneficium
part.* 2. *§.* 16. ſubdens, quod ſi ille, qui in Hæreſim
incidit ſit Beneficiatus ſimul, & Patronus, ceſſat
juſpatronatus, & Beneficium efficitur liberum, &
poſt primam Pontificis collationem poteſt, ſi Reſer-
vationibus obnoxium non ſit, ab Ordinario con-
ferri; ſequitur *Pax Jord. Var. lucubr. to.* 2. *lib.* 10.
tit. 1. *num.* 32.

An autem Reſervatio ex capite Hæreſis locum
habeat in Beneficiis Germaniæ, conſule *Branden.* 72
in Concordat. quæſt. 10. *Kochier. in Regul.* 1. *caſu*
25. *& in Regul.* 8. *gloſſ.* 7. *caſu* 18.

Ultra ſupradictas duas ſpecies vacationis Benefi-
ciorum *in Curia*, ſcilicet per obitum naturalem, &
civilem Beneficiati, ſunt qui autumant, vacare e-
tiam in Curia Beneficia omnia per Cancellariæ Re- 73
gulas, aliaſque Pontificias Conſtitutiones reſervata,
tametſi vacatio, nec naturaliter, nec civiliter ſe-
quatur in Curia, ut primus omnium cenſuit *Calde-
rin. conſil.* 9. *in fine verſic. item non dubium, Simo-
nett. de Reſervat. quæſt.* 3. *num.* 4. *Gonzal. in Regul.*
8. *gloſſ.* 13. *n.* 46. *& ſeq. Germon. de Indult. Card. §.
Severo, num.* 4. *&* 7. *cum ſeqq.*

Verum aſſertio hujuſmodi ſolum verificari poteſt
reſpectu Beneficiorum, quæ vacant per mortem eo-
rum, qui ita addicti ſunt Romanæ Curiæ, tamquam
partes illius, ut propterea non liceat eis à prædi- 74
cta Curia abſque ſpeciali licentia Papæ recedere, ut
ſunt *Cardinales, Vicecancellarius, Camerarius, Pæ-
nitentiarius, Notarii Sedis Apoſtolicæ &c.* cæteri-
que Papæ Officiales, & Commenſales: iſti enim
ratione ſpecialiſſimi nexus, quem habent cum Cu-
ria, ubicumque ſunt, ſemper in Curia adeſſe in-
telliguntur; & proinde ubicumque decedant, in
Curia mori, & illorum Beneficia vacare in Curia in-
telligimus, ut apte probatur per *Extravag. Ex de-
bito, §. hujuſmodi autem, de elect.* Sed reſpectu Be-
neficiorum, quæ obtinent ii, qui nullum habent ne-
xum cum Curia, verificari nequit aſſertio, quod
etſi extra Curiam vacent, ſi alicui Reſervationi ob-
noxia ſint, vacare dicantur in Curia, cum longe di-
verſum ſit, Beneficium eſſe Reſervatum, & vacare
in Curia, ſolumque Beneficia Reſervata dici poſſunt
vacare *in Curia* latiſſimo, impropriòque modo, ratio-
ne videlicet eorum diſpoſitionis pertinentis ad Cu-
riam ob Reſervationem, quam infixam habent,
ut eleganter explicat *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.*
27. *n.* 84. *& ſeqq. Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1.
n. 88. *Monet. de Option. cap.* 3. *num.* 17. *& ſeqq.
Ventrigl. in prax. part.* 2. *annot.* 2. *n.* 1.

His ſuppoſitis: Quæro in terminis Indultorum,
quæ ſolent Cardinalibus concedi, quæque iis facul- 75
tatem tribuunt conferendi Beneficia *extra Roma-
nam Curiam vacantia*, excludendo per conſequens
Beneficia, quæ vacant *in Curia*, *Rota coram Duno-
zet. deciſ.* 848. *num.* 12. *& ſeq deciſ.* 599. *n.* 12. *&*
13. *part.* 19. *Recent.* an, & de qua vacatione *in Cu-
ria* excluſio præfata intelligi debeat? Et quidem
certum eſt, non poſſe intelligi de Beneficiis reſer-
vatis; hæc enim, ut diximus, improprie, & lato modo
vacare dicuntur *in Curia*; proindeque ſub Indulto
utique comprehenduntur: Difficultas igitur in eo
reſidet, an cenſeantur excluſa non ſolum Beneficia, 6
quæ vacant per obitum naturalem *in Curia*, quæ
eſt propria vacatio *apud Sedem*, & unica reſerva-
tio in corpore Juris clauſa, ſed etiam, quæ va-
cant per *Promotionem*, *Renunciationem*, *Privatio-
nem*, aut alio modo expreſſo in ſupra recenſito

ſecundo

ſecundo diſtinctionis capite: Et in hoc puncto *Rota in Mediolanen. Beneficiarum* 13. *Martii* 1673. *coram Albergata* impreſſa penes *Novarium in Summ. Bullar. deciſ.* 30. cenſuit, in Indulto excipi ſolum vacationem *in Curia*, & *apud Sedem* proprie ſumptam, quæ ſcilicet evenit per obitum naturalem Beneficiati, non autem excipi Beneficia, quæ improprie, & ad effectum duntaxat ſuperinductæ re-
77 ſervationis in *Extravag. ad Regimen*, vacare *in Curia* dicuntur; eaque redditur ratio, quia non omnia Beneficia Papæ reſervata, quæ per Analogiam *in Curia* vacare cenſentur, eo quod nullus præter ipſum de illis, reſervatione durante, diſponere poſſit, proprio, rectoque ſermone dicuntur *apud Sedem* vacare. Quamvis enim omnia Beneficia, quæ vacant *apud Sedem*, proprie vacent *in Curia*, non tamen id procedit a contrario ſenſu, ut ſupra *num* 38. dictum eſt. Proindeque exceptio Beneficiorum in Curia vacantium, quæ in Indulto continetur, ut minus præjudicialis ſit Cardinalibus, quorum favore Indultum ipſum late contra concedentem recipit interpretationem, intelligenda non eſt niſi de vacatione, quæ proprie ſequitur *apud Sedem* per obitum Beneficiati, non autem de impropria, reſultante ex promotione, Renunciatione &c. *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 13. *num.* 60. 61. & 79. qui teſtatur de obſervantia, & communi uſu loquendi; Alioquin ſi omnia Beneficia quæ improprie, & civiliter vacant *in Curia* excludi deberent ab Indulto, iſtud inutile prorſus, & inane remaneret, cum Beneficia quocumque modo reſervata, dicantur etiam vacare *in Curia*, ſequitur *Ludovic. Engel. in Colleg. jur. Canonic. lib.* 3. *tit.* 5. *de Præbend. ſub n.* 9. ibi – *Quod eſt advertendum circa Indulta conferendi Beneficia reſervata, quibus ſolet inſeri clauſula* extra Curiam vacantia, *quam clauſulam tantum excludere vacationem per d. cap.* 2. *teſtatur Gonzalez* – *Rota in Neapolitana Beneficiorum* 29. *Januarii*, & 26. *Novemb.* 1683. *utrobique*
78 §. *finali coram Albergata*, ubi, quod Cardinalis Indultarius poteſt conferre Beneficia affecta propter appoſitionem manus Papæ ex cauſa Reſignationis, quia hujuſmodi affectio non inducit reſervationem *clauſam in corpore Juris*, *Capon. diſcept.* 10. & bene conferunt firmata per *Rotam in Ebredunen. Prioratus* poſt eumdem *Novar deciſ.* 31. ubi in
79 terminis Indulti conceſſi Legato Avenionenſi, in quo excipiuntur Beneficia vacantia *apud Sedem*, intellexit, ea tantum Beneficia eſſe excepta, quæ per obitum naturalem vacant *in Curia*, juxta terminos Textuum *in cap.* 2. & *cap. Præſenti*, *de Præbend. in* 6.
80 Verum ſupradicta Deciſio *Mediolanen.* cum aliis allegatis Auctoritatibus, confundendo vacationem *in Curia*, & vacationem *apud Sedem*, præſupponunt Beneficia vacare improprie *in Curia* per *Promotionem*, *Renunciationem* &c. & quod proprie dicantur vacare *in Curia*, quando vacant *apud Sedem* per obitum naturalem: & tamen, ut præmiſimus, vacatio *in Curia*, & *apud Sedem* diffe-
81 runt inter ſe tanquam genus, & ſpecies, eodem modo quo dicitur de Adoptione; nam ſicuti Adoptio eſt nomen generale, quod continet ſub ſe *Arrogationem*, quæ fit de iis, qui ſunt ſui juris, & *Adoptionem*, quæ fit de filiis familias: ita vacatio *in Curia* eſt nomen generale, quod continet ſub ſe duas ſpecies, ideſt vacationem per obitum *apud Sedem*, quæ eſt vacatio *in Curia*, & vacationem, quæ provenit ex facto Papæ, ſicuti eſt vacatio per Promotionem; nam Papa dum promovet Epiſcopum in Curia, inducit vacationem Beneficiorum tunc temporis per eum obtentorum, quæ proinde vacant *in Curia*. Similiter cum quis reſignat Beneficium, & Papa admittit Reſignationem, tunc Beneficium vacat ex facto Papæ, ac proinde *in Curia*. Idem quando Beneficium vacat per tranſlationem factam in Curia, vel ex Decreto de *dimittendo*: his enim caſibus ipſa Papa eſt, qui facit Beneficium vacare, & propterea his modis Beneficia dicuntur vacare *in Curia*, quia vacant ex facto Papæ, nam *ubi eſt Papa, ibi eſt Curia*; & hæc eſt una ſpecies proprie ſumpta va-
cationis *in Curia*, & ſicuti vacatio *apud Sedem*, ſe- 82
cundum ſui proprietatem eſt ſpecies vacationis *in Curia*, ita & vacatio ex facto Papæ; quia ſpecies proprie ineſt generi; unde omnis vacatio *apud Sedem* eſt vacatio *in Curia*, ſed non omnis vacatio *in Curia* dicitur vacatio *apud Sedem*, *Gonzal. gloſſ.* 13. *numer.* 49. ubi allegat alios. Et ex his patet,
vacationem inductam à Papa ex promotione facta 83
in Conſiſtorio, eſſe vere, & proprie vacationem *in Curia*, quamvis non ſit vacatio *apud Sedem*, quia Epiſcopus mortuus eſt extra *Curiam*. Alia vero Beneficia reſervata, vel ratione menſium, vel per *Extravag. ad Regimen*, quæ non vacant ex facto Papæ, dicuntur vacare *extra Curiam*, & ideo ſunt comprehenſa in Indulto, ut recedendo a deciſis in dicta *Mediolanen. Beneficiarum*, ratiocinatur *Rota deciſ.* 599. *par.* 18. *Recen.* & de Vacationibus per promotionem, *coram clar. mem. Cardin. Caprara deciſion.* 673. *tom.* 2.

Gonzalez vero in contrarium allegatus, quam-
vis dicat, verba *extra Curiam Romanam*, appoſita 84
in Indultis Cardinalium, intelligi de vacatione *apud Sedem*, ut obſervantia, experientia, & uſus loquendi docent: tamen infra *num.* 65. ſe declarat, & ait, verba *extra Romanam Curiam*, non comprehendere reſervationes, de quibus egit ſupra in 3. 4. 5. & 6. *Caſibus*. Tertius autem caſus, de quo egit *num.* 42. eſt de Beneficiis, quæ reſignantur in manibus Papæ, quæ, ut ipſe ait, dicuntur vacare in *Romana Curia*, & ſic in dicto tertio caſu conſentit nobiſcum, allegando *gloſſ.* notabilem *in Clementina prima*, *in Verb. Collatio*, *ut lit. pend.* & quam plures DD. ſequuntur. Quartus caſus, quem retulit *n.* 45. eſt de vacatione Beneficii per privationem factam in Urbe: ait enim, etiam hoc caſu Beneficium vacare *in Curia*, & ſic in reliquis.

Minus relevat abſurdum in prima *Deciſione* ponderatum, quod ſi Beneficia vacantia *in Curia* intelligerentur in genere de omnibus quoquomodo reſervatis, Indulta Cardinalium eſſent inania, cum omnia Beneficia reſervata dicantur vacare in Curia. Ete-
nim præſuppoſita diſtinctione ſupra expoſita, quod 85
Beneficia triplici modo vacare cenſentur *in Curia*; per obitum naturalem, per obitum civilem, nempe Privationem, Promotionem, Renunciationem &c. & demum ex quo ſint quovis modo reſervata, quamvis vacatio, nec naturaliter, nec civiliter ſequatur in Curia; hac, inquam, diſtinctione ſuppoſita, non dicimus, quod ſub nomine vacationis *in Curia* comprehendantur Beneficia quocumque modo reſervata ſub acceptione impropria, ac tertio modo ſumpta, ſed loquimur de Beneficiis vacantibus primo, & ſecundo modo, quæ ſcilicet, ſive per mortem naturalem ſive civilem Poſſeſſorum vere vacant *in Curia*. *Lotter. dicta quæſt.* 27. *nu.* 93. *Verall. part.* 3. *deciſ.* 325. & ideo Indulta non ſunt inu-
tilia, ſed plurimum operantur, dum excepta reſer- 86
vatione ratione *loci*, nempe *in Curia*, reliquas omnes Reſervationes, quæ plurimæ ſunt, comprehendunt, *Germon. de Indult. Card.* §. *ſi vera*, *n.* 11. *Rota dicta deciſ.* 599. *num.* 14. *parte* 18.

Quinimo, data reſtrictione vacationis *in Curia*
ad Beneficia, quæ proprie vacant *apud Sedem*, plu- 87
ra ſequerentur abſurda. Poſſent enim Cardinales

vigore

vigore Indulti providere Beneficia vacantia per li-
beram Reſignationem in manibus Papæ, expletam
per Privationem vigore Sententiæ latæ in Urbe,
per Aſſecutionem alterius Beneficii incompatibilis
vigore Decreti a Pontifice apponi ſoliti in illius
proviſione; & generaliter omnia & quæcumque
Beneficia quomodolibet reſervata, excepta unica re-
ſervatione clauſa in corpore Juris, ratione vacatio-
nis apud Sedem, & nihilominus Dataria ſemper
contulit Beneficia ſic vacantia, privative ad Cardi-
nales, nec aliquis unquam conqueſtus eſt, ut de
hac obſervantia teſtatur *Rot. dict. deciſ. 599 part. 18.
Recent.*

Cæterum ad effectum, ut Beneficium dicatur va-
care *apud Sedem*, per obitum naturalem, vel *in Cu-
ria*, per obitum civilem, non eſt neceſſe, quod Be-
88 neficiatus ſit Curialis, vel ratione Curiæ in Urbe
moretur, ut voluit *Rota in deciſ. 31. n. 5. poſt No-
var. & deciſ. 599. n. 16. part. 18. Recent.* ſed indiſ-
ferenter dicitur vacare *apud Sedem*, & *in Curia*,
ſive Beneficiatus ſit Curialis, ſive non. *Textus* enim
in cap. 2. de Præbend. in 6. loquitur indiſtincte, con-
ſiderando quidem obitum *in Curia*, & locum ipſius
Curiæ, nulla tamen habita ratione Curialitatis, quæ
89 ſolum requiritur in Beneficiis Urbis, ut infra dice-
mus, & non in exteris, *Barboſ. in cap. Præſenti n. 3.
ad med. de Præben. in 6. & de jur. Eccleſ. univerſ.
lib. 3. cap. 13. n. 23. Ventrigl. in Prax. tom. 2. an-
not. 2. §. 1. n. 15.* late *Rota dec. 28. per tot. & dec. 150.
n. 14. part. 6. deciſ. 174. n. 4. & ſeqq. part. 12. Rec.
& cor. Benincaſ. deciſ. 16. n. 7. & 8.*

Rurſus dicitur Beneficium vacare *in Curia*, &
90 *apud Sedem*, nedum quando Beneficiatus moritur in
ipſa *Curia*, ſed etiam ſi moriatur in acceſſu, vel
receſſu intra duas dietas, ut diſponitur *in d. cap.
Præſenti 34. de Præben. in 6.* & in *Extrav. ad Regi-
men, verſ. nec non quorumlibet, Murg. de Benefic.*
91 *cap. 3. num. 261.* & datur in proviſione Beneficii
reſervatio *apud Sedem*, cum expreſſione loci, ubi
deceſſit Beneficiatus; dicitur enim – *Nuper apud
Sedem Apoſtolicam, videlicet in Civitate Præneſti-
na defuncti*, ut ſervatum fuit in Cappellania San-
92 cti Celſi Urbis, collata *Petro Maſſarino* anno 1671.
& in hoc pariter non eſt facienda differentia, num
perſonæ recedentes à Curia, vel ad eam acceden-
tes, ſint Curiales, vel ne, vel an acceſſerint ad
Urbem pro negociis Curialibus, vel non, ut *in
dicta deciſ. 150.* & Nos fuſius *in Comment. in §. V.*
93 *hujus Regulæ*: Idque procedit non ſolum in obitu
naturali, ſed etiam Civili, ut ſi quis in loco Cu-
riæ vicino renunciaret Beneficio, aut Uxorem du-
ceret, &c. nam cum diſpoſitio laudati *cap. Præſenti*,
ſit declaratoria *cap. 2. de Præbend. in 6.* licet loqua-
tur de morte, extenditur etiam ad Beneficia va-
cantia per mortem civilem, aut alium modum fi-
ctum. *Ancaran. ibid. in fin. Nicol. Inſtit. Canon.
lib. 3. tit. de Præben. n. 7.*

Item Beneficia, quæ prius in Curia vacarunt, ſi
94 conferantur abſentibus, qui antequam conſentiant,
moriantur, dicuntur adhuc vacare *in Curia*, cum
tunc duret prima vacatio; licet aliter dicendum ſit,
ſi moriantur poſtquam conſenſerint, etiam ante-
quam poſſeſſionem adepti fuerint: Per conſenſum
enim proviſioni Beneficii præſtitum, Beneficium
efficitur *ſuum*, unde per obitum proviſi nova indu-
citur vacatio, *Franc. in cap. Præſenti, §. ſane, verſ.
6. de Præbend. in 6.*

Similiter ſub hujuſmodi reſervatione propter va-
cationem *in Curia* comprehenduntur Beneficia va-
95 cantia, tam ubi adeſt Audientia, & Cancellaria ſine
Papa, quam ubi eſt Papa, ſi alio ſe transferret.
Conſueverunt enim Pontifices, quando ex cauſa pu-
blici Boni ab Urbe receſſerunt, Curiam, ac Cau- 96
ſarum, Litterarumque Apoſtolicarum Audientiam
in ipſa Urbe relinquere. Sic ſemel, atque iterum
ſervavit Pius II. quando ad Concilium Mantuanum,
& poſtmodum ad Bellum Sacrum profectus eſt, ut
in ejus *Comment. impreſſ. ann. 1614. lib. 2. pag. 37.
& lib. 12. pag. 341. Card. Papien. in ſuis Commen-
tar. lib. 1. pag. 362. verſ. Curiam vero Romanam, Alter.
de Cenſur. diſput. 9. lib. 5. cap. 3. Hæc autem Curia,
in fin.* Clemens quoque VII. ab Urbe diſceſſurus,
Curiam Romæ reliquit, conſtituitque in ea Car-
dinalem Legatum, cui inter cæteras facultates con-
ceſſit, *etiam in ipſa Urbe* (ſunt illius verba) *quam-
diu abſentes fuerimus, in quoſcumque Curiales, &
ipſam Curiam ſequentes, ſeu Cortiſanos, & Officiales
quoſcumque ipſius Curiæ noſtræ, & ipſorum Officialium
præſidentes &c. omnimodam Juriſdictionem exercen-
di, & Officiis ſuis privandi &c.* ut in Bullar. ve-
ter. *Conſtit. 23. Clementis VII.* quæ Conſtitutio
aperte oſtendit, Papa recedente, remanſiſſe in Ur-
be Officiales, Curiales, & Romanam Curiam ſe-
quentes, nam omnes ii, qui manebant in Urbe
in Curialitatis exercitio, Romanam Curiam ſequi
dicebantur. Id ipſum laudatus Pontifex confirma-
vit, cum anno 1553. *Maſſiliam* periiſſet, *Spondan.
ad annum* 1529. numer. 5. Quod & ſervatum fuit
tam à Paulo III. ut in ejus *Conſtit. 16.* quam a Cle-
mente VIII. ut in *Conſtit. 54.* & demum noſtris hiſ-
ce temporibus à ſan. me. Benedicto XIII. dum Bene-
ventum petiit. Eſſent proinde reſervata Beneficia
tam illorum, qui decederent in Urbe, quam eo- 97
rum, qui Papam alio commigrantem ſuiſſent ſecuti;
nam omnia æque cenſerentur vacare in Curia, ut
declararunt Paulus III. & Clemens VIII. in mox
laudatis eorum Conſtitutionibus, & notant *Garc.* 98
*de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 395. & ſeqq. Gonzal. ad
Regul. 8. gloſſ. 51. n. 88. Paſſerin. in cap. Præſenti,
num. 19. & ſeqq. de Præben. in 6. Alter. loco cit.
Barboſ. de Epiſcop. part. 3. allegat. 57. num. 128.
Caſtropal. oper. mor. tom. 2. tract. 13. diſp. 2. punct.
21. ſub num. 1. Fragoſ. de Regim. Reipub. Chriſt.
tom. 2. lib. 3. diſput. 9. §. 3. nu. 94. Pirhing. in jus
Canon. tit. de Præbend. n. 334. Engel. eod. tit. lib. 3.
tit. 5. §. 2. n. 11. Queſad. ad Regul. 6. Cancellar.
verſ. dum Curia Romana*, & Nos in Commentariis
in *Regul. VI.*

Inſuper habet locum *vacatio apud Sedem* etiam
in Beneficiis ſpectantibus ad collationem DD. Cardi- 99
nalium, quorum reſpectu Gregorius XIV. *Conſti-
tut. 19. §. 1.* & Paulus V. *Conſtit. 58. §. 2.* revoca-
runt cum clauſulis ampliſſimis omnes facultates con-
ferendi ſimilia Beneficia. Et pariter Urbanus VIII. 100
Conſt. 58. illa ſibi, ſuiſque Succeſſoribus reſervavit.
Et juxta harum Conſtitutionum tenores Indulta
Cardinalium ſunt reſtricta ad Beneficia vacantia *ex-
tra Curiam*; Atque in iis etiam, quæ Cardinalibus 101
Nepotibus Pontificum conceduntur, excipitur ex-
preſſe vacatio *apud Sedem. De Luca de Beneſ. diſc.
103. n. 5. Rota deciſ. 28. ſub n. 11. poſt Novar. in
Sum. Bullar.* Quinimo talis facultas conferendi va- 102
cantia *apud Sedem* numquam tributa cenſetur, niſi
ſpecifice, & individualiter exprimatur, ex relatis *in
deciſ. 599. num. 13. part. 18. t. 2. Rec.* & tradunt
DD. in cap. 2. & cap. Præſenti, de Præben. in 6.
cum concordantibus infra *n. 354. & ſeqq.*

Fuit tamen de anno 1663. regnante Alexan-
dro VII. dubitatum, an ſub dicta revocatione fa- 103
cultatis conferendi Beneficia *apud Sedem* vacan-
tia, comprehendantur Beneficia de Jurepatronatus
Eccleſiaſtico, ea lege fundata, ut quoties, tam
prima vice, quam perpetuis futuris temporibus va-
carent; etiam *apud Sedem Apoſtolicam*, collatio per-

tineat ad certos Cardinales. Controverſiæ occaſio-
nem dedit vacatio unius ex Cappellaniis Innocen-
tianis in Baſilica Vaticana ſub dicta lege erectis, &
quarum collatio ſpectat ad Cardinales pro tempore
Titulares S. Marci, & S. Praxedis conjunctim, ſi
ambo in Romana Curia, vel intra duas dietas repe-
riantur, ſin minus ad illum, qui præſens ſit, ambobus
vero abſentibus ad Cardinalem Titularem S. Cæci-
liæ. Scripſit ſuper dicto caſu *Card. de Luc.* ut *in diſc.
6. de Benef.* Et pro parte affirmativa perpendebatur
qualitas earumdem Cappellaniarum, quæ ſunt de
Jurepatronatus Eccleſiaſtico, ut non inficiatur idem
Cardinal. de Luc. loco cit. nu. 13. ſubjectæ proinde
revocationi dictarum Conſtitutionum, quæ videntur
104 derogare fundationibus in verbis illis — *Nec non qui-
buſvis oneroſis, & aliis cauſis conceſſa &c. & vim
contractus inducentibus &c.* Sub cauſis namque one-
roſis, & contractibus comprehenduntur etiam fun-
dationes. Præſertim quia in præjudicium Eccleſia-
105 ſticorum Papa facilius, quam in laicorum præju-
dicium fundationum legibus derogare conſuevit:
illorum enim reſpectu ſufficiunt clauſulæ genera-
les, cum è converſo in præjudicium Laicorum
requirantur expreſſæ, & individuales, *Rota deciſ.
1. nu. 2. de Præben. in novis, verſ. quam concluſio-
nem.* Nec mirum ſi Pontifices illi derogationem tam
amplam adjicere voluerunt, & comprehendere etiam
fundationes, nam ſciebant poſſe dari caſum exercitii
juris conferendi, & juriſpatronatus Eccleſiaſtici, ad
inſtar Patronatus laicalis, quod non cadit ſub re-
106 ſervatione ex vacatione *in Curia.* Quinimo, eo
fortius dicendum voluiſſe comprehendere funda-
tiones Eccleſiaſticorum, quia agebatur de vaca-
tione *apud Sedem*, quæ eſt adeo addicta Summo
Pontifici ex antiqua conſuetudine, ut pro effectua-
tione proviſionis Apoſtolicæ paſſim conſueverit de-
107 rogari fundationibus Laicorum, quamvis invitis,
& contradicentibus Patronis, *Rot. deciſ.* 630. *n.* 22.
& ſeqq. part. 4. *tom.* 3. *Rec.*

Sed his non obſtantibus verior eſt contraria opi-
108 nio, quod in themate propoſitæ quæſtionis, colla-
tio ſpectet ad Cardinalem, tametſi Cappellaniæ va-
cent *apud Sedem*, ex firmatis per *Card. de Luc. dict.
diſc.* 6. *num.* 10. *& ſeqq.* Nec enim ſubſiſtit, quod
per derogationes generales contentas in laudatis
Conſtitutionibus Gregorii XIV. & Pauli V. licet
non ſit derogatum fundationibus expletis a lai-
cis, cenſeatur tamen derogatum fundationibus Ec-
cleſiaſticorum, ex *deciſ. prima de Prabend. in no-
vis*; Quia in materia derogationis a pari procedunt
fundationes expletæ à Laicis, & à clericis, cum fun-
109 datio Clerici ſit pariter multum favorabilis, nec ei
cenſetur derogatum ſine ſpeciali, & expreſſa men-
tione, *Felin. in Tractat. Quando littera Apoſtol.
num.* 7. *verſ. ſed contra hoc ultimum, de Reſervat.
Garc. de Beneſic. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 121. *& ſeqq.
Corrad. in Prax. Beneſic. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 52.
& 141. *Rota cor. Bich. deciſ.* 189. *num.* 16. *& de-
ciſ.* 302. *num.* 12. Et deducitur ex ipſamet *dec.* 1.
de Præben. in qua Rota cenſuit, etiam fundationibus
Clericorum non cenſeri derogatum per clauſulas ge-
nerales, ea ratione, ne retrahantur a fundatione
Beneficiorum: quæ ratio militat æque in Clericis,
ac Laicis. Diſtinctio vero inter Clericum, & Lai-
cum non proceſſit a Rota, ſed a Collectore, quem-
admodum pro opinione Collectoris eam allegat
110 *Garc. d. cap.* 1. *n.* 119. Et quod legibus etiam adje-
ctis in fundatione Beneficii de Jurepatronatus Ec-
cleſiaſtico, numquam per generales clauſulas dero-
gatorias cenſeatur derogatum, firmat *Rota in Legio-
nen. Parochialis* 2. *Julii* 106. *cor. Kaunitz.*

Neque vim ullam faciunt verba illa — *ex cauſis
oneroſis, & vim contractus &c.* quibus utuntur dd.
Conſtitutiones *Gregorii XIV. & Pauli V.* quia intel-
ligenda ſunt de Privilegiis conceſſis ex cauſis one-
roſis, & habentibus vim contractus, ſicuti eſt re-
ſervatio Patronatus ex cauſa augumenti dotis; ideo-
que referri cum poſſint ad alios caſus, & in iis ve-
rificari, non includunt perneceſſe etiam caſum fun-
dationis, cui in dubio numquam cenſetur deroga-
tum, *Clem. Quia contingit, §. Ut autem, verſ. niſi,* 111
de Religioſ. domib. Et eſt regula, ut verba intelligi
debeant in minori caſu, quando agitur de materia
odioſa, qualis eſt derogatio præjudicialis tertio, *Rot.* 112
coram Caputaquen. ſeu Verall. deciſ. 100. *nu.* 2. *cum
duob. ſeqq. par.* 3. *Recen.*

Accedit, quod derogatio legi fundationis non
ſuſtinetur, niſi explicite Pontifici narratæ fuerint
illius forma, & qualitates derogandæ, *Monet. de* 113
Commut. ultim. volunt. cap. 10. *n.* 474. *Rebuff. in
Prax. tit. Tertia pars ſignaturæ, num.* 73. *&* 74.
pag. 81. *Corrad. in Prax. Beneſic. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 12.
& lib. 2. *cap.* 12. *num.* 136. *& ſeqq.* ubi ampliat 114
etiam in fundatione Clerici *Seraphin. dec.* 1270.
n. 3. In dictis autem Conſtitutionibus verba non
leguntur, ex quibus erui poſſit expreſſa Pontificum
voluntas derogandi fundationibus Beneficiorum ea
lege expletis, ut eorum collatio ſemper ad Cardi-
nales pertinere debeat, tametſi *apud Sedem* vacare
contingerent.

Atque ex his rationibus, jura Datariæ non pa-
rum fluctuare cenſuit inſignis Beneficialiſta *Arman-
dus Riccius* tunc temporis Subdatarius; adeout illius
Miniſtri acquieverint proviſioni factæ a clar. mem. 115
Card. Aquaviva de Cappellania tunc vacante, ut
refert *Card. de Luc. d. diſc.* 6. *de Benef.* ſubdendo
non adeſſe memoriam, quod Pontifex ex capite
reſervationis umquam contulerit hujuſmodi Cappel-
lanias Innocentianas

Et ita ſervatum quoque fuit anno 1703. nam va- 116
cante per obitum *Joannis Morelli* Curialis altera ex
dictis Cappellaniis, contendebatur à nonnullis Da-
tariæ Miniſtris, quod illius collatio ad Pontificem
ſpectaret; ſed cum Ego allegaſſem ſupradictas ra-
tiones, & exemplum Miniſtri præfati, demum ac-
quieverunt, & ſic effectum habuit collatio expleta à
clar. mem. *Cardinali Mareſcotto* favore Abbatis *Ale-
xandri Cruciani* ſui familiaris, & Auditoris. Eoque
poſtea defuncto ſub anno 1705. Cardinalis prædi-
ctus Cappellaniam contulit *Zenobio Ruſpolo.*

Proſequendo materiam Beneficiorum Urbis, ea
itidem non cadunt ſub reſervatione ob vacationem 117
apud Sedem, quando Beneficiatus in ipſa Urbe de-
gebat ratione Originis, vel Domicilii, & antea nec
erat Curialis, nec ratione Curiæ in Urbe morabatur,
ut eſt *Text. in d. cap. Præſenti* 34. *§. ſane*, &
ibi *Gloſſ. verb. Originis, de Præb. in* 6. ibique etiam
Monach. num. 1. *Joann. Andr. & Paſſerin. n.* 13.
& ſeqq. Gonzal. ad Regul. 8, *gloſ.* 13. *num.* 19. *Garc.
de Beneſic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 83. *Spad. conſ.* 79.
tom. 2. *Lott. de re Beneſic. lib.* 2. *qu.* 27. *n.* 100. *&
quæſt.* 32. *n.* 39. *Barboſ. de Epiſcop. part.* 3. *allegat.*
57. *nu.* 30. *Caſtropal. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13.
diſput. 2. *punct.* 16. *num.* 5. *verſ. quarto excipiuntur,
Murg. de Beneſic. quæſt.* 3. *num.* 272. *Ventrigl. in
Prax. tom.* 2. *annot.* 2. *§.* 1. *n.* 16. *Card. de Luca de
Beneſic. diſ.* 20. *num.* 5. *Adden. ad Buratt. deciſ.* 540.
num. 21. *& ſeqq. Rota deciſion.* 28. *num.* 15. *&
ſequen. part.* 6. *& deciſ.* 14. *num.* 22. *par.* 12. *Re-
cent.* & poſt *Novar. in Summ. Bullar. deciſ.* 31.
num. 5. Unde firma apud DD. & Tribunalia inva-
luit Theorica, quod ad effectum, ut Beneficia Ur-
bis vacare dicantur *apud Sedem*, requiratur om- 118
nino, quod contingat eorum vacatio per obitum
Curialis

Digitized by Google

Curialis Curiam ſequentis, vel in Urbe occaſione Curiæ morantis.

Item apud Sedem vacare non dicuntur Benefi-
119 cia, quæ ſita ſunt in Eccleſiis Urbis, quarum titulum obtinent Cardinales, qui in illis habent jus conferendi, & ordinariam exercent juriſdictionem, *Gonzal. ad Regul. 8. gloſ. 13. num. 11. 14. 19. &* 37. *Barboſ. dicta allegat. 57. num. 31. Lotter. lib. 1. cap. 8. n. 50. & lib. 2. quæſt. 2. n. 7. & 8. Caſtropal. dicto tract. 13. diſp. 2. punct. 16. n. 9. in fin. Murga dicta quæſt. 3. n. 273. Germon. de Indult. Cardinal. §. Tum ratione, a n. 14. Rota deciſ. 28. n. 19. & 20. part. 6. deciſ. 14. n. 24. part. 12. & deciſ. 599. n. 15. part. 18. tom. 2. Recent.*

Niſi hujuſmodi generis Beneficia obnoxia eſſent
120 duplici coæquali reſervationi, quo caſu Cardinalis Titularis nec vigore Indulti ea conferre poſſet, ex relatis *per Rotam d. deciſ. 599. n. 18. part. 18. Recent.* & diximus *in Comment. in Rubric. hujus Regulæ I. §. 2. num. 19. & ſeqq.*

Vel ſi defunctus Beneficiatus fuiſſet antea Curialis, & ratione Curiæ in Urbe moram traxiſſet,
121 nam etiam in hoc caſu Beneficii Urbis collatio ſpectat ad Papam, & non ad Cardinalem Titularem, *Coccin. & Lancellott. in Voto impreſſ. apud Amayd. de ſtyl. Datar. pag. 514. verſ. ſecundo, Card. de Luca de Benefic. diſc. 20. & 140. Lotter. de re Benefic. lib. 3. quæſt. 11. n. 133. Rot. deciſ. 28. n. 17. & ſeqq. part. 6. dec. 599. n. 16. part. 18. tom. 2. Recent. deciſ. 29. n. 12. & 13.* poſt *Novar. in Summ. Bullar. & in Romana Beneficiatus S. Petri 18. Junii 1674. cor. Vicecomite.*

122 Aut demum ſi Cardinalis Titularis deſtitutus eſſet Indulto conferendi Beneficia reſervata, & Beneficium Urbis ad ejus collationem ſpectans, vacaret per obitum Beneficiari extra Curiam in Menſe Apoſtolico: Tunc enim ejuſdem Beneficii collatio ſpectaret ad Pontificem vigore reſervationis contentæ in *Regula IX.* ut contra Inferiores Beneficio-
123 rum Urbis Collatores reſolutum fuit die 17. Martii 1664. Cauſa accurate diſcuſſa in Congregatione particulari quatuor Prælatorum, & anno 1701. ſub ſan. mem. *Clemente XI.* de quibus reſolutionibus, earumque fundamentis late ſermonem inſtaurabimus *in Comment. in Reg. IX. part. 1. §. 3.* & de prima reſolutione meminit *Card. de Luc. de Benef. diſc. 20. n. 4. & diſc. 21. n. 2. Alter de Luc. ad Ventrigl. in Prax. tom. 2. adnot. 2. §. 1. n. 12.*

Cæterum quod diximus, Beneficia Urbis non aliter comprehendi ſub reſervatione ob vacationem *apud Sedem*, quam ſi eorum poſſeſſores antea fuerint Curiales, locum ſibi vindicat etiam ſi Originarii,
124 vel Domiciliarii Urbis extiterint. Qualitas enim Curialitatis licet accidentalis prævalet, & ſuffocat alteram Domicilii, vel Originis, DD. omnes in *d. cap. Præſenti*, & præſertim *Joann. Monach. num. 1. verſic. ſi tamen Originarius, Archidiacon. n. 3. verſ. Moraretur, Ancaran. in 5. notab. Butr. ſub num. 1.* & *num. 3. & 4. Lotter. lib. 2. quæſt. 32. n. 45. & ſeqq. & in d. Voto Coccin. & Lancellot.* poſt *Amayden. pag. mihi 515. §. ſecundo hujuſmodi, verſ. & prædicta procedunt etiam quod Curialis ſit Originarius Urbis.* Et dicemus infra *in §. 6. hujus Regulæ n. 4.*

Et conſtito de Curialitate, ſunt favore Pontificis reſervata nedum Beneficia Urbis obtenta eadem
125 Curialitate durante, ſed & antea acquiſita. Quamvis enim in Cauſa *Romana Beneficiatus S. Petri*, diſcuſſa anno 1705. in Congregatione Particulari inter Datariam Apoſtolicam, & Capitulum ejuſdem Baſilicæ occaſione vacationis Beneficiatus ſequutæ per obitum *Nicolai Gulielmi*, qui per plures annos munus Agentis in Urbe exercuerat, & ſic Curialitatem contraxerat, ut mox dicemus: Scribentes pro Capitulo ad excludendum jura Datariæ exiſtimantis ejuſdem Beneficiatus collationem ad Pontificem ſpectare, innitebantur fundamento, quod Beneficium veluti obtentum ante contractam à *Gulielmo* Curialitatem exemptum eſſe deberet à Reſervatione ob vacationem *apud Sedem*, quæ requirit Curialitatem ante aſſecutionem Beneficii, ut probari contendebant per *Text. in Cap. Præſenti, 34. §. Sane, de Præbend. in 6.* -- ibi -- *Sane, ſi quis in loco, ubi degit Curia, ſuæ Originis domum habens, diem claudat extremum in ea; ipſius Beneficia ſub prædicto, non aliter includantur Statuto, quam ſi Curialis eſſet* ANTEA, *& ibidem occaſione Curiæ moraretur* -- & ejuſdem *Text.* Centuræ inhærendo, *Joannes Monach. ibidem num. 1.* -- ibi -- *Si tamen gerit ſe ut Curialis, & antea ſe gerebat, tunc de ipſo eſt judicandum non ſicut de Originali, ſed ſicut de Curiali Archidiacon. ſub num. 3. verb. moraretur* -- ibi -- *Sic habes hic, quod ſi Originarius gerit ſe ut Curialem, & ſic* ANTEA SE GEREBAT, *tunc de ipſo eſt judicandum, ut de Curiali, non ſicut de Originali* -- *Paſſerin. n. 3.* -- ibi -- *Niſi ipſe antea eſſet Curialis* -- Et hanc opinionem ſequi videtur *Rota deciſ. 9. n. 1. part. 5. Rec.*

Nihilominus ſcribens Ego favore Datariæ, dicebam, hujuſmodi motivum nullius prorſus eſſe rele-
vantiæ ex fundamentali ratione, quod ubi ſupervenit 126
aliquod factum, ex quo cauſatur Reſervatio, hæc afficit beneficia etiam antea obtenta, ut videmus in Reſervationibus, quæ oriuntur ex Subcollectoria, Officialatu, familiaritate Cardinalitia, & ſimilibus: hujuſmodi enim Reſervationes afficiunt etiam Beneficia, quæ Subcollector, Officialis, Familiaris &c. antea obtinebant, cum qualitas ipſa Beneficii Perſonæ mutatione immutetur, *Franch. in Cap. Præſenti §. Sane, de Præbend. in 6.* -- ibi -- *Semper dicuntur vacare in Curia, intelligendo de Beneficiis tempore Officii, vel antea obtentis* -- *Faber in Codic. lib. 1. tit. 2. definit. 16. Kochier. ad Regul. 5. Cancellar. ſub lit. A. Mareſcott. Var. reſolut. lib. 2. cap. 94. n. 13. Lotter. de re Beneficiar. lib. 2. quæſt. 32. n. 76. Rot. cor. Gregor. deciſ. 166. n. 4.*

Nullaque eſt aſſignabilis differentia, cur debeant eſſe Reſervata Beneficia obtenta poſt Curialitatem, non autem prius acquiſita; Quandoquidem Curialitas, ex qua inſurgit Reſervatio, efficitur ex facto applicationis Curiæ. Unde, ſive quis ſe applicet Curiæ poſt obtentum Beneficium, ſive ante, ſemper erit Curialis, cum incompatibile non ſit, quod quis poſt Beneficium obtentum acquirat etiam Curialitatem, ut in fortioribus terminis *Rot. dec. 429. num. 14. & 15. part. 5. Recent.* & in Cauſa *Romana Beneficiatus S. Petri 18. Junii 1674. §. Quoad ſecundum, coram Cardinali Vicecomite*; cum Benedictus *Muſſacchius*, poſt obtentum Beneficiatum, effectus fuiſſet Agens, & Procurator Nuncii *Ravizzæ*, reſolutum fuit, quod hæc ſola qualitas Agentis, & Procuratoris Nuncii Apoſtolici ſatis extiterat ad acquirendam Curialitatem ad effectum præſentis Reſervationis. Et idem ſervatum fuit in Beneficio *Joannis Baptiſtæ Huſſoni*, qui licet obtinuiſſet dictum Beneficium anno 1657. & poſtea anno 1671. evaſiſſet Scriptor Litterarum Congregationis Sanctiſſimæ Inquiſitionis, *Cardinalis de Luca de Benefic. diſcurſ. 142. in principio*; attamen fuit ille ex capite Curialitatis à Sancta Sede collatus, prævio Voto Congregationis Particularis, de qua infra *num. 163.* Et in eadem Baſilica Vaticana plures ſunt Canonici, qui poſt Canonicatum obtentum effecti ſunt Referendarii, &

Prælati, qui non minus ſunt Curiales, quam ii, qui prius Prælaturam, & poſtmodum Canonicatum obtinuerunt.

Text. vero in Cap. Præſenti §. Sane, de Præ- 127 *bend. in 6.* in verbis ſupra recenſitis, non probat aſſumptum, quod Beneficium acquiſitum ante Curialitatem, ſit à Reſervatione exemptum; neque ullus ex *Doctoribus*, qui ſuper eo ſcripſerunt, interpretati ſunt Dictionem illam *antea*, ideſt, ante aſſequutionem Beneficii, cum de Beneficiorum aſſequutione nulla ibidem mentio fiat; Ideoque referendo Dictionem præfatam ad verba ſuperius expreſſa, dicendum eſt, ſenſum *Textus* eſſe, niſi Curialis eſſet *antea, quam diem claudat extremum in ea.* Voluit namque Pontifex ibidem denotare requiſitum neceſſarium ad inducendam Reſervationem ob Curialitatem, quod ſcilicet Curialitas perduret uſque ad obitum, ita ut ſi quis ante obitum Curialis non eſſet, Reſervatio non inducatur, prout ita intellexere DD. qui ex eo *Textu* hanc deducunt Concluſionem, illumque allegant ad probandum, quod quis uſque ad obitum debeat eſſe Curialis, non autem, quod debeat eſſe Curialis ante obtentum Beneficium, ut ibidem poſt *Archidiacon. Ancaran. Jo. Monach.* tradit *Barboſ. num. 4. verſic. non ſufficit, Paſſerin. n. 8. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 32. num. 44. Rot. deciſ. 573. n. 3. & 4. part. 4. tom. 3. Recent.* ubi quod hæc Concluſio probatur per dictum *Text. in §. Sane, & deciſ. 429. num. 6. part. 5.* -- ibi -- *Ad effectum Reſervationis prædicta, duo debent probari, nempe vera Curialitas contracta per Bernardinum; ſecundo, quod eadem qualitas in eo continuaverit uſque ad mortem, & prout dicebatur hac qualitas deſiderari per Extravag. Ad Regim. & Regul. 5. & idem diſponitur in dicto §. Sane, quem in hunc ſenſum intelligunt ibidem Archidiacon. in fine, Ancaran. in 5. Notabil. & Mandoſius* -- & *deciſ. 174. n. 5. part. 12. Recent.* & in dicta *Romana Beneficiatus S. Petri §. Præmiſſo in fine coram Vicecomite* -- ibi -- *Et an poſt contractam hanc qualitatem Curialitatis, illam retinuerit uſque ad obitum, prout ad effectum hujus Reſervationis neceſſarium eſſe ſtatuitur in præcitato Cap. Præſenti §. Sane, de Præbend. in 6. & ibi omnes Canoniſtæ.* Et in hac ultima Deciſione, prout etiam in aliis, ſola quæſtio fuit, an uſque ad obitum perduraverit Curialitas: nulla conſtituta differentia inter Curialitatem contractam ante, vel poſt obtentum Beneficium.

Et quamvis in *Deciſ. 9. part. 5. Recent.* dicatur, Bernardinum ante aſſecutionem Beneficii contraxiſſe Curialitatem; non inde tamen per argumentum à contrario ſenſu deduci poteſt, quod ergo, ſi poſt aſſequutionem Beneficii fuiſſet effectus Curialis, non intraſſet Reſervatio nedum quia in Deciſionibus, & Doctrinis argumentum à contrario ſenſu non admittitur; Verum etiam, quia quatenus admitteretur, huic propoſitioni reſiſterent Theoricæ, Auctoritates, rationes, & exempla ſupra deducta, oſtendentia, poſſe etiam poſt obtentum Beneficium contrahi Curialitatem per factum applicationis Curiæ, ex quo facto emergit Reſervatio.

Atque ex his rationibus merito laudata Particu- 128 laris Congregatio, doctiſſimis Viris compoſita, clar. nempe mem. Cardinali *Sacripantes* Prodatario, & RR. PP. DD. *Caprara, Priolo, Scotto, Caffarello, Origo, & Carradini*, ſpreto motivo Beneficii obtenti à *Gulielmo*, antequam Agentis munus exercere cœpiſſet, & ſic ante contractam Curialitatem, die 12. Junii 1705. reſpondit -- *Collationem ſpectare ad Datariam.*

Igitur ad effectum, ut Beneficia Urbis ſint obnoxia Reſervationi ob vacationem *apud Sedem*, ſeu *in Curia*, tria requiruntur, nempe quod defunctus 129 Beneficiatus fuerit Curialis; quod hanc qualitatem retinuerit uſque ad obitum; quodque in Curia deceſſerit, *Cap. Præſenti, de Præbend. in 6. & ibi Ancaran. n. 1. in fin. Paſſerin. & cæteri Canoniſtæ, Rota deciſ. 573. part. 4. tom. 3. & deciſ. 429. part. 5. deciſ. 14. n. 21. & ſeqq. part. 12. Rec. & in dicta Romana Beneficiatus Sancti Petri §. Præmiſſo.*

Curialitas autem ex triplici capite reſultare ſolet, nempe *Officio, Servitio, & Exercitio*, ut dixit *Rota* 130 *in Romana Cappellania 20. Novembris 1628. §. Nam ſi vis, cor. Pirovano, Armindus Riccius Subdatarius in Volum. manuſcripto Information.* quod ſervatur in Dataria *in Romana Canonicatus S. Mariæ Tranſtyberim pag. mihi 253.*

Ad Officium quod attinet, Curiales dicuntur Car- 131 dinales, *Oldrad. conſ. 211. & conſ. 321.* ubi quod ſequuntur, & conſtituunt Curiam, *Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 27. num. 84. & ſeq. Mandoſ. ad Regul. 5. quæſt. 3. num. 3. Card. de Luc. in Relat. Cur. diſcurſ. 1. num. 11.* Item Prælati, Judices, Notarii, Abbreviatores, omneſque alii Officiales, tam deſcripti in *Extravag. Ad regimen*, quam non deſcripti, ut late dicemus *infra §. 4. num. 241. & pluribus ſeqq.* & tradunt *Mandoſ. & Lotter. loc. cit. Paſſerin. in dict. Cap. Præſenti num. 34. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 13. §. 1. num. 19. de Luca loc. cit. & de Benefic. diſc. 20. num. 5. & in ſupplem. diſc. 142. n. 10.* dummodo in actu, vel in potentia neceſſitatem habeant ſequendi Curiam: Non enim 132 omnia Officia producunt Curialitatem, ſed ſolum ea, quæ tale miniſterium habent annexum, ut pernecesse Officialis actu, vel potentia teneatur ſequi Curiam. Hinc eſt, quod Prothonotarius hono- 133 ris dici nequit Curialis, cum nullum habeat nexum cum Curia, ut late fuit reſolutum *in dicta Romana Cappellania 20. Novembris 1628. coram Pirovano*, & ſequuntur *Lotter. Barboſ. Paſſerin. Adden. ad Buratt.* & alii infra in *Commentar. in §. IV.* Prout etiam tales non dicuntur Milites Pii, aliique habentes ſimilia Officia Venalia, quæ ſolum habent emolumenta ſine aliquo exercitio Curiali, *Fenzon. ad Statut. Urb. lib. 1. cap 41. num. 29.* late *Rota in deciſ. 14. & deciſ. 174. part. 12. Recentior.* & diſtinguendo Officia Venalia habentia ad- 134 miniſtrationem, ab aliis ea carentibus, *de Luca de Benefic. in Summ. num. 37. & diſcurſ. 142. n. 9. in ſupplem. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 32. n. 26. & 37.*

Hujuſmodi autem Beneficia Urbis, quæ in Curia vacant per obitum dictorum Officialium haben- 135 tium neceſſitatem ſequendi Curiam, non poſſunt conferri à Cardinalibus Titularibus, aliiſque habentibus Indultum. Et licet in Indultis expreſſa concedatur facultas conferendi Beneficia Officialium: tamen id procedit in Officialibus decedentibus *extra Curiam*, ſecus vero, ſi in ea decedant: 136 tunc enim non conſideratur ſolum Officium, ſed Officium uti productivum Curialitatis, ex quo oritur vacatio *apud Sedem* excluſiva Indulti: Alias daretur in eodem Indulto contradictio, ſi poſſent Cardinales conferre Beneficia Officialium in Urbe decedentium, quia ſic poſſent, & non poſſent conferre Beneficia per obitum *apud Sedem.* Unde ad evitandam hujuſmodi contradictionem dici debet, facultatem conferendi Beneficia Officialium, non aliter intelligi poſſe, niſi quando Officiales ipſi *extra Curiam* decedant. Et ita ſub Alexandro VII. obſervatum, in terminis Scriptoris Apoſtolici, *de Canonicatu Sancta Maria Tranſtyberim* contra Cardinalem

Columna,

Columna, ſuper quo adeſt votum *Armindi Riccii*.
Idem quoque ſervatum ſub ſan. mem. Innocentio
XI. contra Cardinalem *Barberinum*, in terminis
Officialis Sacræ Inquiſitionis, de quo *Cardinalis de
Luca de Beneſic. diſc.* 142. *in ſupplem.* Et demum
ita reſolutum ſub Innocentio XII. in terminis *Ca-
nonicatus S. Laurentii in Damaſo*, vacantis per obi-
tum *Thierii*, Correctoris Litterarum Apoſtolicarum:
Dataria enim providit Canonicatum uti Reſerva-
tum per obitum *apud Sedem*.

Quo vero ad *Servitium*, omnes ii dicuntur Cu-
137 riales, qui famulantur Pontifici, Cardinalibus, Præ-
latis, & aliis Officialibus Romanæ Curiæ, *Gonzal.
ad Regul.* 8. *gloſſ.* 13. §. 1. *n.* 19. *Lotter. de re Bene-
fic. lib.* 2. *quæſt.* 27. *num.* 102. *Mandoſ. ad Regul.*
5. *quæſt.* 1. *num.* 18. *& quæſtion.* 3. *in fin. verſ. Di-
cerem etiam comprehendi omnes Prælatas, eorumque
familiares, Barboſ. in cap. Præſenti nu.* 4. *ubi etiam
Paſſerin. ſub num.* 6. *de Præbend. in* 6. *Novar. in
Sum. Bullar. tom.* 2. *Comment.* 23. *nu.* 10. *Engel. in
jus Canonic. lib.* 3. *tit.* 5. *de Præben. ſub num.* 11.
Pirbing. eod. tract. num. 334. *in fin. Ventrigl. in
Prax. tom.* 2. *annot.* 2. §. 1. *num.* 14. *Tondut. Quæſt.
Beneſic. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 26. *Adden. ad Buratt. de-
ciſ.* 540. *num.* 23. *Coccin. & Lancellott. apud Amay-
den. de Styl. Datar. pag.* 514. *num.* 4. *Rot. deciſ.*
573. *part.* 4. *tom.* 3. *& deciſ.* 429. *part.* 5. *Re-
138 cent.* ubi de inſerviente Auditori Rotæ, de quo etiam
Card. de Luca de Beneſic. diſc. 20. *num.* 6. *& diſc.*
142. *ſub num.* 9. *& in Romana Beneficiatus S. Pe-
tri* 18. *Junii* 1674. *cor. Vicecomite*, ubi de inſervien-
te Commiſſario Cameræ, & Nuncio Apoſtolico, *Ar-
mind. Ricc. in dicta Romana Canonicatus S. Mariæ
139 Transtyberim pag. mihi* 253. ibi -- *Et qui famulan-
tur Cardinalibus, & Prælatis, Curiales dicuntur
per ſervitium*, & *in Romana Cappellania Innocen-
tiana* §. *In præſenti, pag. mihi* 261. & ad alios effe-
ctus, firmarunt *Bonaccin. tom.* 2. *de Contract. diſp.* 3.
quæſt. ultim. punct. 5. §. *unic. n.* 1. *verſ. hinc ſequitur,
& tom.* 3. *de Cenſur. diſput.* 1. *quæſt.* 9. *punct.* 1. *ſub
num.* 11. *Pueron. ad Bull. Cænæ cap.* 8. *ſub n.* 52.
Filiucc. Oper. moral. tom. 1. *tract.* 16. *n.* 161. *Pani-
moll. deciſ.* 20. *annot.* 2. *n.* 66.

Et licet *Lotter. de re Beneſic. lib.* 2. *qu.* 32. *num.*
140 40. *& ſeqq.* exiſtimet, familiares Officialium non
poſſe dici Curiales: ejus tamen opinio non ſolum
eſt contra communem Doctorum ſententiam, ve-
rum etiam minus ſolido nititur fundamento. Ait
enim, quod Curia Principis eſt quædam militia;
& quod ſicuti veri milites cenſentur, qui in nu-
meros ſunt relati, excluſis cæteris aliis, etiam ſi
Exercitum ſequantur: ita veri Curiales ſunt Offi-
ciales, Advocati, & Procuratores: Quod ſane ra-
tiocinium nihil concludit, cum Curialitatis ratio non
conſiſtat in eo, an quis ſit in numero relatus, nec
ne, ſed in neceſſitate ſequendi Curiam, quæ reſul-
tat nedum ab Officio, & exercitio, ſed etiam à
141 *Servitio*, cum etiam familiares teneantur ſequi Cu-
riam cum Domino ſuo, quatenus velint in famulatu
permanere. Unde ipſemet *Lotter. dict. lib.* 3. *quæſt.*
11. *numer.* 147. ait, ex familiaritate Papæ eſſe in-
ſeparabilem Curialitatem: quod utique verum non
eſſet, ſi ſoli Officiales, Advocati, & Procurato-
res eſſent veri Curiales, alii vero non, tamquam
Aulici, ſive *Corteſani*.

Niſi concordando utramque opinionem, diſtin-
guere placeat, quod, aut agitur de ſimplici familiari
142 honorario, non addicto alicui ſervitio reſpicienti Cu-
riam, & Officium, & in his terminis procedit opi-
nio *Lotteris*, qui hos familiares *Corteſanos* appel-
lat. Ut in ſimili, Curialem non dici illum, qui
143 fuit *Sacriſta* in Eccleſia Lateranen. & poſtea in
ſerviit in Eccleſia Sancti Petri, reſolvit *Rota in
deciſ.* 616. *numer.* 2. *part.* 4. *Diverſ.* quia non erat
addictus Curiæ, & Officio reſpicienti Curiam. 144
Aut vero agitur de famulo conducto ratione Officii,
& habente exercitium aliquod, ratione cujus inſer-
viat Prælato, uti Officiali; & tali caſu procedit pri-
ma opinio, quod ad effectum reſervationis dicatur
Curialis, juxta tradita per eumdem *Lotter. lib.* 2.
quæſt. 27. *n.* 101. *Ventrigl. in Prax. tom.* 2. *annot.* 2.
§. 1. *n.* 14. ubi, quod *Corteſani*, qui occaſione Cu- 145
riæ in Urbe morantur, dicuntur Curiales.

Quo denique *ad Exercitium* omnes ii, qui habent
aliquod actuale, vel potentiale exercitium, ſeu mi- 146
niſterium, ratione cujus ſunt addicti Curiæ, & il-
lam ſequi tenentur, Curiales dicuntur, *Lotter. lib.*
3. *quæſt.* 11. *n.* 135. *&* 140. *Card. de Luc. de Be-
neſic. diſc.* 142. *n.* 9. *in Supplem. Rot. deciſ.* 429.
n. 16. *part.* 5. *deciſ.* 14. *n.* 75. *& deciſ.* 174. *n.* 10.
& ſeqq. part. 12. *Recent.*

Neque ad hunc effectum requiritur aliquod Offi-
cium, ſed ſatis eſt ſolum *exercitium*, ratione cujus 147
quis ſit nexibus Curiæ alligatus, & hac ratione Cu-
riales dicuntur Advocati, & Procuratores, *Gonzal.* 148
ad Regul. 8. *gloſſ.* 13. §. 1. *num.* 19. *Paſſerin. Bar-
boſ. & alii ſupra allegati, Lotter. lib.* 2. *quæſt.* 32.
n. 43. *& lib.* 3. *quæſt.* 11. *n.* 133. *& ſeqq. Ventrigl.
in Prax. tom.* 2. *dicta annot.* 2. §. 1. *n.* 14. *in fin.
Card. de Luc. de Beneſic. dict. diſc.* 142. *num.* 9. *& in
Relat. Roman. Cur. diſc.* 46. ubi etiam diſtinguit in-
ter Curiales ratione *exercitii*, & Curiales *Officia-
les*, de quibus agit *numer.* 4. 5. 48. 132. *& ſeqq.*
Ac etiam Curiales dicuntur Sollicitatores, Expe- 149
ditores, & Agentes negociorum, qui omni prorſus
ſunt deſtituti Officio, *Caſtrapal. Oper. moral. tom.*
2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 16. *n.* 2. *in fin. Gonz. d.
gloſſ.* 13. §. 1. *in fin. Murg. de Beneſi. q.* 3. *n.* 304. *Fax
Jord. Var. lucubr. t.* 2. *lib.* 10. *tit.* 1. *de Benef. reſerv. n.*
14. *de Luca de Beneſic. diſc.* 20. *n.* 5. *& diſc.* 142. *n.* 9.
& in Summ. n. 36. *Alter de Luca ad Ventrigl. in
Prax. tom.* 2. *annot.* 2. §. 1. *n.* 11. *verſ. Curialium,
Rot. deciſ.* 29. *n.* 32. poſt *Novar. & in dicta Romana
Beneficiatus Sancti Petri cor. Vicecomite* 18. *Ju-
nii* 1674. Et *in Agente*, ſervatum fuit de anno 150
1690. in *Romana Beneficii Sancti Joannis in Late-
rano*, quod uti vacantem per obitum *Philippi
Puerani*, ſan. mem. Alexander VIII. contulit *Leoni
Battellio*, non attento Indulto Cardinalis *Chiſii*
Archipresbyteri. Et rurſus anno 1697. in Bene-
ficio S. Petri, per deceſſum *Dominici de Alexan-
dro*, qui fuerat primum Cauſarum Patronus, & poſt-
modum cæcus effectus, *Agens* nonnullarum Com-
munitatum Status Eccleſiaſtici. Tandem de anno
1705. in altero Beneficio Baſilicæ Vaticanæ per obi-
tum *Nicolai Gulielmi*, prævia reſolutione Congre-
gationis particularis, de qua meminimus ſupra *n.*
128. dictumque Beneficium ſan. memor. Clemens
XI. ſub datum pridie Kal. Julii, contulit *Nicolao
Arcangeli* Presbytero Balneoregienſi.

Quinimo ad effectum contrahendi Curialitatem
ſufficit in Urbe occaſione Curiæ morari, juxta *Text.* 151
in cap. Præſenti, de Præbend. in 6. in iis verbis -- *Et
ibidem occaſione Curiæ commoraretur* -- & ibi *Paſ-
ſerin. num.* 6. *Barboſ. num.* 4. *Pirbing. in jus Ca-
non. tit. de Præbend. num.* 334. *in fin. tom.* 3. *En-
gel eod. tit. ſub numer.* 11. *Barboſ. de jur. Eccleſ.
univerſ. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 24. *Tondut. Reſol.
Beneſ. par.* 2. *cap.* 3. §. 2. *num.* 26. *Ventrigl in Prax.
tom.* 2. *annot.* 2. §. 1. *ſub num.* 14. *Adden. ad Buratt.
deciſ.* 540. 540. *num.* 23. *Rota deciſ.* 616. *n.* 2. *par.* 4.
Diverſ. Et licet præfatus *Text.* duo requirere videa-
tur, nempe Curialitatem, & quod in Urbe occaſione 152
Curiæ moraretur -- ibi -- *Niſi Curialis eſſet antea,*

& ibi occaſione Curiæ commoraretur -- tamen ibi loquitur in caſu, quo Curia de loco ad locum, & ſic extra Urbem transferretur, & quis decedat in loco Curiæ, ubi habet domum Originis, nam tunc utrumque requiſitum requiritur, & quod antea eſſet Curialis, & quod ibidem occaſione Curiæ moraretur, *Gonzal. & Lotterius loc. citat.*

Inſuper pro inducenda Curialitate non requiritur aſſiduus negociorum uſus: Statim enim ac quis munus aliquod Curiale acceptavit, aut animum
153 ſequendi Curiam demonſtravit, eo ipſo fit Curialis, nullo habito reſpectu ad numerum negociorum; Non minus enim Curialis eſt Cauſarum Patronus, qui ſcribit in centum Cauſis quolibet anno, quam qui in tribus; nec minus Referendarius, & conſequenter Curialis, eſt qui proponit quinquaginta Cauſas in Signatura, quam qui duas. Navis eſt illa, quæ centum onuſta Bellicis tormentis longe, lateque metum, mortemque ſimul ſpargit, ac illa, quæ littus radit acta remis quatuor, aut ſeptem; dum *Scafa* non differt è Navi *genere*, *ſed tantum mediocritate*, ut eſt optimus *Text. in l. fin.* & ibi notat *Bartol. ff. de fund. Inſtruct. legat.* quæ quidem mediocritas non mutat genus, ſed tantum individuum, ut ibidem notat *Gloſſ. in verb. Mediocritas*, & quem *Textum* in terminis reſervationis perpendit *Rot. deciſ.* 1059. *num.* 28. *& ſeqq. coram Coccin.* ubi afferuntur alia ſimilia exempla.

Et ratio eſt, quia ad Curialitatem inducendam ſatis eſt, quod Curialis ſit paratus exercere, quando caſus occurret, nam non requiritur exercitium actu, cum ſufficiat habitus, potentia, & ſola habitudo, ut dicemus infra *num.* 194. Atque in his terminis fuit id pluries in praxi ſervatum. In Congregatione particulari habita 30. Maii 1696. in Cauſa Advocati *Carboni*, de qua infra *num.* 198. Curialitas fuit deducta, ex quo in duabus tantum Cauſis, & quidem pro ſua Eccleſia, ſcripſerat. In altera ſuper Beneficiis *N. Fueroni* de anno 1690. habitus ille fuit pro Curiali, quamvis oſtenderetur, pauciſſima expleviſſe negotia tanquam Agens Ducis Maſſæ. In Cauſa pariter *Matthei Galantis*, ex quo compertum fuit, quod poſt obitum cl. mem. Cardinalis Chiſii, duabus tantum vicibus comparuerat in Actis pro Monaſterio Virginum Urbis, Congregatio particularis *diei* 22. *Decembris* 1702. cenſuit, illum fuiſſe Curialem: de qua Reſolutione ſermo erit *in Comment. in Regul. IV.* §. 6. *num.* 158. *&* 159. Et demum in Congregatione particulari habita *die* 12. *Junii* 1705. de qua ſupra *num.* 128. *&* 150. nulla emerſit difficultas, quod Curialis extiterat *Nicolaus Guilielmi* in Urbe Agens, non obſtante quod opponeretur, ſolitum ipſum fuiſſe nonniſi duo, aut tria negocia quolibet anno expedire.

Firmatis hiſce principiis, fuit alias in dubium re-
154 vocatum, an *Secretarius minor*, ſeu Scriptor Litterarum in Congregatione S. Officii, poſſit dici Curialis, ita ut ratione Officii, ſeu miniſterii Secretariatus hujuſmodi, teneatur Curiam ſequi? Et pro negativa ponderabatur, quod ſive attendatur Officium, ſive *Exercitium*, nulla videtur dicto *Miniſte-*
155 *rio* ineſſe Curialitas. Non enim poteſt dici Officium Curiale, cum non ſit deſcriptum *in Extravag. ad Regimen*, nec in Regulis Cancellariæ, aliiſque Pontificiis Conſtitutionibus; neque eſt Officium fixum, prout eſt illud Notarii ejuſdem Tribunalis, ſeu alterius Tribunalis Pœnitentiariæ, de quo loquitur *Bellamer. deciſ.* 655. cum talis Scriptor non ſubſcribat litteris ab eo ſcriptis, prout faciunt alii Secretarii habentes Officium fixum in capite, ſed tale munus explet Cardinalis antiquior ejuſdem Congregationis, qui Secretarii munere fungitur, quique Litteris nomine Sac. Congregationis ſubſcribit; itaut primo, & principaliter cenſeatur inſervire magis Cardinali habenti hujuſmodi curam, & a cujus arbitrio, & voluntate ejus electio, & dimiſſio dependet, quam Congregationi, cujus negocia per Litteras expediuntur, ad tradita *per Spad. conſ.* 25. *n.* 3. *verſ. neque poteſt, cum ſeq. lib.* 3.

Idque paſſim practicari dicebatur in Secretariis,
cæterique Miniſtris Legatorum, & aliorum ſupre- 156
morum Officialium: alii enim ſunt Miniſtri habentes Officium fixum, qui a Principe deputantur pro rebus ſpectantibus ad Officium, & iſti non ſunt familiares Officialium, quia inſerviunt Officio, non autem Perſonæ, a qua nec ſalarium, nec victum recipiunt, ut in ſimili *Rota coram Creſcent. deciſ.* 5. *de Præb. Germon. de Indult. Card.* §. *ſibi*, *nu.* 32. Alii vero ſunt famuli Officialium, tamquam eorum Perſonis inſervientes; & quamvis in rebus ad Officium ſpectantibus Officialibus inſerviant, adhuc dicuntur eorum famuli, quia ſervitium Officii non eſt principaliter intentum, ſed in conſequentiam famulatus erga Perſonam, dum ab illius duratione ejus pariter dependet continuatio, *Barboſ. de Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 57. *numer.* 112. *Gratian. diſcept.* 257. *nu.* 43. *Lotter. lib.* 2. *quæſt.* 32. *n.* 127. *& ſeq.*

Exercitium quoque talis Secretarii non poteſt
dici Curiale, quia eſt ſimplex Scriba, ſeu tran- 157
ſcriptor minutarum, quas exarat Aſſeſſor dicti Tribunalis: ad inſtar Juvenum Notariorum, qui licet ſcribant in Officio, Notarii tamen non ſunt. Unde cum nullum habeant nexum cum Curia, non poteſt ex tali Exercitio inferri ad Curialitatem, juxta late deducta in *deciſ.* 14. & 174. *par.* 12. *Recen.*

His tamen non obſtantibus, contrarium fuit re-
ſolutum a Congregatione particulari, cui interfue- 158
runt *RR. PP. DD. Fagnanus*, *Altovitus*, *Pilaſtrus*, *Sluſius*, *& de Luca*, ſub die 23. *Decembris* 1678. ſuper Beneficio Sancti Petri, vacante per obitum *Joannis Baptiſtæ Huſſoni.* Omnes enim præter *Sluſium*, cenſuerunt, in tali Secretario concurrere Curialitatem ratione Officii, habentis annexam in actu, vel potentia neceſſitatem ſequendi Curiam. Cum enim agatur de Congregatione, quæ perneceſſe in Curia coram ipſo Papa haberi debet; hinc eſt, quod ſicuti Cardinalis primus Secretarius debet in ea morari, ita pariter morari debet in Curia, eamque ſequi Secretarius minor, ratione ſui Officii tranſcribendi litteras.

Haud refragante, quod iſtud Officium non ſit
deſcriptum in *Extrav. ad Regimen*, neque ſit pro- 159
prium, & fixum in capite Secretarii, ſed dependens a nutu Cardinalis antiquioris, cui proprie talis Secretarius famulatur. Etenim quoad *Extravagantem*, illa non eſt reſtricta ad certos Officiales, ſed generaliter loquitur; & licet poſtea enumeret aliquos, nempe *Camerarium*, *Vicecancellarium &c.* id tamen agit per modum declarativum, ibi -- *videlicet* -- ponendo aliquas ſpecies contentas in genere, ſed non reſtringit præcedentem generalem diſpoſitionem, ut fuſius dicemus in §. *IV. hujus Regulæ.*

Nec ſubſiſtit diſtinctio inter habentes Officium
fixum, & non fixum; quippe quia ratio Curialitatis 160
unice ſtat in neceſſitate ſequendi Curiam, quæ æque militat in Officiis fixis, ac in amovibilibus, quouſque Officialis non amoveatur.

Spreta itidem fuit oppoſitio, quod talis Secreta-
rius non erat Officialis Congregationis, ſed ſimplex 161
famulus Cardinalis, a quo pro libito dimitti poterat. Quia in facto plura deducebantur ad [illegible] dum, quod ille erat Officialis Congregationis, & talis

talis tam à Pontifice, quam à Cardinalibus pluries
recognitus. Et quando conſiderari deberet uti fa-
miliaris Cardinalis primi Secretarii Sac. Inquiſi-
tionis, inſerviens ratione Officii in conſcribendo
litteras ejuſdem Sac. Congreg. adhuc eſſet Curia-
lis, ex recenſita ſententia, quod Curiales dicuntur
etiam ii, qui famulantur Officialibus Romanæ Cu-
riæ, ut præ cæteris de inſerviente Commiſſario Ca-
162 meræ reſolvit *Rota in dicta Romana Beneficiatus S.
Petri 18. Junii 1674. coram Vicecomite.*

Et in omnem caſum, ubi etiam deficeret *Offi-
cium*, & *Servitium*, adhuc ſufficeret ſolum *Exerci-*
163 *tium* conſcribendi Litteras, ratione cujus, utpote re-
quirentis perſonale miniſterium, etiam ſecluſo quo-
libet Officio, tenebatur *Huſſonus* Curiam ſequi;
itaut recte dixerit *Cardin. de Luca* in Voto, quod
edidit pro dicta Congregatione, & regiſtrato *in
dict. diſ. 142. de Beneſ. in ſupplem.* ratione hujuſ-
modi *Exercitii*, Curialitatem eſſe indubiam. Et ſic
164 Sanctiſſimus Pontifex *Innocentius XI.* approban-
do Reſolutionem, ſeu Votum ſupradictæ Congre-
gationis Particularis Beneficium contulit Abbati de
Magiſtris, ſub *Datum Romæ apud S. Petrum 5. Ka-
len. Februarii, anno tertio*, cum expreſſione, quod
vacaverat *apud Sedem* ratione Officii Secretarii, ſeu
Scriptorii hujuſmodi.

Et idipſum fuerat antea in praxim deductum ſub
Alexandro VII. in alio Beneficio S. Petri, quod col-
latum fuit *Antonio Bernardo Trullio* cum expreſſio-
ne *vacationis apud Sedem* per obitum *Ferrarii* Scri-
bæ Litterarum Congregationis Sancti Officii, exi-
ſtente in Turno bon. mem. *Andoſilla* Beneficialiſta
inſigni, ut ait *Armindus Riccius in M. S. Allegatio-
ne*, cui titulus *Romana Beneficiatus S. Petri.*

An autem præfatus Secretarius inferior Tribunalis
Sac. Inquiſitionis dicatur familiaris Papæ, itaut
ejus Beneficia ſint obnoxia reſervationi *Regulæ IV.*?
Et an Beneficia per eum obtenta cadant ſub ex-
ceptione Indulti Cardinalium, in quo Papa, poſt
conceſſam eiſdem facultatem conferendi Beneficia
familiarium Prædeceſſorum Pontificum prædefun-
ctorum &c. excipit Beneficia familiarium ipſius Pa-
pæ viventis, & aliorum pro tempore exiſtentium?
examinabimus infra in *Commentar. in Regula IV.
§. 5.*

Sed iterum conſimilis quæſtio ad trutinam revoca-
ta fuit *in Romana Canonicatus S. Mariæ in Comeſdin*
inter Cardinalem Bichium ejuſdem Collegiatæ
Cardinalem Diaconum, & Datariam Apoſto-
licam, occaſione obitus *Caroli Feriotii*, qui dum
vixit, per triginta & ultra annos fuerat Subſecre-
tarius, ſeu Scriptor Litterarum in Secretaria Sac.
165 Congregationis Epiſcoporum, & Regularium; Ea-
que mature a particulari Congregatione octo Præ-
latorum examinata, fuit rurſus reſoluta favore Da-
tariæ, & canonizata Curialitas dicti Subſecreta-
rii, non ſine tamen diſcrepantia Votorum, ſub die
23. *Julii* 1693. Admittebatur enim hinc inde, quod
Feriotius non erat Officialis; & proinde tota quæ-
ſtio reſtringebatur in eo, an exercuiſſet aliquod
munus, propter quod teneretur ſequi Curiam; & an
poſſet dici, quod ratione Curiæ Sac. Congregationi
inſerviret.

166 Pro negativa deducebantur fundamenta ſupra
expoſita in Cauſa *Huſſoni*, quod ſcilicet *Feriotius*
erat ſimplex Scriba, & Amanuenſis, qui Decreta
Sac. Congregationis, & Litteras ſcribebat, ſed eis
non ſubſcribebat: quod non inſerviebat Congrega-
tioni, ſed Secretariis, a quibus ſtipendium recipie-
bat, & ad libitum dimitti poterat: quod non habe-
bat nomen, & munus proprium; unde ſi Cardinalis
Indultarius poteſt conferre Beneficia ipſorum Offi-
cialium, multo magis conferre valet Beneficia fa-
miliarium eorumdem Officialium; ne alias plus ope-
retur effectus quam cauſa; & ſi contrarium dicere-
tur, Cardinalium Indulta nimiam paterentur reſtri-
ctionem, & fere inutilia redderentur, cum omnes
familiares Referendariorum dici poſſent etiam Cu-
riales. Perpendebatur ulterius, quod caſus *Huſſoni*
valde diverſus erat ab iſto *Feriotii*; Quia *Huſſonus*
ſtipendium recipiebat à Tribunali S. Officii: Jura-
mentum præſtiterat: erat deſcriptus inter ejuſdem
Tribunalis Officiales; & in Litteris Apoſtolicis Pro-
viſionis Beneficiatus S. Petri fuerat enunciatus fami-
liaris Cardinalis, & Secretarius Sac. Inquiſitionis;
At hujuſmodi facti circumſtantiæ deſiderabantur
in caſu *Feriotii*, qui non erat conductus ſtipendiis
Sac. Congregationis, nec pro publico ſervitio, aut
exercitio Curiæ; ſed addictus privato & actuali ſer-
vitio ipſius Secretarii, qui licet illius opera utere-
tur in explendis iis, quæ ad Officium ſuum ſpe-
ctabant; tamen hæc erat opera privata, & dome-
ſtica, & ſic deficiebat ea formalis qualitas Curiali-
tatis, reſultans ex miniſterio conſtitutivo corporis
Curiæ, ad quam efformandam non ſufficit mate-
rialis, ſive lata Curialitas, ſed præciſa, & formalis
requiritur.

At in ipſo Juventutis flore propugnando jura Da-
tariæ dicebam, quod Curialitas reſultat ex facto ap-
plicationis ipſi Curiæ, & ex miniſterio perſonali, ra-
tione cujus tenetur quis ſequi Curiam. Tale pro- 167
fecto miniſterium perſonale habebat *Feriotius*, qui
in Secretaria Epiſcoporum litteras conſcribebat,
Decreta, & Reſolutiones extendebat, Summaria
Memorialium, & Relationum, quæ ab Epiſco-
pis tranſmittebantur, exarabat, aliaque diverſa
explebat, quæ ſervitium Secretariæ, & Congrega-
tionis reſpiciebant. Ratione autem hujuſmodi exer-
citii, quod circa Curiæ negocia verſabatur, utique
dicendus erat Curialis, nam tale miniſterium non
erat exercibile, niſi in ipſa Curia, & proinde teneba-
tur *Feriotius* Curiam ſequi, ſicut tenetur Cardina-
lis Præfectus, & R. P. Secretarius, qui abſque
opera iſtius Subſecretarii negocia Curiæ expedire
non poſſunt, juxta *diſc. 142. de Beneſ. Card. de
Luc.* & Reſolutionem in eadem cauſa emanatam, &
admittit etiam *Lotter. de re Beneſic. lib. 2. quæſt. 32.
n. 37. in fin.* ubi quod Scribæ, & aliæ ejus generis
perſonæ, quæ Curiæ miniſtrant, Curiales dicuntur.

Et licet in ſupradicto caſu *Huſſoni* plures concur-
rerent circumſtantiæ, nempe ſalarium, quod a Prin-
cipe recipiebat, ejus deſcriptio inter Officiales &c.
illæ tamen ideo perpendebantur, quia Datariæ Offi-
ciales contendebant, quod in Perſona *Huſſoni* ultra
curialitatem concurrebat etiam familiaritas Papæ,
quæ ex recenſitis circumſtantiis erui prætendebatur;
Cæterum ad effectum inducendæ Curialitatis cir- 168
cumſtantiæ præfatæ non ſunt neceſſariæ, ſed ſatis
eſt ſolum exercitium circa Curiæ negotia, etſi om-
ni officio deſtitutum, ut in *d. diſc. 142. num. 9.
Card. de Luca.*

Potiſſimum quia ſi *Sollicitatores*, & *Agentes* di-
cuntur Curiales, ex quo per anni circulum non- 169
nullas lites ſollicitant, aut pauca Memorialia por-
rigunt, ut diximus ſupra *num.* 149. Multo for-
tius id affirmari debet de eo, per cujus manus
pertranſeunt omnia Sac. Congregationis negocia,
& ſine cujus opera, & miniſterio perſonali non
poſſent illa expediri. Unde negari non poterat,
quod *Feriotius* haberet miniſterium perſonale, Cu-
riam reſpiciens, & quod in Urbe occaſione Cu-
riæ commoraretur, quod juxta *text. in cap. Præſen- 170
ti, de Præbend. in 6.* utique exuberat ad Curiali-
tatem inducendam.

Haud ſubſiſtente, quod ad effectum acquirendi
Curialitatem requiratur nomen, & munus proprium,
quibus deſtituti reperiuntur Miniſtri inſervientes
Secretariis Sacrarum Congregationum. Tum
quia juxta receptiſſimam ſententiam, ut quis Curialis
dicatur, ſufficit, quod in Urbe quoquomodo
verſetur occaſione Curiæ, negociorum illius,
ut diximus ſupra *num.* 146. Tum quia ex facto reſultabat
primarium Secretariæ præfatæ Miniſtrum,
& proprium habere munus, quod verſatur circa
ea, quæ ſupra *num.* 167. enarravimus, & a Curia
vocari Secretarium, prout talis fuerat appellatus
ipſe *Feriotius*, etiam à Summo Pontifice. Quinimo
Miniſter præfatus in Secretarii Sac. Congregationis
defectum ſubſcribere ſolet Litteris, uti *Profecretarius*,
prout anno 1699. ad Cardinalatum promoto
clar. mem. Cardinali *Rodolovichio* ejuſdem
Congregationis Secretario, Litteris, uti *Profecretarius*
ſubſcripſit *Joſeph Ferrus* qui eodem munere,
quo *Feriotius*, fungebatur; & in omnem caſum ſatis
171 eſt, quod hujuſmodi Miniſter ſolitus ſit ſcribere
res ad Curiam ſpectantes, licet alieno nomine, ut
172 de Notario Pœnitentiariæ ſcribente nomine Sac.
Pœnitentiarii, *Belhamer. decis.* 655.

Præterea ex alio etiam capite dicebam, quod
Feriotius cenſeri deberet Curialis, nempe quia inſervierat
Officiali Sedis Apoſtolicæ, ideſt Secreta-
173 rio Sac. Congregationis, & quidem in rebus concernentibus
ipſum Officium, ex quo ſane ſervitio
Curialitatem oriri non ambigitur, ut ſupra dictum
eſt. Si enim Secretarii, aliique familiares DD. Cardinalium
reputantur Curiales, longe potiori jure inter
Curiales numerandi ſunt Subſecretarii Sacrarum
Congregationum, qui magis implicati dicuntur negociis
Curiæ, quam illi. Plura vero in facto ponderabam,
quod *Feriotius* inſervierat Officio, &
174 non perſonæ Prælati: Primo, quia mutatis ſpatio
triginta annorum ſeptem Secretariis, ipſe ſemper
cum novo Succeſſore in Secretaria permanſit. Secundo,
quia in Litteris Apoſtolicis Collationis
Canonicatus ei factæ à ſan. mem. Innocentio XI.
& aliorum Beneficiorum à ſan. mem. Alexandro
VIII. aderat aſſertiva, quod a pluribus annis
inſervierat in Secretaria Congregationis. Tertio,
quia ab eodem Alexandro VIII. obtinuerat Indultum
non inſerviendi Eccleſiæ, eo quia impeditus
erat ratione ſervitii, quod præſtabat in Secretaria,
& durante hujuſmodi ſervitio exemtus a præſentia
in Choro pro illis diebus & horis, quibus erat
impeditus. Quarto, quia per aliud Breve Clementis
X. diſpenſatus fuerat a ſuſcipiendo gradum
infra annum, ob multitudinem negociorum Secretariæ.
Quinto, quia alii Subſecretarii, qui munus
idem ac *Feriotius* exercuerant, reputati ſemper
fuere à Sac. Congregatione Epiſcoporum uti inſervientes
Secretariæ; & demum, quia ex reſolu-
175 tione Sac. Congregationis ſuper Indultis Beneficiatorum
anno 1693. emanata, qui inſervierat Sac.
Conſultæ in eodem munere, quo *Feriotius* Congregationi
Epiſcoporum inſerviit, reputatus fuit tanquam
inſerviens Officio, & Secretariæ.

Nec à ſervitio præſtito per *Feriotium* Secretario
Sac. Congregationis oriri poterat, uti contendeba-
176 tur, Curialitas tantummodo impropria, & abuſiva,
non apta inducere vacationem Beneficiorum Urbis
apud Sedem, & excludere Indultum Cardinalium,
per ea quæ tradit *Lotter. de re Beneſic. lib.*
2. *quæſt.* 32. *n.* 41. Siquidem *Lotterii* dictum in-
177 telligi debet de familiari honorario, qui non
ſit addictus alicui ſervitio ad Curiam ſpectanti,
ſecus autem de eo, qui exercet penes Officialem
aliquod munus Curiale, ut diximus ſupra *n.* 142.

Ultraquamquod hæc diſtinctio inter Curialitatem 178
veram, ſive formalem, & Curialitatem impropriam,
ſive materialem, aut nullum habet juris fundamentum,
nam eo ipſo quod quis habet miniſterium,
ſive ſervitium, ratione cujus tenetur Curiam ſequi,
dicitur vere, & proprie Curialis; aut non relevat,
cum ex Regula 6. Cancellariæ reſerventur 179
Beneficia *quorumcumque Curialium:* quæ dictio
quorumcumque eſt adeo effrenatæ naturæ, ut
comprehendat etiam eos, qui ſunt improprie Curiales.

Quemadmodum nil officere poterat, quod circumſcripta
Curialitate, familiaritas Prælatorum non 180
excludit Indultum Cardinalitium; Quia in hoc caſu
familiaritas, & Curialitas non ſunt accipiendæ ſingulariter,
& disjunctive, ſed omnino conjuncti- 181
ve; nec una ſeparari debet ab alia; ut comprobatur
tam Auctoritatibus ſupra recenſitis in terminis
familiarium Auditoris Rotæ, in quibus conjunctim
utraque qualitas conſideratur; tum exemplo cæterorum
Officialium, qui ſi ſimpliciter conſiderentur uti
Officiales, Referendarii, Scriptores &c. comprehenduntur
ſub Indultu Cardinalium. At ſi decedant
in Curia, & ſic conſideretur Officium, etiam uti
productivum Curialitatis, ceſſat Indultum, per ea,
quæ tradit *Card. de Luc. de Beneſic. in ſupplemen.
dict. diſ.* 142. & facit in terminis obitus familiaris
in Curia, *Rot. deciſ.* 156. *part.* 3. *Recent.*

Ut etiam pro excludenda Curialitate inanis erat
reflexio, quod *Feriotius* poterat dimitti a ſervitio,
& exercitio. Quia etiam familiares Cardinalium,
& Auditorum Rotæ a ſervitio dimitti poſſunt, ipſique
Officiales officium dimittere, ac Advocati,
& Procuratores recedere à Curia; ſed quouſque
dimiſſi non fuerint ſemper durat Curialitas, quæ
imprimitur eo ipſo, quod quis exercet miniſterium,
quod ſine Curia ſtare non poteſt; nulla habita ra- 182
tione, quod qui illud exercent, poſſint exercitium
relinquere, & a ſervitio recedere, nam eo ipſo, quod
inſerviunt in Officio, dicuntur Curiales, cum impoſſibile
ſit, quod velint Officium exercere, & inſervire,
& Curiam non ſequi.

Demum nihil obſtare dicebam, quod ſi *Feriotius* 183
cenſendus erat Curialis, ex quo ſervitium præſtabat
Secretario Sac. Congregationis, Curiales quoque
reputari deberent familiares omnes Referendariorum,
ratione ſervitii, quod ipſi præſtant, nec eorum Beneficia
conferri poſſent à Cardinalibus, quorum proinde
Indultum nimium reſtrictum remaneret. Siquidem
nullum conſiderari poteſt abſurdum, quod Cardinales
conferre non valeant Beneficia obtenta a familiaribus
Referendariorum, quando præcipue agitur
de Referendariis, qui ſint etiam Miniſtri Sedis
Apoſtolicæ, necnon de familiaribus habentibus
connexionem cum Officio; nam his exceptis, Indultum
poſſet eſſe operativum in familiaribus honorariis,
qui Perſonæ, & non Officio inſerviunt.

Et ex his merito a Congregatione particulari reſolutum
fuit pro excluſione Indulti in dicta *Romana* 184
na Canonicatus S. Mariæ in Coſmedin, quem ſucceſſive
Papa contulit *Philippo Pupio*, ejuſdem Cardinalis
Bichii Auditori, ſub datum apud *Sanctam
Mariam Majorem anno* 1693. *pridie Idus Septembris*,
Pontificatus anno 3. prævia confirmatione,
& approbatione præfatæ Reſolutionis, ac declaratione,
quod defunctus *Feriotius* extiterat Secretarius
in Secretaria Congregationis Epiſcoporum,
& Regularium, & propterea Curialis. Et ſupplicationis
ſumma, quæ Pontifici legitur, ita erat
concepta — *Canonicatus Collegiatæ &c. per obitum
à Secretis in Congregatione ſuper negociis Epiſcoporum,
& Regularium, & ideo Curialis* —

Eminen-

*Eminentiſſimo Bichio dictæ Collegiatæ Cardinali Dia-
cono exiſtente, apud Sedem vacans, & dicto Cardi-
nale Curialitatem hujuſmodi non admittente, ac Ca-
nonicatum conferre prætendente, emanavit Reſolutio
Congregationis à S. V. deputatæ collationem ſpectare
ad S. V. quæ confirmavit reſolutionem pro Philippo
Pupio Clerico, cum derogatione ſtatutorum Urbis
contra Forenſes, & Decreto renunciandi omnibus,
& quibuſcumque actibus, & juribus deſuper in con-
trarium factis &c.*

Fuit etiam quandoque dubitatum, an *Conſultor*
185 Sacræ Pœnitentiariæ eſſet Curialis? & affirmative
reſolutum, tam ratione ſervitii, quia Curiam ſequi
tenetur, quam ratione exercitij, quod Curiam reſ-
picit, dum ſuper negociis Pœnitentiariæ conſultus,
reſpondet. Ita reſolutum ſub Alexandro VII. *in Ca-
nonicatu S. Mariæ Tranſtyberim* vacante per obi-
tum *Philippi Albani*, & adſunt duæ Informationes
Armindi Riccii.

Pro Curialibus quoque habuit Dataria etiam *Sum-
186 miſtam Congregationis S. Officii*, unde ſub menſe
Aprilis 1703. ex capite Curialitatis libere contulit
Beneficiatum Baſilicæ Vaticanæ vacantem per obi-
tum *Simeonis Latini*, qui dum vixit munere præ-
187 fato fungebatur; Tum *Secretarium Collegii Proto-
notariorum*, dum *de menſe Februarii* 1709. diſpoſuit,
ex eodem Curialitatis capite, de alio Beneficiatu
S. Petri obtento *ab Annibale Erculani* præfati Col-
188 legii Secretario; Tum demum *Archiviſtam Sacræ
Congregationis de Propaganda Fide*, qualis fuerat
Dominicus Bianchi, per cujus obitum libere Pon-
tifex anno 1717. contulit Canonicatum S. Euſta-
chii.

E contra Curialis non cenſetur ad effectum ex-
189 cludendi Indultum ille, qui per interpoſitam Per-
ſonam aſſiſtit aliquibus negociis ſibi ab Amicis
commiſſis, quia non ideo dicitur Curiæ alligatus,
Rot. deciſ. 9. in fine part. 5. Recent. & fuit reſolutum
in Congregatione Datariæ *die 3. Julii* 1699. occa-
ſione obitus *Antonii Pri de Blanchis.*

190 De Lectore quoque in Archigymnaſio Sapien-
tiæ Urbis dubitatum fuit, an cenſeretur Curialis,
ejuſque Beneficium reſervatum ex vacatione *apud
Sedem*? Vacavit Canonicatus in Baſilica S. Lauren-
tii in Damaſo per obitum *NN. Salvatorii*, qui
erat Lector Medicinæ in Sapientia; Et Congrega-
tio Particularis, cui interfuerunt clar. mem. Cardi-
nalis *Panciaticus Prodatarius*, nec non RR. PP.
DD. *Molines Decanus Sacræ Rotæ, Lancetta ejuſ-
dem Sacræ Rotæ Auditor, Nuptius Aſſeſſor Sancti
Officii, Corradinus Subdatarius, & Gaſpar Turcus
Præfectus Officii vacationum per obitum* ſub die 26.
Januarii 1700. reſolvit, *Collationem ſpectare ad Emi-
nentiſſimum Ottobonum Titularem*, quia Studium
Sapientiæ exiſtimatum fuit Studium peculiare Ur-
bis Romæ, non autem Curiæ Romanæ, & Sedis
Apoſtolicæ; adeout ſi Papa cum Curia alio ſe trans-
ferret, Studium, Lectores, & Officiales non teneren-
tur ſequi Curiam, ſed Romæ manere deberent.

Similiter cum ſub Pontificatu ſan. mem. Inno-
191 centii XI. vacaſſet Canonicatus *Collegiatæ S. Mariæ
in Vialata* obtentus per *Azzonem*, qui uſque ad
obitum fuerat Auditor *Auguſtini Chiſii* Principis
Farneſii, & Nepotis Alexandri VII. nec non Præ-
fecti Arci S. Angeli: in controverſiam venit, an
Canonicatus præfatus vacare cenſeretur per obi-
tum Curialis? Et licet Cardinalis *de Luca* in voto,
quod edidit in ea cauſa, pro affirmativa inclina-
ret, eo quia dictus Baro, exterus, ac accidentaliter
manebat *in Curia*, & reſidebat apud Principem ra-
tione Feudi, & Baroniæ, & ſic tanquam Baro *in
Curia* Principis; non vero in Urbe moram trahebat,
uti Civis originarius, ſeu Domiciliarius, ac etiam
quia dictus *Azzo* tempore ejuſdem Pontificis jus
dixerat in Caſtro Sancti Angeli, ratione cujus mu-
neris effectus fuerat Curialis, quæ ſane Curialitas
jam contracta, extincta non remanſerat ob ceſ-
ſationem Judicaturæ ſequutam poſt obitum
Pontificis; Nihilominus hoc motivum ab aliis
Judicibus neglectum fuit, & merito, quia Curia-
litas oritur ex neceſſitate ſequendi Curiam, quam
ſequi non tenebatur Auditor Baronis Romani,
neque ratione Feudi, neque ratione Judicaturæ in
Caſtro S. Angeli, quæ, Curia etiam alio tranſlata,
neceſſario in Urbe exerceri debebat; Unde deci-
ſum fuit pro excluſione Curialitatis.

Hæc quoad *Curialitatem*, quæ eſt primum requi-
ſitum neceſſarium ad effectum, ut Beneficia Urbis
ſint obnoxia Reſervationi ob vacationem *apud Se-
dem*. Secundum vero requiſitum eſt, quod quali- 192
tas hæc *Curialitatis* fuerit continuata uſque ad obi-
tum, id quod præſumitur, niſi contrarium probe-
tur, *Mandoſ. ad Regul. 5. Cancellar. quæſt. 4. ſub
num. 6. Paſſerin. in cap. Præſenti, ſub num. 8. de
Præbend. in 6. Barboſ. in jus Eccleſ. univerſ. lib.
3. tit. 13. num. 27. Lotter. de re Benefic. lib. 2.
quæſt. 32. num. 45. & ſeqq. Ventrigl. in Prax. tom.
2. adnot. 2. §. 1. num. 17. Rot. deciſ. 573. part. 4.
tom. 3. & deciſ. 429. num. 7. & 18. part. 5. Recen-
tior. & in Romana Beneficiatus Sancti Petri* 18. *Ju-
nii* 1674. §. *Quoad ſecundam cor. Vicecomite.* Et
Dataria, ſeu proviſus ab ea, cum habeat præſum-
ptionem pro ſe, non continuatione ſcilicet Curia-
litatis, nil probare tenetur, ſed in prætendentem
ejuſdem Curialitatis ceſſationem refundit onus eam 193
probandi, vel contrariis factis, aut animi contra-
riis declarationibus, vel per ceſſationem cauſæ ac-
cidentalis, Curialitatis exercitium præſeferentis, ut
admittunt mox laudati DD. & bene *Rot. deciſ.
573. num. 5. & ſeqq. part. 4. tom. 3. Recent.* ubi
etiam, quod tali caſu non agitur de præſumptio-
ne legis, ſed de vera impreſſione Curialitatis, quæ
amitti non poteſt ſine facto illam obtinentis; &
ubi factum requiritur, lex non intendit illud ſup-
plere.

Adeſt & alia evidens ratio, quia ad Curialita-
tem inducendam non requiritur exercitium actu, 194
ſed ſufficit in habitu, & potentia, quodque Curia-
lis ſit paratus munus ſuum exercere, quando ca-
ſus occurrat, *Lotter. de re Beneficiar. lib. 3.
quæſt. 11. num. 151. Rot. deciſ. 174. num. 13. &
ſeqq. part. 12. & deciſ. 213. num. 2. & ſeqq. part.
17. Recentior.* & in terminis *Agentis Cobell. ad* 195
Bull. Bani Regimin. cap. 34. artic. 8. nu. 14. Quod,
& ſancitum habemus in terminis Subcollectoris,
cujus reſpectu, licet *Regula V.* Cancellariæ dicat 196
-- *ſuo tempore Officium exercuerit* -- ſufficit tamen
ad effectum, ut illius Beneficia ſint reſervata; po-
tentia exercendi, quando occaſio ſe præbuerit,
Rot. deciſ. 779. num. 4. & 5. cor. Molines, & Nos
late in *Commentar. in eamdem Regulam.* Ideoque
ſi poſt adeptam Curialitatem, aut negocia defi- 197
ciant, aut negociis nolit quis amplius incumbere,
hoc ſolum operabitur, quod cenſeretur dimiſiſſe
exercitium Curialitatis, ſed non animum Curialitate
ſe expoliandi, quia ſimul ſtare poſſunt, quod Cu-
rialitatem non amplius exercere velit, & quod ad-
huc retineat acquiſitam, *Eminentiſſimus Petra in
Conſtitut. Apoſtolic. tom. 4. pag. 493. Rot. deciſ. 573.
in fine part. 4. tom. 3. Recent.* ubi quod ita fuit de-
ciſum.

Et fuit etiam reſolutum *die 30. Maii* 1698. à Con- 198
gregatione Particulari. Vacavit per obitum *Coſ-
mæ Carboni* Canonicatus in Baſilica S. Laurentii
in

in Damaſo, illumque de facto contulit Eminentiſ-
ſimus *D. Cardinalis Ottbobonus* Titularis. Sed pro-
bato per Datariam, quod *Carbonus* extiterat Cu-
rialis, quia tamquam Advocatus ſcripſerat in dua-
bus Cauſis, una pro *Cardinali Barberino*, & alte-
ra pro Eccleſia ſua: Congregatio præfata unanimi
Voto reſpondit -- *Collationem Eminentiſſimi Ottbo-
boni non ſubſtinere* -- Opponebatur, quod deſun-
ctus bis tantum in toto vitæ ſuæ decurſu ſcripſe-
rat in Cauſis; & cum deceſſiſſet octuagenarius, præ-
ſumi debebat, quod dimiſerit Curialitatem. Sed per-
penſum fuit, quod cum non conſtaret ex factis, vel
dictis de tali dimiſſione: quamquam dici potuiſſet,
quod *Carbonus* ceſſaverit ab exercitio, nullatenus
tamen affirmari poterat, quod Curialitatem jam
acquiſitam dimittere voluerit.

199 Curialitas itidem interrupta non cenſetur per ſo-
lam acquiſitionem Beneficii requirentis perſonalem
reſidentiam in Urbe, nam licet inde præſumi queat
mutata cauſa, & animus commorandi accidentali-
ter in Urbe propter ſupervenientiam novæ cauſæ
veri nempe, & actualis Domicilii, *Rot. deciſ.
429. num.* 10. *part. 5. Recent.* Nihilominus poſ-
ſunt ſtare ſimul, quod quis contraxerit in Urbe
Domicilium ex cauſa reſidentiæ debitæ ratione Be-
ficii, & quod permanſerit adhuc Curialis, & ani-
mum retinuerit ſequendi Curiam, ut admiſſum fuit
in omnibus cauſis, in quibus coram Congregatio-
nibus particularibus actum eſt de Curialitate, ut
in illa *Jo. Baptiſtæ Huſſoni* anno 1676. de qua ſu-
pra *num.* 164. In illa *Caroli Feriotti* 23. Julii 1693.
ut ſupra dictum eſt *num.* 184. in alia *Advocati Car-
boni* 30. Maii 1696. de qua mox meminimus, &
demum in Cauſa *Matthæi Galantis* 22. Decem-
bris 1702. de qua ſermo erit in *Comment. in Regul.
IV. §. 6.* Alias enim nullus Beneficiatus eſſet Curia-
lis, ſi vera eſſet propoſitio, quod Beneficium reſiden-
tiale obtinens, cenſeatur potius morari in Urbe oc-
caſione reſidentiæ, & Domicilii, quam occaſione Cu-
riæ, ut bene *Butr. in citat. cap. Præſenti num.* 10.
ubi etiam *Barboſ. n. 4. Rot. deciſ. 573. n. 13. & ſeqq.
part. 4. tom. 3. & deciſ. 429. num. 8. part. 5. & in
dicta Romana Beneficiatus S. Petri §. Quoad ſecun-
dum, cor. Vicecomite.*

Nec obſtat, quod Rota contrarium firmaverit *in
deciſ. 9. part. 5. Recent.* recedendo ab antea deciſis:
Quia admittitur in dicta Deciſione præſumptio con-
tinuationis in Curialitate, uſque ad mortem, ut
200 *ſub num.* 10. Sed reſpondetur, quod ex ponde-
ratis in facto reſultabat mutatio voluntatis *eſſe
Curialem*; ſubjungendo, quod pro hac mutatio-
ne evinceoda ſufficiat levior probatio, etiam ex
contrariis præſumtionibus deducta, ad ſimilitu-
dinem poſſeſſionis, quæ licet continuata præſu-
matur uſque ad mortem, eliditur tamen hæc præ-
ſumtio, ſi aliæ, & validiores in contrarium ur-
geant præſumtiones, ut in *dict. deciſ. 9. ſub num.
14. & ſeqq.* & ſequuntur *Paſſerin. in dict. cap. Præ-
ſenti, ſub num. 8. Tondut. quæſt. Benefic. tom. 1.
part. 2. cap. 3. §. 2. num. 19. Ventrigl. in Prax. tom.
2. adnot. 2. §. 1. ſub num.* 17. Quamobrem hæc vi-
detur materia, quæ pendet à circumſtantiis facti,
201 juxta quas reſolvendum pro Curialitatis continua-
tione, vel dimiſſione; remanente ſemper firma Re-
gula, quod hoc onus incumbat ei, qui allegat diſ-
ſolutionem, utpote quia contra ipſum ſtat juris præ-
ſumtio.

Tertium denique requiſitum pro inducenda re-
ſpectu Beneficiorum Urbis vacatione *apud Sedem*,
202 ſeu *in Curia* eſt, quod Curialis decedat in loco Cu-
riæ, nam ſi moritur in locis vicinis, quamvis intra
duas Dietas, & in quibus Domicilium habeat,
prævalet origo, & Domicilium Curialitati, ut in
cap. Præſenti, & ibi Ancaran. de Præbend. in 6.
& in *Extravag. ad Regimen, verſic. ac etiam.* Et
de hoc infra latius agemus *in Commentar. in §. 6.
hujus Regulæ.*

A Beneficiis Urbis progreditur ſermo ad Bene-
ficia in alienis Regionibus, Ultramontanis præſer-
tim exiſtentia, & *apud Sedem vacantia.* Sane quod
attinet ad Beneficia *Galliarum*, ea, ſive minora 203
ſint, & liberæ collationis, ſive majora, Epiſcopatus
nempe, Monaſteria, aliaque Conſiſtorialia Benefi-
cia, ad quæ Reges vigore Concordatorum jus no-
minandi habent, ſi *apud Sedem Apoſtolicam* per
obitum naturalem Poſſeſſorum vacent, ſunt liberæ
Pontificis diſpoſitioni Reſervata, ſine ulla prorſus
Regis nominatione, ut expreſſe ſancitum fuit in iiſ-
dem Concordatis *tit. de elect. & Reg. ad Prælat. no-
min. §. 1. verſic. necnon per obitum, & §. Monaſteriis,
verſic. ac etiam apud Sedem vacantibus*, & ibidem
*Rebuff. Tondut. reſolut. Benefic. cap. 89. num. 12.
& ſeqq. Doujat. in ſpecim. Jur. Gallic. tom. 1. in
præfat. cap. 9. num. 6. Bauny de Benefic. diſput. 5.
tit. de Reg. nominat. quæſt. 8. pag. mihi 183. Feu-
ret. de Abuſ. lib. 2. cap. 7. num. 10. pag. mihi 293.
Dartis de Benefic. ſect. 7. cap. 4. §. Similiter, Dua-
ren. eod. tract. lib. 5. cap. 12. circa fin. verſic. poſtre-
mo notandum eſt, Thomaſſin. de Benefic. tom. 2. lib.
1. cap. 49. num. 7. §. Hæc autem, & lib. 2. cap. 40.
num. 4. & 5. Cabaſſut. in Theor. & Prax. Jur. Ca-
non. lib. 2. cap. 5. nu.* 4. & pluries Vir clariſſi-
mus Cardinalis *Oſſatius* in ſuis Epiſtolis, & præ-
cipue *Epiſtol.* 82. 183. 190. 215. & 218. juxta im-
preſſionem anni 1643.

Quod ſi majora hæc Galliarum Beneficia non 204
vacent *apud Sedem* proprie, & per obitum natu-
ralem Epiſcopi, vel Abbatis, ſed improprie, nempe
per *Ceſſionem*, *Tranſlationem*, *Privationem propter
Hæreſim*, vel aliud Delictum &c. in his caſibus
non libere, ſed ad Regis nominationem Pontifi-
cem de Beneficiis præfatis diſponere non ambigi-
tur; & frequenter ſervari videmus in Tranſlationi-
bus Epiſcoporum de una ad alteram Eccleſiam, *Re-
buff. ad dict. titul. de Reg. ad Prælat. nominat. §. 1.
verb. obitum, Bengans, & Pinſon. de Benefic. verb.
Canonica §. 9. n. 4. & ſequentib. pag. mihi 385. Bauny
de Benefic. diſput. 5. tit. de Reg. nominat. verſic. quid
ſi Ceſſione pag. 183. Van Eſpen in Jus Eccleſ. uni-
verſal. part. 1. tit. 15. cap. 4. n. 20. & 21. Thomaſ-
ſin. de Benefic. tom. 2. lib. 1. cap. 48. n. 7. & ſeqq. &
lib. 2. cap. 40. num. 4. §. Cæterum, D. Advocatus
de Sanctis in Examen. Conſiſtor. cap. 13. n. 144. &
n. 168. §. In Praxi tamen.*

At verba Concordatorum quamvis ſint clariſſi-
ma, tamen non defuere Galli Auctores, qui Bene- 205
ficia majora, ſeu Conſiſtorialia Galliarum per obi-
tum *apud Sedem* vacantia, libere à Papa conferri
non poſſe affirmant, ſed adhuc in tali caſu deſide-
rari Regis nominationem contendunt. Eorum ag-
men ducit *Molinæus* in *Regul. de Infirmis, n.* 406.
ubi ait, *ſubreptum in Concordatis, Louet ibidem
n. 406. Pinſon. in tract. des Régales, fol.* 133. & la-
tius *pag. 690. & ſeqq. & ſur l'Edit de Controlle pag.
39. & in notis Summariis ad Indulta Regis, pag.
mihi 464. litt. I, & pag. 466. Bengaus, & Pinſon.
de Benefic. verb. Canonica, §. 2. n. 44. & ſeqq. pag.
mihi 352. & §. 9. n. 7. & ſeqq. pag. mihi* 385. &
latius *Hieronymus à Coſta in Libro Gallici idio-
matis*, cui titulus -- *Hiſtoire de l'origine, & du Pro-
grès des Revenus Eccléſiaſtiques pag. mihi* 188. qui
aſſertionis præfatæ haſce profert rationes.

La Conſtitution de cette reſerve eſt raportée dans 206
le texte *au chapitre* Licet *en ces termes*--Collationem
tamen

tamen Eccleſiarum, Perſonatuum, Dignitatum, & Beneficiorum apud Sedem Apoſtolicam vacantium ſpecialius cæteris antiqua Conſuetudo Romanis Pontificibus reſervavit -- *mais comme ces mots* Eccleſiarum, & Dignitatum *ſont generaux, l'Autheur de la Gloſſe ſur le Texte, qui étoit Sécretaire du Pape Boniface VIII. prétend que le Pape n'a point compris dans ſa Conſtitution les Evêchés, ni les Abbayes; & cependant le Concordat, qui nous ſert de régle, comprend dans les Benéfices, qui ſont réſervés au Pape, à cauſe de leur vacance* in Curia *les Evêchés, & les Abbayes. Maiſtre Charles du Moulin a eſté obligé de dire, qu'il y a eu de la ſurpriſe dans le Concordat: & en effet l'on n'a pas pû étendre le ſens de la Conſtitution des Bénéfices vacans* in Curia, *mais on a dû l'expliquer conformément à l'intention des Papes Clement IV. & Boniface VIII. qui en ſont les auteurs. C'eſt pourquoi l'on a raiſon de dire que les Commiſſaires du Roi ont été ſurpris, quand ils ont laiſſé paſſer cet article du Concordat: car il eſt certain, que les Bénéfices auxquels on pourvoyoit par la voye de l'élection, n'étoient point ſoumis au Chapitre* Licet *ou à la Conſtitution* de Beneficiis vacantibus in Curia. *D'autre part, on ne doute point que la nomination du Roi n'ait été ſubrogée aux élections, & par conſequent qu'elle ne doive jouir de tous leurs droits. Ainſi, les Bénéfices auxquels le Roi nomme à cauſe du Concordat, ne doivent point être reſervés au Pape, quand ils vaquent en Cour. C'eſt ce que Meſſieurs les Gens du Roi prétendent maintenant en France, & le Parlement de Paris s'eſt aſſez expliqué ſur ce ſujet: Il ſemble cependant, que le Roi reconnoiſſe cette reſerve des Papes, principalement lors qu'il donne ſon Brevet à des perſonnes, qui ne ſont point du Royaume, & qui pourroient mourir en Cour. Il ne leur accorde les Bénéfices, qu'à condition qu'ils obtiendront du Pape un Bref* de non vacando in Curia, *& après cela ſoit qu'ils obtiennent ce Bref, ou qu'ils ne l'obtiennent pas, les Bénéfices dont ils ſont pourveus ne peuvent plus eſtre cenſés vaquer en Cour. Monſieur Doujat a fait imprimer le Bref* de non vacando in Curia, *que le Pape Clément IX. (en 1667.) accorda au Cardinal Mancini pour les Abbayes qu'il poſſedoit en France:* Ce Bref eſt adreſsé *au Roi ſur ſa ſupplique en ces termes* -- Nos, ne prædicto Cardinale forte apud Sedem Apoſtolicam decedente, Majeſtas tua impediatur, quominus ad Monaſteria hujuſmodi ratione dictorum Concordatorum, aut ſpecialis Indulti Apoſtolici nominare poſſit, opportune providere volentes: ſupplicationibus ejuſdem Majeſtatis tuæ nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Majeſtati tuæ &c. -- *il parois aſſez par les termes de ce Bref, que le Pape prétend que tous les Bénéfices vacans* in Curia *lui ſont reſervés par les articles meſmes du Concordat, & que le Roi reconnoit cette reſerve du Pape en vertu du Concordat. J'ai vû quelques autres Brefs* de non vacando in Curia, *qui ſont exprimés de la même maniére. Mr. le Duc de Neubourg en a auſſi* (en 1673.) *obtenu un pour l'Abbaye de Feſcan, lequel eſt ſemblablement adreſſé au Roi: les Papes en accordent neanmoins aſſez rarement: mais il ſeroit à ſouhaiter qu'ils n'en accordaſſent jamais: & même qu'on ne leur en demandât point du tout, afin de ne pas autoriſer une clauſe du Concordat, qui eſt ſans doute vicieuſe: & à laquelle on peut déroger, ſans déroger pour cela à la ſubſtance du Concordat.*

Hactenus *Hyeronymus* à *Coſta*: cujus verba, & rationes operæ pretium erit ad trutinam revocare.

Itaque prima ratio Gallorum eſt, quod teſte *Molinæo*
ſubreptum fuit in Concordatis; & quod decepti 207
fuerunt Regii Commiſſarii. Sed omiſſis iis, quæ
contra *Molinæi* teſtimonium, & perſonam adduci
poſſent ex *Spondan. ad ann.* 1564. *num.* 6. & ple- 208
nius ex *Raynald. ad dict. ann.* 1564. *nu.* 13. cuique
*Julianus Peleus, Auctor & ipſe Gallus, in Epiſtol.
dedicat.* præfixa *Commentar. Analyt. in Regul.
Cancell.* objicit, quod *ſæpe adverſantes Sententias
proteris magno, & confidenti auſu; ſæpe audacule
loquitur, cum aliquid minus probat*; quodque
in multis hallucinatus, & reprehenſus fuit. Et etiam
prætermiſſo, quod teſte *Thomaſſin. de Benef. tom.
2. lib. 2. cap. 40. num.* 1. non ait *Molinæus*, obrep-
tione id factum fuiſſe, ſed tantum cenſet, eſſe *novi* 209
juris additamentum: quod (proſequitur *Thomaſſin.*)
*à vero non abhorret, ſi ad jus antiquum oculi re-
torqueantur.* Verum a nobis ſuperius abunde de-
monſtratum eſt, inter novi juris Decreta antiquiſ-
ſimum iſtud videri poſſe.

His, inquam, prætermiſſis: quis unquam ſanæ
mentis ſibi ſuadere valebit, quod in Concordatis
tanto ſtudio confectis, & diu, multumque exa-
minatis, obreptio, & deceptio intervenire potue- 210
rint? Rex ipſe *Franciſcus* in Proœmio Concorda-
torum refert, quod cum de abroganda Pragmati-
ca Sanctione in Concilio Lateranenſi ageretur,
enixis precibus contendit, ut ſaltem vice illius, cer-
tas ipſi leges, & conditiones meditari, comminiſ-
cique liceret, quibus Imperium ſuum impoſterum
uteretur; quodque Leo X. ei indulſit, ut conventa
quædam ei meditari, & commentari liceret; prout
hujus commentationis cura *Viris quibuſdam conſul-
tiſſimis* demandata fuit. Cumque quoad electiones,
quod optabat, obtinere non potuiſſet, ſuper iis
tranſigendo *Viros multos doctrina eximia, littera-
rumque peritia præditos, uſuque rerum callentiſſi-
mos conſulueris*; & tandem de eorum Sententia
Concordata publicari mandavit; & notat *Re-
buff. in Proœm. Concordat. verſic. Viros*, Nemo 211
itaque credere poterit, tot Viros eximia litteratura
præditos, & juris conſultiſſimos, quique has le-
ges, & conditiones, Rege ipſo inſtante, meditati
fuerunt, decipi potuiſſe in re cæteroquin obvia, &
oſcitanter appoſuiſſe conditionem contra mentem,
& voluntatem Contrahentium, ut in ſimili perpen-
dit *Caſtrenſ. conſil.* 164. *num.* 8. *tom.* 2. -- ibi --
*Nec eſt tolerabile, quod in contrarium dicitur, &
allegatur per Advocatum alterius partis, ſcili-
cet, quod illa nominatio fuerit facta per inadver-
tentiam Scribentis. Quia cum in Curia Principis
ſint Periti, & littera tranſeant per multas manus
Peritorum, non eſt credendum, quod talis inad-
vertentia fuiſſet tolerata, ſi per errorem, & præter
intentionem Concedentis, conceſſiſſet, argumento eo-
rum, quæ habentur in cap. ad Audientiam, il primo
de Reſcript. & Gloſſ. in cap. Quam gravi, de Crim.
falſ.* -- Plane omnes Contractus impugnari fa-
cillime poſſent, ſi liceret uni ex Contrahentibus
conditionem alteri parti favorabilem oppugnare,
objiciendo, quod per ſubreptionem, & deceptio-
nem inſerta fuerit.

At unde proceſſit hæc ſubreptio, & deceptio? 212
Dicunt, quod Epiſcopatus & Dignitates Electivæ
non vacant in Curia, nec comprehenduntur *ſub
cap. 2. de Præbend. in 6.* prout declaraſſe fertur
Nicolaum IV. quoad Epiſcopatum *Bracharen.*
ut ibidem *Gloſſ. Joan. Monach.* & cæteri Cano-
niſtæ, *Gloſ. in Pragm. ſanct. tit. de Elect. cap. Sicut,
§. Quibus, verſ. Clauſis, pag. mihi* 56. *& ibi Gu-
lielm. de Monteſerrato, Pinſon. & Hieron. a Coſta
locis allegat. Blondeau in addit. ad Beuchel. Bi-*

blioth.

bliot. Eccleſ. verſ. Des Indults pag. mihi 729. §. *le meſme.* Dum igitur Beneficia Electiva non vacant in Curia, nominatio ſpectat ad Regem, qui eſt ſubrogatus electioni. Male itaque, & ſubreptitie in Concordatis Regi interdicitur nominatio in caſu vacationis in Curia.

Verum multipliciter reſpondetur. Et primo,
213 quod ſatis dubium eſſe poterat, an ſub diſpoſitione *cap.* 2. comprehenderentur Eccleſiæ Cathedrales, & Abbatiales, cum textus utatur verbo *Eccleſias*; & appellatione *Eccleſiarum* comprehenduntur Cathedrales, ut in his terminis notat *Paſſerin. in cap. Licet, ſub. num.* 4. *de Præbend. in* 6. & generaliter *in capit. Antiqua* 23. *de Privileg. Abb. in cap. Cum ſuper*, 8. *num.* 3. *de Sepultur. Barboſ. de Canon.cap.* 2. *num.* 6. *Gratian. diſcept. foren. cap.* 893. *numer.* 32. *& ſeqq. Frances de Eccleſ. Cathedral. cap.* 15. *num.* 160. *doctus Auctor Gallus Huſſon Charleteau* in Libello, cui Titolus -- *Abregé des matiéres Bénéficiales, Lugdun.* 1687. *in notis pag.* 21. *&* 50. alibique paſſim; & dubium id reliquit, *Louet ad Molin. in Reg. de Infirm. dicto num.* 405. Itaque, aut Viri illi conſultiſſimi qui Concordata efformarunt, crediderunt, id eſſe dubium, & potuerunt communi conſenſu declarare hoc dubium favore Summi Pontificis, cui non tribuebatur jus libere conferendi, niſi in hoc unico particulari, & raro eventuro caſu vacationis Eccleſiæ, vel Monaſterii *apud Sedem.* Aut exiſtimarunt clarum eſſe, ſub *capit.* 2. diſpoſitione non compreheodi Eccleſias Cathedrales, & Abbatiales *in Curia* vacantes, & communi itidem conſenſu ab eo recedere potuerunt, condereque hoc novum jus, cum poteſtas non deeſſet. Et ſicuti in gratiam Regis derogatum fuit, potuitque derogari Electionibus in cæteris aliis caſibus, in quibus Cathedrales, & Monaſteria vacarent, ita in gratiam Pontificis derogari potuit Electionibus in hoc unico caſu *vacationis per obitum apud Sedem*, itaut ſubrogatus fuerit Rex electoribus, ſed cum hac conditione, & limitatione, ut a nominatione abſtinere deberet in eventum, quod Epiſcopus, vel Abbas decederet *in Curia*, nulla habita relatione, vel reſpectu ad diſpoſitionem *cap.* 2. & ejus intelligentiam.

Secundo reſpondetur, quod etiamſi Epiſcopatus, & Abbatiæ non comprehenderentur ſub diſpoſitione *cap.* 2. attamen aliæ poſtea ſupervenere Pontificum
214 Conſtitutiones, quæ majora hæc Beneficia Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervarunt, ſi vacaſſent *apud Sedem*, unde nihil diſputare intererat, an hujuſmodi Beneficia Conſiſtorialia ſub *cap.* 2. diſpoſitione comprehenderentur, *Garc. de Beneſ. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 114. *Paſſerin. dict. cap. Licet, n.* 4. *de Præb. in* 6.

Et quidem Bonifacius VIII. omnia Beneficia in Curia vacantia, etiam Epiſcopatus, reſervavit; ipſeque S. Ludovicum Regii ſanguinis Principem ad *Tholoſanum*, atque *Gulielmum Duranti* ad *Mimatenſem* Epiſcopatus promovit, quia in *Curia Romana* vacaverant, *Thomaſſ. de Beneſic. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 33. *n.* 6. *verſ. Qui in Curia, Natal. Alex. ſæc.* 13. *&* 14. *part.* 2. *cap.* 7. *art.* 2.

Gallicani quoque Pontifices, qui poteſtatem reſer-
215 vationum *ad id faſtigii evexerunt, quo non potuit altius aſſurgere*, ut ait *Thomaſſin. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 6. ſive declarando, ſive ampliando Decretalem *in cap.* 2. *de Præb. in* 6. Cathedrales Eccleſias quaſlibet, & Monaſteria, quæ apud *Sedem Apoſtolicam* vacarent, Apoſtolicæ proviſioni reſervarunt. Et imprimis *Clemens V.* ut refertur *in cap.*
216 *Ex debito, de Electiön. inter Extravag. Commun. & in Extrav. Etſi temporalium, de Præbend. inter Commun.* Hanc eamdem Reſervationem innovavit, & ampliavit *Joannes XXII.* pariter ejus vita durante, *in d. cap. Ex debito*, & poſt ipſum *Benedictus XII. in Extravag. ad Regimen. de Præben. inter comm. Thomaſſin. dict. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 44. *n.* 6. *& cap.* 48. *etiam n.* 6. *Natal. Alex. dict. ſæcul.* 13. *&* 14. *part.* 2. *cap.* 7. *art.* 3. *pag.* 91. Neque hiſce Re- 217
ſervationibus Gallia adverſata eſt, ea fortaſſe ratione, quia in Gallicanæ Gentis utilitatem emolumenta inde provenientia cedebant, ut ingenue fatetur *Thomaſſin. dicto tom.* 2. *libr.* 1. *cap* 44. *n.* 7.

Reſervationes vero ipſæ, etiam in Eccleſiis Galliarum, pluries ad praxim deductæ fuerunt, ne dum quando vacabant *in Curia* per obitum, ſed etiam
ſi vacaſſent per Depoſitionem, Tranſlationem, 218
Ceſſionem &c. ut videre eſt in Pontificum litteris penes *Baluz. in Vitis PP. Avenionen. tom.* 2. *pag.* 78. ubi de proviſione *Eccleſiæ Lingonen.* pag. 154. ubi de *Eccleſia Agennenſi*, & pag. 697. & ſeq. ubi de proviſione *Narbonenſis Eccleſiæ* ad favurem *Petri de Indicia* a Clemente VI. facta, ſub *Datum Avenione IV. Idus Januarii anno V.* in qua hæc leguntur -- *Nuper ſiquidem Eccleſia Narbonenſi per obitum bon. mem. Gosberti Archiepiſcopi Narbonen. qui apud Sedem Apoſtolicam diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta. Nos ad proviſionem ejuſdem Eccleſiæ, ne ex vacatione diutina poſſet incurrere detrimenta, ſollicitis ſtudiis intendentes: cum nullus præter Nos, hac vice, de proviſione ipſius Eccleſiæ Narbonenſis ſe intromittere poſſit, pro eo quod Nos diu ante vacationem hujuſmodi proviſionem omnium Eccleſiarum Archiepiſcopalium, & Epiſcopalium tunc apud dictam Sedem quomodocumque vacantium, & in antea vacaturarum diſpoſitioni, & ordinationi noſtræ ſpecialiter decrevimus ex tunc irritum, & inane &c.* Refert quoque idem *Baluz. pag.* 753. proviſionem ab Innocentio VI. factam de *Eccleſia Carcaſſonen.* apud *Sedem Apoſtolicam* vacante per Tranſlationem, & *pag.* 778. adducit aliam ſimilem Gregorii XI. Bullam ſuper proviſione *Eccleſiæ Narbonenſis* apud *Sedem vacantis.* Et *Clemens* in ſua obedientia dictus PP. VII. in proviſione Eccleſiæ *Auſcitanæ* facta anno 1379. apud eumdem *Baluz. pag.* 1379. hæc ait -- *Dudum ſiquidem felic. rec. Gregorius PP. XI. Prædeceſſor noſter proviſiones omnium Cathedralium Eccleſiarum, tunc apud Sedem Apoſtolicam vacantium, & impoſterum vacaturarum, collationi, & diſpoſitioni ſuæ reſervavit, & decrevit ex tunc irritum, & inane &c.* Adeo ut innegabile ſit, hanc diſciplinam in Galliis viguiſ-
ſe, quod Epiſcopatus, & alia majora Beneficia in 219
Curia vacantia, uti reſervata, fuerint a ſolo Summo Pontifice collata.

Perduravit eadem diſciplina dum Pragmatica
de facto vigeret: *cum ea reſervatio*, ſcilicet *vaca-* 220
tionis apud Sedem, nec Baſileenſi Concilio, nec Pragmatica ſanctione expuncta fuiſſet; ideoque Galli *de ea admittenda ne ambigebant quidem*, ut ait *Thomaſſin. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 5. Cumque Curia Parlamenti ſe opponeret publicationi Concordatorum, etiam ex hoc capite, quod jus providendi libere ſpectaret ad Papam moriente Epiſcopo in Curia: Cancellarius *du Prat*, cui hoc negocium à Rege Franciſco I. demandatum fuerat, quique prius cum Pontificiis Miniſtris de hac re tractaverat, reſpondit -- *Pour la vacance in Curia, la Pragmatique & les Concordats ſemblables, & pis durant la Pragmatique, car lors le Pape pourvoyoit en toute ſorte de vacation, au preſent par mort ſeulement* -- *Pithou in Hiſtor. Pragmat, & Concordat.* poſt librum *de Libertatibus Eccleſ. Gallican. pag. mihi* 139.

Imo cum Romani Pontifices omnium Eccleſiarum

rum Cathedralium, & Monaſteriorum reſervatio-
221 nem ſibi vindicaſſent, etiam ſi extra Curiam vaca-
viſſent; & revera pluries, atque pluries eas provi-
diſſent in Galliis uſque a tempore Bonifacii VIII.
ut videre eſt in pluribus exemplis, quæ congerit
Baluzius in vitis Papar. Avenian., *Thomaſſin.*,
Natal. Alex. in locis allegat. & poſt ſedatum ſchiſ-
ma id etiam ſervaverit Martinus V. reſcribens anno
222 1429. Regi Poloniæ -- *Hoc ſimiliter alias fecimus
in Regno Caſtellæ, & noviter in Regno Franciæ in
duabus Eccleſiis, fueruntque proviſiones noſtræ re-
verenter, ut dignum erat, a Regibus acceptatæ* --
apud *Raynald. ann.* 1429. *num.* 14. *Thomaſſin. tom.*
2. *lib.* 2. *cap.* 38. *ſub num.* 13. & prius *tom.* 2. *lib.*
1. *cap.* 45. *num.* 3. ubi refert fragmentum Epiſtolæ
Eugenii IV. ad Regem Luſitaniæ, ex qua colligit,
*eam tum Romanos Præſules exercuiſſe poteſtatem,
ut omnes Epiſcopatus donarent, non conniventibus
tantum Regibus, ſed etiam ſuffragantibus*; & Pragma-
223 tica ipſa vigente, pluries etiam Summi Pontifices
reſervaverint, & contulerint, etiam inſtante Ca-
rolo VII. Pragmaticæ Authore, ejuſque filio Lu-
dovico XI. Cathedrales Eccleſias *Thomaſſin. tom.* 2.
lib. 2. *cap.* 33. *num.* 7. *Natal. Alex. ubi ſupra.* Ex
his ut que colligere licet, quod non ſolum non fuit
ſubreptum in Concordatis, ſed quod multum de
ſuo jure ceſſit Sedes Apoſtolica, ideoque illis, non-
niſi ægre, Cardinales conſenſerunt; Nam ceſſit juri
reſervandi, & conferendi Eccleſias, ſi vacarent ex-
tra Curiam: ceſſit juri libere conferendi, ſi vaca-
224 rent *apud Sedem* per Translationem, Ceſſionem,
aut per alium modum fictum, ſeu obitum civilem;
eique ſolum præſervata fuit facultas libere conferen-
di in caſu *obitus naturalis in Curia*, de quo Galli
numquam ambigerunt, *Thomaſſin. tom.* 2. *lib.* 2.
cap. 40. *n.* 5.

Confirmatur id ipſum ex facto Regum, qui plu-
ries eamdem reſervationem favore Sedis Apoſtolicæ
225 approbarunt, & faſſi ſunt. Imprimis Rex ipſe *Fran-
ciſcus I.* eodem anno 1516. quo Concordata inita
fuerunt, impetravit ab eodem Leone X. Indultum
nominandi ad Beneficia majora *Armoricæ*, & *Pro-
vinciæ*; fuitque reiterata eadem reſervatio, ſi Præ-
lati mortem obirent *apud Sedem.* Ergo nihil ea in
re *obreptum fuit in Concordatis*, ut proſequitur *Tho-
maſſin. dicto tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 5. alioquin
etiam in hoc Indulto ſubreptum fuiſſe dicendum fo-
ret.

Henricus II. anno 1550. promittens Julio III.
velle omnino ſervare Concordata, præ cæteris, jux-
ta illorum tenorem, promittit non nominare ad Ec-
cleſias, & Monaſteria *apud dictam Sedem vacan-
tia*, ut apud *Raynald. ad ann.* 1550. *n.* 17. Quod
etiam promiſit *Franciſcus II.* ejus filius, ut legitur
in Actis Conſiſtorialibus 19. Januarii 1560. & apud
Raynald. ad d. annum n. 25. & 26. Et tandem anno
1564. *Carolus IX.* ut latius videre eſt in Bulla Pii
IV. ſub Datum *apud S. Petrum* 1564. impreſſa a-
pud *Pinſon. in Tract. des Regales &c. pag.* 932. &
in Notis ſummariis ſuper Indultis, *pag.* 728. *Dou-
jat. part.* 2. *pag. mihi* 63. & alibi. In debiliori-
bus autem terminis notat *Felin. in cap. Nonnulli*,
226 *numer.* 14. *de reſcript.* quod ſuſpicio ſubreptionis,
purgatur per ſupervenientiam novi reſcripti, quia
actus geminatus eſt longe fortior, & magis o-
peratur, quam actus ſemel tantum factus, quia
non videtur veriſimile cadere error in actu reite-
rato.

Urget quoque & illud argumentum, quod ipſe-
met *Hieronym. à Coſta* in verbis ſupra allegatis va-
227 lidiſſimum agnoſcit, quod Reges ipſi Galliarum
ſæpe impetrarunt. Indultum nominandi ad Cathe-
drales, & Monaſteria, ſi forte vacarent *apud Se-
dem*, cum expreſſa mentione, ne Rex vigore Con-
cordatorum, aut Indultorum impediatur nominare.
Et latius dicemus infra *num.* 264. & *ſeq.* & *n.* 272.
Dum vero idem Auctor exoptat, ne ſimilia Indul-
ta petantur, ne hæc reſervatio vitioſe appoſita in
Concordatis, approbetur, rem profecto irrationa-
bilem optat; cum per conceſſionem ſimilium Indul-
torum, & Rex ſuum intentum aſſequatur, nomi-
nando perſonam ſibi benevißam, & præſerventur
illæſa Concordata, quibus ſine utriuſque Partis con-
ſenſu derogari non poteſt; & Pontifices Indulta
concedendo, plurimum de jure ſuo remittant, ſed
remittunt ad alendam communem inter eos pacem,
& concordiam, ut optabat *Oſſatus*, relatus à *Tho-
maſſin. tom.* 2. *par.* 1. *cap.* 49. *num* 8. Expeditque
magis ſequi exemplum ipſius *Oſſati*, qui anno 1600. 228
Breve Pontificium obtinuit, ut ſi Romæ ſuum ipſe
diem obiret, integra Regi ſervaretur nominatio Be-
neficiorum, quæ habebat, quam de ſummo jura
contendere, *Thomaſſin. dict. capit.* 49. *n.* 8. §. *Quæ
verba.* Et de hoc Brevi meminit ipſe *Oſſatus Epiſt.*
243. *in fin. pag.* 163. *tom.* 4. *Juxta impreſſion. anni*
1714. -- ibi -- *Je vous envoye un Bref, que j'ai ob-
tenu du Pape pour le Roy, afin que ſi je décéde en
Cour de Rome, la nomination des Bénéfices que j'a-
vois lors de mon trépas, ſoit aſſurée à Sa Majeſté* --
14. *Octobris* 1600. & in alia Epiſtola ſcripta 7. *Ju-
nii* 1601. quæ eſt la 277. *pag.* 477. *dict. tom.* 4. -- ibi
-- *par le Bref, que je vous ai envoyé ci-devant, S.
M. eſt aſſeûrée, qu'encore que je meure en Cour de
Rome, ſa nomination lui ſera conſervée.*

Regum confeſſionibus adeo ſolemnibus adſtipu-
lantur proviſiones Apoſtolicæ inconcuſſe factæ in hoc
caſu deceſſus *in Curia.* Sub *Gregorio XIII.* hanc 229
in actis Conſiſtorialibus reperi adnotationem -- *Fe-
ria IV. die* 10. *Decembris* 1572. *Proponente S. D.
N. Sanctitas Sua providit Eccleſiæ Narbonen. in
Curia vacanti de perſona R. D. Simonis Ugot, cum
reſervatione penſionis annuæ trium millium duc. ſu-
per fructibus dictæ Eccleſiæ pro RR. DD. Cardi-
nalibus Santacrucio, Senonen. & Aldobrandino,
videlicet mille pro quolibet* -- Et hæc etiam penſio-
num reſervatio, Regis nominationem tunc non in-
terfuiſſe evincit, cum in Beneficiis, quæ ad Re-
giam nominationem providentur, non conſueverint 230
Pontifices Perſonis ſibi benevißis Penſiones reſer-
vare.

Gregorius XIV. Abbatiam *S. Aphrodiſii de Be-
ziers* contulit *Franciſco Iſuardo*, utpote quia in Cu- 231
ria vacaverat, ipſeque more ſolito poſſeſſionem ac-
cepit. Magnum Conſilium poſtea, inſtante nomi-
nato a Rege, proviſum Apoſtolicum ad reſtitutio-
nem fructuum condemnavit, non quia careret Se-
des Apoſtolica auctoritate conferendi vacantia *apud
Sedem*, ſed quia tempore tumultuum, qui in Gal-
liis poſt obitum Henrici III. contigerant, fuerat ge-
neraliter per *Arreſtum* declaratum, ut proviſiones
Apoſtolicæ non admitterentur -- *Et à la vérité* (in-
quit *Oſſat. in Epiſtola ad Villoregium, data* 18. *De-
cembris* 1596. quæ inter impreſſas anno 1714. eſt
90°. *tom.* 2. *pag.* 360. & *ſeq.*) *il ſemble que le Grand
Conſeil uſe un peu licencieuſement dudit Arreſt, en
toutes choſes indifferemment, pour le temps où nous
ſommes à-préſent, que l'abſolution eſt donnée; s'il y a
long-temps que l'Abbaye de S. Aphradiſe, qui même
n'eſt pas proprement Abbaye, ait réellement vaqué*
In Curia; *je l'ai veû moi même, elle n'eſt que de trois
cens écus de revenu par an, & ainſi elle ne vaut pas
le parler, & moins le déplaiſir qu'on en donne au Pape.
C'eſt pourquoi entre autres choſes je ne voulus point
entrer en conteſtation avec S. S. comme j'euſſe peû,*

Digitized by Google

& lui dis ſeulement que ces Arreſts dont elle ſe plaignoit, étoient des fruits & des reſtes de nos troubles paſſés, & du divorce qui avoit été entre le Saint Siége, & la Couronne : dont S. S. pouvoit juger combien ſagement & utilement Elle avoit fait pour l'autorité du Saint Siége, de donner l'abſolution au Roy, & mettre fin à tels déſordres. Excuſat *Oſſatus* deinde Regem, quod ipſi ignotæ ſint ſupremorum Curiarum Deciſiones, quæ ipſo inſcio promulgantur: quod quando aliquis ex Viris Principibus Abbatiam pro perſona Eccleſiaſtica petit, ipſe ſcire non poteſt omnes vacationes, earumque circumſtantias; quod ſupremæ Curiæ *étoient fort opiniâtres à ſoutenir les Arreſts*, quæ aliam ob cauſam prolata non fuerant, quam ad ſubſtinendam Regiam auctoritatem iis tumultibus durantibus, ac fœdere vigente. Ex quibus patet, non probari ab *Oſſato* obſtinationem M. Conſilii, & licentiam ſubſtinendi, etiam poſt abſolutionem Regi impertitam, ea Arreſta, quæ generaliter (non ad excludendam particularem *vacationem in Curia*) prolata fuerant iis turbulentis temporibus: & de quo generali *Arreſto* prius egerat *in Epiſt.* 57. *d. tom.* 2. *pag.* 101. *& ſeqq.*

Clemens VIII. Cardinalem *Oſſatum* de Abbatia
232 in Curia vacante providit. En illius verba *in Epiſtola* ſcripta 25. Auguſti 1599. quæ eſt la 192. *tom.* 3. *pag. mihi* 480. *& ſeq.* juxta impreſſ. anni 1714. *Il mourut en cette Ville un Gentilhomme François, qui étoit Abbé de Nant en Rouergue, de l'Ordre de S. Benoiſt, au Dioceſe de Vabres : & parce que le Concordat donne expreſſément au Pape la pleine proviſion des Bénéfices vacans en Cour de Rome, ſans nomination du Roy, S. S. entend y pourvoir de plein droit, & même d'autant que ledit Abbé n'étoit ni Protecteur, ni Ambaſſadeur, ni d'autre telle qualité, pour laquelle il deût réſidence à Rome. Par ainſi S. S. eſtimant, qu'elle conſerveroit ſes droits, & enſemble feroit plaiſir au Roy, en me donnant ladite Abbaye, m'a fait dire, qu'il me la donnoit : & je ne l'ai acceptée, que ſous le bon plaiſir du Roy. Surquoi j'attendrai ce qu'il plaira à S. M. & à vous de me commander. En toutes façons je tiendrai toûjours ce bien du Roy, non-ſeulement pource qu'il lui aura pleû d'avoir pour agréable cette bonne volonté de S. S. mais auſſi pource que S. S. ne me préfère à un autre, que pour l'opinion qu'Elle a, que S. M. le trouvera meilleur ainſi.* Elucet in hoc actu Clementis VIII. prudentia, qui una ſimul ſacro ſancta S. Sedis jura ſervare voluit, & Regi placere. Cumque grata Regi fuiſſet a Pontifice facta deſignatio perſonæ ejuſdem Cardinalis, fuerunt ſucceſſive Bullæ expeditæ; & gratias ille egit tum Regi, tum *Villoregia* per Epiſtolam datam 20. Octobris 1599. *la* 199. *tom.* 3. *pag.* 515. in qua hæc ait -- *j'ai veu comme ſa Majeſté a eu agréable, que le Pape m'eût donné l'Abbaye de Nant &c.*

Occaſione etiam vacationis Abatiæ in Urbe ſub
233 eodem Clemente VIII. ſequutæ, ita ſcripſit idem *Oſſat. Epiſt.* 224. *tom.* 3. *pag.* 648. *§. Notre*, *data* 9. *Junii* 1600. -- *Ayant vaqué en Cour de Rome l'Abbaye des Feuillans, par le decès du bon Abbé Feuillant, je ſuppliai S. S. ſi Elle n'en vouloit attendre la nomination de V. M. de la conſerver au moins en la Congrégation deſdits Feuillans, & la mettre en tête de quelqu'un des meilleurs, qui dût être agréable à V. M. ce que S. S. dit vouloir faire* -- & clarius *Epiſtol.* 228. *tom.* 4. *pag.* 12. -- ibi -- *Nôtre Saint Pére, pour conſerver le droit de la réſervation qu'il a des Bénéfices vacans en Cour de Rome, au gré toutefois de V. M. a donné en titre l'Abbaye des Feuillans à un Réligieux François de cette Congrégation, appellé Frére Jean de Saint Maur, natif de Toulouſe, à ſix ou ſept lieues de ladite Abbaye, le plus qualifié Réligieux qui fût à Rome, ou ailleurs, de ladite Congrégation. Car outre qu'il eſt Prieur du Monaſtére de Saint Bernard de Thermi en cette Ville, & Vicaire du Pére Général dans toute l'Italie; c'eſt lui qui avec un autre Religieux à préſent décédé, vint planter leur Ordre en Italie; & après Dieu a donné commencement, & progrès à tous les Monaſtéres qu'ils ont en Italie. Et comme il eſt Proſes de l'Abbaye des Feuillans, & qu'il y reçut l'habit par les mains du feu Abbé; auſſi lui a-t il toûjours rendu l'affection, révérence, conſolation, & ſervice, qu'il lui devoit, ſans avoir jamais eu aucune part aux perſécutions, qui ont été faites audit feu Abbé; auſſi l'ai je toûjours connu au reſte moderé, & déſirant à V. M. tout bien & proſpérité. Leſquelles qualités furent cauſe, que N. S. P. m'ayant demandé, en qui je penſerois, que ladite Abbaye ſeroit mieux colloquée, je lui dis en Dieu & en conſcience, que j'eſtimerois que ce ſeroit celui-ci, pour les cauſes ci deſſus cotées, que j'expoſai à S. S. &c.* -- *De Rome ce* 16. *May* 1600. -- Et in Epiſt. 234. ſub die 22. Julii 1600. *d. tom.* 4. *pag.* 45. -- *J'ai vû comme le Roy approuve la façon, dont le Pape a diſpoſé de l'Abbaye des Feuillans, & comme vous voulez vous employer à faire avoir à l'Abbé les lettres d'attache, qui lui ſont néceſſaires pour la priſe de poſſeſſion. Dont je vous remercie bien humblement pour ledit Abbé, qui prie Dieu pour la ſanté & proſpérité de S. M. & pour la vôtre. Quelques Religieux de cette Congrégation, qui ont été contraires au feu Abbé, & n'ont ceſſé de le perſécuter, tant qu'il a vécu, ſont fort marris de l'élection, que S. S. a faite, encore qu'elle ne ſe pouvoit faire meilleure, & ſe vantent &c.* Ex quibus etiam deducitur, liberam proviſionem eo tempore factam fuiſſe a Summo Pontifice, de perſona tamen Regi grata, ab eodem Pontifice prius deſignata. Et hoc ipſum ſervatum fuit ſub *Urbano VIII.* & *Innocentio X.* ut infra patebit occaſione reſpondendi exemplis, quæ Gallicani Auctores objiciunt.

Itaque tres caſus, ſeu exempla ab illis opponuntur. Primum eſt, quod vacante Eccleſia *Torna- 234
cenſi*, & facta proviſione a Summo Pontifice abſque mentione Regiæ nominationis, fuit ab ea expeditione per Procuratorem Regium provocatum.

Secundum, quod cum anno 1626. vacaſſet per obitum Cardinalis *Marquemontii* in Urbe ſequutum, Eccleſia *Lugdunenſis*, & ad illam fuiſſet translatus Epiſcopus *Andegavenſis Carolus Mironius*, nec in Bullis mentio ulla facta extiterit de Regia nominatione, fuit declamante *Talonio* ſeniore, per *Arreſtum* declaratum, quod nullum Regiis juribus illatum fuerat præjudicium, ut ex *Arreſt. anni* 1628. quod una cum dicta Declamatione refertur in libro, cui Titulus -- *Définitions du Droit Canon, par M. F. C. D. M.* impreſſo *Pariſiis anno* 1679. Verbo *Arreſt ſur la Régale*, *pag. mihi* 679. *& ſeqq.* & apud *Pinſon. de Regal. tom.* 1. *fol.* 695. *& ſeqq.*

Tertio, alia adducuntur *Arreſta* in Annis 1658. & 1659. Nam vacante Abatia de *Chatrices in Curia* per obitum Cardinalis *Bichii*, cum de ea proviſus fuiſſet ab Alexandro VII. *Franciſcus Joiſel*, & alter a Rege nominatus, decreta extitit manutentio ad favorem nominati a Rege, ut refert idem *Pinſon. dicta tom.* 1. *pag.* 133. *& pag.* 694. *cum ſeqq.*

At hæc exempla aut non obſtant, aut retorquentur. Et quidem quoad Eccleſiam *Tornacen- 235
ſem*

ſem anno 1483. a Sede Apoſtolica collatam, reſpon-
detur primo, quod tunc temporis Concordata non
emanaverant: ex iis enim per ſpeciale pactum con-
firmatum eſt jus providendi Eccleſias *in Curia* va-
cantes favore S. Sedis. Secundo, quod Rex, nec
236 vigore Concordatorum, nec alicujus particularis
Indulti poterat tunc nominare, nec locus erat ele-
ctioni, quando Sedes Apoſtolica erat in longiſſi-
ma poſſeſſione conferendi eam Eccleſiam, quæ in
Gallia ſita non eſt. Sic Eugenius III. *anno* 1140.
dictam *Tornacenſem* Eccleſiam contulit perſonæ ſibi
beneviſæ, *Natal. ab Alex. ſæc.* 11. & 12. *par.* 1.
pag. 630. *& ſeq. Thomaſſ. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 32. *n.*
12. *in fin.* Anno 1378. Gregorius XI. ad eam Ec-
cleſiam tranſtulit *Pileum* Archiepiſcopum Ravenna-
tenſem, *nullo propter futura præcamina de aliis
vel transferendis, vel promovendis, intervallo am-
pliori expectato*, ut legitur in Epiſtola Gregorii XI.
apud *Baluz. in Vitis PP. Avenianen. tom.* 2. *cap.* 189.
pag. mihi 812. Pius II. *anno* 1560. tranſtulit ad ean-
dem *Tornacenſem* Eccleſiam Epiſcopum *Tullen.* a
Duce Burgundiæ commendatum, poſthabito Car-
dinali Conſtantienſi, quem Carolus VII. Rex Fran-
corum poſtulaverat, *Spondan. ad ann.* 1460. n. 7.
Natal. Alex. ſæcul. 15. & 16. *part.* 1. *pag. mihi* 86.
Thomaſſin. dict. tom. 2. *lib.* 2. *cap.* 33. *n.* 7. & ex lit-
teris ejuſdem Pii 374. & 375. ceſſitque Rex provi-
ſioni Pontificiæ, ut idem *Thomaſſin. in dict. loco.*
Quare, ſi Pontifices providebant in caſu vacationis
extra Curiam, multo magis provideri potuit ea Ec-
cleſia *anno* 1483. quando apud Sedem vacavit. Et
ex hac proviſione jam conſtat, quo obſervantia favet
Sedi Apoſtolicæ, etiam ante Concordata, & etiam
dum Galli Pragmaticæ inhærebant.

Et licet Procurator Regius tunc provocaſſet, at-
tamen, nulla habita hujus provocationis ratione,
ſuum effectum ſortita fuit Sedis Apoſtolicæ provi-
ſio, quæ indubitanter præferenda eſt ſimplici pro-
teſtationi, cuicumque perſonæ permiſſæ. Eo vel
maxime, quia provocationis hujuſmodi ratio non
ſtetit in eo, quod Papa non poſſet providere Be-
neficia vacantia *in Curia*, nam Rex ipſe pro Car-
237 dinali Conſtantienſi ſupplicaverat; ſed quod *eſſet
Civitas in Confinibus ſita &c. unde intererat Maje-
ſtati ſuæ in ea reſidere Epiſcopum, qui eſſet fidus,
& acceptus*, ut ex verbis provocationis apud *Chop-
pinum de Demanio lib.* 2. *tit.* 9. *num.* 4. *Fevret. de
Abuſu lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 12. *pag. mihi* 296. *Tho-
maſſin. de Benefic. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 48. *numer.* 7.
verſ. anno 1483.

Sed nihil magis confirmat jus Sedis Apoſtolicæ
providendi ſine Regis nominatione Majora Benefi-
cia in Curia per obitum vacantia, quam ſecundo lo-
238 co oppoſitum exemplum de Eccleſia *Lugdunen.* poſt
obitum *Cardinalis Marquemontii.* Deceſſerat ille in
Urbe *anno* 1626. Cardinalis *Spada* Regem certio-
rem fecit nomine Pontificis; *& propoſé en même
temps Meſſire* Charles Myron *Evêque d'Angers pour
être pourvû à cette dignité comme le plus ancien des
Evêques &c. Propoſition que nous avons eû très-agréa-
ble*, ut in litteris Regiis ad Urbanum VIII. diſerte
narratur, in quibus etiam Rex ſupplicat, *que ſon
bon plaiſir ſoit à nôtre Requête de pourvoir ledit
Sieur Myron.*

Accepto itaque, quod grata Regi eſſet perſona
a Pontifice propoſita, ſub die 2. *Decembris* 1626.
facta fuit propoſitio in Conſiſtorio, quæ in actis
Conſiſtorialibus ita fuit adnotata -- *Lugdunen.* -- *San-
ctitate ſua proponente, abſolvit R. P. D. Carolum
de Myron Epiſcopum Andegaven. &c. ipſumque ad
Eccleſiam Lugdunen. vacantem per obitum bon.
memor. Card. de Marquemont*, non ad aliquam
Regis Chriſtianiſſimi nominationem, ſtante ejuſdem
Cardinalis obitu in Curia, *tranſtulit, & dictæ Ec-
cleſiæ Lugdunen. in Epiſcopum præfecit, & Paſtorem,
curam &c.*

Eademque die binas Urbanus ſcripſit Epiſtolas,
unam ad Regem, in qua hæc ad rem noſtram ob-
ſervanda leguntur -- *Ad Epiſcopalis Lugdunenſis Ci-
vitatis Sacerdotium hodie Pontificia auctoritas, plau-
dente Apoſtolico Senatu, provexit Ven. Fratrem* My-
ronium. *Iis enim artibus Andegavenſem Eccleſiam
hactenus gubernavit ...... ut eum merito ſuffeceri-
mus in locum Card. Marquemontii in Urbe demor-
tui .... Id autem cum acceperimus eſſe ſolatium Ma-
jeſtatis tuæ, neque miramur, & mirifice gaudemus
&c. Nos autem ingenio noſtro morem gerimus, ſi qua
in re augere poſſumus gaudia Majeſtatis tuæ, cui
nobilis Pethurius cætera ad negocium ſpectantia,
declarabit.*

In alia vero epiſtola ad ipſum *Myronium* data,
Urbanus ita ſcripſit -- *Fraternitatem tuam etiam ta-
centem, & nulla ſuffragatione ſubnixum, vocavi-
mus ad Primatum Galliarum, & Lugduni Sacer-
dotium .... Petiit pro te Eccleſiæ majeſtas, petiit ſa-
lus Populorum, petiit Cælum ipſum, bonorum An-
tiſtitum laudibus favens. Ejuſmodi preces Nos in
deliberatione adhibuimus, cum te ad tam inſignis
Diœceſis gubernacula Apoſtolica auctoritas ultro vo-
cavit .... Eas* (virtutes) *nunc ad amplioris dignita-
tis ſolium transfer, vocante Pontifice Maximo &c.
Neque enim indulgens blanditiis ambitionis inſanien-
tis, ſed obtemperans juſſis Pontificis eligentis ſubiſti
onus hoc Angelicis humeris formidandum &c.* -- Da-
tum *Romæ apud S. M. M. ſub Annulo Piſcatoris die*
2. *Decembris* 1626. *Pontificatus noſtri anno IV.*
Hactenus Epiſtolæ hac de re ſcriptæ, quas per ex-
tenſum referunt *Bouchel. in Biblioth. Canon. verb. No-
minations, tom.* 2. *pag.* 114. *Pinſon. des Régales
&c. tom.* 1. *pag.* 692. *& ſeqq.*

Elicitur autem ex relato caſu vacationis apud
Sedem, Perſonam promovendam non fuiſſe a Rege
nominatam, ſed a Pontifice deſignatam, & pro-
poſitam Regi. Et poſtquam conſtitit, eam eſſe Re-
gi gratam, & acceptam, facta fuit propoſitio in
Conſiſtorio, cum expreſſa declaratione, quod *non
promovebatur ex Regis nominatione*; Et cum libe-
ræ proviſionis ſenſu Urbanus tum ad Regem ſcrip-
ſit, tum ad *Myronium.* Et Bullæ Apoſtolicæ fue-
runt ſubſequenter expeditæ, nulla facta Regiæ no-
minationis expreſſione. Ex eo vero, quod Pontifex
percunctari voluit, num promovendus eſſet Regi 239
gratus, & acceptus, inde ſolum eruitur inſigne te-
ſtimonium mutuæ benevolentiæ inter Pontificem,
& Regem, quam tantopere optabat *Oſſatus*, & *Tho-
maſſin.* commendat in locis ſupra allegatis ad con-
ſuvendam mutuam pacem inter utramque Poteſta-
tem. Nec alius videtur ſenſus *Pinſonii*, qui hoc fa-
ctum referens *d. tom.* 1. *pag.* 692. ait, quod dicta
Dignitas -- *ne fût conferée que de concert, & de
commune intelligence entre le Pape & le Roy* -- &
pariter *pag.* 134. -- *Nous en avons l'exemple en la
perſonne du Cardinal de Marquemont Archevêque
de Lyon, décédé à Rome ſous le Pontificat du Pape
Urbain VIII. qui ne diſpoſa de cet Archevêché que
du conſentement du Roy Louis XIII. auquel fut nom-
mé Meſſire Charles Myron.* Atque ideo patet non
ſubſiſtere aſſertionem *Lovet*, qui in *Notis ad Regul.
de Infirm. num.* 486. relatus à *Pinſon. des Régales
lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 16. *pag.* 133. ait, quod licet Con-
cordata liberam Summo Pontifici Beneficiorum
Conſiſtorialium diſpoſitionem concedant, *nihilomi-
nus ſive ex liberalitate, Curialitate, aut alio Gal-
lorum jure, Extraneos ſeu alienigenas ab iis Bene-*

ficiis areente, Regi noſtro reſervatur nominatio, quod
facilius conceditur, cum ſolis Regnicolis talia poſſint
conferri Beneficia. Etenim, ut ex his, aliiſque ex-
emplis patet, non reſervatur, nec admittitur, ne-
que in Bullis exprimitur Regis nominatio, ſed ur-
banitas & officioſa comitas in eo conſiſtit, quod
240 Summus Ponntifex antequam provideat, explorare
curat Regis intentionem, & ſatisfactionem ſuper
perſona promovenda, quam ideo illi proponit, &
deſignat.

Verum autem in facto eſt, quod contra proviſio-
nem Eccleſiæ *Lugdunenſis* libere factam anno 1626.
Talonius declamavit: attamen id factum extitit an-
no 1628. & ſic poſt biennium, occaſione arrepta
ab altera extranea Cauſa in Parlamento agitata, &
poſtquam de mutuo Papæ, & Regis conſenſu, A-
poſtolica proviſio ſuum conſequuta fuerat effectum.
Unde nullum ex hac declamatione, & ex ſubſequu-
to *Arreſto*, quod Regiis juribus præjudicium illa-
tum non cenſeretur, poteſt deſumi argumentum ad
deſtruendum factum Pontificis, & præviam Re-
gis ſatisfactionem, ut a Pontifice libere fieret pro-
viſio.

Sed ſi expendantur rationes a *Talonio* prolatæ in
241 ſua Declamatione, plane non officiunt. Dicitur in
illa -- *Qu'il ne falou point conſiderer, ſi le Bénéfice*
avoit vaqué en Curia, parce que le Concordat ne
s'eſt jamais entendu d'Evêchés ni d'Archevêchés --
At Concordatorum littera expreſſe loquitur de *Ca-*
thedralibus, & Metropolitanis Eccleſiis, ibique no-
tat in margine *Rebuffus* -- *Epiſcopatus vacantes in*
Curia per obitum Papa ſine Regis nominatione con-
fert, & quæſtiones plurimas ſuper Epiſcopatibus
excitat, & reſolvit.

Subdit *Talonius*, quod quando Papa voluit id
attentare -- *il ſe voit dans le Régiſtre de la Cour,*
que celui nommé par le Roy a eſté maintenu quoyque
ſans Bulle, & celui pourveu par le Pape n'a point
joüy. Sed cum nec caſus, nec tempus, neque per-
ſonas exprimat *Talonius*, utique ſuper illius gene-
rali, & vaga aſſertione nullum conſtitui poteſt fun-
damentum, cum vix credibile ſit, quod piiſſimi
Galliarum Reges permiſerint, ut per ipſos nomi-
nati, ſine Bullis Pontificis munia Epiſcopalia exer-
cerent, ex quorum defectu omnia per hujuſmodi no-
minatos geſta, nulla, & irrita fuiſſent; & Galli
Auctores, prout *Talonius* ipſe, nonniſi de unico
caſu *Tornacenſi* ante Concordata, mentionem fa-
ciunt, in quo de Bullis Pontificiis interjecta fuit
appellatio, quia agebatur de Civitate in confiniis
poſita, & de quo caſu ſupra diſſeruimus.

Et revera nulla de hac Declamatione *Talonii* ha-
bita eſt ratio anno 1648. quando *Cardinalis S. Ca-*
cilia, Cardinalis *Mazzarini* frater, obiit Romæ.
Vacarunt per illius obitum Epiſcopatus *Aquiſextii*,
Abbatia de la *Chalada*, & Prioratus de *Verange-*
ville: Epiſcopus *Arauſicanus* Cardinali *Mazzari-*
no ſcripſit, ut ei impetraret vacantem Archiepiſco-
patum, cui Italice Cardinalis ita reſcripſit -- *A Mon-*
242 *ſignor Veſcovo d'Oranges -- Non tocca a Sua Mae-*
ſtà di raccommandare alcun Soggetto per la Chieſa
d'Aix, ma piuttoſto, ſe ſi dovrà oſſervare quello,
che ſi è fatto altre volte in caſi ſimili, dovrà No-
ſtro Signore nominare alcuni a Sua Maeſta; onde
dipendendo queſto dalla volontà della Santità Sua,
non mi reſta luogo di teſtificare in queſta occaſione
a V. S. la volontà, che averò di giovarla nelle al-
tre, che ſi preſenteranno. Di Parigi li 4. Decembre
243 1648. Quamvis autem ageretur tunc de Eccleſia in
Patria obedientia ſita; attamen eadem eſt ratio,
cum in ea Provincia Rex pariter nominandi jus ha-
beat vigore particularis Indulti, cum eadem excep-
tione *vacationis in Curia.*

Prioratum vero *de Verangeville* Innocentius X.
tunc contulit eidem Cardinali *Mazzarino*, & Ab-
batiam *della Chalada* Abbati *della Riviera*; & de
his proviſionibus ita Cardinalis ſcripſit *Paulo Mac-*
carano ejus in Urbe Negociorum geſtori. *Doppo*
ſcritto, ho veduto per un diſpaccio del Signor Am-
baſciatore, che la Santità di Noſtro Signore ſi è
compiacciuta di conferirmi il Priorato di Verange-
ville, & al Signor Abbate della Riviera l'Abba-
zia della Chalada, *e ſubito n' ho portato l'aviſo*
alla Maeſtà della Regina, che ne ha avuto un gu-
ſto ſtraordinario. Per me ſon confuſo delle grazie,
che ricevo nello ſteſſo tempo, mentre Sua Santità
non contenta di conferirmi il Priorato, ha voluto
conferire al Signor Abbate l'Abbazia, e far cono-
ſcere così la diſpoſizione, che ha di obligare una
perſona, che amo. V. S. ſi contenti dunque di ren-
dere umiliſſime grazie alla Santità Sua non ſolo del
Priorato, ma dell'Abbazia, e aſſicurare la Santità
Sua, che oltre il gradimento della Regina per le
grazie, che compartirà al Signor Abbate ſudetto,
io le conſiderarò, come conferite alla mia perſona
ſteſſa, e ne conſervarò perpetue obligazioni. Di S.
Germano 15. Ottobre 1648.

Supereſt tertium exemplum, quod opponitur,
reſpectu Abbatiæ *de Chatrices*, quæ per obitum 244
Cardinalis *Bichii* vacavit tempore Alexandri VII.
relatum a *Pinſonio dict. tom.* 1. *pag.* 135. *& pag.*
694. *& ſur l'Edit du Contrôle pag.* 39. Verum in
hoc caſu Pontifex de Monaſterio illo providit *Fran-*
ciſcum Joiſel, & ita ſervavit jura Sanctæ Sedis il-
læſa. Quod vero Parlamentum, excluſo Proviſo
Apoſtolico, decreverit manutentionem nominato
a Rege, id de mero facto proceſſit, contra claram
litteram Concordatorum, contra obſervantiam in-
concuſſam, & diu in praxim deductam, contra tot
Regum declarationes. Et dum idem Parlamentum
ad favorem ejuſdem *Franciſci Joiſel* declaravit,
Beneficia collativa, *in Curia* vacantia, ſpectare 245
ad proviſionem Sedis Apoſtolicæ, nec Ordinarios
Collatores, licet S. R. E. Cardinales, poſſe in il-
lorum proviſione ſe immiſcere, etiam ſi agatur de 246
Beneficiis collativis dependentibus ab Abbatiis Re-
gularibus Cardinalibus Commendatis, ut ex *Ar-*
reſto apud *Pinſon. d. tom.* 1. *des Régales cap.* 8. *nu-*
mer. 18. *pag.* 135. *&* 700. *& ſeqq.* fortior quidem
urget ratio pro aſſerendo Sedi Apoſtolicæ hoc eo-
dem jure in Monaſteriis, & Prioratibus electivis,
de quibus vere, & proprie loquuntur *Concordata*
in §. Monaſteriis; nam electione abrogata in il-
lis, Leo X. conceſſit Regi jus nominandi, & ſibi
reſervavit proviſionem in caſu *vacationis apud Se-*
dem, ut adnotavit *Rebuff. in verſ. vacantibus apud*
Sedem.

Firmum igitur, immotumque manet, quod Be-
neficia Conſiſtorialia Galliarum vacantia apud Se-
dem, cadunt ſub Concordatis, & ſunt reſervata
liberæ Pontificis diſpoſitioni; Id quod locum ſibi
vindicat, etiamſi Epiſcopus, vel Abbas decedat intra
duas Dietas ad formam *Text. in cap. Præſenti, de* 247
Præbend. in 6. ut in his terminis *Rebuff. ad Concor-*
dat. §. 1. *verb. apud Sedem, Feuret. de Abuſ. lib.* 2.
cap. 7. *n.* 10. *pag. mihi* 293. *Pinſon. de Beneſic. verb.*
Canonica §. 9. *n.* 5. *Van Eſpen. in Jus Eccleſ. uni-*
verſ. tom. 2. *tit.* 23. *cap.* 3. *n.* 6. *Paſtor. de Beneſic.*
tit. 8. *num.* 8. Et quamvis Parlamentum inter cæte-
ras oppoſitiones adverſus Concordata, hanc quoque
deduxerit, quod jus Papæ extendebatur ad duas
Dietas, *Pithou in Hiſtor. Pragm. & Concordat. pag.*
mihi 124. nihilominus Rex Franciſcus I. poſthabita
hac, cæteriſque oppoſitionibus, juſſit Concordata
publicari, & ſervari.

Et hæc, quæ ob mortem naturalem Epiſcopi,
vel Abatis *apud Sedem*, inducitur favore Pontificia
Reſervatio, & libera per conſequens abſque Regis
nominatione Epiſcopatus, vel Abatiæ diſpoſitio, lo-
248 cum ſibi vindicat etiam Menſe elapſo a die vacatio-
nis: Neque enim diſpoſitio *cap. Statutum, de Præ-
bend, in 6.* reſpicit hæc majora Beneficia, quæ *ſem-
per, etiam nulla Regis præcedente nominatione, li-
bere provideri poſſunt*, ut ſunt verba *Concordat. tit.
de Regia ad Prælat. nominat. & ibi Rebuff. Feuret.
de Abuſ. lib. 2. cap. 7. n. 11. §. Ce que l'on a dit,
pag. mihi* 295. *Bengeus, & Pinſon. de Beneſic. verb.
Canonica §. 9. n. 12. pag. mihi 385. Thomaſſin. tom.
2. lib. 1. cap. 48. n. 7. §. Hac autem:* quidquid in
contrarium, ſine ullo fundamento, tradat *Van Eſpen
dict. tit. 23. cap. 3. num. 7. & 8.*
249 Rurſus locum habet, etiam ſi Sede Apoſtolica va-
cante, contingat *in Curia* mors Epiſcopi, vel Aba-
tis, ut contra *Molinæum* firmat *Rebuff. loc. citat.
Feuret. lib. 1. cap. 6. num. 10. Thomaſſin. dict. cap.
48. n. 7.*
250 Non habere vero locum Concordata Franciæ
quoad vacationem *apud Sedem*, quando Epiſcopus,
vel Abas, aut Poſſeſſor alterius Beneficii Conſiſto-
rialis *in Curia* degebat tamquam Legatus a Rege
ad Pontificem miſſus pro Regni, & Regiis nego-
ciis pertractandis, tradunt *Soler de Beneſic. tit. 8. n.* 8.
*Thiery de Beneſic. ſect. 22. pag. 213. verſic. deni-
que, & pag. 214. verſic. quartus*, & ſupponere vi-
detur *Card. Oſſat. in Epiſt. 192. tom. 3. ſupra citat.
§. la vice protection.* Et quamvis hanc diſtinctio-
nem non admittat *Pinſonius*, & reprobato *Probo
ſuper Pragmatic.* dicat, ſive ſint Legati, ſive non,
ſemper nominationem ſpectare ad Regem, & in
utroque caſu idem jus vigere; attamen agnoſcit,
majus jus habere Regem in nominatione ad Epi-
ſcopatus vacantes in Curia per obitum ejus Lega-
ti, quam aliorum hujuſmodi munere non fungen-
tium: quia Legatus deſtinatus erat ad Patriam redi-
re, ut in *dict. tom. 1. pag. 134. & ſeqq. & pag.* 693.
& 694.
251 Verumtamen in hoc quoque caſu non eſſe locum
nominationi verius videtur, & magis congruum
litteræ Concordatorum, in quibus nulla facta ex-
ceptione, diſponitur in caſu vacationis *apud Sedem*
ſemper proviſionem ad Summum Pontificem ſpe-
252 ctare. Et in Legatis major viget ratio, quam in
aliis, quia illi ſunt magis nexibus Curiæ alligati,
dum in ea ratione Curiæ morantur, & eam, ſi de
loco ad locum recedat, ſequi tenentur. Ratio ve-
253 ro, quod Legati ſunt deſtinati ad Patriam redire,
nimis probat, quia hoc pacto nullam Cathedralem
Eccleſiam poſſet Pontifex conferre, quia etiam
Epiſcopi tenentur ad reſidentiam redire; & omnes,
qui devotionis ergo, aliave ex cauſa Romam ve-
niunt, habent animum repetendi patrios lares. At-
tendi itaque debet factum ipſum vacationis *apud
254 Sedem*, non autem animus recedendi. Quamobrem
Cardinalis *Oſſatus* Romæ pro Regni, Regiiſque ne-
gociis moram trahens, & ad nutum Regis diſcede-
re paratus, impetravit Breve de *non vacando apud
Sedem*, ut ſupra diximus.
Quid autem ſi agatur de Epiſcopatibus Regno
255 Galliæ Limitrophis, & *apud Sedem* vacantibus? lo-
cum non habere Concordata, & ad Regem nomi-
nationem ſpectare exiſtimant Galliæ Pragmatici ex
*Rebuff. ad tit. 1. de Regia ad Prælat. nominat. verb.
Provideri.* ubi refert exemplum de Eccleſia *Carcaſ-
ſonenſi, & Narbonenſi, Feuret. de Abuſ. lib. 2. cap.
7. n. 12. verſic. Ratione loci pag. mihi 296. Blondeau
in Addit. ad Bouchel verſic. des Indults pag. 730. §.
Et c'eſt, Thomaſſin. tom. 2. lib. 1. cap. 48. num. 7.*
& 8. ubi latine reddit verba Cardinalis *Oſſat.* quæ
leguntur *in Epiſtola 264. tom. 4. §. A propos. pag.
mihi 359. & ſeqq. ibique Amelot. in not.* juxta im-
preſſ. *ann.* 1714. aliumque caſum ſub *Innocentio VIII.*
refert idem *Thomaſſin. dict. tom. 2. lib. 2. cap. 33.
num. 7. §. Inde eſt.*

Sed in hoc quoque caſu reincidit eadem reflexio,
quod Concordata generaliter loquuntur, & in eis
nihil excipitur. Et *Rebuff.* anteſignanus ſupradictæ 256
opinionis, non attribuit Regi nominationem in his
Epiſcopatibus Limitrophis, ſed ait, quod nullus re-
cipi debet ſine Regis conſenſu. Et quod ſicuti 257
quando Rex eſt Patronus, debet requiri Regis aſ-
ſenſus poſt electionem, *ſi poſt proviſionem Papæ re-
quireretur Regis aſſenſus in his caſibus*: cujus ver-
ba refert *Thomaſſin. dict. tom. 2. lib. 1. cap. 48. n. 7.*
qui etiam ait *poſt Papæ proviſionem neceſſarium eſſe
Regis aſſenſum.* De Epiſcopatibus *Tornacenſi, Nar-
bonenſi* (de quo etiam loquitur *Rebuff.*) & *Aquenſi,* 258
diximus ſupra, factam libere a Pontifice proviſionem.
Et verba Cardinalis *Oſſatti*, de quibus etiam me-
minit *Feuret. de Abuſ. lib. 2. cap 7. num. 12. fol.
mihi* 196. intelligenda ſunt in ſenſu urbanitatis, ut 259
ſcilicet præcedat *l'agrément de la Perſonne*, ut ſerva-
ri, ait *Feuretus*, etiam in Officialibus, qui ad re-
gendum ſtatum *Avenionenſem* ex Urbe mittuntur.
Et in hunc ſenſum illa explicat *Thomaſſin. dict. tom.
2. lib. 1. cap. 48. n. 8.*

Intereſt quidem Principum habere perſonas gra-
tas, & fideles in iis Civitatibus, quæ ſunt eorum
Ditionibus Limitrophæ; ſed ſatis conſultum me- 260
diante ſignificatione Perſonæ, quam facit Pontifex
antequam ad proviſionem deveniat; & in omnem
caſum peti deberet Indultum nominandi; ut alias,
cum ageretur de Eccleſia *Meten.* poſita in confini-
bus Regni Franciæ, optavit *Oſſatus*, quod ſimile 261
Indultum a Rege poſtularetur, *Thomaſſin. d. tom. 2.
lib. 1. cap. 48. n. 8. in princip.* Quemadmodum ſpe-
ciale Indultum nominandi ad Eccleſias *Gebennen. &* 262
Lauſanen. etiam ſi vacarent *apud Sedem*, impetra-
vit a Clemente VII. Carolus Sabaudiæ Dux, quia
cum eſſent Civitates in locis Limitrophis Ditioni
ſuæ exiſtentes, intererat habere perſonas gratas, &
acceptas, quæ earumdem Eccleſiis præficerentur,
ut ex Indulto dato *Bononiæ anno* 1529. *Idibus Mar-
tii anno VII.* Ex quibus colligitur, ex eo ſolum,
quod Eccleſiæ ſint in Regnorum ſuorum confiniis, 263
non competere Supremis Principibus jus ad eas no-
minandi, abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ Indul-
to; ſed ſatis eſt, ut in praxim deducatur ea mutua
benevolentia, qua mediante Rex ſuum intentum
conſequatur, jura vero Sedis Apoſtolicæ non læ-
dantur, ad ſervandam pacem, & concordiam, a-
deo pro bono publico neceſſariam. Cæterum, cum
mihi ignotum ſit, quid ſub Clemente VIII. anno
1601. ſervatum fuerit occaſione Epiſcopatus *Car-
caſſonen.* de quo Card. *Oſſat.* mentionem egit in d.
Epiſt. 264. tom. 4. videri poſſunt in caſus contingen-
tia litteræ tunc expeditæ, & ad earum formam no-
vi caſus regulari.

Sed præter jus nominandi ad Beneficia Majora
Galliarum, quo Reges Chriſtianiſſimi gaudent vi-
gore Concordatorum, præterquam in caſu, quo
eadem Beneficia *apud Sedem* vacare contingat, 264
quamplurimis itidem fruuntur Apoſtolicis Indultis
nominandi ad Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria
exiſtentia in Provinciis, quæ Armis, virtute, &
eorumdem Regum fortuna Coronæ acceſſerunt,
quæque recenſebimus infra in *Commentar. in Regul.
II. §. 1. & §. 2.* Non eſt tamen Indultorum præfa-
torum idem tenor, eademque amplitudo: In aliqui-
bus enim elargitur Regibus nominandi facultas,

tametſi Eccleſiæ, & Monaſteria *apud Sedem* vaca-
verint; in aliis facultas præfata in caſu *vacationis*
apud eamdem expreſſe interdicitur. Verum nedum
pro Eccleſiis, & Monaſteriis, quæ Concordatis ſub-
jecta ſunt, verum & pro illis, ad quæ Regibus com-
petit nominatio vigore particularium Indultorum,
265 præterquam ſi *apud Sedem* vacaverint, ſolent ali-
quando Reges ipſi Pontificibus ſupplicare pro Indul-
to particulari, quod vulgo nuncupari ſolet de *non*
vacando apud Sedem, ut ſcilicet præſervata eis re-
maneat nominandi facultas, ſi contingat Epiſcopum,
vel Abatem *apud Sedem Apoſtolicam* decedere, &
regulariter non dedignantur Pontifices eorum preci-
bus annuere, ut dictum eſt ſupra, & conſtat ex
mox recenſendis exemplis.

Hinc aperte dignoſcitur, quam a vero aberraverit
266 *Hieronym. a Coſta* in citato Libro, qui inſcribitur
Hiſtoire de l'Origine, & du Progrès des Revenus Ec-
cleſiaſtiques pag. 190. dum affirmat, quod ſi quis
ad Beneficium Conſiſtoriale a Rege nominetur ſub
conditione obtinendi a Pontifice Indultum de non
vacando in Curia, ſive nominatus illud obtinuerit,
ſive non Beneficium, & ſi poſtea *apud Sedem* va-
caverit, ſubjectum adhuc erit Regis nominationi.
Et *Pinſon. tom.* 3. *in libr. cui titulus -- Conference*
267 *ſur l'Edit du Contrôle &c. pag.* 39. *verſ. l'Arrêt*,
hoc amplius addit, quod ſive in Regio Nominatio-
nis Diplomate adſit, vel non hujuſmodi conditio,
nihilominus ſubintelligi debeat attento frequenti
uſu reportandi a Sede Apoſtolica Indultum præſa-
tum.

268 Siquidem Concordatum Franciæ expreſſe reſervat
liberæ Pontificis diſpoſitioni Beneficia vacantia *a-*
pud Sedem Apoſtolicam. Solus itaque Rex tali Con-
cordato derogare non poteſt; unde non eſt ſatis ſo-
la Regis voluntas patefacta nominato ad Beneficium
Conſiſtoriale, ut Indultum obtineat de *non vacan-*
do apud Sedem, ſed abſolute requiritur factum poſi-
tivum Pontificis, qui Indultum præſatum elargia-
tur, & ſic juri ſuo cedat, & deroget Concordato.
269 Et ſicuti ſolus Papa, renuente Rege, juxta Prag-
maticorum Gallorum ſenſum, Concordato deroga-
re non poſſet, cum illud ſtipulatum fuerit per viam
Contractus; ita nec ſolus Rex eidem derogare va-
let, ſed neceſſarius eſt utriuſque conſenſus. Quæ
270 enim mutuo Contrahentium pacto ſtabilita ſunt,
alterius tantum voluntate immutari nec æquum, nec
juſtum eſt, *ad Text. in leg. Juriſgentium, §. Prætor*
ait, ff. de pact. leg. 1. *ff. eod. tit. leg. Cum amplius,*
ff. de Regul. jur. cap. 1. *de Pact.* Et hæc omnia for-
271 tius urgent quoad Beneficia exiſtentia in Regioni-
bus poſt Concordata Coronæ acquiſitis. Cum enim
eorum reſpectu Reges Chriſtianiſſimi jus nominan-
di non metiantur ex contractu aliquo inito cum Se-
de Apoſtolica, ſed ex illius mera indulgentia, &
liberalitate hanc præſeferente legem, quod jus no-
minandi præfatum locum ſibi vindicare non debeat,
quando Beneficia vacant *apud Sedem*; profecto res
peſſimi eſſet exempli, & adhuc inaudita, quod
non obtento a nominatis a Rege Indulto Pontifi-
cio, de non vacando *apud Sedem*, adhuc Rex va-
catione hujuſmodi ſequuta, nominare poſſet con-
tra legem ſibi præſcriptam in Privilegio, & ab ipſo
acceptatam. Et de facto rejecta in praxi nova hac,
& inſubſiſtenti doctrina *Hieronymi a Coſta*, &
Pinſonii, conſueverunt ſemper, ut diximus, Chri-
ſtianiſſimi Reges petere a Sede Apoſtolica ſimilia
Indulta, quæ tantis interceſſoribus denegari non ſo-
lent.

272 Hinc *Clemens VII.* Franciſco I. Regi Franciæ in-
dulſit jus nominandi ad Eccleſiam *Bajocen.* etiam in
caſu, quo *Cardinalis Trivultius* ejuſdem Eccleſiæ
Præſul *apud Sedem* diem clauſiſſet extremum, ut ex
Indulto ſub *datum* 13. *Octobris* 1531. *Pontificatus*
anno VIII. quod extat penes *Ciaccon. tom.* 3. *in Leon.*
X. col. 410. Et de Indulto a *Clemente VIII.* anno
1600. conceſſo, quo integra Regi ſervabatur no-
minatio ad Beneficia, quæ obtinebat Cardinalis
Oſſatus, ſi Romæ diem obiret extremum, diximus
ſupra. *Urbanus VIII.* Chriſtianiſſimo Regi Indul-
tum elargitus fuit de non *vacando apud Sedem*
Monaſteria, Prioratus, & Beneficia, quæ per Car-
dinalem *Bichium* in Galliis obtineri valuiſſent, ut
ex Brevi *ſub Datum apud S. Mariam Majorem* 12.
Julii 1639. *Pontificatus ann. XVI.* & ann. 1667.
Clemens IX. Indulto nominandi ad Beneficia Com-
mendata Cardinali *Mancino*, donavit Ludovicum
XIV. ut referunt *Doviat*, & *Hieronymus a Co-*
ſta, ubi ſupra, qui etiam *pag.* 192. affirmat, ſimi-
le Indultum obtinuiſſe Ducem *Neoburgicum* pro
Abatia de *Feſcan.* Cæteriſque innumeris præter-
miſſis exemplis, cum per obitum *apud Sedem* clar.
mem. Cardinalis *de la Tremouille* vacaſſet Eccleſia
Archiepiſcopalis *Cameracen.* Rex Chriſtianiſſimus
ſupplicavit *ſan. mem. Clementi XI.* pro Indulto, quo
ſibi permitteretur ad eamdem Eccleſiam Archiepi-
ſcopalem nominare; votique compos effectus fuit
de ſpeciali tamen *dono gratiæ*, quæ nullo umquam
tempore allegari poſſet in exemplum, ut ex Litte-
ris in forma Brevis ſub Datum *apud S. Mariam Ma-*
jorem die 5. *Aprilis* 1720. *Pontificatus ſui anno vi-*
geſimo.

Sed hic non innopportune quæritur, an ſuppoſi-
ta in Rege facultate conferendi Beneficia, utpote 273
quia ſpeciale Privilegium habeat a Sede Apoſtoli-
ca (non enim aliter poteſtas hæc Laicis, etſi Prin-
cipibus, competere poteſt, *Rot. deciſ.* 1382. *coram* 274
Seraphin.) an hoc caſu ſi Beneficium vacet *apud*
Sedem, & *in Curia*, Collatio ſpectet ad Regem,
vel ad Summum Pontificem? *Archidiacon. in cap.* 275
Licet, de Præben. in 6. exiſtimat, Collationem ad
Papam pertinere; & opinionem hanc veriorem pu-
tat *Franch. ibidem*, ubi plures expendit rationes.

At contrarium alii autumarunt, ea ratione, quod 276
Decretalis in cap. 2. *de Præben.* in 6. nihil de Re-
gum Juribus diſponit, eaque proinde ſub illius cen-
ſura comprehendi non debent. Subdunt, quod ſicu-
ti omnino ex rationabilibus cauſis præſumi debet,
jus conferendi Beneficia fuiſſe Regibus indultum,
ita ad evitanda diſſidia, quæ inter Sacerdotium, &
Imperium, ex Pontificia collatione oriri poſſent,
melius ſit jus ipſum intactum Regi relinquere, quam
ex motivo vacationis Beneficiorum apud Sedem
adimere, præſertim in Eccleſiis, quas ipſe Rex vel
ejus Progenitores fundarunt, ut poſt *Joan. Monach.*
& *Joann. Andr. Butrius in dict. cap. licet, de Præ-*
bend. §. final. Geminian. ſub num. 13. *Ancaran. verſ.*
Quinto quærit, Lap. allegat. 96. *ſub num.* 3. *ibique*
Mandoſ. litt. L. Pariſ. conſ. 114. *num.* 18. & *ſeqq.*
lib. 4. *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 24. *numer.* 159.
& diſtinguendo, ac materiam declarando *Spad.*
conſ. 11. *n.* 1. & *ſeqq. lib.* 3. ubi tamen quod opinio
hæc non tranſit ſine difficultate. Referuntque
mox laudati Canoniſtæ, quod licet priorem ſenten-
tiam ſecutus fuerit *Nicolaus Papa III.* conferen-
do Præbendam, quam ante ſuam ad Pontificatus
apicem Aſſumptionem obtinebat in *Eccleſia Lau-*
dunenſi; nihilominus Rex Franciæ contendens ad
ſe Collationem pertinere, Præbendam illam alteri
contulit, ut etiam enarrant *Speculat. lib.* 1. *part.* 1.
tit. de Legato §. 5. *numer.* 5. *in fin. Lap. in dict.*
cap. Licet, verſ. alii contra, ibique Gemin. n. 12.
Ancaran. num. 1. *in fin. Rubr. de Jur. Regal. Pri-*
vileg. IX. ſub num. 2. ubi quod in ſupradicto caſu
collatio

collatio Regis ſuum ſortita fuit effectum, & plura refert Parlamentorum Franciæ *Arreſta* Regis juribus ſaventia.

277 Sed vivente *Clemente* ipſo IV. qui primus, ut diximus, Conſtitutionem ſuper Beneficiis *apud Sedem* vacantibus edidit, hæc quæſtio incidit. Fuit *Clemens* genere Gallus; erat ſtudio, & charitate cum primis laudabili, ut qui pridem ſuiſſet Conſilii Sanctioris ſub Ludovico Rege Sanctiſſimus Senator, ſanctitate inter Pontifices, eruditione inter Juriſconſultos clariſſimus, prout eum hoc elogio exornat *Thomaſſin. de Benefic. lib.* 1. *cap.* 48. *ſub num.* 5. *P. Pagius in Breviar. Geſtor. Pontific. Roman. in Vit. ejuſdem Clementis num.* 4. Is ergo Pontifex Archidiaconatum *Senonenſem in Curia* vacantem ob Conſecrationem Archiepiſcopi, libere conferendum eſſe contendebat, etſi S. Ludovicus *Giraldum de Rampelione* in Regalia, quæ in Eccleſia Senonenſi vigebat, providiſſet. Verum cum Pontifex ei inhibuiſſet, ne ſe pro Archidiacono S nonenſi gereret, ob prohibitionem hanc poſſeſſionem Regaliſta adeptus non fuit. Defuncto S. Ludovico, Philippus III. cognomento *Audax* ejus filius, Gregorium X. rogavit, ut Deceſſoris ſui inhibitionem revocaret, quod præſtitit Pontifex Diplomate *dato* 5. *Idus Junii ann.* 1271. his verbis -- *Nos qui eidem Philippo Regi, quantum cum Deo poſſumus, in ſuis petitionibus gratificari diſpoſuimus, ſuis ſuper hoc Beneplacitis annuentes, ut G. per inhibitionem, & Conſtitutionem prædictas nullum juri, quod in eodem Archidiaconatu eſt per collationem Regiam aſſecutus, præjudicium generetur, quin & ipſius Archidiaconatus poſſeſſionem nanciſci, ac etiam de ipſius juribus, & redditibus diſponere valeat, tanquam non proceſſiſſet prædicta inibitio, & ipſa Conſtitutio edita non fuiſſet, ei per noſtras duximus concedendum.* -- ut habetur penes celeberrimum Auctorem Libri, qui inſcribitur -- *Cauſa Regaliæ penitus explicata pag.* 459. *& ſeq.*

278 Fuit autem hæc mera Pontificis indulgentia: nam de ſtricto juris rigore Beneficia, quorum collatio ex legitimo titulo ſpectat ad Reges, comprehendi ſub diſpoſitione *cap.* 2. *de Præben. in* 6. præter DD. ſupralaudatos firmat *Lotter. de Re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 10. *numer.* 94. *& ſeqq.* ubi reprobat *Gonzalez.* Et facto ipſo declararunt *Nicolaus III.* & *Clemens IV.* præfati; comprobavit ipſemet Regaliſta, qui parendo Pontificiæ inhibitioni, *Archidiaconatus Senonenſis* poſſeſſionem adeptus non fuit; & non obſcure elicitur ex Litteris prædicti Gregorii, qui profeſſus fuit *gratificari velle Philippo Regi*, conceſſitque Regaliſtæ, ut Archidiaconatus poſſeſſionem adipiſci valeret. Indulgentiam vero eamdem juſtam, & amabilem vocat *Thomaſſin. de Benefic. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 48. *num.* 8. *§. Gregorius*, his verbis -- *Gregorius X. ejus Succeſſor. Acta Collationis omnia revocari juſſit, Beneficium Regaliſtæ adjudicari permiſit, Ipſe vero adeo non juri, & amplitudini Pontificum aliquid injuriæ, aut labis intulit, ut gloriam illi potius, ſibique peperit ſempiternum tam juſta, tam amabili, tam neceſſaria indulgentia, & charitate in præcellentiſſimum Regem, & inter Eccleſiæ Chriſtianæ filios Reges, facile Principem.*

Et hinc fluxit, & in praxi hodie ſervatur, quod
Juſpatronatus Regium, etiam ex Privilegio, non
279 cadit ſub reſervatione *cap.* 2. *de Præben. in* 6. & in
hoc æquiparatur Juripatronatus Privatorum ex fundatione, vel dotatione *Spad. conſ.* 11. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 3. adeout, licet in Privilegio expreſſa, & ſpecialis mentio non adſit de vacatione *apud Se-*
280 *dem*, adhuc Juſpatronatus non ſubeſt reſervationi *cap.* 2. cum ab initio induat prærogativam exemptionis a quacumque reſervatione, ut alibi dicemus.

Hiſpani itidem contendebant olim, Regibus ſuis
competiſſe jus præſentandi ad Eccleſias Epiſcopales 281
Hiſpaniarum etiamſi vacaſſent apud Sedem. Laudabant *leg.* 1. *tit.* 6. *recopilat.* ibi -- *Aunque vaquen en Corte Romana* -- *Miñano in Baſ. Pontif. Juriſdiction. tract.* 2. *fundam.* 2. *quæſt.* 7. *§.* 13. *n.* 287. *pag. mihi* 423. *Cortiad. deciſ.* 253. *n.* 21.

At Romani Pontifices ſemper huic prætenſioni
obſtiterunt. Mortuo *Senis*, ubi tunc *Curia* erat, E- 282
piſcopo *Legionenſi* Legato Henrici Regis Caſtellæ, Pius II. Joannem Cardinalem *S. Sixti* illi ſuffecit. Rex poſſeſſionem non conceſſit; unde multæ propter rem hanc emerſerunt contentiones, ut ipſemet Pontifex refert *in Comm. lib.* 4. *pag. m.* 503. *juxta impreſſ. Francofurt ann.* 1614. *Spondan. ad ann.* 1460. *n.* 6. *Raynald. ad eumdem annum, Thomaſſin. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 35. *n.* 7.

Nec tantum controverſiæ erant, quoad Eccleſias
apud Sedem, ſed etiam ubicumque vacantes; nam
Romani Pontifices autumabant, nullam Regibus
Hiſpaniarum nominandi, aut ſupplicandi facultatem 283
competere; Reges vero aſſerebant ab immemorabili hac potiri facultate. Refert *Zurita Annal. Aragon. part.* 4. *lib.* 20. *cap.* 31. *ann.* 1476. quod mortuo *Petro Ferriz Cardinali Teraſonenſi* (qui Romæ deceſſit ſub Sixto IV. *die* 25. *Septembris* 1478. ſepultuſque fuit in Clauſtro S. Mariæ ſupra Minervam ubi in præſens ejus etiam ſepulchrum conſpicitur) *Joannes* Rex ſupplicavit pro Joanne Nepote, ſed mortuo Rege, Pontifex providit *Andream Martinez.* Rex ſucceſſor iterum ſupplicavit pro Cardinali *Petro Gonzalez de Mendoza*, & Summo Pontifici exponi fecit a ſuis Legatis, quod ab immemorabili Reges erant in poſſeſſione ſupplicandi, utque Pontifex dignaretur impoſterum nullam providere Eccleſiam, etiam *Romæ* vacantem, ſine prævia Regis ſupplicatione: plures enim Eccleſiæ poſſidebant Urbes, & Arces, in quibus poni debebant perſonæ fideles, quæ non aliis, quam Regi poterant eſſe notæ. Supplicabat hac de cauſa *quiſieſſe tener con el Rey eſta templanza de eſperar ſus ſuplicaciones, y no dieſſe cauſa que huvieſſe de entrar en contencion; por que aunque era contra ſu deſeo, y contra la voluntad, que tenia de obedecerle y complazerle, la neceſſidad lo forzaria a lo hazer*, & electo a Papa fuit nomine Regis mandatum, ut ſtatim renunciaret Eccleſiæ ſibi collatæ, mul is additis minis, exilii præſertim contra ipſum, & ſuos. Referunt etiam *Mariana* apud *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 76. *Miñano ubi ſupra d. §.* 13. *n.* 320. *& ſeqq. pag.* 436.

Controverſias de Eccleſiis in Hiſpaniis vacanti-
bus pro parte ſuſtulit Adrianus VI. qui Indultum
præſentandi Catholico Regi ejuſque Succeſſoribus 284
conceſſit ad omnes Metropolitanas, & alias Cathedrales Eccleſias, nec non ad Monaſteria quæcumque Conſiſtorialia in Hiſpaniarum Regnis exiſtentia, præterquam ſi *apud Sedem* vacarent, ut ex Indulto præfato ſub datum apud *S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ* 1523. *Octavo Idus Septembris Pontificatus anno II.* quod per extenſum refert *Cortiad. deciſ. Cathalon.* 257. *tom.* 4. Prout in conceſſione Juriſpatronatus Eccleſiæ *Pampilonenſis* paucos ante Menſes favore ejuſdem Regis expleta, idem Pontifex expreſſam adjecerat conditionem, *quod Ipſe, & Rex pro tempore exiſtens, de dicta Eccleſia, & aliis Eccleſiis Cathedralibus, cæteriſque Beneficiis in Regno exiſtentibus, apud Sedem Apoſtolicam vacantibus, ſe intromittere non debeat,*

Google

ut habetur ex Actis Conſiſtorialibus ſub die 4. Maii
1523. ibi -- *S. D. N. propoſuit, ſi videbatur Reve-
rendiſſimis Dominis, ſatisfacere Regi Catholico, qui
petebat ſibi concedi juſpatronatus Eccleſiæ Pampilo-
nenſis, & quod unirentur Magiſtratus S. Jacobi de
Spatha, & Calatrava, & Alcantara Coronæ Caſtel-
læ; & Vota DD. fuerunt concordia, quod Sancti-
tas Sua ſatisfaceret Regi tam de Jurepatronatus Ec-
cleſiæ Pampilonen. quam de unione Militiarum præ-
fatarum. Quapropter Sanctitas Sua habitis votis,
conceſſit Juſpatronatus prædicta Regi, dummodo ip-
ſe, & Rex pro tempore exiſtens, de dicta Eccleſia,
& aliis Eccleſiis Cathedralibus, cæteriſque Beneficiis
285 in Regno ſuo exiſtentibus, apud Sedem Apoſtolicam
vacantibus, ſe intromittere non debeat, & proviſio-
nes illarum per Rom. Pontifices nullatenus impediri,
alioquin conceſſio hujuſmodi ſit nullius roboris. Item
univit perpetuo dictos Magiſtratus Coronæ Regiæ
&c.* --

Tandem *Clemens VII.* & clarius *Paulus III.* ſatis
amplum Indultum præſentandi ad Eccleſias Cathe-
286 drales, & Monaſteria Conſiſtorialia Hiſpaniarum,
etiam *vacantia in Curia* elargiti ſunt Carolo V.
Imperatori, ac Hiſpaniarum Regi, ejuſque ſucceſ-
ſoribus. Verba Indulti Pauli III. ſub *Datum 9. Ju-
lii* 1536. hæc ſunt -- *Motu igitur proprio &c. præ-
dictum Carolum Imperatorem & Regem, ejuſque
ſucceſſores prædictos ad Cathedrales, & Metropoli-
tanas Eccleſias, ac Monaſteria Conſiſtorialia in di-
ctis Regnis, & Dominiis exiſten. etiam in prædicta
Romana Curia quibuſvis modis, & ex quacumque,
etiam ex præfatorum Cardinalium perſonis, pro
tempore vacan. iis Monaſteriis tantum exceptis, in
quibus de novo per ipſum Clementem Prædeceſſorem,
ipſi Carolo Imperatori, & Regi & ſucceſſoribus juſ-
patronatus conceſſum fuit, quæ dum ea in dicta
Curia vacare contigerit, à privilegio Carolo Impe-
ratori, & Regi, ac ſucceſſoribus prædictis, ut
præfertur conceſſis per dicti Clementis Prædeceſſoris
litteras excepta ſunt* -- Hinc mortuo Romæ de an-
287 no 1576. Bartholomæo *Carranza* Archiepiſcopo
Toletano, ut refert *Amat. in Apparat. ad poſitiv.
Theolog. lib. 5. Sect. 4. art. 14. num. 3. pag. m.* 588.
in parv. proviſio facta fuit ad Regis præſentatio-
nem, ut *in Annal. Gregor. XIII. tom. 1. lib.* 5.
Idque ſervatum etiam de anno 1716. quo Romæ
Cardinalis *Sala* deceſſit, nam ſub die 30. *Martii*
Pontifex, ad præſentationem Regis Catholici, Ec-
cleſiam Barchinonenſem per obitum dicti Cardi-
nalis vacantem, contulit *Didaco de Aſtorga y Ze-
ſpides &c.*

Exiſtimant Doctores Hiſpani, hujuſmodi Indul-
288 tum rationabiliter fuiſſe conceſſum, quia cum Ec-
cleſiæ & Monaſteria Hiſpaniarum declarantur de
Regis Jurepatronatus, exinde ſequitur, quod non
aliter provideri debeant, quam ad Regis præſenta-
tionem, etiam quod vacent *in Curia*, cum hujuſ-
modi juribus Regiis derogari non ſoleat *Miñano in
Baſ. Pontific. juriſdict. tract. 2. fundam. 2. quæſt. 7.
§. 13. n. 320. pag.* 436. Et cum *Clemens IX.* Indul-
289 to ſub datum 9. *Aprilis* 1668. Francorum Regibus
conceſſerit juſpatronatus, & facultatem præſentan-
di ad Eccleſiam *Elnen.* & Monaſteria Conſiſtoria-
lia intra fines locorum a Rege Catholico ceſſorum
vigore Pacis apud *Pireneos, quovis modo, & ex
quorumcumque etiam ejuſdem S. R. E. Cardinalium
perſonis, etiamſi in Romana Curia vacare contige-
rit*; decernens *Juſpatronatus, & præſentandi hu-
juſmodi illius omnino naturæ, & vigoris exiſtere,
cujus Juſpatronatus Regium ex fundatione, & do-
tatione exiſtit*: Conceſſionis hujuſmodi rationem
reddit *Blondeau. in addit. ad Bouchel. in Bibliot.
Canon. verb. des Induls pag.* 729. *§. le Roy* -- ibi --
*Parce que le droit de nomination provient du Pa-
tronage Royal, comme le Pape l'a déclaré par cet
Indult, lequel Patronage n'eſt ſujet à aucune reſer-
ve, ni même à celle de la vacance en Cour de Ro-* 290
*me; comme l'ont juſtifié tous les Hiſtoriens d'Eſpa-
gne, & plus particuliérement* Joannes Lupus de Pa-
lacio & Ruvios *dans un petit Traité intitulé* de Be-
neficiis in Curia vacantibus *fait par le commande-
ment du Roy d'Eſpagne.*

Verum ratio illa adducta per *Blondeau* -- *Parce
que le droit de nomination provient du Patronage
Royal* -- ſuas patitur difficultates; Cum Principibus
laicis vigore Juriſpatronatus vere etiam quæſiti ex 291
fundatione, vel dotatione, ex Sacrorum Canonum
cenſura, nullum competat jus præſentandi Epiſco-
pum ad Eccleſias Cathedrales, quoties deficit Pri-
vilegium, & Indultum Apoſtolicum argumento
Text. in cap. Nobis, 25. de Jur. Patron. & late
firmant *Vivian. de Jurepatr. lib. 3. cap. 1. num. 2.
& ſeqq. Spin. de teſtament. gloſſ. 4. num. 13. & cum
Gregorio Lopez*, aliiſque tradit *Garc. de Benef. par.
5. cap. 1. §. 3. numer. 217. & ſeqq. Barboſ. de offic.
& poteſt. Epiſcop. part. 1. tit. 1. cap. 3. num. 29. &
in Jus Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 8. num. 72. in fin.
& num. 74. Solorzan.* Regalium Jurium acerrimus
propugnator *de Jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 4.
n. 26. Boer. deciſ. 32. num. 5. Rot. dec. 336. n. 18.
Franciſcus Fernandez de Miñano in Baſi Pontific.
Juriſdiction. tract. 2. fundam. 2. quæſt. 7. num. 267.
pag. mihi* 414. Idemque poſtquam *num.* 268. retu-
lit contrariæ opinionis Auctores, ſequenti *numero*
ita loquitur -- *Quorum ſententiam, ut inoffenſo cur-
rat pede procedere monemus ex Indulta Apoſtolica* --
pluribuſque perpenſis tum *Gallis*, tum *Hiſpanis*
Scriptoribus *num.* 273. rem ita abſolvit -- *Ex quibus
omnibus liquido apparet præallegatos Doctores tam
Hiſpanos, quam Gallos, Jus hoc nominandi, &
præſentandi Epiſcopos, quod Regibus ſuis, ac aliis
competere affirmant, ex Apoſtolica conceſſione pro-
cedere plane faſſos eſſe.*

Non eſt igitur Juſpatronatus uti contendit *Blon-
deau*, quod Regibus tribuit Jus præſentandi ad Ec-
cleſias Cathedrales, ſed eſt Privilegium Apoſtoli-
cum, a quo unice dimetiri debet major vel minor
dicti Juris extenſio. Atque hinc ſequitur, quod ſi
in Privilegio Apoſtolico non legitur expreſſe indul-
ta Regibus facultas præſentandi, etiam in caſu quo 292
Eccleſiæ vacent *apud Sedem*, quæ ſane expreſſio
ut dicemus infra *numer. 354. & ſeqq.* omnino ne-
ceſſaria eſt, fruſtra Reges illam ſibi vindicare poſ-
ſunt ex indole, & natura Juriſpatronatus. Alias
enim uti irrationabilia notari poſſent Indulta illa,
in quibus per Pontifices Regibus tribuitur facultas
præſentandi ad Eccleſias Cathedrales, præterquam
in caſu vacationis *apud Sedem*, prout fuit Indul-
tum Catholicis Regibus ab Adriano VI. conceſſum,
dum Pontifex concedendo Cauſam, nempe *Juſpa-
tronatus*, tolleret poſtea immediate effectum, nem-
pe *jus præſentandi* quando *apud Sedem* ſequitur va-
catio. Et in caſu ejuſdem Indulti irrito laborare
curaſſet *Carolus V.* a Clemente VII. anno 1530. &
a Paulo III. anno 1536. nova reportare Indulta
præſentandi videlicet ad Eccleſias, etiam illas, quæ
apud Sedem vacarent, ex quo jam a Pontifice A-
driano conceſſum ei fuerat Juſpatronatus ſuper om-
nibus Eccleſiis, & Monaſteriis Hiſpaniarum.

In controverſiam quoque venit, an Eccleſiæ Re-
gni Siciliæ *apud Sedem* vacantes, libere a Ponti- 293
fice, vel ad Regis præſentationem provideri de-
beant? Dubitandi ratio ex eo emerſit, quod in
Indultis præſentandi ad Eccleſias præfatas a Clemen-
te VII.

te VII. Sixto V. & Paulo V. Hiſpaniarum Regibus ad eorum vitam, & poſtea a Gregorio XV. Philippo III. omnibuſque ejus Deſcendentibus in Hiſpaniarum, ac Siciliæ ultra Pharum ditione Succeſſoribus, tam maſculis, quam fœminis conceſſis, nulla legitur facta mentio *vocationis apud Sedem*. Et
294 quamvis Indultum Gregorianum ſit ampliſſimis clauſulis munitum, videlicet -- *Quoties Eccleſiæ prædictæ quibuſvis modis, & ex quorumcumque, etiam S.R.E. Cardinalium Perſonis vacare contigerit &c.* Nihilominus clauſulæ præfatæ, & aliæ effrenatiores ſi adeſſent, aptæ non ſunt præferre facultatem præſentandi, dum Eccleſiæ vacant *apud Sedem*, cum vacatio hujuſmodi requirat expreſſam, & individuam mentionem, juxta terminos *Text. in cap. 2. de Præbend. in 6.* & late dicemus infra *num. 354. & ſeqq.*

Verum cum occaſione obitus *apud Sedem Andreæ Rigio* ſequuti anno 1720. vacaſſet Eccleſia *Cathanienſis*, & Carolus VI. Imperator, uti Siciliæ Rex ad eamdem præſentaſſet Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum D. Cardinalem *Cienfuegos*, ſan. mem. Clemens XI. Congregationem particularem quamplurium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & Prælatorum deputavit, ad effectum examinandi, an admittenda eſſet Nominatio, ſeu præſentatio ab Imperatore facta, & *die* 19. *Novem-*
295 *bris* 1720. prodiit reſolutio -- *Attentis pluribus exemplis adductis Epiſcopatuum Siciliæ, qui quamvis vacati in Curia ab anno* 1518. *uſque ad annum* 1612. *ad nominationem, ſeu præſentationem Regiam per S. Sedem proviſi fuerunt, hujuſmodi nominationem, ſeu præſentationem admitti poſſe* -- Et ita ſervatum fuit. Videtur tamen, quod potius quam ſupradictis Indultis reſolutio innixa fuerit *Conſuetudini immemorabili*, cujus ſane vigore allegari poterat ſpeciale Privilegium Sedis Apoſtolicæ præſentandi, etiam in earumdem Eccleſiarum vacationibus *apud Sedem*.

Reges *Luſitaniæ*, etſi Indulto fruantur Apoſto-
296 lico ſupplicandi, aut præſentandi ad illius Regni Eccleſias, ut diximus in *Comment. in Regul. II. §. 1. num. 124. & ſeqq.* hujuſmodi tamen prærogativa non gaudent, ſi eas *apud Sedem* vacare contigerit, exceptis nonnullis, quarum reſpectu expreſſe eis indultum fuit, quod præſentare valeant, etiamſi *apud Sedem* vacaverint. Hinc Paulus III. *anno* 1547. *die* 15. *Julii* indulſit Regi Luſitaniæ, ut decedente *apud Sedem* Cardinali *Farneſio*, qui ad Regis ſupplicationem obtinuetat in adminiſtrationem Eccleſiam *Viſen.* & nonnulla Monaſteria, nullum præjudicium alicui generari poſſet in jure *ſupplicandi, nominandi, præſentandi, eligendi, conferendi, providendi &c.* cum derogatione Reſervationibus *clauſis in corpore Juris.*

Eccleſiæ itidem Regni *Poloniæ*, ad quas Reges
297 jus ſupplicandi habent, ut in *Commentar. in Regul. II. §. 1. num. 121.* dum *apud Sedem* vacant, libere a Pontifice providentur. Deceſſit *apud Sedem anno*
298 1712. Archiepiſcopus *Leopolien.* Contendebant Regii Miniſtri ejuſdem Eccleſiæ Proviſionem ad Regis Supplicationem explendam eſſe; Sed ſan. mem. Clemens XI. poſt auditum nonnullorum Prælatorum Votum, de eadem Eccleſia libere, & abſque ulla expreſſione juris ſupplicandi a Rege prætenſi, in Conſiſtorio habito die 30. Januarii 1713. providit Reverendiſſ. P. *Joannem Skarbeck* Epiſcopum *Marochien.* Ut ex Actis Conſiſtorialibus ad dictam diem.

Quid de Eccleſiis, & Monaſteriis Sabaudiæ? An ſi contingat eorum vacatio apud Sedem ſint liberæ 299
Pontificis diſpoſitioni reſervata? Controverſia hæc acriter exarſit *anno* 1728. inter Datariæ Officiales contendentes eorum proviſionem, ſive vacatio *apud Sedem* ſequatur per obitum naturalem Poſſeſſorum, ſive ratione *Decreti de vacando* appoſiti a Summo Pontifice, ad eumdem libere ſpectare, & Miniſtros Sereniſſimi Regis Sardiniæ & Sabaudiæ Ducis exiſtimantes utroque caſu, non aliter de Beneficiis præfatis diſponere poſſe Sedem Apoſtolicam, quam ad ejuſdem Regis, uti Sabaudiæ Ducis nominationem, præſertim vigore Brevis *ſan. mem. Benedicti XIII. ſub datum* 29. *Maii* 1727. confirmatorii, & declaratorii Indulti a ſan. mem. Nicolao V. Sabaudiæ Ducibus conceſſi: de quo ſermo erit in *Commentar. in Regul. II. §. 1. num.* 51. Sed ad Controverſiam hanc dirimendam placuit laudato *Benedicto* particularem Congregationem deputare, cui interfuerunt cl. me. Cardinalis *Anſidens*, ac Eminentiſſ. & Reverend. D. Cardinalis *Lambertinus* 300
(*cum quo jamdudum familiariſſime utens, nova ſemper in ipſo argumenta ſuſpexi omnium virtutum, Doctrinarum, Diſciplinarumque, quibus ad Purpuram ſibi aditum jure, ac merito aperuit; Qui Metropolitanam Bononienſem Eccleſiam poſt Anconitam probatiſſime regit, tanto, ac majori munere digniſſimus.*) Nec non RR. PP. DD. *Aldrovandus*, *Accorambonus* poſtea S. R. E. Cardinales ampliſſimi, & *de Valentibus*; propoſitiſque in ea Dubiis I. *An in vacationibus apud Sedem, & in Curia locum habeat præfatum Indultum Sanctiſſimi Domini noſtri?* II. *An in aliis vacationibus occurrentibus ratione Decreti de vacando appoſiti a Summo Pontifice, debeant Abbatiæ, & alia conferri ad nominationem, vel potius ſimpliciter, abſque tali expreſſione?* Die 6. Julii 1728. reſolutum fuit -- *Comprehendi ſub indulto Nicolai V. a Sanctiſſimo nuper confirmato vacantia tam per obitum, quam juxta Decretum* (a)

Beneficia itidem *Germaniæ* obnoxia eſſe reſervationi deducta ex vacatione *apud Sedem* conventum 301
ſuit in Concordatis inter Sedem Apoſtolicam, & inclitam Nationem Germanicam initis, in quibus expreſſe præſervatur diſpoſitio *Extravag. Ad regimen.* reſervationem eamdem innovantis. Et ſive Be- 302
neficia præſata vacent per mortem naturalem, ſive civilem, nempe per *Decretum de dimittendo*, per *Profeſſionem, Contractum Matrimonii, Privationem, Reſignationem* in manibus Pontificis &c. ut late probat *Rot. deciſ. 73. cor. Benincaſ. Eminentiſ. Petr. in Conſtit. Apoſtol. tom. 5. pag. 15 num. 18 & ſeqq.* Quod locum ſibi vindicat etiam in Epiſcopalibus Eccleſiis, quarum proviſio, quocumque modo
vacent *apud Sedem*, libere ſpectat ad Summum Pon- 303
tificem, & ſive earum vacatio ſequatur per obitum,

Pirhing.

(a) Supradictam Congregationis particularis Reſolutionem, quam prius Voto ſuo probaverat *Eminentiſſ. & Rmus D. Cardinalis Lambertinus*, idem ad Pontificatus apicem ſpeciali Divinæ Providentiæ dono evectus ſub glorioſiſſimo nomine BENEDICTI XIV. executioni demandandam eſſe voluit in Concordato, quod Apoſtolicæ Sedis nomine die 5. Januarii 1741. iniit cum Sereniſſimo Sardiniæ Rege uti Sabaudiæ Duce, ſuper materiis Beneficialibus; Nam in tertio ejuſdem Concordati Articulo inter cætera dictum fuit -- *Siccome pure la medema S. Sede darà eſecuzione alla Riſoluzione d'una Congregazione di più Cardinali, e Prelati emanata li 6. Luglio 1728. per le vacanze in Curia, & apud Sedem* -- Et de quo Concordato iterum ſermo erit in *Commentar. in Regul. II. §. 1. num.* 55.

Digitized by Google

Pirbing. in jus Canonic. tit. de Præbend. num. 359.
Thomaſſin. de Benefic. par. 2. *lib.* 2. *cap.* 38. *num.*
11. *D. de Sanctis in Exam. Conſiſtor. cap.* 12. *nu-
mer.* 29. & 107. ſive per dimiſſionem in manibus
Papæ, *Pirbing. num.* 360. *Anaclet. lib.* 3. *Decretal.
tit.* 5. *num.* 547. & *ſeqq. Matta ad Concordat. num.*
196. Et pluries tam ante, quam poſt Concordata
ſervatum fuit. Sic cum in manibus Clementis IV.
Eccleſiam ſuam reſignaſſet Archiepiſcopus *Salisbur-
genſis*, Clemens, ad eam promovit *Præpoſitum Vi-
ſegradenſem*, vetito antea Capitulo, ne ad eligen-
dum pergeret. *Thomaſſin. de veter. & nov. Eccleſiæ
diſciplin. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 8. §. *Iſta.* Anno
1399. Eccleſiæ *Paderbornen.* tunc vacanti per ceſſio-
nem *Joannis*, Bonifacius IX. providit de perſona
Bernardi de Harvaſenis Ferrarienſis. Ad Eccleſiam
Friginſenſem vacantem per ceſſionem factam a *Ro-
berto* in manibus Alexandri VI. Pontifex iſte die 3.
Decembris 1498. Perſonam ſibi beneviſam promovit.
Quemadmodum Sixtus V. de Eccleſia *Conſtantienſi*
vacante ob ceſſionem in ſuis manibus factam a *Car-
dinali de Altemps*, die 2. Julii 1589. diſpoſuit fa-
vore *Cardinalis ab Auſtria*, ut ex Actis Conſiſto-
rialibus ejuſdem Pontificis -- ibi -- *Referente Reveren-
diſſ. Madrucio Sanctitas Sua admiſit ceſſionem Eccle-
ſiæ Conſtantienſis in Germania, a Reverendiſſimo D.
Cardinali ab Altemps in ejus manibus ſponte factam,
eidemque Eccleſiæ vacanti providit de Perſona Reve-
rendiſſ. D. Andrea Cardinalis ab Auſtria annum* 27.
agenti &c. & *Anno* 1597. Clemens VIII. providit
Eccleſiæ *Tridentinæ* per ceſſionem *Cardinalis Tri-
dentini* vacanti.

304 Quod ſi renunciatio Eccleſiæ fiat non in mani-
bus Pontificis, qui ſolus eam admittere poteſt *cap.
Inter incorporalia, de Tranſlat. Epiſcop. cap. final.*
ibique *Gonzal.* ceterique *DD. de Renuntiat.* ſed in
305 manibus Capituli, erit nulla, & nulla electio ſubſe-
quuta, quam caſſare non eſſet neceſſe; Et hoc caſu
Capitulum non eſſet privatum ipſo jure facultate eli-
gendi, ſed poſſet privari, *Navar. conſ.* 2. *de renun-
ciation.* Hinc Gregorius XIII. noluit Eccleſiæ *Bam-
bergen.* providere ad electionem Capituli, attento
quod electio ab eo expleta fuerat ante ceſſionem per
S. S. admiſſam, ut in *Actis Conſiſtorialibus* 21. *No-
vembris* 1582.

Pluries tamen Summi Pontifices particularia In-
306 dulta conceſſerunt Capitulis Germaniæ, ut non ob-
ſtante vacatione Eccleſiarum in *Curia*, ſive per
mortem naturalem, ſive per *Depoſitionem*, *Ceſſio-
nem*, aut alias poſſent ad novi Præſulis electionem
procedere. Pius II. ſub Datum *Mantua* 1459. *ſex-
to Kalendas Novembris Pontificatus ſui anno II.*
indulſit Capitulo *Auguſtano*, ut ad novi Antiſtitis
electionem devenire poſſet, ſi contigiſſet obitus Car-
dinalis de *Staremberg apud Sedem*. Simileque Indul-
tum conceſſit Gregorius XIII. ſub Datum *apud
S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris* 2. *Julii* 1572.
Pontificatus anno primo, cum eidem Eccleſiæ Au-
guſtanæ præſideret *Otho* Cardinalis *Truchſeſius*. An-
no 1647. permiſſum fuit Capitulo *Paderbornen.* ut
novum eligeret Epiſcopum in locum *Hermanni* in
hæreſim miſerabiliter prolapſi, *Raynald. ad ann.*
1546. Pari modo *Gebhardo Truchſes*, ob hære-
ſim, Eccleſia *Colonien.* anno 1583. privato, fuit
indultis Canonicis facultas eligendi, ipſique *Erne-
ſtum* ex Ducibus Bavariæ ſubrogarunt. Ex licen-
tia Pauli V. Capitulum *Salisburgen.* in locum *Wol-
phangi Theodorici*, qui in manibus ejuſdem Ponti-
ficis Archiepiſcopatui ceſſerat, elegit *Marcum* ex
Comitibus ab *Altemps*, ut ex Actis Conſiſtoriali-
bus 18. *Junii* 1612. Clemens IX. anno primo ſui
Pontificatus, *nempe* 1667. *octavo Idus Julii* in-
dulſit Canonicis Eccleſiæ *Tridentinæ* facultatem eli-
gendi, etiam ſi Cardinalis de *Harach*, qui eidem
Eccleſiæ præerat, deceſſiſſet *in Curia*. Innocentius
XII. conceſſit in Camera Indultum de *non vacando
apud Sedem* Abati Benedictino *in Helvetia*, qui
Romam petere intendebat occaſione Jubilæi, quam-
vis a Congregatione Conſiſtoriali fuiſſet antea ſub
die 9. *Aprilis* eadem gratia denegata. Capitulum
Argentinæ obtinuit a ſan. mem. Clemente XI. In-
dultum eligendi, ſi Deo placuiſſet, quod Eminen-
tiſſimus, & Reverendiſſimus D. Cardinalis *de Ro-
han* ejus Præſul, qui Romam poſt Pontificis obitum
accedere debebat, ibidem diem clauſiſſet extremum.
Innocentius quoque XIII. ſimile Indultum Capitu-
lis *Ratisbonen.* & *Friſingen.* conceſſit, etiam ſi hu-
juſmodi Eccleſiæ *in Curia* vacaſſent, juxta *Decre-
tum ſub die* 17. *Julii* 1721. Et cum *Wolphangus
Rinſuerger* Abas Monaſterii *Michaelfeldenſis* Diœ-
ceſis *Bambergen.* & Congregationis *Bavarico*-Be-
nedictinæ, ob adverſam valetudinem, ſupplicaſſet
pro facultate dimittendi munus Abatis in manibus 307
Præſidis Generalis ejuſdem Congregationis; Sacra
Congregatio Rebus Conſiſtorialibus præpoſita, ſub
eadem die reſcripſit -- *Admittendam eſſe renunciatio-
nem in manibus Sanctiſſimi, & ad mentem. Mens
eſt, quod ſcribatur Capitulo, ut ſtante hujuſmodi
dimiſſione facta in manibus Sanctiſſimi, deveniat ad
novam electionem Abatis.* -- Id ipſum ſervatum in re-
nunciatione expleta a *P. Mauro Kiemlon* de Mona-
ſterio S. Joannis Evangeliſtæ in *Mallerſtorff* Diœ-
ceſis *Ratisbonen.*; nam admiſſa fuit per Sedem Apo-
ſtolicam Renunciatio, & impertita Monachis facul-
tas, quod poſſent procedere ad novam electionem,
ut ex *Actis Conſiſtorialibus ſub die* 21. *Februarii*
1723.

Sed hujuſmodi Indulta ex ſpeciali Romanorum
Pontificum gratia proceſſerunt, qui attentis tempo-
rum circumſtantiis, & de ſummo jure aliquid re-
mittentes, ita quandoque expedire cenſuerunt pro
illarum Eccleſiarum majori bono; proindeque tra- 308
henda non ſunt in neceſſitatem. Hinc, cum *Fran-
ciſcus Sigiſmundus Archidux Auſtriæ*, Eccleſiam 309
Auguſtanam in manibus ſan. mem. Alexandri VII.
dimittere intenderet; & illius Cathedralis Capitu-
lares ſupplicaſſent pro Indulto eligendi alium E-
piſcopum; afferrentque exempla aliorum Indulto-
rum a Sancta Sede conceſſorum; & ulterius con-
tenderent, nullum extare exemplum, quo docere-
tur, Sedem Apoſtolicam libere providiſſe alicui Ec-
cleſiæ in Germania, etiam in caſibus per Concor-
data reſervatis: deputata fuit Congregatio particu-
laris cum interventu *Cardinalis Corradi*, necnon
*RR. PP. DD. de Vecchis, Fagnani, de Rubeis,
Ugolini, & Favoriti Secretarii*, quæ die Lunæ 20.
Aprilis 1665. reſcripſit. *Renunciationem Eccleſiæ
Auguſtanæ faciendam eſſe in manibus Sanctiſſimi,
& ejus proviſionem libere ſpectare ad S. Sedem,
etiam vigore Concordatorum Germaniæ, quæ pluries
in hac materia ſervata fuiſſe conſtat. Item errorem
eſſe manifeſtum, quod nunquam Sedes Apoſtolica
libere providerit hujuſmodi Eccleſias; quodque li-
cet particularia Indulta à Summis Pontificibus in
pluribus caſibus fuerint conceſſa: nihilominus quan-
tum fieri poterat, cavendum, ne hujuſmodi exem-* 310
pla irrevocabilis legis vim obtinerent. Mitius ta-
men agendo cenſuit Congregatio, oretenus poſ-
ſe indulgeri Capitulo, ut pro ea vice propone- 311
ret duas, aut tres perſonas idoneas, ſupplican-
do Sanctitati Suæ, ut de una earum providere
dignaretur Eccleſiæ, ex ſpeciali benignitate, &
gratia.

Quod ſi Electus ad Eccleſiam, vel Monaſterium, 312
nondum

nondum tamen a Sede Apoſtolica confirmatus, moriatur in Curia, an Eccleſia, vel Monaſterium illud ſit liberæ ejuſdem Sedis diſpoſitioni reſervatum? Reſpondeo negative, quia ſola electio ante confirmationem, non dat jus adeo conſiderabile, ut poſſit Electus dicere, Beneficium eſſe ſuum; ſed habet jus tantum proſequendi electionem, *Rat. decif. 6. num. 2. de Election. in nov. Prob. ad Pragmatic. tit. de Auctorit. General. Concil. pag. mihi 58. terg. Caſin. in eamd. Pragmat. tit. de Collatione §. Volens pag. mihi* 135. *terg. & ibi Prob. n.* 2. *Tambur. de jur. Abat. diſput. 6. quæſt. 1. num.* 21.
313 & quod Electo moriente in Curia ante confirmationem, Beneficium non dicatur per ejus obitum vacare, *Paſſerin. de Election. cap. 33. num. 3. Donat. Rer. Regular. part. 2. tract. 6. quæſt. 19. n.* 4.
314 Et vidimus ſervatum reſpectu Eccleſiæ *Tridentinæ*; nam licet *R. P. D. Gentilott* Electus Epiſcopus, poſt propoſitum negocium in Congregatione Conſiſtoriali *anno* 1725. in Curia Sac. Rotæ Auditor deceſſiſſet: adhuc, quia nondum fuerat confirmatus, Capitulum alium in Epiſcopum elegit, & hanc novam electionem confirmandam cenſuit eadem *Congregatio* 17. *Januarii* 1726.

At quamvis moriente Electo in Curia, Beneficium non dicatur vacare *apud Sedem*; attamen ſi
315 idem Electus ante obitum, electioni de ſe factæ in manibus Papæ renunciaverit, & renunciatio fuerit admiſſa, Beneficium erit reſervatum propter appoſitionem manus Papæ, *Probus in Pragmat. tit. de Collation. pag. mihi* 239. *n.* 8.

Supereſt nunc agendum de quampluri mis caſibus, in quibus, etſi Beneficia vacent *apud Sedem*, nihilominus immunia ſunt a reſervatione contenta *in cap. 2. de Prabend. in 6.* Et *primo* ſub hujuſmodi reſervatione non comprehenduntur Beneficia ma-
316 nualia, & ad nutum amovibilia, ex relatis in *Neapolitana, ſeu Tranen. Præceptoria coram Molines, dec. 541. num. 7. & ſeqq. & decif. 561. num. 1. & ſeqq. tom. 2.* ubi de Beneficiis *S. Antonii Viennen.* Idque tum ex motivo vitandi maximum illud in-
317 conveniens, quod Ordinarius Collator poſſet amovere proviſum Apoſtolicum, ut perpendit *Gloſſ. in Clement. unic. verſ. Revocari, de ſupplen. neglig. Prælat. Calderin. conſ. 26. per tot. Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 5. §. 6. num. 9. & ſeqq. & gloſſ. 8. num. 3. Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæſt. 7. num. 22. Achill. decif. 9. de Præben. coram Buratt. decif. 114. num. 1. coram Herrer. decif. 65. n. 4. & 5.* tum etiam quia
318 in manualibus non datur niſi impropria vacatio, *Gonzal. d. gloſſ. 5. §. 6. num. 63. & 64. & §. 7. n. 21. & ſeqq. Rota decif. 305. numer. 33. par. 11. Recen.*

319 Et hanc ob rationem Præceptoriæ, Commendæ, aliaque Beneficia Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ, etiam ſi vacent *apud Sedem*, non ſunt reſervata, ut ex *Conſtit. 9. §. 5. & 23. Pii IV.* & firmant *Gonzal. ad regul. 8. gloſſ. 5. §. 6. num. 13. Barboſ. Vot. decif. 43. num. 2. & ſeqq. lib. 2. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. par. 2. cap. 3. num. 71. & ſeqq. & num. 80. Eſcaña in Propugnac. Religion. Hieroſolymit. diſcept. 10. cap. 3. numer. 13. & ſeqq. Achill. de Graſſ. decif. 9. tit. de Præben. Puteus dec. 138. n. 3. lib. 1.*

Dubium tamen eſt quoad Commendas & Præ-
320 ceptorias SS. Mauritii & Lazari, an ſint reſervatæ ſi vacent *apud Sedem*. Pius IV, in ſua *Conſtit. 95. §. 79. 84. & 114.* diſpoſuit quoad Præceptorias S. Lazari, ut numquam reſervatæ cenſerentur, etiam per obitum earumdem poſſeſſorum *apud Sedem*. At ſubinde S. Pius V. modificando dictam ſui Prædeceſſoris Conſtitutionem, mandavit, quod a reſervationibus immunes eſſent Præceptoriæ, & Beneficia vacantia *extra Romanam Curiam*, & ulterius irritas declaravit proviſiones de ſimilibus beneficiis tam factas, quam faciendas a Summis Pontificibus, præter quam ſi eadem *apud Sedem* vacare contingeret, ut in ſua *Conſtitutione* 28. §. 38. 40. & 51. Erexit poſtea Gregorius XIII. ut in ejus *Conſtitutione VII.* Militiam S. Mauritii, eamque univit alteri S. Lazari, ſed nullam de Beneficiis & Commendis *apud Sedem* vacantibus fecit mentionem. Tandem Clemens VIII. in *Conſtitutione CII.* §. 10. confirmavit prædictarum Militiarum antiqua Privilegia -- *ſalvis limitationibus, modificationibus, reductionibus contentis in litteris Pii V. &c.* Sed quoniam in ſequenti §. 11. reducendo omnia in priſtinum, *ſine tamen præjudicio modernorum poſſeſſorum*, ſequentem clauſulam appoſuit -- *ita ut illa cum primum per ceſſum, aut deceſſum ipſorum modernorum poſſeſſorum, vel alias quovis modo, aut quandocumque, & ubicumque*, etiam apud Sedem Apoſtolicam vacaverint &c. *ad illius M. Magiſtri pro tempore exiſtentis liberam, & omnimodam diſpoſitionem ſpectent, & pertineant* -- hinc deduci poſſe videtur, quod laudatus *Clemens* facultatem M. Magiſtro impertitus fuerit diſponendi de Præceptoriis, etiam vacantibus *apud Sedem*, Quamquam *Rota in dec. 159. & decif. 194. utrobiq. n. 6. part. 8. Recent. & cor. Merlin. decif. 855. ſub n. 6.* cenſuerit, Conſtitutionem *Pianam* non fuiſſe abrogatam, ſed potius confirmatam per alteram *Clementis VIII.*

Verumtamen qualiſcumque ſit ſenſus verborum Conſtitutionis *Clementinæ*: id unum certum eſt,
quod cum Sedes Apoſtolica numquam conſueverit 321
in conceſſione ſimilium gratiarum ſibi manus ligare, nec a ſe abdicare poteſtatem conferendi, cum, non obſtantibus Indultis, concurrere poſſit cum Indultariis, eoſque etiam prævenire, ut in fortioribus terminis Concordatorum firmant Doctores relati per *Rot. in Auguſtana Canonicatus coram Molines decif. 813. num. 25. & 26. & decif. 922. numer. 4. tom. 3.* Hinc eſt, quod in caſu vacationis 322
in Curia Papa conferre ſolet hujuſmodi Præceptorias. Ita ſervavit Urbanus VIII. qui de *anno* 1641. Commendam S. Lazari *Spoletan.* vacantem *apud Sedem* per obitum *Mutii Muti*, contulit *Carolo Vaini*, non tamen uti reſervatam, nam in Bulla deeſt clauſula *Dudum &c.* eaque incipit *Apoſtolicæ Sedis &c.* aliaſque continet Clauſulas apponi ſolitas, quando Papa providet de non reſervato. Et vacante iterum eadem Commenda *apud Sedem* per obitum *Vaini*, Clemens XI. de illa providit Comitem *Buſſium*. Similiter Clemens X. Equiti *Carolo Reviglioni* contulit de *anno* 1671. Commendam S. Lazari in *Carinola*, quæ *apud Sedem* vacaverat per deceſſum *Honorati Gini* Miniſtri Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ. Innocentius denique XIII. de Commenda S. Lazari *Beneventan.* quæ vacaverat *apud Sedem* per mortem Cardinalis *Paracciani*, diſpoſuit favore Abatis ab *Aquila*.

Frequentiora vero, imo innumera ſunt exempla
proviſionum factorum a Dataria de Commendis, 323
& Præceptoriis Sac. Religionis Hieroſolymitanæ vacantibus *in Curia*. Miſſu namque aliis, Innocentius X. de anno 1628. Præceptoriam Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani S. Lucæ *Peruſin.* quæ vacaverat *apud Sedem* per obitum *Petri Pauli Victoris*, contulit Equiti *Rugerio Raynerio*. Alteram Præceptoriam S. Mariæ Magdalenæ *Parmen.* per obitum ejuſdem *Petri Pauli* vacantem, contulit *Alphonſo de Dura*, ſimilemque Præceptoriam domus de *Gianſon* Bergomen. itidem vacantem

per

per obitum ejuſdem *Petri Pauli*, contulit *Carolo Aldrovando*. Sic etiam de Commenda ejuſdem Ordinis per obitum apud Sedem *Equitis Caſtelli* vacante, a Clemente XI. proviſus fuit Eques *Ferrettus*, Dux Pontificiarum Triremium. Et Innocentius XIII. accepto, quod Clemens XI. Prædeceſſor deſtinaverat *Vincentio Ancajano* Præceptoriam Sancti Joannis de *Varolengo*, Hipporegien. Diœceſis, vacantem per obitum *apud Sedem Marcelli Saccheiti*, de eadem Præceptoria diſpoſuit favore præfati *Vincentii*, qui poſtea per geminas Rotæ Deciſiones obtinuit, validam canonizari Pontificis collationem, ut ex eiſdem Deciſionibus *in Hipporegien. Commendæ* 11. *Decembris* 1722. & 12. *Martii* 1723. *coram Ratto.*

Secundo: Regularia Beneficia, licet in Curia va-
324 cent, non ſubſunt reſervationi inſurgenti ex obitu *apud Sedem*, ut apud *Barboſ. de Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 57. *n.* 28. *Caſtropal. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 16. *n.* 6. *verſ. ſecundo excipiuntur*, *Paſſerin. in dict. capit.* 2. *num.* 12. *Murga de Benefic. quæſt.* 3. *n.* 270. Quod tamen ita eſt intelli-
325 gendum, ut Beneficia Regularia non comprebendantur ſub diſpoſitione *cap.* 2. *de Præbend. in* 6. ut ibi firmant *Joann. Monach. n.* 1. *Archid. etiam num.* 1. *Franc. n.* 5. *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 8. *n.* 11. *Puteus deciſ.* 180. *n.* 1. *lib.* 3. Non autem quod ſint exempta a reſervatione vigore *Extrav. ad Regimen*, quæ per hanc Regulam innovatur, quæque expreſſe de Beneficiis etiam Regularibus loquitur, *Gonzal. loco cit. num.* 17. *Barboſ. vot. deciſivo* 43. *numer.* 2. *& ſeqq. lib.* 2. *& num.* 25. *Ventrigl. in Prax. tom.* 2. *annot.* 2. §. 1. *numer.* 21. *Paſſerin. ubi ſupra*, *Puteus dicta deciſ.* 180. *n.* 2. *& dec.* 191. *in fin. lib.* 3.

Tertio: dubium eſt, an cadant ſub diſpoſitione
326 *cap.* 2. *de Præbend. in* 6. Beneficia Patrimonialia, aut quæ ex conſuetudine Doctoribus, aut Theologis conferri debent? *Covarr. pract. quæſt. cap.* 36. *n.* 4. *verſ. ſimiliter Beneficia Patrimonialia*, dicit, & admonet, ut id obſervetur, quod fuerit uſu receptum, & miniſterio divino commodius; eumque ſequuntur *Azor. Inſtit. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 34. *quæſt.* 8. *Salzed. de leg. Polit. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 62. *& ſeqq. & cap.* 20. *à num.* 52. *Pirhing. in jus Canon. tit. de Præbend. num.* 325. *in fin.* Verum ſecluſa lege fundationis, Indulto Apoſtolico, aut centenaria obſervantia, quæ utrumque titulum præſumere facit, non video qua ratione Beneficia certo generi Perſonarum debita, immunia eſſe debeant a reſervatione *d. cap.* 2. quod generatim Papæ reſervat *omnia* Beneficia *apud Sedem* vacantia. Si enim hujuſmodi generis Beneficia obnoxia ſunt cæteris aliis reſervationibus Perſonalibus, & ratione temporis, ut alibi dicemus; potiori ſane jure comprehendi debent ſub reſervatione ratione *loci*, inſurgente ex vacatione *apud Sedem*, quæ clauſa eſt in corpore Juris, quæque cæteris reſervationibus potentior, magiſque privilegiata eſt. Potiſſimum, quia ex dicta reſervatione nullum infertur præjudicium iis, quibus Beneficia præfata ſunt debita, cum regulariter Pontifices de illis, etſi *apud Sedem vacantibus*, diſponere non conſueverint, niſi earumdem Perſonarum favore.

Quarto: Beneficia Juriſpatronatus Laicorum, quamvis vacent *apud Sedem*, non ſunt reſervata, quia hujuſmodi generis Beneficia a quacumque re-
327 ſervatione ſunt exemta, *Gloſſ. in dict. cap.* 2. *verſ. Collatio*, *de Præbend. in* 6. *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 18. *num.* 2. *& ſeqq. Caſtropal. ubi ſupra numer.* 6. *Gonzal. & alii apud Card. de Luc. de Jurepatr. diſc.* 65. *nu.* 24. *Pirhing. in jus Canonic. tit. de Præb. n.* 424. *Ventrigl. in Prax. loc. cit. n.* 22. *Cortiad. deciſ.* 253. *n.* 26. *Rota cor. Coccin. deciſ.* 1343. *Adden. ad Burat. deciſ.* 769. *n.* 12. *& cor. Molin. tom.* 2. *deciſ.* 542. *n.* 20. eorumque inſtitutio ſpectat 328
ſemper ad Ordinarios, non obſtante quod vacatio ſequatur *apud Sedem*, ita *Pirhing. dict. n.* 324. *in fin. Sanchez. conſ. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 54. *n.* 13. *Lotter. lib.* 2. *quæſt.* 8. *n.* 8. *Ventrigl. loc. cit. n.* 28. *Coccin. deciſ.* 1343. *n.* 6. *&* 7. ubi declarat contraria.

Idemque procedit in Jurepatronatus mixto, quod 329
nempe pro una parte ſpectat ad Eccleſiam, & pro alia ad Laicum, quia in hoc caſu, non debet Laicus pati præjudicium ex ſocietate Eccleſiæ, *Pirhing. dict. tit. de Præbend. n.* 324. *verſ. limitatur. Caſtropal. loc. ſupra cit. n.* 6. aliique *apud Ventrigl. dict. annot.* 2. §. 1. *n.* 27. ubi limitat, niſi eſſet mixtum 330
inæqualiter, & pro majori parte eſſet Eccleſiaſticum, quia tunc regulari deberet juxta leges Juriſpatronatus Eccleſiaſtici.

Juſpatronatus vero Eccleſiaſticum, prout etiam illud, quod competit ex conſuetudine, præſcrip- 331
tione, vel Privilegio ſubeſt reſervationi ex obitu *apud Sedem*: ita *Mart. conſil.* 92. *a n.* 1. *Pirhing. loc. cit. Ventrigl. n.* 24. *&* 29. *Murg. de Benefic. quæſt.* 3. *num.* 267. *Fragoſ. de regim. Reipub. Chriſt. tom.* 2. *lib.* 3. *diſp.* 9. §. 3. *n.* 105. *&* 106.

Licet vero Beneficia de Jurepatronatus Laicorum non ſint obnoxia reſervationi ob vacationem *apud Sedem*: inſervit tamen cauſa iſthæc vacationis *apud* 332
Sedem pro inducendo Pontifice ad derogandum Juripatronatui. Stylus proinde antiquiſſimus invaluit, quod vacante *apud Sedem* Beneficio de Jurepatronatus Laicorum, Pontifex libere de illo diſponat cum derogatione Juripatronatus pro illa vice tantum, *Mandoſ. de Signat. Grat. verb. dum vacant*, *Maſſobr. in Prax. haben. concurſ. prælud.* 7. *dub.* 2. *num.* 8. *& dub.* 21. *num.* 82. *& ſeq. Pariſ. de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 44. *Murga dicto num.* 267. *verſ. addit tamen*, *Vivian. de Jurepatr. part.* 3. *lib.* 14. *cap.* 2. *n.* 3. *Tondut. reſolut. Benefic. part.* 2. *cap.* 4. §. 9. *n.* 33. *Frances reſol.* 33. *num.* 31. *Roſa de Executor. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 134. & ex *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 8. *n.* 98. *&* 99. Notat *Ventrigl. dicto tom.* 2. *annot.* 2. §. 1. *n.* 22. quod quamvis Beneficia hujuſmodi non ſint obnoxia reſervationi clauſæ in corpore Juris, de qua in *cap.* 2. tamen in caſu hujuſmo-
di vacationis cenſetur Fundator ſe conformare vo- 333
luiſſe conſuetudini, de qua Clemens IV. in *dicto cap.* 2. teſtatur, ac illius rationi, ne ſcilicet quiſpiam inferior a Papa, in reverentiam ipſius, & Sedis Apoſtolicæ, ſe ingerat in proviſione Beneficii *apud illam* vacantis. *Card. de Luca de Jurepatr. diſc.* 65. *n.* 39. qui aliam affert rationem, *Piton. de controv. Patron. alleg.* 72. *n.* 6 *&* 7. *Rota deciſ.* 630 *num.* 22. *& ſeqq. part.* 4. *tom.* 3. *Recen. cor. Celſo deciſ.* 314. *n.* 9. *& cor. Anſald. deciſ.* 85. *num.* 10. Et confert reſponſio nomine Pii IV. data nonnullis Germanorum querelis, apud *Raynald. tom.* 21. *part.* 2. *ad annum* 1563. *n.* 44. *in reſponſ. ad* 2. *&* 3. *Articul.* -- ibi -- *Ad ſecundum, & tertium Articulum de Jurepatronatus, cui derogari queruntur, reſpondet Sua Sanctitas, ſe exiſtimare, Juripatronatus Laicorum haud temere ſe derogaſſe unquam, aut ab hac Sancta Sede derogari ſolere, niſi forte in Beneficiis* apud eamdem Sedem *vacantibus, quæ ab antiquo, ac etiam de jure communi ſemper fuerunt ſolius Romani Pontificis diſpoſitioni reſervata, quod cum non frequenter accidat, ſed raro admodum, non habere Patronos juſtam cauſam, quod inde querantur, præſertim ſi cogitent, nihil ſibi auctoritatis in Eccleſiaſticis rebus poſſe competere, niſi quod hujus Sedis auctoritate ipſis indultum eſt.*

Intellige

Intellige tamen Concluſionem tibi res eſt de Ju-
334 repatronatus activo, nam quando Beneficium eſt debitum certo generi Perſonarum, Papa licet utendo plenitudine poteſtatis poſſit, non tamen derogare ſolet Juripatronatui paſſivo in præjudicium vocatorum. *Piton. de controverſ. Patron. allegat. 1. n. 6. Rot. deciſ. 189. num. 16. cor. Bich. & deciſ. 575. num. 13. cor. clar. mem. Card. Caprara.* Quemadmodum non aliter per Pontifices derogari conſuevit Juripatronatui Laicorum, quam ſi Beneficii vacatio *apud Sedem* contingat per obitum natura-
335 lem illius poſſeſſoris; ſecus vero ſi alio modo, per mortem nempe civilem, ſequatur, ut diximus in *Comment. in Rubr. hujus Regul. I. §. 1. num. 53.* & latius ſermonem habebimus *in Commentar. in Regul. XLII.*

Dicitur autem Beneficium vacare *apud Sedem*
336 ad effectum, ut ſit locus derogationi Juriſpatronatus in totum, etiam quod Beneficiatus decedat in locis Curiæ vicinis intra duas dietas, *Maſſobr. dicto prælud. 7. dub. 21. n. 83.* & ſupponitur in *Notabili Cancellariæ* his verbis concepto -- *Nota quod ubi dicitur, quod Eccleſia Juriſpatronatus vacavit infra duas dietas, & derogatur Juripatronatui, tunc non poteſt exprimi, quod ultra, quia Papa facilius derogat Juripatronatui quando vacat in Curia, quam extra; & quando vacat intra duas dietas, cenſetur in Curia vacare per cap. Præſenti de Præbend. in 6. Ideo Papa videtur derogare facilius: quod nota* -- Et ita pluries ſervatum vidi, præſertim de anno 1697. in proviſione ſimplicis
337 *Gerunden* de Jurepatronatus laicorum, cum expreſſione in literis Apoſtolicis *per obitum Jo. Baptiſtæ, apud Sedem Apoſtolicam videlicet in Terra ſeu loco Setiæ Terracinen. Diœceſis infra duas dietas legales ab Urbe remota, ſeu remoto &c. nec non dicto Juripatronatui in totum, attento obitu prædicto apud Sedem hujuſmodi, hac vice &c. ſpecialiter, & expreſſe derogamus &c. apud Sanctam Mariam Majorem 1697. Pridie nonas Januarii anno VII. Pontificatus ſan. mem. Innocentii XII.* Et anno 1705. in proviſione duorum ſimplicium *Vercellen.* de Jurepatronatus Laicorum nobilium, videlicet familiæ illorum de *Signoris*, per obitum *Auguſtini Amadei de Signori Durazzo* qui in loco *Rocchæ Papæ* Albanen. ſeu alterius Diœceſis, quo valetudinis recuperandæ cauſa ſe contulerat ab Urbe, diem clauſit extremum cum derogatione Juripatronatui in totum, attento obitu *apud Sedem Apoſtolicam &c.* quorum unum collatum fuit Honorato *Andreæ Barli* ſub *Datum apud S. Petrum 1705. ſexto decimo Kal. Januarii anno VI.* alterum *Bartholomæo Boneſio, apud S. Petrum 1705. decimo Kalen. Januarii anno VI.* Pontificatus Clementis XI.

Stante autem hujuſmodi antiquiſſimo Pontificum
338 uſu, & conſuetudine derogandi in totum Juripatronatui, quando ſequitur Beneficii vacatio *apud Sedem*, Cauthelam tradit *Piton. diſcep. Eccleſ. tom. 2. in Parerg. n. 47.* ob quam exiſtimat evitari poſſe derogationem præfatam, quod nempe Patronus, ſtatim ſequuta vacatione Beneficii, apponi faciat *nihil tranſeat* in Dataria, & illico præſentet, curetque præſentatum inſtitui ab Ordinario, quo caſu inſtante Proviſo Apoſtolico pro laceratione *nihil tranſeat* coram Datario, opponi poterit jus quæſitum præſentato prævia præſentatione, & inſtitutione jam ſequutis. Et cum Papa non intendat derogare juri alteri quæſito, non amplius eſſe poterit locus proviſioni Apoſtolicæ cum derogatione Juriſpatronatus in totum. Et ita teſtatur vidiſſe obtentum in facti contingentia.

339 Verum quidquid dicat hic *Auctor*, qui nullum deſignat caſum, in quo Dataria judicaverit favore Præſentati; in facto mox recenſendo, contrarium conſului, & dixi, cauthelam eſſe inutilem, & ſuperfluam, quia ad hunc præciſum effectum excludendi Præſentatum a Patronis, inolevit antiquiſſimus ſtylus Datariæ de apponendo *Datam* ſub die obitus in proviſionibus Beneficiorum Juriſpatronatus Laicorum vacantium *apud Sedem*, licet longe poſtea litteræ expediantur. Et talis *Data* ſemper conceditur ad petitionem Partis non alio fine, quam ad effectum tollendi præventionem Patronorum, & Ordinariorum. Unde eſt, quod licet Patronus prævenerit in præſentando, & curaverit ſuum Præſentatum ab Ordinario inſtitui antequam Dataria providerit; nihilominus Proviſus ab ea præferri debet, ſtante derogatione Juriſpatronatus cum *Data* in Proviſione Apoſtolica de die obitus Beneficiati. Nec 340
Papa in hoc caſu diceretur tollere jus quæſitum, quia utitur jure ſuo, & præventione illa, qua uti ſolet ex antiqua conſuetudine, ut bene *Gloſſ. marginalis in verb. Conſuetudo in cap. 2. de Præbend. in 6. Ancaran. ibidem n. 1. Goazal. ad Regul. 8. §. 3. Proœm. num. 82. Maſſobr. in Prax. habend. concurſ. Prælud. 7. dub. 2. num. 11. Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 6. n. 33. & 34. Panimoll. deciſ. 9. annotat. 4. num. 20.*

Caſus vero talis erat. Defuncto *apud Sedem Do-* 341
minico Latini, vacavit Beneficium ſimplex in Parochiali Eccleſia S. Mariæ Terræ *Gavignani* Segninæ Diœceſis, de jurepatronatus Magnatitiæ *Domus Pamphiliæ Aldobrandinæ.* Poſtquam Patronus præſentaverat *Carolum Antonium Vulpicellam*, obtinuit de illo a Dataria provideri *Carolus Antonellus*, cum derogatione juripatronatui in totum, attenta vacatione Beneficii *apud Sedem.* Cumque in ejuſdem Datariæ Congregatione acriter ex parte *Vulpicellæ* inſiſteretur pro laceratione ſupplicationis *Antonelli*, ex quo poſtquam Patronus prævenerat in præſentando, non erat amplius locus derogationi juripatronatui, & juri quæſito a Præſentato, juxta authoritatem *Pitonii*, quæ allegabatur: Nihilominus, propter rationem a me ſupra allegatam, *ſub die 13. Novembris* 1717. fuit reſolutum, *Supplicationem Antonelli eſſe relaxandam, & continuandum eſſe ſtylum derogandi etiam in caſu nota Præſentationis.*

Poſſet autem ſupradicta cauthela *Pitonii* in pra- 342
xim reduci, ſi contingeret Beneficiatum decedere *in Curia*, quando vacat Sedes Apoſtolica: tunc enim, quia ad praxim reduci non poſſet ſtylus apponendi *Datam* ſub ipſa die obitus: ſi Pontifex ſucceſſor vellet Beneficium, uti vacans *apud Sedem* conferre, derogando juripatronatui, opponi poſſet jus tertio quæſitum ex præſentatione, & inſtitutione præcedenter reportata ab Ordinario. Extra autem hunc caſum, non eſt, ut diximus, ſupradicta Cauthela ad Praxim reducibilis.

Derogat Papa Juripatronatui in totum, quando 343
contingit Beneficiatum decedere *apud Sedem*, etiam in Beneficiis Hiſpaniarum: quidquid contra ſentiant nonnulli Doctores Hiſpani, & præſertim *Covarr. Practic. quæſt. cap. 36. num. 4.* Omiſſis enim aliis exemplis: Sequuta vacatione Cappellaniæ, ſeu ſimplicis Beneficii ſub Invocatione Beatæ Mariæ Virginis Roſarii in Parochiali Eccleſia loci de *Perde Cavaes*, ſeu *S. Martini de Angudelo*, Compoſtellan. de jurepatronatus Laicorum, per obitum *apud Sedem Bartholomæi Rodriguez de Caſtro*, de ea proviſus fuit Sebaſtianus *Farina*, cum derogatione juriſpatronatus in totum, ſub Datum apud S. Mariam Majorem *anno 1715. Tertio nonas Maii*, Pontificatus Clementis XI. *anno XV.* Similiter per

obitum *apud Sedem Joannis Franciſci Leon.* vacantibus duabus Cappellaniis in *S. Ildephonſi*, *&* *S. Joannis* Parochialibus, *Giennen. Andreas Garzia* de S. Iago illas obtinuit cum ſimili derogatione juripatronatus in totum, apud *S. Mariam Majorem anno* 1717. *Sexta Kalend. Septembris anno* XVII. Id ipſum ſervatum fuit in proviſione ſimplicis Beneficii in Parochiali Eccleſia Oppidi *de Chelua*, Segeburicen. quod collatum fuit *Baſilia Aparitio* cum pari derogatione jurisſpatronatus in totum, attento obitu ultimi Poſſeſſoris *apud Sedem*, ſub Datum apud S. Mariam Majorem 17. *Kalendas Julii anno vigeſimo* ejuſdem Clementis XI. & demum defuncto *apud Sedem Joſepho Soler*, qui obtinebat ſimplex forſan ſervitorium Beneficium Eccleſiaſticum in Parochiali *S. Joannis de Mercado* Valentin. de jurepatronatus Laicorum, Benedictus XIII. *anno* 1728. *ſeptimo Kalendas Julii*, derogando in totum juripatronatus, illud contulit *Joanni Ferre* Presbytero Valentino.

344 Aliquando tamen Pontifices ex ſpeciali gratia ſe abſtinuerunt a derogando juripatronatus, non obſtante obitu Beneficiati *apud Sedem*. Hinc cum anno 1662. apud eamdem vacaſſet Abatia *S. Benedicti*, *& S. Mauri de Puteo* de jurepatronatus *Comitis Celani*: Gregorius XV. noluit juripatronatus derogare, ſed illam contulit *Rugerio Bracciolini de conſenſu* dicti Comitis. Idemque ſervavit ſan. mem. Clemens XI. qui *de anno* 1713. Abatiam *S. Maria Pedalis Cephaluden.* de jurepatronatus *Ferdinandi de Aragonia*, *& Moncada* per obitum *apud Sedem* vacantem contulit *Joſepho Gioveni* ad præſentationem ejuſdem *Ferdinandi*, & ſe pariter abſtinuit a derogatione jurisſpatronatus, addita clauſula — *Ex Gratia ſpeciali*, *quæ non tranſeat in Exemplum.*

345 Illud vero compertum eſt, quod ſi Fundator in limine fundationis conditionem adjecerit, de conſenſu Ordinarii, quod juripatronatus numquam derogari poſſit, etiam ſi Beneficium *apud Sedem* vacaret, conditio hæc valida erit, & omnino ſervanda, quidquid in contrarium exiſtimet *Amayd. de ſtyl. Datar. cap.* 15. *§.* 15. *numer.* 119. *& ſeq.* qui ait, non ſufficere conſenſum Ordinarii, ſed ulterius requiri approbationem Pontificis. Et ratio
346 eſt, quia Papa derogat Juripatronatus per obitum *in Curia* ex præſumta mente Fundatoris qui cenſetur diſpoſitionem ſuam uniformem reddere voluiſſe conſuetudini, & ſtylo, quo Pontifices utuntur in derogando juripatronatus, *Lotter. lib.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 72. *& quæſt.* 8. *num.* 98. *&* 99. & diximus ſupra *num.* 333. Ceſſat autem talis præſumtio, quando voluntas Fundatoris, per legem datam in fundatione, aperte ſtat in contrarium, ut in termi-
347 nis, quod de ſolo Ordinarii conſenſu talis lex apponi queat *Cardin. de Luca de Benefic. diſcurſ.* 6. *n.* 10. ubi etiam ſi ageretur de jurepatronatus Eccleſiaſtico, *& de jurepatr. diſcurſ.* 93. *per tot. Rubeus de Teſtamen. cap.* 87. *n.* 87. *& ſeqq. Piton. diſcept. Eccleſ. tom.* 1. *diſcept.* 22. *n.* 42. *Rota cor. Ubald. deciſ.* 837. *n.* 19. *cor. Roxas deciſ.* 252. *& deciſ.* 294. *n.* 19. *& ſequen.* Et reſolvit Sacra Congregatio Concilii in *Pennen.* 13. *Maii* 1713. Nam cum Epiſcopus, inter cæteras conditiones, nollet approbare hanc excluſivam vacationis *apud Sedem*, & Fundator recurſum habuiſſet ad Sacram Congregationem Concilii: Congregatio cenſuit, talem conditionem fore approbandam.

348 Conſueverunt etiam Pontifices ipſi in limine fundationis Beneficiorum gratiam elargiri, ut juripatronatus numquam derogari poſſet, nec etiam occurrente vacatione *apud Sedem*: Indultis vero hujuſmodi, licet poſſint, ſi velint, numquam tamen Succeſſores Pontifices derogare ſolent, *Amayden. de ſtylo Datar. cap.* 15. *§.* 15. *ſub n.* 121. *verſic. Si autem hujuſmodi conditio*, *cum duob. ſeqq.*

Et ſimulac adeſt lex fundationis, vel Indultum excluſivum Reſervationis in caſu vacationis *apud* 349
Sedem, ſubreptitia eſſet derogatio juripatronatus obtenta a Pontifice, non facta mentione dictæ Legis, aut Indulti, quia ſi Papa id ſciviſſet, aut gratiam non conceſſiſſet, aut multo difficilius, ut in *deciſ.* 372. *part.* 17. *deciſ.* 159. *part.* 18. *tom.* 1. *& deciſ.* 725. *numer.* 2. *& ſeqq. ead. part.* 18. *tom.* 2. *Recent.*

Porro quamplurima adſunt exempla Indultorum, 350
quæ Apoſtolica Sedes benigne elargita fuit in Beneficiorum de jurepatronatus erectionibus, ut iis *apud Sedem* vacantibus, per Pontifices juripatronatui derogari non poſſet. Hujuſmodi autem Indultum obtinuit a Paulo III. Familia de *Benito* Fundatrix Archidiaconatus in Eccleſia Amalphitana, *Ughell. in Archiep. Amalphitan. tom.* 7. *pag.* 338. *& ſeq.*

Julius III. ſub Datum apud S. Petrum *Idibus Martii anno* 1558. *Pontificatus anno II.* ob conſtructionem Fortalitii pro tuitione ab invaſionibus Pyratarum Monaſterii Sancti Fructuoſii Januen. Diœceſis, conceſſit familiæ ab *Auria* juſpatronatus ſuper illo, etiam in vacationibus *apud Sedem*, *Card. de Luc. de Jurepatr. diſc.* 83. *in ſupplem. Rot. dec.* 725. *part.* 18. *Recent.*

Pius IV. ſub Datum apud Sanctum Petrum *ſeptima Kalendas Aprilis* 1562. *anno II.* ob augumentum fructuum pro medietate Parochialis de *Agello* Tudertin. Diœceſis, indulſit Patronatum, & quod derogari non poſſet, etiam in vacationibus *apud Sedem.*

Gregorius XIII. ſub Datum *Kalendis Aprilis* Pontificatus ſui anno II. ad inſtantiam Federici *Ceſii* Ducis Aquæſpartæ, erexit duas Cappellanias, & conceſſit Juſpatronatus, & præſentandi quando, & quoties, & ex quorumcumque perſonis per reſignationem, ceſſionem, ſeu deceſſum, etiam *apud Sedem Apoſtolicam* vacarent, & Bullæ in forma *Rationi congruit*, expeditæ fuerunt ſub Gregorio XIV. *anna* 1590. ſexto Idus Decembris anno primo.

Clemens VIII. ſub Datum apud Sanctum Petrum *anno* 1604. *Pontificatus XIII.* in erectione Cappellaniæ in Eccleſia S. Venantii Camerinen. indulſit, quod Juripatronatus derogari non poſſet, nec etiam in vacationibus *apud Sedem.*

Urbanus VIII. ſub Datum apud Sanctum Petrum 1623. *Kalendis Martii anno primo*, in erectione Collegiatæ Nullius Diœceſis Provinciæ Hiſpalen. indulſit, quod Juripatronatus derogari nequiret, etiam in vacationibus per obitum *apud Sedem.* Et eſt notandum, quod pars major Dotis ejuſdem Collegiatæ conſtituta fuerat cum unione Beneficiorum liberæ collationis. Idemque Pontifex ſub Datum *apud Sanctum Petrum* 1635. *tertio Kalend. Martii anno XIII.* in erectione Cappellaniarum in Eccleſia Sancti Januarii *Neapolitan.* conceſſit, quod eſſent exemptæ a quacumque Reſervatione, etiam ratione obitus *in Curia.*

Alexander VII. in erectione ſimplicis Januen. cum Reſervatione Jurisſpatronatus ſimile conceſſit Indultum, litteris expeditis *apud Sanctum Petrum* 1659. *tertio Idus Martii anno IV.* Eodemque anno Litteris Apoſtolicis expeditis ſub *Datum in Arce Gandulphi tertio Kalendas Novembris*, in erectione Collegiatæ *Faventinæ*, mandavit Pontifex, quod neque in vacationibus *apud Sedem* derogari poſſet Juripatronatus.

Et in obſervantiam ſatis noti Tractatus ſub eo-
dem Alexandro VII. Piſis habiti anno 1664. indul-
ſit laudatus Pontifex Sereniſſimo Mutinæ Duci, e-
juſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum
juſpatronatus ſuper Abatiis *della Pomposa* nuncupa-
tis, *& Plebis Bondeni*, cum facultate præſentandi,
etiam ſi *in Curia* vacaſſent; quodque Abatiæ præ-
fatæ, neq Cancellariæ Regulis, nec ullæ Reſerva-
tioni obnoxiæ unquam eſſent, haberentque præro-
gativas eaſdem, ac ſi eſſent ex dotatione, erectio-
ne, & fundatione. De quo Tractatu meminit *Zac-
cagn. in Diſſert. Hiſtor. de Sedis Apoſtolicæ Imperio
in Urbem Comacli, pag. mihi* 70.

Clemens X. in erectione Beneficii Mantuan Dioe-
ceſis indulſit, ut ei derogari non poſſet, etiam in
caſu obitus Beneficiati *apud Sedem*, ut ex Litteris
Apoſtolicis ſub Datum apud *S. Mariam Majorem*
1674. *Septimo Idus Julii Pontificatus anno quarto.*

Adſunt etiam exempla ſimilium Indultorum, quæ
351 Pontifices elargiti ſunt longe poſt ſequutas Benefi-
ciorum fundationes. *Clemens X.* hujuſmodi Indul-
tum conceſſit R. P. D. *Franciſco Martelli*, ut qua-
tenus ipſe, vel deinceps in perpetuum aliquis alius
diem ſuum obiret *apud Sedem*, ſimplex Beneficium
Eccleſiaſticum ſub invocatione, ſeu ad Altare Con-
ceptionis *Beatæ Mariæ Virginis* Immaculatæ in Pa-
rochiali Eccleſia *S. Michaelis Bertelli*, ſeu *de An-
tinoris* nuncupan, vacare non cenſeretur *in Curia*,
nec juripatronatus derogari poſſet; ſed ejuſdem
Beneficii diſpoſitio, etiam eveniente obitu Poſſeſ-
ſoris *in Curia*, ſemper, & quandocumque libere
ſpectaret ad Patronos, ut ex Litteris Apoſtolicis
ſub Datum apud S. Mariam Majorem *anno* 1672.
Pontificatûs anno tertio, Innocentius etiam XII. ad
inſtantiam Regis Romanorum, de anno 1698.
conceſſit Breve *de non vacando in Curia* Abati *Bar-
do Florentino* ſuper Beneficio de jurepatronatus. Et
ſimile Breve ex ſpeciali gratia, quæ non tranſiret
in exemplum, obtinuit *clar. mem. Cardinalis Pan-
ciaticus*, ut duo Beneficia, quæ obtinebat de jure-
patronatus ſuæ familiæ, unum ſub *S. Domini Pi-
ſtorien. Diœceſis*, & alterum ſub *S. Catherinæ Vir-
ginis, & Martiris* in Cathedrali Piſtorien. ipſo *apud
Sedem Apoſtolicam decedente*, non cenſerentur va-
care *in Curia*, nec ii, quibus juſpatronatus legiti-
me competebat, impedirentur, quominus illius vi-
gore ad dicta Beneficia præſentare valerent. Breve
expeditum fuit *apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris
die* 18. *Decembris* 1709. *Pontificatus Clementis XI.
anno nono.*

352 Verum hujuſmodi Indulta nonniſi magna cum
maturitate concedi ſolent, & favore Perſonarum,
quæ ſint de Apoſtolica Sede benemeritæ. Alexander
VIII. *die* 7. *Octobris* 1690. illud denegavit *Petro
Aloyſio Caraſa* filio Principis Belvederii ſuper Bene-
ficiu de jurepatronatus ejus Familiæ.

353 *Quinto.* Cum etiam quoad Beneficia, quæ de ju-
repatronatus Laicali non exiſtunt, Pontifices quan-
doque dedignati non fuerint Indulta elargiri, ut ea
apud Sedem vacantia, immunia eſſent a Reſervatio-
ne *clauſa in corpore juris*, hinc eorumdem Indul-
torum e conſpectu locum ſibi non vindicat diſpoſi-
tio *cap. 2. de Præbend. in 6. Doujat part. 2. pag.* 58.
*Hieron. a Coſta in Gallica Hiſtoria de l'origine, &
du Progrès des Revenus Eccleſiaſtiques, pag.* 190.
Et exempla hujuſmodi Indultorum, quæ non ſolum
Regibus, ſed etiam inſignibus Capitulis, etſi Re-
gularibus jus eligendi ſuos Prælatos habentibus, aliiſ-
que Perſonis de S. Sede optime meritis conceſſa
ſunt, recenſuimus ſupra *n.* 227. *&* 272. *& num.*306.
Quibus addimus Indultum, quod Leo X. conceſſit
Capitulo *Calaguritano*. quod duo Canonicatus *Do-*

ctoralis nempe, & *Theologalis*, numquam cenſeren-
tur vacare *apud Sedem*, de quo Indulto agit *Rot.
deciſ.* 1182. *cor. Coccin.*

Verum ut Indultum hujuſmodi ſuffragari poſſit,
neceſſe eſt, quod ſit clarum, & expreſſum, præ- 354
ſeferens præciſam, & individuam mentionem vaca-
tionis *apud Sedem*, ita quidem, ut ſub verbis
quantumvis amplis, & clauſulis effrenatis, num-
quam cenſeatur conceſſa facultas nominandi, eli-
gendi, aut quoquo alio modo diſponendi de Bene-
ficiis Eccleſiaſticis *apud Sedem* vacantibus, ut aper-
te ſancitur in dicto *cap. 2. de Præbend. in* 6. -- ibi --
Quæcumque ſuper hoc ſit facultate muniti -- & ibi --
*Niſi eis ſit ſuper conferendis eiſdem in Curia Roma-
na vacantibus ſpecialis, & expreſſa ab ipſo Pontifice
Summo auctoritas attributa* --. & inhærendo cenſuræ
dicti Text. communiter tradunt ibidem Canoniſtæ,
Monach. Prob. Lap. Geminian. n. 5. *&* 14 *Franch.
num.* 3. *Paſſerin. numer.* 14. *Æneas de Falcon. de
Reſervat. quæſt. 4. principal. effect.* 36. *&* 41 *Gomeſ.
ad Regul. de Triennal. quæſt.* 31. *§. Secundum Pri-
vilegium, Gratian. diſcept.* 932. *numer.* 4. *& ſeqq.
Germon. de Indult. Cardin. §. Si vero illa, num.* 9.
& 10. *Gonzal. de Regul.* 8. *gloſſ.* 13. *numer.*45. *Van
Eſpen. in Jus Eccleſ. univerſ. part. 2. tit. 23. cap.* 3.
num. 15. *Thomaſſin. de Benefic. part. 2. lib. 1. cap.*48.
num. 1. in fine, Rot. deciſ. 599. *num.* 13. *part.* 18.
Recent. & deciſ. 848. *num.* 12. *cor. Dunozz. Jun. &
deciſ.* 673. *num.* 6. *cor. clar. mem. Card. Caprara,
& deciſ.* 13. *num.*9. poſt *Novar. in Summ. Bullar.*
Indiget enim reſervatio hujuſmodi ſpeciali, & ex- 355
preſſa mentione, quia inducta ex vetuſtiſſima con-
ſuetudine in jus commune redacta, atque clauſa in
corpore juris continet ſingulare quoddam Sedis A-
poſtolicæ Privilegium, taliter ut nec fuerit a Conci-
liabulo Baſileenſi ſublata, ſed expreſſe præſervata,
ut dictum eſt ſupra: unde fortior eſt, vehementior,
& amplioris prærogativæ omnibus aliis Reſervatio-
nibus; idque in reverentiam loci, ubi Sedes Apo-
ſtolica moratur; *Van Eſpen. dict. cap. 3. num.* 14.
Corrad. in Prax. Benefic. lib. 5. cap. 1. n 58. *Kochier.
ad Regul. 1. ſub num.* 23. *Gonzal. dict. Gloſſ. 13. num.*
35. *&* 55. *Gomeſ. ad Regul. de Triennal. quæſt.* 31.
Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 27. num. 42. *Caſ-
ſador. deciſ.* 23 *de Præbend. Rota in Urgellen. Ar-
chidiaconatus* 23. *Februarii* 1725. *§. Et ſane, coram
Reverendiſſimo Corio.*

Hinc ſub Indulto conferendi, eligendi, vel no-
minandi ad Beneficia vacantia, vel vacatura, *qua- 356
liacumque, & ubicumque, non obſtante quocumque
Privilegio, de quo etiam oporteret de verbo ad ver-
bum expreſſam facere mentionem*, non comprehen-
di facultatem diſponendi de Beneficiis *apud Sedem*
vacantibus, firmant *Geminian. in dict. cap. 2. num.*
14. *Franc. ibidem num.* 3. *Paſſerin. num.* 14. *Æneas
de Falcon. de Reſervat. dict. effect.* 23. *Granucc. ad
Simonet. de Reſervat. quæſt.* 26. *num.* 8. *Germon.
de Indult. Card. §. Si vero illa, num.* 10. *Gratian.
diſcept.* 982. *num.* 4. *Rot. in noviſſ. deciſ.* 4. *de Præ-
bend.*

Idque locum ſibi vindicat, etiamſi in Indulto
legatur impertita facultas diſponendi de Beneficiis
quomodolibet ſpecialiter, vel generaliter reſervatis, 357
nam deficiente expreſſa, & individua mentione
vacationis *apud Sedem*, ſemper præſervata cenſetur
Reſervatio ab illa exurgens, *Geminian. conſil.* 12.
num. 4. quem ſequitur *Æneas de Falcon. de Reſer-
vat. quæſt.4. principal. effect.*4. *num.* 1. *& effect.* 43.
Granuc. ad Simonett. dict. n. 8. *Lotter. de re Benefic.
lib. 2. quæſt. 27. n.* 9. *Gratian. diſceptat.* 982. *n.* 4.
Gomeſ. ad Regul. de Triennal. quæſt. 31. *§. Secundum
Privilegium, Rot. in nov. deciſ.* 4. *de Præbend.*

358 Quinimo nec etiam per clauſulam *Motus proprii*
contentam in Indulto diſponendi de Beneficiis quo-
quo modo reſervatis, poteſt Indultum idem porrigi
ad Beneficia vacantia *apud Sedem*, ut firmat *Gemin.*
in cap. 2. de Præb. in 6. num. 14. & ibidem Franc.
n. 3. Paſſerin. num. 15. Lotter. dict. lib. 2. quæſt. 27.
n. 45. Van Eſpen in jus Eccleſ. univerſ. part. 2. tit.
23. cap. 3. n. 15. Germon. de Indult. Card. §. Si vero
illa, num. 11. Gonzal. ad Regul. 8. Gloſſ. 13. n. 46.
Gratian. ad Simonett. dict. quæſt. 26. num. 9. Æneas
de Falcon. dict. quæſt. 4. principal. effect. 43. Gabriel.
commun. concluſ. lib. 6. tit. de Clauſul. concluſ. 2. n.
90. cum aliis in *Commentar. in Rubric. Regul. I. §. 1.*
n. 56.

359 Cæterum quæ diximus, quod facultas diſponen-
di de Beneficiis *apud Sedem* vacantibus, ſi expreſſe
indulta non fuit, non cenſetur ſub quacumque ef-
frenata verborum congerie comprehenſa, locum ſibi
vindicant, ubi agitur de Beneficiis, quæ proprie,
& ſtricte vacant *apud Sedem*, per obitum ſcilicet na-
turalem Poſſeſſorum *in Curia*; Secus vero ſi agere-
tur de Beneficiis vacantibus per *Translationem*, *Re-*
ſignationem in manibus Pontificis, aut ex alio quo-
cumque capite mortis civilis *in Curia* ſequutæ; Hoc
enim caſu Indultum, etſi non contineat expreſſam
vacationis *apud Sedem* mentionem, ſufficit, quod ſit
conceptum verbis, & clauſulis adeo amplis, ut aptæ
ſint præſeferre diſpoſitionem Beneficii per mortem
360 civilem *in Curia* vacantis. Quamvis enim, & in his
terminis mortis civilis, dicatur Beneficium vacare
in Curia, & *apud Sedem*, ut relatis concordantibus,
Rot. deciſ. 673. num. 6. cor. clar. mem. Card. Capra-
ra. Nihilominus, ut diximus ſupra *num. 48. &*
361 *ſeqq.* vacatio iſta improprie, & lato modo dicitur
vacatio *apud Sedem*, cum vera, & propria ſit illa,
quæ oritur per obitum naturalem, quæque eſt uni-
ca reſervatio clauſa in *Corpore Juris*, de qua loqui-
tur Clemens IV. *in cap. 2. de Præbend. in 6.* & eſt
majoris prærogativæ, magiſque privilegiata cæteris
reſervationibus, requirens proinde expreſſam men-
tionem, ut mox dictum fuit; Hinc Reges jus no-
minandi, & ſupplicandi habentes ad Eccleſias Ca-
362 thedrales, aliaque majora Beneficia, & ſi hujuſ-
modi prærogativa non gaudeant, dum ea vacant *a-*
pud Sedem per obitum naturalem Poſſeſſorum, ni-
hilominus & nominant, & ſupplicant, ſi vacatio
ſequatur ex cauſa *Translationis*, *Ceſſionis*, vel alio
quocumque modo, ob mortem civilem Prælato-
rum.

Nec relevat, quod in vacationibus *juxta decre-*
363 *tum* Beneficium remaneat ob appoſitionem manus
Papæ, ſpecialiter illius diſpoſitioni affectum. Siqui-
364 dem affectio iſta non eſt privilegiata, clauſa in
corpore juris, prout eſt illa, quæ oritur per obi-
tum naturalem *apud Sedem*, proindeque non eſt
apta excludere Indultum diſponendi de Beneficiis
tali amplitudine verborum conceptum, ut ample-
ctatur ea, quæ affectioni non clauſæ *in corpore ju-*
ris ſint obnoxia, ut in terminis *affectionis* reſultan-
tis ex appoſitione manus Papæ in Reſignatione Be-
neficii, quæ non ſit clauſa in corpore juris, & com-
prehenſa per conſequens ſub Indultis Cardinalium,
in quibus ſolum excluditur affectio illa privilegiata
in corpore juris clauſa, firmavit *Rot. in Neapolita-*
na Beneficiorum 29. Januarii, & 26. Novembris
utrobique num. final. coram Albergato. Et di-
ſtinctionem hanc inter obitum naturalem, & civi-
lem *apud Sedem* præ oculis habet Dataria in pro-
viſione Beneficiorum de jurepatronatus Laicorum.
365 Dum enim hujuſmodi Beneficia vacant *apud Se-*
dem primo modo, Pontifex de illis libere diſpo-
nit, derogando juripatronatui in totum: At ſi va-
catio ſequatur *apud Sedem* lato modo ſumptam,
ſcilicet per *Reſignationem*, *Ceſſionem*, juxta *De-*
cretum &c. Pontifex confert quidem, ſed de con-
ſenſu Patronorum; de quo ſtylo ſermo erit in
Commentar. in Regul. XLII. & diximus ſupra *nu-*
mer. 335.

Sexto: licet Beneficia vacantia *apud Sedem* ſint
reſervata; nihilominus ſi Pontifex de illis intra Men- 366
ſem computandum a die, quo vacaverint, non diſ-
poſuerit, poſſunt Menſe elapſo ab Ordinariis Col-
latoribus conferri, ut diſponitur *in cap. Statutum 3.*
de Præbend. in 6. Van Eſpen in jus Eccleſ. univerſ.
part. 2. tit. 23. cap. 3. n. 8. ubi quod hoc caſu pro-
prie non ſit devolutio a Pontifice ad Ordinarium,
quæ a ſuperiore ad inferiorem fieri nequit, ſed jus
Ordinarii tantummodo relaxatur, ſeu impedimen-
tum injectum tollitur.

Quæſtio tamen eſt inter DD. an diſpoſitio recen-
ſiti *Text. in cap. Statutum*, revocata fuerit per *Ex-*
trav. Piæ ſollicitudinis, de Præb.? & non eſſe revoca-
tam, firmant *Æneas de Falconib. de Reſervationib.* 367
quæſt. 4. princip. effect. 6. n. 2. Maſſobr. in Prax. ha-
ben. concurſ. requiſit. 7. dub. 48. Lotter. de re Bene-
fic. lib. 2. quæſt. 27. num. 52. & ſeqq. Zerol. in Prax.
part. 1. verb. Beneficium, §. 3. & part. 2. verb. Re-
ſervatio, Lara de Anniverſ. & Cappell. lib. 2. cap. 10.
n. 12. Capon. diſcept. 10. circa fin. Engel. in jus Ca-
nonic. tit. de Præbend. num. 52. §. Controvertunt,
Pirbing. in eodem tit. de Præbend. num. 332. Murga
de Beneſic. quæſt. 3. n. 264. Ventrigl. in Praxi tom. 2.
annot. 2. §. 1. n. 19. Et moventur. Primo, quia plu- 368
res eximii nominis DD. dicto *Textu* utuntur ad pro-
bandam concluſionem, quam ipſi firmant, quod
poſt Menſem Ordinarii poſſint conferre. Secundo,
quia *Bonifacius VIII.* voluit inſeri *Textum* illum in
libro *ſexto* Decretalium; & ſi eſſet abrogatus, inſe-
ri non mandaſſet, ut dicit idem Bonifacius in *Proœ-*
mio Sexti. Tertio quia dicta *Extravagans* eſt ejuſ-
dem *Bonifacii*, publicata anno primo ſui Pontifica-
tus, & *Sextus* fuit longe poſtea compilatus, nempe
anno IV. Ideo cum in hoc libro *Sexto* eadem *Extra-*
vagans inſerta non reperiatur, dicendum, quod *Bo-*
nifacius noluit eam obſervari, quodque potius *Tex-*
tus in cap. Statutum, quem in eodem libro inſeruit,
ſuum deberet obtinere vigorem.

Aliam addit *Lotter.* rationem *dicto lib. 2. quæſt.*
27. n. 55. nempe, quod *Extravagans Piæ Sollici-*
tudinis non dicit id, ad quod allegatur; nam nil
aliud habet, quam quod *Bonifacius*, quia ſatage-
bat, ut Beneficia vacantia *apud Sedem* Perſonis ido-
neis conferrentur, reſervavit nedum quæ ita in fu-
turum vacarent; verum etiam quæ catenus intra
Menſem computandum ex data illarum litterarum,
vacare contingeret. Non potuit ergo legem futu-
ris vacationibus ultra Menſem duraturis, ſed præ-
teritis intra Menſem jam elapſum, & retro com-
putandum ex die datæ -- ibi -- *A Data præſentium*
hactenus in Curia vacaverint -- quæ verba, pro-
ſequitur *Lotter.* ſunt adeo clara, ut qui circa illa
titubet, ad Grammaticos veniat remittendus; ſubdit-
que quod *Jo. Andr.* non aliter illum *Textum* intel-
lexit.

E contra vero quamplures alii DD. exiſtimant, 369
Textum in dict. cap. Statutum eſſe abrogatum per
Extravag. Piæ Sollicitudinis, & ſignanter *Gloſſ. in*
dicta Extravag. Piæ Sollicitudinis, *Franc. in dict.*
cap. Statutum num. 6. Lapus allegat. 96. num. 1.
Staphil. de Litter. Gratiæ, in Præfat. num. 20. Pia-
ſec. in Prax. part. 2. cap. 5. artic. 2. num. 11. §. Ul-
tra præmiſſa, Monet. de Option. cap. 3. num. 70. Mi-
lis in Repertor. verb. Beneficia Reſervata vacantia in
Curia, Gonzalez ad Regul. 8. §. 5. Proœm. n. 148.
& ſeqq.

& ſeqq. ubi contrariis reſpondet *Simonett. de Re-
ſervat. quaſt.* 30. *numer.* 3. *Paſſeria. in dict. cap.
Statutum num.* 2. *Gomez. ad Regal. de Trienn.
verſ. Et ideo ob eam cauſam*, *Crivell. deciſ. Dolan.*
131. *num.* 23. & 24. *Caſtropal. oper. moral. tom.* 2.
tract. 13. *diſputat.* 2. *punct.* 16. *n.* 5. *Tondut. reſol.
Benefic. part.* 2. *cap.* 3. §. 3. *n.* 39. *Roſa de Executor.
in addit. ad cap.* 6. *n.* 196. *Rota deciſ.* 12. *in princ.
de Præbend. in nov. & deciſ.* 150. *num.* 16. *part.* 6.
Recentior. & in Hildeſimen. Beneficii 13. *Maii* 1697.
§. *final. cor. Priolo.* Et eſt magis communis opi-
370 nio; Quinimo ubi etiam diſpoſitio *cap. Statutum* re-
vocata non eſſet per *Extravag. Piæ Sollicitudinis*,
adhuc revocata dici deberet per alteram *Extrava-
gantem Ad Regimen*, abſolute reſervantem Benefi-
cia vacantia *in Curia* proviſioni Summi Pontificis,
derogando omnibus contrariis, *Monet. & Paſſerin.
proxime allegat. Ventrigl. dict. annot.* 2. §. 1. *n.* 19.
Garc. de Benefic. part. 5. *cap.* 1. *num.* 100. Ac ita
ſemper in praxi conſtantiſſime ſervatum fuit, & ſer-
vatur; nam de Beneficiis *apud Sedem* vacantibus,
pluribus etiam elapſis menſibus ab eorum vacatio-
nis tempore Pontifices libere diſpoſuerunt, & diſpo-
nunt, abſque eo quod Ordinarii auſi unquam fue-
rint, aut audeant in eorum collatione manus ap-
ponere.

371 Eſtque optima ratio; quia indecorum videtur,
facultatem conferendi, quam Pontifex habet, intra
unius limites Menſis reſtringere, quando Epiſco-
pis, atque Patronis Eccleſiaſticis data eſt ſex men-
ſium dilatio; & quando Regibus, & Supremis
Principibus Laicis nullum currit tempus ad præſen-
tandum, ubi agitur de eorum jurepatronatu. Et in
Concordatis Gallicanis, licet certum tempus ſit præ-
372 fixum Regibus Chriſtianiſſimis ad nominandum
ad Beneficia Conſiſtorialia, attamen praxis inole-
vit, ut ſemper, & quandocumque admittantur
nominationes eorum; nulla habita conſideratione,
quod lapſum ſit tempus, quia præponderat reflexio,
quod graviſſimis aliis negociis diſtenti, nominare
373 nequiverint. Quæ ratio militare etiam debet pro
Summo Pontifice, invigilante pro Eccleſiæ univer-
ſalis cura, & regimine. Qua de re merito ex con-
trariis Doctoribus ipſe antelignanus *Æneas de Fal-
conibus* ait credere, quod ſuam opinionem Curia
non reciperet; & *Lotter. num.* 64. agnoſcit & ipſe,
adeo difficilem eſſe reduci ad praxim diſpoſitionem
dict. cap. Statutum, ut ferme ad impoſſibilitatem
dicat accedere.

Qui primam ſequuntur Sententiam, memorati
Textus in cap. Statutum diſpoſitionem unice reſtrin-
gunt ad caſum, quo Beneficii vacatio contingat
374 *apud Sedem*, nam in aliis caſibus, nullum Pontifi-
ci currere tempus ad conferendum, ultro fatentur
Ancaran. in dict. cap. Statutum num. 1. *Franc. n.* 6.
Æneas de Falcon. quæſt. 4. *princip. effect.* 2. *Gaſpar
de Peraſio in tractat. de Reſervat. quæſt.* 5. *Van Eſ-
pen in jus Eccleſ. univerſal. part.* 2. *tit.* 23. *cap.* 3.
num. 10. *Kochier ad Regul.* 1. *Cancellar. ſub n.* 23.
Crivell. dict. deciſ. 131. *num.* 21. *Gonzal. dict.* §. 5.
Proœm. a num. 143. *Faber in Codic. lib.* 1. *tit.* 2.
definit. 32. *num.* 1. *Wameſ. conſil.* 218. *num.* 2. *Pir-
hing. tit. de Præbend. num.* 329. *Murga de Benefic.
quæſt.* 3. *n.* 624. *Barboſ. de Epiſcop. allegat.* 57. *ſub
num.* 24. *& ad dict. cap. Statutum*, *n.* 7. *Capon. di-
cta diſcep.* 10. *circa fin. verſ. Et tandem*, & §. *Tex-
tus enim in fin. Roſa de Executor. litt. Apoſt. in Ad-
dit. ad cap.* 6. *num.* 193.

Rurſus exiſtimant locum ſibi non vindicare ejuſ-
dem *Textus* diſpoſitionem in Beneficiis, quæ ſunt
375 ſpecialiter reſervata, quando nempe in Apoſtolica
Proviſione ſecundi Beneficii incompatibilis apponi-
tur Decretum, quod de primo nemo alius præter
Romanum Pontificem diſponere poſſit, quia tunc
tanta eſt vis præfati Decreti, ut quocumque tempo-
re impediantur inferiores Collatores Beneficium illud
conferre, *Rota in d. Hildeſimen. Beneficii* 13. *Maii*
1697. §. *Non relevante cor. Priolo.*

Autumant itidem primæ ſententiæ Aſſeclæ, quod
talis reſtrictio ad menſem non operatur, ut eo ela- 376
pſo Papa remaneat excluſus omnino, ſed ſolum ef-
ficit, quod non ſint amplius ligatæ manus Ordina-
rii quominus ad Beneficii collationem devenire va-
leat; ultro fatentes, re integra exiſtente, poſſe Pa-
pam purgare moram, & Beneficium conferre, *Maſ-
ſobr. in Prax. haben. concurſ. requiſ.* 7. *dub.* 49. *Wa-
meſ. conſ.* 239. *n.* 5. *Murga de Benefic. quæſt.* 3. *n.* 264.
Barboſ. de Epiſcop. allegat. 57. *num.* 24. *& in d. cap.
Statutum*, *num.* 7. *ibique etiam Paſſerin. n.* 4. *Capon.
d. diſcept.* 10. §. *Textus enim*, *Kochier ad Regul.* 1.
Cancell. ſub numer. 23. *verſ. Quod ſic interpretatur
Gloſſa.*

Et demum dicunt, quod menſis currit Pontifici, 377
etiam ſcientiam vacationis non habenti, *Blondeau
in Addit. ad Bouchel in Biblioth. Canon. in verb.
des Indults pag. mihi* 731. §. *Régulièrement*, quia
currere incipit a die vacationis, & non notitiæ, ut
clare probat littera *Textus in cap. Statutum.* Et
Gloſſ. ibidem *in verb. numerandum*, dat duplicem
rationem, una, quia tempus præfinitur non in o-
dium Papæ negligentis, ſed in favorem Ordinarii;
altera, quia fit reditus ad jus commune. *Faber in Co-
dic. lib.* 1. *tit.* 2. *definit.* 32. *Van Eſpen in Jus Eccleſ.
univerſ. part.* 2. *tit.* 23. *cap.* 3. *n.* 9. *Zerol. in Prax.
par.* 2. *verb. Reſervatio*, *verſ. decimo*, *Kochier. ad
d. Regul.* 1. *n.* 23. *Barboſ. ad d. cap. Statutum n.* 11.
& ſeqq. ibique etiam late *Ancaran. Pirhing. d. tit.
de Præben. n.* 323. Sed contrarium, nempe, quod 378
menſis currere incipiat a die notitiæ, poſt *Lapum*
tenet *Lotter. lib.* 2. *quæſt.* 27. *n.* 64. Quemadmo-
dum, menſem non currere Pontifici, quando eſt 379
legitime impeditus, ut ſi adverſa valetudine detentus
fuerit, vel ſi Apoſtolica Sedes vacet, firmat *Pir-
hing. d. lib.* 3. *de Præben. num.* 327. & plene *Rota in
Auguſtana Canonicatus cor. Molines*, *ut in deciſ.* 813.
& deciſ. 922. *tom.* 3.

An autem diſpoſitioni laudati *cap. Statutum* cen- 380
ſeatur derogatum per Concordata Germaniæ, quæ
tribuunt Summo Pontifici trimeſtre ad conferen-
dum? Affirmative reſpondet *Piaſec. in Prax. par.* 2.
cap. 5. *art.* 2. *num.* 11. *in fin.* quia in Concordatis
§. *Quoties vero*, cavetur, ut Ordinarius Collator
conferat Beneficium reſervatum, ſi Sedes Apoſtoli-
ca intra tres menſes a die notæ vacationis, de illo
non providerit. Sed contrarium exiſtimat *Lado-
vic. Engel. in jus Canonic. tit. de Præben. num.* 52. 381
ex regula, quod correctio jurium eſt ſtricte acci-
pienda, & quacumque benigna interpretatione ſem-
per vitanda *cap. Cum expediat de elect. in* 6. *cap.* 1.
de Nov. oper. nunciat. leg. ſi quomodo, *C. de inoffic.
teſtam. leg. præcipimus*, *C. de Appellat. in fin.* Cum
vero Concordata in *d.* §. *Quoties vero*, ubi agitur
de tribus menſibus, loquantur tantum de reſerva-
tione menſium, nec in priori §. ubi ſermo eſt de
aliis Reſervationibus, ulla fiat mentio alicujus tem-
poris ad conferendum: hinc dicendum eſt, eas
reliquiſſe ſub diſpoſitione juris communis, & *d.
cap. Statutum*; Subditque, illam intercedere dif-
ferentiam circa Beneficia vacantia in menſibus Pa-
palibus, & vacantia *in Curia*, quod Beneficia
vacantia in menſibus Pontificiis, vacent in Germa-
nia, cujus vacationis notitia non ſtatim ad Papam
defertur; & ideo longiori tempore indiget ad con-
ferendum. At vero vacatio *in Curia* evenit Romæ,

& ibi primo innoteſcit; unde eſt, quod Summus
Pontifex facilius potuit circa Beneficia *in Cu-*
ria vacantia collationis terminum ſibi abbrevia-
re.

Septimo, cum per celebrem *Text. in cap. Si A-*
poſtolica 35. *de Præbend. in* 6. ſancitum ſit, quod
382 Parochiales Eccleſiæ vacantes *apud Sedem Apoſto-*
licam, tempore quo hæc viduata Paſtore reperitur,
poſſint ab Ordinariis libere conferri, *ne ipſarum*
vacatio diutina periculum valeat animabus afferre.
Et hoc ipſum ſit etiam diſpoſitum quoad Parochia-
383 les illas, *quæ ibidem ipſo Romano Pontifice vivente*
vacabunt, *ſi de ipſis per eum ante ipſius obitum*
non fuerit ordinatum. Quam Decretalem multum
æquitatis habere, ait *Ancharan.* ibidem, & *Van*
Eſpen in Jus Eccleſ. univerſ. part. 2. *tit.* 23. *cap.* 3.
num. 12. tandem aliquando fatetur, Pontifices ita
Beneficia reſervaſſe, ut nequaquam per reſervatio-
nem ſaluti Animarum aliquod diſpendium, aut diſ-
pendii periculum generari velint; ipſamque Anima-
rum ſalutem omni reſervationi anteponendam judi-
caverint.

Hinc eſt, quod vigore laudatæ Decretalis *in cap.*
384 *Si Apoſtolica*, limitata remanſit quoad Eccleſias
Parrochiales apud *Sedem* Apoſtolicam vacantes diſ-
poſitio *cap.* 2. *de Præb. in* 6. quæ indiſtincte omnia
Beneficia apud *eamdem Sedem*, ſiva vivente, ſive
mortuo Pontifice, vacantia, reſervat, & ſive de iiſ-
dem Beneficiis Pontifex in ſua vita diſpoſuerit, ſi-
ve non: *DD. omnes in dict. cap. Si Apoſtolica*,
Murga de Benefic. quæſt. 3. *num.* 271. *&* 274. *Gon-*
zal. in Regul. 8. §. 5. *Proœmial. num.* 126. *& ſeqq.*
& gloſſ. 24. *num.* 111. *&* 117. *Piring. in Jus Can.*
tit. de Præben. num. 336. *Van Eſpen loco cit. num.*
11. *Corrad. in Prax. Benef. lib.* 3. *cap.* 6. *ſub num.*
58. *Petrus Antonius ab Alexandr. Placit. Judicial.*
tom. 2. *par.* 1. *Placit.* 41. *numer.* 19. *Rota deciſ.*
549. *deciſ.* 566. *& deciſ.* 592. *part.* 19. *tom.* 2. *Re-*
cent. & in Comen. Parochialis 11. *Maii* 1731. §. *per*
Ordinarium, *& per tot. coram R. P. D. Rezzo-*
nico.

385 Dictæque Decretalis *in cap. Si Apoſtolica* diſpo-
ſitio, & fuit ſemper, & eſt etiam hodie in viridi
obſervantia, nec revocata remanſit aut per *Extra-*
vagantes Etſi in temporalium, & *ad Romani*, aut
per Cancellariæ Regulas, ut firmant communiter
Piaſec. in Prax. par. 2. *cap.* 5. *art.* 2. *n.* 12. *Gonzal.*
ad regul. 8. §. 5. *Proœm. n.* 128. *& ſeqq. Maſſobr.*
in Prax. habend. Concurſ. requiſ. 7. *dub.* 43. *n.* 8.
& ſeqq. Caſtropal. oper. moral. tom. 2. *tract.* 13. *diſ-*
put. 2. *punct.* 16. *n.* 9. *Garc. de Benefic. par.* 5. *cap.*
1. *n.* 106. *&* 110. *Pirhing. in jus Canonic. lib.* 5. *tit.*
3. *de Præbend. ſub n.* 338. *Petr. Anton. ab Alexan.*
d. placit. 41. *n.* 15. *Rota in dictis deciſ.* 549. 566. *&*
592. *par.* 19. *Recent. coram Caprar. deciſ.* 5. *n.* 4.
& in dicta Comen. Parochialis §. *etiamſi dicta Decre-*
talis.

Idque duplici ratione, quarum prima eſt, quod
386 *Extravagantes* prædictæ fuerunt temporales, du-
raturæ, quouſque viverent conditores Pontifices;
ideoque non præjudicant perpetuæ ſanctioni con-
tentæ in *cap. Si Apoſtolica.* Prout etiam ex eodem
motivo, quod temporales ſunt Regulæ Cancella-
riæ, & cum morte Pontificis expirant, officere non
poſſunt diſpoſitioni laudati *cap. Si Apoſtolica*, cum
Eccleſia Parochialis, quæ vacat Sede Apoſtolica
viduata Paſtore, vacet tempore, quo non am-
plius vigent Regulæ præfatæ, ut plene probat
Gonzal. ad Regul. 8. *d.* §. 5. *numer.* 9. *& ſeqq.* ſe-
quitur *Paſſerin. in d. cap. ſi Apoſtolica n.* 9. *de Præ-*
bend. in 6.

Altera eſt ratio, quod lex generalis poſterior
non derogat legi ſpeciali priori, ſi de illa non me-
minit expreſſe, quia in moralibus univerſalis nega- 387
tiva non cenſetur contraria particulari affirmativæ,
vel è converſu, cum ſufficiat propoſitiones univer-
ſales verificari ut plurimum. Cum igitur neque in
Regulis Cancellariæ, neque in dictis *Extravagan-*
tibus mentio ulla fiat de *cap. Si Apoſtolica* diſpoſi-
tione, ſed ſolum generaliter agatur de Beneficio-
rum reſervatione, hinc aſſequimur nullo modo dici
poſſe fuiſſe per eas derogatum ejuſdem *Cap.* ſanctio-
ni, ut poſt plures, quos allegat, firmat *Paſſerin. in*
d. cap. Si Apoſtolica num. 10. *de Præbend. in* 6. a-
lioſque refert *Rota in dicta Comen. Parochialis* §.
Omniſque dubitandi ratio, in fin.

Locum quoque ſibi vindicat in Germania lauda-
tæ Decretalis *in cap. Si Apoſtolica* diſpoſitio. Licet 388
enim inſpecta Concordatorum indole, & natura vim
pacti, & conventionis inter Sedem Apoſtolicam,
& inclytam Germanicam Nationem præſeferenti-
bus, per mortem Pontificis reſervationes inibi non
expirent, ſed perpetuum, & continuum ſibi vin-
dicent firmitatis robur, ut late oſtendimus *in Com-*
mentar. in Proœm. Regular. a num. 93. *& pluribus*
ſeqq. Nihilominus ratio providendi Animarum ſa-
luti ex diutina Parochialium vacatione diſpendium
patienti, cui innititur dictæ Decretalis diſpoſitio,
non minus viget in Germania, quam alibi: Cum-
que diſpoſitio Parochialium, vacantium *apud Sedem*
Apoſtolicam, dum hæc Paſtore viduata reperitur,
non fuerit in Concordatis in pactum deducta, cum
nulla unquam hac de re adfuerit controverſia, cen-
ſetur proinde relicta ſub diſpoſitione juris, laudati
nempe *cap. Si Apoſtolica*, *Koning. in Jus Canon. lib.*
3. *tit.* 8. *de conceſſ. Præben. n.* 23. & diximus *in Com-*
ment. in Proœm. Regul. n. 129.

Cæterum *Text. in dicto cap. Si Apoſtolica* intelli-
gitur de *Sede vacante* proprie per mortem Pontifi-
cis, non vero *quaſi vacante*, ut ſi Papa (quod 389
Deus avertat) eſſet captus ab hoſtibus, *Joann. An-*
dr. & Ancaran. in dict. cap. Si Apoſtolica, *num.*
1. *Butr. num.* 2. *Franc. num.* 1. *Paſſerin. num.* 2.
& alii.

Quemadmodum procedit in Eccleſiis Parochia-
libus tantum, non vero in aliis Beneficiis Curatis
in quibus non militat ratio detrimenti curæ anima- 390
rum *Gloſſ. in dict. cap. ſi Apoſtolica*, *in primo notab.*
in verſ. Parochiales, *Butr. n.* 1. *Pirhing. in tit. de*
Præben. num. 337. *Card. de Luca de Benefic. diſc.* 24.
num. 4. *Rota cor. Molines deciſ.* 230. *num.* 4. *& in*
Urbanien. Canonicatus 15. *Martii* 1694. *in fin. cor.*
Muto. Hinc eſt quod locum ſibi vindicat in Ec-
cleſiis Parochialibus proprie dictis, & quæ non ha-
bitu ſolum, ſed etiam actu habent adminiſtrationem 391
Sacramentorum. Proinde non comprehendit Digni-
tates habentes curam collegialem, vel alia Benefi- 392
cia habentia curam annexam, quæ per Vicarios
exercetur, extincto annexo titulo Parochialitatis;
Ut, quidquid in contrarium firmare videatur *Pir-*
hing. dicto num. 337. communiter tradunt *Joann.*
Andr. Ancaran. Paſſerin. num. 3. *& alii in dicto*
cap. Si Apoſtolica, *Maſſobr. in Prax. haben. Con-*
curſ. requiſit. 7. *dub.* 43. *Card. de Luca de Benefic.*
diſc. 24. *ſub num.* 5. *&* 6. *Piton. t.* 4. *diſcept.* 133.
n. 24. *& ſeqq. Petr. Anton. ab Alex. Placit. Judic.*
tom. 2. *par.* 1. *plac.* 41. *num.* 30. *verſ. unde magna*,
ubi agebatur de Archipresbyteratu Eccleſiæ *Neri-*
tonen. cui animarum cura incumbit, & *in fine* re-
fert, quod licet Epiſcopus, Sede Apoſtolica vacan-
te illum contulerit, tamen Dataria, declarata irri-
ta collatione Ordinarii, alium de illo providit, *Cor-*
rad. in Prax. Benefic. lib. 3. *cap.* 6. *num.* 59. ubi de
Parochiali unita primæ Dignitati *Rota cor. clar. mem.*

Caprar.

393 *Caprar. deciſ.* 5. ubi diſtinguendo firmatur, quod
Extrav. Ad Romani, loquitur de Beneficiis, &
Dignitatibus habentibus curam animarum, in qui-
bus procedit ratio, quod ſemel reſervatæ, ſemper
ſunt reſervatæ. At *cap. Si Apoſtolica* agit de veris
394 Parochialibus, quarum appellatione non veniunt
Beneficia curam animarum annexam habentia, *&*
cor. Molines dicta deciſ. 230. *num.* 4. *&* 5. ubi de
Beneficio ſimplici habente onus coadiuvandi Recto-
rem in cura animarum. Et fuit ſervatum *in Pata-*
395 *vina Archipresbyteratus de Monteſelice*, quem li-
cet Cardinalis Barbadicus Epiſcopus, Sede Apo-
ſtolica vacante per obitum Alexandri VIII. indi-
cto concurſu de facto contuliſſet ſub fundamento,
quod licet eſſet Dignitas principalis in Collegiata,
inerat tamen ei Cura Animarum, cujus proinde ra-
tione ſi excludebatur reſervatio *apud Sedem*, mul-
to magis excludenda videbatur reſervatio reſultans
ex quo erat Dignitas Principalis in Collegiata. Re
tamen ſub novo Pontificatu Innocentii XII. plene
examinata in Congregatione Datariæ, reſolutum
fuit collationem ſpectare ad Pontificem, qui de Ar-
chipresbyteratu præfato ſub *Datum tertio Kalendas*
Novembris anno primo diſpoſuit ad ſavorem *Anto-*
nii de Roſſi, ex eo potiſſimum, quia agebatur de
Dignitate curata, non de vera Parochiali. Iſque
fuerat etiam ſenſus *Clericati* conſulti ab eodem Car
dinali, ut videre eſt penes ipſum *de Beneſic. diſcord.*
36. *per tot.*

Prout etiam Decretalis *in cap. Si Apoſtolica* non
396 habet locum in Parochialibus devolutis propter ne-
gligentiam, & culpam Inferiorum collatorum,
Joann. Andr. & Ancar. num. 2. *Butrius n.* 3. ubi
reddit rationem, quia in devolutione concurrit cul-
pa, & negligentia Collatorum. Item Parochiales
devolutæ non ſpectant ad Papam per Conſtitutio-
nem Clementis IV. *in cap.* 2. *de Prabend. in* 6. ſed
per Concilium Lateranenſe, quod Decretalis præfa-
ta non tangit. Et facit littera *text. in d. cap. Si Apo-*
ſtolica, qui tantum loquitur de *Parochialibus vacan-*
tibus apud Sedem, ut docent *Paſſerin. ibidem n.* 16.
Gonzal. d. §. 5. *Proœm. n.*144. *Garc. de Beneſic. part.*
5. *cap.* 1. *n.* 105. *Pirhing. d. tit. de Prabend. n.*337.
verſ. notandum, *Maſſobr. dict. requiſit.* 7. *dub.* 43.
n. 14. *& ſeqq. Petr. Anton. ab Alexandr. Placit. Ju-*
dicial. dict. tom. 2. *part.* 1. *plac.* 42. *n.* 20. *& ſeqq.*
ubi in his terminis, ait, procedere *deciſ.* 231. *cor.*
397 *Celſo*, in qua agebatur de Parochiali devoluta ob
non ſervatam formam Conſtitutionis S. Pii V. &
Concilii Tridentini; & ita etiam intellexit *Rota* in
Majaricen. Parochialis deciſ. 549. *n.*9. *part.* 19. *tom.*
2. *Recent.*

Sed inſurgit hic quæſtio, an *Decretalis* prædicta
398 *in cap. Si Apoſtolica* præciſe locum habeat in Paro-
chialibus *apud Sedem* vacantibus, vel etiam com-
prehendat Parochiales aliis Reſervationibus obno-
xias? Ponamus exemplum, vacavit in partibus de
menſe Januarii reſervato Parochialis, nec Pontifex
ante ſui obitum de illa diſpoſuit, an ſcilicet poſtea
ſuccedente vacatione Sedis Apoſtolicæ, poſſit Or-
dinarius illam conferre? Et major pars Doctorum
tenet, *Decretalem* præfatam non habere locum,
niſi Parochiales præciſe vacaverint *apud Sedem*, ſeu
in Curia; & moventur ex littera ejuſdem, ibi --
Si Apoſtolica Sede vacante aliquas Parochiales va-
care contigerit apud ipſam - & rurſus *in fin.* -- ibi --
idem volumus & de illis, quæ ibidem, ipſo Roma-
no Pontifice vivente, vacabunt. Quare cum *De-*
cretalis loquatur tantummodo de reſervatione *loca-*
li per obitum *in Curia*, non eſt ad alias reſerva-
tiones extendenda ſive ab identitate, ſive a ma-
jori ratione, quia per eam corrigitur *Textus in*
cap. 2. *de Prabend. in* 6. & in iis, quæ corrigunt 399
ſtricta fit interpretatio, & quatenus non ſit cor-
rectrix *dicti cap.* 2. ſed ſolum illud limitet, adhuc 400
idem procedere autumarit, quia omnis limitatio eſt
de Regula, *ad text. in l. Nam quod liquide §. fi-*
nal. ff. de Pen. legat. cum concordantibus relatis per
Barboſ. Axiomat. 85. *num.* 6. Ideoque ſicut *cap.* 2.
loquitur tantum de Beneficiis vacantibus *apud Se-*
dem, ita pariter intelligi debet *cap. Si Apoſtolica*
ad hoc, ut ſit de Regula. Et demum ſubjiciunt,
non obſtare identitatem rationis, quia *Decretalis*
præfata, ut diximus, non habet locum in Paro-
chialibus devolutis, nec quando Sedes Apoſtolica
quaſi vacat: & tamen in his caſibus viget eadem,
ſive major ratio diutinæ vacationis, quæ *periculum*
valeat animabus afferre. Rurſus non procedit in 401
Dignitatibus habentibus curam annexam, nec in
aliis Eccleſiis curatis, quæ non ſint Parochiales,
ut pariter diximus, licet in ipſis vigeat idem pe-
riculum animarum, & eadem videatur eſſe ratio.
Idque ex eo, quia diſpoſitio ſæpe laudati *cap. Si*
Apoſtolica non detrahit a jure antiquo, niſi tantum
in Parochialibus: ergo in illis, & non in aliis lo-
cum ſibi vindicare debet, *Gloſ. in d. cap. Si Apo-*
ſtolica, *verſ. Parochiales in addit. & ibidem Ge-*
min. num. 5. *verſ. Gloſ. ſecunda quærit*, *de Pra-*
bend. in 6. Igitur identitas, vel majoritas rationis
nil operatur. Et hanc opinionem, quod Decreta-
lis *in cap. ſi Apoſtolica* ſolum locum habeat in Pa-
rochialibus, reſervatis ob earum vacationem *apud*
Sedem Apoſtolicam, ſecus in aliis, quæ cæteris
reſervationibus ſint obnoxiæ, ſequuntur *Lapus in*
cap. Statutum in princ. de Prabend. in 6. *ibique Ge-*
min. n. 3. *Franc. n.* 6. *Adden. ad Simonett. de Re-*
ſervat. quæſt. 47. *n.* 14. *Gaſpar. de Peruſ. quæſt.* 5.
num. primo, *Barboſ. in dict. cap. Si Apoſtolica n.* 4.
Paſſerin. ibidem num. 6. *Maſſobr. in Prax. habendi*
concurſ. requiſit. 7. *dub.* 43. *n.* 12. *Clericat. de Be-*
neſic. diſcord. 37. *num.* 12. *& ſeqq. Garc. de Beneſic.*
part. 5. *cap* 1. *n.* 103. licet ſubdubie loquatur *Card.*
de Luc. de Beneſ. diſc. 24. *n.* 5. ubi quod in hoc ſen-
ſu loquitur *Corrad. in prax. Beneſic. lib.* 3. *cap.* 6.
n. 58. *& ſeqq.* ubi teſtatur de declaratione facta per
Datarium Pauli V. ad ſavorem proviſi ab Ordina-
rio, *& diſcurſ.* 25. *num.* 4. *Venerigl. in Prax. tom.*
2. *annot.* 2. §. 1. *ſub numer.* 20. *de Luc. ad eum-*
dem eod. tom. 2. *annot.* 2. §. 2. *numer.* 14. *in*
fin.

Contraria tamen opinio prævaluit in *Rota*, quod 402
nempe *Decretalis* prædicta comprehendat nedum
Parochiales vacantes *apud Sedem*, ſed illas etiam,
quæ ſive tempore Sedis Apoſtolicæ plenæ, ſive Pa-
ſtore viduatæ extra eam vacantes, ſunt alicui reſer-
vationi obnoxiæ. Fundamentum conſtituitur in
eo, quod periculum animarum emergens ob diu-
tinam Parochialium vacationem, æque militat in
iis, quæ vacant *apud Sedem*, ac extra; imo ſi
Decretalis comprehendit reſervationem per obitum
apud Sedem, quæ major eſt, & principalior cæ-
teris reſervationibus, multo magis comprehende-
re debet alias reſervationes minores. Et denique,
quia diſpoſitio *dict. cap. Si Apoſtolicæ* eſt ſavorabi- 403
lis, dum per eam fit reditus ad jus commune, &
ideo late interpretari debet, *Rota in Abulen.* apud
Garc. de Beneſic. part. 5. *cap.* 5. *n.* 91. *in fine*, *&*
dec. 549. *dec.* 566. *& deciſ.* 592. *part.* 19. *tom.* 2.
Recent. in Melevitana Parochialis 10. *Decembris*
1681. *&* 8. *Julii* 1682. *nec non* 23. *Martii* 1684.
cor. Rondanino, 23. *Februarii* 1685. *coram Her-*
vault. 5. *Martii* 1687. *cor. eodem*, *& in illarum*
confirmatoria coram Caprar. deciſ. 5. *&* 5. *Julii*
1688. *cor. eodem Rondinina*, *& in dict. Comen. Pa-*

rochialis 11. *Martii* 1731. *§. etiamſi cor. Rezzonico*,
& idem firmant *Gonzal. in dict. §. Proœm. n.*138. *&*
ſeqq. Zerol. in Praxi part. 1. *verb. Beneficia*, *§. Ad*
tertium, *verſ. dico decimo*, *& part.* 2. *verb. Reſer-*
vat. §. 5. *Pirhing. tit.* 5. *de Praben. n.* 337. *in fin.*
ubi id probabile dicit *Murga de Benefic. quæſt.* 3.
n. 375. *& ſeqq. Pax Jordan. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 2. *de*
Beneſ. Affect. n. 58. *&* 62. *Corrad. in Prax. Beneſ.*
lib. 3. *cap.* 6. *n.* 58. *verſ. & licet*, *Novar. in Summ.*
Bullar. comm. 33. *num.* 26. *Caſtropal. oper. moral.*
par. 2. *tract.* 13. *diſp.* 2. *punct.* 16. *n.* 9.

Et in terminis Parochialis vacantis ob non pu-
404 blicatam reſignationem, ſeu permutationem, quæ
ex hoc capite remanſeret reſervata juxta *Conſtitu-*
tionem Gregorii XIII. quod ſi interim Sedes Ponti-
ficia vacet, conferri poſſit ab Ordinario, quia per
Gregorianam Conſtitutionem non eſt derogatum
cap. Si Apoſtolica, & quia urget ratio vitandi pe-
riculum animarum, firmavit *Rota in Alerien. Paro-*
chialis deciſ. 1030. *& deciſ.* 1046. *coram Emerix*,
confirmat. 28. *Novemb.* 1692. *coram Muto*, *&* 23.
Februarii 1693. *coram Molines*, quæ ſunt impreſſæ
poſt *Kochier. de permutat. deciſ.* 9. *& ſeqq. & in di-*
cta Comen. Parochialis §. Quandoque non obſtanti-
bus.

405 Controverſum itidem eſt, ſi Parochialis Sede
Apoſtolica plena vacet juxta *Decretum* quod eo ver-
borum formula concipi ſolet *ut nemo alius præter*
Romanum Pontificem &c. & de ea *per Sedem Apo-*
ſtolicam tantum diſponi poſſit, quodque importat ap-
poſitionem manus Papæ, & reſervationem ſpecia-
liſſimam, an Sede Apoſtolica vacante, poſſit ea-
dem Parochialis ab Ordinario conferri? *Maſſobr.*
in prax. haben. concurſ. requiſit. 7. *dub.* 43. *num.* 12.
exiſtimat, quod in his terminis ſilet diſpoſitio De-
cretalis *Si Apoſtolica*, propter dictam appoſitionem
manus Papæ. Sequitur *Clericat. diſcord.* 36. *de Be-*
neſ. n. 14. & in eumdem ſenſum inclinare videtur
406 *Piton. tom.* 4. *diſcept.* 133. *à num.* 11. Verum *Rota*
in ſæpedicta *Comen. Parochialis cor. R. P. D. Rez-*
zonico, articulo mature diſcuſſo, reſolvit Ordina-
rium, etiam in tali caſu Parochialem conferre poſſe
vigore *cap. Si Apoſtolica.* Non enim ſupradictum
Decretum plus roboris ſibi vindicare poteſt, quam
ineſt reſervationibus contentis in *Extravagantibus*,
& in Regulis Cancellariæ continentibus clauſulam,
quod *non alius præter Sedem Apoſtolicam*, *& Ro-*
man. Pontificem diſponere poſſit. Nec illud novam
407 aliquam inducit reſervationem, ſed adjicitur ſolum
in ſequelam reſervationis generalis; unde diverſum
operari nequit effectum, ut *in d. Comen. §. Quan-*
doquidem, *& per tot.*

Retenta hac ultima ſententia, quod Decretalis
Si Apoſtolica comprehendat Parochiales quibuſcum-
que reſervationibus obnoxias, illa procedit, etiamſi
408 in Litteris Apoſtolicis declaratum fuerit, Beneficia
quæcumque a Prædeceſſore Pontifice reſervata, ta-
lia ſemper remanſiſſe; Quia hujuſmodi narrativa,
qualificata, & declarata remanet a clauſula con-
ditionali in eiſdem litteris apponi ſolita -- *dummodo*
ejus diſpoſitio ad Nos hac vice pertineat -- per
quam colligitur, intentionem Papæ extitiſſe confe-
rendi Parochialem, quatenus collatio ad illum per-
tineret, cum de cætero nemini intendat præjudi-
care; & ideo cum collatio in his terminis ſpectet
ad Ordinarium, gratia Apoſtolica ſub dicta con-
ditione conceſſa, omnino reſoluta, & effectu va-
cua remanet, *Rot.* in dictis Deciſionibus *Majori-*
cen. Parochialis dec. 549. 566. *&* 592. *par.* 19. *tom.*
2. *Recen.*

409 Rurſus quæritur, an facultas conferendi Paro-
chiales reſervatas vigore *cap. ſi Apoſtolica* ſit Or-
dinariis demandata jure quodam delegato, itaut
de illis etiam Parochialibus diſponere valeant, quo-
rum alias, ceſſante reſervatione, proviſio ſpecta-
ret ad alios Inferiores collatores; vel potius Infe-
rioribus ipſis, tamquam per remotionem obſtacu-
li ſua cenſeatur reſtituta facultas eaſdem Parochia-
les providendi? Super hoc puncto licet nihil fir-
met *Card. de Luca de Benefic. diſc.* 25. *numer.* 7.
tamen pro Inferiore collatore reſpondendum vide-
tur, quoniam Decretalis præfata generaliter ſta-
tuit, ut de Parochialibus prædictis poſſit libere
ordinari per eos, *ad quos pertinet*, & ſic etiam
per Capitulum, ſive alium quemcumque inferio-
rem habentem facultatem conferendi, *Butr. in d.*
cap. Si Apoſtolica num. 4. ubi, quod habet locum
Decretalis, ad quemcumque, & quocumque jure
pertineat poteſtas providendi, etiam vigore juriſ-
patronatus: quod etiam tradunt ibidem *Jo. Andr.*
Ancaran. num. 1. *Franciſc. in princip. Archidiac. n.*
1. *Paſſerin. n.* 4. *Decius in cap. Bona mem. in princ.*
de Appellation. Corrad. in Prax. Beneſ. lib. 3. *cap.*
6. *num.* 58. *in fin. Nogueira quæſt. ſingular. diſp.* 4.
quæſt. 121. *n.* 5. *&* 7. ubi, quod ſi agitur de Jurepa- 410
tronatus Eccleſiaſtico, præſentatio ſpectat ad Patro-
nos, ut alibi diximus.

Accedit, quod collatio hujuſmodi fieri poteſt per
Vicarium nedum abſente Epiſcopo, ſicuti præfini-
tum fuit *in cap. Statutum de Prabend. n.* 6. ſed e- 411
tiam eo præſente, quemadmodum poteſt de jure,
quia ibi poteſtas ablata ſic limitate, *per lapſum*
menſis transfertur; *hic*, *ut non ablata præſervatur*
ſimpliciter, ſunt verba *Butrii in d. cap. Si Apoſtoli-*
ca, *num.* 4. *in fin.* & bene etiam *Ancaran. verſ.*
contrarium ſentio. Unde cum facultas conferendi
Sede Apoſtolica vacante Parochiales reſervatas non
demandetur Epiſcopis jure delegato, ſed præſerve-
tur eis ſimpliciter dicta facultas, ut non *ablata*,
ſequitur, quod ſpectet etiam ad inferiores Collato-
res, ut prius.

In controverſiam quoque revocatum fuit, an ſi
vacaverit in menſe reſervato Parochialis, & Epi- 412
ſcopus, facto concurſu, litteras teſtimoniales de-
derit ad effectum obtinendi proviſionem Apoſtoli-
cam, quæ ſucceſſive fuerint in Dataria præſentatæ,
an, inquam, ſuperveniente poſtea Sedis Apoſtoli-
cæ vacatione, poſſit fieri reditus ad Ordinarium,
& ab eo conferri Parochialis? Videbatur fore re-
ſpondendum negative, per Conſtitutionem Julii III.
in Bullar. veter. in ordine la 34. repetitam apud 413
Lotter. lib. 3. *quæſt.* 19. *in princ.* in qua cavetur,
non poſſe, omiſſo titulo Apoſtolico, & non ſe-
cuta expeditione Litterarum, reditum fieri ad Or-
narium, vel alium inferiorem Collatorem, *Rota*
deciſ. 216. *num.* 17. *deciſ.* 268. *& deciſ.* 287. *par.*
6. *Recent. Et cor. Cerro deciſ.* 196. *num.* 10. *&*
ſeqq.

Sed nihilominus contrariam ſententiam in qua-
dam facti contingentia dixi veriorem. Etenim præ- 414
ſentatio Teſtimonialium facta in Dataria, non vi-
detur plus roboris habere poſſe, quam habeat ipſa
reſervatio: Quamobrem ſi reſervatione non obſtan-
te, ut conſulatur periculo animarum, poteſt Ordi-
narius conferre Parochialem *Sede Apoſtolica* vacan-
te, idem quoque facere poterit, non obſtante præ-
ſentatione litterarum facta in Dataria.

Conſtitutio vero *Julii III.* aut non corrigit
Text. in cap. Si Apoſtolica ex ratione, quod lex 415
ſubſequens, generaliter loquens, non tollit legem
antecedentem ſuper caſu particulari emanatam, niſi
id ſpecifice exprimat, vel procedit, quando poſt
obtentam gratiam, ſeu proviſionem Apoſtolicam, 416
& poſt ſignatam, & regiſtratam ſupplicationem,

vellet

vellet quis, litteris noo expeditis, fraudando emolumenta debita Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Officialibus, convolare ad Ordinarium, & vigore Ordinariæ collationis Beneficii poſſeſſionem adipiſci: id enim eſt, quod in dicta Conſtitutione prohibetur, ut ex *dec. 196. cor. Cerr. in princ. & num. 10. & ſeqq. & in Recent. deciſ. 216. ſub numer. 22. part. 6.* -- ibi -- *Propterea non potuit conſumta vacatione per Supplicationem ſignatam, & regiſtratam, ea omiſſa, adire Ordinarium pro inſtitutione.*

Cum autem per ſolam præſentationem Teſtimonialium in Dataria non dicatur obtentus titulus, nec proviſio Apoſtolica, neque dicatur conſumta vacatio antecedens; hinc eſt, quod hic caſus comprehendi non poſſit ſub dicta Conſtitutione *Julii III.* quæ ulterius ſolum ſibi vindicat locum, quando inſtitutio Ordinarii ſupervenerit poſtquam obtenta
417 fuerat gratia, & proviſio Apoſtolica, ſecus quando Collatio Ordinarii eam præcedit, *Lotter. lib. 3. quæſt. 19. num. 35. verſ. infertur quarto, cum ſeq. Roſa de Executor. cap. 2. n. 7. & 8. in addit. Rota dec. 205. numer. 3. part. 1. Diverſ. cor. Cerro deciſ. 196. n. 11. & deciſ. 216. n. 17. & 18. part. 6. Recen.*

Hinc ſi ſupplicatio ſuper Apoſtolica proviſione Parochialis, reſervatæ vivente adhuc Papa, eſſet
418 ſignata, & regiſtrata, tunc ſuccedente Sedis Apoſtolicæ vacatione, non poſſet recurſus haberi ad Ordinarium, quia cum gratia ſit perfecta, & conſumta antecedens vacatio Beneficii, *Lotter. lib. 3. quæſt. 1. n. 18. Cerr. deciſ. 37. n. 9.* ubi quod ſola ſupplicatio in forma gratioſa extinguit vacationem, non videtur quod Ordinarius poſſit conferre Parochialem, quæ non vacat, & fuit jam collata, *Rot. coram Cerr. deciſ. 196. num. 14.*

An autem in caſu quo fiat reditus ad Ordinarium,
419 teneatur ille Parochialem conferre habenti Litteras uti de *Magis digno*, vel poſſit alterius favore de ea diſponere? videtur, quod præciſe teneatur confer-
420 re primo; Nam per approbationem factam ab Examinatoribus, & per prælationem, ac etiam per ſequutam tranſmiſſionem Litterarum ad Curiam, fuit prælecto jus quæſitum, *Lavor. Var. lucubr. tit. 4. cap. 13. num. 28.* & conferunt Deciſiones Rotæ in *Dertuſen. Parochialis apud Garc. de Benefic. part. 4. cap. 3. n. 90. & deciſ. Putei 252. lib. 3.* Quidquid dicendum eſſet ſi Parochialis collatio ſpectaret ad
421 Papam tamquam de reſervata, quo caſu approbato in Concurſu non poſſet dici vigore approbationis quæſitum jus ad rem conſiderabile, *Gonzal. gloſſ. 6. num. 118. Mareſcott. Variar. reſol. lib. 1. cap. 52. n. 14. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 3. cap. 3. p. 177. ſub §. 15.*

422 Pro coronide tandem hujus materiæ notandum eſt, quod in ſæpelaudato *Cap. Si Apoſtolica* nullus eſt Ordinariis præfixus terminus ad conferendum, ſed reducitur negocium ad terminos juris, perinde ac ſi Parochialis non eſſet reſervata, adeoue cum Epiſcopus jure ſuo Ordinario procedat ad illius collationem, *Maſſob. in prax. haben. Concurſ. requiſ. 7. dub. 43. n. 1. Petr. Anton. ab Alexandr. tom. 2. part. 1. Placit. 41. n. 27.* & diximus ſupra, gaudet proinde ſemeſtri tempore ad conferendum, ſervata tamen forma concurſus, & aliorum, quæ ex Concilio Tridentino, & Conſtit. S. Pii V. ſervari debent, *Corrad. in Prax. Benef. lib. 3. cap. 6. ſub num. 58. ab Alex. ubi proxime n. 26. & ſeqq.*

Animadvertendum inſuper, quod eatenus ſuſtinetur proviſio Ordinarii de Parochialibus vel *apud Sedem* vacantibus, dum ea reperitur viduata Paſtore, vel antea reſervatis, & per defunctum Pontificem non diſpoſitis, quatenus collatio ſequatur ea-
dem Sede adhuc vacante, & ante novi Pontificis 423
creationem, nam ſi fiat poſt illius creationem, proviſio Ordinarii nullo modo ſuſtineri poterit, *Card. de Luc. de Benefic. diſc. 25. n. 5. Lotter. lib. 2. quæſt. 27. n. 74. Rota in Melevitana Parochialis 13. Martii 1684. §. quæ tamen cor. Ruadanino* & adeſt *Regul. 68.* circa Beneficia vacantia Sede Apoſtolica vacante, & ante Pontificis electionem ab Ordinariis non proviſa, ubi late de hoc agemus.

Poſtremo limitatur diſpoſitio *cap. 2. de Præben. in*
6. ut ſub illius cenſura non comprehendatur Bene- 424
ficium vacans per obitum Commendatarii in Curia, ſi ante Commendam prius vacaverat extra Curiam,
ea ratione, quod Beneficium Commendatum va- 425
cat eadem vacationis ſpecie, qua prius vacaverat antequam commendaretur: & ideo ſi quis prius habuit Beneficium in titulum mortuus fuit extra Curiam, eſto Commendatarius in Curia moriatur, Beneficium non dicitur vacare *apud Sedem*, plene *Mohedan. dec. 16. per tot. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* ubi ſub *num. 2.* advertit, quod verbum *vacare*, de quo *in cap. 2. de Præbend. in 6.* intelligitur de vacatione de jure, & non de facto idem *Mohedan. deciſ. 4. de Præbend.* Prout e contra, ſi Beneficium in titulum prius collatum vacans *in Curia*,
commendetur, & Commendatarius in partibus mo- 426
riatur, adhuc Beneficium dicitur vacare ut prius *in Curia*, *Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 5. §. 8. n. 51.* & latius dicemus infra §. 7.

§. II.

De Reſervatione Beneficiorum vacantium per Depoſitionem, vel Privationem, ſeu Translationem, aut Muneris Conſecrationis ſuſceptionem auctoritate Apoſtolica factas.

ARGUMENTUM.

Beneficia vacantia per depoſitionem, privationem, translationem &c. factas auctoritate Apoſtolica, ſunt reſervata. Hæc pars amplior eſt, quia reſervat Beneficia vacantia per Depoſitionem, Privationem &c. ubicumque Auctoritate Apoſtolica ſequantur. Concordat cum Jure communi; & requirit ſententiam criminis declaratoriam. Referuntur exempla proviſionum factarum a Romanis Pontificibus de Eccleſiis vacantibus ob privationem.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia vacantia per depoſitionem, privationem &c. ubilibet factas auctoritate Apoſtolica, ſunt reſervata; ſecus ſi fiant ab Ordinario auctoritate Ordinaria* num. 3.

2 *Beneficia vacantia per privationem, ſunt etiam reſervata vigore Conſtitutionis Pauli III.*

4 *Verbum* -- Suſpenſionem -- in Extravaganti ad Regimen *irrepſit per errorem, & melius legi poterit* -- per muneris conſecrationis ſuſceptionem.

5 *De hac reſervatione nulla habetur mentio in Concordatis Germaniæ.*

6 *Benefi-*

6 *Beneficia vacantia per privationem vigore ſen-*
tentiæ latæ in Curia, ſunt etiam reſervata in
prima parte Extravagantis.
7 *Sed reſervatio, de qua in ſecunda parte, eſt am-*
plior, quia amplectitur Beneficia, ubicumque
contingat eorum privatio auctoritate Apoſtolica.
8 *Sunt reſervata etiam Beneficia, quæ vacant per*
Tranſlationem.
Et a quo tempore per Sedem Apoſtolicam fieri
inceperint Tranſlationes Epiſcoporum de una
ad alteram Eccleſiam? Remiſſive n. 12.
9 *De Jure nemo alius conferre poteſt Beneficia va-*
cantia per Depoſitionem, quam Papa.
10 *Hac tamen reſervatio non dicitur clauſa in cor-*
pore juris.
11 *Cancellaria Eccleſias vacantes per Tranſlationem*
expedire ſolet æquè ac ſi vacaſſent per obitum in
Curia.
13 *Habet locum Reſervatio etiamſi privatus Benefi-*
cio ſit abſens, & ſe defenderit per Procuratorem,
vel ſit verus contumax.
14 *Requiritur ad hunc effectum ſententia declara-*
toria criminis.
15 *Quandoque ſine tali ſententia declaratoria de-*
ventum eſt ad privationem, & reſervationem.
16 *Exempla proviſionum Eccleſiarum vacantium ab*
privationem a Pontificibus expletarum.

REServantur ſecundo loco in eadem *Extravag.*
1 *ad Regimen* Beneficia vacantia, aut vacatura
per Depoſitionem, Privationem, Tranſlationem,
aut muneris Conſecrationis *ſuſpenſionem* (ut in ea-
dem *Extravag.* legitur) factas, vel faciendas ubi-
libet auctoritate Apoſtolica, *Gonzal. ad Regul.* 8.
Cancell. gloſſ. 51. *num.* 32. *Barboſ. de Epiſcop. part.*
3. *allegat.* 57. *num.* 65. *Caſtropal. oper. moral. tom.* 2.
tract. 13. *diſput.* 2. *punct.* 17. *numer.* 3. *verſ. ſe-*
cundo reſervantur. Ventrigl. in Prax. tom. 2. *an-*
not. 2. §. 2. *num.* 8. *Pariſ. de Reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 16.
2 *n.* 27. ubi quod Beneficia vacantia per privationem
ſunt etiam reſervata ex Conſtitutione Pauli III.
3 Quod ſi privatio fiat ab Ordinario, non auctoritate
Apoſtolica, ſed auctoritate ſua ordinaria, ad ipſum
ſpectabit collatio, ut late probat *Mandoſ. conſ.* 11.
per tot.
4 Legitur, ut diximus in *Extravaganti -- aut mu-*
neris conſecrationis ſuſpenſionem --; ſed verbum il-
lud -- *ſuſpenſionem* -- videtur typis irrepſiſſe per er-
rorem; & ſenſus magis congruit, ſi legatur, per
muneris conſecrationis *Suſceptionem*, ut advertunt
Gonz. & Barb. loc. cit. idem Barboſ. in eadem Ex-
travag. Ad regimen num. 14. *Engel in jus Canonic.*
tit. de Præbend. n. 15. *Kochier ad Regal.* 1. *n.* 22. §.
5 *Quintus caſus*, & de hac Reſervatione nulla fit men-
tio in Concordatis Germaniæ, *Wagnarek tit. de*
Præbend. pag. mihi 508. *Pirhing. eodem tit. n.* 357.
6 Licet autem Beneficia vacantia per Sententiam
privationis, depoſitionis &c. latam *in Curia* dican-
tur reſervata vigore *Extravagantis ad Regimen*, re-
ſervantis in prima ſui parte Beneficia omnia vacan-
7 tia *in Curia*: tamen hæc eſt amplior Reſervatio,
cum reſervet Beneficia vacantia *ubilibet* per depoſi-
tionem, privationem, aut Tranſlationem factas au-
8 ctoritate Apoſtolica. Et in hoc, quod reſervat Ec-
cleſias Cathedrales vacantes per depoſitionem, &
9 Tranſlationem, concordat cum jure communi, jux-
ta quod Beneficia ſic vacantia nemo alius confer-
re poteſt, quam Papa, ut in terminis Beneficiorum
vacantium per Depoſitionem loquuntur *Text. in cap.*
Quoad Tranſlationem, & cap. Inter, de Tranſlat.
Epiſcop. & cap. Niſi, de Renunciat. & de Bene-
ficiis vacantibus per Tranſlationem *cap. Si quis,*
& cap. Mutationes 7. *quæſt.* 1. *cap. Quanto de Tranſ-*
lation. Epiſcop. Gambar. de Legat. lib. 3. *num.* 126.
Gonzal. dicta gloſſ. 52. *num.* 34. qui quamvis poſt
Gomeſ. dicat, ex eadem cauſa hanc eſſe Reſervatio-
nem clauſam *in corpore juris*; tamen minus proprie
ambo loquuntur, nam ſupra in *Rubrica* §. 1. oſten- 10
dimus, unicam tantum dari Reſervationem in cor-
pore juris clauſam, quæ ſcilicet reſultat ex vacatio-
ne per obitum *apud Sedem*. Solet nihilominus Can-
cellaria Litteras Apoſtolicas Eccleſiarum vacan- 11
tium per Tranſlationem expedire cum Reſervatio-
ne *apud Sedem*, in totum ſimiles illis, quæ expe-
diuntur in vacantibus per obitum *in Curia*. A quo
autem tempore per *Sedem Apoſtolicam* fieri incœpe-
rint Epiſcoporum Tranſlationes de una ad alteram 12
Eccleſiam, conſule *Gonzal. cæteroſque Repetentes in*
tit. de Tranſlat. Epiſcop. Hincmar. ArchiepiſcoP.
Rhemenſ. in Opuſc. de Tranſlat. Epiſcop. contra A-
ctardum. Van Eſpen. in jus Eccleſ. univerſ. part. 1.
tit. 15. *cap.* 4. *Tomaſſin. de Benefic. part.* 2. *libr.* 2.
cap. 60. 61. 63. & 64.
Locumque ſibi vindicat *Extravagans Ad regi-* 13
men, etiam ſi privatus, vel depoſitus fuerit abſens,
& ſolum per Procuratorem ſe defenderit; vel verus
contumax extiterit, *Lotter. de re Benefic. lib.* 2.
quæſt. 27. *n.* 30. & 90. *Muſg. de Benefic. quæſt.* 3. *n.*
265. *Gonzal. in Regul.* 8. *gloſſ.* 15. §. 1. *n.* 8. & *ſeqq.*
cum aliis relatis per *Severolum* penes *Piton. diſcept.*
Eccleſ. tom. 2. *poſt Parergon. pag.* 16. *num.* 17. Re-
quirit tamen privatio, depoſitio, ſeu ſuſpenſio
Sententiam ſaltem declaratoriam criminis, alias Be- 14
neficia vacare non cenſentur, nec poſſunt provide-
ri, *Caſtropal. dict. diſputat.* 2. *punct.* 17. *ſub. n.* 3.
verſ. hæc tamen, & diximus ſupra §. 1. ubi de cri-
mine hæreſis. Quamvis in aliquibus caſibus con-
ſueverint Summi Pontifices, ex juſtis cauſis ſibi
notis, abſque aliqua Sententia declaratoria crimi-
nis, delinquentes privare, & ſibi diſpoſitionem
Beneficiorum reſervare, ut in quodam Clerico Pe- 15
ruſino fecit ſan. mem. Innocentius XI. per ſuas lit-
teras in forma *Brevis* 12. *Kalendas Februarii anno*
Pontificatus III. & rurſus 20. *Aprilis* 1686. cum
Hieracenſi Epiſcopo, ut notat *Pignatell. tom.* 7. *conſ.*
38. *in fin.*
Nec deſunt illuſtria in Eccleſiaſticis Annalibus
monumenta, quod Pontifices Romani, nulla con- 16
vocata Synodo, nulla Cleri electione, nullove Po-
puli expectato conſenſu, Eccleſias Cathedrales, va-
cantes per Sententiam privationis a ſe latam, pro-
viderint. *Anno* 536. cum *Agapetus* Papa Conſtan-
tinopolim profectus eſſet, & *Anthimum* Patriarcham
Conſtantinopolitanum exauthoraſſet, ejus loco *Men-*
nam ipſemet Papa ſubrogavit, aſſentiente Impera-
tore, *Lupus de Appellation. pag.* 79. & *pag.* 81.
in princip. verſ. Secundo, ubi ex hoc facto infert,
quod *Papa, dum Epiſcopum degradat ſuo jure, poſſit*
conſecrare Succeſſorem, Thomaſſin. tom. 2. *lib.* 1. *cap.*
41. *ſub n.* 22. & refert verba *Liberati*, quæ retulit
etiam *Natal. Alex. ſæcul.* 6. *cap.* 2. *art.* 5. *pag.* 27.
qui addit -- *Primatum glorioſius exercere non poterat*
Romanus Pontifex, quam Patriarcham hæreticum
exauthorando, & in ejus locum alium ordinando: id-
que nulla Synodo convocata.
Et ex eodem *Liberato* conſtare affirmat *Thomaſ-*
ſin. dict. num. 22. *in fin.* quod *Menna* Conſtantino-
politanus, extruſo Pſeudo-Epiſcopo Alexandrino,
alterum ordinavit, præſente *Apocriſario* Romano;
& paulo poſt abrogato Paulo Epiſcopo, ſubro-
gatum fuiſſe *Zoilum*. Quo ex *Liberati Teſtimo-*
nio emicat (ſunt verba Thomaſſin.) *quam frequen-*
ter Concilia, Pontifices, Patriarchæ, ejecto Epiſco-
po, alium ipſimet ſuffecerint. Et *numer.* 23. ſubdit,
veroſi-

veroſimile eſſe, quod *Macario* Antiocheno Patriarchæ, Monothelitarum Signifero, à ſexta Synodo Sede ſua exturbato, & Romam miſſo, *ab ipſo Pontifice ſucceſſorem datum fuiſſe.*

Adrianus II. Colonienſis Epiſcopi nominationem ad ſe ſpectare ex eo contendebat, quia Epiſcopus anteceſſor ab Apoſtolica Sede Canonico judicio fuerat dejectus. Ludovicus Rex Germaniæ diſſentiebat non modo, ſed etiam alium ſubrogavit. Pontifex (*anno* 870. *Epiſt.*21.) Regem ita interpellavit-- *Miramur præterea, gloriam veſtram, in præficiendo Epiſcopo Agrippinæ Coloniæ, tam indiſcrete præbuiſſe conſenſum, cum evidentiſſime ſciret, quod Apoſtolicæ Sedis judicio, atque conſultu ibidem debuerit ordinari Antiſtes, cujus cenſura nuper fuerat eadem Eccleſia ſuo privata Rectore*-- Deindeque proteſtatus fuit, ſe confirmationem Epiſcopo denegaturum-- *Præfatam quippe ordinationem nec confirmamus, nec ratam habere decernimus &c.*-- *Thomaſſin. dict. tom. 2. lib.* 1. *cap.* 42. *n.* 2.

Paulus III. Hermanno Comiti de *Weda* Archiepiſcopatu Colonienſi ob hæreſim privato, ſine alia electione, & in vim Conſtitutionis *Ad Regimen*, ſubrogavit *Adulſum* ex Comitibus de *Scavemburg*, *Raynald. ad ann.* 1546. At Gregorius XIII. *anno* 1583. vacante eadem Eccleſia per depoſitionem *Truchſes*, qui matrimonium contraxerat, ſua poteſtate lubens non eſt uſus, indulgendo Canonicis electionem, electuſque fuit *Herneſtus* à Bavaria, qui a Sede Apoſtolica confirmationem obtinuit, *Hermes in faſcic. jur. cap.* 17. *n.*11. & diximus etiam ſupra §. 1. *hujus Regulæ.*

Eodem quoque jure, ut in locum dejecti Epiſcopi alium ſubrogarent, utebantur priſcis Eccleſiæ ſæculis Concilia. Sic Concilium Toletanum X. ejecto *Potamio*, qui ſua flagitia ſponte fuerat confeſſus, *Fructuoſum* Bracarenſi Eccleſia præfecit, *Natal. Alex. ſecul.* 7. *in Concil. Toletan. X. Thomaſſin. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.*41. *num.* 22. *verſ. Nono*, & *lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 5. Concilium quoque *Arauſicanum I. Can.* 21. exauthoratis duobus Epiſcopis, qui ſoli tertium, & quidem invitum ordinaverant; eumdem recens Ordinatum, in locum alterutrius Ordinantis ſubrogarunt -- *Unius eorum Eccleſiæ, qui vim paſſus eſt, ſubſtituatur, ſi tamen vita reſpondet*-- *Thomaſſin. dict. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 1.

§. III.

De Reſervatione Beneficiorum, de quibus in Concordia, vel Diſcordia Electi, vel Poſtulati, fuit facta Electio, vel Poſtulatio, quæ poſtea fuit caſſata, vel repulſa, ſeu renunciata.

ARGUMENTUM

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Caſſata, repulſa, aut renunciata Electione, vel Poſtulatione, Beneficia remanent reſervata.*
2 *Hæc tamen Reſervatio non dicitur clauſa in corpore juris.*
3 *Antiquiſſima eſt, & viguit etiam tempore Gregorii VII.*
4 *Refertur aliud exemplum ſub Urbano IV.*
5 *Et prius ſub Innocentio III.*
6 *In Germania frequentiora exempla caſſationis Electionum, & Proviſionis ex integro.*
7 *Aliquando Indultum Eligentibus, ut novam Electionem peragere poſſent.*
8 *Si Electio caſſatur ob id, quod fuit contemtus aliquis ex Vocalibus, Beneficium remanet reſervatum.*
9 *Contrarium, & redditur ratio.*
10 *Sed prior Sententia amplectenda in terminis Concordatorum Germaniæ.*
11 *Electo non comparente in termino juris pro confirmatione ſuæ Electionis, licet compareant Electores, adhuc libera Proviſio Eccleſiæ ſpectat ad Papam.*

IN ſæpedicta *Extravaganti Ad Regimen* reſervantur tertio loco Beneficia, de quibus in Concor- 1
dia, vel diſcordia Electi, vel Poſtulati, facta fuit Electio, vel Poſtulatio, quæ poſtmodum fuit caſſata, vel repulſa, ſeu renunciata, admiſſaque Auctoritate Pontificis renunciatio, *Caſtropal. oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſputat.* 2. *punct.* 17. *Pirbing. in Decretal. tit. de Præbend. n.* 359. *Anaclet. n.* 547. *Thomaſſin. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 33. *n.* 5. *& ſeqq. Pax Jordan. lucubrat. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 1. *n.*42. & concordat diſpoſitio hujus *Extravagantis* cum *Extravag. Ex debito de Electiom.* §. *Hujuſmodi, inter commun. & cap. Quamquam* 18. *de Electien. in* 6. *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 5. *num.* 4. licet non recte
ipſe poſt *Gomeſ. & Prob.* etiam hic affirmet, recen- 2
ſeri talem reſervationem inter *clauſas in corpore juris*; quoniam, ut ſæpe diximus, Reſervatio in corpore juris clauſa unica eſt, promanans ex obitu *apud Sedem.*

Antiquiſſima eſt Reſervatio, de qua nunc agi- 3
mus. Quamvis enim *Thomaſſin. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 31. *ſub n.* 4. §. *Si is fuiſſe*, dicat, quod ſub *Gregorio VII.* qui ad Pontificatum aſſumtus fuit anno 1073. nondum uſus invaluerat, ut ubi Pontifex electionem minus Canonicam *caſſaſſet*, ipſe Epiſcopum deſignaret; idque probet exemplo Epiſcopi *Dolenſis*, qui electus fuerat, cum nondum legitimam ætatem haberet: Attamen mox ipſemet *Thomaſſin.* exemplum ejuſdem Gregorii profert in Abatis *Dolenſi* in *Biturigibus*, nam cum Monachi elegiſſent Abatem, quem Sedes Apoſtolica anathemate illaqueaverat, Pontifex electum Abatem in Concilio Romano exauthoravit, eique Cœnobio Abatem præfecit *Archiepiſcopum Viennenſem*, ut ex ejuſdem Gregorii Epiſtolis *lib.* 7. *Epiſt.* 27. 28. -- ibi-- *Archiepiſcopum Viennenſem Vobis in Abatem ordinamus; ei per omnia, ut Patri, & Abati obediatis*-- cum indignum eligentes (proſequitur *Thomaſſin.*) eligendi jure ea vice careant, illudque ad Superiorem devolvatur.

Similiter *Urbanus IV.* ad Pontificatus apicem evectus *anno* 1261. providit de Eccleſia *Meclinienſi* Abatem *Claravallenſem.* Celebrata in ea fuerat Ele- 4
ctio; ſed partitis ſuffragiis inter *Archidiaconum*, & Papæ *Cappellanum*, iſte conſentire noluit ſuæ electioni; *Archidiaconus* vero ſuo juri ceſſit in manibus Pontificis, qui Abatem *Claravallenſem* promovit, *Thomaſſin. dict. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 35. *n.* 5. §. *Anno* 1263.

Sed & antea *Innocentius III.* Pontifex electus *anno* 1198. cum Capitulum *Rhemenſe*, multis contradicentibus, poſtulaſſet Epiſcopum *Bellovacenſem*, 5
irritavit poſtulationem illam, & gratificare volens Capitulo, eidem poteſtatem eligendi reſtituit -- *Poſtulationem* (ſunt verba Innocentii) *exigente juſtitia repellentes, de gratia Vobis electionem liberam duximus concedendam*-- lege adjecta, ut niſi intra menſem electionem perficeret, Epiſcopus *Altiſidiorenſis*, Abas de *Porſenia*, & quidam Canonicus

Novio-

Noviodunenſis ipſi nominarent. Cum vero non minoribus cum diſſidiis Capitulum proceſſiſſet ad aliam Electionem, Pontifex, ne Eccleſia diuturniori permitteretur tempeſtati, ipſemet illi providit, nominato ad eam Dignitatem Abate *Ciſtercienſi* è Gente Gallicana, qui poſtea ad Cardinalatum, & ad Præneſtinæ Eccleſiæ regimen fuit promotus -- *Ne ſi denuo reſtitueremus Vobis licentiam eligendi, denuo Apoſtolicæ Sedis licentia abutentes Rhemenſem ſcinderetis Eccleſiam -- Thomaſſin. lib. 2. cap. 33. n. 5. in fine.*

Hoc ipſum paſſim ſervari videmus in Germania,
6 ut caſſatis electionibus, Pontifex Eccleſiis, & Monaſteriis provideat ex integro, licet ut plurimum de eadem Perſona, *Matta de Cauſ. Conſiſtor. ſect.* 20. *Corollar.* 3. §. *Si enim, verſic. Niſi conſtaret, D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap.* 12. *n.* 103. *Card. de Luc. de Canon. diſcurſ.* 27. & cæteris omiſſis exemplis præclarum eſt illud in Cauſa *Monaſterien. Electionis* inter R. P. D. de *Meternich* Epiſcopum Paderbornen. & Principem *Carolum a Lotharingia* electos ad dictam Eccleſiam *Monaſterien.* Introducta enim Cauſa in Sacra Congregatione Conſiſtoriali ſuper confirmatione alterutrius electionis; ſub *die* 23. *Decembris* 1706. reſolutum fuit, *confirmandam eſſe electionem Epiſcopi Paderbornenſis*, quam reſolutionem Pontifex approbavit. Sed quia eodem tempore conceſſa fuit alteri Parti nova Audientia: hinc repropoſita Cauſa *die* 10. *Februarii* 1706. & ſciſſis inter ſe votis, habita fuit Congregatio coram Pontifice, & ex 26. Votantibus, tredecim pro *confirmatione* ſuffragati ſunt ad favorem *Epiſcopi Paderbornenſis.* & totidem cenſuerunt nullam illius electionem. Pontifex inclinavit pro nullitate electionis; ideoque prævio receſſu a ſupradicto decreto approbationis, & caſſata utraque electione eodem tempore *die* 10. *Mai* 1707. providit ex integro de Eccleſia præfata *Monaſterien. Epiſcopum Paderbornen.* uti electum cum pluralitate votorum, utens exemplo, *de quo in cap. Bona* 4. *de poſtulat.* Meminit de hac reſolutione *D. de Sanctis dict. cap.* 12. *num.* 104. necnon *Piton. diſcept.* 100. *ſub n.* 237. qui ſcripſit favore Principis Caroli a Lotharingia.

Conſuevit tamen aliquando Sedes Apoſtolica in-
7 dulgere Capitulis, ut ad novam devenirent electionem. Ita ſub *die* 11. *Decembris* 1703. caſſata electione facta de perſona *Joannis Philippi Fuchs* in Præpoſitum Eccleſiæ Herbipolenſis, ſan. mem. Clemens XI. per litteras in forma Brevis, ex ſpeciali gratia, quæ allegari non poſſet in exemplum, conceſſit Capitulo Indultum deveniendi ad novam electionem: cujus vigore electus fuit Comes de *Schomborn.*

8 An autem cenſeatur reſervatum Beneficium, ad quod quis fuit electus, ſed poſtea caſſata electio propter contemtum alicujus ex Eligentibus? Dubitandi ratio ex eo oritur, quod *Extravagans* generaliter loquitur; unde comprehendere debet non ſolum caſum, quo electio irritatur ob non ſervatam formam *cap. Quia propter*, aut propter vitium electi, ſed etiam quando Vocales opponunt de contemtu, & obtinent caſſari electionem, ut fuit opinio *Archidiacon. in cap. Si forte, n.* 4. *diſt.* 65. *pag.* 88. ubi quod ita tenet Curia Romanâ.

Sed verior eſt contraria Sententia, quod Bene-
9 ficium non ſit reſervatum, nam Eligentes, contemto aliquo, non ideo privantur poteſtate eligendi, *Abas in Cap. Bonæ il ſecondo num.* 5. & 9. *de Election. Petrus a Baix de Election. part.* 3. *cap.* 7. *Lavor. lucubrat. Canon. cap.* 17. *num.* 18. *Tholoſan. de Election. cap.* 14. *num.* 5. *Paſſerin. eod. tract. cap.* 11. *n.* 125. *in fin.* Et *Extravagantis* diſpoſitio ſolum locum ſibi vindicat, aut quando Electio caſſatur ex vitio Electi, utpote quia ſit indignus, & fuerit ſcienter electus, cum finis Papæ alius non ſit, quam ut provideatur Eccleſiis de perſonis idoneis; aut quando Electiones peccant in forma, & ſunt nullæ ob non ſervatam formam præſcriptam in *Cap. Quia propter, de Elect. in* 6. ut in *dict. cap. Quamquam* 18. *de Elect. in* 6. & ibi *Gloſſ. in verſic. Generali Concilio.* At quando Electio eſt valida, & pendet a contemti voluntate eam irritare, & inſtare pro caſſatione, tunc locus eſſe nequit reſervationi *Extravagantis*, quia non eſt præſumendum, quod Papa voluerit ſibi reſervare jus conferendi, tollendo beneficium, quod de jure communi habet contemtus non reclamandi ab Electione, & qua ſecluſa reclamatione electio ſubſtinetur.

In terminis tamen Concordatorum Germaniæ
prior opinio amplectenda venit, cum in §. 4. ſta- 10
tuatur -- *Fiant Electiones Canonicæ, quæ ad dictam Sedem deferantur &c. & elapſo dicto tempore, ſi non præſentatæ, vel ſi præſentatæ*, MINUS CANONICÆ FUERINT PROVIDEBIMUS -- Unde vel tunc Papa providere poterit ex integro de eadem perſona, *Matta de Cauſ. Conſiſtor. ſect.* 20. *corollar.* 3. §. *Si enim, circa med.* vel per ſuas litteras dare facultatem Capitulo procedendi ad novam electionem. Sic in terminis fortioribus, ſi comparentibus Eligentibus, non compareat in termino juris Electus pro confirmatione ſuæ electionis, tunc quamvis illi non peccaſſent,
nec in perſona, nec in forma Electionis, adhuc ad 11
ipſos non revertitur jus eligendi, *Barboſ. in cap. Quam ſit, n.* 1. *de Elect. in* 6. *Paſſerin. de Election. cap.* 33. *n.* 51. *in fin. Pirhing. in jus Canon. lib.* 1. *tit.* 6. *n.* 308. *verſ. Notandum ſecundo: D. de Sanctis in Exam. Conſiſtor. cap.* 12. *a n.* 49. *& ſeqq. & n.* 60. *&* 67. ſed Proviſio Eccleſiæ ſpectat ad Summum Pontificem, quia alias non eſſet proviſum diutinæ Eccleſiarum vacationi, neque illarum celeris eſſet expeditio, *Gloſſ. in cap. Cupientes, verſic. privatus, de elect. in* 6. ubi *Anchar. & Joann. Andr.* inquiunt ſic ſervatum *in Curia, D. de Sanctis dict. cap.* 12. *n.* 67. & ſancitur in *dict.* §. 4. *Concordatorum.*

§. IV.

De Reſervatione Beneficiorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, necnon Sedis Apoſtolicæ Officialium.

ARGUMENTUM.

Beneficia obtenta per S. R. E. Cardinales ſunt reſervata vigore *Extravagant. Ad regimen*, & in Germania etiam per Concordata, nec ab aliis Cardinalibus vigore Indulti conferri poſſunt. Diſtinguuntur variæ Protonotariorum ſpecies, omniumque Beneficia, præter illorum, qui Protonotariatum obtinent a Dño Domus Sfortiæ, vel a Cardinalibus creatis Legatis tempore univerſalis Jubilæi ad aperiendas Portas Sanctas, ſunt reſervata. Et quid in Germania, & in Polonia? Ad effectum tamen Reſervationis, Protonotariatus debet plene, & concludenter probari, & ex quibus probatio hæc reſultat? Quemadmodum conſtare etiam debet de illius accepta-

acceptatione, quæ tamen leviores probationes admittit; & locum ſibi vindicat Reſervatio, quamvis Protonotarius Fidei profeſſionem, & juramentum fidelitatis non emiſerit, aut, quod Inſignia non aſſumpſerit, vel ſi fuerit ab inferioribus creatus, Sumtum Authenticum Privilegii in Secretaria Brevium non exhibuerit. Examinantur Quæſtiones, an Protonotarii non participantes ſint Curiales? an ex Protonotariatu per illegitimum acquiſito oriatur Reſervatio? & an hanc inducat Protonotariatus in Urbe collatus non a Papa, ſed ab inferiori? Enumerantur cæteri Officiales recenſiti in *Extravagant. Ad regimen*, quæ etſi ſolum reſervet ea Beneficia extra Curiam, & ultra duas Dietas vacantia, quæ obtinentur a Rectoribus in Terris Eccleſiæ Romanæ, a Nunciis, Legatis, & Theſaurariis, comprehenduntur nihilominus ſub eadem Reſervatione aliorum quoque Officialium Beneficia, ubicumque vacare contigerit; dictaque Reſervatio eſt perſonalis, quæ cum alia coæquali Reſervatione juncta, excludit Indultum Cardinalium, quod, & in quamplurimis aliis caſibus, qui enumerantur, ob concurſum duplicis Reſervationis perſonalis, remanet excluſum. *Extravagans Ad regimen* comprehendit etiam Officiales poſt illius editionem creatos, ſive contineantur ſub aliqua ſpecie inibi enumerata, ſintque cum ſpecificatis homogenei, ſive non, omniumque Beneficia ſunt reſervata, etiam ſi tempore obitus Officiales eſſe deſierint, dummodo tamen Beneficia acquiſita non fuerint poſt dimiſſum Officium, quamvis & hoc locum ſibi non vindicet reſpectu eorum, qui dimiſerunt Officia habentia adnexum Protonotariatum, quia adhuc remanent Protonotarii. Diſſeritur, an dimiſſo officio, Beneficia remaneant reſervata, vel potius affecta, & an hujuſmodi affectio ſit ejuſdem naturæ, ac Reſervatio perſonalis, itaut juncta cum alia Reſervatione perſonali excludat Indultum Cardinalium. Et demum, an Beneficia Officialium ſint reſervata, nedum quando vacant per mortem naturalem, ſed etiam civilem.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia Cardinalium, necnon Apoſtolicæ Sedis Officialium ſunt vigore* Extravagant. Ad regimen *reſervata.*

2 *Reſervationem hanc prius induxerat Urbanus V.*

3 *De aliorum Pontificum Conſtitutionibus ſuper hujuſmodi Reſervatione.* & n. 4. & 5.

6 *Officiales expreſſi in* Extravagant. Ad regimen *veniunt appellatione Curialium.*

7 *Beneficia Cardinalium ſunt reſervata, ſive ante, ſive poſt Cardinalatum fuerint acquiſita.*

8 *Cardinalis poteſt vigore Indulti conferre Beneficia alterius Cardinalis defuncti, quia unica concurrit reſervatio* ab Extravagant. *inducta.*

9 *Quemadmodum conferre poteſt Beneficia aliorum Officialium, qui in dicta* Extravagant. *enumerantur.*

10 *Contrarium, quod Beneficia Cardinalium ſub Indulto non comprehendantur.*
Et reſpondetur Deciſioni 3. de Privilegiis coram Creſcentio, ac DD. aliter ſentientibus. n. 32. & 37.

11 *Legatus à Latere facultatem habens conferendi Beneficia reſervata, conferre nequit Beneficia vacantia per obitum Cardinalium.*

12 *Cardinales Indultarii, poſt Conſtitutionem Urbani VIII. Beneficia reſervata conferunt jure delegato Pontificis, & non per remotionem obſtaculi reſervationum.*

13 *Sicque ea ſolum Beneficia reſervata conferre poſſunt, quorum collationem Papa eis ſpecialiter indulſit.*

14 *Enumerantur reſervationes comprehenſæ ſub Indulto Cardinalium, & inter illas non recenſetur reſervatio, quæ oritur ex Cardinalatu.*

15 *Requirit hæc ſpecialem, & individuam mentionem.*

16 *Cardinales conferre non poſſunt vigore Indulti Beneficia vacantia per obitum Conclaviſtarum.*

17 *Juriſdictio delegata non extenditur ad Perſonas in Reſcripto non comprehenſas.*

18 *Cardinalibus etſi in Indulto tribuatur facultas conferendi Beneficia Abbreviatorum, Cubiculariorum &c.* ſeu quorumcumque aliorum dictæ Curiæ, & Sedis Officialium, *adhuc verba iſta intelligi non poſſunt, niſi de Officialibus ſimilis ſpeciei ſupra expreſſis.*

19 *Cardinales licet ſint pars Curiæ, & Conſiliarii Pontificis, non ſunt tamen Sedis Apoſtolicæ Officiales, & tamquam diverſi ab Officialibus conſiderantur* in Extravag. Ad regimen, *& in Concordatis Germaniæ.*

20 *Clauſulæ generales non comprehendunt ea, quæ Papa non eſſet conceſſurus.*
Et adjectæ poſt certos caſus ſpecificatos, alios majores expreſſis non amplectuntur. ibid.

21 *Cardinalibus Nepotibus, aliiſque benemeritis, conſueverunt Pontifices expreſſe in Indulto facultatem impertiri conferendi Beneficia vacantia per obitum Cardinalium.*

22 *Diſcretivus loquendi modus, ac diverſa Indultorum formula, diverſam Pontificis mentem oſtendunt.*

23 *Cardinales non poſſunt vigore Indulti conferre Beneficia familiarium alterius Cardinalis, etſi præmortui.* & n. 38.

24 *Inveriſimile eſt, velle Pontificem denegare Cardinalibus, quod eſt minus, & concedere quod eſt majus.*

25 *Argumentum a majori ad minus in jure Canonico validiſſimum eſt.*

26 *Cardinales vigore Indulti conferre non poſſunt Beneficia, quæ veri familiares Pontificis obtinebant.*

27 *Cardinales ſunt Pontificis familiares, eorumque Beneficia ex Conſtitutione Julii III. compre-*

benduntur ſub Reſervationibus, quibus ſubjacent Beneficia Familiarium, & continuorum Papæ Commenſalium. & n. 33.

28 Ex quo Papa in Indulto Cardinalium excipit proprios Familiares, non bene infertur, quod non excipiendo Beneficia Cardinalium, voluerit ea ſub dicto Indulto comprehendere. Et redditur ratio ibidem, & num. ſeqq.

Imo excipiendo ab Indulto familiares ſuos, cenſentur etiam excluſiſſe Beneficia Cardinalium, qui & ipſi familiares ſui ſunt. n. 30.

29 Exceptio non ampliat Regulam ad caſus ſub ea non comprehenſos.

34 Indulta Cardinalium, an ſint late interpretanda contra Pontificem concedentem?

35 Sunt favorabiliter interpretanda favore eorumdem Cardinalium, in caſibus tantummodo dubiis, ſed non extra ſuos fines extendenda.

39 Beneficia per Cardinales obtenta ſunt Apoſtolicæ Sedi reſervata, etiam vigore Concordatorum Germaniæ.

40 Amplia tametſi fuerint Beneficia Conſiſtorialia, Epiſcopatus nempe, & Abatia.

41 Conſuevit tamen Apoſtolica Sedes indulgere Capitulis Germaniæ facultatem eligendi Succeſſorem in locum defuncti Cardinalis Epiſcopi, vel Abatis.

42 Vel etiam Cathedrali, aut Abatiæ providere ex integro de eadem Perſona nulliter à Capitulo electa.

43 Beneficia Officialium non ſunt reſervata, ex quo ipſi ſunt Protonotarii, Scriptores, Abbreviatores &c. ſed quia cum ſint tales, ſunt etiam Sedis Apoſtolicæ Officiales.

44 De Camerarii, Vicecancellarii, & Protonotariorum origine, progreſſu, & prærogativis Remiſſive.

45 Notariorum Sedis Apoſtolicæ tres ſpecies, alii Protonotarii participantes; alii creati à Papa, Legatis, Nunciis &c. alii ratione Officiorum, quibus eſt Protonotariatus adnexus.

Adſunt etiam Protonotarii ratione Canonicatuum, vel Dignitatum, quibus adnexus eſt Protonotariatus, prout ſunt Canonici trium Baſilicarum Urbis, & Cathedralis Neapolitanæ. ibid.

46 Omniumque Beneficia ſunt reſervata, & redditur ratio. n. 47. & 48.

49 Beneficia tamen Actuariorum, ſeu Notariorum non ſunt reſervata, quia ipſi Dignitatem non habent, Papæ familiares non ſunt, nec gaudent Protonotariorum prærogativis.

50 Beneficia Protonotariorum, qui à Legatis creantur, non ſunt reſervata, quia ipſi ex Conſtitutione IV. Pauli III. non ſunt Papæ familiares.

51 Contrarium, quia reſervatio oritur ex Officio, & familiaritate, & hac ſublata remanet adhuc reſervatio ratione Officii.

52 Protonotarii creati a Legatis ſunt familiares, etſi ficti Papæ.

53 Reſervatio in præjudicium Ordinariorum (exceptis Ordinariis Germaniæ) oritur etiam ex familiaritate ficta Pontificis.

54 Beneficia Protonotariorum non participantium a Papa creatorum, an in Germania ſint reſervata? & n. 55.

56 Diſtinguitur inter Eccleſias, quæ Germaniæ Concordatis ſubjectæ ſunt per viam comprehenſionis, & ſubjectas per viam extenſionis, ut Beneficia exiſtentia in primis, non ſint ex capite Protonotariatus reſervata, ſecus in ſecundis.

57 Intellige, ut Beneficia exiſtentia in Eccleſiis primæ ſpeciei non ſint vigore Protonotariatus reſervata, quando vacant in Menſibus Ordinariis, ſecus ſi in Apoſtolicis, & n. 58.

59 Hinc Ordinarius Germaniæ Indultum habens conferendi Beneficia ratione menſium reſervata, conferre nequit Beneficia Protonotariorum non participantium vacantia in Menſibus Apoſtolicis.

60 Reſervatio ex capite Protonotariatus locum habet etiam in Beneficiis Poloniæ.

Proindeque Beneficia præfata conferri non poſſunt ab Ordinariis indultum gaudentibus conferendi Beneficia ratione Menſium reſervata. ibid.

61 Protonotariatus ad effectum reſervationis debet plene, & concludenter probari.

62 Contrarium, quod leves ſufficiant probationes.

63 Sed prima ſententia verior; maxime quando agitur contra reum, & poſſeſſorem de Beneficio proviſum uti de libero, itaut ſola dubietas ſufficiat pro excluſione reſervationis ex capite Protonotariatus, & n. 64. & 65.

66 Protonotariatus à Papa collatus concludenter probatur per exhibitionem Litterarum Apoſtolicarum in forma Brevis.

67 Vel ſumpti authentici ejuſdem Brevis, a ſuo originali legitime extracti.

68 Collatus vero a Legato, Nuncio, Epiſcopo aſſiſtente, vel alio inferiori, probatur per exhibitionem Privilegii, & Litterarum patentium.

69 Etiamſi privilegium adnotatum non ſit in libro, in quo ſimilia privilegia regiſtrari ſolent.

70 Probatur etiam Teſtimonio Notarii Nunciaturæ, vel Curiæ Epiſcopalis, aſſerentis in ejus Actis conſtare de collatione Protonotariatus.

71 Protonotariatus, conſtito de illius conceſſione poteſt quoad acceptionem per Teſtes probari.

72 Et quid ſi agatur de ipſamet Protonotariatus conceſſione, an poſſit probari per teſtes? Controverſum inter DD.

73 Diſtinguitur inter Privilegium immediate conceſſum à Papa, & alterum conceſſum ab Inferioribus, ut primum probari non poſſit per Teſtes ſi fuerit amiſſum, aut ſubreptum, ſecus ſecundum.

74 Protonotariatus acceptio ad effectum reſervationis neceſſaria non eſt, ſed ſufficit ſola collatio, quia Protonotariatus nullum onus, ſed tantum honorem præſefert.

75 Contrarium, quod pro inducenda reſervatione neceſſaria ſit acceptionis juſtificatio.

76 Prima ſententia procedit in Protonotariatu motu proprio conceſſo, ſecunda in conceſſo ad inſtantiam partis.

Contrarium, quod etiam Protonotariatus motu proprio conceſſus indigeat acceptione, ut ſit locus reſervationi num. 73.

77 Translatio Epiſcopi ad aliam Eccleſiam propter illius neceſſitatem, vel utilitatem expleta, ſtatim abſque conſenſu, & acceptione inducit ſolutionem à vinculo prioris Eccleſiæ; ſecus ſi facta fuerit ob meritum Perſonæ.

79 Ex collatione Protonotariatus jam probata oritur conjectura tacita, ſeu præſumta acceptionis.

80 Requiritur tamen ſcientia conceſſionis ſibi factæ.

81 Protonotariatus licet res favorabilis ſit, nec ullum præſeferat gravamen, id tamen oneris habet,

bet, quod Protonotarius permutare nequit coram Ordinario Beneficia, quæ obtinet, etſi ſint ſimplicia, nec de facili ea ad favorem reſignare.

82 *Invitus, & renuens num poſſit nobilitari?*

83 *Concluſio de qua ſupra n. 76. quod Protonotariatus petenti conceſſus, indigeat acceptione procedit ubi de per ſe conceditur, ſecus ſi ratione Officii illum annexum habentis, tunc enim ex Officii acceptione reſultat, & Protonotariatus acceptio. Et explicatur Rota deciſ.* 174. *part.* 12. *Recent.* n. 85.

84 *Et in his terminis procedit altera Concluſio, quod Protonotariatus acquiritur etiam ignoranti.*

86 *Protonotariatus acceptio probari poteſt etiam per conjecturas.*

87 *Conjectura deſumi poſſunt, vel ab expenſis erogatis in expeditione Privilegii, vel ab illius uſu.*

88 *Ex ſola ſupplicatione ſignata ſuper gratia Protonotariatus, non oritur præſumtio illius acceptionis.*

89 *Modica impenſa à tertio erogata pro obtinendo alterius favore Privilegio Protonotariatus, non præſumitur facta de illius mandato, ſecus ſi magna.*

90 *Impenſa unius ſcuti ad hunc effectum habetur pro conſiderabili.*

91 *Supplicatio ſuper Gratia Protonotariatus quamvis ſignata, & regiſtrata, non præſefert argumentum illius acceptionis, non docto de effectiva ſolutione alicujus Summæ.*

Hodie Protonotariatus non expediuntur amplius per viam Supplicationis, ſed per Litteras Apoſtolicas in forma Brevis cum expenſa duodecim ducator. auri de Camera. ibid.

92 *Protonotariatus acceptio bene reſultat ab expeditione Privilegii, ſive à Papa, ſive ab Inferioribus conceſſi.*

93 *Beneficia Protonotarii ſunt reſervata, etiam ſi fidei profeſſionem, & fidelitatis juramentum non emiſerit*, & n. 94. 107. & 110.

95 *Et quamvis Protonotariatus inſignia non aſſumpſerit.*

96 *Protonotariatus acceptio probatur ex uſu Inſignium, profeſſione fidei emiſſa, Juramento præſtito, communi reputatione, & denominatione ſui in Protonotarium.*

97 *Protonotarii creati a Legatis, Nunciis Apoſtolicis &c. ut in formula eorum deputationis præſcribitur, tenentur intra tres menſes exhibere in Secretaria Brevium ſumtum authenticum Protonotariatus*, & n. 102.

Idque ſub pœna inhabilitatis ad Penſiones, & Beneficia, aliiſque arbitrio Pontificis num. 104. & 109.

Et dictæ formulæ Auctor fuit Armindus Riccius n. 106.

98 *Exhibitione præſata non facta, conceſſio Privilegii eſt nulla, & Beneficia non remanent reſervata.*

99 *Verba* omnino debeant *ſunt præciſa, & vim habent Decreti irritantis actum aliter factum.*

Limita ſi contravenienti impoſita fuerit certa pœna, vel ſi verba præſata reſpiciant exercitium, & non ſubſtantiam Gratiæ. n. 110.

100 *Tempus pro actu aliquo explendo præfinitum, præſefert formam ſubſtantialem, itaut actus extra tempus geſtus nullius ſit roboris.*

101 *Sed quod ex omiſſa exhibitione in Secretaria Brevium ſumti Protonotariatus ab Inferiori conceſſi, Gratia non corruat, nec tollatur præcedens reſervatio, verior eſt ſententia.*

102 *Redditur ratio, quia reſervatio oritur ex ipſo actu creationis in Protonotarium, & exhibitio ſumti reſpicit tantum exercitium Privilegii, non ſubſtantiam Gratiæ*, & numer. 103. 108. & 110.

105 *Fuitque exhibitio prædicta demandata ad evitandas fraudes, quæ in præjudicium reſervationis committebantur per occultationem Privilegiorum.*

111 *Si in Privilegio Protonotariatus à Legato conceſſi, non injungatur obligatio exhibendi illius ſumtum authenticum in Secretaria Brevium, an Protonotariatus cedat in irritum?*

112 *Protonotarii non participantes ſive creati à Papa, ſive ab inferioribus, ſive tales ratione Officii ſunt Curiales; & ſi obtinent Beneficia Urbis, iſta dicuntur vacare* apud Sedem.

Redditur Ratio n. 113. & 43.

114 *Contrarium, quia non ſunt Curiæ applicati per actuale aliquod, vel potentiale exercitium cujus ratione Curiam ipſam ſequi tenentur, & unde oritur Curialitas.*

Reprobatur Lotterius *qui diſtinguens inter Protonotarios creatos a Papa, & ab Inferioribus, ait, primos eſſe Curiales, non autem ſecundos*, n. 116. & 117.

115 *Concluſio, quod omnis Officialis ſit Curialis, locum ſibi vindicat in Officialibus habentibus nexum aliquem cum Curia, ſecus in Officialibus honoris, prout ſunt illi, qui pecunia Officia acquirunt.*

118 *Ex Protonotariatu per Illegitimum acquiſito, non oritur Beneficiorum reſervatio.*

Redditur ratio, quia Protonotariatus eſt dignitas, cujus incapax eſt Illegitimus abſque Apoſtolica diſpenſatione.

Quemadmodum Illegitimus creari non poteſt Acolytus ſine diſpenſatione Apoſtolica. n. 119.

120 *Contrarium, quod Illegitimus non indiget diſpenſatione pro obtinendo Protonotariatu, & per conſequens illius Beneficia ſunt reſervata.*

121 *Beneficia illius qui fuit Protonotarius de facto, licet non de jure, ſunt reſervata. Et de ratione ibidem*, & n. 123.

Maxime ſi publice, & palam ſe geſſerit, reputatuſque fuerit uti Protonotarius, nam ſicuti ſubſtinentur actus ab eo geſti, ita ejus Beneficia erunt reſervata, n. 124.

122 *Ad effectum Reſervationis magis attenditur factum, quam jus.*

125 *Officialis deputatus per Breve, quod poſtea falſum detegitur, ſi antea fuerit reputatus verus Officialis, illius Beneficia erunt reſervata.*

126 *Protonotariatus* Romæ *collatus non a Papa, ſed ab alio inferiori, an reſervationem inducat?*

127 *Creatio Protonotariorum eſt actus voluntariæ Juriſdictionis, qui exerceri poteſt à Legato extra Provinciam, etiam in non ſubditum.*

128 *Limita ſi Legatus prohibitus ſit ſpecialiter actum præſatum exercere extra Provinciam, prout illius exercitium ei interdicitur in Urbe.*

129 Proconſul *nonniſi egreſſus ab Urbe aſſumebat Inſignia, & exercebat ea, quæ erant voluntariæ Juriſdictionis, juxta* Text. in l. 1. ff. de Offic. Proconſul.

Explicatur in quibus terminis procedat dicti Text. diſpoſitio, n. 135. & 136.

130 Jura loquentia de Proconſule locum ſibi vindicant etiam quoad Legatos.

131 Legati à Latere, & Epiſcopi Romæ morantes prohibentur exercere ea, quæ ſunt voluntariæ Juriſdictionis ex defectu poteſtatis, & non in ſolum Pontificis obſequium, & reverentiam, & n. 132.

Et dum actum aliquem in Urbe exercent, Datam ponunt extra aliquam illius Portam, perinde ac ſi ab illa exiiſſent. dict. n. 131.

133 Contrarium, quod actus ereandi Protonotarios, conferendi Beneficia, aliique juriſdictionis voluntariæ, exerceri poſſint a Legatis, Nunciis, Epiſcopis Aſſiſtentibus &c. etiam in Urbe præſente Summo Pontifice. & n. 137.

Et ita pluries in praxi ſervatum. n. 138.

Proindeque Beneficia Protonotariorum, qui in Urbe non a Papa, ſed ab Inferioribus creantur, eſſe reſervata, reſolutum fuit a Congregatione particulari. ibid.

134 Actus præfati voluntariæ Juriſdictionis, qui in Urbe explentur, etſi fingantur extra Urbem fieri ob reverentiam Pontifici debitam, ſtylus tamen iſte, illos non irritat, ſi non ſervetur.

136 Legati, aliique inferiores ereando Protonotarios non utuntur auctoritate Ordinaria, ſed Apoſtolica, & delegata, & Protonotarii ereati cenſentur ab ipſo Papa.

139 Protonotariatus, qui concedi ſolent à Comitibus Domus Sfortiæ, non inducunt Reſervationem.

Eoſque Secretaria Brevium non admittit. ibidem.

140 Quemadmodum nec reſervationem inducunt Protonotariatus conceſſi a Cardinalibus, qui creantur Legati occaſione aperiendi Portas Sanctas, quos pariter Secretaria Brevium non agnoſcit.

141 Protonotariatus non ceſſat per promotionem ad Epiſcopatum.

143 Auditor Contradictarum, & Auditores Rotæ numerantur inter Officiales contentos in Extravag. ad Regimen, eorumque Beneficia ſunt obnoxia reſervationi perſonali.

144 Intellige quoad Auditores Rotæ dummodo ſint recepti, & admiſſi inter alios Auditores, ſecus ſi tantummodo creati.

145 Correctores, necnon Scriptores Litterarum Apoſtolicarum ſunt Apoſtolicæ Sedis Officiales.

146 Pœnitentiarii S. Sedis ſunt & ipſi Officiales in dicta Extravag. contenti.

147 Prout illi, qui ſubſunt Pœnitentiario Majori, quales ſunt Notarii Pœnitentiariæ, & num. 246.

Necnon ejuſdem Pœnitentiariæ Conſultor, dictis n. 147. & 246.

148 Extravag. ad Regimen comprehendit Officiales tam majores, quam minores, ſive eligantur à Papa, ſive ab alio eum repræſentante.

149 Abbreviatores itidem inter Officiales Sedis Apoſtolicæ numerantur. Et de eorum officio, & tempore inſtitutionis. Remiſſive.

150 Et omnium Beneficia ſunt reſervata, ſive ſint Abbreviatores de Parco majori, ſive minori, etſi non omnes adeſſent tempore editionis Extravag. ad Regimen, & n. 216. & 245.

151 Cappellani Pontificis inter Officiales Sedis Apoſtolicæ numerantur.

152 Etiamſi fuerint Cappellani honoris.

153 Eorumque Beneficia remanent reſervata, tametſi poſtea Cappellani eſſe deſierint.

154 Cappellanorum appellatione veniunt etiam Acolyti, quamvis tempore promulgatæ Extravag. non adeſſent.

155 Et ſive fuerunt Acolyti ereati a Papa, ſive a Cardinali Legato.

156 Sed Beneficia Acolytorum, qui ereantur a Cardinali Legato non ſunt reſervata.

157 Beneficia Acolytorum uti Acolytorum, non ſunt reſervata, ſed reſervatio oritur ex quo ſunt familiares Papæ.

158 Acolytorum officia, quæ prius erant venalia, ſuppreſſit Alexander VII. eorumque loco ſubrogavit Votantes Signaturæ.

159 Cantores Papæ non ſunt Cappellani, nec eorum Beneficia ex hoc capite reſervata, ſed ratione familiaritatis Pontificiæ, qua gaudent.

160 Legati, ſive Nuncii inter Apoſtolicæ Sedis Officiales numerantur, eorumque Beneficia ſunt reſervationi perſonali obnoxia.

161 Rectores Terrarum Eccleſiæ Romanæ enumerantur in Extravag. inter Sedis Apoſtolicæ Officiales.

162 Eorum nomine non comprehenditur Viceſgerens Cameræ in Civitate Avenionenſi.

163 Et veniunt ſolum Rectores, & Præſides Provinciarum, ut ſunt Vicelegatus Avenionen. Marchiæ, aut Campaniæ Gubernator: non autem Gubernatores ſingularum Civitatum, quamvis ſubſint Cardinali Legato.

Redditur ratio. n. 164.

165 Contrarium, quod nomine Rectorum in Terris Eccleſiæ Romanæ veniant etiam Gubernatores ſingularum Civitatum Status Eccleſiaſtici.

166 In Extravag. ad Regimen Beneficia Legatorum, vel Nunciorum, ſeu Rectorum, ac Theſaurariorum reſervantur ubicumque ea vacare contigerit, etiam extra Romanam Curiam, & ultra duas dietas.

167 Hinc Beneficia aliorum Officialium, qui in Extravag. numerantur præter quatuor mox expreſſos, non ſunt reſervata, ſi extra Romanam Curiam, & ultra duas dietas vacent.

168 Contrarium verius. Et adeſt declaratio Alexandri VII. & n. 169. 187. & 262.

170 Et ob id Beneficia eorum, qui Tribunalibus Nunciaturarum Apoſtolicarum inſerviunt, etiamſi in illis decedant, ſunt reſervata.

171 Beneficia officialium comprehenſorum ſub Extrav. ad Regimen ſunt reſervata reſervatione Perſonali, & concurrente alia coæquali reſervatione perſonali conferri non poſſunt a Cardinalibus Indultariis.

172 Ex Protonotariatu, & ſubcollectoratu oritur duplex reſervatio perſonalis coæqualis.

173 Ex officio Militis Pii, aut alterius officii habentis annexum Protonotariatum, & familiaritatem Pontificiam, non oritur duplex reſervatio perſonalis, ſed unica tantum.

174 Hinc ſub Indultis Cardinalium comprehenduntur Beneficia ſimilium Officialium, qui ſunt Protonotarii, & una ſimul Papæ familiares.

175 Omnis benigna capienda eſt interpretatio, ne Indultum Cardinalium ineſſicax, & eluſorium remaneat.

176 Ex duobus officiis diverſæ ſpeciei, & ſeparatim ab eadem Perſona acquiſitis, Officio puta

Militis

Militis Pii, & altero Militis Lauretani, non oriuntur duæ Reſervationes coæquales excluſivæ Indulti Cardinalis.

Redditur ratio, ibidem, & num. 177. 181. 183. & 235.

Contrarium verius, & ita deciſum n. 185. 188. 236. & 237.

Redditur ratio, & reſpondetur deciſioni 32. de Præbendis in antiq. n. 186. & 187.

178 Nova reſervatio adjecta Beneficio ſemel reſervato, nihil operatur. Sed intellige ut in numer. 179.

180 Familiaritas multiplicata non multiplicat reſervationes; ſicque licet quis ex pluribus officiis pluries efficiatur familiaris Papæ, adhuc ejus Beneficia uni ſunt reſervationi obnoxia. & numer. 189.

182 Ex duplici ſubcollectoratus officio in eadem Perſona concurrente non oritur niſi unica reſervatio.

184 Quod ſemel meum eſt, amplius meum effici non poteſt.

189 Beneficia illius, qui fuit Protonotarius ratione Officii Lauretani, aut Pii, & ſimul Scriptor Apoſtolicus, non ſunt duplici reſervationi obnoxia.

190 Reſervatio infixa Beneficiis Officialium per Extravag. Ad regimen eſt localis, & proinde juncta cum alia reſervatione perſonali, non excludit Indultum Cardinalium. & n. 264.

Sunt tamen Beneficia Officialium reſervata reſervatione perſonali vigore Conſtitutionis Pauli III. qui familiaritatem Officialibus præfatis ſuperinduxit n. 196. & 197.

191 Scriptores Apoſtolici quocumque loco mori eos contingat, finguntur mori in Curia.

Et reſervatio, quæ oritur ex vacatione in Curia, dicitur localis, inducta ratione loci ibid. & n. 193.

194 Beneficia Officialium non ſunt reſervata ob ullum reſpectum ad Perſonam, ſed quia cum ſint Officiales, ſunt Curiales.

195 Reſervatio perſonalis oritur ſolum ex Familiaritate, Collectoria, vel Subcollectoria, Curſoratu, & Cubiculariatu, & n. ſeq.

198 Concluſio, de qua ſupra num. 189. non amplius hodie procedit, attenta Conſtitut. Alexandri VII. qua ſancitum fuit, Beneficia Officialium eſſe reſervata non ſolum ratione familiaritatis ſuperinductæ a Paulo III. ſed etiam ſolius Officii, & n. 265.

Ex eadem Conſtit. declaratur, Protonotariatum ex Officio Lauretano, vel Pio deſumtum, & ſcriptoratum ſeparatim acquiſitum conſtituere duas reſervationes coæquales excluſivas Indulti Cardinalium, ibid. & n. 266.

Quid tempore Clementis X. actum fuerit pro obtinenda aperitione oris adverſus dictam Conſtitutionem Alexandrinam? dict. numer. 198.

199 Ex Referendariatu utriuſque Signaturæ, & ex Protonotariatu de numero participantium poſtea acquiſito, inſurgunt duæ reſervationes perſonales coæquales.

Limita ſi utraque Dignitas fuerit unitim acquiſita, quia nempe quis declaretur Protonotarius de numero participantium, & una ſimul Referendarius. ibid.

Aut quia Referendariatus ſit adnexus alicui Officio, prout adnexus reperitur Officio Abbreviatorum, Auditoratui Rotæ &c. n. 200.

201 Contrarium, quod etiam ſi quis una ſimul creatus fuerit Protonotarius, & Referendarius, adhuc ejus Beneficia erunt duplici reſervationi coæquali obnoxia.

202 Beneficia illius, qui fuit familiaris Papæ, & Protonotarius, eſto Officium iſtud obtinuerit intuitu familiaritatis, ſunt duplici reſervatione coæquali reſervata, ac proinde excluſa ab Indulto Cardinalium. Et ita deciſum in Congregatione particulari. n. 203.

204 Duplici reſervationi perſonali ſubjacent Beneficia illius, qui prius fuit Referendarius, & poſtea Auditor Rotæ.

205 Beneficia promoti ad Epiſcopatum non ſunt vigore promotionis reſervata, quia Epiſcopatus non inducit reſervationem, ſed incompatibilitatem.

206 Sed ideo ſunt reſervata, quia Papa, data retentione, manus apponit, unde oritur affectio.

207 Scriptoratus Apoſtolicus, & Abbreviatoria, duplicem gignunt coæqualem Reſervationem.

Quemadmodum duplici reſervationi perſonali ſunt obnoxia Beneficia illius qui fuit Nuncius, & Referendarius, ibid.

Aut Cubicularius, & Scriptor Apoſtolicus. ibid.

208 Familiaritas Cardinalis, & Scriptoratus, ſeu Abbreviatoria duplicem producunt reſervationem perſonalem.

Redditur ratio n. 209.

210 Familiaritas Cardinalis ſuffocatur a familiaritate Papæ ubi agitur favore ipſius Papæ, ſecus in illius præjudicium.

211 Protonotariatus obtentus acceſſorie ad Conclaviſtatum, an inducat unicam, vel duplicem reſervationem? Remiſſive.

212 Officiales plures adſunt, ultra illos recenſitos in Extravag. Ad regimen, etiam poſt ejus editionem creati.

214 Extravag. Ad regimen comprehendit Officiales poſtea creatos, qui contineri poſſunt ſub aliqua ſpecie illorum, qui in ea enumerantur, quique ſunt homogenei cum ſpecificatis.

215 Hinc ſub nomine Cappellanorum, de quibus in Extravag. mentio habetur comprehenduntur Acolyti poſtea creati, quia & ipſi ſunt Cappellani.

217 Quemadmodum Extravag. loquendo de Sedis Apoſtolicæ Notariis, comprehendit Protonotarios creatos à Legatis, Nunciis, aliiſque Inferioribus.

218 Sed an ſub Extravagant. comprehendantur Officiales illi poſtea creati, qui nullam habent homogeneitatem cum Officialibus in ea numeratis?

Proponitur ſententia Negativa, quæ probatur tum ex contextu ejuſdem Extrav. Tum ex Regul. I. Cancellar. tum ex Conſtit. Alexandri VII. numer. 219. 228. 229. 230. 231. 234. & 239.

Explicantur DD. contrarium ſentientes. n. 234.

Et refertur reſolutio Congregationis particularis, num. 233.

220 Hinc ſub Extravag. Ad regimen non comprehenduntur Auditor Cameræ, ejuſque Locumtenentes, & n. 222. & 227.

Contrarium n. 245.

221 Nec Clerici Cameræ Apoſtolicæ, & Procuratores Contradictarum, & n. 224. & 225.

223 Minuſque obtinentes Officia Militiarum vacabilium.

229 Dictio videlicet de ſui natura eſt reſtrictiva, quando diſpoſitio minus includit quam id, quod exponitur. & n. 240.

238 Milites S. Petri ſunt Sedis Apoſtolica Officiales ex Conſtit. 3. Pauli III. & n. 267.

241 In quæſtione, de qua ſupra n. 218. proponitur contraria ſententia, quod Extravag. Ad regimen. indiſtinctè comprehendat omnes, & quoſcumque Officiales poſtea creatos; Et ita deciſum anno 1707. n. 269.

Referuntur Doctores hanc ſententiam propugnantes. n. 244.

Amplia, ſive agatur de Officialibus comprehenſis ſub aliqua ſpecie enumerata in Extravag. ſive de aliis nullam habentibus homogeneitatem, & ſimilitudinem cum enumeratis. Et redditur ratio n. 252.

242 Extravag. loquitur generaliter, & indiſtinctè de Officialibus Sedis Apoſtolicæ; & verba quæ ſequuntur, videlicet Camerarii &c. ſtant declarative.

243 Dictio videlicet in dubio eſt declarativa.

Et ſi dictio præfata in Extravag. ſtaret taxative, ſequeretur abſurdum, quod eſſent reſervata Beneficia Scriptorum, Abbreviatorum &c. & non illa obtenta per Datarium, Secretarium Brevium, alioſque Officiales majores, qui in Extravag. non numerantur. numer. 258.

247 Comprehenditur ſub Extravag. Subſecretarius, ſeu Scriptor Litterarum in Tribunali Sanctiſſimæ Inquiſitionis.

248 Regula I. Cancellariæ amplectitur omnes, & quoſcumque Officiales Sedis Apoſtolicæ.

249 Regula XXXII. qua excipit Cardinales a præſtando conſenſu in proviſione Beneficiorum familiarum, qui fuerint Officiales, indiſtinctè Officiales omnes comprehendit.

250 Regula LVI. qua inducitur reſervatio ex capite Officialatus, indiſtinctè omnes amplectitur Officiales, abſque reſtrictione ad enumeratos in Extravag. Ad regimen.

251 Cardinalibus conceditur in Indulto facultas conferendi Beneficia tam Officialium, qui in Extravag. numerantur, quam aliorum quorumcumque præſentium, & futurorum.

253 Lex generaliter loquens comprehendit Perſonas quomodocumque exiſtentes.

254 Protonotarii honoris ſunt Officiales, & per conſequens comprehenſi ſub Extravag. Ad regimen.

255 Lex generaliter loquens de Monaſteriis hactenus exiſtentibus, porrigitur etiam ad Monaſteria poſtea ædificata.

Beneficia Officialium ſunt reſervata propter connexionem, quam ipſi habent cum Sede Apoſtolica, cui inſerviunt, & ob reverentiam debitam Summo Pontifici, qui illos ſub ſua tutela recipit. ibid.

257 Hæc ratio applicatur tam Officialibus enumeratis in Extravag. Ad regimen quam aliis poſtea creatis.

258 Reſervationes contentæ in Extravag. Ad regimen ſunt favorabiliter interpretandæ.

Maxime ubi agitur non contra Ordinarios, ſed contra Cardinales Indultarios. ibid.

260 Extravag. reſervando Beneficia Commenſalium, amplectitur generaliter omnes, & quoſcumque Pontificis Commenſales.

261 Et reſervando Beneficia vacantia per obitum Officialium, comprehendit omnem vacandi modum.

263 Conſtitutio Pauli III. qua Officiales declarantur etiam familiares, comprehendit tam Officiales enumeratos in Extravag. Ad regimen, quam alios poſtea creatos.

268 Conſtitutio Alexandri VII. etſi loquatur de Officialibus enumeratis in Extravag. adhuc tamen amplectitur Officiales poſtea creatos.

270 Beneficia Officialium ſunt reſervata, etiamſi tempore obitus Officiales eſſe deſierint.

271 Redditur ratio, quia dimiſſo Officio, durat adhuc familiaritas Pontificis ei ſuperinducta.

272 Et Beneficium ſemel affectum, ſemper remanet affectum, extincta etiam reſervatione.

273 Ea Beneficia Officialium ſunt, dimiſſo etiam Officio, reſervata, quæ ipſi durante Officio obtinebant, ſecus quæ poſt dimiſſum Officium acquiſierunt.

274 Non ſufficit ad effectum reſervationis, quod durante Officio jus habuerint ad rem, ſed requiritur jus in re.

275 Et ſufficit jus in re, etiamſi alter de facto poſſideat.

276 Imo ſat eſt, quod durante Officio Beneficium obtineant de facto permanendo in illius poſſeſſione, dummodo jus non ſit penes alium.

277 Congruum eſt, quod Regulæ I. fiat additio de beneficiis, in quibus, ſeu ad quæ jus Officialibus competit, ſeu competierit.

278 Dimiſſo Officio, Beneficia prius obtenta non remanent amplius reſervata, ſed affecta, & n. 279. & 283. 286.

Et an hujuſmodi affectio, reſultans ex dimiſſo Officio, ſit ejuſdem naturæ ac ipſa reſervatio perſonalis, ita ut cum altera reſervatione perſonali juncta, excludat Indultum Cardinalis? numer. 287.

280 Contrarium, quod in eis duret adhuc Reſervatio, nec locum ſibi vindicet affectio, & n. 282. 284. & 285.

281 Hujuſmodi tamen reſervatio non eſt clauſa in corpore juris, nec eſt inducta ratione loci, ſed ratione Perſonæ.

288 Beneficia obtenta poſt dimiſſa Officia, quæ habent adnexum Protonotariatum, ſunt reſervata, quia ex Conſtit. Leonis X. Officiales adhuc dimiſſis Officiis remanent Protonotarii.

289 Et ad tollendum omne dubium clare à temporibus Sixti V. hoc exprimitur in Regula I.

290 Idque locum ſibi vindicat, ſive agatur de Officiis contentis in Extravag. Ad regimen, ſive de aliis ibidem non expreſſis.

Et ita ſervatum anno 1699. n. 291.

292 Beneficia Officialium ſolum ſunt reſervata, ſi vacent per obitum, quia Extravag. Ad regimen ad hunc caſum reſtringit reſervationem, quæ cum ſit odioſa, ad alios non eſt extendenda.

293 Contrarium, quod ſint reſervata quomodocumque vacent, ſive per mortem naturalem, ſive civilem.

Et Extravag. ſolum exprimit vacationem per obitum, quia frequentior eſt aliis, ſed non excludit alios vacandi modos. n. 299.

294 Beneficia Protonotariorum non poſſunt coram Ordinariis permutari, ſed adeundus eſt Papa.

295 Finis reſervandi Beneficia Officialium, alius non fuit, quam providendi gratia Benemeritis Perſonis, & conſulendi Regimini Eccleſiarum.

297 Beneficia familiarium Papæ ſunt reſervata, etiam ſi aliter, quam per obitum vacent.

298 Diſpoſitio cap. Præſenti, de Præbend. in 6. extendens reſervationem cap. 2. eodem tit. ad Beneficia eorum, qui intra duas dietas decedunt,

com-

comprehendit etiam Beneficia in dictis locis vacantia per Profeſſionem, contractum Matrimonii, aliumque modum ſivilem.

300 *Verbum* vacatio *eſt generale, aptum comprehendere nedum vacationem per obitum, ſed ex quocumque alio modo reſultantem.*

1 QUarto reſervantur in *Extravagant. Ad regimen* per hanc Regulam I. innovata Beneficia Cardinalium, & Officialium Sedis Apoſtolicæ; hanc-
2 que reſervationem primum induxiſſe Urbanum V. ſcribit *Burſat. conſ.* 126. *n.*97. Reſpectu eorumdem Officialium emanarunt duæ Conſtitutiones reſervatoriæ, nempe *Extravagans Ex debito, de Electiom.* quæ diſpoſuit, Officiales in ea nominatos intelligi
3 mori *in Curia*, & *apud Sedem*, ex qua fictione conſequebatur reſervatio inducta favore Curiæ, & ratione loci: Sed conſtitutio præfata temporalis fuit, & cum Conditore ſuo expiravit, *Lotter. de re Beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 32. *n.* 30.

4 Altera Conſtitutio fuit Bonifacii VIII. in *cap. Præſenti, de Præbend. in* 6. ſed cum per illam Pontifex non diſpoſuiſſet explicite de Beneficiis singu-
5 lorum Officialium, ſed implicite ſub generali appellatione, *Curialium*, *Lotter. loc. cit. num.* 35. hinc Benedictus XII. *in Extravaganti Ad regimen*, eoſdem Officiales deſignavit, videlicet *Camerarii, Vicecancellarii, Notariorum &c.* atque ideo Officiales
6 ibidem expreſſi continentur appellatione *Curialium*, ut loquendo *de Auditoribus Rotæ* tradit *Gemin. conſ.* 92. necnon *de Camerario, Vicecancellario, Abbreviatoribus*, & *Collectoribus*, plene *Lotter. de re Beneſ. lib.* 2. *quæſt.* 32. *n.* 85. & 86. & *de Protonotariis* idem *Lotter. n.* 101. quod tamen quomodo ſit intelligendum, infra declarabimus.

Beneficia igitur Cardinalium ſunt reſervata, &
7 quidem, ſive ante, ſive poſt promotionem fuerint obtenta, *Hieronym. Paul. in Prax. Cancellar. §. de Beneficiis general. reſervat. verſ. Item Beneficia Cardinalium, Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 45. *Faber. in Codic. lib.* 1. *tit.* 2. *definit.* 16. *& definit.* 17. & utrobique *Scoppa in Explanat. Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 27. *n.* 48. *&* 85. *Card. de Luc. de Beneſic. diſc.* 103. *num* 4. *Tondut. Quæſt. Beneſic. part.* 2. *cap.* 3. *§.* 5. *num.* 1. *Rota poſt Novar. in ſumm. Bullar. deciſ.* 29. *num.* 11. *& coram Molines deciſ.* 883.

In controverſiam aliquando revocatum fuit, an
8 Cardinalis, vigore Indulti, conferre poſſit Beneficia obtenta ab alio Cardinali defuncto? Et res primo intuitu carere videbatur difficultate, quia non concurrente alia reſervatione, niſi unica tantum deducta *ab Extravag. Ad regimen.* ſicuti Cardinalis conferre valet Beneficia aliorum Officialium ibi-
9 dem numeratorum; ita & illa, quæ Cardinalis defunctus obtinebat, juxta punctualem Deciſionem *Creſcentii* la 3. *de Privileg.* quam ſequuntur *Gomeſ. ad Regul. Cancell. in Proœm. §.* 4. *num.* 5. *& ſeqq. Granuc. ad Simonet. de Reſervat. quæſtio* 35. *n.* 46. *in fin. Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 24. *num.* 75. *Mart. Digeſt. tit.* 6. *verb. Indultum, cap.* 13. *Germon. de Indult. Cardinal. §. Etiam ex eo, ſub n.* 41. *&* 42. *& §. Præterquam, ſub num.* 7. *Borell. in ſumm. deciſ. tit.* 20. *de Beneſic. collat. num.* 392. *Maſſobr. in prax. haben. Concurſ. prælud.* 26. *dub.* 12.

10 At contrariam ſequuti ſunt ſententiam *Card. de Luc. de Beneſic. diſc.* 103. *num.* 4. *Anton. Auguſtin. in Epitom. deciſ. apud Rub. ſingul. tom.* 1. *pag.* 184. *num.* 5. *& pag.* 188. *num.* 3. *Scopp. ad Fabr. in Codic. explanat. ad definit.* 16. *n.* 9. Et in terminis Le-
11 gati, qui & ipſe habet Privilegium conferendi Beneficia reſervata, quod conferre non poſſit Beneficium vacans per obitum Cardinalis, reſolutum fuit a *Senatu Pedemontano* apud *Fabr. in Codic. lib.* 1. *tit.* 2. *definit.* 16. Et hanc ſententiam uti veriorem late propugnavi in Rota, ſcribens in una *Corduben. Beneficiorum*, ex pluribus rationibus.

Primo, quia licet olim ea eſſet Curiæ opinio, quod Indulta nihil tribuerent de novo, ſed ſolum removerent obſtacula reſervationum, itaut Cardinalis Ordinarius collator de Beneficiis reſervatis diſponeret jure ſuo primævo, perinde ac ſi reſer-
vationes non emanaſſent; attamen poſt ſuperven- 12
tam Conſtitutionem 59. *ſan. memoriæ Urbani VIII.* altera invaluit opinio, quod Indulta jus delegatum continent, ideoque firmis remanentibus reſervationibus, Cardinalis Indultarius conferre dicatur jure delegato Papæ, ac uti in illius locum ſubrogatus, ut late firmat *Cardinal. de Luca diſc.* 1. *num.* 36. *&* 37. *de Beneſic. & in Summ. n.* 32. *alter de Luc. ad Ventrigl. tom.* 2. *annot.* 2. *§.* 1. *num.* 10. *in fine, Amayd. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 53. *Rot. cor. Dunoz. deciſ.* 483. *n.* 7. *deciſ.* 298. *n.* 17. *deciſ.* 329. *n.* 22. *part.* 9. *Recent. & in Mediolanen. Omnionis* 3. *Julii* 1684. *§. etenim cor. Urſino* cum aliis. de quibus *in Comment. in Regul. IX. §.* 3. *num.* 46. *& pluribus ſeqq.*

Ex quo principio ſequitur, quod hodie Cardinales Indultarii non poſſunt conferre omnia Beneficia reſervata tamquam ex ceſſatis reſervationibus, ſed
tantum ea, quæ Papa ſpecialiter ipſis conceſſit, & 13
in quibus voluit eos conſtituere Vicarios, & Delegatos, attendendo diligenter formam, & tenorem ipſius Indulti, ut ait *Tondut. reſol. Beneſ. part.* 2.
cap. 3. *§.* 5. *num.* 19. In Indultis autem, quæ 14
DD. Cardinalibus conceduntur, nulla fit mentio de Beneficiis vacantibus per obitum Cardinalium, ſed tantum certæ, & particulares reſervationes comprehenduntur, ſcilicet *ratione Menſium, aut quod illa obtinentes fuiſſent familiares ficti Prædeceſſorum Pontificum, aut Sedis Apoſtolicæ Notarii, Subdiaconi, Archipresbyteri, Cappellani, Litterarum Apoſtolicarum Scriptores, Abbreviatores, Cubicularii, Nuncii Apoſtolici, & Subcollectores.* Unde cum præter has Perſonas, nulla de cætero fiat mentio Cardinalium, ſequitur, quod Indultum ad dictas reſervationes reſtrictum, non poſſit extendi, nec capere diverſam illam reſervationem ex *Cardinalatu* provenientem, & pro qua ſpecialis,
& individua mentio requirebatur, *Rota deciſ.* 1. *de* 15
Offic. Legat. in antiq. cor. Verall. deciſ. 85. *per tot. par.* 2. *coram Cerra deciſ.* 862. *num.* 6. *deciſ.* 14. *n.* 8. poſt *Novar. in ſumm. Bullar. & deciſ.* 303. *n.* 23.
part. 17. ubi quod Indulta Cardinalium non com- 16
prehendunt Beneficia *Conclaviſtarum*, quia de eis non faciunt expreſſam mentionem, cum aliis in *dec.* 518. *num.* 15. *part.* 19. *tom.* 2. *Recent.* Adſtipulante generali Regula, quod juriſdictio, delegata num-
quam extenditur ad Perſonas in reſcripto non nomi 17
natas, de qua cæteris relatis *Rot. dec.* 400. *num.* 36. *part.* 18. *Recent.* ex ratione *Text. in cap. Cui* 27. *de Præbend. in* 6. -- ibi -- *Non enim hujuſmodi mandata, quorum fines diligenter ſervari oportet, debent ad caſus alios, quam expreſſos extendi.*

Quin refragari valeant ſubſequentia Indulti ver-
ba -- *ſeu quicumque alii dictæ Curiæ, & Sedis Offi* 18
ciales, quaſi tamquam generalia comprehendant etiam Cardinales; quia ea adaptantur Officialibus ſimilis ſpeciei ſupra expreſſis, ut denotat dictio *alii* ſimilitudinem importans, *leg. Si fugitivi, ubi gloſſ. Cod. de ſerv. fugitiv. Manſ. conſult.* 499. *num.* 18. *& conſult.* 541. *n.* 10. *Rot. coram Coccin. dec.* 444. *num.* 3. *coram Prial. deciſ.* 221. *num.* 6. *coram Buratt. deciſ.* 272. *num.* 10. *& in Recent. deciſ.* 126. *n.* 9.

n. 9. dec. 284. num. 26. par. 18. tom. 1. non autem
comprehendunt Cardinales, qui ſunt quidem pars
19 Curiæ, Aſſeſſores, ſeu Conſiliarii Pontificis, in
partem ſollicitudinis vocati *Card. Albic. apud Card.
de Luc. de Juriſdict. diſcept. 2. quæſt. 2. num.* 20. ſed
non ſunt Sedis Apoſtolicæ Officiales; quod etiam
evincitur ex quo tam in *Extravag. Ex Debit. de
Elect.* quam in *Extravag. Ad regimen*, & in Con-
cordatis Germaniæ, Papa ponit tamquam diverſos
Cardinales, & *Officiales*, & unam reſervationem
inducit ex Perſona *Cardinalium*, & alteram diver-
ſam ex Perſona *Officialium*, quod oſtendit, Cardi-
nales non venire appellatione Officialium, ad tra-
dita per *Rot. deciſ.* 3. *n.* 2. *de Privileg. coram Creſ-*
20 *centio.* Ultraquod clauſulæ generales non compre-
hendunt ea, quæ Papa non eſſet facile conceſſurus,
& illæ poſt caſus ſpecificatos adjectæ, majora ex-
preſſis non comprehendunt, ut dixerunt *Ubaldus*,
& Veroſpius in Voto impreſſo apud *Gratian. diſce-
ptat.* 982. *n.* 20. *&* 22.

Secundum, quod adducebam fundamentum erat,
quod Pontifices quando concedere voluerunt Car-
dinalibus facultatem conferendi Beneficia ex *Cardi-
nalatu* reſervata, talem reſervationem expreſſe in
ipſo Indulto ſpecificarunt, prout facere conſueve-
21 runt in Indultis Cardinalium Nepotum, & eorum,
quos amplioribus gratiis, & favoribus proſequi vo-
luerunt: Sic in Indulto ab Urbano VIII. *die* 27.
Septembris 1639. conceſſo Cardinali *Barberino* le-
gitur expreſſum -- *Ac etiam ſi illa per mortem Car-
dinalium, aut Epiſcoporum, aut quorumcumque
aliorum contentorum in Extravag. Ad regimen &c.*
eadem expreſſio habetur in Indulo ab eodem Ponti-
fice conceſſo Cardinali Hieronymo *Columnæ* affini
ſuo; prout etiam legitur in Indulto, quod Eminen-
tiſſimo Domino Cardinali *Ottobono* elargitus eſt ſan.
mem. Alexander VIII. *ſub Datum* 14. *Novembris*
1689. ex quibus duo eliciuntur, primum, quod ſi
Papa dum vult ſub Indulto comprehendere Cardi-
nalium Beneficia, ſpecialiter id exprimit, jam pa-
tet ſub generalitate eos non contineri, ut conſide-
rat *Ancaran. conſ.* 295. *num.* 4. -- ibi -- *Plus expri-
mit cum intendis comprehendere Cardinales, nam
eos ſpecialiter ſpecifice nominat, prout ibi patet,
quod eſſet ſuperfluum ſi includerentur ſub generalita-*
22 *te* -- Et ſecundum, quod hæc diſcretiva, & diver-
ſa formula concipiendi Indulta, arguit, quod in
Indultis, in quibus facultas conferendi Beneficia va-
cantia per obitum Cardinalium non legitur, non
fuerit comprehenſa, ſed excluſa *ad Text. in leg. Cum
Prætor ff. de Judic. Rot. coram Caputaq. deciſ.* 85. *n.*
1. *part.* 1. cum aliis *apud Dunoz. Jun. deciſ.* 632. *n.*
11. *& in Rec. deciſ.* 599. *n.* 9. *part.* 18. *n.* 2. *& deciſ.*
883. *n.* 21. *&* 22. *coram Molin.*

Tertio, proponebam conſiderandum, quod Car-
23 dinales Indultarii conferre hodie non poſſunt Bene-
ficia familiarium alterius Cardinalis, etiam præmor-
tui, propter clariſſimas Conſtitutiones *Gregorii XIV.*
19. & *Pauli V.* in ordine *la* 58. quas ad unguem
ſervari debere, in ipſo Indulto diſponitur, & tra-
dunt *Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 32. *n.* 93.
& ſeqq. Coccin. adnot. 40. *per tot. Rot. coram eo-
dem deciſ.* 1632. *numer.* 38. *uſque ad fin. & deciſ.*
1498. *num.* 2. & late dicemus in *Comment. in Re-
gul. IV.* §. 4. eſtque praxis hodie inconcuſſa, at-
atque notoria. Si itaque Summus Pontifex in his
Indultis non elargitur Cardinalibus facultatem con-
ferendi Beneficia familiarium, multo magis dicen-
dum eſt, quod impertiri noluerit poteſtatem confe-
rendi Beneficia ipſorum Cardinalium, ad evitandum
24 hoc maximum abſurdum, & inconveniens, quod
denegaverit id, quod eſt longe minus, nempe Be-
neficia familiarium, & conceſſerit Beneficia ipſorum
DD. Cardinalium, id quod eſt incomparabiliter ma-
jus; argumento a majori ad minus, quod in jure Ca- 25
nonico validum eſt ad *Text. in cap. Cum in cunctis, de
election. cap. Licet de Teſtib.* cum aliis apud *Gonzal.
ad Regul.* 8. *gloſſ.* 9. §. 2. *n.* 24. *&* in noſtris terminis
bene perpendit *Card. de Luc. dict. diſc.* 103. *n.* 4. *de
Benef. in ſupplem.*

Quarto demum indubitatum eſt, non poſſe Car-
dinales Indultarios conferre Beneficia, quæ veri
familiares Pontificis, dum viverent obtinebant; un- 26
de retento eodem argumento de majori ad minus,
dicendum eſt, non poſſe fortiori ratione conferre
Beneficia Cardinalium, qui longe potiori jure ſunt
comprehenſi ſub Regulis loquentibus de Beneficiis
familiarium Papæ, ut declaravit expreſſe *Julius III.* 27
anno 1553. in Decreto quod extat impreſſum poſt
ejus Regulas Cancellariæ; In eo namque præmittit
Pontifex, quod cum quidam *nimium ſcrupuloſi* du-
bitarent, an Beneficia Cardinalium comprehenderen-
tur ſub reſervatione familiarium continuorum Com-
menſalium Papæ, ipſe conſiderans, quod eorum o-
pera præ cæteris familiariſſime utebatur, & propter-
ea adeſſe *majorem rationem* reſervationis Beneficio-
rum per Cardinales obtentorum, quam in ſuis fami-
liaribus, ideo ad tollendam hujuſmodi dubitationem
voluit, & ordinavit, quod Beneficia Cardinalium
ſub reſervatione hujuſmodi comprehendantur, &
quod Regulæ Cancellariæ, aliæque Diſpoſitiones,
ac Indulta Apoſtolica de Beneficiis familiarium con-
tinuorum Commenſalium loquentia, in Beneficiis per
eoſdem Cardinales obtentis, locum habeant, &
ſuum plenarium ſortiantur effectum. Unde poſito
tali Decreto, dubitari non poteſt, eſſe Beneficia per
Cardinales obtenta regulanda, ſicuti regulantur ea,
quæ vacant per obitum cæterorum Pontificis fami-
liarium; & quemadmodum iſta non ſunt compre-
henſa ſub Indulto, ita nec comprehenſa cenſentur
Beneficia Cardinalium.

Nec obſtare dicebam, quod ſicuti Pontifex in In-
dulto excipit familiares ſuos, ita excepiſſet Cardina-
les, ſi noluiſſet eorum Beneficia ſub Indulto com- 28
prehendere. Tum quia id procederet ſi Indultum
eſſet generale, itaut comprehendere poſſet reſerva-
tiones etiam ex capite *Cardinalatus*; ſed cum illud
ſit reſtrictum ad certas Perſonas ibidem enumeratas,
non poteſt ab exceptione ſumi argumentum pro ex-
tenſione Indulti ad caſus ſub Regula non compre-
hensos, reſiſtente vulgato principio, quo edocemur,
quod exceptio non amplíat regulam ad caſus ſub
diſpoſitione non comprehenſos, de quo in terminis 29
Indulti *Rot. deciſ.* 518. *n.* 30. *& ſeqq. part.* 19. &
bene *nota marginalis ad deciſ.* 434. *Putei lib.* 1.
Tum quia ſub hac eadem exceptione *Familiarium
ſuorum* comprehenduntur Cardinales, & quia ipſi 30
ſunt familiares Pontificis, & quia ſi iſte voluit ſuæ
diſpoſitioni reſervare Beneficia ſuorum familiarium,
à fortiori dicendum eſt, voluiſſe quoque reſerva-
re Beneficia Cardinalium ad tenorem dictæ Decla-
rationis *Julii III.* Tum demum, quia etiam ſi Pa-
pa non expreſſiſſet ſuos familiares, adhuc ſub In-
dulto, ut cumque clauſulis generalibus concepto, 31
non veniſſent Beneficia Cardinalium, *Puteus deciſ.*
434. *lib.* 1. Ergo etiam in præſenti, tametſi Bene-
ficia Cardinalium non ſint excepta, adhuc compre-
henſa non cenſentur.

Atque ex his concludebam, non applicari fun-
damenta olim deducta in Deciſione *Creſcentii la* 3. 32
de Privileg. Ibi enim tres rationes expenduntur.
Prima, quod Cardinales non ſunt familiares Pon-
tificis, quæ ratio, aut hodie vera non eſt, ſtante
dicta Declaratione *Julii III.* promulgata longe poſt 33
Deciſio-

Deciſionem *Creſcentii*, qui ſub *Paulo III.* jam fue-
rat ad Purpuram promotus, aut non applicatur ex
ſupradicto argumento, quo pariter uſus eſt idem *Ju-
lius III.* quod ſi Cardinalibus non iodulgetur colla-
tio Beneficiorum, quæ familiares Pontificis obtine-
bant, a fortiori indulgeri non debent Beneficia a-
liorum Cardinalium, in quibus major ratio urget.
Hinc ad dictam Declarationem *Julii III.* bene ad-
vertens laudatiſſimus Vir *Antonius Auguſtinus* olim
ſub eodem *Julio III.* Rotæ Auditor, poſtquam in
epilogum reduxit Cooclusionem in Deciſione *Creſ-
centii* firmatam, & a *Gomeſio* relatam, paucis, ſed
ſolidis verbis ſuper ea adnotavit -- *Hodie contra A
A.* -- ideſt *Antonius Auguſtinus*, ut apud *Rub. Sin-
gular. part.* 1. *ad deciſ. Ant. Auguſtini pag. mihi* 184.
tit. de Indulto num. 5.

Alterum Deciſionis fundamentum in eo reſidet,
quod Indultum ſit in præjudicium Papæ conceden-
34 tis late interpretandum. Sed hæc Concluſio vel
non eſt generaliter vera, ut exiſtimarunt *Ubaldus*,
& *Veraſpius* in eorum Voto penes *Gratian. diſcept.*
892. *num.* 23. ubi etiam ſi Indultum conceptum
fuerit generalibus clauſulis; vel non applicatur caſui
præſenti, in quo *non agitur de ſolo intereſſe Papæ,
ſed de intereſſe proviſi Apoſtolici, qui expedivit Bul-
las, & fecit alias expenſas occaſione hujus Proviſio-
nis, & ſic illius reſpectu Indultum venit ſtricte in-
terpretandum*, ut ſunt præciſa verba *Rot. deciſ.* 632.
n. 19. *verſ. non obſtat, coram Dunozett. Jun.* &
comprobatur in dicto *Voto ſub n.* 23. quód in iiſ-
dem terminis ſequitur *Adden. ad Gregor. deciſ.* 291.
n. 20. *Riccius part.* 7. *collect.* 2956. *ſub §. & primo.*
35 Et in omnem caſum non eſſet interpretari favora-
biliter Indultum, ſed iſtud extra ſuos terminos tra-
here, & gratiam non conceſſam, coocedere per
viam interpretationis, quod facere non licet, *Rot.
dict. deciſ.* 632. *num.* 20. *cor. Dunozett. & deciſ.*14.
num. 11. *part.* 16. *Recen.*

Ultima denique ratio *Deciſionis Creſcentii*, quod
per Indulta, remotis obſtaculis, Ordinarius confer-
re poteſt jure primævo, & res ad priſtinam natu-
36 ram revertitur, vera erat de eo tempore, quo in
Romana Curia vigebat hæc ſententia: Sed hodie
poſt Conſtitutionem *Urbani VIII. la* 59. diverſa vi-
get opinio, & ut dictum eſt ſupra, reſervationes
per Indultum non tolluntur, ſed reſervatione ſup-
poſita, Cardinales Indultarii conferunt vice, & no-
mine Papæ Beneficia reſervata, quæ in Indulto ipſis
conceduntur, firmis ad favorem Pontificis remanen-
tibus cæteris reſervationibus, quæ expreſſe in eo non
elargiuntur.

37 Eodemque modo reſpondebam cæteris DD. qui
aut ſimpliciter referunt *Deciſionem Creſcentii*, aut
eadem fundamenta repetunt, prout inter cæteros fa-
cit *Germonius de Indult. Cardinal. §. Etiam ex eo,
num.* 38. *& ſeqq.* qui ulterius ex eo principio move-
tur, quod ſicuti Indultarii conferre poſſunt Benefi-
cia familiarium (prout de tempore *Germonii* hæc
facultas expreſſe concedebatur in Indulto, *Rot. de-
ciſ.* 564. *n.* 13. *& ſeqq. tom.* 3.) ita conferre poſſunt
Beneficia ipſorum Cardinalium: unde eodem argu-
mentandi modo dicendum, quod ſicuti hodie DD.
38 Cardinales conferre non poſſunt Beneficia familia-
rium, propter expreſſam reſiſtentiam Conſtitutio-
num *Gregorii XIV.* & *Pauli V.* ita nec conferre va-
lent Beneficia eorundem Cardinalium, conſiderata
majori ratione, quæ magis in his, quam in familia-
ribus concurrit. Atque ex his rationibus *Rota in
dicta Cordulen. Beneficiorum* cenſuit, Cardinales
non poſſe vigore Indulti conferre Beneficia per obi-
tum alterius Cardinalis vacantia, ut ex Deciſio-
nibus editis 18. *Februarii* 1704. *cor. bon. mem. Mo-
lines* inter impreſſ. *deciſ.* 883. & 12. *Decembris e-
juſdem anni coram bon. mem. Omeña*, quas refert
etiam, & ſequitur *Emminentiſſ. D. Cardinal. Petr. in
Conſtit. Apoſtolic. tom.* 5. *pag.* 18. *a n.* 22.

Vigore itidem Concordatorum Germaniæ ſunt 39
Apoſtolicæ Sedis diſpoſitioni reſervata Beneficia va-
cantia per obitum Cardinalium, *Thomaſſin. de Bene-
fic. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 11. *D. de Sanctis in
Exam. Conſiſt. cap.* 12. *num.* 29. & 107. Qua ra-
tione Canonicatum Cathedralis *Salisburgenſis* va-
cantem per obitum *Philippi Cardinalis de Lamberg.*
ſan. mem. Clemens XI. *Franciſco Aloyſio de Lam-
berg* contulit *ſub datum apud S. Mariam Majorem*
1713. *ſexto Idus Julii anno XIII.*

Eccleſias etiam Cardinales, & Monaſteria electi-
va, quæ a Cardinalibus obtinentur, Pontificis diſ- 40
poſitioni reſervata eſſe vigore eorumdem Concor-
datorum, tradit *Pirbing. lib.* 3. *Decretal. tit. de Præ-
bend. num.* 359. *verſic. Similiter, D. de Sanctis dict.
cap.* 12. *num.* 29. & 107. Et in Actis Conſiſtoriali-
bus ſub Sixto V. *die* 30. *Martii* 1588. hæc legun-
tur -- *Sanctiſſimus Dominus Noſter dixit, quod va-
cante Eccleſia Virdunenſi per obitum Cardinalis de
Vaudemonte, Capitulum Virdunen. prætendebat
Electionem ad ſe ſpectare vigore Concordatorum;
& ideo ipſum commiſiſſe eam Congregationi Cardi-
nalium ſuper rebus Conſiſtorialibus; qui auditis ju-
ribus dicti Capituli, retulerunt; quod dato, &
non conceſſo, quod Concordata intrarent; tamen
proviſionem ad Sanctitatem Suam ſpectare*, CUM
ECCLESIA PRÆFATA VACAVERIT PER OBITUM CAR-
DINALIS.

Conſuevit tamen Sedes Apoſtolica, ex gratia ſpe-
ciali, vel indulgere Cathedralium Eccleſiarum Ca- 41
pitulis facultatem eligendi Succeſſorem in locum de-
functi Cardinalis Epiſcopi, quemadmodum ſan.
mem. Innocentius XII. conceſſit Canonicis *Paſſa-
vienſibus*, ut in locum defuncti *Cardinalis de Lam-
berg* proprium Epiſcopum eligere valuiſſent, ipſique
hujuſmodi indulgentia utentes, elegerunt *Comitem
Rabattam*; vel etiam Eccleſiæ per obitum Cardinalis
vacanti providere ex integro de eadem Perſona 42
prius nulliter electa a Capitulo, quemadmodum ſer-
vavit Clemens VIII. dum Ferrariæ degebat, qui
caſſata electione ad Eccleſiam *Ratisbonen.* vacantem
per obitum Philippi a Bavaria Epiſcopi, & Cardi-
nalis, a Capitulo expleta favore Sigiſmundi *Fride-
rici Fugerii*; Eccleſiæ præfatæ providit de perſona
ejuſdem *Sigiſmundi Friderici*, ut refert *Branden. ad
Concordata Germaniæ pag. mihi* 40. *n.* 12. Et Pau-
lus V. Eccleſiam *Oſnaburgenſem*, vacantem per o-
bitum *Cardinalis Zolleren.* atque ideo Sedi Apo-
ſtolicæ reſervatam, repulſa, & rejecta poſtulatione
facta a Capitulo, & Canonicis de perſona *Fran-
ciſci Gulielmi à Bavaria*, eidem *Franciſco Gulielmo*
contulit ex integro, ut *ex* actis Conſiſtorialibus di-
cti Pontificis 27. *Januarii* 1627. & de utroque
exemplo fit mentio in Relatione Legationis clar.
mem. Cardinalis *Carrafa*, impreſſa apud *D. Pom-
pejum Urſayam in Miſcellan. tom.* 1. *pag.* 80. *n.* 18.

Hinc deſcendentes ad reſervationem Beneficio-
rum, quæ a Sedis Apoſtolicæ Officialibus obtinen- 43
tur, illud notandum eſt, quod Beneficia præfata
non ſunt reſervata ex eo quod eorum poſſeſſores
ſunt *Protonotarii, Scriptores, Abbreviatores &c.*
Sed quia cum ſint tales, ſunt etiam Sedis Apoſto-
licæ Officiales, ut bene advertit *Lotterius de Re
Beneficiaria lib.* 2. *quæſtion.* 29. *n.* 6. & 7. & patet
ex verbis *Extravag.* -- ibi -- *Ac Officialium dictæ Se-
dis, videlicet Camerarii, Vicecancellarii &c.* -- quæ
verba oſtendunt, reſervari Beneficia Officialium;
Sequentia vero, *videlicet Camerarii &c.* ſtant de-
clarative,

clarative, uti adjecta ad declarandum terminum generalem præcedentem, ut latius infra dicemus.

Officiales vero, qui in *Extravaganti Ad regimen* enumerantur, ſunt, I. *Camerarius*, II. *Vicecancel-*
44 *larius*, & III. *Notarii*; Agunt de origine, progreſſu, facultatibus, & prærogativis Camerarii *Cobell. notit. Card. cap. 39. Emus Petr. tom. 3. pag. 265. & 335. Macr. Hierolexic. verb. Camerarius, Card. de Luc. in Relat. Curiæ diſcurſ. 11.* Et de Vicecancellario idem *Card. de Luc. in Relat. Cur. diſcurſ. 10. Cobell. Notit. Cardinal. cap. 17. Van Eſpen in jus Eccleſ. univerſ. part. 1. num. 4. & ſeqq. Sot. in Prohem. Regul. Cancell. §. Item in quantum, Kochier. ibidem numer. 25. & ſeqq. Macr. Hierolexic. verb. Cancellarius.* Et de origine Protonotariorum idem *Macr. verb. Protonotarius, Lotter. de re Beneficiar. lib. 2. quæſt. 28. Franceſ. reſolut. 3. num. 3. & ſeqq. Corrad. in Prax. Diſpenſat. Apoſtolic. lib. 5. cap. 6. à numer. 43. Card. Jacobat. de Concil. lib. 1. art. 5. Rubeus in Reſponſ. de praecedent. Protonotar. impreſſ. in quarta parte ſingul. Rotæ, pag. 488. à num. 20. & ſeqq. Felix Antonius Guarner. de Eccleſ. Milit. lib. 4. cap. 7. Rot. in Burgen. Archipreſbyteratus de Bribieſco 4. Decembr. 1705. §. Nulla cor. bo. me. Anſaldo.*

Hujuſmodi Notariorum tres ſunt ſpecies; Prima
45 eſt Protonotariorum participantium: Secunda creatorum a Papa per Breve, vel à Legatis de latere, aut etiam ab ipſis Notariis participantibus collegialiter congregatis, qui unum tantum Protonotarium ſingulis annis creare poſſunt, vel ab Epiſcopis Pontificio Solio Aſſiſtentibus, Legato Avenionenſi, & Nunciis Apoſtolicis: Et tertia ſpecies eſt illorum, qui Protonotariatum obtinent, vel ratione Officiorum, quando ſcilicet quis ratione alicujus Officii, adnexum habentis Protonotariatum, efficitur Protonotarius, ut ſunt Scriptores Apoſtolici, Milites Sancti Petri, Milites de Lilio, & alii, *Cobell. d. cap. 18. verſic. Sed quoniam, Queſada in notis ad Regul. 1. Cancellar. verſic. Declaramus, nihilominus cum ſeq. Frances dict. reſolut. 3. num. 9.* vel ratione Canonicatuum, aut Dignitatum, quibus ex Privilegio Apoſtolico hujuſmodi Protonotariatus Officium eſt adnexum, prout ſunt Canonici trium Baſilicarum Urbis. Et quoad Canonicos Baſilicæ Vaticanæ vidi Conſtitutionem ſa. me. *Sixti IV.* ſub datum *apud S. Petrum* 1470. *nono Kalendas Januarii Pontificatus anno IX.* in qua præ cæteris Privilegiis illud Canonicis præfatis indulgetur, quod recipiuntur in Romanorum Pontificum, & *Sedis Apoſtolicæ Notarios, ac etiam Cappellanos, & familiares continuos Commenſales &c. Ita quod ipſi ſic recepti, vel recipiendi etiam poſtquam Canonici eſſe deſierint, omnibus, & ſingulis Privilegiis, Immunitatibus &c. quibus Romanorum Pontificum, & præfatæ Sedis Notarii, Cappellani, & continui Commenſales niſi ſunt &c. in futurum utantur, & gaudeant.* Quemadmodum Canonicos Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitanæ, ex Privilegio *Sancti Pii V.* eſſe etiam Protonotarios Apoſtolicos, teſtantur *De Magiſtris in Sylv. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 9. numer. 92. Capon. diſcept. 226. numer. 24. & diſcept. 227. numer. 14.*

Omnium autem hujuſmodi generis Protonota-
46 riorum Beneficia ſunt vigore *Extrav. Ad regimen* reſervata, ſive Protonotarii ipſi de numero participantium exiſtant, ſive non; & tam ſi fuerint Protonotarii creati à Papa, quam ſi a Legatis, Nunciis, Epiſcopis Aſſiſtentibus, Legato Avenionenſi, aut Collegio Protonotariorum; idque ea ratione,
47 quia *Extravag. Ad regimen*, & Regula prima Cancellariæ, generaliter reſervant omnia Beneficia *Notariorum Sedis Apoſtolicæ*; unde cum non diſtinguant, nec Nos diſtinguere debemus, ut promiſcue de omnibus loquendo *Mandoſius de Signatura Gratiæ Verb. Protonotarii verſ. Protonotariorum Beneficia, & ad Regul. I. Cancellar. quæſt. 7. Granucc. ad Simonett. de Reſervat. quæſt. 101. num. 1. & 2. Sacchett. de Privileg. Protonotar. pag. 27. verſic. Beneficia, Fabr. de Protonot. cap. 12. num. 1. & ſeqq. Mareſcott. Var. reſolut. lib. 2. cap. 94. numer. 8. & 9. Lotter. dict. lib. 2. quæſt. 28. num. 43. & ſeqq. & quæſt. 29. per tot. Frances dict. cap. 3. & 4.* ubi de Protonotariatu collato a Vice-Legato Avenionenſi, de quo etiam *Tondut. Reſolut. Benefic. part. 2. cap. 3. §. 2. num. 25. & 26. & part. 3. reſol. 200. n. 14. Spada conſ. 53. n. 1. lib. 2. Novar. in Summar. Bullar. Comment. 144. n. 25. part. 1. Ventrigl. in Prax. tom. 2. §. 2. annotat. 2. num. 3. & ibi de Luca num. 1. Ceccoper. Lucubrat. Canonic. libr. 1. num. 123. Card. de Luca de Benefic. in Summ. num. 65. & ſeqq. Roſa de Executor. cap. 7. ſub num. 73. verſic. Idem prorſus, Clericat. diſcord. forenſ. tom. 1. de Benefic. diſcord. 31. num. 1. & 11. Milazo aſſert. 36. num. 1. Piton. tom. 3. diſcept. 70. n. 11.* & hanc opinionem conſtanter ſequitur *Rota*, ut præter antiquiores Deciſiones relatas a *Franceſ. ubi ſupra*, ita *in deciſ. 262. num. 1. part. 15. deciſ. 14. n. 2. & per tot. part. 16. deciſ. 162. part. 17. dec. 476. n. 7. part. 18. deciſ. 665. n. 5. & deciſ. 680. n. 1. & 2. part. 19. tom. 2. Recent. cor. Seraphin. deciſ. 1251. num. 17. & ſeqq. cor. Emerix deciſ. 706. n. 5.* ubi de Protonotario annexo Officio, de quo etiam *in deciſ. 172. part. 4. tom. 2. Recent. cor. clar. mem. Cardin. Caprara deciſ. 131. num. 4.* ubi de Protonotario creato a Collegio Protonotariorum *coram Molines deciſ. 872. num. 9. & ſeqq. cor. clar. mem. Card. Falconer. tit. de Reſcript. deciſ. 3. num. 2. & 7. cor. Lancetta deciſ. 1292. num. 5. in Neapolitana Beneficiorum 29. Januarii 1683. & 29. Novembris ejuſdem anni cor. Albergato*, ubi de Protonotario creato ab Epiſcopo aſſiſtente, *& in Burgen. Archipreſbyteratus de Birbieſco 4. Decembris 1705.*
§. Aut inter cor. Anſaldo, ubi redditur alia ratio, 48
quia etiam iſti Protonotarii extra numerum, ſunt parati ad exercitium eorum muneris, & ſemper exiſtunt de familia Papæ, cum & ipſi ſcribant in ſubſidium Acta Sanctorum, *in Segobien. Beneficii 28. Junii 1726. §. Juſtificatio cor. Criſpolto, & in Colonien. Canonicatus 30. Junii 1732. §. 35. cor. Reverendiſſ. Caleagnino.*

Advertendum tamen, quod Notariorum, ſeu
Actuariorum Beneficia non ſunt reſervata, quia hi 49
non habent Dignitatem, non ſunt familiares Papæ, nec fruuntur inſigniis, & prærogativis, quibus gaudent Protonotarii Apoſtolici, *Rot. in Corduben. Beneficii 9. Maii 1727. §. Non enim cor. Eminentiſſ. Aldrovando*, & facit *Mandoſ. de Signat. Grat. tit. Protonotarii §. Protonotarii in fin. pag. mihi* 122.

Fuit aliquando in controverſiam revocatum, an 50
Reſervationi hujuſmodi ſubjaceant Beneficia obtenta a Protonotariis creatis per Legatos? Dubitandi ratio emergebat a Conſtitutionibus Pauli III. *la 3. & 4.* in quarum prima diſponitur, Protonotarios eſſe veros familiares; in ſecunda vero declaratur, id procedere quoad creatos a Papa, ſecus vero reſpe-
ctu creatorum a Legatis, quos declarat eſſe fictos 51
familiares, ut dicemus infra in *Commentar. in Regul. IV. §. 5.* Verum reſpondi id non officere Reſervationi, quæ ex duobus Capitibus ortum habet, ſcilicet ab Officio, & a familiaritate; hinc ſublata familiaritate, adhuc remanet Reſervatio ratione Officii, cum æque Officiales ſint Protonotarii Participantes,

ac

ac non Participantes, ſive a Papa, ſive a Legatis
52 creentur. Eſt & alia ratio, quia *Paulus III.* non
ſuſtulit familiaritatem, ſed ſolum declaravit, Proto-
notarios creatos a Legatis eſſe fictos familiares; ficta
53 autem familiaritas dubio procul reſervationem indu-
cit in præjudicium Ordinariorum, *Franceſ. d. cap.* 3.
num. 16. *& ſeqq. Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 25. *n.*22.
& ſeqq. Lotter. de re Beneſic. lib. 2. *quæſt.* 29. *n.* 16.
Mandoſ. ad hanc Regulam quæſt. 7. *ſub n.* 4. *verſic.*
Quantum vero, *Buratt. deciſ.* 706. *num* 6. *Card. de*
Luc. de Beneſic. diſcurſ. 142. *num.* 4. *& n.* 11. *&* 12.
Rot. coram Coccin. dec. 1059. à *n.* 7. & ſatis æquum,
& rationabile eſt, quod Papa conferat Beneficia
per iſtorum familiarium obitum vacantia, ut dixit
Rot. in dicta Burgen. Archipresbyteratus de Birbieſ-
co §. *Aut inter*, & dicemus etiam in *Comment. in Re-*
gul. IV. §. 5.

Major emergit difficultas in terminis Concorda-
torum Germaniæ quoad Protonotarios non partici-
pantes a Papa creatos, an eorum Beneficia ſint re-
54 ſervata? Et pro affirmativa facit ratio, quod in
Concordatis reſervantur Beneficia familiarium, &
eorum, qui ſunt veri Commenſales Pontificis; hu-
juſmodi autem generis, & non fictos Commenſa-
les eſſe Protonotarios non participantes creatos a
Papa, declaravit Paulus III. in laudata *Conſtitut.*
§. 6. E contra vero valde urget, quod in iiſdem
Concordatis reſervantur Sedi Apoſtolicæ Beneficia
55 Protonotariorum participantium tantum: ergo ex-
cluſi cenſentur cæteri Protonotarii non participantes,
etiam a Papa creati, dum incluſio unius eſt exclu-
ſio alterius ad *Text. in cap. Nonne*, *de præſumt. leg.*
Quamvis Cod. de Pignor. leg. Ait Prætor. §. *Sed*
quod Papinian. ff. de Minor.

56 In hac difficultate communiter recepta diſtinctio
eſt, quod aut agitur de Eccleſiis, quæ Concorda-
tis ſubjacent per viam *comprehenſionis*, ut ſunt Ec-
cleſiæ Nationis Germanicæ, & tunc Beneficia ea-
rumdem Eccleſiarum a Protonotariis non participan-
tibus obtenta, immunia ſunt a Reſervatione, cum
Concordata emanaverint per viam pacti, & con-
tractus, quibus proinde non cenſetur derogare vo-
luiſſe Paulum III. per declarationem, quod Proto-
notarii non participantes a Papa creati, ſint veri,
& non ficti illius Familiares, & Commenſales.
Aut agitur de Eccleſiis contentis ſub Concordatis
per viam *extentionis*, & ex Privilegio, ut ſunt Ec-
cleſiæ *Virdunen. Meten. &c.* & hujuſmodi Eccleſia-
rum Beneficia obtenta a Protonotariis non partici-
pantibus, cadunt ſub Reſervatione, quia ceſſante
hoc caſu vi pacti, & Concordati, firma remanet
diſpoſitio Conſtitutionis Paulinæ, per quam ipſi
Protonotarii à Papa creati, declarantur veri fami-
liares, & ejus Commenſales, *Lotter. dict. lib.* 2
quæſt. 28. *à n.* 52. *Frances dict. cap.* 3. *num.* 21. *Fabr.*
de Protonot. cap. 12. *in fin. Mart. de jur. controv.*
tom. 6. *tit. de Protonotar. cap.* 5. *Leuren. in For. Be-*
neſic. part. 2. *quæſt.* 591. *n.* 1. *& quæſt.* 597. *ſub n.*4.
Eminentiſſ. Petra tom. 5. *pag.* 20. *n.* 28. *& ſeqq. Mar-*
tin. Andr. deciſ. 100. *Seraphin. deciſ.* 510. *n.* 7. *Du-*
nozzett. jun. deciſ. 43. *num.* 18. *Cavaler. deciſ.* 230.
num. 3.

57 Poſſunt tamen etiam in ipſis Eccleſiis Germaniæ,
quæ ſunt ſubjectæ Concordatis per viam comprehen-
ſionis, Beneficia Protonotariorum extra numerum
eſſe reſervata, ſi nempe eorum vacatio contingat in
58 Menſibus Apoſtolicis, & quæſtio ſit cum Ordina-
rio habente Indultum conferendi Beneficia reſervata
59 *ratione Menſium.* Obſtaret enim Reſervatio ex Pro-
tonotariatu deſumta collationi Indultarii, qui non
haberet, unde juſte conqueri poſſet, dum tali caſu
nullum Concordatis irrogatur præjudicium, nec mul-
tiplicantur reſervationes in præjudicium Ordinario-
rum Germaniæ, ſed novum vinculum Reſervatio-
nis ex capite Protonotariatus cadit ſuper Beneficio,
quod jam ſpectabat ad Pontificis collationem ratio-
ne Menſis, & conſequenter cadit ſuper re ſua, ut
optime firmat *Ganzal. ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 25. *num.* 22.
& ſequen. Eminentiſſ. Petra dict. tom 5. *pag.* 21. *n.*30.
Rota coram clar. me. Card. Falconerio tit. de Reſcript.
dec. 3. *n.* 6. *&* 7. & concordantibus relatis *in Mona-*
ſterien. Beneficii 4. *Decembris* 1722. §. *Et quidem*
cor. bo. me. Cerro, & Nos infra *in Commentar. in*
Regul. IV. §. 5. *n.* 18.

In Beneficiis itidem Poloniæ habere locum Re- 60
ſervationem ex capite Protonotariatus, & Epiſcopum
gaudentem Apoſtolico Indulto conferendi Benefi-
cia reſervata ratione Menſis, non poſſe conferre Be-
neficia Protonotariorum, firmavit *Rota in deciſ.*262.
part. 15. *& deciſ.* 14. *part.* 16. *Recent.*

Cæterum ut ſit locus hujuſmodi Reſervationi, 61
debet Protonotariatus plene, & concludenter pro-
bari, *Fermoſin. in cap. Sua nobis quæſt.* 4. *num.* 25.
de Offic. Vicar. Lotter. dict. lib. 2. *quæſt.* 28. *n.* 70.
Fabr. de Protonot. cap. 12. *num.* 15. *Barboſ. in jus*
Eccleſ. Univerſ. lib. 1. *cap.* 23. *n.* 42. *Raſa de Exe-*
cutor. cap. 6. *ſub num.* 63. *Novar. dict. Commentar.*
144. *num.* 17. *Rota deciſ.* 706. *part.* 3. *deciſ.* 119.
num. 13. *part.* 5. *deciſ.* 350. *part.* 9. *Recen. cor. Lu-*
doviſ. deciſ. 379. *n.* 4. *coram Falconer. tit. de Bene-*
fic. deciſ. 17. *n.* 5. Et quamvis eadem *Rota in Colo-*
nien. Canonicatus 30. *Junii* 1732. §. 19. *cor. Reve-*
rendiſſ. Calcagnino poſt alios firmaverit, quod levio- 62
res ſufficiunt probationes, quando agitur favore San-
ctæ Sedis pro canonizanda Reſervatione promanan-
te ex Protonotariatu; ſolumque probatio plena, &
concludens requiratur, quando de eo agitur favore
ejuſdem Protonotarii: Attamen ab hac Sententia
merito poſtea receſſit in eadem Cauſa *ſub die* 15.
Junii 1733. *cor. eodem Reverendiſſ. Calcagnino* (quæ
tamen Deciſio, ut relatum eſt, non fuit publicata,
nec impreſſa) quandoquidem, ut ex ſupralaudatis
Auctoritatibus patet, verior eſt, & magis commu-
niter recepta Sententia, quod ad odioſum effectum 63
inducendæ reſervationis Protonotariatus concluden-
tiſſime probari debeat, nec ſufficiant præſumtiones,
& conjecturæ.

Potiſſimum quando ex capite Protonotariatus in-
duci prætenditur Reſervatio contra Reum, & Poſ- 64
ſeſſorem Beneficii, atque in ea per Proviſum Apo-
ſtolicum reponitur principale fundamentum gratiæ
tendentis ad annullandam præcedentem Collatio-
nem Ordinarii; nam tunc eo magis univocæ, &
certæ requiruntur Protonotariatus probationes, *Gon-*
zal. ad Regul. 8. *gloſſ.* 11. *num.* 100. *& ſeqq. Ro-*
ſa de Executor. cap. 7. *in addit. num.* 117. *Rota*
deciſ. 135. *num.* 6. *coram Manzaned. deciſ.* 120.
num. 7. *& ſeqq. coram Duran. deciſ.* 1215. *num.* 1.
cor. Emer. jun. deciſ. 350. *num.* 19. *& ſeqq. part.*
9. *deciſ.* 327. *numer.* 1. *&* 2. *part.* 15. *Recentior.*
in tantum, ut ſola dubietas ſufficiat ad excluden- 65
dum Proviſum Apoſtolicum de Beneficio uti reſer-
vato ex cauſa Protonotariatus, *Rot. cor. clar. mem.*
Card. Falconer. dicta deciſ. 17. *num.* 6. *tit. de Be-*
neficiis.

Concludenter tamen Protonotariatus remanet pro-
batus, vel per exhibitionem Litterarum Apoſtoli- 66
carum in forma Brevis, ſi fuerit a Papa conceſ-
ſus, *Fermoſin. in dict. cap. Sua nobis quæſt.* 4. *n.*
25. *Raſa dict. cap.* 7. *in addit. n.* 114. *Ferentill. ad*
Buratt. deciſ. 706. *num.* 9. *verſ. Notandum*, *Rota*
cor. Zaratt. deciſ. 47. *n.* 5. *& deciſ.* 69. *n.* 7. *in Re-*
cent. deciſ. 248. *num.* 4. *part.* 1. *deciſ.* 236. *num.* 10.
part. 7. *deciſ.* 30. *n.* 1. *& deciſ.* 262. *num.* 7. *part.* 15.
&

& deciſ. 162. ſub num. 6. part. 17. Et ſufficit ad
67 hunc effectum ſumtum authenticum ejuſdem Bre-
vis a ſuo originali legitime extractum, ut in deciſ.
14. num. 3. part. 16. deciſ. 665. n. 4. & deciſ. 680.
etiam numer. 4. part. 19. tom. 2. Recent. cor. clar.
mem. Cardin. Falconer. de Reſcript. deciſ. 3. num. 3.
68 & cor. Lancett. deciſ. 1292. num. 6. Vel per exhibi-
tionem Privilegii, & Litterarum Patentium, ſi
conceſſus extiterit non a Papa, ſed ab alio inferio-
ri, Milazo dicta Aſſert. 36. num. 21. verſic. Verum
probatio, Rota in Neapolitana Beneficiorum 26. No-
vembris 1683. §. Nec in dubium cor. Albergato, &
cor. clar. memor. Card. Caprara deciſ. 131. num. 4.
69 & ſeqq. ubi quod licet non ſit adnotatum in libro,
ubi ſimilia Privilegia adnotari ſolent, tamen id non
præjudicat legalitati Privilegii originaliter, & in aú-
tentica forma producti.

Probatur etiam Protonotariatus ex teſtimonio
70 Notarii, ſive Actuarii, qui aſſerat in ejus actis con-
ſtare de illius collatione, juxta facultates, quibus
Nuncii, præſertim Hiſpaniatum, potiuntur; nam
niſi per legitimam compulſationem conſtet de con-
trario, credendum eſt *Actuario* taliter teſtanti; ſicu-
ti etiam credi deberet ſucceſſori in Officio, *Rot. in
Bargen. Archipresbyteratus de Birbieſco 20. Januar.
1706. §. Haud faſtidioſum cor. Anſaldo.*

71 An autem Protonotariatus probari valeat per Te-
ſtes? Diſtingue: aut agitur de acceptione Privile-
gii, & per Teſtes utique probari poteſt, quia ad
evincendam acceptionem ſufficiunt etiam conjectu-
ræ, & præſumtiones, ut mox dicemus; Si vero
72 probandus eſt ipſemet Protonotariatus, & num fue-
rit collatus, & in hoc caſu, quamvis *Roſa de Exe-
cutor. cap. 7. num. 73. verſic. probari debet, & Ro-
ta cor. Ludoviſ. deciſ. 379.* reſolvant, quod Teſtium
depoſitiones non ſufficiunt, & contrarium alii exi-
ſtimant, ut *Rubeus in ſingular. deciſ. part. 1. Rota
deciſ. 407. num. 4. part. 1. Recent. & cor. Manzaned.
deciſ. 379. n. 4.* attamen videtur ſubdiſtinguendum
73 inter Protonotariatum immediate conceſſum à Papa,
& alterum collatum ab Inferiore, nempe à Lega-
gato, Epiſcopo Aſſiſtente, & ſimilibus; ut primus
neceſſario probari debeat per exhibitionem origina-
lis, aut Sumti ex Regeſto, quod Pontificis Offi-
ciales retinere ſolent, quamvis *Ferrett. conſil. 371.*
contrarium firmet; Secundus vero probari etiam
poterit per Teſtes, ſi fuerit amiſſus, aut ſubreptus:
quandoquidem Inferiores, ut plurimum, Regeſtra,
unde Sumtum depromi valeat, habere non ſolent,
ita diſtinguunt *Pariſ. de Reſignat. lib. 8. quaſt. 2. n.
21. & ſeqq. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quaſt. 28. n.
101. Tondut. Queſtion. Beneficial. part. 2. cap. 3. §. 2.
num. 24. Roſa loc. mox citat. Clericat. diſcord. forenſ.
part. 1. diſcord. 31. num. 5. Rota cor. Duran. deciſ.
471. num. 1. & in dicta Colonien. Canonicatus 30.
Junii 1732. §. 20. cum duob. ſeqq. cor. Reverendiſſ.
Calcagnino.*

Controverſia itidem eſt inter DD. an neceſſaria
ſit Protonotariatus acceptio ad effectum Reſerva-
74 tionis? Alii exiſtimant, quod non ſit neceſſaria,
ſed ſufficiat ſola collatio dignitatis Protonotariatus,
quia reſervatio efficitur per ſolam appoſitionem
manus Papæ, etiam ſine acceptione; nam ſtatim ac
Papa deputat aliquem in Protonotarium, dicitur
reſervaſſe illius Beneficia; maxime quia hoc Of-
ficium nullum ſecum affert gravamen, ſed ſolum
tribuit honorem, & dignitatem; & hanc Senten-
tiam ſequuntur *Spad. conſil. 52. num. 2.* & latius
*conſil. 53. per tot. lib. 2. Rubeus in Singular. deciſ.
Rot. part. 1. ad deciſ. Robuſter. in Placentina Scho-
laſtria num. 3. pag. mihi 456.* & prius *circa dec.
Seraphin. pag. 114. dec. 251. verſic. Et quod dicta
Reſervatio, Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. allegat. 74.
num. 33. Ricc. in Prax. part. 4. reſolut. 115. num.
2. in fin. Franceſ. var. reſolut. cap. 3. num. 29. Mar.
Antonin. lib. 1. reſolut. 84. n. 4. verſic. Et licet non
conſtaret de acceptatione, Mareſcott. var. reſolut.
lib. 2. cap. 94. n. 11. Fabr. de Protonotar. cap. 12.
n. 9. & ſequent. Rota cor. Ubald. deciſ. 68. n. 6. &
deciſ. 1033. lib. 3. part. 3. diverſ. in Recent. deciſ.
172. n. 4. part. 4. tom. 2. deciſ. 14. n. 8. part. 16.
& in dicta Bargen. Archipresbyteratus de Birbieſca
§. Attamen.*

Contrariam ſententiam amplectuntur alii, nem-
pe, quod pro inducenda Reſervatione neceſſe eſt 75
juſtificare acceptionem Protonotariatus; ita *Man-
doſ. ad Regal. I. Cancellar. quaſt. 8. ad fin. Vivian.
de Jurepatron. part. 3. lib. 14. cap. 1. n. 58. verſic.
Et tali caſu, Roſa de Executor. part. 1. cap. 7. in
addit. num. 115. Clericat. dict. diſcord. 31. num. 3.
Adden. ad Baratt. deciſ. 706. num. 11. cor. Ubaldo
dec. 300. etiam n. 11. & in Recent. deciſ. 665. n. 6.
part. 19. tom. 2.*

Alii tandem diſtinguunt, quod aut Privilegium 76
Protonotariatus conceſſum eſt *Motu proprio*, & non
eſt neceſſaria acceptio, ea ratione, quod cum iſtud
Officium res ſit favorabilis, & nullum inferat o-
nus, ſed tantum honorem poteſt in invitum confer-
ri, ideoque nulla illius, in quem confertur, ne-
ceſſaria eſt acceptio, & gratia illico ex voluntate
Pontificis conferentis perficitur. Aut emanavit ad
ſupplicationem partis, & tunc quia dici nequit per
Papam fuiſſe contemplatam publicam utilitatem,
ſed merita ſolum perſonæ ſupplicantis, illiuſque fa-
vorem, conſequens eſt, quod non præſumitur vo-
luiſſe conferre Beneficium in invitum; ac propterea
ex defectu intentionis Papæ gratia remanet fruſtra-
toria, niſi accedat conſenſus, aut acceptio illius, in
quem confertur. Ut in ſimili dicitur de translatio- 77
ne Epiſcopi, quæ illico, abſque illius conſenſu,
inducit ſolutionem a vinculo erga primam Eccle-
ſiam, ſi facta fuerit propter neceſſitatem, & utilita-
tem Eccleſiæ; Si vero propter meritum perſonæ,
expectat illius conſenſum, & acceptionem, ut di-
ſtinguendo late probat *Lotter. dict. lib. 2. quaſt. 28.
num. 70. & ſeqq. Roſa de Executor. cap. 7. num. 73.
verſ. Requiritur etiam, & in addit. n. 119. & ſeqq.
Cardinal. de Luca in ſumm. de Benefic. n. 65. & ſeqq.
alter de Luca ad Ventrigl. part. 2. annot. 2. §. 2.
num. 1. in fin. Fabr. de protonotar. cap. 12. num. 13.
& 14. Rota dec. 706. part. 3.* (ubi receditur a de-
ciſ. 1. part. 1. in qua cauſa ſcripſerat *Spad. d. conſ.
407. n. 52.) & deciſ. 350. n. 9. & ſeqq. part. 9.* re-
petit apud *Bich. deciſ. 221. deciſ. 174. num. 32. part.
12. Recent.*

Sed hæc diſtinctio in utraque ſui parte clariori
eget explicatione. Et quidem prima pars, quod
nempe Protonotariatus *Motu proprio* collatus non
indigeat acceptione, quia nullum continet onus, ſed
tantum honorem, ideoque conferri poſſit etiam in
invitum, non ita intelligenda eſt, quod ante accep-
tionem inducat Reſervationem, ut voluit *Æneas* 78
*de Falconib. in tract. de Reſervat. 3. quaſt. princip.
poſt prælud. pag. 13. verſ. Quid autem ſi Papa*; ſed
quod ex collatione Protonotariatus jam probata, 79
deſumi debeat conjectura tacitæ, ſeu præſumtæ ac-
ceptionis, ex eo quia per illum augetur dignitas,
acquiritur honor, & cumulantur prærogativæ, ac
privilegia ſine ullo, aut magno incommodo; id-
circo præſumenda eſt acceptio rei utilis, & non
damnoſæ, *Spad. conſ. 52. n. 4. & 5. & conſ. ſequent.
num. 1. lib. 2. Rota deciſ. 529. num. 5. part. 1. de-
ciſ. 14. num. 8. part. 16. Recent.* Requiritur er-
go adminus ſcientia collati Protonotariatus, ut
facilius

facilius præſumatur illius acceptio, *Rota in dicta*
Burgen. Archipresbyteratus de Birbieſ.o 20. *Janua-*
rii 1706. *cor. Anſaldo §. Attamen*, *& §. De ſcientia*
cum ſeqq. ubi, quod ſcientia probatur, ex quo gra-
tia reperitur in Actis Notarii ad id deputati.

Nec abſolute vera eſt propoſitio, quod Proto-
81 notariatus ſit res favorabilis, nullumque gravamen
præ ſe ferat, quandoquidem Beneficiatus, qui illum
acceptat, non poteſt amplius permutare ſua Bene-
ficia coram Ordinario, ut infra dicemus; & ſi
agatur de Beneficio ſimplici, difficillime illud reſi-
gnare poterit ad favorem, cum regulariter Dataria
non admittat reſignationes Beneficiorum ſimplicium
reſervatorum. Propriereaque, ſi onera hujuſmodi æ-
qua lance perpendantur, haud difficile erit, quod vir
cordatus acceptare non curet Protonotariatum ul-
tro oblatum, aut etiam expreſſe recuſet, aut repu-
diet. Unde rationabile non videtur, quod vigore
talis Protonotariatus, non conſtito ad minus de ali-
quali ejus tacita acceptione, obnoxia remanere de-
beant reſervationi Beneficia illius, qui Protonota-
riatum ipſum non acceptavit. Hinc in affinibus ter-
minis DD. examinant quæſtionem, num quis invi-
82 tus, & renuens poſſit nobilitari; & quamvis pro
ſuadenda affirmativa Sententia plura jura, plureſ-
que cumulent rationes, & præ cæteris, quod pro re-
nuente debitore non prohibetur quis æs alienum
perſolvere illiuſque conditionem efficere meliorem;
quod invitus à ſervitute, ab infirmitate, à præci-
pitio, à morte, ab excommunicatione poteſt libe-
rari: attamen cum receptum ſit, Beneficium non
eſſe conferendum invito, concludunt, quod aut
nobilitas conferri non valet in renuentem, aut quod
liberum ſit illam remittere, refutare, & repudiare,
potiſſimum, ſi aliqua ſubſit cauſa rationabilis, ut la-
tiſſime docent *Tiraquell. de Nobilitat. cap.* 6. *n.* 36.
& ſeqq. Narbon. de ætat. anno ſeptimo quæſt. 36. *in*
fin. Hermes in faſcic. jur. public. cap. 36. *quæſt.* 21.
num. 38.

Altera vero pars diſtinctionis, quod ubi Proto-
notariatus petenti confertur, neceſſaria eſt acceptio,
83 procedit, quando Protonotariatus datur privatæ
perſonæ de per ſe, ſecus quando datur ratione offi-
cii, nempe *Lauretani*, *de Lilio*, & ſimilium, qui-
bus eſt annexus, nam tunc acceptando aliquis offi-
cium, non eſt neceſſe, ut diſtincte etiam acceptet
Protonotariatum, cum cenſeatur acceptare Officium,
una cum omnibus honoribus in genere, *Puteus deciſ.*
21. *lib.* 2. *juxta ultim. impreſſ.* Et in his terminis ad-
84 mittenda eſt concluſio, quod Protonotariatus acqui-
ratur etiam ignoranti, de qua *Rota deciſ.* 172. *n.* 4.
part. 4. *tom.* 2. *Recen. Puteus dict. deciſ.* 21. *Garz. de*
Beneſic. part. 5. *cap.* 1. *n.* 205. Nec contrarium dicit
85 *Rota deciſ.* 174. *n.* 31. *part.* 12. ſiquidem inibi inci-
denter fuit diſputatum de acceptione officii, non
Protonotariatus, quia illud emtum fuerat pro Pue-
ro abſente, ut habetur in *deciſ.* 14. *nu.* 28. *&* 29.
part. 12. Et cum hoc ſenſu proceſſum fuit *anno* 1699.
ab Officialibus Datariæ in collatione Beneficiatus S.
Petri ad favorem *Cavoni*, per obitum *Ghetti* Equi-
tis Lauretani vacantis.

86 Acceptio Protonotariatus probari poteſt per con-
jecturas, quæ ſufficiunt ad effectum præſumendi
acceptionem gratiæ, *Lotter. d. lib.* 2. *quæſt.* 28. *n.*
83. *Card. de Luca de Beneſic. diſc.* 5. *n.* 25. *& in*
Summ. n. 65. *verſ. Tertia demum, alter de Luca ad*
Ventrigl. part. 2. *annot.* 2. *§.* 2. *n.* 1. *Rota deciſ.* 14.
part. 16. *Recent. Dunoz. deciſ.* 632 *n.* 4. *in Burgen.*
Beneficiatus 29. *Novembris* 1694. *§. final. cor. Scot-*
to, in Romana Beneficiatus S. Joannis in Laterano
11. *Februarii* 1699. *§. Sed removebatur cor. Bevi-*
laqua, in dict. Burgen. Archipresbyteratus de Bir-
bieſco cor. Anſaldo §. Attamen, & ſeqq. & in Colo-
nien. Canonicatus 30. *Junii* 1732. *§.* 26. *& ſeqq.*
cor. Reverendiſſ. Calcagnino.

Conjecturæ autem duplicis poſſunt eſſe ſpeciei; 87
aliæ ſcilicet, quæ tendunt ad juſtificationem expen-
ſarum, ex quibus animus deſumitur, & conſenſus in
gratiam; aliæ vero, quæ reſpiciunt juſtificationem
ipſius facti, circa uſum gratiæ, *Lotter. dict. quæſt.*
28. *n.* 83. & quoad primam ſpeciem conjecturarum
circa expenſas, plures ipſe diſtinguit caſus.

Primus eſt, quando ſimpliciter oſtenditur ſupplica-
tio ſignata, & nihil aliud concurrit ad favorem Ora- 88
toris, & tunc dicendum, quod ex hoc ſolo non poſ-
ſit inferri ad probationem animi circa Protonotaria-
tus acceptionem, ut quidquid dixerit *Spad. d. conſ.*
52. *n.* 3. *lib.* 2. firmat ipſe *Lotter. d. quæſt.* 28. *nu.*
80. *& ſeqq. Rota deciſ.* 706. *n.* 8. *&* 13. *part.* 3. *&*
deciſ. 350. *n.* 8. *&* 14. *part.* 9. *Recen.* & admittitur
in deciſ. 665. *n.* 7. *part.* 19. *tom.* 2. *Recentior. & in*
Romana Cappellaniæ 29. *Aprilis* 1630. *§. Quia loc*
etiam cor. Pirovano.

Secundus caſus eſt, quando probatur fuiſſe ali-
quid vere, & realiter ſolutum pro gratia Protono-
tariatus aſſequenda, ſed non docetur, quod ſolutio 89
facta fuerit ab ipſo nominato, aut de ejus mandato;
& tunc aut impenſa fuit modica, & non præſumi-
tur facta per ipſum; aut magna, & præſumitur,
Lotter. dict. quæſt. 28. *n.* 85. poſt *Gomeſ. ad Regul.*
de annal. quæſtion. 32. *verſ. Rota tenuit ſæpius*, *& ad*
Regul. de Triennal. quæſt. 38. *ad fin. Rota dict. de-*
ciſ. 706. *ſub num.* 8. *part.* 3. *Recen.* Expenſa tamen
unius ſcuti ad hunc effectum habetur pro conſidera- 90
bili, *Lotter. ibidem n.* 28. *Rota deciſ.* 329. *n.* 3. *lib.*
2. *cor. Puteo, in Recent. deciſ.* 407. *ſub n.* 6. *verſ. Et*
etiam unius Ducati, & deciſ. 529. *n.* 5. *part.* 1. *&*
dict. deciſ. 350. *n.* 15. *part.* 9. *in Burgen. Archipres-*
byteratus de Birbieſco 20. *Januarii* 1706. *§. De*
ſcientia cor. Anſaldo.

Tertius caſus eſt, quando Supplicatio apparet
quidem ſignata, & regiſtrata, ſed non docetur de 91
vera, & effectiva ſolutione alicujus ſummæ, ſed
ſolum deducitur præſumtio, quod gratia non con-
ſueverit indulgeri ſine impenſa; & hoc non ſuffi-
cit ad inducendam acceptionem; id enim eſſet de-
ducere præſumtionem ex præſumtione: præſumi
enim deberet mandatum ex ſolutione pecuniæ, &
rurſus, quod pecunia ſoluta fuerit, ex quo ſine il-
la non ſolet concedi, *Lotter. dict. quæſt.* 28. *n.* 87.
& ſeqq. ubi, quod ut ex facto oriatur præſumtio,
debet factum concludenter probari, non præſumti-
ve *Rota dicta deciſ.* 706. *nu.* 8. *& ſeqq. part.* 3. *&*
deciſ. 350. *n.* 16. *& ſeqq. part.* 9. *Recent.* nec eſt re-
cedendum ab hac Sententia, quidquid exiſtimave-
rit *Strada conſil.* 53. *n.* 12. *& ſeqq.* & in eadem Cau-
ſa, *Rota dec.* 407. *part.* 1. quia ab ea fuit receſſum
in *dicta deciſ.* 706. *part.* 3. Cæterum cum hodierna
praxis ſit, quod non expediantur amplius Protono-
tariatus per viam Supplicationis, ſed per Litteras
Apoſtolicas in forma Brevis ſub Annulo Piſcatoris
cum impenſa duodecim ducatorum; hinc ceſſant,
quæ *Lotterius*, & alii tradunt in tribus mox recen-
ſitis caſibus.

Quartus demum eſt caſus, quando Litteræ ſuper
conceſſione Protonotariatus apparent etiam expe- 92
ditæ, & tunc indiſtincte reſultat probatio accep-
tionis, ſive agatur de gratia Protonotariatus facta
per Papam, ſive à Legato, aliiſque inferioribus,
cum non conſueverint elargiri ſimiles gratias niſi
perſonis gratis, & petentibus, & quod magis eſt,
cum notabili impenſa, *Mandoſ. ad Regul.* 1. *Cancel-*
lar. quæſt. 8. *n* 4. *Lotter. dicta quæſt.* 28. *n.* 92. *&*
ſeqq. Tondut. reſolut. Beneſic. part. 2. *cap.* 3. *§.* 2.

num. 22. & ſeqq. & part. 3. cap. 200. ſub n. 14. Fer-
moſin. in cap. Sua nobis, quæſt. 4. n. 26. de Offic. Vi-
car. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 90. n. 7 & ſeqq.
Frances variar. reſolut. cap. 4. n. 73. & 74. Rota deciſ.
350. n. 24. & ſeqq. part. 9. deciſ. 14. n. 4. & ſequent.
part. 16. deciſ. 162. n. 7. part. 17. deciſ. 665 n. 7.
& deciſ. 620. n. 3. part. 19. tom. 2. Rec. cor. Emerix
junior. deciſ. 68. n. 5. in Segobien. Beneficii cor. Lan-
cetta deciſ. 1292. n. 7. & in confirmatoria 28. Junii
1726. §. Quia, verſic. Verum conſtitit cor. bo. me.
Criſpolto.

93 In his vero caſibus ad effectum præſumendi ac-
ceptionem Protonotariatus, inducendæque Reſer-
vationis, neceſſarium non eſt probare, quod facta
fuerit profeſſio fidei, & emiſſum Juramentum, quod
in Litteris creationis in Protonotarium præſtari man-
datur, ut autumarunt *Mandoſ. ad Reg. I. Cancell.*
quæſt. 8. Card. de Luca de Benefic. diſc. 5. num. 24.
Clericat. diſcord. forenſ. tom. 1. de Benefic. diſc. 31.
n. 4. 5. 10. & 11. Quia cum hæc omnia non reſpi-
ciant ſubſtantiam gratiæ, ſed ſint conſequutiva ad
ipſam gratiam, non videntur neceſſaria ad effectum
Pontificiæ Reſervationis, *Marcheſan. de Commiſ-*
ſion part. 1. pag. 334. ſub num. 174. Rub. ſingular.
deciſ. part. 1. pag. 205. Germon. de Indult. Cardinal.
§. Et ideo, n. 93. Franc. Variar. cap. 3. n. 28. Lot-
ter. dicto lib. 2. quæſt. 28. n. 67. Fabr. de Protonot.
cap. 12. num. 9. & ſeqq. Roſa de Executor. cap. 7.
ſub num. 73. Rota in Recent. deciſ. 350. num. 23.
part. 9. deciſ. 14. nu. 9. part. 16. deciſ. 304. nu. 29.
part. 17. deciſ. 10. n. 17. part. 18. deciſ. 665. nu. 8.
part. 19. tom. 2. cor. Dunoz. deciſ. 363. n. 7. coram
Caprara deciſ. 131. num. 10. & ſeqq. ubi quod Re-
94 ſervatio recipit ſuum eſſe ab ipſa gratia creationis
in Protonotarium, non autem à Juramento, quod
retrotrahitur ad tempus gratiæ, etiam in præjudi-
cium juris alteri medio tempore quæſiti, firmans
proinde, quod ſi quis fuerit creatus Protonotarius
menſe *Junii*, & Epiſcopus fecerit unionem Benefi-
ciorum, quæ ille obtinebat de menſe *Julii*, & poſt
unionem fuerit præſtitum juramentum, unio rema-
net nulla, quia jam orta erat Reſervatio, *& in Se-*
gobien. Beneficii cor. Lancetta deciſ. 1292. n. 8. &
in confirmatoria 28. Junii 1726. §. Quin verſ. Abſ-
que eo quod opus ſit probare litteras executas fuiſſe
per actualem præſtationem juramenti, cor. bo. me.
Criſpolto.

95 Id ipſum dicendum, etiam ſi non fuerint aſſumta
Protonotariatus Inſignia, nam adhuc intrat reſerva-
tio, *Marcheſan. Germon. & Rub. ubi ſupra, Barboſ.*
de poteſt. Epiſcop. alleg. 74. n. 33. Tondut. reſol.
Benefic. par. 3. cap. 200. ſub n. 14. Rota cor. Caprar.
dicta deciſ. 131. n. 11. in dicta Segobien. Beneficii cor.
Lancett. deciiſ. 1292. n. 8. & cor. Criſpolto §. Quin.
verſ. & ſuſceptionem Inſignium.

96 Quo vero ad alteram ſpeciem conjecturam reſ-
picientium factum circa uſum, ex pluribus conje-
cturis Protonotariatus acceptio probatur, præſer-
tim ex uſu Inſignium, emiſſione Juramenti, pro-
feſſione fidei, communi reputatione, ex ſui denomi-
natione, quia nempe Protonotarium ſe nuncupa-
vit, & ex aliis, de quibus *Spada conſ. 52. n. 8. lib.*
2. Rub. in ſingular. Deciſ. Rot. part. 1. pag. 456. n.
7. Fabrus de Protonotar. cap. 12. num. 14. Roſa de
Executor. cap. 7. in addit. n. 115. Car. de Luc. de
Benefic. in Summ. n. 67. Alter de Luca ad Ventrigl.
part. 2. annot. 2. §. 2. n. 1. Rota deciſ. 262. num. 7.
par. 15. dec. 14. n. 6. par. 16. deciſ. 162. n. 8. & ſeqq.
part. 17. Recent. cor. Manzaned. deciſ. 185. num. 6.
cor. Bich. dec. 299. num. 2. cor. Zarat. deciſ. 47. n.
7. cor. Emer. jun. deciſ. 68. num. 6. & deciſ. 634.
num. 2. cor. Falconer. de reſcript. dec. 3. num. 4.
cor. Caprar. dicta deciſ. 31. n. 7. in dict. Segobien. cor.
Lancett. deciſ. 1292. num. 9. & cor. Criſpolto dicto
§. Quin ad excludendam, in Burgen. Beneficii 29.
Novembriis 1694. coram Cardinali Scotto, & in Co-
lonien. Canonicatus 30. Julii 1732. §. 20. & 25. cor.
Reverendiſſ. Calcagnino.

Sed cum a tempore Alexandri VII. in Brevi facul- 97
tativo impertiri ſolito Cardinalibus Legatis, Nunciis
Apoſtolicis, aliiſque inferioribus adjiciatur onus,
quod Protonotarii ab ipſis creati teneantur exhibere,
ſeu exhiberi facere intra tres menſes in Secretaria
Brevium Sumtum autenticum Protonotariatus: hinc 98
quæritur, an hujuſmodi exhibitione non facta, nihi-
lo minus Beneficium dicatur reſervatum? & pro ne-
gativa urget, quod in eodem Brevi dicitur *exhibere*
omnino debeant quæ verba annullant in radice crea-
tionem Protonotarii, & conſequenter reſervationem,
dum ſunt præciſa, & habent vim Decreti irritantis, 99
Lambertin. de Jurepat. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art.
30. n. 19. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 29 n. 11.
& ſeqq. Tanto magis quia fuit itidem præſcriptum
tempus trium menſium, intra quod fieri debet hu-
juſmodi exhibitio: quando enim tempus præfinitur
pro aliquo actu perficiendo, dicitur inducta forma 100
ſubſtantialis, qua etiam in minimo non ſervata, actus
corruit in totum, *Text. in Authent. Quæ ſupplicatio,*
ibique Gloſ. in verb. Forma, de Precib. Imper. Ro-
land. conſ. 72. n. 71. vol. 3. Rota cor. Aguel. deciſ.
89. n. 29. & ſeqq.

Sed nihilo minus verius eſt, ex omiſſa exhibitio- 101
ne ſumti authentici Protonotariatus ab Inferioribus
collati in Secretaria Brevium, non annullari gratiam,
nec tolli præcedentem reſervationem, ut ſormiter
deciſum fuit per *Rot. cor. Emerix Jun. dec. 1202. &*
in Burgen. Beneficii 29. Novembris 1694. §. Quia
cum demandata, cor. cl. mem. Cardinali Scotto.
Reſervatio enim ſtatim oritur ex ipſo actu creatio-
nis in Protonotarium; Et demandata exhibitio Sum-
ti in Secretaria Brevium, non reſpicit ſubſtantiam 102
gratiæ, ſed tantum exercitium tituli, & fruitionem
Privilegiorum, ut probatur ex verbis Brevis regi-
ſtratis etiam *in dicta deciſ. 1202. cor. Emerix ſub*
n. 3. -- ibi -- *Volumus autem, quod Notarii per te vigo-*
re præſentium creandi, antequam exercitio Tituli,
Inſignium, & Privilegiorum Notariis hujuſmodi com-
peten. perfrui incipiant, nedum in manibus tuis,
ſeu alicujus perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſti-
tuta profeſſionem fidei &c. emittere, & ſolitum fi-
delitatis juramentum præſtare teneantur; ſed ulte-
rius ante prædictum exercitium, & intra tres men-
ſes ex tunc proximos, etiam ſub inhabilitationis ad
quaſcumque Penſiones, & Beneficia Eccleſiaſtica im-
poſterum obtinenda, aliiſque noſtro, & pro tempore
exiſtentis R. P. arbitrio pœnis, exhibere, ſeu exhibe-
ri facere Exemplum, ſeu Tranſumtum authenticum
tuarum litterarum eorum creationis in Notarios pe-
nes noſtrum, & ejuſdem Sedis Secretarium Brevium
omnino debeant; quodque de hac voluntate noſtra in
prædictis tuis Litteris fiat mentio ſpecialis &c -- Ex
his enim verbis apparet, quod tam prima pars
Brevis, ubi demandatur profeſſio fidei, & juramen-
tum, quam ſecunda, in qua præcipitur exhibitio
ſumti in Secretaria Brevium, reſpiciunt tantummo-
do exercitium tituli, & Privilegiorum, nullatenus 103
autem ſubſtantiam gratiæ; ideoque non vitiant Pro-
tonotariatum, nec officiunt reſervationi, ut in ter-
minis primæ partis conſiderant DD. ſupra laudati
in §. *In his vero caſibus*, & in terminis ſecundæ
Rota coram Caprar. dicta deciſ. 131. n. 10. & ſeqq.
cor. Emerix Jun. dicta deciſ. 1202. n 3. & ſeqq. &
per tot. & in dict. Burgen. Beneficii §. Quia cum de-
mandata, coram Scotto.

Accedit

Accedit, quod in eodem Brevi, in caſu non exhi-
104 hitionis ſumti, apponitur certa pœna, nempe inha-
bilitas ad Penſiones, & Beneficia, cum aliis arbitrio Summi Pontificis. Unde cum certa pœna ſtatuta fuerit, non tollitur reſervatio, nec annullatur creatio
105 in Protonotarium. Rurſus talis exhibitio demandata ad evitandas fraudes, quæ in præjudicium reſervationis, & per conſequens Datariæ Apoſtolicæ committi poterant per occultationes Privilegiorum Protonotariatuum, redundaret in odium ejuſdem Datariæ, & contrarium produceret effectum, ſi pro perfectione gratiæ, & inducenda reſervatione neceſſaria eſſet exhibitio intra tres Menſes, & regiſtrario Protonotariatus in Secretaria Brevium, ut perpendit *dicta Deciſio* 1202. *n.* 8. *cor. Emerix.*

106 Et hoc ipſum demum probatur ex Voto *Armindi Riccii Subdatarii*, qui Auctor fuit præfatæ formulæ in Brevi Legationis inſertæ. Cum enim antequam publicaretur, tranſmiſſa fuiſſet per manus alia diverſa formula, in qua demandabatur exhibitio in Secretaria ſub pœna nullitatis creationis in Protonotarium ipſo jure, ipſe fuit in ſenſu, quod hæc clauſula tamquam præjudicialis Datariæ, deleretur, cum annullaret reſervationem jam inductam, & perfectam, & loco dictæ clauſulæ annullativæ, apponerentur aliæ pœnæ, & novam ipſe compoſuit formulam, quæ ad litteram poſtea inſeri conſuevit in Brevi Legationis.

Particula Voti *Armindi Riccii*, hæc eſt -- Sicuti » Apoſtolicæ Sedis intereſt Protonotariatus non occultari ad eludendas reſervationes, ita ejuſdem » Sedis intereſt, illorum Protonotariatuum, qui reperiuntur, non elidi effectus ex aggravatione majoris probationis, qualis videtur eſſe, ut creato » Protonotario prius conſtare debet ex Attestatione Secretarii Brevium de Receptione » Sumti Authentici Suæ Creationis. Et propterea, ſi videbitur, verba hæc poterunt omitti, ad tollendas diſputationes.

107 » De duabus clauſulis, volumus &c. forſan expediret conficere unam, & ſicuti prima *de profeſſione Fidei, & Juramento fidelitatis præſtando*, » reſpicit tantummodo exercitium, quæ propterea » non ſuſpendit reſervationem, etiam ante illius » implementum, ſicuti declaravit *Rota apud Coccin. dec.* 349. *n.* 1. *cum duob. ſeqq. Lotter. lib.* 2. » *quæſt.* 29. *nu.* 13. & 14. longe enim diſtat onus » Officii ab illius exercitio, *Capitaquen. deciſ.* 79. » *n.* 7. *part.* 3. ſive actus creationis ab actu admi-
» niſtrationis, *Lotter. dicto n.* 13. ita ſecunda, quæ
108 » hodie additur, & quæ pariter reſpicit exercitium, » nempe fruitionem tituli, & privilegiorum. Quoad tranſmiſſionem Tranſumti, adjicerem pœnam, non nullitatis creationis, quia tamquam » reſolvens, ſive irritans reſervationem jam injectam, eſt præjudicialis Datariæ, ſed adjicerem
» aliquam aliam pœnam, nempe inhabilitatis ad
109 » quæcumque alia Beneficia, & Penſiones impoſterum obtinenda, & alias pœnas arbitrio Summi Pontificis pro tempore exiſtentis, concipiendo » illam ſic, vel aliis ſimilibus verbis -- *Volumus autem &c.* -- Sequitur formula, quæ eſt ipſamet, quam ſupra tranſcripſimus.

Atque ex his ceſſant, quæ in contrarium conſiderabantur circa Decretum irritans, propter verba Brevis, ibi -- *Omnino teneantur* -- tum quia ex ap-
110 poſitione certæ pœnæ ceſſat irritatio actus; tum etiam quia verba præfata reſpiciunt exercitium, & non percutiunt ſubſtantiam gratiæ, & reſervationis, quæ radicatur in ipſo momento creationis in Protonotarium, nec recipit ſuum eſſe a præſtatione Juramenti, aut exhibitione Sumti in Secretaria Brevium, *ut in dicta deciſ.* 1202. *coram Emerix Junior.*

Alia inſuper in his terminis Protonotariorum, 111
qui à Cardinalibus Legatis creantur, excitata fuit quæſtio; Cum enim in eodem Brevi facultatum Legationis expreſſe dicatur -- *Volumus autem, quod de hujuſmodi voluntate noſtra* (ſcilicet de exhibendo Tranſumtum in Secretaria Brevium) *in tuis litteris fiat mentio ſpecialis &c.* Si in Litteris creationis in Protonotarium expreſſa mentio de dicta obligatione exhibendi Tranſumtum non fiat, an Protonotariatus cedat in irritum? Et ratio dubitandi ex eo oriebatur, quod verba illa -- *Volumus autem &c.* præ ſe ferunt formam, qua non ſervata, corruit actus *ad Text. in leg. Mævius l. Qui heredi ff. de Condit. & Demonſtrat. l.* 1. & 2. *C. quando provocare non eſt neceſſe, Gloſſ. in cap. Dilecta, verb. Irritum, de Reſcript.* Sed contraria prævaluit ſententia, cum dicta verba conſilium potius, quam præceptum importent, nec inducunt formam, cum careant clauſulis reſolutivis, & Decreto irritanti. Et mens Pontificis non fuit præſcribere formam ſuper expreſſione facienda, ſed tantum pro majori facilitate probationis reſervationis demandare, quod fieret hujuſmodi expreſſio in litteris patentibus: quod ſubſequuta obſervantia declaravit; nam paſſim per Legatos ſimiles Litteræ Patentes expediuntur abſque tali expreſſione, & ita reſolvit *Rot. in dicta deciſ.* 1202. *n.* 9. & 10. *cor. Emerix Jun. & in Burgen. Beneficii* 29. *Novembris* 1694. §. *Demandatæ cor. clar. mem. Card. Scotto.*

Quæritur ulterius, an Protonotarii non partici- 112
pantes, ſive creati à Papa, ſive a Legato, quemadmodum & officiales illi, qui habent eorum Officiis annexum Protonotariatum, poſſint dici Curiales? Cum enim Beneficia Urbis non dicantur vacare *apud Sedem* niſi hæc duo concurrant copulative, & quod mors Beneficiati ſequatur *in Curia*, & quod fuerit ille Curialis uſque ad obitum, ut late oſtendimus *in §. præcedenti*: hinc dubium oritur, an ſimiles Protonotarii ad hunc effectum poſſint dici Curiales? Et
pro affirmativa urget ratio, quod ut ſupra dictum 113
eſt, reſervatio Beneficiorum, quæ obtinent Protonotarii, *per Extravagantem ad Regimen* inducta, non oritur ex ſimplici qualitate Protonotariatus, ſed ex eo, quod cum ſint Protonotarii, ſunt etiam Officiales, & per conſequens Curiales, cum ex hac ſolum qualitate Curialitatis cenſeatur inflicta reſervatio Beneficiis Officialium, *Lotter. de re Benefic. dicto lib.* 2. *quæſtion.* 32. *numer.* 26. & *prius quæſt.* 27. *numer.* 101. & *ſeqq.* & *lib.* 3. *quæſt.* 11. *n.* 133.

Contrarium tamen eſt dicendum, quia Protono- 114
tarii, qui non ſunt de numero participantium, nullum ſervitium, neque exercitium in Curia habent nec in actu, nec in potentia, ſed omne munus tam ſcribendi Acta Martyrum, quam peragendi alias functiones, conceſſum fuit Collegio Participantium ex Conſtitutione Sixti V. aliorumque Succeſſorum, & ideo licet vigore *Extravagantis ad Regimen* ſint reſervata Beneficia hujuſmodi Protonotariorum: attamen aliud eſt ex Protonotariatu inſurgere reſervationem, aliud oriri Curialitatem. Reſervatio enim pendet a nuda voluntate Papæ, ſed Curialitas procedit a facto applicationis Perſonæ ipſi Curiæ per actuale, vel potentiale exercitium, cujus ratione teneatur Curiam ſequi, ut in terminis Protonotarii creati a Legato, admiſit, *Lotter. lib.* 3. *quæſtion.* 11. à *num.* 132. & firmant *Paſſerin. in cap. Præſenti n.* 7. & *ibi Barboſ. n.* 4. *de Præbend. in* 6. *Adden. ad Buratt. deciſ.* 540. *num.* 24. *Rota deciſ.* 174. *num.* 7. & *ſeqq. part.* 12. *Recent.* & *in*

Romana Capellania 20. Novembris 1628. per tot. & 29. Aprilis 1630. in princip. cor. Pirovano.

115 Aſſertio vero, quod omnis Officialis ſit Curialis, non procedit in Officiali ſimplici honoris, quales ſunt omnes ii, qui mediante pecunia ſimilia Officia acquirunt; Sed intelligitur de Officiali habente actuale, vel potentiale exercitium, propter quod Curiæ nexibus allegatus, Curiam ſequi teneatur; ut declarando *Lotterium* firmavit *Rota in dicta deciſ.* 174. *num.* 14. *& ſeqq. part.* 12. *Recen.* Alias ut bene advertit *Deciſio* præſata, etiam Exteri, quibus permiſſum eſt talia Officia emere, & retinere, reputarentur Curiales, quod eſt abſurdum.

116 Et licet *Lotter. dicta quæſt.* 11. *lib.* 3. *nu.* 141. *&* 146. diſtinguat inter Protonotarios creatos à Legatis, & alios creatos à Papa, admittendo, quod primi ex ſolo Protonotariatu Curialitatem non contrahant, cum Officium eos non obſtringat ſervitio illi perſonali, in quo Curialitas formaliter conſiſtit, aut actu, aut potentia: ſecus vero alii Protonotarii à Papa creati, qui cum efficiantur etiam illius familiares, eo ipſo quod Protonotariatu decorantur, ſe addicunt ratione dictæ familiaritatis ſervitio & obſequio Pontificis, proindeque Curialitatem contrahunt, parumque refert, quod ſervitium actuale non præſtent, nam exinde non evacuatur vis familiaritatis ſemel impreſſa. Nihilo minus *Rota*,
117 rejecta hac diſtinctione, nullam conſtituit differentiam inter Protonotarios creatos à Papa, & ab aliis Inferioribus, nam omnes indiſtincte dicuntur habere gratiam à Papa, & omnes ſunt Protonotarii Apoſtolici, cum in hac re Legati, cæterique facultatem creandi Protonotarios habentes, non utantur auctoritate propria, ſed auctoritate Apoſtolica, *ut in dicta deciſ.* 174. *n.* 27. *part.* 12. *Recen.*

Subdit tamen *Lotter. d. quæſt.* 11. *n.* 149. quod cum ipſe ſcriberet in dicta Cauſa *Romana Capellania coram Pirovano* favore Proviſi Apoſtolici de eadem Capellania, tanquam de vacante *apud Sedem* per obitum Protonotarii in Curia ſequutum, & agnoſceret injuſtificabilem eſſe clauſulam in Litteris Apoſtolicis adjectam--*Conſtito quod N. in Capellaniæ hujuſmodi poſſeſſione exiſtens obierit apud Sedem*, propter deficientiam Curialitatis ex ſolo Protonotariatu non deducibilis, & nihilo minus reſervatio ex eodem Protonotariatu reſultans clara eſſet, conſuluit adiri Signaturam Gratiæ, in qua fuit reſcriptum eidem *D. Pirovano*, ut procederet ad ulteriorem exequutionem litterarum perinde ac ſi Clauſula *Conſtito &c.* non eſſet reſtricta ad vacationem *apud Sedem*, ſed foret extenſa ad quamcumque reſervationem; Unde propoſita deinde Cauſa, reſponſum fuit, conſtare de reſervatione ex capite Protonotariatus, & eſſe locum exequutioni Litterarum Apoſtolicarum in forma Brevis, ut in deciſione deſuper extenſa ſub titulo *Romana Capellania* 29. *Aprilis* 1630. *cor. R. P. D. Pirovano*, in cujus principio ita factum narratur--*Reſolutum fuit in hac Cauſa* 20. *Novembris* 1628. *&* 23. *Martii* 1629. *Breve non eſſe exequendum, ſeu intrare arbitrium pro ſuſpendenda illius executione, quia Clauſula* Conſtito, *de qua in Brevi, erat reſtricta ad vacationem apud Sedem, quæ non probabatur, quia requirebat juſtificationem obitus in Curia, & Curialitatem in perſona decedente jam contractam; & hoc poſtremum in probatis deficiebat. Superveniente poſtmodum novo Ssmi reſcripto, ut ad ulteriorem earumdem litterarum executionem procederetur, perinde ac ſi clauſula* Conſtito-- *non eſſet reſtricta ad vacationem apud Sedem, ſed ad quamcumque reſervationem eſſet extenſa, dubitavi, an conſtet de tali reſervatione, ut ſit procedendum ad executionem Brevis, & conſtare, per Dominos fuit reſponſum.*

Cumque, uti proſequitur *Lotter. ubi ſupra*, ab altero Colliſigante opponeretur, quod facultas procedendi ad ulteriorem executionem non poſſet reaſſumi, niſi per expeditionem novi Brevis, ex quo prima fuit conſumta per exequutionem nulliter, & male factam: Nihilo minus Rota reſpondit, ceſſare objectum *ex Commiſſione revalidatoria ad quamcumque reſervationem, & in ſpecie ad hanc reſultantem ex Protonotariatu, quæ potens eſt vivificare actum nullum, & revalidare quod non erat validum: quod proprie refertur ad Principis poteſtatem, quando voluntas non deficit &c. de voluntate Papa in hac parte dubitari non poteſt, quia ex narrativa ſupplicationis ſcivit executionem Brevis nulliter factam, & nihilo minus voluit actum revalidare*--

Revocatum itidem fuit in dubium, an Reſerva- 118
tioni obnoxia eſſent Beneficia obtenta per *Illegitimum*, qui a Papa in Protonotarium creari obtinuerat? Contendebatur non eſſe reſervata, quia Protonotariatus eſt dignitas, ex relatis per *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 27. *& ſeqq. Penia deciſ.* 78. *n* 8. Et illegitimus eſt incapax Dignitatum, ſi diſpenſatio Apoſtolica non interveniat *cap.* 1. *& ibi Gloſ. verſ. Prælationem, & cap. final. de fil.*
Presbyter. & in ſimilibus terminis *Acolytatus* Apo- 119
ſtolici, quatenus conceditur in Privilegium exemtionis, Dignitatis, & honoris, quod illius conceſſio expleta favore *Illegitimi*, non facta mentione defectus Natalium, ſit nulla, *Mandoſ. de Signat. Gratia tit. Protonotarii, & Acolyti pag. mihi* 122. *dicto §. ſcias creationem*, *Verall. deciſ.* 8. *&* 9. *par.* 1. *& par.* 2. *deciſ.* 70.

Verius tamen viſum fuit, Beneficia remanſiſſe 120
reſervata, ut habetur ex Notabilibus Cancellariæ, quæ manuſcripta circumferuntur, *pag. mihi* 31. *num.* 228. -- ibi -- *Protonotarius patiens defectum natalium creatur abſque diſpenſatione, & non committitur Epiſcopo, quod erect. Ita fuit reſponſum per N. Beger. & Joan. de Ferrariis, & ſic illegitimus eſt capax Protonotariatus Apoſtolici, & poteſt committi non Epiſcopo, quod erectur: quod nota.*

Et quando etiam Illegitimus indiguiſſet diſpen- 121
ſatione, adhuc ad reſervationis effectum perpendebatur, quod ipſe fuerat ſaltem Protonotarius de facto, licet non de jure, & melioris conditionis eſſe non debet is, qui officium, vel Dignitatem illegitime, quam qui modo legitimo fuit aſſequutus:
Maxime quia ad effectum reſervationis attenditur 122
potius factum, quam jus, *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 15. *§.* 1. *n.* 60. *& ſeqq. Rota deciſ.* 484. *n.* 1. *verſ. An ſufficiat, par.* 2. *Recen.* & conferunt tradita per *Ferret. conſ.* 207. *n.* 16. ubi probat, valere
proviſionem per obitum *Rectoris* putativi. Accedit, 123
quod *Extravag. Ad regimen* loquitur de Notariis in genere, unde intelligi debet etiam de illis, qui de facto uti tales deputati fuerunt.

Hæc autem eo certius procederent, ſi is, qui 124
illegitime Protonotariatum eſt adeptus, publice, & palam ſe geſſerit, reputatuſque fuerit Protonotarius: tunc enim, quamvis incapax, pro vero & legitimo æſtimari deberet ad ſubſtinendos rogitus, alioſque actus geſtos ab illo, ad *Text. in l. Barbarius ff. de Offic. Præſid. Garc. de Benef. par.* 5. *cap.* 4. *n.* 276. 292. *&* 293. Et pro communi errore ad ſubſtinendum id, quod geſſit, bini actus ſufficerent, *Garc. ibidem num.* 307. atque in tali caſu indubitanter ejus Beneficia eſſent reſervata, ut in proximis terminis tradit *Simonett. de reſervat. quæſt.* 61.
n. 7. *&* 8. ubi de eo, qui fuerat per Breve crea- 125
tus *Sacriſta* Papæ, cumque Breve repertum fuiſſet

falſum

falſum, adhuc judicatum extitit illius Beneficia re-
manſiſſe reſervata, quia antequam falſitas detegere-
tur, fuerat in quaſi poſſeſſione Officii & reputaba-
tur uti verus *Sacriſta*.
126 Supereſt altera examinanda quæſtio, an ex Pro-
tonotariatu collato in Urbe Roma, non a Papa,
ſed ab alio Inferiore, inſurgat reſervatio? Et nega-
tive reſpondendum videtur. Licet enim actus crea-
tionis Protoootarii ſit voluntariæ juriſdictionis,
127 qui exerceri poteſt extra Provinciam, & in non
ſubditum, quemadmodum exerceri poſſunt cæteri
actus omnes, qui ad voluntariam ſpectant Juriſ-
dictionem, juxta *Gloſſ.* communiter receptam *in cap.
Si Abbatem verb. in Provincia, de elect. in 6.* Ni-
hilo minus id locum ſibi non vindicat, quando Le-
gatus eſt ſpecialiter prohibitus exercere etiam ea,
128 quæ ſunt voluntariæ juriſdictionis, prout ei interdi-
ctum eſt actus hujuſmodi axercere in Urbe Roma,
ac in præſentia Summi Pontificis; qua ratione pra-
xis invaluit, quod ſi Legati, Nuncii, & ipſimet
Epiſcopi, dum in Urbe morantur, actum aliquem
voluntariæ Juriſdictionis exercere velint, illum non
expleant niſi extra Portam aliquam Urbe exeun-
129 do, aut fingendo, quod ab Urbe exierint, ponen-
do Datam extra *Portam Flaminiam*, vel ſimilem.
Confer exemplum *Proconſulis*, qui ſolum egreſſus
ab Urbe aſſumebat inſignia, & axercere poterat ea,
quæ ad voluntariam Juriſdictionem pertinebant *leg.
1. ff. de Offic. Proconſul.* - ibi — *Proconſul ubique
quidem Proconſularia Inſignia habet, ſtatim atque
Urbem egreſſus eſt -- & in leg. 2. ff. eod.* ibi — *omnes
Proconſules ſtatim, quam Urbem egreſſi fuerint ha-
beant juriſdictionem, non tamen contentioſam, ſed
130 voluntariam* -- jura autem loquentia de *Proconſule*,
applicari etiam Legatis, pot *tex. in cap. 2.* ibi — *Ad
inſtar Proconſulum, de Offic. Legat. in 6.* firmant
ibidem. *Gloſſ.* & Canoniſtæ omnes, *Specul. part. 1.
tit. de Legat. §. ſupereſt num. 37. Boer. deciſ. poteſt
Legat. a later. num. 67.* inter *Tract. Magn. tom 13.
part. 2. Gambar. de authorit. legat. in exord. num 23.
Gratian. diſcept 166 n. 4. A Corona de poteſt. Card.
& Legat. tract. 2. cap. 3. in princip. Rota cor. Verall.
deciſ. 141. n. 5. part. 3.*
Non obſtat, quod praxis, ut Legati, & ipſi
131 etiam Epiſcopi Romæ morantes, cum exercent ea,
quæ ſunt juriſdictionis voluntariæ, exeant Portam
Urbis, vel habeantur ac ſi ab illa exiiſſent, invalue-
rit tantummodo in obſequium, & reverentiam Sum-
mo Pontifici debitam. Quia vis non ſtat in ſola re-
verentia, & obſequio quod Pontificis præſentia me-
retur, ſed in defectu juriſdictionis, quæ licet volonta-
ria ſit, exerceri debet extra Urbem, cum in ea ceſſet
imperium etiam voluotarium, ut in Legato a Latere
Urbem ingrediente inquit Speculator *part. 1. tit. de
legat. dict. §. ſupereſt nu. 62. in fin.* & in eiſdem
terminis, quod non ex praxi reverentiali erga Pon-
132 tificem, ſed de jure, Legatus de Latere non ha-
beat juriſdictionem ullam in Urbe, ſed ſolum egreſ-
ſus ab ea, probat *Covar. l. 3. var. reſolut. cap. 20.
ſub n. 9. Turr. de author. Legat. a Later. lib. 1. §.
2. n. 1.* -- ibi — *Legatus de Latere coram Summo
Pontifice, & in Urbe exiſtens, nullam exercere poteſt
juriſdictionem, aut legationis Inſignia gerere, quia
ubi eſt major, ceſſat minor; Nec Summus Pontifex
Legatos inſtituit contra ſe; nec eſt eadem, aut par ra-
tio de DD. Cardinalibus, cæteriſque Prælatis Romæ
degentibus,* — & *Covarruviæ* ſententiam ſequuta eſt
*Rot. cor. Ubald. dec. 137. n. 10. & 11. junct. duob.
anteced. part. 3.*
Verum, his non obſtantibus, verior eſt Senten-
tia, quod reſervatio inſurgat etiam ex Protonota-
riatu a Legato, vel Epiſcopo Aſſiſtente, aut Nuncio,
Romæ collato. Actus enim creandi Protonotarios,
& conferendi Beneficia, tamquam meræ juriſdi- 133
ctionis voluntariæ poſſunt de jure exerceri a Le-
gatis, Nunciis, & Epiſcopis reſpective extra pro-
priam Diœceſim, & ubique locorum, etiam in Ur-
be, Summo Pontifice non abſente, ut firmant *In-
noc. in cap. Quia diverſitatem 5. n. 5.* ibi- *Cum etiam
Romæ &c. poſſit conferre -de conceſſ. Præben. Prapo-
ſit. in Can. Qui in aliquo 51. diſt. Æneas de Falcon.
de reſervat. par. 2. quæſt. 4. princip. quæſt. 10. n. 13.
verſ. credo tamen quod de jure, Sotus ad Regul. de
Concurrent. in Dat. ſub n. 16. Gameſ. ad reg. de non
judican. quæſt. 3. n. 2. Prab. ad Monach. in cap. Sta-
tutum 3. n. 9. & ſeqq. de Præb. in 6. Covarr. var. re-
ſol. lib. 3. cap. 20. n. 8. Rebuff. in tract. de Nomin.
quæſt. 14. num. 28. Panvin. de Poteſt. cap. Sede Vac.
part. 2. quæſt. 1. n. 6. Verſ. & quia poteſtas, Gambar.
de poteſt. Legat. lib. 3. num. 610. cum plur. ſequent.
Mandoſ. ad Regul. 27. q. 2. n. 3. ad fin. Gratian. de-
ciſ. March. 98. n. 7. & diſcept. 127. n. 4. Ventrigl. in
Prax. par. 1. annot. 26. n. 15. Rota deciſ. 14. n. 1.
de renunciat. in antiqu. & cor. Puteo deciſ. 162. lib.
1.* ubi, quod ita fuit in Rota reſolutum. Et in ter-
minis Legati in aliena Proviocia exiſtentis, quod
poſſit inibi creare Protonotarium, etiam non ſub-
ditum *Faber. de Protonotar. cap. 2. n. 6. Rot. deciſ.
349. n. 5. cor. Coccin.*
Et quamvis de Stylo actus prædicti fiant, vel
fingantur expleri extra Portas Urbis reverentiæ 134
cauſa, & obſequii erga Pontificem, hujuſmodi ta-
men ſtylus tantæ oon eſt efficaciæ, ut irritare queat
actum geſtum in Urbe, ut individualiter firmant
Prab. ubi ſupra ibi -- *Tamen communiter Epiſcopi
vadunt extra Urbem ad conferendum: hæc tamen dic
nil refragari, quin Beneficia poſſint conferre &c.* -- &
clarius *Panvin. Gambar. Covar. Ventrigl. loc. cit.
& Mandoſ. d. quæſt. 2. prope fin.* teſtatur, quod ſæ-
piſſime vidit diverſos Ordinarios in Urbe contuliſſe
Beneficia, eorumque collationes habitas fuiſſe pro
validis, quod etiam reſolutum fuiſſe in *Rota*, teſta-
tur *Puteus d. deciſ. 162. lib. I.*
Nec eſt applicabilis hypotheſi diſpoſitio *Text.* 135
in leg. 1. & 2. ff. de Offic. Proconſul. Primo quia per
dicta jura non inducitur nullitas actus. Secundo,
quia in illis agebatur de manumiſſione, & Adop-
tione, quæ certas ſolemnitates, & aliqualem cauſæ
cognitionem requirebaot. Et tertio, quia Legatus
dum creat Protonotarium, utitur non auctoritate 136
propria, & ordinaria, cujus exercitium in Urbe
Proconſuli interdicebatur, ſed auctoritate Apoſto-
lica, & delegata, cum & Protonotarius creatus à
Legato, creatus cenſeatur ab ipſo Pontifice, *Lot-
ter. de re Benef. lib. 2. quæſt. 29. per tot.* proindi-
que in his terminis nullum conſiderari poteſt abſur-
dum, quod juriſdictio delegata exerceatur in ipſa 137
Curia, & coram Papa delegante.
Minuſque officit *deciſ. 137. coram Ubaldo part.
3.* quia ibi Rota oon exaroinat, nec neceſſitatem
habebat examinandi hujuſmodi inſpectionem; ſed
pro ſubſtinenda legitimatione expleta vigore Privi-
legiorum *Familiæ Campeggiæ* reſtringentium facul-
tatem legitimandi extra Curiam, utitur exemplo
Epiſcoporum regulariter Urbem exeuntium pro con-
ferendis Beneficiis, ne videantur conferre in Curia:
unde patet, quod Deciſio prædicta nil concludit pro
deciſione articuli.
Atque ex his rationibus ita reſolutum fuit à
Congregatione particulari deputata à ſan. memo- 138
riæ Innocentio XII. Cum enim in Baſilica S. Mariæ
Transtyberim vacaſſet Canonicatus per obitum *Fede-
rici Montani*, qui fuerat Subcollector ſpoliorum in
Diœceſi Tudertina, & Protonotarius Apoſtolicus

à cl. mem. Cardinali *Barberino* Legatn Romandio-
læ, dum in Urbe morabatur anno 1694. creatus,
cum Data Privilegii in proprio ejus Palatio: exiſti-
mabant Datariæ Officiales, Canonicatus collatio-
nem ad Pontificem ſpectare ob concurſum dupli-
cis coæqualis reſervarionis perſonalis excluſivæ In-
dulti cl. mem. Card. *de Carpineo* ejuſdem Baſilicæ
Cardinalis Diaconi, & quarum una a *Subcollectora-
tu*, altera ex *Protonotariatu* reſultabat. Sed excipien-
te laudato Cardinali, quod nulla habenda erat ra-
tio de *Protonotariatu*, cujus collatio veluti in Urbe
Roma expleta, & ſub *datum* in proprio Palatio
ejuſdem Cardinalis *Barberini*, irrita in radice re-
manſerat: Hinc ad controverſiam hanc dirimendam,
deputata, ut diximus, Congregatione particulari,
die 23. Septembris 1695. unanimis prodiit reſolu-
tio -- *Collationem ſpectare ad Datariam* -- Maxime
quia aderant exempla quampluriuin Protonotario-
rum, qui fuerant in Urbe creati à Cardinalibus Le-
gatis, inter quæ nonnulla etiam ejuſdem Cardinalis
Carpinei.

An autem Protonotariatus, qui à *Comitibus*
139 *Sfortiis* cnocedi ſolent, reſervatinnem inducant?
Actum fuit in Congregatione Datariæ de anno
1703. occaſione vacationis Parochialis in Diœceſi
Ariminen. cujus ultimus poſſeſſor Privilegio Proto-
notariatus *Comitis Sfortiæ* fruebatur, & *negative
reſolutum*. Hac occaſione quamplurimæ, ſed incaſ-
ſum, peractæ fuerunt diligentiæ in perquirendo
Indulto Pauli III. quo, ut aſſerebatur, impertita
fuerat *Comitibus* præfatis facultas creandi Protono-
tarios; Quin imo *Comes* ipſe nomine Datariæ requi-
ſitus, reſpondit, nullam dictæ Pontificiæ conceſſionis
habere notitiam. Fuit etiam tunc conſideratum, quod
ubi re vera adeſſet Privilegium Apoſtolicum indul-
gens *Comitibus Sfortiis* creandi Protonotarios facul-
tatem, illud revocatum remanſit per Regulam
XIV. Cancellariæ. Et id ipſum poſtea deciſum fuit
in *Rot. cor. clar. mem. Cardinal. Falconerio dec.
17. n. 5. tit. de Beneſic.*

Reſervationem pariter non inducunt Protonota-
140 riatus, qui concedi ſolent à Cardinalibus Legatis
tempore univerſalis Jubilæi ad Portas Sanctas ape-
riendas, cum in Brevi Legationis hujuſmodi facul-
tas eis Indulta non legatur; unde Secretaria Bre-
vium anno 1700. poſt maturum examen, noluit
Protonotariatus præfatos regiſtrare.

Demum pro Coronide omittendum non eſt, quod
141 Protonotariatus non ceſſat per Promotionem ad
Epiſcopatum, *Mandoſ. in Tractat. Signat. Grat.
verb. Protonotarii §. final. Novar. in Summ. Bullar.
Comment.* 22. *num.* 2. *Capon. diſcept.* 89. *n.* 8. *Rot.
cor. Achill. de Graſſ. deciſ.* 36. *alias* 1. *de Elect.*
Et fuit tanquam principium certum præſuppoſitum
142 in Congregatione particulari quatuor Prælatorum
anno 1681. de qua infra *num.* 174. ſermonem ha-
bebimus.

143 Hæc quoad *Notarios*, *Protonotarios* nuncupatos.
Sed percurrendo cæteros Apoſtolicæ Sedis Officiales
in *Extravag. Ad regimen* numeratos, ſequuntur
tum *Auditor Contradictarum*, de quo *Cobell. Notit.
Cardinal. cap.* 19. *pag.* 204. *§. Sed antiquis*, tum
Auditores Rotæ, quorum Beneficia eſſe reſervata, &
quidem reſervatione perſonali, dixit *Rota deciſ.* 523.
n. 45. *in fin. & nu.* 47. *part.* 19. *tom.* 2. *Recentior.*
144 An autem intret reſervatio, ſi quis tantum fuerit
creatus Rotæ Auditor, nondum tamen receptus,
nec admiſſus? Negative videtur reſpondendum juxta
Notabile Cancellariæ pag. mihi 40. *n.* 288. & con-
ferunt quæ tradit *Card. de Luc. de Præeminen.
diſc.* 28. *à n.* 10.
145 Numerantur itidem inter Officiales *Correctores*,
nec non *Scriptores Litterarum Apoſtolicarum.* Agit
de origine, numero, & prærogativis hujuſmodi
Scriptorum *Cobell. Notit. Cardinal. cap.* 24. *per tot.
Eminentiſſ. D. Card. Petra in Conſtitut. Apoſtolic.
tom.* 4. *pag.* 419. *n.* 10.

Pœnitentiarii S. Sedis adſcribuntur in *Extravag.* 146
Ad regimen inter illius Officiales; Eorumdemque
Officialium nomine comprehenduntur etiam Perſo-
næ illæ, quæ ſubſunt Pœnitentiario majori, quales
ſunt *Notarii Pœnitentiariæ*, juxta *deciſ.* 655. *Bella-
mer. Mandoſ. in Regul.* 1. *Cancell. quæſt.* 7. *Lotter.
de re Beneſ. lib.* 2. *quæſt.* 32. *n.* 29. Et de *Conſultore* 147
ejuſdem Sac. Pœnitentiariæ quod ſit Apoſtolicæ Se-
dis Officialis, dixit *Armindus Riccius* in Diſcurſu,
cui titulus -- *Romana Canonicatus S. Mariæ Tranſty-
berim*, ubi probat, *Extravagantem* loqui de Officia- 148
libus tam majoribus, quam minoribus, qualis cen-
ſetur dictus *Conſultor*, & ſive a Principe, ſive ab
alio eum repræſentante, eligantur, *Lotter. d. lib.* 2.
quæſt. 29. *n.* 11.

Succedunt *Abbreviatores*, de quorum numero, 149
Officio, & tempore inſtitutionis late agit *Cobell. in
Notit. Cardinal. cap.* 22. *pag. mihi* 213. *bon. mem.
Ciampinus de Abbreviator. de Parco Majori cap.* 1. *&
pluribus ſeqq. Card. de Luc. in Relat. Cur. diſc.* 44.
Van Eſpen in Jus Eccleſ. Univ. part. 1. *tit.* 23. *cap.* 1.
n. 9. *& ſeqq. Eminentiſſ. Petr. in Conſtitut. Apoſtol.
tom.* 3. *pag.* 418. *n.* 4. *& ſeqq. Corrad. in prax. Diſpenſ.
lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 3. *& ſeqq. Roſ. de Executor. part.* 1.
cap. 1. *n.* 33. *& ſeqq.* & omnium Beneficia ſunt reſer-
vata vigore dictæ *Extravagantis*, ſive ſint *de Parco
majori*, ſive *de Parco minori*, eſto non omnes adeſ- 150
ſent tempore editionis illius, *Mandoſ. ad Regul.* 1. *qu.*
16. *Cherub. ad Bull.* 1. *Nicolai V. Schol.* 2. *Germon.
de Indult. Cardinal.* §. *Etiam ex eo n.* 51. *& ſequen.
Puteus deciſ.* 234. *& deciſ.* 257. *lib...*

Præterea inter Sedis Apoſtolicæ Officiales in *Ex-
travag. Ad regim.* numerantur *Capellani*, ibi-- 151
Quorumcumque Capellanorum: Circa quos plura
ſunt notanda. Primo, quod ſub *Extravaganti* com-
prehenduntur etiam Capellani honoris, *Coccin. dec.* 152
1059 *n.* 36. Secundo, quod ſunt reſervata eorum
Beneficia, etiamſi poſtea Capellani eſſe deſierint, *Si-* 153
monett. de Reſervat. qu. 37. *n.* 7. *& ſeqq.* Et tertio,
quod appellatione Capellanorum veniant etiam *A-
colyti*, licet de tempore editionis *Extravagantis* ad 154
huc non adeſſent, *Puteus deciſ.* 81. *lib.* 3. *Comitol.
deciſ.* 42. *per tot.* ubi agebatur de Acolyto creato a
Cardinali Legato, & deciditur, illius Beneficia eſſe 155
reſervata: quamvis *Mandoſ. ad Reg.* 1. *qu.* 5. *&* 6.
diſtinguendo inter Acolytos creatos a Papa, & crea-
tos a Legatis, in illis admittat reſervationem, ſecus 156
in iſtis, *Filiucc. oper. Moral. tom.* 2. *tract.* 41. *cap.*
3. *n.* 23. *Caſtropal. in ſimili oper. tom.* 2. *tract.* 13.
diſput. 2. *punct.* 17. §. 4. *in fin.*

Et advertitur in *Notabilibus* Cancellariæ pag.
346. Beneficia *Acolytorum*, uti *Acolytorum* non 157
eſſe reſervata, cum minime id in jure cautum repe-
riatur, ſed eorum reſervationem inſurgere, quia ſunt
Capellani; Et hac ratione in illis datur reſervatio
Extravag. Ad regimen, & in Bulla dici debet--*Ta-
lis N. Acolytus Capellanus*, -- Et idem eſt in Sub-
diacono Papæ, ut in dicto *Notabili*, & ex eo *Re-
buff. in Prax. tit. de reſerv. gener. & ſpecial. n.* 27.
Verum ſuper hoc parum immorandum, quia Aco-
lytorum Officia, quæ erant venalia, pro majori
Capellæ Pontificiæ ornamento, & decore, fuerunt 158
ab Alexandro VII. ſuppreſſa, reſtituto pretio illa ob-
tinentibus, & in eorum locum ſubrogati fuerunt
Votantes Signaturæ. De diverſis vero ſpeciebus A-
colytorum agit *Verall. deciſ.* 8. *&* 9. *part.* 1. *& de-
ciſ.* 70. *part.* 2.

Cantores

Cantores vero Papæ non ſunt Capellani, neque
159 eorum Beneficia ſunt reſervata ex eo quod ſint
Papæ Capellani, ſed ratione familiaritatis, *Rebuff.*
ubi ſupra num. 27. *& in Notab. Cancell. pag. mihi*
567. *n.* 3. & infra in *Commentar. ad Regul.* 4. §. 5.
num. 66.

Enumerantur pariter *in Extravagan.* inter Apo-
160 ſtolicæ Sedis Officiales tum *Legati*, ſiva *Nuncii*,
quorum Beneficia ſunt reſervata reſervatione perſo-
nali *Card. de Luc. de Beneſic. diſc.* 4. *n.* 7. *& diſc.*
143. *n.* 19. *Caccin. adnot.* 50. *Rat. dec.* 177. *lib...*
cor. Puteo tum *in Terris Eccleſiæ Romanæ Rectores*,
& in proviſionibus Beneficiorum ab eis obtento-
161 rum, detur particularis reſervatio vigore ejuſdem
Extravagantis, ut in *Notab. Cancellar.* pag. mihi
525. ibi -- *Vidi etiam dubitari, quæ reſervatio debet*
dari in Eccleſia Cuſentin. Epiſcopo, Viterbii ubi erat
Gubernatar, defuncta: & Ja. Fer. dixit, dari debere
reſervationem ex eo, quod erat Rector, ſeu Guber-
nator, per Extrav. Ad regimen, reſervantem Be-
neficia vacantia per obitum Rectarum Terrarum Ro-
manæ Eccleſiæ ubicumque defunctorum: & quad ita
alias fuit deciſum in ſimili caſu. Appellatione vero
162 hujuſmodi *Rectorum* non comprehendi *Viceſgeren-*
tem Cameræ in Civitate Avenionen. reſolvit *Caſſa-*
dor. deciſ. 4. *de Conſtit.*

An autem *Extravagans* reſtringatur ad Recto-
163 res, & Præſides Provinciarum, ut ſunt Vicelega-
tus Avenionenſis, Marchiæ, aut Campaniæ Guber-
nator, vel potius comprehendat etiam Gubernato-
res ſingularum Civitatum Status Eccleſiaſtici, quam-
vis ſubſint Cardinali Legato, fuit quandoque in du-
bium revocatum. Et attenta proprietate ſermonis,
videbatur quod *Extravagantis* diſpoſitio reſtringi
tantum deberet ad Præſides Provinciarum, cum
164 Rector proprie dicatur, qui Provinciam quoquo
titulo regit, ut poſt *Bartol. in l. prima Cod. de ex-*
cuſat. muner. lib. 11. ait *Calvin. in Lexicon verb.*
Rectar. Maxime, quia *Extravagans* in eadem ora-
tionis periodo loquitur de Rectoribus in Terris Ec-
cleſiæ Romanæ, ac de Legatis, Nunciis, & The-
ſaurariis. Sicuti autem iſtorum nomina congruere
non poſſunt niſi iis, qui ſunt in Provinciis, & Re-
gnis: ita & Rectores Eccleſiæ Romanæ intelligi
nequeunt, niſi de iis Rectoribus, qui Provincias re-
gunt, & adminiſtrant.

Sed his non obſtantibus, affirmandum eſt, etiam
165 in Gubernatoribus ſingularum Civitatum Status
Eccleſiaſtici locum habere *Extravagantem*, ut ex
mox relato Notabili Cancellariæ, & dixit *Rot. car.*
Caſſador. dict. deciſ. 4. *n.* 3. *&* 4. *de Conſtitut.* Et ita
in contingentia facti ſuper Beneficiis vacantibus per
obitum R. P. D. *Philomarini* Gubernatoris Civita-
tis Faventiæ, quæ ſubeſt Cardinali Legato Roman-
diolæ, fuit in Congregatione particulari reſolutum,
ſcribentibus pro Cardinali Caraffa Indultario ſuper
hoc motivo acquieſcentibus.

Sed cum in eadem *Extravag. Ad regimen* reſer-
166 ventur Beneficia *quorumcumque Legatorum, ſive*
Nunciorum, ac in Terris Eccleſiæ Rectorum, &
Theſaurariorum &c. nunc vacantia, & in antea
vacatura, ubicumque dictos Legatos, vel Nuncios,
ſeu Rectares, aut Theſaurarios, antequam ad Ro-
manam Curiam redierint, rebus eximi contigerit ab
humanis; ideo quæritur, an reſpectu aliorum Of-
167 ficialium reſervatio hæc locum habeat intra duas
dietas tantum, vel potius verbum *ubicumque* re-
feratur tam ad dictos quatuor ibi nominatos, quam
ad omnes alios ſupra expreſſos? Et in hac quæſtione
variarunt antiqui DD. nam *Extravagantem* non ha-
bere locum in Beneficiis Officialium ultra duas die-
tas decedentium, ubi Officiales ſint de quatuor ſu-
pra nominatis, qui ſua officia ultra dictas duas die-
tas exercere ſolent, exiſtimarunt *Gemin. conſ.* 92. *n.*
1. *Rebuff. in addit. ad Regul. I. Cancellar. verſ. im-*
primis, Hieron. Paul. in Prax. Cancell. tit. de Be-
neſic. reſervat. general. Rot. deciſ. 266. *n.* 15. *& ſeqq.*
part. 13. *Recent.* repetita *car. Priola deciſ.* 169. *n.*
15. *& ſequen.*

Econtra vero, quod reſervata ſint Beneficia non
dictorum quatuor Officialium tantum, ſed & cæ- 168
terorum in *Extravaganti* comprehenſorum, *ubi-*
cumque illos decedere contingat, firmarunt *Æneas*
de Falcon. de reſervat. quæſt. 3. *ſub num.* 15. *Sotus*
ad Regul. 5. *num.* 7. *Monet. de Option. tot. cap.* 3.
quæſt. 3. *num.* 31. *Gregor. Tholoſan. Inſtit. Beneſic.*
cap. 24. *num.* 4. *verſ. Quia licet, Lotter. de re Be-*
neſic. lib. 2. *qu.* 27. *num.* 87. *&* 88. *Gomeſ. ad Re-*
gul. de Triennal. quæſt. 21. *num.* 5. *Garzal. ad Re-*
gul. 8. *gloſſ.* 13. *n.* 46. Sed hodie ceſſat ſuper hoc
puncto quæcumque ambigendi ratio; Siquidem 169
ſan. mem. *Alexander VII.* Conſtitutione edita 6.
Idus April. 1666. quæ eſt in Bullar. *Lugdunenſi la*
171. & refertur etiam a *Clericat. diſcord.* 88. *poſt*
n. 25. ſtatuit -- *Beneficia Protonotariorum, Scripto-*
rum, & aliorum Officialium enumeratorum in dicta
Conſtitutione ad Regimen eſſe reſervata, ubicumque
decedant, etiam extra Romanam Curiam, & ultra
duas dietas, & advertit *Card. de Luc. de Beneſic.*
diſc. 3. *n.* 8.

Hinc Beneficia eorum, qui in Tribunalibus Nun-
ciaturæ Apoſtolicæ inſerviunt, quamvis ibidem de- 170
cedant, ſunt ex capite *Officialatus* reſervata. Ita
cum in Nunciatura Hiſpaniarum obiiſſet *Abbas del-*
la Volpe, qui erat Abbreviator tempore, quo Car-
dinalis *Caccia* Nuncii Apoſtolici munere fungeba-
tur, Sedes Apoſtolica de Beneficio per ipſum ob-
tento, tanquam de reſervato vigore *Extravag.* diſ-
poſuit ſub *Datum apud S. Mariam Majorem tertio*
decima Kalen. Junii anno Secundo Pontificatus Inno-
centii XII. Et rurſus de anno 1707. Beneficium
Diœceſis Capuan. quod obtinebat *Angelus del Roſſo*
Advocatus Fiſcalis in Tribunali Nunciaturæ Nea-
polis, San. Mem. Clemens XI. contulit Joanni *An-*
tonio Mezzaſalce, ut infra etiam dicemus.

Alia his ſuccedit inſpectio. Suppoſito principio,
quod Beneficia Officialium Sedis Apoſtolicæ ſint 171
reſervata reſervatione perſonali, ut pluries dictum
eſt, ita ut concurrente alia coæquali perſonali reſer-
vatione, excluſum remaneat Indultum Cardinalium,
prout in terminis Protonotarii ſimul, & Subcolle- 172
ctoris firmavit *Rot. deciſ.* 608. *part.* 5. *Recent. de-*
ciſ. 221 *car. Bich. deciſ.* 632. *cor. Dunozet.* &
poſt hæc ſcripta *Piton. tom.* 4. *diſcept.* 105. *num.* 19.
An ſi quis obtineat officium Militis Pii, aut alterius
Militiæ, quod habet adnexum Protonotariatum,
& familiaritatem Pontificiam, illius Beneficia dici
poſſint duplici coæquali reſervationi perſonali obno-
xia. Negative reſpondeo. Etenim hæc duplex qua-
litas familiaritatis, & Protonotariatus inducit uni- 173
cam dumtaxat reſervationem, nam cum utraque
ſit adjecta eidem officio, neutra ſtat de per ſe, ſed
acceſſorie ad ipſum officium, & ſic apta non eſt
multiplicare reſervationem, *Gomez ad Regul. de*
non impetran. per obitum famil. Card. quæſt. 15. *n.* 7.
Tondut. dict. part. 3. *cap.* 152. *n.* 18. *Carol. Antan.*
de Luca de pluralit. Legal. cap. 57. *n.* 5. *Rot. deciſ.*
1177. *num.* 9. *cor. Peña, deciſ.* 1251. *n.* 5. 15. *&*
22. *cor. Seraphin. & in Recent. deciſ.* 266. *num.* 4.
part. 13. Et in Indultis concedi ſolitis Cardinali- 174
bus comprehenduntur Beneficia quorumcumque
Officialium -- ibi -- *Officiales præſentes, & futuri*
quocumque nomine nuncupentur, qui omnes ſunt
Protonotarii, & Familiares, ex quo manifeſte

patet, quod reſervatio ex Familiaritate, & Proto-
notariatu ipſorum Officialium, tamquam proveniens
ab uno, eodemque titulo, eſt una, non duplex: alias
175 Indultum redderetur inefficax, & inane, *Rota dict. decif.* 266. *n.* 5. *& 6. part.* 13. *Recent.*

Major eſt difficultas, quando quis duo Officia
acquiſivit, nempe Officium Militis Pii, ac Laure-
176 tanum, an poſſit ex uno Officio deſumi reſervatio
ratione *Protonotariatus*, & ab alio altera reſervatio
ex capite *Familiaritatis?* Et in hoc quoque caſu
dicendum videtur, quod multiplicari nequeat reſer-
vatio, quia cum Beneficia hujuſmodi Officialium
reſerventur ratione Familiaritatis, & Protonotaria-
tus, & quis per antecedens Officium jam fuerit effe-
ctus Protonotarius, & familiaris, acquiſitio de no-
vo facta, eſt reiteratio ejuſdem qualitatis, quæ non
multiplicat reſervationem, cum geminatio ejuſdem
rei fieri nequeat, nec id quod ſemel quæſitum fuit
177 ex uno titulo, poteſt ex alia cauſa de novo acqui-
ri, ex relatis per *Rot. decif.* 169. *num.* 9. *& ſeqq. &*
n. 14. *cor. Priola, quæ eſt decif.* 266. *part.* 13. *Rec.*
Piton. diſcept. 105. *n.* 20. *&* 21. & confert *decif.* 32.
n. 1. *de Præbend. in antiqu.* ubi quod nova reſerva-
178 tio adjecta Beneficio ſemel reſervato, nihil opera-
tur: quod tamen, quomodo ſit intelligendum ibi-
dem explicatur, & *Nos* infra dicemus. Sic familia-
179 ritas non multiplicat reſervationes, licet quis ex
pluribus Officiis pluries efficiatur Familiaris Papæ,
180 nam in effectu Familiaritas eſt una, ut inquit, *Caſ-*
ſador. decif. 9. *ante n.* 5. *de Præbend.* & cum proce-
dat ab eodem fonte, nempe à Papa, multiplicari ne-
quit, *Rota coram Royas decif.* 100. *n.* 15. *cum trib.*
ſeqq. & dicta decif. 169. *n.* 7. *& ſeqq. cor. Priola,*
Card. de Luca de Benefic. diſc. 3. *Piton. dict. diſcept.*
105. *n.* 20. *tom.* 4.

Nec refragatur quod Officia ſint diverſa inter ſe,
quia ad iſtum effectum neceſſe eſt, quod tituli re-
ſervationum ſint diverſi, nempe quod unus produ-
181 catur à Familiaritate, alius a Subcollectoratu, vel
ſimilibus titulis producentibus reſervationes diver-
ſas; Unde cum diverſa Officia non diverſificent ti-
tulum, conſequenter non multiplicant reſervationes,
ſed unam tantum conſtituunt univocam, & identi-
ficam, reiteratam ex diverſis Privilegiis, *Rot. cor.*
Royas dicta decif. 100. ubi, licet proviſus Apoſtoli-
182 cus haberet duo Privilegia Subcollectoris, tamen
fuit reputata unica reſervatio, quia unus erat titulus
reſervationis, licet per plura Privilegia reiteratus.
183 Et quando unus eſt Familiaris Papæ, & Protono-
tarius, per reiterationem ejuſdem tituli non poteſt
effici plus Familiaris, & Protonotarius, quam an-
tea eſſet, nam quod ſemel meum eſt, amplius meum
184 effici non poteſt. Et ſi Papa uni ex ſuis Officiali-
bus imponeret plura miniſteria, diceretur una Fa-
miliaritas unius, & ejuſdem Papæ, non multiplex,
neque diverſa, ut in terminis *Rota dict. dec.* 169. *n.*
10. *cor. Priolo, & poſt Novar. in Summ. Bullar.*
decif. 32. *n.* 3. *Card. de Luca de Benefic. dict. diſc.*
3. *n.* 12. *& ſeqq.*

185 Sed contrariam Sententiam quod ex duobus
Officiis, ſeu Militiis diverſæ ſpeciei, & ſeparatim
acquiſitis, deſumi poſſint duæ reſervationes æqua-
les excluſivæ Indulti Cardinalium, ex uno nempe
Protonotariatum, & *Familiaritatem* ex alio, in-
hærendo ſupra dictæ Conſtitutioni *Alexandri VII.*
firmat *Cardinal. de Luca de Benefic. diſc.* 102. *in*
Supplem. Rot. dec. 476. *n.* 6. *& ſeqq. part.* 18. *Re-*
cent.

Non obſtat, quod ſemel ac quis per primam Mili-
tiam effectus fuit Familiaris, & Protonotarius, ſe-
cunda Militia eaſdem habens qualitates, non redu-
plicat reſervationes juxta *Deciſionem* 169. *coram*
Priolo. Quia ex unaquaque Militia non inducitur
niſi una qualitas, & ſic ex illis, una unam, & 186
alia aliam facit operationem, *Card. de Luc. dict.*
diſc. 102. *n.* 6. Nec ullum oritur inconveniens ex
ſciſſura Reſervationum, unam deſumendo ex *Pro-*
tonotariatu, alteram ex *Familiaritate*, quia paſſim
id ſervatur in Beneficiis diverſis reſervationibus ob-
noxiis, dum Papa utitur ea reſervatione, quæ ſibi
magis eſt proficua, & in ſpecie id ſervatum fuit
tam in laudata Conſtitutione *Alexandri VII.* quæ
hujuſmodi ſciſſuram facit, quam in Beneficiis *bon.*
mem. Pepe, qui licet per Referendariatum Signatu-
ræ acquiſiverit familiaritatem Pontificis, & Proto-
notariatum; attamen *Rot. in dict. dec.* 476. *par.* 18.
Recent. has qualitates ſcindendo, ſumpſit ſolum ex
Familiaritate unam Reſervationem, & aliam ex al-
tero *Protonotariatu* poſtea ſupervento; Alias enim
ſi Referendariatus qualitates ſcindi non potuiſſent,
cum dictus *Pepe* ob Referendariatum fuiſſet fami-
liaris, & Protonotarius, ſecundus Protonotaria-
tus habens etiam adnexam familiaritatem, & Re-
ferendariatum, non potuiſſet cauſare novam reſer-
vationem.

Et quamvis in caſu laudatæ *Decif.* 476. *p.* 18.
ageretur de Protonotariatu de per ſe ſtante, nec
dependenter ab officio noviter acquiſito; Nihilo mi-
nus ad effectum reſervationis, & comprehenſionis
ſub *Extravag. Ad regimen* nulla viget differentia
inter Protonotariatum per ſe acquiſitum, & alium
ex officio dependentem, ut præ ceteris dixit *Rot. de-*
cif. 172. *n.* 24. *part.* 4. *tom.* 2. *Recentior.* Utriuſque
enim ſpeciei Protonotarii comprehenduntur ſub *Ex-*
travag. vel quia ſunt homogenei ad Notarios parti-
cipantes ibidem expreſſos, juxta unam ſententiam,
vel quia omnes ſunt Sedis Apoſtolicæ Officiales, &
proinde comprehenſi ſub generalitate verborum,
qua utitur *Extravagans*, etiam independenter ab
homogeneitate cum officialibus ibidem expreſſis,
juxta aliam veriorem ſententiam, quam late exami-
nabimus infra *a n.* 241. *& ſeqq.*

Hic applicabilis non eſt *Deciſio* 32. *de Præbend.* 187
in Antiq. quia ibi agitur de hoc themate; ſi Papa
Kalendis Aprilis reſervat Præbendam A, & Kalen-
dis Maii iterum reſervat eandem Præbendam A; an
hæc ſecunda reſervatio aliquid operetur? Et poſt
examinatam hinc inde quæſtionem, iſtam cum non-
nullis diſtinctionibus aliquid operari determinatur.
At inſpectio, de qua agitur eſt, an ſi Papa ex capi-
te familiaritatis, & Protonotariatus annexi alicui
Officio reſervet Præbendam A, & poſtea iterum eam
reſervet ex alio Officio habente eaſdem qualitates fa-
miliaritatis, & Protonotariatus, ſed ſeparatim ac-
quiſito, & diverſæ naturæ, poſſit in hoc caſu una re-
ſervatio ratione nempe *familiaritatis* ex uno Officio,
& alia ratione *Protonotariatus* ex altero Officio
diverſæ naturæ deduci? Sed punctus iſte in dicta
Deciſione non examinatur, & cæteroquin affirmati-
ve ex ſupra dictis rationibus reſolvendus eſt. Et huic
ſententiæ non ſine tamen Votorum ſciſſura adhæſit
Congregatio particularis anno 1696. ut dicemus in- 188
fra *num.* 233.

Fuit itidem quandoque in dubium revocatum, 189
an Protonotariatus reſultans ex dictis Officiis, ſeu
Militiis, & *Scriptoratus* concurrens in una Perſona
conſtituant duas coæquales reſervationes perſonales
excluſivas Indulti Cardinalium, *Rota in dict. decif.*
266. *n.* 14. *& ſeqq. par.* 13. negative reſolvit, quia
licet *Scriptores*, cæterique Papæ Officiales de-
clarentur Familiares, & Protonotarii; ex hoc ta-
men non deducitur nova Reſervatio diverſa ab
illa, quæ inducta fuerat per dictas Militias: & ſic
tamquam iteratio ejuſdem qualitatis non multi-
plicat

plicat reſervationem: familiaritas enim ſemper eſt una, ut dictum eſt.

190 Haud relevante, quod Officialium Beneficia ſint
etiam reſervata per *Extravag. Ad regimen*. Siqui-
dem hæc Reſervatio non eſt apta excludere Indul-
tum, quia eſt *localis*, *plene Lott. lib. 2. quæſtion. 27.*
n. 87. & ſeqq. præſertim *n. 90.* ubi ait, *Extrava-*
gantem Joannis XXII. quæ incipit *Ex debito*, in
hac parte fuiſſe innovatam per *Extravag. Ad regi-*
men, & eſſe bene obſervandum ad effectum cognoſ-
cendi, hanc reſervationem non eſſe introductam ra-
tione *perſonæ*, ſed ratione *loci*: idemque repetit in
quæſt. 32. ſub n. 30. ubi agens de Beneficiis Officia-
lium reſervatis per *Extravag. Ex debito*, innovatam
in hac parte per *Extravag. Ad regimen*, & in ſpe-
191 cie de Beneficiis *Scriptorum*, ait, quod ubicumque
locorum dictos Officiales mori contingat, finguntur
mori *in Curia*; & quod ex hac fictione inducitur va-
catio ratione loci; idemque notandum dicunt *Barb.*
in Collect. ad Extravag. Ex debito ſub n. 2. de Ele-
ction. inter Commun. Rota dict. deciſ. 266. num. 23.
part. 13. Recent. & in eadem Cauſa *Cardinal. de*
Luca de Benefic. diſc. 3. n. 10. & ſequen.

192 Idque comprobatur auctoritate eorum, qui exi-
ſtimant Reſervationem *Extravag. Ad regimen*, lo-
cum ſibi vindicare ubicumque contingat Officiales
extra Romanam Curiam, & ultra Dietas decedere,
& quidem non alia ratione, niſi quia eorum Benefi-
cia ſemper cenſentur vacare *in Curia*, etiam ſi illa
poſſidentes alibi moriantur, ut videre eſt penes DD.
ſupra laudatos *n. 168.* Reſervatio autem, quæ re-
193 ſultat ex vacatione *in Curia*, dicitur *localis*, & in-
ducta ratione loci, non autem ratione perſonæ, ut
ſupra dictum eſt.

194 Rurſus, Beneficia dictorum Officialium non ſunt reſervata, ex quo ipſi ſunt Officiales, neque habita ulla ratione perſonæ, ſed quia cum ſint Officiales, ſunt Curiales, *Lotter. dict. lib. 2. quæſt. 32. n. 25. & 26.* & diximus ſupra. Nec ſimilia officia dantur propter perſonam, ſed propter pecuniam, *Puteus deciſ. 103. num. 1. & deciſ. 368. num. 1. & 2. lib. 3.* Et ſic patet nullam in his cadere conſiderationem perſonæ.

195 Accedit, quod ut alibi dictum eſt, tres tantum dantur reſervationes perſonales, ſcilicet *Familiarium*, *Collectorum*, *Curſorum*, *& Cubiculariorum*. At reſervatio *Extravagantis Ad regimen* non eſt aliqua ex iſtis; ergo non eſt perſonalis, *Rota dicta deciſ. 266. n. 24. part. 13.*

196 Non obſtant DD. qui autumant, reſervationem Protonotariorum, & aliorum Officialium, eſſe perſonalem; quia hoc verum eſt: ſed nihilo minus Reſervatio iſta perſonalis non fuit inducta vigore *Extravag. Ad regimen*, ſed vigore Conſtitutionis Pauli III. qui familiaritatem his Officialibus ſuperinduxit, *Lotter. d. quæſt. 32. n. 59. & 60.* Proindeque non obſtat *Sarnen. in quæſt. 15. de Benef. per obit. famil. Card.* qui inter Reſervationes perſonales enumerat illas Protonotariorum, & aliorum Officialium, nam bene dixit, quis omnibus ineſt Reſervatio perſonalis, reſultans à Familiaritate, quæ ſemper eſt annexa his Officialibus, non tamen ibi diſcutit, unde proveniat iſta perſonalitas, & an multiplicet Reſervationem, quia in ſuo caſu talis quæſtio neceſſaria non erat; imo *n. 7. verſic. Exemplum*, non obſcure declarat, qualia ſint Officia, quæ dantur propter *perſonam*, & dicit eſſe de contentis in *Regulis 4. & 6.* quæ nunc ſunt *5. & 7.* loquentes de *Cubiculariis*, *Curſoribus*, *Collectoribus*, *& Subcollectoribus*, quæ ſunt Reſervationes perſonales; & in iiſdem terminis loquitur etiam *Germon. de Indult. Card. in verb. Commendare*, *n. 27.*

Itaque cum Reſervatio inſurgens ex Scriptoratu, 197
aliiſque Officiis non ſit perſonalis, inducta ab *Extravag. Ad regimen*, ſed ſit tantum perſonalis ratione familiaritatis ſuperadditæ à Paulo III. ſequitur, quod Scriptoratus, & Protonotariatus reſultans ex dictis Officiis, ſeu Militiis non producant duplicem Reſervationem perſonalem coæqualem, quia ſemper eſt unica familiaritas ab eodem Papa procedens.

Verum his non obſtantibus aliter eſt hodie dicen- 198
dum, inſpecta laudata Conſtitutione ſan. mem. Alexandri VII. in *Bullar. Lugdunenſi la 171.* quæ prodiit ſuper caſu diſcuſſo in *Rota dict. deciſ. 266. part. 13. Recent.* In dicta ſiquidem Conſtitutione ſtatuit Pontifex, Beneficia Officialium eſſe reſervata, non ſolum ratione familiaritatis ſuperinductæ per Paulum III. ſed etiam ratione ſolius *Officii*, & declaravit, *Protonotariatum* ex Militia Pia, ſeu Militum Piorum, & *Scriptoratum* ſeparatim acquiſitum, conſtituere duas Reſervationes perſonales coæquales excluſivas Indulti Cardinalium, ut apud *Cardinal. de Luca de Benefic. diſc. 3. n. 8.* qui in *addition. ad eundem diſcurſ. in Supplemento*, advertit, quod cum temporibus ſan. mem. Clementis X. fuiſſet habitus recurſus ad Signaturam Gratiæ pro aperitione oris, & reductione ad viam juris adverſus dictam Conſtitutionem *Alexandrinam*, prodiit Reſcriptum, quod *audirentur Officiales Datariæ*; quibus auditis, aliud emanavit reſcriptum -- *Ad R. P. D. Datarium pro Concordia* -- Sed ea non ſequuta, & habito novo recurſu ad eamdem Signaturam Gratiæ temporibus Innocentii XI. fuit reſcriptum *Nihil.*

Hinc ad tramites ejuſdem Conſtitutionis ſan. 199
mem. Alexandri VII. Rota reſolvit, *Protonotariatum* Apoſtolicum de numero Participantium, & *Referendariatum* utriuſque Signaturæ conſtituere duplicem coæqualem Reſervationem, quando quis fuit prius Referendarius, & poſtea Protonotarius, cum hoc caſu una Reſervatio non poſſit dici dependens ab alia, dum diſtincte utraque Dignitas fuit acquiſita, ut *in dec. 476. n. 6. & ſeqq. part. 18. Rec.* Licet è contra ſi utraque Dignitas non ſit diſtincte acquiſita, ſed unitim, quia nempe quis creetur Protonotarius de numero Participantium, & una ſimul Referendarius, cum Referendariatus ſit annexus Protonotariatui, tunc dici nequit illius reſpectu concurrere duplicem Reſervationem coæqualem excluſivam Indulti, ut in terminis Beneficii, quod
vacaverat per obitum ſupra dicti *R. P. D. Pepe*, de
quo loquitur *Rot. deciſ. 476. part. 18. Recent.* re-
petita apud *Novar. in Summ. Bullar. deciſ. 32.*
conſuluit, & fuiſſe ſervatum, ait *Cardinal. de Lu-*
ca de Benefic. diſc. 102. in ſupplement. ubi id ex eo
ulterius confirmat, quod Cardinalis *Caracciolus* Ar- 200
chiepiſcopus Neapolitanus, in cujus Diœceſi vaca-
verat Beneficium à dicto *Pepe* obtentum, Indulto
potiebatur conferendi Beneficia vacantia per obitum
Abbreviatorum, *Auditorum Rotæ*, aliorumque Offi-
cialium habentium annexam hanc Prælaturam Re-
ferendariatus utriuſque Signaturæ; quod ſane oſten-
dit, per dictam Prælaturam non multiplicari Reſer-
vationem. Et in fine ſubjungit, *Alexandrinam*
Conſtitutionem intelligendam eſſe, ubi concurrunt
duo tituli penitus diſtincti, in quibus verificetur du-
plicitas perſonarum, quodque unus, unum, & alter
producat alterum effectum.

Veruntamen propoſitio iſthæc in Dataria non 201
tranſit ſine difficultate, quia non ſumus in Officiis, quæ ſimul, & ſemel acquiruntur, cum Protonotariatus poſſit eſſe ſine Referendariatu, nam Protonotarii non prius efficiuntur Referendarii, quam

oſten-

oſtendant, ſe fuiſſe Doctoratus laurea inſignitos,
ſervatiſque ſervandis adſcribantur numero Refe-
rendariorum ex Conſtitutione *Sixti V.* Et vidi-
mus paſſim nonnullos, qui prius emerant Protono-
tariatum, deinde poſt aliquot annos effectos ſuiſſe
Referendarios Signaturæ. Cum igitur Protonota-
riatus poſſit ſtare de per ſe, nec Referendariatus pen-
deat neceſſario à Protonotariatu, ſequitur, utrumque
conſtituere duas ſpecies contradiſtinctas Reſervatio-
num, ut fuit animadverſum in Cauſa *Averſana* ſu-
per Beneficiis *R. P. D. Philomarini*, qui fuerat Pro-
tonotarius, & Referendarius, & conſerunt, quæ
tradit idem *Card. de Luca de Offic. venal. cap. 2. n.
16. & ſeqq.*

202 Et ſimile habemus exemplum in eo, qui ſimul ſit
Familiaris Papæ, & *Protonotarius*, cujus Beneficia
eſſe duplici Reſervationi perſonali obnoxia, & per
conſequens non comprehendi ſub Indulto Cardina-
lium, dixerunt *Veroſp. & Lancellot. in eorum Voto
impreſſ. apud Gratian. diſcept. 982. ſub num. 24. in
fine, Tondut. quæſt. Beneficial. part. 3. cap. 152.
ſub n. 16.* Licet enim Familiares ſoleant eſſe Pro-
tonotarii, & Familiaritatis intuitu, juxta conſuetam
formulam Privilegiorum Familiarium, creentur
Protonotarii: attamen adhuc in hujuſmodi Fami-
liaribus Protonotariis duæ conſiderantur Reſerva-
tiones perſonales, quia non agitur de illo Protono-
tariatu ficto, qui eſt annexus Officio, vel muneri
de ejus natura, adeo ut eo ipſo, quod quis aſſequitur
officium, efficiatur Protonotarius; ſed de Protono-
tariatu independenti, cum ſtet bene ſimul, quod
quis ſit familiaris Papæ, & tamen non ſit Proto-
notarius, quia adhuc Privilegii conceſſio facta
non fuerit, ut praxis docuit ſub *Innocentio XI.* qui
per annum, & ultra diſtulit Privilegium elargiri.
Accedit, quod in eodem genere Pontificiæ fami-
liaritatis plures adſunt veri Familiares, qui non ſunt
Protonotarii, ut *Capellani extra muros, Scutiferi,
Buſſolantes, Clerici, & Ceroferarii Cappellæ &c.*
Unde propterea familiaritas eſt cauſa impulſiva con-
ceſſionis Protonotariatus, qui tamen eſt conſideran-
dus de per ſe, & independens, non tamen perne-
ceſſe conſequutivus; & conſequenter duplicat Re-
203 ſervationem, ut fuit reſolutum à Congregatione
quinque Prælatorum *anno* 1681. ſuper Canonicatu
S. Mariæ in Via lata per obitum *Cruciani*, qui fue-
rat familiaris Papæ, & Protonotarius, ut ex Voto
extenſo in illa Cauſa per *Cardinalem de Luca*, ubi
ait, ſuper hoc puncto nullam adfuiſſe difficultatem.
Et de *Cubiculario* Clementis X. qui ſimiliter fue-
rat Protonotarius, *Manſ. conſult. 647. numer. 5.
tom. 7.*

204 Inſpecta itidem laudata Conſtitutione Alexan-
dri VII. ſunt duplici quoque Reſervationi perſo-
nali obnoxia Beneficia illius, qui fuit *Referenda-
rius*, & poſtea *Auditor Rotæ*, ut in *deciſ.* 523. *n.*
205 45. *part. 19. tom. 2. Recentior.* Quatenus vero ibi-
dem *nu.* 46. firmatur, Beneficia promoti ad Epiſ-
copatum eſſe reſervata Reſervatione perſonali,
(quod etiam fuit reſolutum à Congregatione Par-
ticulari quatuor Prælatorum de *anno* 1681. in Nea-
politana Beneficiorum per obitum Epiſcopi Caten.
vacantium, in qua cauſa duplex Reſervatio perſona-
lis ad effectum excludendi Indultum Cardioalis Ar-
chiepiſcopi Neapolitani deſumta fuit, & à *Protono-
tariatu*, quem defunctus Epiſcopus obtinebat, &
ab *Epiſcopatu*) difficultatem patitur, quia nullibi
cautum reperitur, *Epiſcopatum* de per ſe conſide-
ratum inducere Reſervationem perſonalem, ſed
206 ſolùm incompatibilitatem. Et in tantum Beneficia
Epiſcopi ſunt reſervata, in quantum Papa, data
retentione, manus apponit; unde propter affectionem
à quocumque alio inferiori conferri non poſſunt.

Quemadmodum ad tramites ejuſdem Conſtitutio- 207
nis *Alexandri VII.* ceſſaret etiam Indultum, ſi quis
eſſet *Nuncius*, & *Referendarius*, ut tradit *Card. de
Luc. de Benef. diſc. 4.* item *Cubicularius*, & *Scrip-
tor, Clericat. de Benefic. diſcord. 88.* ſeu etiam *Scrip-
tor, & Abbreviator.* Sed quid ſi eſſet familiaris Car- 208
dinalis, & *Abbreviator*, ſeu *Scriptor*? *Card. Luca
diſcurſ. 3. de Benefic. n. 14.* perpendit, quod ceſſaret
Indultum ob concurſum duplicis Reſervationis reſul-
tantis à duplici diverſa cauſa, nempe ab Officio
Abbreviatoris, ſeu Scriptoris, & à familiaritate Car-
dinalis. Non obſtante quod familiaritas Cardinalis 209
ſuffocata remaneat ab alia majori familiaritate Pa-
pæ, qua gaudent Abbreviatores, & Scriptores;
quia concluſio procedit in gratiam, & favorem Pa-
pæ, ſeu Dataríæ, ne Cardinalis prætendere valeat,
locum eſſe ad ſui favorem diſpoſitioni Regulæ 32.
& propterea non videtur, quod retorqueri debeat
in ejuſdem Pontificis præjudicium, ut dicemus in
Comment. ad Regul. IV. §. 6. n. 216. & ſeqq. Eſt &
alia potentior ratio, quia Officialium Beneficia 210
ſunt hodie reſervata non ſolum ratione familiaritatis
Pontificiæ, ſed etiam ratione *Officii*, ut ex dicta
Conſtitutione *Alexandrina*; & ideo duplex con-
currit perſonalis Reſervatio, quarum quælibet à
diverſo fonte procedit, alia nempe ex Officio Ab-
breviatoriæ, & Scriptoratus, & alia ex familiaritate
Cardinalis.

An autem Protonotariatus non obtentus de per 211
ſe, ſed acceſſorie ad Conclaviſtatum inducat unam
tantum, vel duplicem Reſervationem? dicemus in
Comment. in Reg. IV. §. 5. n. 73.

Sed præter ſupra recenſitos *Officiales*, de quibus 212
meminit *Extravag. Ad regimen*, plures alii modo
adſunt, qui aut tempore, quo illa emanavit, nempe
anno 1335. non aderant, aut ibi non enumerantur,
Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 51. n. 6. & ſeqq. ubi re-
fert Authores, qui de illis particulariter loquun-
tur, *Mandoſ. ad Regul. 32. quæſt. 14. n. 10. Pariſ.
de Reſignat. lib. 2. quæſt. 16. n. 36. Kochier. ad Re-
gul. 3. num. 34. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. nu.
208. in fin. Barboſ. de Poteſt. Epiſcop. allegat. 57.
n. 105. & de Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 3. cap. 13. n.
49. Ventrigl. in Prax. part. 2. tit. de Reſervat. Bene-
fic. annot. 2. §. 2. n. 37. Caſtropal. de Benefic. diſput.
2. punct. 19. n. 7. Puteus deciſ. 305. n. 1. Caputaq.
deciſ. 27. in princip. part. 3.*

Difficultas tamen eſt, an Beneficia prædictorum 213
Officialium, qui expreſſe non leguntur nominati
in *Extravag. Ad regimen*, ſint etiam illius diſpoſi-
tioni obnoxia, ita ut eorum Reſervatio reſultet ex
qualitate *Officii* ſub eadem *Extravag.* comprehen-
ſi, vel potius ex familiaritate ſuperinducta in lau-
data *Conſtitutione Pauli III.*? Et reſolutio pendet
ab inſpectione, ſcilicet *Extravagans Ad regimen*
comprehendat omnes Officiales in genere, etiam po-
ſtea creatos, vel potius Officiales tantummodo exi-
ſtentes tempore, quo promulgata fuit, & per eam
nominatos cum dictione -- *Videlicet* --

Et duæ videntur conſiderari poſſe ſpecies Officia- 214
lium poſt editam *Extravagant.* creatorum; alii nem-
pe, qui comprehenduntur ſub aliqua ſpecie illorum,
qui in ea numerantur, quique ſunt homogenei, &
aliquam habent cum ipſis ſimilitudinem: alii vero, qui
cum illis nullam habent homogeneitatem, ſimilitudi-
nem, & connexionem. Quod attinet ad novos Offi-
ciales primi generis, conveniunt DD. omnes ſub *Ex-
trav.* comprehendi; Hinc dum *Extrav.* reſervat Bene-
ficia *Capellanorum*, amplectitur etiam Beneficia *Aco- 215
lytorum*, qui poſtea creati fuerunt, quia & ipſi ſunt
Capellani, & veniunt ſub generali nuncupatione *Ca-
pellano-*

pellanorum, late *Maudoſ. ad Reg.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 5. &
quæſt. 6. *per tot. Put. deciſ.* 81. *lib.* 3. *Comitul. deciſ.*
42. & habetur in *Notabilibus Cancell. pag. mihi* 346.
216 *& ſeqq.* Sic pariter dum loquitur de *Abbreviatori-*
bus, comprehendit tam *Abbreviatores de Parco Ma-*
jori, quam *de Parco Minori*, licet iſti tempore edi-
tionis *Extravagantis* non adeſſent, *Rot. cor. Pin. de-*
ciſ. 234. *&* 257. Quemadmodum *Extravagans* lo-
217 quendo de ſeptem *Notariis*, locum habet etiam in
Notariis creatis a Legatis, Nunciis Apoſtolicis, E-
piſcopis Aſſiſtentibus &c. qui comprehenduntur ſub
generali nomine *Notariorum*, & aliquam habent
cum illis ſimilitudinem, & homogeneitatem.

218 Reſidet itaque difficultas in altera ſpecie Officia-
lium, qui nec ſunt nominati in *Extravaganti*, nec
cum nominatis aliquam habent ſimilitudinem, & ho-
219 mogeneitatem. Quod enim dictorum Officialium
Beneficia non ſubjaceant Reſervationi inductæ per
eamdem *Extravagantem*, dixit *Caſſador. deciſ.* 4. *de*
220 *Conſtit.* ubi quod ſub ea non comprehenduntur
Auditor Cameræ, *& Locumtenens* Civitatis Avenio-
nen. *Rebuff. in Prax. Benefic.* tit. *Forma*, *& De-*
clar. novæ proviſion. n. 20. ubi *quod Clericorum Ca-*
221 *meræ*, *& Procuratorum Contradictarum* Beneficia
non ſunt reſervata, quia non ſunt illi nominati in
Extravagant. Maudoſ. ad Regul. 1. *quæſt.* 7. *n.* 1. *&*
222 2. *& quæſt.* 4. *n.* 8. ubi pariter *de Auditore Cameræ*,
ejuſque *Locumtenente*. *Armind. Riccius* in Diſcurſu
cui titulus *Romana Multiplicis Reſervationis in fin.*
223 ubi loquitur de Beneficiis eorum, qui obtinuerunt
Officia Militiarum vacabilia; & adeſt *Notabile*
Cancellariæ *pag. mihi* 347. his verbis concep-
tum -- *Nota, quod Beneficia Clericorum Cameræ non*
224 *ſint reſervata, nam licet Cappas deferant, non ta-*
men Cappellani ſunt, nec datur -- Grata Devotio-
nis *&c.* -- Sed -- *Vitæ, ac morum honeſtas* -- *ſe undum*
Anſelmum Correctorem, licet aliqui contra, & ita
vidi notatam in lib. A. de Alexand. fol. 81. *& hoc*
mane verbum feci cum D. Nic. de Caſtel. qui dixit
mihi, illos non eſſe Cappellanos, nec eorum Benefi
cia eſſe reſervata · Sunt enim illi tantum Clerici Ca-
meræ Apoſtolicæ, non autem Cappellani, licet Cap-
pas deferant; & ideo non videntur differre ab aliis
quo ad reſervationem, & præmium - Vitæ, ac mo-
225 *rum &c. Idem dicimus de Procuratoribus Contra-*
dictarum, ut eorum Beneficia non ſint reſervata,
nec dari debet Clauſula generalis reſervationis: non
enim nominati ſunt in Extravagant. Ad regimen,
nec apparet Beneficia eorum eſſe aliter reſervata. ut
dixit mihi Nic. de Caſtel. nec ſunt familiares, nec
dicitur grata familiaritatis, ſeu grata devotio-
nis, ſed tantum vitæ &c. & ita dixit mihi Nic. de
Caſtel. Fr. Pater. Audivi tamen poſtea à D. Jo. Fer.
quod Clerici præfati à modico tempore citra, facti
ſunt Cappellani, & habent Bullam &c. hoc ſi ve-
rum eſſet, jam aperta eſſet via Reſervationi Secus
ſi Clerici non dicuntur Magiſtri, ut nullus Officia-
lis PP. & propter hoc familiaris, etiam Magiſter,
niſi habeat privilegium, quod ſit Magiſter. Ita dixit
mihi &c. Nic. de Caſtello, & propter hoc Sollicitato-
res non ſunt Magiſtri, hoc mane 20. *Aprilis* 1493.
datum fuit Grata devotionis &c. eo quod habet
Bullas ſuper hoc; Sed tamen niſi videatur Bulla
226 *non deberet dari · fuit tamen expedita*. Idemque
dicitur in alio *Notabili pag. mihi* 353. ubi de *Ma-*
giſtris Supplicationum, & *Magiſtris Plumbi*, *de*
Clericis, *& Procuratoribus Contradictarum*, & de
227 *Auditore Cameræ*, cujus reſpectu redditur ratio,
quod non ſit Officialis Papæ, ſed Cameræ, &
prius *pag. mihi* 4. *n.* 29.

228 Idem ſuadet contextus *Extravagantis*, quæ licet
explicet Officiales in genere, tamen poſtea decla-
rat, quos Officiales comprehendere voluit, eos
ſigillatim enumerando cum dictione -- *Videlicet* --
quæ de ſui natura eſt taxativa, quando expoſi- 229
tio minus includit, quam id quod exponitur, ut in
terminis ejuſdem dictionis -- *Videlicet* - adjectæ
certis Officialibus per eadem verba enunciatis in
Extravag. Ex debito, de Elect. firmat *Lotter. de re*
Benefic. lib. 2. *quæſt.* 31. *num.* 31. *& ſeqq.* & genera-
liter *Bero. conſ.* 72. *num.* 8. *lib.* 2. *Menoch. conſ.* 706.
num. 12. *verſ. Eſt enim certum*, *Ganaver. conſ.* 1.
num. 89. *pag.* 25. *Card. de Luc. de Fideicomm. diſc.*
41. *n.* 5. *Rota in Mantiſſ. ad Ornat. ejuſd. Card. de*
Luc. tom. 4. *lib.* 13. *deciſ.* 37. *num.* 16. Alias ſi *Ex-*
travagans reſervare voluiſſet Beneficia quorumcum-
que Officialium, exuberaſſet in verbis illis -- *ac*
Officialium S. Sedis -- & ſuperflua fuiſſet particularis
eorumdem enumeratio, quæ nihil operari poterat
aut reſtringendo, aut ampliando, aut declarando
præcedentem generalem diſpoſitionem, aptam de
ſui indole omnes, & quoſcumque Officiales tunc
exiſtentes, & poſtea creandos, comprehendere. Pro-
ut etiam ſuperfluum fuiſſet, indaginem in Tribunali
Rotæ *cor. Caſſadoro*, *& Puteo* aſſumere, *an Proto-*
notarii, *Acolyti*, *& Abbreviatores de Parco mi-*
nori eſſent ſub *Extravag.* comprehenſi, & fruſtra
reſolutio ſuper eorumdem comprehenſione deſum-
ta fuiſſet a ratione, quod continebantur ſub certa
Officialium ſpecie enumerata in eadem *Extravag.*
ſi iſta afficeret omnes Officiales, etiam per eam non
ſpecificatos; Vel enim non adfuiſſet ſuper hoc oc-
caſio dubitandi; Vel quæſtio fuiſſet reſoluta ex hac
generali ratione comprehenſionis Officiorum om-
nium, etiam poſt illius editionem erectorum.

Comprobatur hoc iſtum tum ex *Regula I. Can-* 230
cellar. quæ reſtringit reſervationem ad Officiales
expreſſos in *Extravag.* - ibi -- *Etiam ſi Officiales in*
eadem Conſtitutione expreſſi &c. tum ex ſæpe lauda- 231
ta *Conſtit. Alexandri VII.* in qua ſimiliter reſerva-
tio ratione *Officii* coarctatur ad Officiales expreſſos,
& enumeratos in *Extravag.* -- *Cum dubitatum &c.*
An Beneficia Officialium expreſſorum, & enumera-
torum in dicta Extravag. Ad regimen &c. & rur-
ſus - *Beneficia Officialium in dicta Extravag. expreſ-*
ſorum &c.

Nec obſtant DD. indiſtincte, & generaliter fir- 232
mantes, Officialium omnium Beneficia eſſe reſerva-
ta; Quia propoſitio hæc ab ipſis firmata vera eſt.
At controverſiæ punctus in eo reſidet, an quoad
Officiales non expreſſos in *Extravag. Ad regimen*,
ratio Reſervationis deduci debeat à familiaritate om-
nibus Officialibus ſuperinducta per *Conſtitutionem*
Pauli III. vel potius *ab eadem Extravaganti* tan-
quam generaliter loquente; & cum hoc DD. non
determinent, intelligendi veniunt juxta diſpoſitionem
præfatæ *Alexandrinæ Conſtitutionis*, quod aut ſunt
expreſſi in *Extravaganti*, & reſervatio deſumitur
ex *Officio*, aut non ſunt expreſſi, & reſultat ex *fa-*
miliaritate ſuperaddita.

Hanc Sententiam ſequuta fuit Congregatio Parti- 233
cularis anno 1696. deputata à ſa. me. Innocentio
XII. ad effectum dirimendi controverſiam exortam
inter Datariam Apoſtolicam, & Cardinalem Archi-
presbyterum Baſilicæ Principis Apoſtolorum ſuper
collatione *Beneficiatus* vacantis in eadem Baſilica
per obitum *Gundiſalvi Nunez*, qui exiterat Offi-
cialis S. Petri, & Miles Lauretanus, & cui interve-
runt clar. me. *Card. Panciatiens* Prodatarius, &
RR. PP. DD. Martellus, de Aſte, Sperellius, Bona-
curſius, Caſarellius, Petra, Anſideus, & Lan-
cetta. Duo fuerunt diſputati Articuli. Primus, an
Officiales S. Petri ſint comprehenſi ſub *Extravag. Ad*
regimen, ita ut eorum Beneficia dici debeant reſer-
vata

vata ratione ſolius *Officii*, juxta *Conſtitutionem*
Alexandri VII. & quatenus negative; An (& hic
erat ſecundus Articulus) obtinente eadem perſona
duo Officia *S. Petri* nempe, & *Lauretanum*, poſſit
ad effectum eruendi duas Reſervationes perſonales
deſumi *Protonotariatus* ex Officio S. Petri, & ex
Militia Lauretana *familiaritas*. Quoad primum
Articulum, uno excepto Cardinali *Panciatico* Pro-
datario, cæteri qui Congregationi interfuerunt,
Negative reſponderunt innixi fundamento, quod
Extravagans Ad regimen enumerat certos Officia-
234 les, & utitur dictione *Videlicet*; quæ ſtat reſtri-
ctive ad ſpecificatos; Eoque magis quia tam Re-
gula I. Cancellariæ, quam Conſtitutio Alexandri
VII. dum reſervant Beneficia obtenta per Officia-
les, utuntur verbis--*expreſſos, & enumeratos*--in di-
cta *Extravaganti*. Quo vero ad ſecundum articu-
lum, *quatuor* ex laudatis Votantibus cenſuerunt,
quod ex dictis duabus Militiis *Sancti Petri*, & *Lau-*
235 *retana* erui non poſſint duæ reſervationes perſona-
les coæquales, juxta *Deciſionem 169. coram Priolo*,
quæ revocata non fuit per Conſtitutionem *Alexan-*
drinam, imo potius confirmata, dum in ea non de-
ſumuntur duæ reſervationes ex duabus Militiis, ſed
una ex *Officio in Extravaganti* comprehenſo, nempe
Scriptoratu, & altera ex *Pratonotariatu* Militiæ an-
nexo. *Quinque* vero in contrariam abiere Senten-
236 tiam, cenſentes ex duabus Militiis diverſæ ſpeciei
ſumi poſſe duas Reſervationes perſonales coæqua-
les, alteram ratione *Pratonotariatus*, & alteram ra-
tione *familiaritatis*, juxta ea, quæ diximus ſupra
n. 185. *& ſeqq.* Et ex hoc motivu prodiit reſolutio
favore Datariæ.

Placuit reſolutio quoad ſecundum Articulum,
ſed non quoad primum. Scribens enim favore Da-
tariæ, etiam in ſenſu veritatis exiſtimabam, quod
Beneficiatus à Gundiſalvo obtentus duplici eſſet ob-
noxius Reſervationi perſonali, quarum una reſulta-
237 bat ex *Protonotariatu* annexo Militiæ Lauretanæ,
quæ ultro admittebatur, altera ex Officio *Militis*
Sancti Petri juxta terminos Conſtitutionis Alexan-
dri VII.

Quod Milites Sancti Petri ſint Officiales, non
238 revocabatur in dubium, & clare probatur ex Con-
ſtitutione *Pauli III. tom.* 1. in ordine *la* 3. Unica,
quæ occurrebat difficultas erat, quod Milites præ-
239 fati non ſunt nominati in *Extravaganti Ad regi-*
men, ad quam relative ſe habent *Regula I.* Cancella-
riæ, & *Conſtitutio Alexandrina*, proindeque eorum
Beneficia dici non poſſunt vigore ejuſdem *Extra-*
240 *vag.* reſervata. Potiſſimum quia enumerat illos Offi-
ciales cum dictione *Videlicet*, quæ eſt reſtrictiva,
quando expoſitio minus includit, quam id quod ex-
ponitur, ut dictum eſt ſupra *n.* 229.

Verum dicebam, magis communem, magiſque
241 rationi congruam eſſe ſententiam, quod *Extrava-*
gans Ad regimen comprehendat Officiales in ea
non enumeratos, & poſtea creatos. Loquitur enim
illa generaliter, & indiſtincte de *Officialibus*- ibi--
242 *Officialium dictæ Sedis*: & licet immediate poſt-
ea nonnullos enumeret Officiales, utendo dictio-
ne *videlicet*--ibi--*Videlicet Camerarii*, *Vicecan-*
cellarii, *Notariorum &c.* nihilo minus enumera-
tio hæc non ſtat taxative, ſed demonſtrative, ſeu
243 declarative, quemadmodum in dubio ſemper ſu-
mitur dictio *videlicet*, ut in propoſito obſervant
Lotter. de re Beneſic. lib. 2. quæſt. 29. num. 6. & 7.
Mandoſ. in Regul. 1. quæſt. 7. nu. 4. & generaliter
tradunt *Aretin. in L. Qui liberis 8. n. 3. ff. de Vul-*
gar. & pupillar.--ibi--*In dubio autem quando præ-*
cedit diſpoſitio generalis, & ponitur exemplum per di-
ctionem, id eſt, *iſta dictio non ſignificat reſtrictive, ſed*
exemplificative; unde habet locum diſpoſitio in omni
alio caſu, quem poſſunt complecti verba generalia
præcedentia-- *Decius in L. Cum priorem 2. n. 2. C.*
unde legitim. Marcabr. conſ. 56. num. 2. Becc. conſ.
133. n. 38. Coſta Siculus conſ. 67. n. 35. Amat. var.
reſol. reſolut. 1. n. 80. Borgnin. deciſ. 19. n. 74. cum
plur. ſeqq. par. 3. Deciſio Sicula apud Card. de Luca
de Feudis art. 3. n. 273.

Et hic eſt communis ſenſus DD. qui indiſtincte 244
quorumcumque *Officialium* Beneficia reſervata eſſe
affirmant, etiamſi tempore editæ *Extravag.* in re-
rum natura non exiſterent, *Satus in Regul. 5. in*
fin.-- ibi-- *Et quorumcumque Officialium*-- *Lotter. d.*
quæſt. 29. num. 6. & ſeqq. Zabarell. conſ. 33. nu. 2.
circ. med. Simonet. de reſerv. quæſt. 39. num. 3. ibi-
que Adden. num. 4. Mandoſ. ad Regul. 32. quæſt.
14. nu. 5. prope fin. verſ. & licet, & num. 7. & 9.
Rebuff. in Prax. Beneſ. par. 1. tit. de reſervat. n. 3.
--ibi--*Vel habent Officia Scriptoris ſive aliud Pa-* 245
pæ Officium: & de Auditore Cameræ *Filiuc. tract.*
41. de Beneſ. cap. 3. n. 23. Puteus deciſ. 240. lib. 1.
ubi de *Abbreviatoribus de Parco Minori*, qui non
aderant tempore Benedicti XII. & de quibus di-
ctum eſt ſupra *n.* 150. Quemadmodum nec aderant
Acolyti, quorum Beneficia eſſe vigore ejuſdem *Ex-*
travagantis reſervata, diximus pariter ſupra *n.* 155.
Germon. de Indult. Cardinal. §. Etiam ex eo, n. 54.
Rota deciſ. 172. n. 19. & ſeqq. par. 4. tom. 2. Rec.
& de *Conſultore Pœnitentiariæ* diximus ſupra *n.* 147. 246
ex Armindo Riccio in Diſcurſu ſuper Canonicatu S.
Mariæ Tranſtyberim, quem Pontifex contulit cum
expreſſione, quod vacaverat per obitum *Conſulto-*
ris, & prævio examine, an eſſet comprehenſus
ſub *Extravaganti*: Quod etiam fuit ſervatum ſub
Alexandro VII. in Beneficiatu S. Petri vacante per
obitum *Jo. Baptiſtæ Ferrarii* Scriptoris Littera-
rum, ſeu *Subſecretarii SS. Inquiſitionis*, diſcuſſa
prius materia in Congregatione particulari, ſuper
qua extat alter Diſcurſus ejuſdem *Armindi Riccii* ſub
titulo *Romana Beneficiatus S. Petri.* Et iterum ſub
Innocentio XI. in altero Beneficiatu, qui vacaverat
per obitum *Joannis Baptiſtæ Huſſoni* pariter Scrip-
toris Litterarum in eodem Tribunali, & in ejuſ-
dem Beneficiatus collatione data fuit reſervatio ra- 247
tione *officii Scriptoratus*, examinata ſimiliter materia,
an comprehenderetur ſub *Extravaganti*, ſuper quo
caſu extant duo Vota *Card. de Luc.* unum impreſ-
ſum *in diſc. 142. de Beneſic.* & alterum manu exa-
ratum, quorum fundamenta reaſſumemus *in Com-*
mentar. in Regul. 4. §. 5.

Hinc in terminis *Regulæ I.* quod ſub ea compre- 248
hendantur omnes Officiales, dixit *Rot. deciſ. 172.*
num. 31. part. 4. tom. 2. Recent. ubi, quod nulla
ſubeſt ratio illam reſtringendi ad certa Officia,
Garc. de Beneſic. part. 5. cap. 1. n. 203. Germon. de
Indult. Cardinal. §. Etiam ex eo n. 92. Et in pluri-
bus aliis Cancellariæ Regulis fit mentio de reſerva-
tione ex hoc capite *Officialatus* generaliter, & indi-
ſtincte abſque reſtrictione ad eos, qui nominati, &
expreſſi fuerunt in dicta *Extravag.* Sic in *Regul. 32.* 249
verſic. declarans excluduntur Cardinales a præſtan-
do conſenſu in Familiarium Beneficiis, quæ *ratione*
Officiorum per eas obtentorum diſpoſitioni Apoſtolicæ
generaliter reſervata, vel affecta apparerent, hæc-
que Regula amplectitur indiſtincte Officiales om-
nes, *Mandoſ. ibidem quæſt. 14. n. 6. 9. & 10.* Sic
etiam in *Regula 56.* inducitur reſervatio ex quo fuit 250
quis *Subcollector*, *Familiaris*, *Notarius &c.* aut
dictæ Sedis Officialis, nulla appoſita reſtrictiva, aut
limitatione ad eos ſolummodo, qui in Conſtitutione
Ad regimen enumerati fuerunt.

In Indultis quoque S. R. E. Cardinalibus concedi
conſuetis,

conſuetis, impertitur eis cum verbis ampliſſimis facultas conferendi Beneficia *Officialium*; & poſt enumeratos illos, qui in *Extravag.* recenſentur, ſuperadditur: *ſeu quicumque alii Curiæ, & Sedis prædictæ Officiales &c. præſentes, & futuri quocumque nomine nuncupati fuerint*, ut apud *Germon. de Indult. Cardinal. §. Etiam ex eo pag.* 467. cui concordant modernæ formulæ Indultorum. Inutilis autem, & prorſus inanis fuiſſet tam ampla facultas Cardinalibus conceſſa conferendi uti reſervata Beneficia *quorumcumque Sedis Apoſtolicæ Officialium, quocumque nomine nuncupentur*, ſi reſervatio deberet eſſe reſtricta ad eos tantum Officiales, qui in *Extravag. Ad regimen* nominati noſcuntur.

Nec obſtare ſubdebam, quod dictio *videlicet*, qua *Extravag.* utitur, ſtet tantummodo demonſtrative quoad Officiales poſtea creatos qui ſint comprehenſi ſub aliqua ſpecie in eadem enumerata, ſecus vero quoad alios Officiales, qui nullam habent cum
252 ſpecificatis homogeneitatem, aut ſimilitudinem: tum quia dictio præfata -- *videlicet* -- aut ſtare debet declarative quoad omnes Officiales, aut quoad nullum ex eis, qui de tempore *Extravagantis* non aderant; Tum quia ratio, quæ Doctores impulit ad affirmandum, quod *Extravagans* indiſtincte Officiales omnes comprehendat, non fuit unice fun-
253 data ſuper motivo homogeneitatis, ſed etiam in eo, quod lex ſemper loquitur, & cum ſit generalis, extenditur ad futura, & comprehendit Perſonas quomodocumque exiſtentes, *leg. Arriani C. de Hæretic. Rot. coram Puteo dict. deciſ.* 240. *in fin. Germon. de Indult. Card. dict. §. Etiam ex eo n.* 54. *Lotter. dict. q.* 26. *n.* 6. *& ſeqq.* ubi, quod cum Pro-
254 tonotarii honoris ſint Officiales, conſequens eſt, quod comprehendantur ſub *Extravaganti*, ex dicta *deciſ.* 172. *num.* 20. *part.* 4. *tom.* 2. *Recent.* ubi quod
255 tametſi lex loquatur de *Monaſteriis* hactenus ædificatis, adhuc intelligi debet de Monaſteriis poſtea ædificandis.

Id ipſum comprobatur ex identitate rationis.
256 Quandoquidem Officialium Beneficia ſunt reſervata propter connexionem, quam ipſi habent cum Sede Apoſtolica, cui inſerviunt, & propter reverentiam debitam Summo Pontifici, qui Officiales ſuos ſub ſua protectione, & tutela recipit, & quemadmodum in Beneficiis illorum dum vivunt, nullo pacto ſe ingerere poſſunt Ordinarii, juxta *Extravag. Divina, de Privilegiis inter Commun.* ita nec poſt mortem, ſed eorumdem Beneficiorum collatio ad ſolius Pontificis diſpoſitionem remanere debet,
257 *Lotter. lib.* 2. *quæſt.* 32. *a n.* 165. *ad* 180. Hæc autem ratio æque applicatur Officialibus in *Extravag. Ad regimen* enumeratis, ac aliis poſtea creatis, cum & iſti connexionem habeant cum Sede Apoſtolica, & ſint ſub tutela Summi Pontificis, erga quem proinde illud præ cæteris obſequii, & reverentiæ argumentum exhiberi debet ab Ordinariis, ut in Collatione Beneficiorum, quæ dicti Officiales obtinebant, non ſe ingerant.

Eoque magis dictio *Videlicet* ſtare debet declara-
258 tive, quia alias ſequeretur abſurdum, quod eſſent reſervata Beneficia *Protonotarii Honoris, Scriptoris litterarum, Abbreviatoris de Parco minori*, & non eſſent reſervata vigore *Extravag.* Beneficia *Datarii, Secretarii Status, Secretarii Brevium*, & aliorum principalium Curiæ Officialium, qui non aderant anno 1335. quo tempore *Extravagans* præfata publicata fuit per Benedictum XII.

Accedit, quod reſervationes in dicta *Extravagan-*
259 *ti* contentæ ſunt favorabiles, *Rot. cor. Comitol. deciſ.* 42. *num.* 8. *deciſ.* 172. *num.* 33. *& ſeqq. part.* 4. *tom.* 2. *Recent.* præſertim quando non agitur contra Ordinarium, ſed contra Indultarium; Quodque reſpectu etiam quamplurium verborum, quibus utitur *Extravagans*, declaratum fuit, ea intelligenda eſſe *demonſtrative*, non reſtrictive: Sic de verbis --
Necnon Commenſalium -- dixit *Rota dict. deciſ.* 42. *n.* 12. 260
cor. Comitol. ſic etiam dum loquitur de Beneficiis vacantibus *per obitum*, declaratum fuit, procedere
in quacumque vacatione, *Comitol. dict. deciſ.* 42. 261
num. 16. *& ſeqq. & Nos infra à num.* 292. Ac demum licet loquendo de Beneficiis Officialium ultra duas dietas decedentium, ea ſolum reſervet, quæ
obtinebant *Legati, Rectores in Terris Eccleſiæ, &* 262
Theſaurarii; Nihilominus declaratum fuit, cæterorum quoque Officialium *ubicumque* decedentium Beneficia, eidem Reſervationi obnoxia eſſe, ut in ſæpe laudata Conſtitutione Alexandri VII. & diximus ſupra *num.* 168. Quemadmodum in Conſtitu-
tione III. Pauli III. promiſcue enumerantur Offi- 263
ciales comprehenſi, & illi, qui non ſunt comprehenſi in *Extravaganti*, & promiſcue ſuperinducitur familiaritas in omnibus.

Minus officere poterat, quod *Rota*, & DD. loquendo de his Militiis, reſervationem non deſumpſerint ex *Officio*, ſed ex *Protonotariatu*, vel *Familiaritate* eidem annexis; quodque ipſamet *Alexandrina Conſtitutio* reſervationem pariter deſumpſerit ex *Protonotariatu* annexo militiæ Piæ, non autem ab ipſo Officio. Etenim quod attinet ad *Rotam*, &
Doctores, cum antiquitus magis recepta eſſet opi- 264
nio, quod reſervatio Beneficiorum Officialium, etiam in *Extravag. Ad regimen* comprehenſorum, eſſet localis, juxta plene relata *in deciſ.* 169. *coram Priolo*, & diximus ſupra *num.* 190. *& ſeqq.* hinc jure merito non ſolum in his Militiis, ſed etiam in aliis Officialibus in *Extravag.* comprehenſis deſumta fuit reſervatio ex *Protonotariatu*, *& Familiaritate*, tanquam dignior, & oſſibus Perſonæ ſemper inhærens; hodie autem cum per *Conſtitutionem Ale-*
xandrinam inducta ſit reſervatio ratione ſolius *Offi-* 265
cii, nulla amplius ineſt neceſſitas eam deſumendi a qualitatibus ſuperadditis.

In præfata vero *Conſtitutione Alexandrina* ſolum Pontificia auctoritate deciditur articulus in Rota diſ-
cuſſus, in qua cum reſolutum fuiſſet, *Protonota-* 266
riatum ex Militia Pia, & *Scriptoratum* non conſtituere duas reſervationes perſonales, ut in *dicta deciſ.* 169. *coram Priolo*: Summus Pontifex contrarium ſtatuendo voluit, quod ex *Protonotariatu* annexo Militiæ Piæ, *& Scriptoratu* duæ inſurgerent reſervationes. Ex hoc autem nullo modo inferri po-
teſt, quod Milites S. Petri non ſint veri Officiales, 267
nec comprehenſi ſub *Extravaganti*, cum de hac quæſtione nec in Rota fuerit actum, quia id erat præter illius Cauſæ neceſſitatem, nec quidquam determinatum in dicta Conſtitutione, quæ juxta facti ſpeciem tunc propoſitam, caſum in Rota tantum diſcuſſum definivit.

Prout demum non obſtare dicebam, quod dicta
Conſtitutio reſtrictive loquatur ad Officiales expreſ- 268
ſos, & enumeratos in *Extravag.* Quia cæteri Officiales, qui poſtea creati fuerunt, ſatis ſuperque comprehenſi dicuntur ſub oratione illa generica ejuſdem *Extravagantis -- ac dictæ Sedis Officialium* -- cui per ſubſequentem ſpecierum enumerationem nullimode fuit derogatum, ut plene oſtenſum eſt.

Atque ex his rationibus, cum *anno* 1707. nova ſe præbuiſſet occaſio diſputandi eumdem articulum, an ſcilicet Reſervatio *Extravag. Ad regimen* comprehendat etiam Officiales ibidem non nominatos;
affirmativam, & favorabilem obtinui reſolutionem 269
à Congregatione Datariæ; Scribens pro *D. Abate*

Joanne Antonio Mezzafalce, proviſo à Sede Apo-
ſtolica de Beneficio vacante in Diœceſi Capuana
per obitum *Angeli del Roſſo*, qui munus Advocati
Fiſcalis io Nunciatura Neapolis exercuerat. Et Lit-
teræ Apoſtolicæ expeditæ fuerunt cum reſervatione
generali dictæ *Extravagantis*, per obitum Officia-
lis, facta hujuſmodi narrativa -- *Dudum ſiquidem*
amnia Beneficia Eccleſiaſtica per obitum quorumcum-
que noſtrorum, & Sedis Apoſtolicæ Officialium ubi-
cumque decedentium tunc vacantia, & impoſterum
vacatura &c. Cum itaque poſtmodum ſine cura Ec-
cleſia, ſeu Cappella Sancti Paridis Capuan Diœce-
ſis, quam quondam Angelus del Roſſo *dictæ ſine Cura*
Eccleſiæ rector &c. per obitum dicti Angeli, qui dum
viveret, &c. munus Advocati Fiſcalis Tribunalis
Nunciaturæ Sedis Apoſtolicæ in Regno Neapolitano
exercuit &c. Dat. apud S. Mariam Majorem 1707.
Quinto Idus Novembris anno VII.

270 Cæterum Beneficia Officialium ſunt reſervata,
etiam ſi tempore obitus Officiales eſſe deſierint, ut
clare præſcribitur in Regula: quod primo ſancitum
fuiſſe ab *Eugenio IV.* anno 1431. teſtatur *Burſatt.*
conſ. 126. *ſub num.* 49. dum in *Extravaganti* id ex-
preſſum non erat, *Filiucc. tract.* 41. *cap.* 3. *nu.* 22.
271 Idque duplici ratione, vel quia dimiſſo Officio
durat familiaritas, *Lotter. lib. 2. quæſt.* 27. *num.* 96.
in fin. Ventrigl. in Prax. par. 2. *annot.* 2. §. 2. *num.*
2. vel quia Beneficium ſemel affectum, ſemper re-
272 manet affectum, etiam extincta reſervatione, ad tra-
mites *Extravag. Ad Romani, de Prabend. Rebuff. ad*
Reg. 1. *Cancell. Rota coram Penia deciſ.* 1177. *n.* 3.
Et in terminis *Cappellanorum, Simonett. de reſervat.*
quæſt. 37. *ſub num.* 5. ubi quod licet *Thom. Faſtol.*
dicat, *Ægidium* tenuiſſe contrarium; tamen id eve-
niſſe arbitratur, quia illis temporibus, in reſerva-
tione Beneficiorum *Cappellanorum* non durabat affe-
ctio; ſequitur *Garc. de Benef. par.* 5. *cap.* 1. *n.* 195.
& ſeqq. Rota dec. 13. *de Praben. in antiquis.*

273 Sub hujuſmodi tamen reſervatione non compre-
henduntur niſi ea ſolum Beneficia, quæ Officiales
tempore, quo tales erant, *obtinebant*, ut in hac
Regula I. decernitur, *Rot. cor. Pen. d. dec.* 1177.
Hioc animadvertendo ad verbum illud *obtinebant*,
274 monet *Garc. loc. citato*, quod ad effectum reſerva-
tionis non ſufficit, quod defunctus Officialis habue-
rit jus *ad rem*; ſed requiritur quod ei competierit
275 *jus in re*; Subdens, quod ſufficit hoc jus in re, e-
tiamſi alter de facto poſſideret; ſequitur *Filiucc.*
tractat. 41. *cap.* 3. *n.* 38. Immo quod ſatis ſit etiam
276 quod Officialis obtinuerit Beneficium de facto,
ſtando in illius poſſeſſione, dummodo jus non eſſet
penes alium. Et ex his videtur, quod valde con-
gruum eſſet, ut huic *Regulæ* I. fieret additio de Be-
277 neficiis, *in quibus, ſeu ad quæ jus eis competit, aut*
competierit, prout exprimitur *in Regulis IV. V. &*
XXXII.

An autem dimiſſo Officio, Beneficia prius obten-
ta dicantur affecta, vel potius reſervata, uti prius
fuit controverſum inter Datariam, & Cardinalem
Indultarium in Cauſa *Averſan.* ſuper Beneficiis *R.*
P. D. Filomarini, qui fuerat Gubernator Civitatis
Faventiæ. Dicebatur enim ex parte Cardinalis In-
278 dultarii, quod poſt dimiſſum Officium extingui-
tur reſervatio, & intrat affectio ad terminos *Text.*
in Extrav. Ad Romani, de Præben. Gambar. de Offi-
cio Legati lib. 3. *num.* 177. *verſ. Sed contra, Card. de*
Luca de Benef. diſc. 5. *num.* 20. & 21. *Duran. deciſ.*
154. *num.* 10. *Seraphin. dec.* 1251. *n.* 20. *in Romana*
Beneficiatus S. Joannis in Laterano 16. *Junii* 1670.
coram Bevilacqua, confirmat. in deciſ. 33. *par.* 17.
Recen. & in terminis Officialium *Rebuff. in Prax.*
Beneſic. tit. de Reſervat. general. & ſpecial, num.
25. & 26. ubi diſtinguendo ait, quod Beneficia
Officialium Papæ ſunt reſervata, etiam ſi ipſi di- 279
miſerint Officia; Sed ſi Papa moriatur poſtquam
Officialis deſinit habere Officium, per illius obi-
tum Beneficia ejus, qui deſinit eſſe Officialis ante
Papæ mortem, non ſunt reſervata, quia reſerva-
tiones fuerunt per mortem Papæ extinctæ, ſicut
Regulæ Cancellariæ, ſed erunt Beneficia illius affe-
cta Officialibus alterius Pontificis; ideo in proviſio-
nibus Beneficii iſtius, narrabitur, quod a nonnullis
aſſeritur, quod talis obtinens tale Beneficium, *Lit-*
terarum Apoſtolicarum Abbreviator extitit, ſeu *Fa-*
miliaris, ideo generaliter reſervatum; provideri ta-
men mandabitur tanquam de non reſervato, ſed
affecto, *Caccin. annot.* 50. *n.* 17.

In contrarium perpendebantur verba Regulæ -- 280
ibi -- *fecit eaſdem reſervationes &c. & illas inno-*
vavit, & locum habere voluit etiamſi Officiales in
eadem Conſtitutione expreſſi, Apoſtolicæ Sedis Offi-
ciales ante obitum eorum eſſe deſierint &c. In quibus
verbis æque *reſervantur* Beneficia Officialium, qui
deceſſerint durante Officio, ac eorum, qui diem
clauſerint extremum, illo poſt Beneficia obtenta
dimiſſo, *Garc. de Beneſic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 95. &
203. *Germon. de Indultis Cardinalium* §. *Etiam ex eo*
n. 89. *Filiucc. Oper. moral. tract.* 41. *cap.* 3. *n.* 29. *in*
fin. Lotter. lib. 2. *quæſt.* 27. *n.* 93. ubi quod Benefi-
cia poſt dimiſſum Officium ſunt reſervata, non qui- 281
dem reſervatione clauſa in corpore juris, nec ratio-
ne loci, ſed ratione Perſonæ, quia ſcilicet ille fuit
Officialis, *Garc. de Benef. part.* 5. *cap.* 1. *num.*
203. & prius *num.* 95. ubi quod Beneficia Officia-
lium ſunt vigore *Extravagantis Ad regimen* ſolum
reſervata, ſi retineatur Officium uſque ad obitum,
ſed vigore Regulæ primæ, in illis verbis -- *Ac lo-* 282
cum habere voluit &c. quomodocumque vacent,
erunt reſervata. Sequitur *Milazo aſſert.* 36. *num.* 7.
& 8. & in terminis Referendariorum *Rota dec.* 523.
n. 45. *cum duob. ſeqq. par.* 19. *tom.* 2. *Recen.* & con-
venit *Duran. deciſ.* 154. *n.* 19. *& ſeqq.*

Nec obſtare dicebatur, quod cum reſervationes 283
Extravagant. Ad regimen expiraverint per obitum
Conditoris, & propterea renoventur in Regula pri-
ma Cancellariæ, Pontifex in earum renovatione,
uti non poterat verbo *affectionis*, ſed neceſſario
adhibere debebat alterum *reſervationis*, quod
proinde verbum veluti ex neceſſitate prolatum,
non eſt aptum tollere affectionem, quæ de jure
reſultat poſt dimiſſum Officium ob *Extravag. Ad*
Romani. Quia admiſſo, quod Pontifex uti debue-
rit termino *reſervationis*, adhuc argumentum nihil
concludit. Si enim voluiſſet ille, quod Beneficia
Officialium remanere deberent poſt dimiſſum Offi- 284
cium ſolum affecta, ad terminos *Extravag. ad Ro-*
mani, ſuperflua fuiſſet extenſio reſervationis præfatæ
ad Officiales, qui dimiſſo Officio deceſſiſſent: ſatis
enim huic caſui dici poterat proviſum per dictam
Extravag. Ad Romani; ideoque dum ex propoſito
quilibet Pontifex *in Regula I.* æqualiter reſervat Be-
neficia tam eorum, qui in Officio deceſſerunt,
quam aliorum, qui ante obitum Officiales eſſe de-
ſierunt, dicendum proinde eſt, utraque Beneficia
eſſe eodem modo reſervata.

Accedit, quod in Regula I. fit mentio de dua-
bus *Extravagantibus, Ad regimen* nempe, & *Exe-* 285
crabilis, de Præben. unde pariter expreſſiſſet Ponti-
fex *Extravagantem Ad Romani*, ſi cum illa ſe
conformare voluiſſet; & ſi exoptaſſet in hac Regu-
la contradiſtinguere *affectionem*, a *reſervatione*, id
utique expreſſiſſet, quemadmodum expreſſit in *Re-*
gul. XI. ibi -- *remanſiſſe, & remanere per hujuſmo-*
di reſervationem, & decretum affecta: argumento
depromto

depromto a diſcretivo loquendi modo, quod in Pontificiis Conſtitutionibus interpretandis ſummopere urget, *Rot. deciſ.* 314. *n.* 5. *& deciſ.* 769. *n.* 42. *cor. Molines.* Verum Cauſa illa *Averſan.* indeciſa remanſit. Sed prima opinio verior mihi videtur,
286 quam etiam tenuerunt antiqui *Abbreviatores*, ut in Volumine *manuſcript. Notab. Cancell.* cujus MS. partem refert *Rebuff. loc. cit.*

An autem hujuſmodi affectio, reſultans ex di-
287 miſſo Officio, ſit ejuſdem efficaciæ, & naturæ, ac ipſa reſervatio perſonalis, itaut juncta cum reſervatione perſonali excludat Indultum Cardinalium, diximus in Comm. *in Rubr. hujus Regul. I. §.* 2. *num.* 25. *& pluribus ſeqq.*

Dubium aliquando etiam emerſit, an reſervata
288 remaneant Beneficia obtenta poſt dimiſſa illa Officia, quæ habent annexum Protonotariatum, ut præ cæteris ſunt *Scriptoratus Apoſtolici* ex Conſtitutione *Leonis X. la* 14. *Bullar. Veter. Sixti V.* Et in hac Quæſtione *Rota deciſ.* 70. *part.* 1. *diverſ.* cenſuit, hujuſmodi Beneficia non eſſe reſervata, & illius fundamenta reaſſumit *Germon. de Indul. Cardinal. §. Ex eo, a num.* 54. *uſque ad fin.* & tangit *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 201. Verum poſtquam Rotæ innotuit Conſtitutio præfata Leonis X. receſſum fuit à deciſis, cum in illa *Scriptores*, qui ſint Clerici, Protonotariatus prærogativa decorentur; ita quod, poſtquam Scriptores eſſe deſierint, adhuc remaneant Protonotarii, ut in *Palentina Scholaſtriæ* penes *Garc. de Benefic. dict. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 204. & clare elicitur ex verbis laudatæ Conſtitutionis Leonis X. ibi -- *Illoſque ex iiſdem Cubiculariis, & Scutiferis, qui Clerici fuerint, in præfatæ Sedis Notarios, ac tam Cubicularios, & Scutiferos, qui Laici ſint, in Auratæ Militia Milites, ita quod etiamſi Cubicularii, & Scutiferi eſſe deſierint, Comites, & Notarii, ac Milites reſpective eſſe non deſinant, ex nunc, prout ex tunc, & e contra, recipimus, & creamus, ac aliorum Aulæ Lateranen. Comitum, & Sedis Notariorum, & Militiæ prædictarum numero, & conſortio favorabiliter aggregamus* -- Quam Leonis Conſtitutionem refert etiam *Cobell. in Not. Cardinal. cap.* 29. *verſ. Qui ex ipſis pag.* 230. Et ideo ne amplius
289 de hac re dubitari contingeret, a temporibus *Sixti V.* Regulæ primæ Cancellariæ fuit adjecta declaratio, quod ſub reſervationibus contentis in *Extravag. Ad regimen* comprehendantur *Beneficia, quæ dictæ Sedis Officiales, qui ratione Officiorum hujuſmodi, ejuſdem Sedis Notarii erant, etiam dimiſſis ipſis Officiis, & quandocumque aſſecuti fuerint &c.* ac hujuſmodi declarationi inhærentes, firmant communiter *Lotter. lib.* 2. *quæſt.* 27. *n.* 96. *Cochier. ad Reg. primam Cancell. n.* 9. *Garc. dict. cap.* 1. *n.* 200. *& ſeqq. & n.* 208. enumerat Conſtitutiones, ex quibus Officiales fiunt Protonotarii, *& num.* 273. *Rouſſell. Hiſtor. Juriſd. Pontif. lib.* 2. *cap. ult. n.* 8. *in fin. Germon. loco citat. n.* 92. *Queſad. in Not. ad Reg. primam Cancellar. verſ. Tertia*, *Tondut. Reſol. Beneſ. part.* 3. *cap.* 200. *n.* 14. *Fabrus de Protonotar. cap.* 12. *n.* 5. *& ſeqq. Rot. dec.* 172. *n.* 30. *& ſeqq. part.* 4. *tom.* 2. *Recent.*

290 Et declaratio hujuſmodi in Regula contenta, locum ſibi vindicat, ſive agatur de Officiis contentis in *Extravagant. Ad regimen*, ſive de aliis ibidem non expreſſis, ut in *dict. deciſ.* 172. *n.* 31. *&* 32. *part.* 4. ubi de Militibus Lilii, *& deciſ.* 706. *cor. Buratt.* ubi de Militibus S. Petri, *Monet. de Option. cap.* 3. *quæſt.* 3. *ſub n.* 35. *Germon. de Indult. Card. §. Ex eo n.* 92. Hinc cum de *anno* 1699. vacaſſet Beneficiatus S. Petri per obitum *Ghetti*, qui fuerat Miles Lauretanus, & *anno* 1692. dimiſerat Officium; Beneficiatus collatus fuit à Dataria, uti reſer- 291
vatus ratione *Protonotariatus* dictæ Militiæ annexi, qui extinctus non remanſerat poſt dimiſſum Officium: exiſtente in Turno *R. P. D. Burato.*

Demum dubitatur, an hujuſmodi Officialium Beneficia dicantur reſervata, ſi aliter quam per 292
obitum vacare contigerit? Movet in terminis Protonotariorum hanc quæſtionem *Milaz. aſſert.* 36. ubi hinc inde argumenta deducit, & tandem relinquit cogitandum. Quod enim non ſint reſervata, niſi vacent per obitum naturalem, deduci poſſe videtur ex verbis ipſiuſmet *Extravagantis* -- ibi -- *Ac etiam per obitum Officialium dicta Sedis* -- & rurſus -- *Rebus eximi contigerit ab humanis* -- Ergo non eſt reſervatio extendenda ad alios modos vacationis, quia reſervationes ſunt odioſæ, & confert *Rot. deciſ.* 57. *§. final. cor. Zarat.*

Verum quod ſint reſervata quomodocumque Beneficia præfata vacent, ſive per mortem naturalem, ſive civilem, verior eſt Sententia, quæ probatur, 293
primo ex communi placito DD. qui aſſerunt, Protonotarios non poſſe coram Ordinario Beneficia ſua cum aliis permutare, quia ipſe illa conferre non poteſt, ſed Papa eſt adeundus, ut conſe- 294
rat, *Fermoſin. in cap. Sua nobis, quæſt.* 4. *num.* 23. *de Offic. Vicar. Novar. Comment.* 144. *n.* 26. *Sacchett. de Privileg. Protonotar. pag.* 27. *in fin. &* 28. *Fabrus de Protonot. cap.* 12. *num.* 17. *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 38. *Merlin. deciſ.* 318. *num.* 10. 11. *&* 16. *& deciſ.* 417. *num.* 1. Ergo ſupponunt, Beneficia vacantia per permutationem, & ſic alio modo, quam per obitum, eſſe etiam reſervata, quia alias Ordinarius ex tali permutatione Beneficia illa conferre poſſet, *Milaz. ibid. num.* 9. *&* 10.

Secundo idipſum ſuadet finis reſervandi Beneficia Eccleſiaſtica, qui alius non fuit, quam providendi 295
gratia benemeritis Perſonis, & conſulendi regimini Eccleſiarum, ut in dicta *Extravaganti* ſpecialiter legitur, & diximus in *Commentar. in Rubric. hujus Regulæ I. §.* 1. finis autem iſte ſuum conſequitur effectum, ſive Beneficia reſervata vacent per obitum naturalem, ſive ex quacumque alia cauſa, ut ponderat *Milaz. num.* 11. *& ſeqq.*

Tertio, quia Beneficia Officialium ſunt reſerva- 296
ta etiam ratione familiaritatis Pontificiæ, eis ſuperinductæ per Conſtitutionem Pauli III. ut pluries ſupra diximus: Quomodocumque igitur vacent, hujuſmodi reſervationi obnoxia eſſe debent, quia in Beneficiis familiarium Pontificis ad reſervationis effectum non attenditur, an vacent per obitum, 297
nec ne, ut dicemus infra in *Commentar. in Regul. IV.* Et quamvis contrarium firmet *Rot. deciſ.* 32. *de Præben. cor. Mohadan.* hæc tamen *Deciſio* communiter improbatur.

Quarto confert exemplum Beneficiorum vacantium *apud Sedem*, ſeu *in Curia*, quæ ſive vacent 298
per obitum naturalem poſſeſſorum, ſive civilem, ſemper ſunt reſervata. Quinimo Decretalis in *cap. Præſenti, de Præbend. in* 6. dum reſervationem præfatam extendit etiam ad Beneficia vacantia intra *duas Dietas*, quamvis loqui videatur de vacatione per mortem naturalem Beneficiatorum -- ibi -- *Diem claudat extremum &c. rebus inibi eximantur humanis &c.* nihilominus receptum eſt, illius diſpoſitionem comprehendere quemcumque alium vacandi modum, qui intra dictas *duas Dietas* ſequatur, ſive per Renunciationem, ſive per Contractum Matrimonii, ſive Profeſſionis emiſſionem &c. ut diximus ſupra *§.* 1. *n.* 93.

Hinc non obſtat, quod *Extravagans Ad regimen* loquatur ſolum de vacatione *per obitum*, quia 299
non

non exinde voluit excludere alios vacandi modos, cum illum expreſſerit, qui frequentius accidere ſolet, quique magis eſt in uſu loquendi, *Milaz. d. Aſſert.* 36. *num.* 19. *Saleru. conſ.* 3. *num.* 192. *& ſeqq.* & prius *numer.* 185. *& ſeqq.* ubi late probat,
300 ſub verbo *vacationis* nedum comprehendi vacationem per obitum, ſed omnes alios vacandi modos, *Marant. part.* 2. *Reſp.* 52. *n.* 103. *uſque ad finem*, *Rot. cor. Comitul. deciſ.* 42. *& cor. Benincaſ. deciſ.* 73.

§. V.

De Reſervatione Beneficiorum vacantium per mortem illorum, qui ad Romanam Curiam accedentes, ſeu ab ea recedentes, intra duas Dietas diem claudant extremum.

ARGUMENTUM.

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia eorum, qui ad Romanam Curiam accedentes, vel ab ea recedentes intra duas Dietas moriuntur, ſunt reſervata.*
Et quomodo id fuerit per Regulam VI. ampliatum? ibidem.
2 *Reſervatio locum ſibi vindicat, ſive ipſi fuerint Curiales, ſive non.*
5 *Et ſive negotia, ob qua ad Curiam accedunt, ſint Curialia, ſive non.*
4 *Diſpoſitio* Extravagantis *uti loquens de accedentibus ad Curiam, vel recedentibus ab ea, non procedit* in ſtantibus.
5 *Si quis pendente acceptione Beneficii moriatur intra duas Dietas, Beneficium vacat, ut prius.*
6 *Dieta legales computantur* 20. *milliarium ſingulis diebus.*
7 *Qualibet modica diſtantia ſufficit, ut reſervatio* Extravagantis *locum non habeat.*

RESERVAT quinto loco *Extravagans Ad regimen* Sedis Apoſtolicæ Diſpoſitioni Beneficia quorumlibet, pro quibuſcumque negociis ad
1 Romanam Curiam accedentium, vel ab ea recedentium, ſi mori eos contigerit in locis ab eadem Curia intra *duas Dietas* legales diſtantibus; & in hoc concordat cum *Text. in cap. Præſenti* 34. *de Præben. in* 6. Et tam hujuſmodi Reſervatio, quam altera, de qua in §. *ſequenti*, ampliata, & extenſa fuit per *Regulam VI.* ad Curiales ubicumque decedentes, dummodo ſequantur Curiam de loco ad locum ſe transferentem, ut inibi dicemus.

Eſt tamen notandum, quod hujuſmodi ſic dece-
2 dentium Beneficia ſunt reſervata, ſive ipſi *Curiales* fuerint, ſive non, nam *Extravagans* utitur verbo *Quorumlibet*; & in dicto *cap. Præſenti* post numeratos *Legatos*, *& Nuncios*], ſubditur -- *vel quivis alii* -- & tam hoc verbum, quam alterum *Extravagantis* late patet, aptumque eſt comprehendere non minus *Curiales*, quam non *Curiales*, ut obſervat *Gloſſ. in dict. cap. Præſenti*, *verb. Alii*, *Gulielm. de Monte Laudun. poſt princip. Paſſerin. in eod. cap. Præſenti n.* 2. *Rota deciſ.* 28. *n.* 9. *& deciſ.* 150. *n.* 3. *&* 4. *part.* 6. *Recen.*

Inſuper non eſt facienda differentia, an ad Ro-
3 manam Curiam accedant pro negotiis Curialibus, ſive pro aliis, cum in dicta pariter *Extrav.* expreſſe dicatur -- *pro quibuſcumque negotiis* -- quæ verba, uti generalia, negotia omnia, ſive Curiam reſpicieoria, ſive non, amplectuntur, *Paſſerin. dict. n.*2. *Rota dict. deciſ.* 150. *n.* 5. *& ſeqq. præſertim n.* 11. *part.* 6.

Quemadmodum cum diſpoſitio *cap. Præſenti*, *& Extravag.* loquatur de accedentibus ad Romanam Curiam, vel recedentibus ab ea, ſequitur exinde, quod reſervata non ſunt Beneficia illorum, qui non accedunt, nec recedunt, ſed ibi ſtant, ut poſt
Joan. Andr. Aucar. Gemin. & Franc. notat *Paſſerin.* 4
in dict. cap. Præſenti num. 3.

Ad effectum tamen, ut locum ſibi vindicet hujuſmodi Reſervatio, neceſſe eſt, quod Beneficium fuerit acceptum; Hinc ſi quis pendente accep-
tione, moriatur *in Curia*, vel intra duas Dietas, 5
Beneficium non dicitur vacare *in Curia*, ſed ut prius, *Paſſerin. in dict. cap. Præſenti num.* 4. Et conferunt, quæ dicemus infra in *Commentar. in Regul. VI. n.* 17.

Dietæ autem legales, de quibus loquitur *Extra-
vagans*, calculari ſolent viginti milliarium pro quo- 6
libet die *leg.* 3. *ff. de verbor. ſignific. leg. Vicena milliaria ff. ſi quis Caution. gloſſ. in cap. Præſenti*, *in verb. Legales*, *de Præbend. in* 6. *Pirhing. in Jus Canonic. tit. de Præbend. nu.* 335. *Engel. in Colleg. jur. Canon. lib.* 3. *tit.* 5. *de Præbend. n.* 15. *Rota dict. deciſ.* 150. *n.* 1. *part.* 6. *Recent.* Omnis tamen mo-
dica diſtantia ſufficit, ut Regulæ diſpoſitio locum 7
non habeat ad *d. Text. in leg.* 3. *ff. de verb. ſignific. Gloſſ. in dict. cap. Præſenti*, *verb. Legales in fin. & ibi etiam Paſſerin. n.* 12. *in fin.*

§. VI.

De Reſervatione Beneficiorum obtentorum per Curiales, qui ex quacumque cauſa à Curia ſecedentes, in locis intra duas Dietas, dummodo ibidem illorum Domicilium non exiſtat, decedant.

ARGUMENTUM.

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia Curialium, qui à Curia ſecedunt, & intra duas Dietas moriuntur, ſunt Apoſtolica Sedi reſervata.*
2 *Ad eos, qui non ſunt Curiales, caſus iſte non extenditur.*
3 *Requiritur, ut in loco intra duas Dietas, in quo moritur, Curialis non habeat Domicilium.*
4 *Si Curialis moriatur in Curia, nihil refert, quod habeat ibi Domicilium, nam Curialitas prævalet origini.*
5 *Sed quando moritur intra duas Dietas, magis attenditur Domicilium, quam Curialitas.*
6 *Curia Papæ ad effectum tam præſentis, quam antecedentis reſervationis, quæ dicatur?*

RESERVANTUR ſexto loco in eadem *Extravag.* Beneficia Curialium, qui peregrinationis,
infirmitatis, recreationis, ſeu alia quacumque 1
cauſa à Curia ſecedentes, intra *duas Dietas* obierint, dummodo ibi eorum Domicilium non exiſtat, ut in *verſic. Ac etiam*, & in hoc pariter concordat

cordat cum *capit. Præſenti* 34. *de Præbend.* Tria ergo concurrere debent, ut locum ſibi vindicet diſpoſitio *Extravagant.* in dicto *verſic. Ac etiam.* Primo, quod à Curia ſecedens ſit *Curialis*, nam
2 ad non Curiales caſus hic non extenditur, & in hoc diſtinguitur à caſu expoſito in præcedenti §. circa recedentes a Curia, qui in intra duas Dietas diem claudant extremum, *Paſſerin. in dict. cap. Præſenti n. 6. & 12. Rota dict. deciſ. 150. n. 9. & ſeqq. part. 6. Recent.* Secundo, quod moriatur
3 intra *duas Dietas.* Et tertio, quod inibi non habeat *Domicilium*, ſeu Domum propriam; ut dixit *Text. in dict. cap. Præſenti.*

Sed circa hoc ultimum requiſitum advertere opor-
4 tet ad diſtinctionem duorum caſuum. Primus eſt, quando Curialis degit in loco Curiæ, & ibi moritur occaſione Curiæ manens, & tunc nihil relevat, quod Curialis ibi habeat Domicilium; nam qualitas, quod ſit Curialis, & hac de cauſa in loco originis moram trahat plus attenditur, quam origo ipſa, ut ait *Ancaran. in dict. cap. Præſenti ſub n. 1. circa finem*, & firmant etiam *Archid. ibid. n. 3. poſt med. verſic. moraretur* -- ibi -- *Sic habes hic, quod ſi Originarius gerit ſe uti Curialem, tunc de ipſo eſt judicandum uti Curiali, non ſicut de Originali propter qualitatem additam per Papam ipſi Origini* -- *Monach. ibidem num. 1. verſ. Si tamen Originarius gerit ſe uti Curialis &c.* & infra *verſ. Sed hoc Joann. Andr. n. 1. ad med. verſic. Moraretur* -- ibi -- *Plus operatur adjecta qualitas, quam origo* -- & infra ibi -- *Hoc facit qualitas adjecta origini &c.* -- *Coccin. & Lancellott.* in Voto apud *Amayden. de Styl. Datar. lib. 1. cap. 32. §. Hujuſmodi, poſt med. Lotter. lib. 2. quæſt. 32. n. 35. & ſeqq. & ſub n. 44.* late *Armind. Riccius* in Diſcurſu, cui titulus *Romana Canonicatus S. Euſtachii*, qui incipit, *Etiam ſuper Beneficiis, §. Quamvis, & ſequen.* & diximus ſupra §. 1. *n.* 202.

Secundus caſus eſt, quando Curialis *peregrinationis infirmitatis*, aut alia de cauſa ſecedit ab Urbe, nec moritur in loco Curiæ, ſed in loco vicino, nem-
5 pe intra duas Dietas, in quo tamen Domicilium habebat, & tunc magis attenditur Domicilium ipſum, quam Curialitas, ut dixit *Ancaran. in d. cap. Præſenti n.* 2. ideoque tali caſu nulla intrat Reſervatio, ut in laudatis juribus habetur.

Cæterum ad effectum iſtius, & alterius Reſerva-
6 tionis, de qua in præcedenti §. egimus, Curia Papæ dicitur non ſolum ubi adeſt *Audientia, & Cancellaria*, ac expediuntur Litteræ, ſed etiam ubi eſt Papa ſine illis, ut notat *Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 394. & ſeqq. Paſſerin. in dict. cap. Præſenti n. 23. de Præbend. in 6.* & diximus ſupra in §. 1. & dicemus etiam infra *in Comment. in Regul. VI.*

§. VII.

De Reſervatione Beneficiorum vacantium per Promotionem ad Eccleſias Epiſcopales, & Abatiales.

ARGUMENTUM.

PER Promotionem ad Eccleſias Epiſcopales, & Abatiales vacant Beneficia à Promotis obtenta, & ſunt reſervata, nedum vigore *Extravagant. Ad regimen*, ſed etiam Concordatorum Germaniæ; eaque conferri poſſunt non expectata poſſeſſione, & Conſecratione Epiſcopi. Et Parochiales Urbis per Promotionem vacantes, nec à Cardinalibus Titularibus vigore Indulti conferri poſſunt. Examinatur elegans quæſtio, an reſervatio hujuſmodi comprehendat Beneficia vacantia per Promotionem ad quatuor illos Epiſcopatus Suffraganeos, quos ex Apoſtolico Indulto pleno jure providet *Archiepiſcopus Salisburgenſis*? & reſolvitur affirmative. Eccleſiæ itidem Epiſcopales, & Abatiæ Germaniæ vacantes per tranſlationem Epiſcoporum, vel Abatum ad alias Eccleſias, & Abatias, ſpectant ad liberam Pontificis diſpoſitionem, licet aliquando indulgeatur Capitulis eligendi facultas. Beneficia, & Commendæ Ordinum Militarium, etiam S. Joannis Hieroſolymitani, an vacent per Promotionem, & per hanc ceſſent Penſiones, & extinguatur Indultum transferendi? Non vacant Beneficia per Promotionem ad Epiſcopatum Titularem, niſi Papa ea vacare decernat. Et quid ſi Epiſcopus Titularis deputetur in alicujus Diœceſis Suffraganeum, num vacet Beneficium reſidentiale per ipſum obtentum; & ſi Papa illius retentionem indulget, an remaneat, ob appoſitionem manus Pontificiæ, Sedi Apoſtolicæ affectum? Agitur de ſtylo S. Congregationis Conſiſtorialis in indulgenda Suffraganeis, etiam Regularibus, retentione Beneficiorum reſidentialium, & Abatiarum. Beneficia quorum retentio conceſſa fuit Promoto, ſunt vigore *Extrav.* reſervata, quamvis poſtea in partibus vacaverint; & ſola difficultas eſt, an dicantur vacare in Curia per Promotionem, itaut conferri nequeant à Cardinalibus Indultariis, vel potius in partibus? Et quid ſi Gratia retentionis non ſit pura ſed conditionalis, vel ad certum tempus? Retentio Beneficiorum obtentorum, à quo tempore, etiam in Oriente indulgeri cœpit promotis ad Eccleſias Epiſcopales, & quæ ſit praxis S. Congregationis Conſiſtorialis pro ea concedenda, tam ſi agatur de Beneficiis ſimplicibus, quam reſidentialibus, ac etiam Majoribus, Abatiis nempe, & Cathedralibus Eccleſiis? Indulta autem Beneficiorum, & Penſionum retentione, an cenſeantur ſub ea comprehenſa Beneficia de jure Patronatus Laicali, etiã Regio, & Penſiones ſuper illis impoſitæ? retentio tamen præfata non ſuffragatur,

gatur, ſi Epiſcopus ad aliam Eccleſiam transferatur: indiget enim hoc caſu nova retentionis Gratia. Beneficia vacantia per Promotionem ad Eccleſias de jurepatronatus Regis Hiſpaniarum, ſunt quidem reſervata, ſed conferuntur Perſonis à Rege deſignatis. Examinatur quæſtio, ſi defuncto in partibus Epiſcopo, cui indulta fuerat Beneficiorum retentio, Papa eadem Beneficia commendet Cardinali, qui poſtea moriatur in Curia, num tali caſu proviſio ſpectet ad Datariam, vel potius ad Cardinalem Indultarium? Et hujus Quæſtionis occaſione plura de Commendis, & de vacatione de jure, & de facto. Per promotionem ad Cardinalatum, quæ Beneficia vacent? & præſertim, an vacet Præpoſitura Cappellæ Sanctiſſimi Præſepis in Baſilica Liberiana? Et an vacent Epiſcopatus, & Beneficia, ac ceſſent Penſiones per aſſumtionem ad Pontificatum.

S U M M A R I U M.

1 *PER promotionem ad Eccleſias Epiſcopales, Promotorum Beneficia vacant, & ſunt Apoſtolicæ Sedi reſervata.*

Quemadmodum per promotionem ad Eccleſias Abatiales num. 8.

2 *Antiquitus ea poterant ab Ordinariis, in quorum Diœceſibus exiſtebant, conferri.*

3 *Epiſcopo ſpoliato Beneficiis, quæ ante Promotionem obtinebat, non datur reintegratio, niſi oſtendat gratiam retentionis.*

4 *Vacant Beneficia præfata non expectata poſſeſſione Epiſcopatus, neque conſecratione Promoti; idque de ſtylo Curiæ, non de jure,* & num. 196. & 202.

5 *Stylus hujuſmodi procedit, quando Papa in Promotione decernit Beneficia vacare, alias attenditur diſpoſitio Juris.*

Solet tamen vacationis Decretum in omnibus Litteris Proviſionum Epiſcopalium Eccleſiarum apponi. num. 6.

7 *Beneficia Promoti ad Epiſcopatum non dicuntur vere vacare, nec eorum collatio ſuum plenum ſortitur effectum, niſi poſt adeptam Eccleſiæ poſſeſſionem, aut per promotum ſteterit, quominus illam adipiſcatur.*

9 *Parochiales Urbis vacantes per promotionem, ſunt Pontifici reſervata, nec poſſunt conferri a Cardinalibus Titularibus.*

10 *Beneficia Germaniæ vacantia per Promotionem, ſunt reſervata, etiam vigore Concordatorum,* & num. 47.

11 *Nec proviſis de illis ab inferioribus Collatoribus ſuffragatur Regula de Triennali.*

12 *De Privilegio Archiepiſcopi Salisburgenſis providendi quatuor Eccleſias Epiſcopales ſibi ſuffraganeas in Germania,* & num. 15.

13 *Beneficia illorum, qui ad hos Epiſcopatus ab Archiepiſcopo Salisburgenſi promoventur, non ſunt vigore* Extravag. *& Concordatorum reſervata; & aſſignantur rationes.*

14 *Contrarium, & reſpondetur oppoſitis rationibus* num. 45. & ſeqq.

16 *Beneficia vacantia per obitum Epiſcoporum, ſunt vigore* Extravag. *reſervata, etiamſi fuerit ipſis indulta præventiva retentionis gratia.*

17 *Per* Extravag. Ad regimen *reſervantur Beneficia eorum, qui ad Eccleſias promoventur, tam à Pontifice immediate, quam ab alio ex ejus delegatione,* & num. 18.

19 *Archiepiſcopus Salisburgenſis Proviſiones quatuor Eccleſiarum Epiſcopalium non explet ſua poteſtate, ſed tanquam Delegatus Sedis Apoſtolicæ,* & num. 22. 23. & 24.

20 *Qui actum gerit non ex lege, ſed ex Privilegio ſpeciali, actum illum jure ſuo proprio, & ordinario non gerit.*

21 *Privilegium eſt nova, & ſingularis, contra communes juris regulas, conceſſio.*

25 *Jus eligendi Prælatum in Eccleſiis Conventualibus, nec fundatione, nec conſuetudine acquiritur, ſed ſolum ex Privilegio Apoſtolico in limine fundationis elargito.*

26 *Si alicui nova tribuatur facultas, quæ antea nec de jure, nec vi proprii muneris ei competebat, Conceſſio facta dicitur jure delegato, cum à ſola Delegantis auctoritate profluat.*

27 *Amplia etiam ſi facultas præfata pro parte ei antea competeret, nam integram facultatem poſtea recipiens, ſemper jure delegato eam exercere dicitur.*

28 *Metropolitani de Jure communi facultatem ex vi proprii muneris non habent providendi Eccleſiis ſuffraganeis de Paſtore.*

29 *Antiquitus confirmabant electos aut à Clero, aut à Capitulo.*

30 *Confirmare, non eſt pleno jure providere.*

31 *Quid ſit poteſtas Delegata, & quid Ordinaria?* & num. 44.

32 *Cardinales Indultarii olim Beneficia reſervata jure proprio, & ordinario conferebant, ſed hodie ea conferunt jure delegato, ac vice & nomine Papæ.*

33 *Poteſtas creandi ordinario, & pleno jure Epiſcopos, ad Romanum Pontificem, uti Paſtorem univerſalem, & Chriſti Vicarium ſolummodo ſpectat.*

Et poteſtas hæc adeo fuit privativa in D. Petro, ut cæteri Apoſtoli Epiſcopos per totum Orbem, nonniſi poteſtate extraordinaria, & delegata, quæ cum ipſis expiravit, creaverint. ibidem.

34 *Quæ à ſolo Pontifice fieri poſſunt, quoties ab Inferiori peraguntur, auctoritate Sedis Apoſtolicæ expleri cenſentur.*

35 *Metropolitanus, Suffraganeo ſuo inhabili ad Pontificale officium exercendum, Coadjutorem temporalem, propria auctoritate, dare non poteſt.*

36 *Epiſcopi, aut in remotis degentes, aut ſenio, & ægritudine confecti, non poſſunt, niſi auctoritate Apoſtolica Coadjutores temporaneos ſibi deligere.*

37 *Redarguitur in Concilio Tridentino à Cardinali Simonetta Epiſcopus Guadicenſis, quia dixit, Archiepiſcopum Salisburgenſem, de quatuor Eccleſiis ſibi Suffraganeis diſponere* ſenza che il Papa ci aveſſe parte.

38 *Concilium Tridentinum* Seſſ. 23. cap. 8. & Seſſ. 24. cap. 1. de reformat. *complectitur etiam Epiſcopos ab Archiepiſcopo Salisburgenſi promotos.* & num. 39.

40 *Enumerantur plura, quæ ſequerentur abſurda,*

ſi

ſi Archiepiſcopi Salisburgenſes de Eccleſiis ſuffraganeis diſponerent ordinario, & proprio jure.

41 *Reſpondetur Indulto Clementis VII. in quo pluries aſſeritur, Archiepiſcopos Salisburgenſes de Eccleſiis præfatis diſponere auctoritate Metropolitica*, & num. 42.

49 *Decretum, quod Beneficia Promoti ad Epiſcopatum* vacent eo ipſo, ſuſpenſo vacationis effectu uſque ad obitum, *operatur, ut ea ſint reſervata ex vacatione apud Sedem*, & num. 156. & 223.

Nec conferri poſſint à Cardinali vigore Indulti, ibidem, & num. 191. & ſeqq.

Etiamſi Epiſcopus in partibus deceſſerit num. 223.

50 *Sed conceſſa Promoto præventiva Beneficiorum retentione, remanent ea quidem reſervata, ſed non ex vacatione* apud Sedem.

Et in hoc caſu poteſt Cardinalis vigore Indulti de illis diſponere. ibidem.

51 *Decretum vacationis* eo ipſo *Beneficiorum, quæ obtinent Promoti ad Eccleſias Epiſcopales, introductum primo ſuit ſub Clemente X. Et qua ratione?* & num. 223.

Refertur formula ſupradicti Decreti, n. 224.

52 *Per retentionem Beneficiorum Promoto indultam, an reſultet affectio ob appoſitionem manus Papæ?*

53 *Beneficia vacantia per Promotionem ad Epiſcopatus, qui ab Archiepiſcopis Salisburgenſibus providentur, non comprehenduntur ſub Indultis conferendi Beneficia* ratione Menſium tantum ſpecialiter, vel alias generaliter reſervata, *quæ Archiepiſcopis ipſis regulariter concedi ſolent*, & num. 244. & 245.

54 *Præpoſitura Metropolitana Eccleſiæ Salisburgenſis vacans per Promotionem, an ſit reſervata vigore* Extravag. Ad regimen. *ſeu potius ſpectet ad electionem Capituli?*

55 *Eccleſiæ Epiſcopales Germaniæ vacantes per earum Epiſcoporum tranſlationem ad alias Eccleſias, ſpectant ad liberam Pontificis diſpoſitionem.*

56 *Sed, quandoque Pontifices jus eligendi Capitulis indulſerunt; & referuntur exempla.*

57 *Per Promotionem ad Epiſcopatum vacant Beneficia, Dignitates, & Commendæ Ordinum Militarium, etiam S. Jo. Hieroſolymitani.*

58 *De illis tamen non diſponit Papa, uti de Reſervatis, ſed ſit locus ſinutitioni favore Antianorum.*

59 *Penſiones, de Jure, non ceſſant per Promotionem ad Epiſcopatum;*

60 *Ceſſant tamen de ſtylo Curiæ;*

61 *Niſi fuerit per Papam conceſſa retentio, quæ in Cedula Conſiſtoriali exprimitur.*

62 *Et ſufficit pro retentione Penſionis Decretum retentionis compatibilium.*

63 *Non expeditis Literis Apoſtolicis ſuper retentione Penſionis, ſi Penſionarius continuet in illius exactione, Penſio remanet extincta.*

64 *Indultum transferendi Penſiones expirat per promotionem Indultarii ad Epiſcopatum.*

65 *Niſi adſit in Indulto clauſula, quod per quamcumque ſtatus mutationem non expiret.*

66 *Ex indulta retentione Penſionis, non cenſetur præſervata facultas transferendi, quæ non eſt acceſſoria ad Penſionem, ſed quid extrinſecum, indigens proinde ſpeciali mentione.*

Amplia ſive facultas transferendi ſit alligata certæ Penſioni, ſive competat vigore Privilegii Perſonalis perpetui, quo gaudent Votantes Signaturæ, Conclaviſtæ &c. num. 68.

67 *Penſio res eſt odioſa, & illius tranſlatio odioſiſſima.*

69 *Per Promotionem ad Epiſcopatus Titulares, non vacant Beneficia, nec ea remanent ullo modo reſervata*, & n. 71. & 198.

Vacant tamen de ſtricto Juris rigore, quia Epiſcopatus Titularis eſt vere Epiſcopatus, num. 70.

Solent tamen Pontifices quandoque decernere, quod Beneficia Promoti ad Eccleſiam Titularem vacent eo ipſo. n. 76. & n. 225.

Si contingat Populum Eccleſiæ Titularis ad fidem Catholicam converti, & Epiſcopus ad reſidendum in ea accederet, Beneficia per ipſum obtenta cenſerentur vacare per promotionem, & eſſent reſervata. n. 198.

Et redditur ratio n. 216. & ſeq.

72 *Epiſcopi Titulares non indigent diſpenſatione pro retinendis Beneficiis obtentis, & ſi conceditur, ad uberiorem cautelam indulta cenſetur.*

73 *Epiſcopi poſt eorum Conſecrationem ſunt incapaces obtinendi Beneficia.*

74 *Limita in Epiſcopis Titularibus.*

75 *Beneficia non vacant per promotionem ad Abbatiam Titularem, & honorificam.*

77 *Epiſcopatus Titularis an ſit cum alio Titulari Epiſcopatu incompatibilis?*

78 *Epiſcopus Titularis dum ad alium Epiſcopatum Titularem transfertur, ſolet hodie abſolvi a vinculo quo priori Eccleſiæ tenebatur.*

79 *Per deputationem Epiſcopi Titularis ad exercendum Suffraganei munus in aliqua Eccleſia Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, non vacat Beneficium reſidentiale per ipſum obtentum. Referuntur per extenſum Decretum S. Congregationis Concilii emanatum anno* 1601. ibidem; *Nec non aliæ S. Congregationis Conſiſtorialis reſolutiones* n. 98.

Maxime ſi Beneficium reſidentiale exiſtat in eadem Diœceſi, in qua Suffraganeatus Officium exerceri debet. n. 97.

80 *Suffraganeatus non eſt Titulus perpetuus, neque Prælatura, ſed ſimplex Officium*, & n. 85. 99. & 109.

Intellige, ut in num. 110.

81 *Suffraganeus dicitur Vicarius, ſeu Viceſgerens in Pontificalibus Epiſcopi, cui ſuffragatur.* & num. 82.

83 *Vacatio non inducitur, niſi in Beneficiis incompatibilibus.*

84 *Officium, etſi perpetuum, nullam inducit incompatibilitatem cum Beneficio reſidentiali, niſi ſit titulus Eccleſiaſticus perpetuus.* ibid. & num. 90.

86 *Suffraganeus, defuncto Epiſcopo cui ſuffragatur, non poteſt Sacros Ordines conferre.*

87 *Datur Epiſcopo, & non Populo.*

88 *Congrua, ſeu Penſio, quæ aſſignatur Suffraganeo, eſt perpetua.*

89 *Non aſſignatur propter Miniſterium, & Officium Suffraganeatus, ſed ut Dignitatem Epiſcopalem decentius tenere valeat.*

91 *Suffraganei ex Decreto Pii IV. tenentur ad reſidentiam ſub eiſdem pœnis, quibus alii Epiſcopi ad illam adſtringuntur.*

92 *Reſidentia Suffraganei pendet a voluntate Epiſcopi cui ſuffragatur.*

93 *Proindeque non eſt abſoluta, ſed incerta, & reſidentiæ cauſativæ æquiparatur.*

94 *Reſidentia a Decreto Piano præſcripta Suffraganeis, demandata non fuit ad effectum reddendi reſidentiale Officium Suffraganeatus, ſed ad alium finem, & effectum.* & n. 96.

95 *Reſidentiale non dicitur Officium ex eo, quod illud obtinens teneatur ſub privationis pœna in certo loco reſidere.*

100 *Concluſio de qua ſupra n. 79. quod per deputationem Epiſcopi Titularis in Suffraganeum non vacent Beneficia reſidentialia per ipſum obtenta, explicatur, ut procedat, quando deputatur in Suffraganeum temporalem ad vitam Epiſcopi.*

Et in his terminis Suffraganeatus non eſt titulus perpetuus, ſicque intelligitur Decretum Sac. Congregationis Concilii ſupra n. 79. *relatum.* num. 101.

Quinimo nec in caſu ſuper quo Decretum præfatum emanavit, congruum exiſtimavit Pontifex, quod Suffraganeus Parochialem obtineret. num. 102.

103 *Secus vero ubi agitur de Suffraganeo perpetuo conceſſo, vel ob amplitudinem Diœceſis, vel alias ob cauſas, ob quas concedi ſolent Suffraganei.*

Redditur ratio, quia tali caſu Officium eſt perpetuum, & non expirat per mortem Epiſcopi, ipſeque Suffraganeus tenetur ad præciſam reſidentiam penes Eccleſiam cui ſuffragatur. num. 105.

Et hanc ſententiam ſequitur hodie S. Congregatio Conſiſtorialis. num. 111.

104 *Epiſcopis Poloniæ, præciſive etiam a Diœceſis amplitudine, conceduntur Suffraganeus, ex quo cum ſint Regni Senatores, Regem ſequi, & Dietis intervenire tenentur.*

106 Extravag. Ad regimen *nedum reſervat Beneficia vacantia per aſſequutionem aliorum Beneficiorum incompatibilium, ſed etiam quorumcunque Officiorum.*

107 *Congregatio Conſiſtorialis de ſtylo indulget Promotis ad Suffraganeatus perpetuos retentionem Beneficiorum reſidentialium præſertim in Germania, & in Polonia*, & num. 138.

108 *Et hujuſmodi retentionis gratia impedit Beneficii vacationem orientem ex promotione ad alterum incompatibile.*

110 *Suffraganeatus licet dici poſſit titulus temporalis reſpectu Succeſſoris, qui Suffraganeo uti non tenetur, eſt tamen titulus perpetuus reſpectu ipſius Suffraganei, qui etiam Epiſcopo Succeſſori inſervire tenetur.*

112 *Epiſcopis Titularibus in Suffraganeos deputandis in Germania, & in Polonia, non aliter indulgetur retentio Parochialium, niſi cum clauſula, dummodo Cura per Vicarios perpetuos exerceri ſoleat.*

113 *Abatibus in Suffraganeos deputandis indulgeri ſolet retentio Abatiarum, ſi in eadem Civitate, vel Diœceſi, pro qua Suffraganei deputantur, exiſtant, ſecus ſi extra Diœceſim. Et referuntur exempla* ibidem, & n. 114.

115 *Ex conceſſa Epiſcopo Titulari in Suffraganeum deputato retentione Beneficii reſidentialis, non oritur affectio ob appoſitionem Manus Papæ.*

Et ita in praxi ſervatur, num. 139.

Præſertim in Germania num. 125. & ſeqq. & num. 140.

Intellige ubi ſimpliciter indulgetur retentio cum Decreto de non vacando, ſecus ſi decernatur Beneficii vacatio ſuſpenſo vacationis effectu uſque ad obitum, n. 120. 121. & 122.

116 *Affectio Beneficii tunc ſolum oritur, quando Papa manus apponit ad effectum conferendi, ſecus ſi ad alios effectus, nempe ex cauſa Tranſactionis, Penſionum, Diſpenſationum, Unionum &c.* num. 119. & 120. & 128.

Et redditur ratio n. 117.

118 *Appoſitio manus Papæ nil aliud eſt, niſi actus, quo Pontifex pandit animum ſuum circa proviſionem Beneficii.*

123 *Ex diſpenſatione, quod poſſit quis duo incompatibilia Beneficia ſub eodem tecto retinere, nulla oritur eorumdem affectio favore Papæ, Niſi ſint illa alicui reſervationi obnoxia, ratione loci, Perſonæ, aut temporis.* ibidem.

124 *Abbreviatorum de Parco aſſertioni multum deferendum eſt.*

125 *Appoſitio manus Papæ ſuper Beneficiis Germaniæ nunquam affectionem inducit, quando ex ea derogatio Concordatis, & præjudicium Ordinariorum reſultaret.*

126 *Collatio Beneficiorum in Menſibus Ordinariorum in Germania vacantium, nequit illis impediri per quaſcumque Apoſtolicas diſpoſitiones, ſub quacumque verborum forma conceptas.*

Et ſic neque per retentionem Beneficii reſidentialis Suffraganeo conceſſam, ibidem, & num. 134.

127 *In Germania paſſim Apoſtolica Sedes indulget retentionem nedum plurium Beneficiorum incompatibilium, ſed etiam plurium Eccleſiarum Cathedralium, & nihilominus ſequuta vacatione tum Beneficiorum in Menſibus Ordinariis, cum Cathedralium, Ordinarii conferunt, & Capitula eligunt.*

Redditur ratio, quia Papa indulgendo retentionem, manum apponit ad finem diſpenſandi, non conferendi, dictaque manus appoſitio Concordata non lædit. n. 128.

129 *Affectio oritur ex Commenda, qua ceſſante, vacat Monaſterium, & Monachi eligere non poſſunt.*

130 *Limita in Gallia, ubi Commenda non facit affectionem.*

131 *Item nec in Germania, in quarum Monaſteriis ceſſante Commenda Monachi Abatem eligere poſſunt. Et dantur Exempla ſimilium electionum.*

132 *Affectio oritur ex Coadjutoria cum futura ſucceſſione.*

133 *Limita in Germania, ubi niſi expreſſe derogetur Concordatis, aut niſi accedat Ordinariorum conſenſus in Coadjutoriis ſuper Beneficiis inferioribus, & electio Capitularis ſuper Majoribus, mortuo Coadjuto, non impeditur vel collatio Ordinariis, vel electio Capitulis.*

135 *Papa derogare poteſt Concordatis Germaniæ, ſed derogatio debet eſſe ſpecifica, & expreſſa.*

136 *Et hac expreſſa derogatione ſemper utuntur Pontifices, quando aliquid adverſus Concordata diſponunt.*

137 *Suffraganeorum uſus antiquiſſimus eſt, excedens metam annorum 300.*

141 *Beneficia per Promotionem ad Eccleſias Epiſcopales non vacant, ſi Papa eorum retentionem Promotis indulgeat.*

De hac tamen retentione conſtare debet ex Cedula Conſiſtoriali, n. 142.

143 *Contrarium, quod Gratia retentionis obtentorum non tollat reſervationem, ſed illius tantum effectum ſuſpendat uſque ad obitum Promoti*, & num. 207.

Declara

Declara ut in num. 219. & 220.

144 Canonicatus, cujus retentio indulta fuit Coadjutori Epiſcopi, donec factus fuerit ſucceſſioni locus, eo ſequuto, ſpectat ad collationem Sedis Apoſtolicæ, etiam in terminis Concordatorum Germaniæ.

Redditur ratio num. 145.

146 Amplia etiam ſi Coadjutor prædecedat Coadjuto, & in Litteris Coadjutoriæ dicatur tantum, quod Canonicatus ſit Apoſtolicæ Sedi reſervatus eveniente caſu futuræ ſucceſſionis.

147 Contrarium quod Coadjutore præmoriente Coadjuto, Canonicatus, cujus indulta fuit retentio, non ſit reſervationi obnoxius. Aſſignatur ratio num. 148.

149 De querelis Miniſtrorum Datariæ adverſus hanc ſententiam, quam recedendo à prius deciſis firmavit Rota.

150 Papa indulgendo Coadjutoribus Epiſcoporum retentionem Beneficiorum, manum ſuper iis apponit, unde oritur eorumdem affectio favore S. Sedis.

151 De ſtylo Datariæ per Coadjutoriam, ſive in Germania, ſive in aliis Regionibus conceſſam, vacant omnia Beneficia reſidentialia à Coadjutore obtenta.

152 In Coadjutoriis ſuper Eccleſiis Epiſcopalibus Germaniæ apponitur hodie vel Decretum vacationis Beneficiorum, quæ Coadjutor obtinet, ſuſpenſo tamen ejuſdem vacationis effectu, donec factus fuerit ſucceſſioni locus.

Et an hujuſmodi Decretum apponi etiam debeat in deputatione Minoris, qui Canonicatum obtinet, in futurum ſucceſſorem Epiſcopi per viam acceſſus, ſeu ingreſſus? n. 153.

154 Vel Decretum, quod facto ſucceſſioni loco, de Beneficiis, quorum retentio conceſſa fuit, per Sedem Apoſtolicam tantum diſponi poſſit.

155 Hujuſmodi Decretum apponi etiam ſolet in Promotione ad alias Eccleſias Epiſcopales;

156 Ac inducit vacationem in Curia, & per conſequens Reſervationem in Concordatis Germaniæ exceptam.

157 Uſus concedendi Promotis ad Eccleſias Epiſcopales retentionem Beneficiorum, quæ obtinent, a quo tempore initium ſumſerit?

Priſcis temporibus retentio non indulgebatur, niſi ad certum tempus. ibid. & n. 164.

158 In Oriente pariter Beneficia promotorum ad Epiſcopatus, etſi tenues, ac pene deſtructos vacabant eo ipſo.

159 Et quis primus retentionem indulſerit?

160 Promotis ad Eccleſias Epiſcopales de facili indulgeri ſolet retentio Beneficiorum compatibilium.

161 Sed quoad Beneficia reſidentialia, Canonicatus nempe, & Dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis, non eadem ubique eſt praxis.

162 In Hiſpaniis, Italia, & Luſitania, retentio hujuſmodi indulgeri non conſuevit.

163 In Germania promotis ad Eccleſias Cathedrales paſſim conceditur retentio Canonicatuum in aliis Cathedralibus, ne electionem paſſivam ad illas amittant.

164 Sed quandoque indulgeri ſolet ad tempus Pontifici beneviſum, quod eſt uniforme antiquæ praxi. & num. 157.

Et ſi plura ſunt Beneficia incompatibilia, quæ promovendus obtinet, apponi ſolet aliquando clauſula, dimiſſo altero, quod maluerit. num. 165.

166 Canonicatuum Germaniæ retentio indulta aliquando fuit etiam promotis ad Eccleſias extra Germaniæ limites exiſtentes; & referuntur exempla.

167 Plures Epiſcopatus in Germania, ut inſimul ab eadem Perſona retineri poſſent, non raro indulgere conſuevit Sedes Apoſtolica. Et de rationibus remiſſive.

168 Referuntur plura exempla hujuſmodi diſpenſationum.

169 Poſt publicatum Concilium Tridentinum uſque ad tempus Alexandri VII. numquam fuit diſpenſatum ſuper retentione Eccleſiæ Tridentinæ cum alia Eccleſia in Germania. Et exempla percutiunt tempus ante Concilium. ibidem.

170 Retentionem hanc primus indulſit Pontifex præfatus Sigiſmundo ab Auſtria Epiſcopo Auguſtano, ad Eccleſiam Tridentinam poſtulato.

171 In Gallia paſſim conceditur Promotis ad Eccleſias Epiſcopales retentio Monaſteriorum, quæ obtinent.

172 Raro tamen retentio Canonicatuum, & Dignitatum in Cathedralibus, & Collegiatis; præſertim in eadem Civitate, vel Diœceſi, cui Epiſcopus præficitur.

173 Refertur exemplum Indulti conceſſi Archiepiſcopo Turonenſi de anno 1721. pro retentione ad ſex annos Decanatus, Dignitatis principalis in Collegiata S. Martini ejuſdem Diœceſis, denegati poſtea ejus Succeſſori. num. 174.

175 Recenſentur etiam alia exempla Retentionum Beneficiorum reſidentialium, quæ conceſſæ fuerunt promovendis ad Eccleſias Epiſcopales in Gallia, ſed ex gratia ſpeciali.

176 In Polonia Promotis ad Eccleſias Cathedrales non denegatur retentio Beneficiorum reſidentialium, etiam Curatorum, dummodo Cura per Vicarios perpetuos exerceri ſoleat.

177 Denegabatur olim illis retentio Monaſteriorum, quæ obtinebant; ſed hodie regulariter etiam indulgetur.

178 Sub Decreto retentionis Beneficiorum obtentorum Promotis conceſſæ, non comprehenduntur Beneficia de Jurepatronatus laicali.

179 Contrarium de jure verius.

Sed prior ſententia hodie ſequenda, ſi Pontifici expreſſum non fuerit Beneficia eſſe de Jurepatronatus laicali. num. 182.

180 Quemadmodum indulta retentione compatibilium in genere, conceſſa etiam cenſetur retentio Penſionis impoſita ſuper Beneficio de Jurepatronatus laicali.

181 Et quid dicendum ſi Beneficia ſint de Jurepatronatus Regio, aut ſuper illis impoſita reperiatur Penſio favore promoti?

183 Tranſlatus de una ad aliam Eccleſiam nova non indiget gratia retentionis obtentorum, ſed prima ei conceſſa in Promotione ad priorem Eccleſiam ſuffragatur.

184 Contrarium, quia diſpenſatio eſt ſtricti juris, & in tranſlatione ad aliam Eccleſiam ceſſare poteſt cauſa illa, ob quam retentio indulta fuit in promotione ad primam.

Et ita in praxi ſervatur. num. 185.

186 Beneficia, quæ vacant per Promotionem ad Eccleſias de Jurepatronatus Regis Hiſpaniarum, licet ſint reſervata, providentur tamen a Papa Perſonis per Regem deſignatis, nulla in Litteris Apoſtolicis hujuſmodi deſignationis facta mentione.

Et

Et papa de illis diſponit quamvis Promotus nondum Eccleſiæ poſſeſſionem adeptus fuerit, ſed ſolum Litteras Apoſtolicas expediverit, n. 188.

187 *Reprobantur nonnulli DD. Hiſpani aſſerentes, quod Beneficia præfata præventive a Promovendis reſiguentur ad faverem Perſonarum, quas Rex deſignavit.*

189 *Beneficia vacantia per Promotionem, non vacant* apud Sedem *ſtricte ſumtam, ſed in Curia, ubi ſit actus Promotionis.*

190 *Dicuntur tamen vacare* apud Sedem *largo modo ſumtam.*

191 *Beneficia, quorum retentio indulta fuit Epiſcopo, etiamſi vacent in partibus, dicuntur* vacare in Curia, *nec comprehenduntur ſub Indultis Cardinalium, reſtrictis ad vacantia extra Curiam*, num. 205.

192 *Beneficia Promoti, ſive habeat retentionem, ſive non, ſunt reſervata* per Extravag. Ad regimen, & num. 195. & 211.

Declara ut in num. 212. & 213.

193 *Dicuntur vacare ut prius per Promotionem, ac ſi non habuiſſet retentionem.*

Contrarium. num. 214.

194 *Beneficia ab Epiſcopis obtenta poſt Promotionem non ſunt reſervata.*

199 *Retentio Beneficiorum Promotis ad Eccleſias Epiſcopales ſemper datur vel ante, vel in ipſo actu Promotionis, numquam vero poſt Promotionem, cum non detur retentio Beneficiorum, quæ jam ob eamdem Promotionem vacaverant.*

201 *In ipſo puncto promotionis, etiam data retentione, Beneficia remanent reſervata.*

202 *Et conceſſa retentione, ſuſpenditur vacatio; ſed ceſſante per obitum retentione, Beneficium dicitur vacare in Curia per Promotionem, cui tribuitur vacatio.*

203 *Attenditur Promotio unde incipit reſervatio, non effectus vacationis, qui conſumitur extra Curiam.*

206 *In quæſtione, de qua ſupra* n. 191. *proponitur contraria ſententia, quod Beneficia Promoti extra Curiam decedentis, data præventiva retentione, vacent in partibus, non in Curia.* Et redditur ratio num. 207. 216. 218. & 221.

Explicantur DD. contrarium ſentientes, n. 219. & ſeqq.

208 *Beneficia præfata ſolum ſunt obnoxia Reſervationi* Extravag. Ad regimen.

209 *Cardinales poſſunt vigore Indulti conferre Beneficia reſervata vigore dict.* Extravag. & num. 212.

213 *Non omnia Beneficia reſervata* in Extravag. *dicuntur proprie vacare in Curia.*

215 *Indultum retinendi, licet non tollat reſervationem, reſiſtit tamen vacationi, & operatur, quod Beneficium quamvis reſervatum, non dicatur vacare in Curia per Promotionem, ſed in partibus per obitum Epiſcopi.*

220 *Non ex eo quod Beneficia ſint reſervata, dicuntur vacare in Curia, quia differt reſervatio a vacatione in Curia.*

221 *Conceſſa retentione poſt Promotionem, Beneficium vacat in Curia, & non in partibus.*

226 *Data retentione ad certum tempus, Beneficia vacant per Promotionem, & non cadunt ſub Indulto Cardinalium*, & num. 227. & ſeqq.

229 *An dicatur vacare in Curia Beneficium, ſi defuncto in partibus Epiſcopo, qui retentionem obtinuerat, Papa illud commendaverit Cardinali, qui decedat in Curia?*

230 *Beneficia commendata ſunt affecta ex appoſitione manus Papæ.*

231 *Cardinales Indultarii conferre poſſunt Beneficia affecta.*

232 *Beneficium commendatum, licet vacet per obitum in Urbe, tamen non vacat apud Sedem, ſed ut prius.*

233 *Nec vacat per mortem Commendatarii, ſed ut prius, ex Perſona illius, per cujus obitum facta fuit Commenda.*

234 *Gratia Papæ ex ſola vacatione de facto, an prævaleat Proviſioni Ordinarii ex vacatione facti, & juris?*

235 *Vacatio facti non attenditur in concurſu Proviſi habentis jus ex vacatione juris.*

236 *Papa commendando Beneficium, non cenſetur tollere jus alteri quæſitum.*

237 *Regula de Menſibus an locum habeat in Beneficiis commendatis?*

238 *Ceſſante Commenda apud Sedem, Papa poteſt prævenire Indultarium, & proviſo ſuſtinetur ex vacatione de facto: Sed ſi Indultarius prævenit, ejus collatio tanquam anterior, & fundata in vacatione facti, & juris, debet prævalere.*

Intellige ut in num. 254. & ſeqq.

239 *Facultas conferendi Beneficia vacantia extra Curiam, Commendis ceſſantibus quomodo intelligatur?* & num. 250.

240 *Verbum* vacare *intelligitur tam de vacatione Juris, quam facti.*

241 *Indultum ſemper intelligitur de vera vacatione Juris.*

242 *Declaratur Deciſio* 13. poſt Novarium.

244 *Item Deciſio* 14. *poſt eumdem.*

246 *In quæſtione, de qua ſupra* num. 229. *Ceſſante Commenda per obitum in Curia, proviſio, ad excluſionem Cardinalis Indultuarii, ſpectat ad Datariam, quamvis Beneficium vacaret in partibus.*

Et ita reſolutum in Congregatione particulari de anno 1677. num. 260.

247 *In Commenda, quæ ſit vacatio Juris, & quæ vacatio facti?*

248 *Indultum Cardinalium procedit in ceſſatione Commendæ de facto extra Curiam.*

Nec comprehendit Commendas ceſſantes apud Sedem, & in Curia, quæ conceſſio indiget ſpeciali mentione. ibidem, & num. 249.

250 *Papa in Indulto ſolet reſpicere ad vacationem de facto, & non de jure: quod probatur duabus rationibus*, n. 251. & 252.

253 *In Commendis attenditur vacatio facti, & non juris.*

254 *Concluſio, de qua ſupra* n. 238. *quod Proviſio Cardinalis Indultuarii ex vacatione de jure anterior, præferatur Proviſioni Apoſtolicæ ex vacatione de facto poſteriori, procedit in illa vacatione de facto, quæ nullam habet aſſiſtentiam Juris, videlicet de vacatione per obitum Intruſi*, & n. 258.

255 *Item procedit, quando ex vacatione de facto non eſſet inducta reſervatio, ſecus quando ex dicta vacatione Beneficium remaneret reſervatum.*

256 *Per reſervationem remanent ligatæ manus inferioris Collatoris.*

257 *Commenda, quæ hodie uſitatur, eſt verus Canonicus titulus, & Commendatarius dicitur Prælatus.*

258 *Tunc attenditur vacatio de jure, quoties Poſſeſſor,*

ſeſſor, per cujus obitum vacavit de facto, nullum habebat titulum coloratum.

259 *Delegatus, qualis eſt Cardinalis Indultarius, non poteſt conferre ex vacatione de jure, quando collatio ex vacatione de facto pertinet ad Papam delegantem.*

261 *Per Promotionem ad Cardinalatum, an & quæ Beneficia per Promotum obtenta vacent?*

262 *Præpoſitura Cappellæ Sanctiſſimi Præſepis in Baſilica S. Mariæ Majoris, non eſt incompatibilis cum Cardinalatu.*

263 *Et nullam requirit perſonalem reſidentiam.*

264 *Contrarium.*

265 *Per aſſumtionem ad Pontificatum vacant Epiſcopatus, & Beneficia, ac ceſſant Penſiones.*

266 *Contrarium verius, & redditur ratio.*

267 *De Controverſia olim habita inter Abbreviatores de Parco majori, an per aſſumtionem Cardinalis Carrafæ Archiepiſcopi Neapolitani ad Apoſtolatus Apicem ſub nomine Pauli IV. vacaſſet Eccleſia?*

268 *Aſſumto ad Pontificatum Cardinali Pignatellio Archiepiſcopo pariter Neapolitano ſub nomine Innocentii XII. Capitulum eligere noluit Vicarium Capitularem.*

269 *Referuntur quamplurima exempla tum antiqua cum moderna Pontificum, qui Eccleſias Epiſcopales una cum Pontificatu retinuerunt.*

270 *Necnon aliorum Pontificum declarationes, quod Penſiones, quas in ſtatu Cardinalitio percipiebant, non remanſerint per aſſumtionem ad Pontificatum extinctæ, & illas poſtea caſſando, aliorum favore reſervarunt.*

271 *Et nonnulli Pontifices Penſiones antea obtentas, vel Titularibus remiſerunt, vel adhuc in Pontificio ſtatu exigere voluerunt.*

SEptimo reſervantur in eadem *Extrav. Ad regimen* Monaſteria, Prioratus, Dignitates, &
1 Beneficia obtenta per eos, qui ad Eccleſias Epiſcopales promoventur. Etſi enim ex diſpoſitione juris *in cap. Cum in cunctis* 7. §. *cum vero, de Elect.* liceret cuicumque Ordinario, in cujus Diœceſi exiſtebant Beneficia promoti ad Epiſcopatum,
2 illa libere conferre, ut poſt *Gloſſ. in Clement.* 1. *verb. Collatio, ut lit. pendent. Simonet. de Reſervat. quæſt.* 15. *Mandoſ. in Regul.* 1. *quæſt.* 15. *Capon. diſcept.* 10. *num.* 2. attamen poſt editam laudatam *Extravagantem*, ſunt diſpoſitioni Romani Pontificis reſervata, *Germon. de Indult. Cardinal.* §. *Si vero num.* 19. *& ſeqq. Simonett. de Reſervat. quæſt.* 27. *num.* 1. *Tondut. Reſolut. Beneficial. part.* 2. *cap.* 3. §. 3. *num.* 18. *Capon. loco cit. Garc. de Benefic. part.* 11. *cap.* 6. *num.* 30. *& ſeqq.* ubi ex *Rota* ſubdit, quod
3 Epiſcopo ſpoliato Beneficiis, quæ ante promotionem obtinebat, non datur reintegratio, niſi oſtendat obtinuiſſe à Pontifice gratiam eorum retentionis, cum per promotionem Beneficia vacent, & ſint reſervata, *Barboſ. lib.* 2. *vot.* 43. *num.* 3. *& ſeqq. Cortiad. deciſ. Cathalon.* 254. *nu.* 20. *& ſeqq. Rot. dec.* 553. *n.* 2. *part.* 4. *tom.* 3. *& deciſ.* 246. *part.* 14. *Recent. deciſ.* 809. *num.* 3. *coram Manzaned.* late *in Salisburgen. Canonicatus* poſt *Novar. in Summ. Bullar. deciſ.* 14. *n.* 4. *repetit. part.* 19. *Recent. dec.* 385. *& in confirmatoria* 15. *Maii* 1679. *&* 8. *Aprilis* 1680. *coram Rondanino, & deciſ.* 673. *n.* 3. *coram cl. mem. Card. Caprara, & deciſ.* 221. *n.* 1. *coram Lancetta, & in Eyſtetten Scholaſtriæ* 3. *Decembris* 1704. §. *Reſervatio coram Omaña.*

Idque locum ſibi vindicat non expectata poſſeſſio-
4 ne Epiſcopatus, imo nec conſecratione Epiſcopi. Quamvis enim de jure communi ad hanc inducendam vacationem duo requirantur, adeptio nempe poſſeſſionis Epiſcopatus, & Epiſcopi conſecratio, ſeu loco Conſecrationis lapſus trimeſtris ad eam peragendam aſſignati, ex relatis *per Salced. de lege Polit. lib.* 2. *cap.* 14. *Piring. in Jus Canonic. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 351. §. *Notandum ſecundo, & ſeqq. Garc. de Benefic. part.* 11. *cap.* 6. *n.* 5. *D. de Sanctis in Examin. Conſiſtorial. cap.* 4. *num.* 59 *cap.* 5. *n.* 25. *cap.* 6. *num.* 101. *Rot. cor. Seraphin. deciſ.* 110. *n.* 1. Nihilominus de ſtylo Curiæ, Beneficia promoti ad Epiſcopatum ſtatim vacant, ſtatimque per Papam conferri poſſunt, nec illius expectata Conſecratione, ut poſt antiquiores, diſtinctione adhibita inter jus commune, & ſtylum, qui ei adverſatur, tradunt *Mandoſ. ad Regul.* 1. *Cancellar. quæſt.* 15. *num.* 2. *& ſeqq. & in addit. ad Lapum allegat.* 34. *lit. B. Garc. de Benefic. part.* 11. *cap.* 6. *num.* 1. *& ſeqq. D. de Sanctis in Exam. Conſiſtor. dict. cap.* 4. *num.* 60. *& cap.* 6. *num.* 237. *&* 247. ubi aſſignat hujuſmodi ſtyli rationem, *Piring. in Jus Canon. dict. tit.* 6. *num.* 352. §. *Illud hic, Adden. ad Buratt. deciſ.* 464. *num.* 11. *Rot. deciſ.* 110. *per tot. coram Seraphin. & in Monaſterien. Canonicatus* 9. *Decembris* 1712. §. *Quod etiam coram Reverendiſſimo Aldovrando.*

Sed quod attinet ad hujuſmodi ſtylum, notandum, quod tunc procedit, quando in Promotione, vel tranſlatione Papa decernit Beneficia vacare; & 5
ideo ſi tale vacationis decretum expreſſum non adeſt, ſtandum erit diſpoſitioni juris, *Barboſ. de Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 57. *n.* 69. *Pariſ. de Reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 76 *D. de Sanctis in examin. Conſiſtor. cap.* 6. *num.* 248. *Garc. de Benefic. part.* 11. *cap.* 6. *num.* 5. *Engel. in jus Canon. tit. de Praeben. num.* 16. §. *Cæterum, Adden. ad Buratt deciſ.* 464. *num.* 11. *Rot. deciſ.* 110. *num.* 2. *cor. Seraphin.* In 6
omnibus tamen Litteris proviſionis Epiſcopatuum, Decretum præfatum apponi ſolet, ut poſt plures, quos allegat *Rot. deciſ.* 673. *n.* 4. *coram clar. mem. Card. Caprara.*

Rurſus ſtylus præfatus taliter intelligendus eſt, ut quamvis ſtatim conferantur Beneficia promoti ad Epiſcopatum, attamen non cenſentur vere vacare, nec collatio ſuum plenum ſortitur effectum, niſi 7
poſtquam promotus Eccleſiæ poſſeſſionem adeptus fuerit, vel per ipſum ſteterit quominus eam adipiſceretur: Non enim juri, & æquitati conſonum eſt, ut quis primum Beneficium amittat, antequam plene ſecundum aſſequutus fuerit, *Abb. in cap. Cum in cunctis* §. *Cum vero n.* 3. *in fin. verſ. & quoniam Curia, de Elect. Mandoſ. in Regul. de Benefic. vacan. per Promot. quæſt.* 4. *à num.* 4. *Germon. de Indult. Cardinal.* §. *ſi vero a n.* 27. *D. de Sanctis in Exam. Conſiſtor. cap.* 4. *n.* 61 *& cap.* 6. *n.* 243. *Fragoſ. de Regimin. Reipubl. Chriſtian. part.* 2. *lib.* 3. *diſput.* 9. §. 2. *n.* 60. *Garc. de Benefic. part.* 11. *cap.* 6. *n.* 8 *Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.* 269. *n.* 5. *&* 6. *Capon. diſcept.* 89. *n.* 14. *& ſeqq. Rot. cor. Achill. deciſ.* 36. *alias* 2. *de Elect.*

Quæ vero diximus de Beneficiis eorum, qui promoventur ad Epiſcopatus, locum ſibi vindicant etiam in Beneficiis obtentis per eos, qui præficiuntur 8
Abatiis, quæ in hoc Epiſcopatibus æquiparantur, cum ſint de numero majorum Dignitatum; unde Beneficia illius, qui in Abatem præficitur, vacant ipſo jure, & ſunt Apoſtolicæ Sedi reſervata, *Banny de Benefic. diſput.* 7. *quæſt.* 2. *verſ. Porro pag. mihi* 248. *Garc. de Benefic. part.* 11. *cap.* 7. *n.* 1. *& ſeq. D. de Sanctis in Exam. Conſiſtor. cap.* 4. *n.* 89. cum aliis plena manu congeſtis per *Cortiad. deciſ. Cathalon.* 254. *n.* 16.

Ampliatur *Extravag. Ad Regimen* diſpoſitio, ut
comprehendat etiam Parochiales Urbis vacantes
9 per Promotionem, nam ita funtillæ Pontificis diſpo-
ſitioni reſervatæ, ut ad Cardinalium Titularium
proviſionem ullo modo ſpectare non poſſint, ut
probat *Armindus Riccius* in Diſcurſu favore Data-
riæ exarato in *Romana Canonicatus, & Parochia-
lis*, qui incipit *Collatio*; ſicque deciſum fuiſſe teſta-
tur in *Collectanea Caſuum*, qui ſub Alexandro VII.
deciſi fuerunt in Dataria ibi — *Beneficia vacantia in
Urbe per promotionem Parochi ad Epiſcopatum, eſſe
reſervata Sedi Apoſtolicæ, fuit alias practicatum in
Parochia N. N. cum Cardinali Aquaviva de an-
no 1663. ex rationibus deductis in Romana Canoni-
catus, & Parochialis incipiente* — Collatio &c. *Sed
tunc præcipue fuit capta reſolutio, quia D. Pala-
molla dedit plura exempla de ſimilibus Parochia-
libus vacatis per Promotionem, & per Datariam
collatis.*

Canonicatus quoque, & Dignitates Eccleſiarum
10 Germaniæ vacantes per Promotionem, comprehen-
duntur ſub diſpoſitione *Extravagant. Ad regimen*,
quæ fuit inſerta, & approbata in iiſdem Concorda-
tis, *Nicolarts ad eadem Concordat. tit. 1. §. 22. pag.
mihi 65. Piton. diſcept. 111. num. 15. Rota deciſ.
862. num. 14. cor. Cerro, & in Salisburgen. Ca-
nonicatus* poſt *Novar. in Summ. Bullar. deciſ. 14.
num. 5. & in ejus confirmatoria impreſſa part. 19.
Rec. deciſ.* 518. ubi, quod licet Eccleſiarum electio
ſpectet ad Capitula, ad Papam tamen pertinet con-
firmatio, per quam Electo jus tribuitur; ſubdens,
quod alias in ipſis Concordatis manifeſta reſultaret
correctio; & in altera confirmatoria 8. *Aprilis
1680. cor. Rondinino, & in Eyſtetten. Scholaſtriæ 3.
Decembris* 1704. §. *Reſervatio cor. Omaña, & in
Colonien. Canonicatus* 13. *Maii* 1726. §. *Quin aſſeri
cor. bo. me. Cerro.* Taliter autem hujuſmodi Bene-
11 ficia, per Promotionem vacantia, ſunt Apoſtolicæ
Sedi reſervata, ut Proviſis de illis ab inferioribus
Collatoribus ſuffragari non poſſit poſſeſſio Triennalis,
cum per Conſtitutionem *Clem. VII.* proviſi ab Or-
dinariis Germaniæ de Beneficiis Sedi Apoſtolicæ re-
ſervatis omni titulo, & colore denudati exiſtant,
neque ullo unquam tempore beneficio Regulæ de
Triennali, imo neque decennali, gaudere poſſint;
*D. de Sanctis in Exam. Conſiſtor. cap. 12. n. 202.
Nicolarts ad Concordat. German. tit. 3. de uſu, &
obſervantia dd. Concordat. dub. 2. §. 14. Branden. ad
ead. Concordat. quæſt. 5. n. 10. Piton. diſcept. 150.
num. 5. Rota in dicta Eyſtetten. Scholaſtriæ §. final.*
cum Concordantibus recenſendis infra in Commen-
tar. in primam partem *Regulæ 9. §. 2. n. 73. & §. 3.
n. 177.*

Sed cum Archiepiſcopus Salisburgen. ſingulari
12 gaudeat Apoſtolico Privilegio providendi quatuor
Eccleſias Epiſcopales in Germania, nempe *Gurgen-
ſem, Chiemenſem, Secovienſem*, & *Lavantinam*:
Hinc in diſcrimen venit, an Beneficia illorum, qui
ad hos Epiſcopatus promoventur, ſint Apoſtolicæ
13 Sedi, vigore *Extravag. Ad regimen* reſervata? In
qua controverſia negativam amplexus fuit Senten-
tiam *Ludovicus Engel* in Collegio *Jur. Canon. tit.
de Præben. & Dignitatib. n. 16. §. Non poſſum, &*
14 *n. 38.* Sed contrarium alias reſpondi pro veritate
conſultus a cl. me. Cardinali Sacripantes ſa. me.
Clementis XI. Pro-datario, ex rationibus expoſitis
in ſequenti Diſcurſu.

„ Singulari, quo ad alias Chriſtianas Provin-
„ cias exemplo, a Sede Apoſtolica obtinuerunt
„ Salisburgenſes Antiſtites eximium illud, & gran-
„ de privilegium, ut plenario jure providere, &
15 „ libere diſponere poſſent de quatuor ſuffraganeis
„ Eccleſiis *Gurgenſi, Chiemenſi, Secovienſi, & La-
„ vantina.* Extant hac de re diverſorum Pontifi-
„ cum Diplomata, *Alexandri II. Alexandri III.
„ Lucii III. Innocentii III. Honorii III.* & aliorum.
„ Primum vulgatum eſt a *Baronio* ad annum 1070.
„ *num. 33. tom.* 11. Reliqua vero uſque ad *Clemen-
„ tem VII.* impreſſa habentur poſt Hiſtoriam Salis-
„ burgen. *P. Mezger. à pag.* 984.

„ Cum autem Comes a Kremburg. Salisburgen-
„ ſis Eccleſiæ Canonicus a Celſiſſimo Archiepiſ-
„ copo, vigore dictorum privilegiorum præficien-
„ dus eſſet in Epiſcopum *Chiemenſem*, petiit, ob-
„ tinuitque anno 1708. a S. D. N. præventivæ diſ-
„ penſationis gratiam, ut per promotionem præfa-
„ tam Canonicatus Salisburgen. non vacaret, ſed
„ ut prius, una cum *Chiemenſi* Eccleſia retinere
„ valeret, prout in vim diſpenſationis præfatæ reti-
„ nuit uſque ad obitum; quo ſequuto in menſe No-
„ vembris anni ſuperioris, in dubium revocatur,
„ ad quem ſpectet Collatio Canonicatus præfati,
„ num ſcilicet ad Sedem Apoſtolicam innitentem
„ reſervationi, quoad Beneficia promotorum ad
„ Epiſcopatus, inductæ ab *Extravag. Ad regi-
„ men.* Concordatiſque Germaniæ, vel potius ad
„ Celſiſſimum Archiepiſcopum allegantem, Cano-
„ nicatus, ex promotione per eum facta vacantes,
„ dictæ *Extravagantis*, & Concordatorum reſer-
„ vationi obnoxios minime eſſe. In qua quæſtione,
„ potiora eſſe jura Datariæ, & ab ea collationem
„ petendam, Juri magis conſentaneum eſſe cen-
„ ſerem.

„ Siquidem compertum eſt, quod Beneficia va-
„ cantia per obitum Epiſcoporum ſunt reſervata
„ ex diſpoſitione *Extravagan. Ad regimen*, appro- 16
„ bata in hac parte in Concordatis Germaniæ,
„ etiam data præventiva retentionis gratia, quia
„ talis diſpenſatio ſuſpendit quidem vacationem,
„ ſed non tollit reſervationem jam exortam, &
„ operaturam ſuum effectum, quotieſcumque, &
„ quomodocumque Promotus decederet; ut præter
„ generales auctoritates, de quibus *Rot. deciſ.* 523.
„ *num. 48. & ſeqq. part. 19. tom. 2. Recent.* ita in
„ terminis Canonicatuum Salisburgenſium, fuit
„ late reſolutum *in deciſ. 14. a num. 3. cum ſeqq.*
„ poſt *Novar. & deciſ. 518. nu. 1. & ſeqq. par. 19.
„ Rec.* & in eadem cauſa, pro veritate conſultus,
„ *Cardinal. de Luc. diſc. 110. num. 2. de Benefic. in
„ Supplem.*

„ Nec ſubſiſtit, quod *Extravagans Ad regimen*
„ Beneficia reſervet eorum, qui promoventur ad
„ Epiſcopatus a Sede Apoſtolica, non autem pro-
„ motorum auctoritate Ordinaria ab Archiepiſco-
„ pis Salisburgenſibus. Etenim tam in *Extrava-
„ ganti*, quam in Concordatis, Sedis Apoſtoli-
„ cæ diſpoſitioni reſervantur Beneficia, *quæ promo-* 17
„ *ti per Nos, ſeu auctoritate noſtra &c. obtinebant.*
„ Adeoque duo ioibi comprehenduntur caſus; Pri-
„ mus eſt de promotis ab ipſo Summo Pontifice im-
„ mediate, — ibi — *per Nos.* Secundus eſt de pro-
„ motis per alium mediate, & mediante auctori-
„ tate ſibi delegata, & communicata per Summum
„ Pontificem, — ibi — *ſeu auctoritate noſtra.* Cum
„ enim creatio Epiſcoporum a Romano Pontifice
„ poſſit delegari, *Franceſ. de Eccleſ. Cathedr. cap.
„ 3. num.* 147. & duplici modo creari poſſint Epiſco-
„ pi a Summo Pontifice, ſcilicet immediate per ſe
„ ipſum, & mediate per organum ac miniſterium
„ alterius, *Franceſ. dicto cap. 3. n.* 153. utrumque mo-
„ dum voluit amplecti *Extravagans*, & reſervare
„ Beneficia, tam eorum, qui promoventur a Pon-
„ tifice immediate, quam per organum alterius, uten-
„ tis auctoritate ſibi communicata, & delegata;

cum

Digitized by Google

18 » cum verba *auctoritate noſtra* ſignificent miniſterium
» inferioris agentis auctoritate ſibi ab illo delegata,
» ut firmant, *Francuſ. in cap. Cum aliquibus n. 4.*
» *& 7. & Paſſeriu. in fin. de Reſcript. in 6.*
» Quod autem Archiepiſcopus Salisburgenſis,
19 » in proviſione harum quatuor Eccleſiarum, gerat
» Delegati figuram, & *ſit organum, ſeu medium*
» *proviſionis, qua potius fieri dicitur per Sedem A-*
» *poſtolicam*, ut in ſenſu veritatis concludebat *Card.*
» *de Luca dict. diſcurſ.* 110. *§. finali de Beneſic.* ex
» pluribus argumentis fit manifeſtum. Et primo,
» ex quo ille alio jure non providet, nec provide-
» re poteſt his quatuor Eccleſiis, quam ex jure
» ſibi communicato per dicta ſingularia privilegia,
» & vigore ſpecialis facultatis ſibi in illis imper-
20 » titæ; Qui autem providet non ex lege, ſed ex
» privilegio ſpeciali, Jure ſuo proprio, & Ordi-
» nario minime providet; quia privilegium eſt fa-
» cultas conferendi, & diſponendi de Beneficiis,
» conceſſa illi, qui Ordinarius non eſt; & privile-
21 » gium aliud non eſt, quam nova, & ſingularis,
» contra communis juris Regulas, conceſſio, ſe-
» cundum *Hoſtien. in Summa de privileg. Ripa re-*
» *ſponſ. 3. num. 2. & reſponſ. 9. num. 1. de electiou.*
» *Gonzal. ad Regul. VIII. Cancellar. gloſſ. 35. n. 10.*
» *& ſeqq. Amayd. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 15.*
22 » *n. 19.* Et ita providendo, non utitur ſua pote-
» ſtate, ſed aliena ſibi commiſſa, juxta doctrinam
» *D. Thomæ in Opuſcul. 15. cap. 4.* -- ibi -- *Quan-*
» *do Papa dat privilegium alicui Religioſo, quod*
» *poſſit prædicare, non propterea committit ei Offi-*
» *cium, ſed magis Officii executionem, quia Reli-*
» *gioſi non prædicant quaſi utentes ſua poteſtate,*
» *ſed aliena ſibi commiſſa*, quem refert *Dartiſ. de*
» *Eccleſiaſt. hierarch. cap. 11. §. Quoad primum*
» *pag. mihi 41.* Ex conſequenter promoti vigore hu-
» jus ſpecialis facultatis a Summo Pontifice con-
» ceſſæ Archiepiſcopis Salisburgenſibus, Apoſtoli-
» ca auctoritate cenſentur promoti, non autem
» Ordinaria Archiepiſcopi, miniſterialiter in hac re
» ſe habentis ad *Text. in cap. Hi qui 12. de Præbend.*
» *in 6.* -- ibi -- *Eum quoque, qui ad mandatum Le-*
» *gati, vel alterius auctoritate Apoſtolica ſibi ſpe-*
» *cialiter in hac parte conceſſa fungentis recipitur,*
» *auctoritate Apoſtolica receptum eſſe dubium non*
» *exiſtit.*
» Neque in facto dubitari poteſt, quin hic aga-
» tur de nudo, & puro privilegio; quodque ex vi
23 » dicti privilegii Archiepiſcopi provideant. Quod
» enim ſit privilegium, ex litteris Apoſtolicis præ-
» dictorum Pontificum deducitur, in quibus fere
» ſemper fit mentio de privilegio, ſeu privilegiis
» Apoſtolica auctoritate conceſſis, ut legere eſt
» in primo Indulto relato a Cardinali *Baronio*, &
» in aliis ſubſequentibus, & præſertim in illo *Lu-*
» *cii III.* impreſſo poſt dictam *Hiſtoriam Salisbur-*
» *gen. pag. 988. & ſeqq.* Quod vero illorum vigo-
» re provideant, probatur ex Indulto *Martini V.*
» in quo hæc leguntur. *Ex ſpeciali Sedis prædicta*
» *privilegio, cui hactenus in aliquo non eſt deroga-*
» *tum, Lavantin. & Chiemen. ac nonnullis aliis*
» *Cathedralibus Eccleſiis &c. providendi habeat po-*
» *teſtatem.* Ita ut poſito, quod ex privilegio con-
» ferant, ſemper magis confirmatur aſſumtum,
» quod promotio fieri dicatur per Papam conce-
24 » dentem cum miniſterio inferioris, qui proinde
» conſideretur tanquam nudum organum, & in-
» ſtrumentum, juxta ea, quæ tradunt *Lotter. de*
» *Re Beneſic. lib. 1. quæſt. 6. n. 46. Card. de Luca*
» *de Beneſic. diſc. 9. n. 12. Fermoſin. in cap. Cum*
» *Eccleſia Sutrina quæſt. 3. n. 10. de Cauſ. poſſ. &*
» *propr. inter Tract. var. pag. mihi 410.*

» Et licet quandoque expreſſerint Summi Ponti-
» fices, quod jus conferendi ſpectet ad Archiepi-
» ſcopos vigore *Privilegii, Fundationis, & Con-*
» *ſuetudinis*, tamen privilegium eſt illud, quod uni-
» ce totum operatur in hac materia, cum funda-
» tio, præſertim facta ex bonis Eccleſiaſticis, non
» det Archiepiſcopo, e cujus Diœceſi fit diſmem-
» bratio, jus conferendi, & exprimatur tamquam
» cauſa motiva conceſſionis privilegii; prout pari-
» ter exprimitur Conſuetudo ad oſtendendum,
» quod privilegium eſt in viridi obſervantia: cum
» cæteroquin in Eccleſiis Conventualibus nec Fun- 25
» datio, quamtumvis facta ex bonis Laicalibus,
» nec Conſuetudo dent jus eligendi Prælatum; ſed
» unice hæc facultas promanat ex privilegio in li-
» mine fundationis elargito, *cap. Nobis 25. de Ju-*
» *repatron. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 52.*
» *num. 8. Lotter. de re beneſ. lib. 2. quæſt. 6 num.*
» *50. & 51. Fraſſo de Regio patron. tom. 1. cap. 4.*
» *n. 33. & ſeqq. Rota deciſ. 10. de jurepatr. coram*
» *Mohedano, deciſ. 356. & 369. lib. 2. coram Pu-*
» *teo, deciſ. 1305. num. 5. coram Seraphino, de-*
» *ciſ. 346. per tot. coram Pania, & dec. 379. n. 17.*
» *par. 18. Recen.*
» Secundum argumentum ad oſtendendum Ar-
» chiepiſcopos jure delegato providere, eruitur ex
» recepta apud DD. omnes theorica, quod quan-
» do facultas, quæ tribuitur, eſt omnino nova, 26
» nec Archiepiſcopo competebat ante conceſſionem
» de jure, & ex vi proprii muneris; tunc conceſ-
» ſio dicitur facta jure delegato, cum a ſola Dele-
» gantis auctoritate profluere dicatur, juxta textum
» clarum in *cap. Cum aliquibus 4. de reſcript. in 6.*
» ibi -- *ſi Canonicorum receptio alias in ipſa Eccle-*
» *ſia non ſpectat ad eos, quibus hujuſmodi literæ*
» *diriguntur, ſed ex earum viribus recipiunt pote-*
» *ſtatem, is qui recipitur, auctoritate Apoſtolica*
» *dignoſcitur eſſe receptus*, ibique tradunt Repeten-
» tes omnes, *Surd. conſ. 354. num. 29. & 30. Ra-*
» *ſa conſul. 48. num. 8. 9. 12. & 19. Card. de Luca*
» *de Juriſdiction. diſc. 85. n. 11. & de Regal. diſc.*
» *8. n. 6 & 7.* cum aliis plene congeſtis *in Firmana ju-*
» *riſdictionis ſuper modo viſitandi Monaſteria &c. 13.*
» *Martii 1702. n. 25. cor. R̃mo Molines.* Id quod
» procedit, etiamſi pro parte habeat auctoritatem
» Ordinariam recipiendi, & pro parte non; nam 27
» integram poteſtatem recipiens, & alterius partis
» conſortium, ut Delegatus, & auctoritate Sedis
» Apoſtolicæ agit, ut bene explicat *Paſſerinus in*
» *dict. cap. Cum aliquibus n. 14. de Reſcript. in 6.*
» cum antiquioribus ibi citatis.
» In his terminis Nos verſamur; nam Archie-
» piſcopi de jure communi, & ex vi proprii mu- 28
» neris non habent facultatem pleno jure providen-
» di Eccleſiis Suffraganeis de Paſtore. Et in tota
» antiquitate, licet varia fuerit Eccleſiaſtica Diſci-
» plina in Electionibus Prælatorum, nullum tamen
» extat veſtigium, aut exemplum, quod ſoli Me-
» tropolitani dederint vacantibus Eccleſiis Paſto-
» res. Immo illis ipſis temporibus, quibus electio
» non diſtinguebatur ab Ordinatione, connitebán-
» tur Canones, ut plures Epiſcopi Electioni, &
» Ordinationi præſentes eſſent, ne Metropolitani
» ſuo arbitratu Epiſcopos obtruderent, ut obſervat
» *Thomaſſin. tom. 2. lib. 2. cap. 11. num. 7.* Confir-
» mabant quidem Metropolitani electos aut a Cle- 29
» ro, aut Capitulis, ſed eligere, & confirmare non
» eſt idem, *Baldus in cap. Cum dilectus num. 5. de*
» *Conſuetud. Lotter. lib. 2. quæſt. 1. n. 2. & quæſt.*
» *2. n. 15. & ſeqq.* Et confirmare non eſt pleno ju-
» re providere, *Gregor. deciſ. 240. num. 8. & in* 30
» *Virdunen. Abatiæ 26. Junii 1699. num. 19. cor.*

„ *Rño Molines.* Quamobrem cum a Sede Apo-
„ ſtolica receperint Salisburgenſes Antiſtites pote-
„ ſtatem omnino novam ſolidali jure providendi his
„ quatuor Suffraganeis Eccleſiis, quæ ex vi pro-
„ prii muneris, & jure communi antea eis non
31 „ competebat, jam maniſeſte ſequitur, hanc pote-
„ ſtatem eſſe delegatain; Cum poteſtas delegata ſit
„ illa, quæ non ex proprio munere, ſed ex commiſ-
„ ſione immediata, vel mediata alterius, qui id ha-
„ bet ex proprio munere, juriſdictionem exercere
„ poteſt; Ordinaria vero ſit ea, quæ immediate
„ jure proprio, & ex juris communis diſpoſitione
„ ad exercitium deducitur, *Suarez tom. 4. diſput.*
„ *55. ſub n. 2. pag. mihi 714. Molina de Juſtit. &*
„ *jur. tom. 4. tract. 5. diſput. 14. in princ. Pirhing,*
„ *ad tit. de Offic. Delegat. n. 1. Rota in dicta Firma-*
„ *na juriſdictionis 13. Martii 1702. n. 23. cor. Reve-*
„ *rendiſſimo Molines.*

„ Adſtipulatur exemplum, quod in fortioribus
„ terminis habemus in Indultis Cardinalium. Com-
32 „ munis olim erat opinio, quod indultariæ provi-
„ ſiones de reſervatis fierent jure proprio, ac Or-
„ dinario, competente ex juris communis diſpoſi-
„ tione, tanquam per remotionem obſtaculi, &
„ impedimenti a reſervationibus reſultantis; quo
„ fiebat, ut in caſu ſimultaneæ collationis Benefi-
„ cia conferrentur etiam a Capitulis, tanquam ob-
„ ſtaculo jam per Indultum remoto. Supervenit po-
„ ſtea Conſtitutio *Urbani VIII.* per quam jus il-
„ lud, quod competebat Capitulis, fuit Cardina-
„ libus conceſſum, & ex tunc invaluit opinio, quod
„ Indultarii conferre dicantur jure delegato, ac
„ vice, & nomine Papæ, cum eis datum fuerit
„ iſtud plus, quod antea, & de jure eis non com-
„ petebat, & in eis transfuſum fuerit id, quod Ca-
„ pitulis tollitur ratione reſervationum, *Card. de*
„ *Luca de Benefic. diſc. 1. n. 36. & ſeqq. Rot. coram*
„ *Dunozzeta jun. dec. 483. n. 7. & deciſ. 298. n. 17.*
„ *ac deciſ. 329. n. 12. par. 9. in Medialanen. Op-*
„ *tionis 3. Julii 1684. §. Etenim coram Urſino, &*
„ *in Corduben. Beneficiorum 18. Februarii 1704. §.*
„ *Pro non comprehenſione, coram Reverendiſſimo*
„ *Molines, confirmata 12. Decembris ejuſdem anni*
„ *coram Omaña.* Itaque ſi Cardinales, quamvis
„ Ordinarii Collatores, conferunt Beneficia infe-
„ riora jure delegato, quia eis tribuitur quid mini-
„ mum, quod de jure communi prius eis non com-
„ petebat; quanto magis id dicendum eſt de Salis-
„ burgenſibus Archiepiſcopis, qui conſequuti ſunt
„ facultatem ampliſſimam, & ſingulariſſimam præ-
„ ficiendi Epiſcopos his quatuor Eccleſiis, quod
„ certe de jure communi eis non competebat?

„ Atque ex his profluit tertium argumentum ad
„ probandum, quod nonniſi jure delegato illi pro-
„ videre poſſunt, nempe ex qualitate, & præro-
„ gativa facultatis ipſis conceſſæ, quæ eſt de *Ma-*
„ *joribus facultatibus*, quas concedere poſſit Sedes
„ Apoſtolica, & quæ unice Salisburgenſibus Ar-
„ chiepiſcopis conceſſa legitur. Ad Romanum
33 „ Pontificem, quatenus eſt a Chriſto Domino toti
„ Eccleſiæ præfectus ut Paſtor, & ipſiuſmet Chri-
„ ſti Vicarius, jure muneris, & Officii ſpectat crea-
„ re Ordinarios, & pleno jure Epiſcopos; quæ po-
„ teſtas ordinaria adeo fuit privavativa in Apoſtolo-
„ rum Principe Petro, ut cæteri Apoſtoli, quam-
„ vis per totum Terrarum Orbem Epiſcopos conſti-
„ tuerint, attamen poteſtate extraordinaria, & de-
„ legata, & cum ipſis expirata, id fecerunt. *Azor,*
„ *Inſtit. moral. tom. 2. lib. 3. cap. 30. quæſt. 13. §.*
„ *Dices verſ. Item quod deinde*, erudite *bon. mem.*
„ *Paulutius Juriſprud. Sacr. tom. 1. lib. 2. tract. 2. cap.*
„ *15. §. Diſtincta cum ſeq. à p. 279.* Cum ergo hæc ex-
„ cellens poteſtas creandi Epiſcopos, tota pendeat
„ a Romano Pontifice, quovis modo fiat, ſive
„ per ſe, ſive per alium, ab illo ſemper fieri dici-
„ tur, *Frances de Eccleſ. Cathedral. dict. cap. 3.*
„ *num. 152.* Nam res quæcumque, quæ a ſolo
„ Romano Pontifice fieri poſſunt, quotieſcumque 34
„ ab inferiori fiunt, auctoritate Sedis Apoſtolicæ
„ factæ intelliguntur, ut proſequitur *Frances d. cap.*
„ *3. n. 158.*

„ Quod ſi Archiepiſcopus Suffraganeo ſuo inha-
„ bili ad exercendum Pontificale officium, Coad- 35
„ jutorem temporalem dare non poteſt auctoritate
„ ordinaria, ut notant *DD. in cap. Ex parte tua,*
„ *de Cler. ægrota*, & ſignanter *Cardinalis in 4. Na-*
„ *tab. Abas n. 3. Fagnanus n. 2.* Rurſus, ſi E-
„ piſcopi in remotis agentes, & ſenio, aut ægritu-
„ dine gravati, non poſſunt Coadjutores pariter 36
„ temporaneos ſibi deligere, niſi uti Delegati Pa-
„ pæ, & auctoritate Apoſtolica, *ut in cap. unico,*
„ ibique *gloſſ. verb. Auctoritate Apoſtolica, de Cle-*
„ *ricis ægrotant. in 6.* Demum ſi Sacri Canones,
„ & Concilium Tridentinum in tot tantiſque caſi-
„ bus longe minoris momenti ſanxerunt, ut Ar-
„ chiepiſcopi, & Epiſcopi, nonniſi jure delegato
„ procederent, quos poſt *Fagnanum, & alios* col-
„ legit *Thomaſſin. tom. 1. lib. 1. cap. 60. per tot.* Quis
„ unquam ſibi ſuadere poterit, quod Summi Ponti-
„ fices, inaudito quo ad alios exemplo, transfun-
„ dendo in Archiepiſcopos Salisburgenſes hanc po-
„ teſtatem præexcellentem præficiendi Epiſcopos
„ his quatuor Eccleſiis Suffraganeis, voluerint, ut
„ jure proprio, & ordinario id explerent, quando
„ in rebus longe minoris momenti nonniſi uti De-
„ legatos procedere poſſe voluerunt?

„ Quarto evidentiſſime noſtrum aſſumtum com-
„ probatur ex celebri facto, quod in Concilio Tri-
„ dentino evenit, quodque referunt *Cardinal. Pal-*
„ *lavicinus lib. 19. cap. 5. num. 5. Redingius in Hi-*
„ *ſtor. Concil. tom. 4. tract. 10. ſect. 1. §. 1. pag. 44.*
„ Paratus fuerat *Canon*, quo dicebatur, Epiſcopos
„ a Romano Pontifice vocari in partem ſollicitudi-
„ nis, & ab eo aſſumtos eſſe veros Epiſcopos, *Gua-*
„ *dicenſis* Antiſtes *Canonem* hunc imperfectum eſſe 37
„ objecit, addens *che di fatto l'Arcivefcovo di Salz-*
„ *burg faceva Veſcovi quattra ſuoi Suffraganei,*
„ *ſenza che il Papa ci aveſſe parte* -- Sed Cardina-
„ lis *Simonetta*, ne opinio alia radices ageret, ip-
„ ſum placide interpellavit, monuitque, id fieri a
„ Salisburgenſi Antiſtite ex auctoritate, & Privi-
„ legio Pontificio, ut ſunt verba *Redingii* loco ſu-
„ pracitato, quæ a Cardinali Pallavicino hauſit,
„ ita rem deſcribente: *Il che udendo id Cardinal*
„ *Simonetta, affinche quella opinione non allignaſ-*
„ *ſe, l'interruppe placidamente, con dirgli: che a-*
„ *vertiſſe, perchè quell' Arcivefcova ciò faceva per*
„ *autorità, e privilegio del Papa:* grande murmur
„ contra *Guadicenſem* exortum eſt in Concilio, ita-
„ ut alii conclamamarent, *dimittatur*; alii in con-
„ tumelioſas voces eruperint; ſed tandem illo ſen-
„ tentiam ſuam explicante, tempeſtas ſedata eſt,
„ & Canon his verbis efformatus fuit. *Si quis di-* 38
„ *xerit, Epiſcopos qui auctoritate Romani Pontificis*
„ *aſſumuntur, non eſſe legitimos, & veros Epiſco-*
„ *pos &c. anathema ſit*, ut in *Seſſ. 23. can. 8.* Et
„ eadem ferme ratione proceſſum fuit in *Seſſ. 24.*
„ *cap. 1. de Reformat.* -- ibi -- *Omnes vero, & ſin-*
„ *gulos, qui ad promotionem præficiendorum quod-*
„ *cumque jus quacumque ratione a Sede Apoſtolica*
„ *habent, aut alioqui operam ſuam præſtant horta-*
„ *tur, & monet &c.*

„ Ex his autem perſpicuum fit, non jure pro-
„ prio, & ex vi proprii muneris Archiepiſcopos
„ Salis-

» Salisburgenſes providere his quatuor Suffraganeis
» Eccleſiis, ſed Apoſtolica Auctoritate ſibi delega-
» ta, ſive conſideremus reſponſionem Cardinalis
» *Simonettæ* monentis, *che quell' Arciveſcovo ciò*
» *faceva per autorità, e privilegio del Papa*, ſive
» ſenſum Patrum in Concilio obſtrepentium Epiſ-
» copo *Guadicenſi*, ſive ipſa Decreta Concilii: tum
» *Can.* 8. amplectens etiam Epiſcopos ab Archie-
39 » piſcopo Salisburgenſi promotos, clare dicit *aucto-*
» *ritate Romani Pontificis aſſumi*: & *in cap.* 1. *ſeſſ.*
» 24. Sedi Apoſtolicæ jus omne refertur, a qua
» diverſis rationibus facultates diverſæ in inferiorea
» ſunt transfuſæ; adeo ut concludendum veniat,
» ut omnes, qui quocumque modo operam ſuam
» præſtant in Epiſcoporum promotione, id faciant
» tamquam Delegati dictæ Sedis, non autem jure
» proprio, & ordinario.

» Prætermitto plura abſurda, quæ exoriri poſ-
» ſent, ſi admitteretur Opinio, quod Archiepiſcopi
40 » Salisburgenſes ordinario, adeoque innato, &
» proprio jure his Eccleſiis Epiſcopos præficerent.
» Et primo conſequuti fuiſſent auctoritatem, quam
» non habebant Apoſtoli, in quibus facultas crean-
» di Epiſcopos fuit accidentalis, & extraordinaria,
» in ſolo autem Petro fuit ordinaria, ut præter
» auctoritates relatas firmat *P. Pallavicinus* in *Ope-*
» *re*, quod inſcribitur -- *Difeſa del Pontificato Ro-*
» *mano tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 10. & *cap.* 20.
» *n.* 3. *lib.* 9. *cap.* 8. *num.* 5. Secundo, ipſe æqualis
» eſſet Summo Pontifici, cui ſoli, ratione Prima-
» tus juriſdictio ordinaria creandi Epiſcopos com-
» petit. Tertio ſequeretur, quod dicti Epiſcopi
» juriſdictionem reciperent ab ipſo Archiepiſcopo ju-
» re ordinario promovente, qui eam limitare, &
» reſtringere poſſet, non autem a Summo Pontifi-
» ce, penes quem reſidet plenitudo poteſtatis, & a
» quo immediate cæteris Epiſcopis communicatur,
» *Bellarmin. lib.* 4. *de Roman. Pontif. cap.* 13. *P.*
» *Pallavicinus tom.* 1. *lib.* 3. *cap* 19. *n.* 3. *Azorius*
» *inſtitut. moral. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *quæſt.* 13.
» Quæ abſurda, ut evitentur, aſſerendum eſt, ha-
» bere quidem Archiepiſcopos facultatem eligendi,
» & præficiendi quatuor Epiſcopos, ſed miniſteria-
» liter, & tanquam Delegatos Summi Pontificis,
» cujus auctoritate, nomine, & vice hanc præ-
» cellentem poteſtatem exercent.

» Quæ cum ita ſint, Datariæ intentioni non re-
» ſiſtit Indultum Clementis VII. impreſſ. poſt *Hi-*
» *ſtor. Salisburgen. pag.* 1004. in quo pluries aſſeri-
41 » tur, Archiepiſcopos Salisburgenſes *Auctoritate*
» *Metropolitica*, de his quatuor Suffraganeis Eccle-
» ſiis diſponere, & libere providere. Nam præter
» quam quod Breve præfatum emanavit ad inſtan-
» tiam, & preces Archiepiſcopi tunc viventis, &
» ſupponentis Pontifici, quod in antiquis ſpecialibus
» privilegiis *Honorii*, *Lucii*, & *Innocentii* diſpone-
» retur, ut Archiepiſcopus Salisburgenſis *Metropo-*
» *litica auctoritate de Paſtoribus* libere *providere*
» *poſſet*, ut ibi -- *Sane pro parte dicti filii &c. nuper*
» *nobis exhibita petitio continebat, quod licet &c.* --
» Cum autem hoc ſuppoſitum omnino erroneum,
» & inſubſiſtens ſit, cum in antiquis privilegiis id
» non legatur, nec umquam in illis expreſſa fuerit
» hæc Metropolitica auctoritas, ſequitur, quod di-
» ctum Breve, uti fundatum ſuper falſo ſuppoſito
» a parte narrato, corruat, corruente nempe ſup-
» poſito, ſuper quo tota diſpoſitio fundatur, *Rota*
» *deciſ.* 274. *num.* 11. *part.* 17. *Recentior.* cum aliis
» relatis in *Firmana Juriſdictionis* 10. *Maii* 1700.
» *num.* 35. & 17. *Martii* 1702. *n.* 30. *cum ſeqq. cor.*
» *Reverendiſſimo Molines*, & *in Fanen. Juriſdi-*
» *ctionis* 21. *Januarii* 1704. §. *Nec relevat*, & 16.

„ *Junii ejuſdem anni* §. *Nullius cor. Illuſtriſſimo*
„ *Scotto.*

„ Adhuc urget ea ſolida reſponſio, quod facul-
„ tas illa providendi *Metropolitica auctoritate*, de
„ qua in dicto Indulto Clementino, non intelliga- 42
„ tur de *Metropolitica auctoritate Ordinaria*, pro-
„ prio jure, & ex vi proprii muneris competente;
„ ſed de *auctoritate Metropolitica* accidentali, ex-
„ traordinaria, ſuperinducta, & delegata, prove-
„ niente ex ſpeciali privilegio a Sede Apoſtolica
„ attributo Salisburgenſis Sedis Antiſtiti, exemplo
„ ejus, quod ſtatuitur in *cap. Irrefragabili* §. *Cæte-*
„ *rum de Offic. ordin.* ubi datur facultas delegata
„ Archiepiſcopo, *Thomaſſin. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 60.
„ *num.* 4. *Rota in dicta Firmana Juriſdictionis* 13.
„ *Martii* 1702. *numer.* 27. *in fine cor. Reverendiſſ.*
„ *Molines*, ac in *Concil. Trident. ſeſſ* 25. *cap.* 8. *de*
„ *Regular.* & *ſeſſ.* 5. *cap.* 2. *de Reform.* & juxta ea,
„ quæ tradit *Card. de Luca de Benefic diſc.* 1.
„ *num.* 16.

„ Atque hic intellectus, tum ex verbis dicti Bre-
„ vis Clementini, cum ex natura ſubjectæ mate-
„ riæ, ac etiam ex confeſſionibus Salisburgenſium
„ Archiepiſcoporum comprobatur. Et quidem in
„ dicto Brevi non dicitur ſimpliciter, quod Ar-
„ chiepiſcopi Metropolitica auctoritate providere
„ poſſint, *ſed juxta earumdem Litterarum tenorem,*
„ *& continentiam, Metropolitica auctoritate diſpo-*
„ *nere poſſint*, hoc eſt juxta tenorem dictorum an-
„ tiquorum privilegiorum *Lucii*, *Honorii*, & *Inno-*
„ *centii*; Atqui juxta tenorem, & continentiam pri-
„ vilegiorum, ad quæ ſe refert Pontifex, Archie-
„ piſcopi Salisburgenſes non providebant auctori-
„ tate Ordinaria, ſed delegata, ut tot argumen-
„ tis probatum jam eſt; ergo etiam idem dicen-
„ dum, attento tenore dicti Indulti referentis, ut
„ ſcilicet non provideant, niſi *auctoritate Metro-*
„ *politica delegata*, & ipſis communicata a Summo
„ Pontifice.

„ Suadet id ipſum natura ſubjectæ materiæ, nam
„ cum agatur de facultate, quæ numquam compe-
„ tiit, nec competere poteſt Archiepiſcopis jure
„ ordinario, & ex vi ſui muneris, & officii, po-
„ tius attendenda eſt natura rei, de qua agitur,
„ quam cortex verbi æquivoci, quod ad ſupplicatio-
„ nem partis in dictum Clementinum Indultum ir-
„ repſit, cum in fortioribus terminis firment DD. 43
„ quod etiam ſi quis exprimat Ordinariam Juriſdi-
„ ctionem, ſi tamen natura ſubjectæ materiæ aliud
„ ſuadeat, adhuc ea non obſtante expreſſione, cen-
„ ſetur uti Delegatus procedere, quia ſæpe expri-
„ mitur cauſa demonſtrationis, ut poſt *Abatem* fir-
„ mat *Felinus in cap. Cum ex officiis n.* 32. *de Præ-*
„ *ſcription.* ubi addit, quod expreſſio Dignitatis
„ non facit, quod actus videatur emanaſſe ex ipſa,
„ ſed aliunde, prout ſubjecta materia inducit, *Rota*
„ *cor. Seraphino deciſ.* 549. *n.* 2. & *deciſ.* 309. *n.* 19.
„ *part.* 9. *Rec.*

„ Ac etiam Archiepiſcoporum confeſſio id de-
„ monſtrat, ſiquidem bon. mem. Archiepiſcopus
„ Joannes Erneſtus præficiendo Chiemenſi Eccleſiæ
„ anno 1697. Comitem de Caſtelbarco, ita loqui-
„ tur -- *Ac etiam tradentes eidem auctoritate Me-*
„ *tropolitica per Summorum Pontificum Privilegia*
„ *nobis ſpecialiter conceſſa, ac corroborata, tam in*
„ *ſpiritualibus, quam temporalibus plenam, & om-*
„ *nimodam adminiſtrationem &c.* Ergo hæc aucto-
„ ritas Metropolitica non eſt *Metropolitica Ordina-*
„ *ria*, ſed auctoritas *Metropolitica per Summorum*
„ *Pontificum Privilegia ſpecialiter conceſſa*, & con-
„ ſequenter delegata, quia auctoritas delegata illa
„ eſt, quæ ex ſpeciali conceſſione Superioris pro- 44

,, venit præter, aut contra juris communis Regu-
,, las, & vigore talis ſpecialis Conceſſionis promo-
,, ti, auctoritate ipſius Papæ delegantis promoti
,, dicuntur, ut præter ſupra relatos firmat *Comitol.*
,, *decis.* 42. *n.* 5. *&* 6.

,, Minus relevat auctoritas *Ludovici Engel ad*
45 ,, *lib.* 3. *decretal. tit.* 5. *de Prabend. n.* 16. *§. Non*
,, *poſſum*, qui agens *de hoc ſpeciali, & inſolito* (ut
,, ipſe loquitur) Archiepiſcopi Saliſburgenſis *jure*
,, cenſet, quod Beneficia promotorum ad hos qua-
,, tuor Epiſcopatus, poſſint ab illo provideri, nec
,, cadant ſub diſpoſitione *Extravagant. Ad regimen*,
,, utpote quia loquitur de Beneficiis promotorum
,, *immediate a Sancta Sede.* Quoniam in ea par-
,, te *Extravagant. Ad regimen*, & Concordatorum,
,, in quibus agitur de reſervatione Beneficiorum
,, vacantium per promotionem ad Epiſcopatus, ad-
,, verbium illud *immediate* non legitur, ſed illimi-
,, tate dicitur, *Per nos, ſeu auctoritate noſtra pro-*
,, *motorum.* Verum quidem eſt, quod poſtea in alio
,, diverſo capite, & reſervatione, ubi agitur in
,, Concordatis de Beneficiis vacantibus per aſſequu-
,, tionem Prioratuum, Canonicatuum, & aliorum
,, Beneficiorum, additur *Per nos, ſeu auctoritate*
,, *noſtrarum Litterarum immediate collatorum:*
,, Sed hæ ſunt duæ Reſervationes diverſæ, & omni-
,, no inter ſe diſtinctæ, adeo ut verba in una par-
,, te, & reſervatione appoſita traduci non poſſint ad
,, aliam; Nec Dataria conferre debet hunc Cano-
,, nicatum, uti vacantem per aſſequutionem alte-
,, rius Canonicatus, aut Beneficii, ubi habetur
,, verbum *immediate collatum*; ſed uti vacantem
,, per promotionem, in qua indiſtincte dicitur *Au-*
,, *ctoritate noſtra.* Immo ex hoc diſcretivo modo
,, loquendi, quo Concordata utuntur, arguitur
,, *quod, quando Pontifex noluit diſpoſitionem reſtrin-*
,, *gere ad immediatam collationem*, id ſpecifice deſi-
,, gnavit per aperta verba, quibus etiam uſus fuiſſet
,, in promotionibus ad Epiſcopatus, ſi eamdem Re-
,, ſervationem inibi explicare voluiſſet; argumento
,, ſumto a diſcretivo modo loquendi, quod diver-
,, ſam voluntatem Diſponentis deſignat; ut in his
,, terminis arguit *Rota in Saliſburgen. Canonicatus*
,, 8. *Aprilis* 1680. *§. Secundo ex verbis, cor. Ron-*
,, *dinino.*

,, Æquali inſubſiſtentia laborat ſecundum funda-
46 ,, mentum *Engelii* aſſerentis, quod *Extravagans*
,, loquatur reſtrictive de promotis à *Benedicto XII.*
,, & ejus anteceſſore *Joanne XXII.* nec comprehen-
,, dat promotos vigore antiquioris privilegii; Quia
,, hoc argumentum nimis probat, & ideo nihil
,, probat. Si enim ſubſiſteret, quod *Extravagans*
,, loquatur reſtrictive de promotis ab illis duobus
,, Pontificibus, ſequeretur, quod nec in Germania,
,, nec alibi, poſſent Pontifices providere Beneficia
47 ,, vacantia per promotionem ad Epiſcopatum, quod
,, eſt omnino erroneum, & hic error fuit latiſſime
,, profligatus in *dictis Deciſionibus Saliſburgen. co-*
,, *ram Rondinino*; Cum enim *Extravagans* illa ho-
,, die effecta fuerit perpetua, dum inſerta fuit in
,, Concordatis Germaniæ, quæ perpetuo durant, &
,, renovatur in unoquoque Pontificatu in Regula
,, prima Cancellariæ, hinc eſt, quod verba illa *Au-*
,, *ctoritate noſtra* ſtent demonſtrative, & compre-
,, hendant quoſcumque promotos vigore facultatis,
,, tam ab Anteceſſoribus, quam Succeſſoribus Pon-
,, tificibus conceſſæ; nam ex cujuſcumque Pontificis
,, facultate provideantur, ſemper auctoritate *noſtra*,
,, hoc eſt *Apoſtolica*, providentur.

,, Tertium quoque argumentum *Engelii* non ſub-
,, ſiſtit, dum ait, nihil obeſſe ſi Pontifices, quan-
,, doque contulerint hæc Beneficia, cum Pontifex
,, concurrendo cum Archiepiſcopo, non cenſeatur
,, impoſterum tollere jus ipſius. In hoc nanque 48
,, argumento ſupponitur pro certo, id quod eſt in
,, quæſtione; Supponitur enim jus Archiepiſcopi
,, eſſe indubitatum, & Pontificem per viam concur-
,, ſus, & præventionis contuliſſe. At cum jus Ar-
,, chiepiſcopi ſit ſaltem dubium, & Pontifices con-
,, tulerint hæc Beneficia uti reſervata, ex hoc facto
,, Pontificum deducitur obſervantia interpretativa,
,, quæ oſtendit, Beneficia promotorum etiam per
,, organum Archiepiſcopi Saliſburgenſis, eſſe re-
,, ſervata.

,, Demum non obſtat, quod in promotionibus,
,, quæ immediate fiunt a Sede Apoſtolica, apponi-
,, tur clauſula, *quod obtenta vacet eo ipſo, ſuſpen-*
,, *ſo vacationis effectu uſque ad obitum*; in præſenti
,, autem caſu cum proviſio fiat ab Archiepiſcopo,
,, data fuit retentio ſimpliciter. Quia inter utramque
,, formulam nulla adeſt diſcrepantia quod ad indu- 49
,, cendam reſervationem, cum ſive uno, ſive altero
,, modo concipiatur hoc Decretum, ſemper Bene-
,, ficia ſunt reſervata. Diſcrepantia vero in hoc con-
,, ſiſtit, quod primo modo inducitur Reſervatio ex
,, vacatione *apud Sedem*, adeout Cardinalis Indul- 50
,, tarius conferre minime poſſit; Secundo vero mo-
,, do, quando ſcilicet datur præventiva retentio,
,, inducitur quidem Reſervatio, ſed ea non eſt *apud*
,, *Sedem*, & Cardinalis Indultarius, qui habet jus
,, conferendi reſervata in *Extravag. Ad regimen*,
,, conferre poterit; ut bene diſtinguit *Cardinalis*
,, *de Luca de Benefic. diſc.* 104. *per totum, & deciſ.*
,, 109. *num.* 2. *&* 3. *Rota deciſ.* 214. *num.* 4. *& ſe-*
,, *quentib. part.* 14. ubi quod Reſervatio eſt incon-
,, trovertibilis, *deciſ.* 14. *ſub num.* 6. poſt *Nova-*
,, *rium.* Et decretum vacationis eo ipſo introdu-
,, ctum eſt ſub *Clemente X.* occaſione notæ cauſæ 51
,, *Mediolanen.* ad inducendam reſervationem *apud*
,, *Sedem*, & excludendos Cardinales Indultarios,
,, ut teſtatur *Card. de Luca diſc.* 143. *num.* 16. *de*
,, *Benefic.*

,, Atque ex his ſuperflua eſt diſputatio, an per
,, retentionem conceſſam Epiſcopo *Chiemenſi* reſul-
,, tet affectio ex appoſitione manus Papæ, quia
,, Dataria pro nunc fundat intentionem ſuam in
,, Reſervatione proveniente ab *Extravagant. Ad*
,, *regimen*, non autem in appoſitione manus Ponti- 52
,, ficis; Et nihilominus etiam ex hujuſmodi reten-
,, tione reſultare affectionem, probat individualiter
,, de caſu noſtro agens, *Card. de Luca de Benefic.*
,, *diſc.* 110. *in fine in ſupplem.* & generaliter *Rot.*
,, *dec.* 527. *num.* 43. *part.* 19. *Recent.*

Hactenus Diſcurſus. Et ita, re prius mature diſ-
cuſſa in Congregatione Datariæ, reſolutum fuit,
& ſervatum. Licet enim Archiepiſcopus Saliſbur-
genſis Canonicatum præfatum per obitum *Com. de*
Kuemberg, dum viveret Epiſcopi *Chiemen.* vacan-
tem, cuidam *Joanni Euſebio Guſtavo Colona Ba-*
roni de Feltz Ordinaria auctoritate, ſeu prætextu
Indulti Apoſtolici contuliſſet, nihilominus Sedes A-
poſtolica de eodem Canonicatu, tamquam de reſer-
vato ob promotionem ad Eccleſiam Cathedralem *au-*
ctoritate Pontificis factam, providit *Carolum Ferdi-*
nandum ex Comitibus *de Lodron*, ut ex Litteris A-
poſtolicis apud *S. Petrum decimo ſeptimo Kalendas*
Februarii Pontificatus ſan. mem. Clementis XI. anno
XII. Et Proviſio Apoſtolica ſuum ſortita fuit effe-
ctum.

Sunt igitur vigore *Extravag. Ad regimen* Sedi A-
poſtolicæ reſervata Beneficia illorum, qui ad ſupra-
dictas Eccleſias Epiſcopales ab Archiepiſcopo Saliſ-
burgenſi, auctoritate ei a Sede Apoſtolica delegata
promoventur, eo prorſus modo, quo ab ipſomet
Pontifice

53 Pontifice promoti eſſent; Prædictaque Beneficia non cadere ſub Indultis Apoſtolicis, quæ regulariter Archiepiſcopis Salisburgenſibus concedi ſolent *conferendi Beneficia ratione Menſium tantum ſpecialiter, vel alias generaliter reſervata*, late deciſum fuit per *Rot. in Salisburgen. Canonicatus, penes Novar. deciſ. 14. à n. 8. & deciſ. 518. part. 19. Recent. & in confirmat. 8. Aprilis 1680. cor. Rondinino*, & patet ex mox recenſito exemplo: nam Archiepiſcopus Salisburgenſis devenerat ad proviſionem Canonicatus vacantis per obitum Epiſcopi *Chiemen.* etiam vigore Indulti, quo potiebatur conferendi Beneficia *ratione Menſium ſpecialiter, vel alias generaliter reſervata*; & nihilominus Proviſio præfata ſuum non habuit effectum, ſed altera quæ a Sede Apoſtolica expleta fuit.

54 Præpoſituram vero Metropolitanæ Eccleſiæ Salisburgenſis, etſi per Promotionem vacantem, obnoxiam non eſſe reſervationi *Extravag.* ſed ad eam, iſto quoque caſu, competere Capitulo jus eligendi, tradit *Hermes in faſcicul. jur. public. cap. 29. pag. mihi 377. & ſeqq.* At contrarium reſolvit *Rota in Salisburgen. cor. Veroſpio*, ut ex *Deciſione* impreſſa poſt *diſcept. 10. Caponi.*

Sed nedum Beneficia inferiora Germaniæ per promotionem vacantia ad liberam Pontificis ſpectant
55 collationem, verum & ipſæmet Eccleſiæ Epiſcopales, tunc cum contigit, Epiſcopos ad alias transferri Eccleſias. Quandoque tamen ex ſumma Ponti-
56 ficum Beneficientia relictum fuit Canonicis jus eligendi novum Epiſcopum. Sic cum de *menſe Septembris* 1694. confirmata fuiſſet per Sedem Apoſtolicam electio Principis *Clementis à Bavaria* in Epiſcopum *Leodienſem* cum Decreto vacationis Eccleſiæ *Friſingen. & Ratisbonen.* per ipſum obtentarum, ſan. mem. Innocentius XII. Capitulis harum Cathedralium facultatem indulſit eligendi alios reſpective Paſtores in locum dicti Principis ad Leodienſem Eccleſiam tranſlati, his verbis — *Caeterum quoad memoratas Eccleſias Ratisbonen. & Friſingen. ex tui Perſona de præſenti vacantes, ſpecialem etiam tui contemplatione ſupradictis Capitulis, & Canonicis earumdem reſpectu Eccleſiarum gratiam facere volentes, ut licet Eccleſiæ hujuſmodi ex tui Perſona, ſicut præmittitur, vacantes, Noſtræ, & ejuſdem Sedis diſpoſitioni reſervatæ, aut affectæ quovis modo nunc exiſtant; ipſi nihilominus ad electionem perſonarum idonearum in tui locum, iiſdem Eccleſiis Ratisbonen. & Friſingen. in Epiſcopos à Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſten. ad electionem hujuſmodi reſpective præficiendarum, ſervata caeteroquin Sacrorum Canonum diſpoſitione, juxta Concordata prædicta devenire libere, & licite poſſint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac, ſi ipſæ Eccleſiæ Noſtræ, & dictæ Sedi diſpoſitioni nullatenus reſervatæ, vel affectæ eſſent, motu &c. pro hac vice tantum, concedimus, & indulgemus*; ut ex Litteris Apoſtolicis in forma Brevis ſub datum 29. *Septembris* 1694. Id tamen in neceſſitatem minime trahendum, ut alias diximus.

57 Vacant itidem per promotionem ad Epiſcopatum, Beneficia, Dignitates, & Commendæ Ordinum Militarium, etiam S. Joannis Hieroſolymitani, *Barboſ. lib. 2. Vot 43. per tot. Leo Theſaur. for. Eccleſ. lib. 2. cap. 3 n. 77. Cortiad. deciſ. Cathalon. 254. n. 4. & 5. Rot. in Melevitana Commenda deciſ. 221. 532. & 566. coram Lancetta*, ubi quod hoc eſt indubitatum, attenta potiſſimum Conſtitutione 28. *Gregorii XIII. Bullar. tom. 2.* Sed licet vacent per promotionem Commendæ, & Prioratus præfati, de
58 illis tamen non diſponit Pontifex uti de reſervatis, ſed eſt locus *ſmutitioni* favore Antianorum, ut erat caſus Deciſionum in dicta *Melevitana Commenda cor. Lancetta*, & probant *Leo Theſaur. dict. lib. 2. cap. 3. à n. 77. Eſcanno in Propugnac. Sac. Religion. Hieroſolym. diſt. 3. cap. 3. n. 24. & 25.*

Penſiones etſi de jure extinctæ non remaneant
per promotionem ad Epiſcopatum, cum *Text. in* 59
cap. Cum injunctis §. Cum vero, de elect. ſolum inducat vacationem Beneficiorum, ſub quorum nomine Penſiones non comprehenduntur, *cap. Quamvis,*
il primo, de Prabend. in 6. ceſſant tamen de ſtylo 60
Curiæ, *Germon. de Indult. Cardinal. §. Si vero illa n. 39. & ſeqq. D. de Sanctis Examin. Conſiſtorial. cap. 6. n. 138. Garc. de Benefic. part. 11. cap. 6. n. 25. Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæſt. 42. num. 7. Barboſ. de Poteſtat. Epiſcop. part. 3. allegat. 57. ſub n. 73. Cardin. de Luc. de Penſion. diſc. 75. num. 2. Capon. diſceptat. 10. n. 32. Rocc. diſput. jur. cap. 192. tom. 2. Clericat. de Penſ. diſc. 8. num. 7. & 9. Rot. coram Verall. deciſ. 303. num. 1. & coram Ottobon. deciſ. 239. num. 12. & ſeqq. & in Recent. deciſ. 126. n. 10. & 11. & in Bononien. Hoſpitalis 16. Decembris 1707. §. Non attenta cor. Omaña.* Niſi fue-
rit per Papam conceſſa promoto earumdem retentio: 61
id quod dignoſcitur ex inſpectione Cedulæ Conſiſtorialis, in qua ſi expreſſa non legitur, pro ceſſatione pronunciandum eſt, *Tondut. de Penſion. cap. 73. n. 11. Lotter. dict. quæſt. 41. n. 8. Clericat. dict. diſc. 7. n. 13. Tartagl. Quæſt. unic. Commodit. Penſion. &c. §. 11. num. 270. §. Et juxta, poſt tractat. de Reſervat. Statutar. D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor. dict. cap. 6. n. 281. Rot. d. dec. 239. n. 14. cor. Ot-*
tobon. Conceſſioni tamen retentionis Penſionum æ- 62
quipollere Decretum retentionis compatibilium, cum de jure Penſiones, ut diximus, ſint cum Epiſcopatu compatibiles, firmavit *Rot. deciſ. 45. num. 1. cor. Millino*, quam ſequitur *D. de Sanctis in Examin. Conſiſt. cap. 6. n. 242.*

Quod ſi conceſſa retentione Penſionis, & Lit-
teris ſuper ea non expeditis, Penſionarius continuet 63
in illius exactione, licet ſubinde Litteras expediverit, adhuc Penſio tamquam exacta ante expeditionem Litterarum, remanet extincta, ut articulo ad partes diſcuſſo, firmat *Clericat. de Penſion. d. diſcord. 7. per tot.*

Sed per promotionem ad Epiſcopatum nedum ceſſant, ut diximus, Penſiones, ſed etiam expirat
Indultum eas transferendi, quo antea Promotus 64
fruebatur, *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt. 40. n. 93. Fattinell. de Translat. Penſ. cap. 14. n. 1. & ſeqq. Pariſ. de Reſignat. lib. 6. cap. 4. num. 29. Adden. ad Buratt. deciſ. 464. num. 11. Rot. deciſ. 143. num. 1. part. 2. Recent. & deciſ. 671. num. 1. in fine cor. Emerix Junior.* & poſt hæc ſcripta in *Tricaricen. Penſionis 8. Junii 1733. §. Et quamvis coram R.*
P. D. Creſcentio. Niſi in Indulto præfato legatur 65
expreſſum, quod facultas transferendi expirare non poſſit per quamcumque ſtatus mutationem, quia tunc etiamſi Indultarius ad Epiſcopatum promoveatur, adhuc transferendi facultate uti poterit, *Corrad. in Prax. Benef. lib. 4. cap. 6. num. 68. verſ. Et præterea, Card. de Luc. de Penſion. diſc. 78. n. 8. Tartagl. in Quæſt. unic. Commodit. percip. Penſ. §. 11. num. 273. poſt Tract. de Reſervat. Statut. D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap. 6. n. 308. Rot. deciſ. 148. n. 6. coram Cavaler. & deciſ. 287. num. 18. part. 18. Recent.*

Nec ex conceſſa Promoto retentione Penſionum præſervata cenſetur transferendi facultas, ſed novo
ipſe indiget Indulto, ſi Penſiones transferre velit. 66
Non enim facultas transferendi eſt acceſſoria ad Penſionem, ſed quid extrinſecum, & ideo ſpeciali indiget mentione. Præſertim quia Penſio eſt

odioſa, & translatio odioſiſſima, nam per eam prorogatur ſervitus Beneficii, ut in his terminis Fattinell. de Tranſlat. Penſ. cap. 14. per tot. Germon. de Indult. Cardinal. §. Si vero num. 52. & ſeqq. Tondut. de Penſion. cap. 32. n. 12. Capon. diſcept. 10. n. 35. Cardin. de Luc. de Penſ. diſc. 58. n. 9. & diſc. 75. n. 3. Rot. cor. Verall. dec. 303. & 319. part. 2. & deciſ. 99. & 100. part. 3. cum concordan. relatis in deciſ. 671. num. 1. in fine, & n. 11. cor. Emer. Jun. & in dicta Tricaricen. Penſionis §. Conveniebat cum duob. ſeqq. Et licet Tartagl. loc. max laudata a n. 261. & ſeqq. quem ſuquitur D. de Sanctis d. cap. 6. a n. 285. & plurib. ſeqq. diſtinguat inter facultatem transferen-
68 di certæ Penſioni alligatam, & alteram competentem
vigore Privilegii perſonalis perpetui de transferendo indefinite qualcumque Penſiones, intra tamen certam ſummam, qua facultate gaudent Votantes Signaturæ Juſtitiæ, Conclaviſtæ &c. ut in primo caſu diſpenſatio retinendi Penſiones, ſcilicet non præſervet facultatem transferendi, quando conceditur per viam reviviſcentiæ, quia nempe Papa priorem caſſet Penſionem, eamque de novo favore Promoti reſervet, ſecus vero, ſi diſpenſatio concedatur per viam Gratiæ præambulæ, per quam prævenitur tempus expirationis Penſionis; In ſecundo vero caſu indiſtincte exiſtimet, quod ex conceſſa retentione Penſionum, ſive per viam reviviſcentiæ, ſive gratiæ præambulæ, prorogata cenſeatur transferendi facultas: Nihilominus diſtinctionem hanc late impugnat Fattinell. d. cap. 14. per tot. Rot. in d. Tricaricen. §. E conſpectu, & ſeqq.

At vero plures ſunt caſus, in quibus locum ſibi non vindicat diſpoſitio laudatæ Extravag. Ad regimen. Primus eſt ubi agitur de Beneficiis obtentis a
69 Promotis ad Epiſcopatus Titulares, Eccleſias nempe in partibus Infidelium exiſtentes; ob impoſſibilitatem enim aſſequendi earum poſſeſſionem, Beneficia præſata non vacant, & per conſequens nec ſubjacent Reſervationi in dicta Extravag. contentæ, ut eſt communis ſententia, de qua Mandoſ. ſuper Regul. 26. quæſt. 4. ſub n. 5. Hoied. de incompatibilit. part. 1. cap. 4. n. 5. Tondut. Quæſt. Beneficial. part. 2. cap. 3. n. 20. Barbaſ. de Epiſcop. allegat. 57. n. 74. part. 3. Garc. de Benefic. part. 11. cap. 27. n. 4. Kochier. ad Regul. 1. ſub n. 23. & Regul. 24. ſub n. 6. Caralus de Mean ad Jus Civile Leodien. tom. 3. Obſervat. 277. num final. Germon. de Indult. Cardinal. §. Si vero n. 26. Nicolarts ad Concord. German. part. 1. dub. 1. §. 24. pag. 66. ubi quod non ſunt reſervata. Ricciull. Lucubrat. Eccleſiaſtic. lib. 2. cap. 9. ubi
70 quod de ſtricto rigore juris vacant, quia Epiſcopatus Titularis eſt verus Epiſcopatus, ſed quod datur retentio, Ventrigl. in prax. tom. 2. §. 2. annot. 2. num. 7. ubi quod in Beneficiis obtentis per Epiſco-
71 pum Titularem non habet locum neque vacatio, neque reſervatio, Cortiad. deciſ. Cathalan. 254. num. 10. Piton. diſcept. 111. n. 23. D. de Sanctis in Examin. Conſiſtorial. cap. 6. num. 67. Roſ. de Exerutor. in addit. ad cap. 6. n. 189. Rot. cor. Pamphil. deciſ. 212. n. 11. & ſeqq. ibique Adden. coram Cerra deciſ. 684. num. 4. & in Recent. deciſ. 225. & deciſ. 599. n. 11. part. 18. & in Monaſterien. Canonicatus 9. Decembris 1712. §. Probatur, coram Reverendiſſimo Aldrovando. Hinc eſt, quod Epiſcopi Titulares nulla indigent diſpenſatione pro retinendis Benefi-
72 ciis obtentis, quodque ſi in Decreto Conſiſtoriali conceſſa legatur retentio, hæc ad uberiorem cautelam conceſſa intelligitur, Piton. diſcept. 111. num. 24. & in affinibus terminis Rot. poſt Remocamp. de Coadjutor. deciſ. 16. numer. 19. & dec. 17. numer. 14.
73 Eademque ratione licet regulariter proviſio Beneficiorum facta Epiſcopo poſt munus conſecrationis non ſuſtineatur, cap. Cum in noſtris, & ibi gloſſ. & communiter DD. de conceſſ. Præben. id tamen non procedit quoad Epiſcopos Titulares, quorum reſpectu ſicuti Promotio, & Conſecratio non inducunt vacationem Beneficiorum jam obtentorum, ita nec eos reddunt incapaces Beneficia de novo aſſequendi, 74
Navar. conſ. 21. & ſeqq. de Elect. Rot. deciſ. 212. n. 12. & ſeqq. & deciſ. 225. num. 8. & ſeqq. coram Pamphil.

Quemadmodum pari ratione non vacant Beneficia illius, qui aſſequutus eſt Abatiam Titularem 75
ſolius honoris gratia, cum illius poſſeſſionem, & adminiſtrationem non habeat, Fagnan. in cap. Poſt tranſlationem num. 6. de Renunciat. & cap. De multa num. 11. verſ. & ex hac, de Præben. Rot. in Friſingen. Canonicatus 13. Maii 1715. §. final. coram Cerro.

Solent tamen quandoque Pontifices apponere in Cedula Conſiſtoriali Decretum, quod Beneficia promoti ad Eccleſiam Titularem vacent eo ipſo, ut 76
in proviſione Eccleſiæ Rhodien. a ſan. mem. Innocentio XI. expleta de Perſona bon. mem. Nicolmi-ni - Providemus dictæ Eccleſiæ de Perſona præfati Franciſci, præficientes eum in Archiepiſcopum, & Paſtorem, cum diſpenſatione ſuper eo, quod nec etiam in Sacris Ordinibus ſit conſtitutus, ac Decreto, quod omnia Beneficia, quæ obtinet, per hujuſmodi Proviſionem vacent eo ipſo, ſuſpenſo effectu vacationis uſque ad obitum, quodque antequam munus conſecrationis ſuſcipiat, ad amnes Sacras, & Presbyteratus Ordines promoveri ſe faciat &c.

An autem ſicuti Epiſcopatus in partibus Infidelium eſt compatibilis cum Beneficiis inferioribus, 77
ita etiam compatibilis ſit cum alio Epiſcopatu, præſertim in eiſdem Infidelium partibus? Affirmant Valenzuel. conſ. 26. num. 31. part. 1. Ricciul. lucubrat. Eccleſ. lib. 2. cap. 8. Franceſ. de Eccleſ. Cathedral. cap. 32. n. 112. & ſeqq. ubi, quod quando ſecunda Eccleſia eſt cum actuali adminiſtratione, tunc iſta retinetur in Titulum, & prima in Commendam, Piton. diſcept. 3. n. 27. Sed contrarium exiſtimat Card. de Luc. de Benefic. in Supplement. diſc. 118. ubi quod de juris rigore adſit incompatibilitas, etiam quod ſecunda Eccleſia ſit pariter Titularis, quod multis comprobat exemplis; & ad contraria exempla reſpondet, vacationem primæ Eccleſiæ non eveniſſe propter diſpenſationem Apoſtolicam retinendi utramque; ſequitur D. de Sanctis in Examine Conſiſtorial. cap. 4. num. 69. Sed quidquid ſit de veritate harum diſſidentium opinionum, ceſſat hodie difficultas, quia conſueverunt Summi Ponti- 78
fices Epiſcopum Titularem proviſum de ſecunda Eccleſia, etiam in partibus Infidelium exiſtente, abſolvere a vinculo, quo priori tenebatur: qua ſtante abſolutione, non amplius dicitur Epiſcopus duarum Eccleſiarum, quia per eam inducitur vacatio primæ Eccleſiæ, Ricciul. dict. cap. 8. in fine, Franceſ. dict. cap. 32. num. 115.

Sed quid dicendum, ſi quis promoveatur ad Epiſcopatum Titularem, & una ſimul deputetur ad exercendum Officium Suffraganei in aliqua Diœceſi, an tali caſu vacet Beneficium reſidentiale per 79
ipſum obtentum, & ſit vigore Extravag. Ad regimen reſervatum? Quæſtio hæc pleniſſime examinata fuit in Sacra Congregatione Concilii anno 1601. & omnes duodecim Cardinales, qui tunc temporis Congregationi interfuere, uno ore cenſuerunt, nullam adeſſe incompatibilitatem, ut ex ſequenti Decreto Sac. Congregationis, deprompto ex Manuſcriptis cl. mem. Card. Paulutii ejuſdem Sac. Congregationis Præfecti.

DUBIUM.

D U B I U M.

An Parochialis obtenta ab eo, qui à Sede Apoſtolica ad Epiſcopatum in partibus Infidelium exiſtentem promotus, ac eodem tempore alicui Epiſcopo in Suffraganeum deputatus fuerit, vacare intelligatur.

„ Die 12. Decembris 1601. habita eſt in Vatica-
„ no Congregatio Concilii cui interfuerunt Illuſtriſ-
„ ſimi DD. Cardinales Montelp. Juſtin. De Mont.
„ Paravicin. Matthæjus, Acquaviva, Blanchett.
„ Pariſ. Mattic. De Oſſat. Bonviſ. SS. Quatuor;
„ In qua propoſito ſupradicto Dubio, omnes uno
„ ore dixerunt, hujuſmodi Parochialem non vacare
„ propter rationes in Voto Matthæi allegatas, & ob
„ eam præcipue, quod Epiſcopatus promotio non
„ inducit priorum Beneficiorum vacationem, ni-
„ ſi a die adeptæ poſſeſſionis; nec datio Suffraga-
„ neatus, cum non ſit titulus Eccleſiaſticus perpe-
„ tuus. Addidit D. Oſſat. de ſtylo Curiæ in Litte-
„ ris proviſionis Epiſcopatus Titularis conſueviſſe
„ apponi clauſulam, ut Proviſus non teneatur ad
„ Eccleſiam accedere; Præterea hunc Epiſcopum
„ Titularem non creari, ut conſulatur Eccleſiæ,
„ ſed ut ſatisfiat Concilio Calcedonenſi, ut non
„ exerceantur Pontificalia ab eo, qui non eſt Epi-
„ ſcopus. Dationem autem Suffraganei non opera-
„ ri vacationem, cum dependeat a voluntate Epi-
„ ſcopi, cui datus eſt Suffraganeus: Præterea Suf-
„ fraganeum non teneri reſidere in Civitate, ſed
„ ſat eſſe, ut in Diœceſi reſideat, & ita reſidere
„ poterit in Parochiali ſita intra Diœceſim. Itaque
„ ex omnium ſententia decretum fuit, ad Dubium
„ eſſe *Negative* reſpondendum, nempe hujuſmodi
„ Parochialem non vacare. „ Meminit de hoc
Decreto *Fagnan. in cap. Ad hæc, n. 24. de Præben.*
Illudque etiam refert *Piton.* poſt hæc ſcripta editus
diſcept. 111. *n.* 33.

80 Et ratio eſſe videtur, quia Suffraganeatus non
eſt titulus, neque Prælatura, ſed *Officium*, *Fagnan.
in cap. à Nobis, il* 1. *n.* 21. *de Sentent. Excommu-
nicat.* Et revera quod non ſit titulus, nec in titu-
lum Beneficii providetur, ſed ſit ſimplex Officium,
& miniſterium, colligitur tam ex formula Litterarum
Apoſtolicarum Deputationis in Suffraganeum, quam
ex communi aſſertione Doctorum: Siquidem in Lit-
teris præfatis Papa non utitur verbis *conferimus*, &
providemus, ſed his aliis *conſtituimus*, & *deputamus*,
& deputatur Suffraganeus ad exercenda Pontificalia
officia in Diœceſi cum facultate agendi, & exer-
cendi omnia, quæ ad hujuſmodi Suffraganeatus *Of-
ficium* ſpectant, & pertinent.

Doctores vero unanimiter affirmant, quod Suf-
81 fraganeus nihil aliud ſit, quam *Vicarius*, ſeu *Viceſ-
gerens* Epiſcopi in Pontificalibus tantum. Vicarium
eum appellat *Textus in cap. Quoniam, & ibi Ho-
ſtienſ. num.* 5. *de Offic. ordinar. Thomaſſin. de Beneſ.
part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 27 *num.* 4. *& ſeqq. & cap.* 29.
ſub num. 2. *D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap.*
5. *n.* 98. *& cap* 7. *n.* 108. *Remocamp. de Coadjutor.
cap.* 4. *n.* 7. *Gaſpar Manz. in Diſſertat. An defectus
fructuum præſtet Debitori excuſationem, quæſt.* 7.
num. 1. *Pirhing. in Decretal. tom.* 1. *tit.* 28. *de Offic.
Vicar. n.* 31. *& tit.* 31. *de Offic. Judic. Ordin. n.* 92.
*verſ. ubi notandum, Card. de Luc. de Præemin.
diſc.* 6. *n.* 1. *& ſub num.* 10. *& ad Concil. Trident.
diſc.* 14. *n.* 23. *& in Conflict. Obſervat.* 283. *num.* 1.
& ſeqq.

Synonimo itidem vocabulo *Viceſgerentem* in 82
Pontificalibus appellavit Leodienſis Epiſcopus Suf-
fraganeum ſuum uſque ab anno 1322. apud *Tho-
maſſin. d. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 4. *Carolus de
Mean. in Conſuetudin. Leodien. parte* 3. *obſervat.* 290.
n. 5. -- ibi -- *Epiſcopi Leodienſis Vices gerens Suffra-
ganeum novit. Nicolarts ad Concordat. lib.* 1. *dub.* 1.
pag. 66. §. 24. *Macrus in Dictionar. Sacr. verb. Suf-
fraganeus*, ubi quod ſupplet vices Epiſcopi, *Mona-
cel. tom.* 2. *tit.* 13. *n.* 13. Propterea que, ſicuti per
Vicariatum, & officium Vices gerentis Canonicatus
non vacat, nec iſta ſunt munera inter ſe incompati-
bilia, ita nec vacat per Suffraganeatus adeptionem.
Vacatio enim non inducitur, niſi in Beneficiis in- 83
compatibilibus, & jura de *Officiis* non loquuntur. *Ol-
drad. conſ.* 227. *col.* 3. *Puteus lib.* 2. *deciſ.* 114. *n.* 4.

Non obſtat, quod Suffraganeatus ſit titulus per-
petuus; quia cum non ſit titulus Beneficii, ſed *Of-
ficium*, & miniſterium, eſto quod illud perpetuum
eſſet, nullam induceret incompatibilitatem, aut 84
reſervationem, ut de Cappellania Locali perpetua,
& de Officio Cuſtodis pariter perpetuo, *Rot in An-
guſtana Summæ Cuſtodiæ ſuper ſecundis Litteris* 21.
Junii 1715. *per tot.* & præcipue §. *Neque refert, &*
15. *Maii* 1716. §. *Neutiquam coram Eminentiſſimo
Falconerio.*

Sed veritas eſt, quod Suffraganeatus non eſt ti-
tulus perpetuus, quia dependet a voluntate Epiſco- 85
pi, an illius opera uti velit. In Litteris enim Apo-
ſtolicis deputationis Suffraganei legitur, quod ſi re-
quiſitus fuerit ab Epiſcopo, & de ipſius expreſſa
licentia, Pontificalia officia exercere poſſit. Quoties
igitur Epiſcopus illum amplius non requirere, ſed
per ſe ipſum Pontificalia exercere vult, Suffraga-
nei miniſterium ceſſat. Et ita cenſuit Sac. Congre-
gatio Concilii in dicto Decreto anni 1601. -- ibi --
Cum non ſit titulus Eccleſiaſticus perpetuus; & ibi --
*Cum dependeat a voluntate Epiſcopi, cui datus eſt
Suffraganeus* - *Fagnan. in cap. cum Ad hæc, n.* 24.
de Præben. & in cap. Epiſcopalia n. 58. *de Privil. D.
de Sanctis dict. cap.* 5. *numer.* 133. *& ſeqq. Gaſpar
Manz. dict. Diſſert. An defectus fructuum præſtet
Debitori excuſationem, quæſt* 7. *num.* 22 -- ibi - *Li-
cet Epiſcopus opera Suffraganei amplius uti nolit,
nam ex verbis Bullæ colligitur, nonniſi requiſito, &
de ſpeciali licentia Epiſcopi, Suffraganeum Pontifi-
calia Officia exercere.* Et alias Sac. Congregatio 86
Concilii declaravit, mortuo Epiſcopo, illius Suffra-
ganeum Ordines conferre non poſſe, in *Conſtantien.*
4. *Februarii* 1645. *lib.* 17. *Decret. pag.* 39. apud *D.
Urſay. Inſtit. Criminal. lib.* 1. *tit.* 10. §. 1. *n.* 63. *&
in Vilnen.* 23. *Februarii* 1631. apud *Barboſ. in Summ.
Apoſtol. Deciſ. Collect.* 286. *num.* 11. *Fagnan. in cap.
Ad hæc, n.* 24. *&* 25. *de Præbend. & in cap. Epi-
ſcopalia, n.* 58. *cum ſeqq. de Privileg. D. de Sanctis
dict. cap.* 5. *n.* 133. *& ſeqq.*

Nec ſubſiſtit, quod Suffraganeus detur Populo,
& quod ſicut Populus eſt perpetuus, ita & Suffra-
ganeus. Etenim Suffraganeus datur Epiſcopo, &
non Populo, ut legitur in Litteris Apoſtolicis illius 87
deputationis -- ibi -- *Teque in Suffraganeum prædicti
N. N. &c.* deputamus - *Fagnan. in cap. Epiſcopalia,
num.* 58. *& ſeqq. de Privileg. D. de Sanctis dict. cap.*
5. *n.* 123. & Doctores omnes, quos ſupra laudavi-
mus, aperte fatentur, quod ſit *Vicarius*, & *Viceſ-
gerens*, ut ſuppleat vices Epiſcopi in Pontificali-
bus.

Inefficax etiam eſt altera ratio, quod ſicuti Pen-
ſio, quæ aſſignatur Suffraganeo eſt perpetua, ita 88
perpetuus ſit Suffraganeatus. Quoniam ratio prin-
cipalis, & finalis aſſignandi hanc perpetuam Pen-
ſionem, non eſt Suffraganeatus, ſed quia cum depu- 89

tandus in Suffraganeum neceſſario debeat promove-
ri ad Epiſcopatum, ad effectum ut Pontificalia exer-
cerè valeat, ſicuti dicitur in dicto Decreto Congre-
gationis Concilii *anni* 1601. hinc ut Dignitatem
Epiſcopalem, quæ perpetua eſt, honorifice ſuſten-
tare poſſit, perpetua Penſio conſtituitur. Atque eo
Litteris Apoſtolicis nulla habita ratione Suffraganea-
tus, hæc habentur: *Tibi, ut ſtatum tuum juxta
Pontificalis Dignitatis exigentiam, decentius tenere
valeas &c. Penſionem annuam &c. una cum dicta
Eccleſia Eleutheropolitana percipiendam &c.* Et ad-
vertit *Gaſpar Manz. in d. Diſſert. An defectus fru-
ctuum &c. quæſt.* 7. *num.* 31. -- ibi -- *Penſio iſta pro
decentia ſtatus Pontificalis Suffraganeo aſſignata &c.*
& melius ſub *numer.* 22. -- ibi -- *Ratio quia cauſa
principalis, cur Summus Pontifex conſtituerit Pen-
ſionem, non eſt miniſterium, ſive officium, ut eo
ceſſante ceſſare debeat Beneficium, ſed potius Digni-
tas, & decentia Status Pontificalis, quæ quia in Suf-
fraganeo, etiam abdicato, & dimiſſo, vel demeri-
to, aut etiam valetudinario, ſemper adhuc durat,
non minus durare, ac ſolvi etiam debet Penſio.* Ita-
que ſi Suffraganeatus, aut non eſt titulus Beneficii,
aut non eſt titulus perpetuus, neceſſario ſequitur,
quod non inducat incompatibilitatem, nam ad hunc
90 effectum Officium eſſe debet titulus Eccleſiaſticus
perpetuus, ut per DD. in *cap. De multa, de
Præben. Joannes de Selva de Benefic. par.* 1. *quæſt.* 2.
num. 60.

Nec pariter refragatur, quod officio Suffraga-
91 neatus ex Decreto Conſiſtoriali *Pii IV. anno* 1565.
(per errorem a *Pitonia diſcept.* 111. *num.* 35. aliiſ-
que tributo S. Pio V.) quod per extenſum refert
in Annalibus *Raynald. ad annum* 1565. *num.* 23.
annexa ſit reſidentia ſub eiſdem pœnis, quibus alii
Epiſcopi ad reſidentiam adſtringuntur. Huic enim
objectioni multipliciter reſpondetur. Primo, quia
92 reſidentia Suffraganei dependet a voluntate Epiſco-
pi, cui ſuffragatur, qui ſi nolit amplius requirere,
& uti opera Suffraganei, reſidendi obligatio cum
ipſo exercitio ceſſat; & inanis eſſet reſidentia illius,
qui deſervire non tenetur, *Fagnan. in cap. In Ec-
cleſiis num.* 27. *de Cappell. Monach.* Quando autem
reſidentia dependet a voluntate alterius, non eſt ab-
ſoluta, ſed incerta, & contingibilis, quia poteſt
dari caſus, quod Epiſcopus illum requirat, & non
93 requirat ad exercenda Pontificalia; proindeque tan-
quam incerta, cauſativæ reſidentiæ æquiparatur,
Rot. coram Remboldo deciſ. 289. *n.* 1. *& deciſ.* 489.
ſub n. 2. *verſ. Tum quia iſta reſidentia eſt incerta,
part.* 2. *Rec. & in Cracovien. Archidiaconatus* 12.
Maii 1698. §. *Præterea, &* 12. *Februarii* 1700. §.
Demum cor. dell'Olmo.

Secunda reſponſio profluit ex ipſo *Piano Decre-
to*; Mens enim Pontificis non fuit efficiendi Offi-
94 cium Suffraganeatus *reſidentiale*, ſed præcepit Suf-
fraganeo, ne a Diœceſi diſcederet ob alium finem,
& effectum. Irrepſerat abuſus, quod Promoti ad
Eccleſias Titulares, & in Suffraganeos deputati *Of-
ficium Suffraganeatus* exercere non curabant, *ſed
cæca ambitione ducti, ac ſolo titulo, ac Dignita-
te contenti, per Orbem vagabantur, & diſcurre-
bant, Pontificalia in aliis Diœceſibus, aliquando ſine
conſenſu propriorum Prælatorum, nummario pretio
exercendo, & Simoniacam labem turpiter incurren-
do.* Cum autem Eccleſia Dei ſemper deteſtata ſit
eos Epiſcopos vagantes, errantes, & ambulantes;
hinc Pontifex, ut huic malo obviam iret, ſtatuit;
quod Suffraganei ab Eccleſiis, pro quibus deputati
95 ſunt, non recedant: Ex eo autem quod quis, e-
tiam ſub pœna privationis Officii in certo loco ha-
bitare teneatur, officium ipſum non dicitur reſiden-
tiale, ut reſolvit Sac. Congregatio Concilii in *Ca-
ſalen.* apud *Fagnan. in cap. Ut Abates n.* 68. *de æ-
tat. & qualit. Rot. in Gerunden. Elaemoſina Panis
ſuper Reſidentia* 3. *Julii* 1711. §. *Et hanc eamdem
cor. clar. mem. Card. Priolo.* Et ipſa pœna privatio-
nis Officii inducta potius dicitur ad magis coercen- 96
dos Suffraganeos, ne per Orbem vagarentur, quam
ad effectum Officii naturam immutandi, *Rot. in
Cremonen. Beneficii* 4. *Maii* 1716. §. *Ejuſdemque cor.
bon. mem. Anſaldo.*

Eoque minus officeret reſidentiæ motivum, ſi
Suffraganeus Canonicatum, vel Dignitatem obtine- 97
ret in eadem Diœceſi, in qua Officium exercet,
cum enim poſſet utrique oneri commode per ſe ip-
ſum ſatisfacere, inſerviendo horis Canonicis, &
adimplendo Pontificalia munera, ceſſat quælibet in-
compatibilitas ratione oneris, & reſidentiæ, *Gra-
tian. diſcept. forenſ. cap.* 133. *n.* 2. *Card. de Luc. de Be-
nef. diſc.* 57. *n.* 6. *Kochier. de Primar. Precib. pag.*
74. *Pantimol. deciſ.* 31. *num.* 4. 6. 9. *&* 11. *Amayden.
de Styl. Datar. cap.* 16. §. 3. *num.* 17. *pag.* 287. *Rot.
deciſ.* 483. *n.* 3. *& ſeqq. part.* 1. *Diverſ. deciſ.* 179.
num. 5. *part.* 2. *Rec.* cum aliis in *Mediolanen. Cano-
nicatus* 2. *Julii* 1706. §. *Accedente cor. cl. m. Card.
Scotto.* Hinc Sac. Congregatio Concilii in dicto De-
creto *anni* 1601. *verſ. Præterea*, cenſuit, Suffra-
ganeatum non eſſe incompatibilem cum Parochiali
ſita in Diœceſi, quia Suffraganeus poterat reſidere
in eadem Parochiali.

Et cum hoc ſenſu, quod per deputationem Epi-
ſcopi titularis in Suffraganeum, non vacent Benefi-
cia per eum obtenta, proceſſit de *anno* 1698. Sac.
Congregatio Conſiſtorialis. Cum enim clar. mem.
Cardinalis de *Fuſtemberg.* Epiſcopus *Argentinen.* 98
petiiſſet, ſibi in Suffraganeum deputari *Jo. Petrum
de Quintell*; & iſte ſupplicaſſet pro retentione Ca-
nonicatus, & Præpoſituræ, quam obtinebat in Ec-
cleſia Colonien. hæſitatum fuit circa modum reſcri-
bendi, quia aderat Sententia, per quam dictus
Quintell Canonicatu privatus fuerat. Itaque Sacra
Congregatio *die* 12. *Martii* ejuſdem anni cenſuit,
nullum faciendum Reſcriptum, nec pro retentione,
nec pro vacatione obtentorum, id relinquendo diſ-
poſitioni juris, ad cujus tramites per promotionem
ad Epiſcopatum in partibus Infidelium non vacant
Beneficia obtenta. Et quamvis a nonnullis oppone-
retur, quod ultra Promotionem aderat etiam depu-
tatio in Suffraganeum, nihilominus ab aliis reſpon-
ſum fuit, quod Suffraganeatus non eſt titulus per- 99
petuus, nec incompatibilitatem cum Beneficiis ob-
tentis inducit, juxta Decretum Sacræ Congregatio-
nis Concilii *de anno* 1601.

Eumdemque ſenſum retinuit laudata Sacra Con-
gregatio Conſiſtorialis in *Calaritana* 17. *Julii* 1703.
Nam cum *Iſidorus Manſones* deputari peteret in Suf-
fraganeum *Archiepiſcopi Calaritani* cum retentione
Canonicatus Juriſpatronatus laicalis, quem in dicta
Eccleſia obtinebat, ſe oppoſuerunt Patroni, autu-
mantes, per deputationem in Suffraganeum Cano-
nicatum de jure vacare, nec eis præjudicium eſſe
irrogandum cum gratia retentionis, juxta Deciſio-
nem *Bellamera* 751. Sed propoſito Dubio -- *An eſ-
ſet deputandus Suffraganeus, & danda retentio*,
affirmativè ad utramque partem reſponſum fuit. Pri-
mo quia Canonicatus per deputationem in Suffra-
ganeum non vacabat. Secundo quia nullum Patro-
nis irrogabatur præjudicium per retentionem, quæ
non importat novam proviſionem, ſed tantum tollit
obſtaculum, ne Beneficium vacet, ut dicemus in-
fra *n.* 179. *& ſeqq.*

Verum his non obſtantibus; Quæſtio, an Bene-
ficium reſidentiale obtentum per Epiſcopum Titula-
rem a

rem, vacet per illius deputationem in Suffraganeum,
eo diſtinctionis fœdere abſolvenda videtur: quod,
100 aut agitur de Suffraganeo temporali conceſſo ad
vitam Epiſcopi ob adverſam valetudinem; aut alia
ex cauſa Pontificalia exercere non valentis, & hoc
caſu cum Suffraganeatus non ſit Titulus perpe-
tuus, ex quo per obitum Epiſcopi expiret, ſequi-
tur, quod Beneficiorum reſidentialium vacationem
non inducat; & in his terminis intelligenda venit
Reſolutio Sac. Congregationis Concilii edita anno
1601. quam tranſcripſimus ſupra *n.* 79. ut advertit
101 etiam *Piton. diſcept.* 111. *n.* 37. Quam tamen Re-
ſolutionem facto non probavit ſan. mem. Clemens
VIII. ut ex ſequentibus notis manuſcriptis clar.
mem. Cardinalis Paulutii – *Die* 14. *Decembris* 1601.
*Cum ad Sanctiſſimum relata eſſet Congregationis ſen-
tentia, Sanctitas ſua mandavit, ut de hoc negotio
iterum ageretur in Congregatione, non quidem ut am-
plius videatur, an inducatur vacatio, cum hic ar-
ticulus ſit jam diſcuſſus; ſed ut conſideretur, an
quamvis vacatio non inducatur, expediat hujuſmodi*
102 *Parochialem Eccleſiam obtinentem promovere ad E-
piſcopatum Titularem, eumque dare in Suffraga-
neum. Die* 8. *Junii* 1602. *actum eſt iterum cum San-
ctiſſimo, an vellet concedere perpetuum Vicarium
in Parochiali durante Vita Rectoris Suffraganei, &
Sanctitas Sua abnuit, inquiens, has eſſe deputatio-
nes palliatas, ſed dixit, ſcribendum Suffraganeo,
ut Parochialem reſignet: ſe enim Reſignationem
admiſſurum cum reſervatione Penſionis pro Reſignan-
te.*

Aut agitur de Suffraganeo perpetuo, conceſſo
103 vel ob Diœceſis amplitudinem, vel quia Dignitati
Epiſcopali adnexum ſit Officium aliquod, Epiſcopo
impediens proprii muneris exercitium, ut contingit
in Epiſcopis Poloniæ, qui cum ſint etiam Regni
104 Senatores, Regem ſequi, & Dietis intervenire de-
bent, qua de cauſa, contradiſtincte a Diœceſis am-
plitudine, indulgetur eis Suffraganeorum auxilium,
& in his terminis, quia Officium eſt perpetuum, &
105 non expirat per obitum Epiſcopi, ipſeque Suffraga-
neus tenetur ad præciſam, & rigoroſam reſiden-
tiam penes Eccleſiam, cui eſt adſcriptus, ſub pœnis
contra Epiſcopos non reſidentes a jure, & a Sac.
Concilio Tridentino præſcriptis, ut decernitur in
Decreto Conſiſtoriali *Pii IV.* utique per aſſequutio-
nem hujuſmodi Officii perpetui, & præciſam reſi-
dentiam requirentis, inducitur vacatio Beneficiorum
incompatibilium, eorumque reſervatio vigore *Ex-*
105 *travag. Ad regimen*, quæ loquitur in caſu etiam aſ-
ſequutionis *quorumcumque &c. Officiorum. Piton.
dict. diſcept.* 111. *n.* 35.

Idque etiam comprobatur ex ſtylo Sacræ Con-
107 gregationis rebus Conſiſtorialibus præpoſitæ, quæ
regulariter indulget retentionem Beneficiorum reſi-
dentialium obtentorum Promotis ad Suffraganeatus,
præſertim in Germania, & Polonia, ſicuti eam
indulget Promotis ad Eccleſias Epiſcopales cum ad-
miniſtratione. Ad quid enim hujuſmodi retentionis
Gratia, ſi obtenta per Suffraganeos non vacant?
Natura enim diſpenſationis, & retentionis in ſub-
108 jecto caſu ea eſt, ut impediat vacationem, quæ
oritur ex promotione ad incompatibile, ita ut iſta
retentio diſpenſativa, quam concedit Papa, ſatis
declaret incompatibilitatem Suffraganeatus cum Be-
neficiis reſidentialibus, ad tradita per *Covar. Pra-
ctic. quæſt. cap.* 36. *num.* 12. *Amayd. de ſtyl. Datar.
lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 2. *Ricciull. lucubrat. Eccleſ. lib.* 2.
cap. 9. *n.* 2. *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.* 32. *n.*
118. & 29.

Haud relevante, quod Suffraganeatus non ſit ti-
109 tulus perpetuus, ex quo a voluntate Epiſcopi de-
pendet, an Suffraganei opera uti velit, ut inquit
Fagnan. in cap. Ad hæc, n. 24. *de Prabend.* & *in
cap. Epiſcopalia, n.* 58. *de Privileg.* Siquidem
egregius iſte *Auctor* bene id ipſum declaravit in
Voto Ms. quod edidit in quadam Cauſa *Abulen.
Coadjutoria* de anno 1670. per hæc verba – *Suffra-
ganeus datur ob amplitudinem Diœceſis, quæ cauſa eſt
perpetua, & durat etiam in tempus Succeſſoris, qui
licet non teneatur uti Suffraganeo, & hoc reſpectu* 110
*Suffraganeatus videatur temporalis, tamen reſpectu
ipſius Suffraganei eſt perpetuus, & tenetur inſervire
etiam Epiſcopo ſucceſſori, & habet dotem perpetuam
ex Decreto Conſiſtoriali, quam tenetur ſolvere etiam
Epiſcopus Succeſſor. Quod nota pro intelligenti eo-
rum, quæ ſcripſi in cap. Epiſcopalia, de Privileg.*

Et hanc ſententiam noviſſimis hiſce temporibus 111
ſequuta eſt Sac. Congregatio Conſiſtorialis in *Chel-
men. de anno* 1726. de qua infra *num* 182. Cum
enim occaſione Indulti petiti a *R. P. Joſepho Olza-
viſcki* in Suffraganeum Eccleſiæ *Chelmen.* deputan-
do, retinendi Præpoſituram Collegiatæ Eccleſiæ
Olicen. orta fuiſſet controverſia: *An per Suffraga-
neatum inducatur de jure vacatio Beneficiorum reſi-
dentialium*: ex ſexdecim Votantibus, qui Congre-
gationi habitæ *die* 5. *Septembris* 1726. interfuerunt,
licet quatuor pro negativa inclinaſſent, reliqui om-
nes fuerunt in Voto pro *affirmativa*, innixi præci-
pue laudato Decreto Conſiſtoriali Pii IV. Suffraga-
neis perpetuis onus præciſæ reſidentiæ injungenti.
Eademque Congregatio *die* 17. *Januarii ejuſdem an-
ni* 1726. *R. P. Gregorio Galinpo* deputando in Suf-
fraganeum pro exercendo Pontificalia in Eccleſia, &
Diœceſi *Cæſarauguſtana*, indulgere noluit retentio-
nem Parochialis Eccleſiæ de *Belchier*, quam in ea-
dem Diœceſi obtinebat, ſpretis tum motivo dubie-
tatis articuli, an per Suffraganeatum dici poſſit indu-
cta vacatio Parochialis, tum exemplis retentionum
Parochialium conceſſarum Suffraganeis in Polonia,
& Germania, ne idem inconveniens introduceretur
etiam in Hiſpaniis; ſimilemque gratiam Sac. Con-
gregatio præfata anno 1702. denegaverat etiam
Franciſco de Ziſneros electo *Margariten.* & in Suf-
fraganeum *Liman.* deputato, ut ex Litteris Apoſto-
licis apud *Sanctum Petrum* 1702. *Pridie Idus Julii,
Anno ſecundo Pontificatus ſan. mem. Clementis XI.* in
quarum fine legebatur – *Per ſolas vero Proviſionem,
& Præfectionem hujuſmodi, Parochialem Eccleſiam,
quam, ut accepimus, obtines, vacare eo ipſo decer-
nimus, juxta Decretum Congregationis rerum Conſi-
ſtorialium &c.*

Sed antequam ultro progrediamur, ſciendum,
quod de ſtylo Sac. Congregationis rerum Conſiſto-
rialium, deputandis in Suffraganeos in Polonia, & 112
Germania, indulgeri non conſuevit retentio Paro-
chialium, niſi cum clauſula -- *Dummodo Cura per
Vicarios perpetuos exerceri ſoleat.* Cum cæteroquin
ſi cura per ſeipſos exerceri debeat, ex quo munus
Parochiale incompatibile eſt cum munere Suffraga-
nei, ſatis difficulter, & nonniſi ex magnis cauſis
retentio hujuſmodi indulgetur.

Abatibus itidem Regularibus in Suffraganeos de- 113
putandis, indulgeri ſolet per Sacram Congregatio-
nem Conſiſtorialem retentio Abatiarum, quando
in eadem Civitate, vel Diœceſi, pro qua Suffra-
ganei deputantur, exiſtunt. Hinc die 18. *Decem-
bris* 1631. *Joanni* electo Epiſcopo in Partibus Infi-
delium, futuro Suffraganeo Epiſcopi *Viennen.* in-
dultum fuit, ut *Abatiam S. Mariæ Scotorum* ejuſ-
dem Diœceſis retinere poſſet. *Die* 25. *Novembris*
1685. Archiepiſcopo *Pragen.* fuit datus in Suffraga-
neum Abas Monaſterii *de Monſerrata*, in ipſa Urbe
Praga ſiti, cum Decreto, ut per dictam deputatio-
nem

nem Abaria non vacaret. Et in Congregatione ha-
bita *die* 23. *Martii* 1699. licet *R. P. Vito Scipel* A-
bati *Strabovienſi* in Suffraganeum *Pragen.* deputan-
do, denegata fuiſſet retentio ejuſdem Abatiæ; repro-
poſita nihilominus Cauſa die 20. *Julii* ejuſdem anni,
& exhibitis aliis quatuor exemplis, necnon demon-
ſtrata exiſtentia Monaſterii in eadem Civitate, receſ-
ſum fuit a deciſis, & reſcriptum pro *Gratia retentio-
nis.* Similiter eadem Sac. Congregatio *die* 12. *De-
cembris* 1720. favore *Pantaleonis Brum*, Ordinis
Sancti Benedicti, deputati in Suffraganeum ad exer-
cenda Pontificalia in Civitate, & Diœceſi *Paderbo-
nen.* reſcripſit -- *Dandam eſſe retentionem Abatiæ Ab-
dinghoffenſis in eadem Paderbornenſi Civitate exiſten-
tis, ſalvo jure eligendi Monachorum, ubi eam vaca-
re continget.* Indemque cum *anno* 1723. deputandus
eſſet in Suffraganeum Epiſcopi *Monaſterien. Ferdi-
nandus Oeſterhoff* Abas Monaſterii *Martenfeldenſis*,
Ordinis Ciſtercien. ejuſdem *Monaſterien.* Diœceſis,
Sacra Congregatio præfata ei indulſit memoratæ A-
batiæ retentionem, relinquendo Monachis liberam
electionem, ubi eam vacare contingeret.

114 Econtra vero ubi agitur de Abatia exiſtente ex-
tra Diœceſim, in qua Suffraganeus deputatur ad
Pontificalia exercenda, Sac. Congregatio Conſiſto-
rialis illius vacationem decernere ſolet, ut præcæte-
ria exemplis ſervatum fuit *die* 27. *Maii* 1694. cum
R. P. Caſimiro *Lezenski* Abate Monaſterii *Viſticien-
ſis*, Ordinis Ciſtercienſis, ſiti in Diœceſi *Luceo-
rien.* cui in Suffraganeum *Warmien.* deputando, de-
negata fuit præfatæ Abatiæ retentio.

115 Sed quid dicendum, ſi Epiſcopo Titulari in Suf-
fraganeum perpetuum deputato, indulgeat Ponti-
fex Beneficii reſidentialis retentionem, an illud ob
appoſitionem Manus Papæ remaneat Sedis Apoſto-
licæ diſpoſitioni affectum? Et negative reſponden-
dum videtur, ea ratione, quod non omnis appoſitio
manus Papæ cauſat affectionem, ſed ea ſolum,
116 quam Pontifex explet ad effectum conferendi; nam
ſi apponat ad alium finem, neutiquam impediuntur
Ordinarii quominus Beneficia conferre poſſint, quia
limitata manus appoſitio, limitatum parere debet
effectum, *Vitalin. in Clement.* 1. *num.* 6. *ut lit. pen-
dent.* cum concordantibus relatis in *Commentar. in
Rubric. Regula I.* §. 1. *n.* 103.

117 Vis enim affectionis non conſiſtit in materiali ap-
poſitione manus, ſed in voluntate Summi Pontifi-
cis, quo propalante animum, & voluntatem ſuam
ulterius conferendi, non decet, ut inferior Collator
118 ſe ingerat; ideoque appoſitio Manus Papæ nil aliud
eſt, niſi actus, quo Summus Pontifex pandit ani-
mum ſuum circa proviſionem alicujus Beneficii,
Rot. in Gerunden. Canonicatus 25. *Junii* 1714. §.
*Conſiſtit, cum duobus ſeqq. cor. Lancetta, & in Tre-
viren. Parochialis* 13. *Februarii* 1716. *in fine cor.
Feſ aro, in Hildeſimen. Canonicatus* 20. *Januarii*
1717. §. *fin. cor. Cerro, in Hipporegien. Commenda*
11. *Decembris* 1722. §. *Et ſane, cum ſeq. &* 12.
Martii 1723. §. *Quandoquidem, cum ſeqq. cor. R. P.
D. Ratto*, & diximus *in Rubric. hujus Reg. I.* §. 1.

Alioquin ſi quæcunque materialis appoſitio Ma-
nus Papæ affectionem induceret, Ordinarii Colla-
119 toris poteſtas nimis coarctaretur. Quippe quia mil-
le modis Pontifex manus apponit ſuper Beneficiis
ad alium effectum, quam conferendi, nempe ex
cauſa Tranſlationum, Penſionum, Diſpenſatio-
num, Unionum, Acceſſus, & ingreſſus, & aliis
modis, de quibus *Gonzal. ad Regul.* 8. *dict. gloſſ.* 52.
n. 40. *Pax Jordan. dict. lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 32. *&
ſeqq. Murg. de Beneſic. Quæſt.* 3. *nu.* 352. Quamob-
rem grande eſſet præjudicium Ordinariorum, ſi in
his, aliiſque ſimilibus caſibus conferre non poſſent,
Caſſador. deciſ. 2. *de Unione num.* 10. *&* 11. *Barboſ.
Vot.* 110. *n.* 15. *lib.* 3.

Porro dum Pontifex indulget, quod Epiſcopus
in Suffraganeum deputatus, Canonicatum una cum 120
Eccleſia Titulari retinere valeat, decernens propter-
ea *illum non vacare*, ex hac appoſitione manus ad
effectum diſpenſandi, & ſic ad alium effectum, ut
ex Decreto, quod Canonicatus non vacet, deduci
non poteſt animus, & voluntas conferendi, nam
diſpenſatio, cum decreto de non vacando, & vo-
luntas conferendi, ſunt duæ res inter ſe longiſſimo
intervallo diſtantes; ut in puncto, quod retentio Be- 121
neficii conceſſa in actu promotionis ad Epiſcopa-
tum, non producat affectionem *Rot. deciſ.* 30. *n.* 23.
poſt *Novar. in Summ. Bullar. & in Bononien. Ho-
ſpitalis* 16. *Decembris* 1707. §. *Nec ſubſiſtit cor.
Omaña*, ubi diſtinguendo inter ſimplicem retentio-
nem cum Decreto de non vacando, & aliud De- 122
cretum, quod Beneficium vacet *eo ipſo*, ſuſpenſo
vacationis effectu uſque ad obitum, firmatur, ut in
hoc ſecundo caſu inducatur affectio, non autem in
primo.

Hinc in praxi ſæpeſæpius Papa confert Benefi-
cium aliquod Perſonis jam poſſidentibus alia Bene-
ficia ſub eodem tecto, & diſpenſat, ut inſimul ea-
dem retinere poſſint. Quando autem hæc Benefi-
cia, quorum retentio conceſſa eſt, vacant, a Ponti- 123
fice non conferuntur, niſi ubi concurrat aliqua reſer-
vatio ratione loci, perſonæ, aut temporis, ut teſtan-
tur antiqui Abbreviatores de Parco in MS. libro,
cui titulus *Notabilia Cancellariæ pag. mihi* 307. *n.*
1. -- ibi -- *Si diſpenſatus ad duo incompatibilia in for-
ma, qua conſuevit concipi, moritur, Beneficium
primum, quod habuit, & quod vacaſſet per aſſequu-
tionem ſecundi, ceſſante diſpenſatione, non vacat,
ſtante diſpenſatione, per aſſecutionem, ſed per obitum.
Et ideo an ſit reſervatum, locus vacationis, & Per-
ſona, quæ obtinebat, inſpicitur. Et ita videmus quo-
tidie ſervari.* Aſſertioni autem horum Abbreviato-
rum deferendum valde eſt, quia in theorica, & pra- 124
xi rerum Beneficialium verſatiſſimi erant, & a Pon-
tificibus, & S. Rota plurimum laudati, teſte *Spe-
rell. deciſ.* 106. *n.* 55. *tom.* 2.

Et hæc omnia fortius locum ſibi vindicant, ubi
agitur de retentione Beneficii reſidentialis Epiſcopo
Suffraganeo conceſſa in Eccleſiis Germaniæ, ex alio
æque urgenti principio, quod ſcilicet appoſitio ma-
nus Papæ affectionem nunquam induciт, quando id 125
vergeret in detrimentum illorum, qui jus conferen-
di habent vigore Concordatorum, & eorumdem
derogatio ſequeretur, *Gonzal. d. gloſſ.* 52. *num.* 55.
Pax Jordan. tom 2. *lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 41. *Murg.
de Beneſic. quæſt.* 3. *n.* 360. *Tondut. par.* 2. *cap.* 3.
§. 1. *n.* 14. *Puteus deciſ.* 225. *per tot.* & præſertim
ſub *n.* 18. *verſ. Sed poſito lib.* 3. *in correctis*, & di-
ximus in *Comment. in Rubric. Regul. I.* §. 1. *num.* 88.
Siquidem in ipſis Concordatis §. 5. promittit Ponti- 126
fex, quod in ſex menſibus conceſſis Ordinariis, non
impediet illorum Collationes per *quaſcumque diſpoſi-
tiones, ſub quacumque verborum forma conceptas*,
ut pluribus congeſtis auctoritatibus, *Rota poſt Ko-
chier. de Permutat. deciſ.* 15. *num.* 9. *&* 10. Adeo-
ut ſi per quamcumque diſpoſitionem in Concordatis
non expreſſam, Papa nunquam præjudicare inten-
dit Ordinariis, manifeſtum fit, nec iisdem ullum
præjudicium oriri poſſe ex retentione Canonicatus
Suffraganeo conceſſa, de qua nihil diſponitur in
Concordatis, *Rot. dict. deciſ.* 15. *n.* 5. 7. 9. *&* 19. *poſt
Kochier.*

Nec deſunt hac in re exempla. In Germania diſ- 127
penſari conſuevit, ut una, eademque Perſona duas,
vel tres Eccleſias Epiſcopales retineat, *Fagnan.*

in

in cap. Dudum il 2. num. 29. de Elect. Pirhing. lib. 3. tit. 5. de Preben. num. 191. Matta ad Concordat. n. 230. & de Cauſ. Conſiſtor. ſect. 19. a n. 35. Anſald. in Addit. ad Deciſ. 86. *num.* 65. cum aliis infra *n.* 154. *& n.* 155. ubi quampluima hujuſmodi diſpenſationum dabimus Exempla; & cum ſit proviſio de ſecunda, conceditur primæ Eccleſiæ retentio, & in promotione ad tertiam, indulgetur retentio primæ, & ſecundæ. Rurſus in Canonicatibus, aliiſque incompatibilibus Beneficiis inferioribus paſſim conceditur plurium retentio, *Rot. in Moguntina Canonicatus* 1. *Julii* 1697. §. *Quandoquidem cor. Olmo, in Freiſigen. Canonicatus* 10. *Maii* 1705. §. *Non ſubſiſtente, in fine cor. bon. mem. Cerre*, & Nos infra *in* §. 8. *hujus Regulæ n.* 55. *& ſeqq.* Vacantibus autem tùm Cathedralibus Eccleſiis, cum Beneficiis inferioribus, quorum conceſſa eſt retentio, nec Capitula Cathedralium impedita umquam fuerunt electiones peragere, nec Ordinarii Collatores conferre in ſuis reſpective Menſibus. Hujus au-
128 tem praxis alia ratio aſſignari non poteſt, quam quod in his caſibus Pontifex appoſuit manus ad finem diſpenſandi, non conferendi, & quod hæc appoſitio manus nullum infert præjudicium Concordatis, niſi illis derogetur expreſſe.

Commenda itidem dubio procul affectionem in-
129 ducit, & ubi ceſſante Commenda, Monaſterium vacat, Monaci eligere non poſſunt, *Roman. conſ.* 350. *num.* 12. *Rot. deciſ.* 2245. *num.* 16. *& ſeqq. cor. Coccin.* & diximus in Comment. in *Rubric. Regul. I.*
130 §. 1. *n.* 82. At ſicuti in Gallia, ubi vigent Concordata, non oritur ex Commenda affectio, *Gonzal. gloſſ.* 5. §. 8. *n.* 61. *Thyerri de Benefic. ſect.* 4. §. *Sed dubitatur pag. mihi* 43. *Cabaſut. in Theor. & prax. Jur. Canon. lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 7. *Paſtor. de Benefic. lib.* 3. *tit.* 45. *ſub num.* 6. *& ibi Solier. litt. B.* cum aliis in *Commentar. in Rubric. hujus Regulæ* §. 1. *n.*
131 84. Ita nec in Germania. Hinc cum in Diœceſi Paderbornen. ceſſaſſet Commenda Monaſterii *Corbejenſis* per obitum Epiſcopi *Monaſterien.* Monachi novum Abatem Titularem elegerunt, & Sac. Congregatio Rebus Conſiſtorialibus præpoſita electionem confirmavit in *Paderbornen.* 3. *Februarii* 1679. Et non ita pridem, cum per obitum cl. me. Principis *Joſephi Clementis a Bavaria* ceſſaſſet Commenda Monaſterii, ſeu Præpoſituræ *Berchteſgaden. Nullius, ſeu Salisburgen. Diœceſis*, eadem Sac. Congregatio electionem a Canonicis Regularibus de novo Abate peractam, non obſtante affectione inducta ex Commenda, confirmavit *ſub die* 11. *Februarii* 1724. Et diximus *in Comment. in Rubric. hujus Regul. I. n.* 86.

132 Affectio etiam inſurgit ex Coadjutoria cum futura ſucceſſione, ex relatis *in Commentar. in Rubric. hujus Regul.* §. 1. *n.* 87. Et nihilominus in Germa-
133 nia, (niſi expreſſe derogatum fuerit Concordatis, aut accedat Ordinarii Collatoris conſenſus in Beneficiis inferioribus, & in Majoribus Electio Capitularis) mortuo Coadjutо in Menſe Ordinarii, idem Ordinarius confert, & Capitula eligunt, non obſtante appoſitione manus Papæ, ut pariter diximus *dict.* §. 1. *n.* 87. verſic. *At in Germania.*

Patet igitur, quod ſi Canonicatus, cujus retentionem Epiſcopo Suffraganeo Pontifex indulget, vacare contingat in Menſe Ordinarii, utique illius proviſio ad eumdem ſpectat vigore Concordatorum, quibus appoſitio manus in retentione Canonicatus cum Eccleſia Titulari, nullum infert præjudicium,
134 quia, ut diximus, Pontifex promiſit, nolle per quamcumque diſpoſitionem impedire Ordinarios, qui in ſuis ſex Menſibus conferre libere poſſint. Quod ſi dicta diſpenſatio retinendi Canonicatum, hoc impedimentum præſtaret, neceſſe eſſet ſupponere duo eodem tempore ſpecialia, contra Juris, & Praxis Regulas; ſcilicet quod ex diſpenſatione retinendi oriatur in Pontifice voluntas conferendi, & eodem tempore voluntas etiam derogandi Concordatis, quod nullatenus dici valet; quia licet cer-
tiſſimum ſit, poſſe Summum Pontificem Concor- 135
datis derogare, nunquam tamen derogare velle cenſetur, niſi de hac ejus voluntate perſpicue conſtet: ad quem effectum ſpecialis derogatio requiritur, *Carol. de Mean ad Conſuetud. Leodienſ. obſervat.* 277. *n.* 20. *& obſervat.* 278. *n.* 11. *Rot. cor. Coccin. deciſ.* 1096.
n. 7. *& in Recent. deciſ.* 276. *per tot. par.* 3. Et 136
quam ſpecialem, & expreſſam derogationem Papa omittere non ſolet, ubi contra formam Concordatorum diſponit *Rot. dict. dec.* 16. *n.* 15. *& ſeqq. poſt Koebier de Permut.*

Quæ hactenus diximus, majus robur accipiunt
ex obſervantia tam negativa, quam affirmativa. 137
Suffraganeorum uſus antiquiſſimus eſt, & excedit metam annorum 300. *Thomaſſin. de Benefic. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 27. *numer.* 4. *& ſeqq. D. de Sanctis in Exam. Conſiſtor. cap.* 5. *num.* 121. In Germania, & Polonia omnes Epiſcopi Suffraganeos habent, & quamplures etiam ſunt in Hiſpania. Ad hos Suffra-
ganeatus utplurimum evehuntur Canonici, aliique 138
Beneficia reſidentialia obtinentes, & nunquam eis denegatur obtentorum retentio, præſertim ſi Animarum Curam annexam non habent. In tanta copia Suffraganeorum, & Retentionum in tam longo temporis curriculo conceſſarum, adhuc occaſio non
dedit inſpicere actum Proviſionis Apoſtolicæ de Be- 139
neficio, cujus retentio indulta extitit Suffraganeo, quæ expleta fuerit ex capite affectionis ob appoſitionem manus Pontificis. Et econtra paſſim Beneficia præfata collata fuerunt ab Ordinariis, quando, ſecluſis aliis reſervationibus, in eorum Menſibus vacarunt; quæ ſane obſervantia plurimum ad effectum, de quo agitur attendenda eſt; ut in terminis obſervantiæ negativæ *Rot. deciſ.* 661. *num.* 15. *part.* 19. *Recent. & in Monaſterien. Canonicatus* 19. *Februarii* 1714. §. *Prædictam cor. bon. mem. Anſaldo, & in Auguſtana Summæ Cuſtodiæ ſuper ſecundis Litteris* 21. *Julii* 1715. §. *Altera, cor. clar. mem. Cardinal. Falconerio inter impreſſ. tom.* 1. *deciſ.* 10. *tit. de Benef. Eccleſ.* Et in terminis obſervantiæ affirmativæ, *Rot. deciſ.* 59. *n.* 2. *coram Manſic. deciſ.* 83. *num.* 9. *cor. Bich. deciſ.* 24. *n.* 8. *& ſeqq. cor. Emerix Jun. & in Romana Penſionum* 2. *Martii* 1722. §. *Quod ſi, cor. Reverendiſſ. Coria.*

Et uniformis eſt praxis Datariæ, quæ Beneficia 140
obtenta per Suffraganeos, extra Romanam Curiam decedentes in Menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis vigore Concordatorum, non confert uti reſervata vigore *Extravag. Ad regimen*, vel uti affecta ob appoſitionem manus Papæ ex cauſa indultæ eiſdem retentionis, ſed in vim eorumdem *Concordatorum.* Sic *Maximilianus Comes Amilton* de Canonicatu Cathedralis *Olomucen.* vacante per obitum Epiſcopi *Hipponen.* in partibus Infidelium, & *Suffraganei Olomucen.* extra Romanam Curiam de Menſe Maii, Concordatis Germaniæ ibi vigentibus, defuncti, ab Eminentiſſimo D. Cardinali *de Scratembach Præſule*, & Indultario exiſtente proviſus, obtinuit ad formam InduIti novam Proviſionem Apoſtolicam ſub datum *Apud S. Petrum* 1729. *Decimo Kalendas Auguſti Pontificatus ſan. mem. Benedicti XIII. anno ſexto.* Et de Canonicatu Cathedralis *Monaſterien.* vacante per obitum *Herneſti de Twikel* dum viveret Epiſcopi *Botren.* & Suffraganei *Hildeſimen.* extra Romanam Curiam de Menſe Januarii defuncti, proviſus fuit a Sede Apoſtolica *Joſeph Antonius Barò de Roll*

Roll ex reſervatione vigore Concordatorum Ger-
maniæ, ut ex Litteris Apoſtolicis ſub datum Apud
S. Mariam Majorem 1734. *Nonis Februarii Ponti-
ficatus Sanctiſſimi D. N. Clementis PP. XII. anno
Quarto.*

Sed proſequendo caſus, in quibus diſpoſitio *Ex-
travag. Ad regimen* locum ſibi non vindicat, *Secun-*
141 *dus* eſt juxta ſententiam *P. Engel in Colleg. Jur.
Can. lib. 3. tit. 5. ſub num.* 16. quando Papa promo-
to ad Eccleſiam Epiſcopalem indulget retentionem
Beneficiorum obtentorum; Cum enim Beneficia
præfata vacent per obitum Promoti, exempta eſſe
videntur a reſervatione *Extravag.* quæ tantum reſer-
vat Beneficia vacantia per *Promotionem*, juxta *cap.
Cum in cunctis 7. §. Cum vero, ubi gloſſ. & DD. de*
142 *elect.* Debet tamen de retentione præfata conſtare ex
Cedula Conſiſtoriali, juxta Conſtitutiones *Leonis
X. la* 35. & *Clementis VIII. la* 8. de quibus late
Clericat. de Penſion. diſcord. 7. a n. 11. *Lotter. de Re
Benef. lib.* 1. *quæſt.* 33. *n.* 15. *Tondut. de Penſ. cap.*
73. *n.* 11.

Verum quidquid minus recte ſentiat laudatus Au-
143 ctor, receptiſſima in Foro eſt contraria opinio, &
magis conſona verbis ſatis amplis, quibus concepta
legitur laudata *Extravag.* -- ibi -- *Beneficia, quæ
Promovendi tempore Promotionis obtinebant, quovis
modo impoſterum vacatura.* Quæ ſane verba com-
prehendunt reſervationem illorum etiam Beneficio-
rum, quæ propter retentionis gratiam, Promotis
ad Eccleſias Epiſcopales indultam, quandocumque
poſtea per eorum obitum vacare contigerit. Non
enim per Indultum retinendi Beneficia extingui-
tur, ſed ſolum ſuſpenditur, differtur, ſeu proro-
gatur reſervatio uſque ad obitum naturalem Epiſco-
porum, *Simonett. de Reſervat. quæſt. 27. n. 5. Man-
doſ. in Regul. I. Cancell. quæſt. 7. num. 5. Navarr.
in cap. Accepta oppoſit. 10. num. 34. de Reſtit. Spo-
liat. Garc. de Benefic. part. 11. cap. 6. num. 31. Ko-
chier in Regul. 24. ſub n. 26. Barboſ. de Epiſcop. al-
legat. 57. n. 56. & Vot. deciſ. 28. n. 13. lib. 2. D. de
Sanctis in Examin. Conſiſt. cap. 6. n. 261. Rot. coram
Manzaned. dec. 809. num. 4. & dec. 916. n. 6. coram
Dunozz. deciſ. 212. num. 3. coram Caſſador. deciſ.
2. & 3. de Conſtit. & in Recent. deciſ. 553. num. 3.
part. 4. tom. 3. deciſ. 246. num. 5. part. 14. deciſ.
518. num. 2. & ſeqq. deciſ. 523. n. 48. & 49. part.
19. tom. 2. &* poſt *Novar. in Summ. Bullar. deciſ. 14.
num. 7.*

Quinimo Reſervatio *Extrag. Ad regimen* ample-
144 ctitur quoque Canonicatum, aliudve Beneficium
reſidentiale obtentum ab eo, qui deputatus fuit
Epiſcopo Coadjutor cum futura ſucceſſione, & cum
gratia retentionis ejuſdem Canonicatus, aut Bene-
ficii reſidentialis, donec ſucceſſioni locus factus fue-
rit; idque etiam in terminis Coocordatorum Ger-
maniæ, *Rot. in Olomucen. Canonicatus 4. Decembris*
1693. *cor. Manuel.* impreſſ. *poſt Kochier. de Per-
mut. Benefic.* In qua Cauſa, licet objiceretur, quod
Coadjutoria non requirat reſidentiam præciſam, ſed
cauſativam tantum, proindeque non efficiet cum
Beneficio reſidentiali incompatibilitatem, qua ceſ-
ſante, ceſſat etiam reſervatio: Contraria nihilomi-
145 nus opinio, uti verior, fuit amplexa, ex quo Coad-
jutor vere, & præciſe reſidere tenetur, non ſecus
ac Coadjutus, juxta Auctoritates in dicta Deciſio-
ne laudatas §. *Non obſtat. Et in Colonien. Canonica-
tus* 8. *Junii* 1725. & 13. *Maii* 1726. §. 1. & 2. *cor.
bon. mem. Cerro.*

Ulterius ſi quis in Coadjutorem Epiſcopi aſſum-
tus cum retentione ſui Canonicatus durante Coad-
jutoria, & cum Decreto, quod facto ſucceſſioni
loco, Canonicatus *vacet eo ipſo, & ſit Sedi Apoſto-
licæ reſervatus*, Coadjuto prædecedat, adhuc Ca-
nonicatus cenſetur reſervatus; Licet enim reſerva- 146
tio reſtringatur ad caſum futuræ ſucceſſionis, nihilo-
minus caſus iſte ſolum exprimitur, uti magis con-
tingibilis, ad diſtinctionem aliorum Beneficiorum,
ſuper quibus conceditur retentio, etiam facto loco
futuræ ſucceſſioni, ſed illius expreſſio non excludit
in præjudicium Datariæ alias reſervationes ex Indul-
to retinendi provenientes, dum alias in omni even-
tu, quo ceſſaſſet Coadjutoria, reſervatio erat jam
contracta, *Barboſ. Vot. deciſ.* 28. *lib.* 2. *Cortiad. de-
ciſ. Cathalon.* 254. *num.* 50. & relatis concordanti-
bus, *Rot. in dicta Olomucen. §. Minuſque, & §.
final.*

Sed ab hac deciſione receſſum fuit ſub *die* 29.
Martii 1694. & 25. *Junii* ejuſdem anni *coram bon.
mem. Muto*, ut ex Deciſionibus 16. & 17. impreſ-
ſis poſt *Kochier de Permutat. Benefic.* ea præcipue
ratione, quod Reſervatio in dicto caſu ex nullo ca- 147
pite induci poteſt; non quidem per *Extravag. Ad
regimen*, quæ locum ſibi vindicat in vere promoto
ad Epiſcopatum, non autem in Coadjutore; mi-
nuſque ex incompatibilitate Coadjutoriæ cum Cano-
nicatu, quia per Gratiam retentionis Canonicatus,
Coadjutor liberatur ab onere illius reſidentiæ; Ne- 148
que demum ex retentione Canonicatus conceſſa in
promotione ad Coadjutoriam, quia per eam nullum
infertur præjudicium Ordinario Collatori; Maxime
quia efficacia reſervationis reſtringitur ad caſum ſe-
quutæ ſucceſſionis in Epiſcopatu, qui caſus ſi non
evenit, vis reſervationis remanet extincta, nec ex-
tendi poteſt ad alterum diverſum caſum prædeceſſus
Coadjuto, cujus reſpectu verificari nequit clauſula
facto loco ſucceſſioni.

Poſtrema hæc Rotæ reſolutio non placuit Data-
riæ Miniſtris ob maximum, quod ei, uti contende- 149
bant, irrogabatur præjudicium, plurimaſque ad-
verſus Reſolutionem præfatam excitarunt difficulta-
tes, eam præſertim, quod per retentionem, quæ
Coadjutoribus Epiſcoporum conceditur, Papa ma- 150
nus apponit ſuper Beneficiis per eos obtentis, ex
qua manus appoſitione oritur affectio favore Sedis
Apoſtolicæ; quodque de ſtylo ejuſdem Datariæ, 151
per Coadjutoriam vacant omnia Beneficia reſiden-
tialia, nulla habita diſtinctione, ſive in Germania,
ſive in aliis Regionibus concedatur.

Ut igitur Datariæ jura ſarta tecta remanerent,
in Congregatione Conſiſtoriali habita die 8. Octo-
bris 1694. cum Epiſcopus *Bambergenſis* poſtulatus
Coadjutor cum futura ſucceſſione Archiepiſcopo Mo-
guntino, ſupplicaſſet pro Gratia Coadjutoriæ, ac re-
tentione obtentorum, & in ſpecie Canonicatus, quem
in Metropolitana Eccleſia Moguntina obtinebat,
reſolutum quidem fuit pro retentione petita reſpectu
cæterorum Beneficiorum obtentorum, ſed reſpectu
Canonicatus ſupradicti appoſita fuit ſequens clauſu-
la -- *Excepto tamen Canonicatu Moguntino, qui ex* 152
*nunc vacet, ſuſpenſo tamen vacationis effectu hujuſ-
modi Canonicatus, donec factus fuerit ſucceſſioni præ-
dicta locus* -- Ut ex Decreto laudatæ Congrega-
tionis, & ex Propoſitione facta in Conſiſtorio die
11. ejuſdem menſis, & anni. In Congregatione
quoque particulari habita die 10. Novembris ejuſ-
dem anni 1694. poſtquam reſolutum fuerat, Principe
Carolum a Lotharingia in ætate annorum quindecim
conſtitutum, deputandum eſſe per viam *Acceſſus*,
ſeu *Ingreſſus* ſucceſſorem Epiſcopi Olomucen. exi-
ſtimabant nonnulli apponendum eſſe ſimile *Decre-* 153
tum quoad Canonicatum, quem obtinebat; at cum
perpenſum fuiſſet, magnam adeſſe differentiam inter
deputationem Coadjutoris, & deſignationem Succeſ-
ſoris per viam *acceſſus*, ſeu *ingreſſus*, omiſſum fuit.

Sed

Sed petente Archiepiſcopo Salisburgen. dari ſibi
in Coadjutorem cum futura ſucceſſione *R. P. D.*
Franciſcum Antonium ab Arrach Epiſcopum Vien-
nenſem in Auſtria, Sacra Congregatio Conſiſtoria-
154 lis die 12. Novembris 1705. cenſuit, *ſi Sanctiſſimo*
placuerit, deputandum eſſe in Coadjutorem cum futu-
ra ſucceſſione, dimiſſa tamen Eccleſia Viennenſi; ei-
que concedendam retentionem Canonicatus Salisbur-
genſis, ac Præpoſituræ, & Canonicatus Paſſavien.
donec factus fuerit ſucceſſioni locus, ea tamen lege,
ut de illis per Sedem Apoſtolisam tantum diſponi
155 *poſſit.* Per quod ſane Decretum, cæteroquin ap-
poni ſolitum in proviſione quoque Eccleſiarum E-
156 piſcopalium, inducitur vacatio *in Curia*, & per
conſequens reſervatio in Germaniæ Concordatis
præſervata.

157 At quoniam ſermo eſt de retentionibus Benefi-
ciorum, quæ à Sede Apoſtolica indulgeri ſolent Pro-
motis ad Eccleſias Epiſcopales, placet nonnulla cir-
ca earum originem hic adnotare. Et quidem initium
hujuſmodi retentionum, quæ juxta antiquiſſimam
praxim nonniſi ad tempus concedebantur, ad an-
num 1257. poſt *Mathæum Pariſium* refert *Thomaſſin.*
de Beneſic. part. 2. lib. 3. cap. 5. ubi plura enumerat
exempla. Sed Cæleſtinum III. qui Petri Cathedram
aſcendit anno 1191. hujuſmodi diſpenſationem con-
ceſſiſſe Epiſcopo *Terdonenſi*, teſtatur *Innocentius III.*
lib. 1. Epiſtol. Edit. Colonien. pag. 88.--ibi--*Cæleſtinus*
Prædeceſſor noſter eidem per Apoſtolicam Indulgen-
tiam conceſſit, ut Beneficia, quæ habebat, quando
fuit ad officium Pontificatus vocatus, ei liceret uſque
ad triennium poſſidere. ut apud *Gonzal. in cap. Cum*
in cunctis §. 1. n 8. de Elect. Rot. poſt *Novar. deciſ.*
14. n. 6. Et quamvis ex reſponſo *Lucii III.* qui
Pontificatum obtinuit *anno* 1181. ad Epiſcopum
Ciſtrenſem directo occaſione litis inter ipſum, &
Archidiaconum ejuſdem Eccleſiæ vertentem ob Præ-
dia confinia ſuarum Præbendarum, ac relato in *cap.*
ex Litteris, de probat. emergat, Epiſcopum præfa-
tum poſt adeptum Epiſcopatum, retinuiſſe adhuc in
eadem Eccleſia *Præbendam*, quod ex diſpenſatione
Romani Pontificis ſequutum fuiſſe communiter tra-
dunt Scribentes ibidem, præſertim *Felin. in princip.*
Bero. num. 1. & De Sanctis in Examin. Conſiſtor.
cap. 6. num. 252. Nihilo minus, ut poſt *Antonium*
Auguſtin. in Notis ad dict. cap. ex Litteris obſervat
Gonzal. ibidem, *Lucii* reſponſum non *Epiſcopo* dire-
ctum fuit, ſed *Decano* Eccleſiæ *Ciſtrenſis*, inter
quem & Archidiaconum lis aderat; Sicque ex dicto
Lucii reſponſo elici non poteſt, ejus tempore Re-
tentionum uſum favore promotorum ad Eccleſias
Epiſcopales invaluiſſe.

158 In Oriente pariter Beneficia promotorum ad E-
piſcopatus eo ipſo vacabant, ne iis quidem Epiſco-
patibus exceptis, quorum vix rudera in Barbarico
ſolo ſupereſſent. Quoniam vero plerique nec vi ad-
duci poterant, ut Epiſcopale onus ſubirent, vel quia
Eccleſiæ longinquæ erant, vel quia ad vitæ ſubſten-
tationem illarum reditus non erant ſatis: primus
159 omnium *Alexius Comnenus* ſanxit, ut qui his ele-
ctionibus aſſentirentur, priſtina cum Epiſcopatibus
Beneficia retinerent, *Morin. de Sacr. Ordinat. part.*
2. pag. mihi 236. n. 85. Thomaſſin. de Beneſic. part.
1. lib. 1. cap. 28. n. 4. & 5. & part. 2. lib. 3. cap. 4.
n. 19. ubi *Alexium* vocat primum tam juſtæ, &
neceſſariæ diſpenſationis Auctorem, quæ coarctata
fuit ad id tempus, quo jacerent Eccleſiæ, *& dicto*
lib. 3. cap. 15. n. 10. & 14.

160 Facile autem promovendis ad Eccleſias Epiſco-
pales indulgeri ſolet hodie obtentorum Beneficio-
rum retentio, *Matt. de Cauſ. Conſiſtorial. ſect. 16.*
n. 4. quando ſcilicet compatibilia ſunt. Unde in

Cedula Conſiſtoriali paſſim apponitur clauſula, cum
retentione compatibilium, juxta praxim, de qua *Pa-*
riſ. de Reſignat. Beneſic. lib. 3. quæſt. 1. n. 85.

Verum quoad Beneficia reſidentialia à promotis 161
prius obtenta, ut ſunt Canonicatus, & Dignitates
in Cathedralibus, aut Collegiatis Eccleſiis, non
eadem ubique locorum praxis viget; & in Congre-
gatione rerum Conſiſtorialium, ad quam hujuſmo-
di materiæ remitti ſolent, diverſimode ſervari vidi-
mus. Siquidem in Italia, Hiſpaniis, Luſitania &c. 162
retentiones hujuſmodi Beneficiorum incompatibilium
concedi minime conſueverunt.

In Germania vero promotis ad Eccleſiaſticas In- 163
fulas indulgeri conſuevit retentio Canonicatuum,
ne ipſi electionem paſſivam amittant ad Eccleſias,
in quibus ſunt Canonici, præſertim ubi agitur de
Magnis Principibus. Sed quandoque ſolet indulge- 164
ri ad tempus quinque, ſex, vel decem annorum,
quod eſt conforme antiquæ praxi, quæ olim à Pon-
tifice ſervabatur, ubi primum indulgeri cœpit re-
tentio Beneficiorum ſic promotis, ut mox diximus
n. 144. Aliquando vero ſi ſunt duo, vel tria Bene- 165
ficia incompatibilia, apponitur clauſula -- *dimiſſo quod*
maluerit.

Ac etiam promotis ad Eccleſias extra limites 166
Germaniæ ſitas, Indulta aliquando fuit retentio Ca-
nonicatuum, quos in Germaniæ Cathedralibus ob-
tinebant. Sic promovendo ad Eccleſiam *Namureen.*
conceſſa fuit retentio Canonicatus *Leodien.* & pro-
movendo ad Eccleſiam *Antuerpien.* cum prius de-
negata fuiſſet retentio Canonicatus Eccleſiæ *Colo-*
nien. attamen ſub die 25. *Septembris* 1710. fuit ei
indulta, & in Præconio habito ſub *die* 15. *Decem-*
bris ejuſdem anni, habetur -- *Cum retentione Cano-*
nicatus Metropolitanæ Eccleſiæ Colonien. & compati-
bilium, juxta Decretum Congregationis rebus Conſi-
ſtorialibus præpoſitæ -- Quin imo *Henrico Oſvaldo*
de Turre Arvernia, ex Ducibus Bullionis, promo-
vendo ad Eccleſiam *Viennenſem in Gallia*, Congre-
gatio Rerum Conſiſtorialium *ſub die* 17. *Julii* 1721.
indulſit retentionem Canonicatus *Leodien.* & Præ-
poſituræ, cum Canonicatu *Argeminen.* & 4. *Julii*
1724. Epiſcopo *Lingonen.* retentionem Canonicatus
Argentinen.

Conſuevit etiam Apoſtolica Sedes indulgere in 167
Germania, ut plures Epiſcopatus poſſint inſimul re-
tineri ob rationes, quæ videri poſſunt apud *Card.*
Pallavicin. in Hiſtor. Concil. Tridentin. lib. 24. cap.
12. n. 11. alterum *Pallavicin.* in libro cui titulus --
Difeſa del Pontificato Romano tom. 1. lib. 15. cap.
17. §. 1. pag. 657. Reding. in Hiſtor. ejuſd. Concil.
tom. 1. pag. 154. n. 5. & tom. 5. pag. 473. n. 17. Tho-
maſſin. tom. 2. lib. 3. cap. 20. n. 13. Gaſpar. Manſ. in
Summ. Juris public. tit. 7. §. 4. n 12. pag. 112. ubi
plura recenſet exempla, *Lubent. in Glor. Leodien.*
Eccleſ. pag. 130. & 131. Fagnan. in cap. Dudum,
il ſecondo num. 29. de Elect. Matt. ad Concordat.
German. num. 230. & de Cauſis Conſiſtorial. ſect. 19.
à num. 35. late *D. de Sanctis in Examin. Conſiſto-*
rial. cap. 8. à n. 76. & plurib. ſeqq. Veran. in Jus
Canon. tit. de Præbend. §. 9. n. 20. Pirhing. eodem
tit. n. 191. Piton. diſcept. 89. nu. 17. & diſcept. 90.
num. 1. D. Urſaya tom. 5. part. 1. diſcept. 6 à num.
14. Anſald. in addit. ad dec. 86. num. 65. ubi etiam
perſtringit *Amayden.* de hac pluralitate obloquen-
tem.

Et omiſſis quamplurimis aliis exemplis relatis 168
per laudatos Authores, & præſertim *D. de Sanctis*
in Examin. Conſiſtor. cap. 8. à n. 105. & ſeqq. Her-
mannum, qui poſtea in Hæreſim lapſus eſt, obtinebat
ex Apoſtolica diſpenſatione Archiepiſcopatum *Colo-*
nienſem, & Epiſcopatus *Mindenſem, Oſnabrugenſem,*

& Manaſterienſem; nec his ſaturatus, alia ambiebat opima Sacerdotia, quæ cum ipſi permitti non poſſent, in Hæreſim miſere prolapſus eſt, *Raynal. ad ann.* 1543. *n.* 21.

Erneſtus ex Bavariæ Ducibus poſt *Hermanni* Apoſtaſiam eligitur Archiepiſcopus *Colonienſis*, cum jam *Friſingenſis*, *Hildeſienſis*, *& Leodienſis Epiſcopus*, ſeu Adminiſtrator eſſet. *Spondan. ad annum* 1583. *n.* 6. & ſucceſſive ſub Gregorio XIII. *Monaſterienſem* quoque obtinuit Eccleſiam,

Sub Paulo V. *Princeps Electar Colanienſis* una ſimul retinuit Eccleſias *Leodienſem*, *Monaſterienſem*, *Paderbornenſem*, *& Hildeſienſem*, *Fagnan. in cap. Dudum*, *il ſecondo n.* 29. *de Elect. Lubent. in Glor. Leodienſ. Eccleſiæ pag.* 130. *&* 131. *Urſaya dicta diſceptat.* 6. *n.* 17.

Franciſcus Ludavicus Comes Palatinus Rheni Magnus Magiſter Ordinis Theutonicorum, Adminiſtrator Eccleſiæ *Uratiſlavien.* & Epiſcopus *Wormatien.* necnon Præpoſitus *Elvaeen.* ac Canonicus Eccleſiarum *Colonien. & Leodien.* deputatus fuit Coadjutor Archiepiſcopi *Moguntini* cum retentione omnium obtentorum de *anno* 1712. *tertio nanas Octobris.* Poſteaque ſub die 20. *Auguſti* 1716. cum poſtulatus fuiſſet ad Eccleſiam *Treviren.* Sacra Congregatio Rebus Conſiſtorialibus præpoſita, cenſuit-- *Poſtulationem eſſe admittendam cum retentione Eccleſiarum Uratislavien. & Wormatien. quibus idem Poſtulatus nunc praeſt*, *necnon Magni Magiſtri Militiæ Theutonicarnm*, *ac Præpoſituræ Elvaeen. ac dandam eſſe eidem retentionem Coadjutariæ Moguntinæ*, *ita tamen ut ſacto ſucceſſioni ad ejus favorem loco*, *alterutram ex Metropolitanis dimittere teneatur.*

Eademque Sacra Congregatio *ſub die* 9. *Decembris* 1728. indulſit *Clementi Auguſto* ex Bavariæ Ducibus, ut una cum Eccleſiis *Calonien. Monaſterien. Hildeſien. & Paderbornen.* retinere quoque poſſet Eccleſiam *Oſnabrugen.* ad quam fuerat poſtulatus.

Quandoque tamen in controverſiam venit, an Principi *Sigiſmundo ab Auſtria*, Epiſcopo Auguſtano, & ad Eccleſiam *Tridentinam* poſtulato danda eſſet confirmatio? Et in Congregatione particulari habita ſub *Alexandra VII.* opponebatur, quod plures Eccleſias contra claram Concilii Tridentini diſpoſitionem retineri oon licebat; quodque licet in Germania aliquando ſuper hac pluralitate diſpenſa-
169 tum fuerit, numquam tamen id ſervatum reſpectu Eccleſiæ *Tridentinæ*, præcipue poſt Concilium ibidem celebratum. Nec obeſſe dicebatur exemplum Cardinalis *Bernardi Cleſii*; quippe conſtabat, ipſum fuiſſe *Tridentinum* Epiſcopum electum *anno* 1514. & poſtmodum *anno* 1539. poſtulatum ad Eccleſiam *Brixinonenſem*, cujus poſſeſſionem repentina morte correptus, adipiſci non valuit; adeoque caſum illum ſequutum ante Concilium, inchoatum *anno* 1545. in exemplum trahi non poſſe.

Aderat & aliud exemplum, de quo *Cardinalis de Mante* in Concilio Tridentino præſens, ita diſſeruit apud *Raynald. ad annum* 1547. *n.* 3.-- *Quaad pluralitatem Epiſcopatuum id raro*, *& non ſine magna cauſa Roma concedi ſolere*, *ut liceat alicui duos Epiſcopatus habere. Scio enim*, *quod eum Reverendiſſimus Tridentinus* (is erat Cardinalis Madrutius) *tunc in minoribus conſtitutus*, *fuiſſet à Capitulo Brixinonen. poſtulatus*, *facta fuit maxima diligentia*, *& diu diſputatum*, *& tandem propter magnam Eccleſiæ utilitatem hoc illi indultum fuit*, *ea maxime ratione*, *quia creditum eſt*, *illum ita poſſe*, *melius quam alios*, *adverſus Lutheranos*. *& Hæreticos reſiſtere*, quod etiam innuit *Reding. Hiſtor. Concil. tom.* 1. *pag.* 362. *n.* 6. Sed hoc pariter exemplum percutiebat tempora ante publicationem Concilii, quando facilius diſpenſari conſueverat. Sed non obſtante, quod poſt Concilium nullum adeſſet exemplum retentioois Eccleſiæ *Tridentinæ* cum alia; adhuc Congregatio præſata cenſuit, confirmandam
eſſe poſtulationem *Principis Sigiſmundi ab Auſtria* 170
Epiſcopi *Auguſtani* ad Eccleſiam *Tridentinam*, cum retentione prioris Eccleſiæ, inſpecta qualitate Perſonæ, de ſublimiori, & emerito erga Sanctam Sedem ſanguine deſcendentis. Idemque Princeps Eccleſiam quoque *Brixinonenſem* obtinuit, ut teſtatur *Gaſpar Manſ. in Summ. juris public. tit.* 7. §. 4. *nu.* 12. *pag.* 212.

At poſt obitum dicti *Principis Sigiſmundi* Comes *de Thun*, *Tridentinam*, *& Brixinonenſem* Eccleſias retinuit, *Hermes in Faſcicul. jur. publ. cap.* 30. *n.* 38. *in fine.*

In Gallia itidem conſuevit paſſim dari retentio 171
Monaſteriorum, quæ promovendi obtinent in Commendam. Sed quoad Dignitates, & Canonicatus in
Cathedralibus, & Collegiatis nonniſi rariſſime, & 172
magnis ex Cauſis indulgeri ſolet, & cum majori difficultate, quando petitur retentio Dignitatis, vel Canonicatus in eadem Civitate, vel Diœceſi, cui Epiſcopus præficiendus erit, propter deformitatem, quod ibidem gerat figuram capitis, & membri. Et
cum hac de re in Congregatione Conſiſtoriali actum 173
eſſet *ſub die* 17. *Julii* 1721. occaſiooe, qua *Franciſcus Blovet de Camily*, promovendus ad Archiepiſcopatum *Turonenſem*, ſupplicaſſet pro retentione Decanatus, Dignitatis principalis in Eccleſia Collegiata S. Martini dictæ Diœceſis, omoia ſere *Vota* inclinabant pro denegatione Gratiæ. Sed cum *Eminentiſſimus D. Cardinalis de Rohan* expoſuiſſet, quod Promovendus erat Vir ſanæ doctrinæ, & ideo inviſus Capitulo *Turonenſi*, quod pluries ad futurum Concilium appellaverat; quodque proinde novus Archiepiſcopus munia Epiſcopalia adimplere nequiret in Eccleſia Cathedrali, communi omnium Voto
reſcriptum fuit -- *Ex peculiaribus facti circumſtan-* 174
tiis, *& dummodo non tranſeat in exemplum*, *pro gratia retentionis Decanatus ad ſexennium*, *& ad Mentem*, *Mens eſt*, *quod Cauſæ in Decreto exprimantur*, *ſi Sanctiſſimo placuerit* -- Sed eodem Archiepiſcopo defuncto, cum *R. P. D. Ludovicus Jacobus de Caphi*, de Eccleſia *Tuſellenſi* ad Eccleſiam *Turonenſem* transferendus, ſupplicaſſet pro ſacultate aſſequendi, ſimulque retinendi vel perpetuo, vel ad aliquod tempus eumdem Decanatum, ex quo eædem adhuc durabant cauſæ, ob quas illius retentio Anteceſſori Archiepiſcopo conceſſa fuerat; Sacra Congregatio Conſiſtorialis *die* 4. *Julii* 1724. Gratiam denegavit, quia non agebatur de retentione, ſed de aſſequutione, & quia Archiepiſcopus in qualibet Eccleſia ſuæ Diœceſis functiones Epiſcopales explere poterat.

Adſunt & nonnulla alia exempla conceſſatum re- 175
tentionum de Beneficiis Reſidentialibus pro promovendis ad Eccleſias Epiſcopales in *Gallia*; ſed ex Gratia ſpeciali. *Analdus Cardinalis Oſſatus* in præfectione *Eccleſiæ Rhedonen.* de ſui Perſona facta, reportaverat Decretum dimittendi Decanatum Collegiatæ *Ruthenen.* inibi Dignitatem principalem; ſed poſtea ex gratia ſpeciali diſpenſationem obtinuit pro illo retinendo una cum præfata Eccleſia Cathedrali, ut ex *lib.* 5. *Secretorum Clementis VIII. pag.* 20. *anno* 1599. Idemque Cardinalis *Oſſatus Epiſtol.* 162. juxta antiquam impreſſionem, ſcribit, ſupplicaſſe Pontifici, ut indulgeret novo Epiſcopo *Aquenenſi* vulgo *d'Aqs* in *Vaſconia*, retentionem ad aliquot annos Decanatus *Burdegalenſis*, & ſpem ſibi datam fuiſſe illam conſequendi.

Antonia

Antonio Franciſco de Berthier, ad Eccleſiam *Riven.* promoto, indulſit ſan. mem. Alexander VII. ut Præpoſituram, & Canonicatum Eccleſiæ *Tholoſan.* retinere poſſet in Commendam quoad vixerit. Ut ex Litteris Apoſtolicis ſub datum *Apud Sanctam Mariam Majorem XV. Kalendas Maii, Pontificatus anno VII.* regiſtrat. *lib.* 10. *Secretorum ejuſdem Pontificis pag.* 288.

Innocentius XII. indulſit *Leoni Poetier de Gevres*, ad Eccleſiam *Bituricen.* promoto, retentionem Abbatiæ *Aurelianenſis*, olim Regularis, poſtea ad Statum Secularem Apoſtolica Auctoritate redactæ, & Dignitatis Principalis Secularis, & Collegiatæ Eccleſiæ effectæ, ut ex *Brevi diei* 19. *Julii* 1694. Idemque Pontifex diſpenſationem impertitus fuit *Claudio de Saint George* electo *Lugdunen.* ut Canonicatum, & *Comitatum* nuncupatum Præbendam, ac *Præcentoriam* dictæ Eccleſiæ *Lugdunen.* ad triennium retinere poſſet, cum Decreto, quod ſtatim finito dicto triennio, retentio hujuſmodi ceſſare deberet, & Canonicatus, & Præbenda, nec non *Præcentoria* hujuſmodi, adhuc per promotionem prædictam vacare cenſerentur *eo ipſo*. ut ex Litteris Apoſtolicis ſub Datum *Apud Sanctam Mariam Majorem ſeptimo Kalendas Novembris Pontificatus anno III.* regiſtrat. *lib.* 4. *Secret. ejuſdem Innocentii pag.* 294. Diſpenſavit pariter laudatus Pontifex *die* 7. *Septembris* 1699. cum Franciſco Joſepho *de Gramont*, promoto ad Eccleſiam *Biſuntinam*, ut Decanatum, & Canonicatum dictæ Eccleſiæ ad triennium, ac Monaſteria, & Prioratus, ut prius, quoad vixerit, retinere poſſet.

Obtinuit quoque in Congregatione Conſiſtoriali habita *die* 23. *Januarii* 1721. R. P. D. Ludovicus de *Courtenay Epiſcopus S. Flori*, & Coadjutor Epiſcopi *Pictavien.* retentionem Canonicatus, & *Comitiſſæ* nuncupatæ Præbendæ Eccleſiæ *Lugdunen.* donec ad illius favorem ſucceſſioni locus factus fuiſſet in Epiſcopatu *Pictavien.* Sed cum in Congregatione *diei* 16. *Novembris* 1723. ſupplicaſſet, hujuſmodi retentionem libere extendi, poſtquam etiam Coadjutoria præfata expiraſſet, *Negative* reſponſum fuit.

Et demum Sacra Congregatio Conſiſtorialis *die* 30. *Septembris* 1721. indulſit *Antonio Franciſco de Bliterſuich*, promovendo ad Eccleſiam *Eduen.* retentionem ad quinquennium *Cantoriæ* in Eccleſia *Biſuntina*, quam denegaverat *die* 17. *Julii* ejuſdem anni; retentionemque præfatam conceſſit — *Attentis particularibus meritis erga Sanctam Sedem, & ipſam Eccleſiam Biſuntinam, ita tamen ut non tranſeat in exemplum.*

176 In Polonia promovendis ad Eccleſias Epiſcopales
non denegatur retentio Beneficiorum reſidentialium,
etiam Curatorum, dummodo Cura per Vicarios
perpetuos exerceri ſoleat. Et quoad Monaſteria, quæ
in Commendam obtinent, ſtylus Sacræ Congrega-
tionis Conſiſtorialis olim erat, non indulgere reten-
177 tionem. Sic in Congregatione habita *die* 22. *Novembris* 1670. denegata fuit Epiſcopo *Culmen.* translato ad Eccleſiam *Gneſnenſem* retentio Abbatiæ Ordinis Ciſtercienſis, Cracovien. Diœceſis; *& die* 29. *Octobris* 1676. denegata pariter fuit Epiſcopo electo *Culmen.* retentio Abbatiæ ſine cura, Ordinis Sancti Benedicti, quam obtinebat in Diœceſi Gneſnen. ut teſtatur *Fagnan. in Not. Manuſcriptis in mater. Conſiſtorialib. pag. mihi* 335. & 356. Sed poſtea diverſimode ſervatum, & ſæpiſſime retentio præfata conceſſa, juxta caſuum varietates, & rerum contingentias, præſertim ad evitanda jurgia, & lites cum Regiis Miniſtris, contendentibus ad omnes Regni Abbatias jus nominandi Regi competere. Facilius autem conſuevit Abbatiarum ſecularium retentio indul-

geri Prælatis illis, qui ingrediuntur, & vocem habent in Dietis, & Parlamentis Regni, & Provinciarum, ut ita facilius Eccleſiarum libertatem tueri valeant, *Mutta de Cauſ. Conſiſtor. ſect.* 16. *n.* 37. *& ſeqq. & ſub n.* 41.

Fuit quandoque dubitatum in Rota, an indulta 178
promoto ad Epiſcopatum retentione Beneficiorum,
cenſeantur ſub ea comprehenſa Beneficia Jurispatronatus Laicorum, quamvis de illis nulla mentio facta fuerit? Et licet Rotæ Auditores variaverint, & major pars tenuerit, quod vacarent, ut *in deciſ.* 21. *de Præbend. in novis*: Contraria tamen invaluit
Sententia, quia Papa indulgendo promoto retentio- 179
nem Beneficiorum, præventive impedit, ne ſequatur illorum vacatio; proindeque nullum infert Patronis præjudicium in jure præſentandi, quod, Beneficiis non adhuc vacantibus, eis competere nequit: Ita Compilator *dictæ Deciſionis* 21. *num.* 5. *verſ. Pro parte contraria, uſque ad finem, Staphil. Felin. Lambertin.* & alii late recenſiti per *Spad. conſ.* 69. *per tot. lib.* 3. *Burſat. conſil.* 178. *n.* 39 *Campanil. in diverſ. Jur. Canon. Rubric.* 11. *cap.* 13. *n.* 498. *Valenzuel. conſ.* 51. *n.* 38. *&* 39. *lib.* 1. *Capon. diſceptat.* 89. *part.* 2. *Roſ. de Executor. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 135. *Piton. tom.* 4. *diſcept.* 135. *n.* 31. *& ſeqq.* Et confert Reſolutio Sacræ Congregationis Conſiſto-
rialis in *Calaritana*, de qua ſupra *n.* 99. Et in ter- 180
minis Penſionum impoſitarum ſuper Beneficiis de Jurepatronatus Laicorum, quod non vacent, indulta retentione *compatibilium*, firmant *Spad. dict. conſ.* 69. *n.* 6. *& ſeqq. lib.* 3. *Valenzuel. dict. conſ.* 51. *n.* 15. *& ſeqq.*

Idque locum ſibi vindicat, etiam ſi Beneficia 181
ſint de Jurepatronatus Regio, & Penſiones ſuper eis impoſitæ fuerint; nam indulta promoto retentione, nec Beneficia hujuſmodi vacant, nec ceſſant Penſiones, *Spad. dict. conſ.* 69. *Valenz. conſ.* 51. *n.* 21. *Roſ. de Executor. dict. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 135. *Capon. dicta diſcept* 89. Quamvis contrarium exiſtimet *Salced. de Lege Politic. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 9. *& pluribus ſequen.* ubi *n.* 27. ait, requiri Regis conſenſum: *Cortiad. deciſ. Cathalon.* 254. *n.* 9. ubi in terminis Penſionis fatetur, neceſſarium eſſe conſenſum Regis; & pariter Regium Neapolitanum Collaterale Conſilium non admiſit *Spadæ*, & ſequacium doctrinam, etſi veram, ut ait *Roſ. de Executor. dict. n.* 135. *in fine.*

Verum quod diximus, ſub Decreto retentionis 182
Beneficiorum indultæ promoto ad Epiſcopatum, comprehendi etiam Beneficia de Jurepatronatus laicali, etiam de iis nulla facta mentione, ſuam hodie patitur difficultatem, ex quo, ut mox dicemus, à tempore ſan. mem. Clementis X. ſtylus invaluit, quod in hujuſmodi Decreto decernatur vacatio Beneficiorum *eo ipſo*, ſuſpenſo ſolum vacationis effectu uſque ad obitum promoti; proindeque cum revera retentio indulgeatur poſt vacationem, vigore ejuſdem Decreti jam inductam, intrat præjudicium Patroni in jure ſibi quæſito præſentandi ad Beneficium, quod jam vacaverat; nec præſumendum, quod Papa juri præfato, de quo notitiam non habuit, tacite derogare voluerit per generalem Beneficiorum retentionem, ut poſt *Cardinalem de Luc.* & alios admittit *Piton. dict. diſcept.* 135. *n.* 33. Et hanc Sententiam ſequuta eſt Sacra Congregatio Conſiſtorialis in *Chelmen. de anno* 1726. Cum enim in Congregatione habita *die* 17. *Januarii* 1725. R. P. Joſeph *Olzavski* in Suffraganeum Eccleſiæ *Chelmen.* deputandus, obtinuiſſet gratiam retentionis Præpoſituræ, Dignitatis in Collegiata Eccleſia *Olicen.* Contradictorem obtentæ retentioni ſe exhibuit *Dux de Radzivil* ejuſdem Præpoſituræ Patronus, ſub fun-

damento obreptionis Gratiæ, ob reticitam qualitatem Præpoſituræ obnoxiæ Juripatronatus laicali, necnon præjudicii, quod ei ex indulta retentione obveniebat in jure præſentandi, ex quo ambigi non poterat, quod dicta Præpoſitura perſonalem reſidentiam requirens, incompatibilis erat cum Suffraganeatu; Hinc repropoſita cauſa ſub dubio -- *An retentio ſit revocanda?* eadem *Sacra Congregatio die* 17. *Januarii ejuſdem anni* 1726. reſcripſit, *Retentionem eſſe revocandam.*

183 *Tertius* caſus, in quo locum ſibi non vindicat diſpoſitio *Extravag. Ad regimen* eſt, ſi promotus ad Epiſcopatum cum gratia retentionis Beneficiorum obtentorum, ad aliam poſtea Eccleſiam Epiſcopalem, Auctoritate Apoſtolica, transferatur; Per hanc enim translationem Beneficia, quorum retentio prius conceſſa fuerat, non vacare, proindeque translatum novo non indigere retentionis indulto, ex quo una Eccleſia alterius loco ſubrogatur, tradunt DD. relati per *D. de Sanctis in Examin. Conſiſtorial. cap.* 4. *num.* 83. *Adden. ad Simonet. quæſt.* 27. *n.* 9. late *Mandoſ. Conſ.* 2. *per tot.* ubi reſpondendo Conſtitutioni VIII. Clementis VII. requirenti retentionis Beneficiorum conceſſionem in Cedula Conſiſtoriali, & expeditionem Litterarum ſuper dicta retentione, ait, quod intelligi debet in vero Promoto, qui Eccleſiam acquirat, quam numquam habuit; ſecus in eo, qui ad aliam transfertur Eccleſiam, cum iſtam obtinere cenſeatur ex cauſa quodammodo oneroſa, quia dimittit Eccleſiam, quam obtinebat.

184 Sed contraria opinio verior eſt, & in praxi recepta, nedum quia diſpenſatio ſtricti juris eſt, nec extenditur de caſu ad caſum, *Rot. deciſ.* 1846. *n.* 3. *&* 8. *coram Coccin. & deciſ.* 69. *n.* 29. *coram Celſo, & deciſ.* 806. *n.* 27. *coram Molines*: Verum quia in translatione ad novum Epiſcopatum ceſſare poteſt ratio illa diſpenſandi, ex qua Papa, occaſione promotionis ad primum, motus fuit ad indulgendam retentionem obtentorum, vel quia ſecundus Epiſcopatus ſit melioris conditionis, ſeu majoris redditus, vel aliam ob cauſam, propter quam Pontifex prudenter exiſtimet non expedire, quod translatus Beneficia obtenta amplius retineat, *Rebuff. in Prax. Beneficial. tit. de Permut. n.* 34. *&* 35. *Garc. de Benefic. part.* 11. *cap.* 4. *n.* 89. *Paſſerin. in cap. Licet n.* 87. *de Rerum permutat. Azor. Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *quæſt.* 27. *D. de Sanctis in Examin. Conſiſtorial. cap.* 4. *n.* 83. *Piton. diſcept.* 135. *n.* 30.

185 Et ita ſervatum fuit in caſu *Marci Battaglini* Epiſcopi *Nucerini*, cui occaſione translationis ad Eccleſiam *Cæſenaten.* Sedes Apoſtolica iterum indulſit retentionem Monaſterii *S. Benedicti de Gualdo Nucerin.* Diœceſis, ut ex Actis Conſiſtorialibus *ſub die* 8. *Julii* 1716. Et cum Joanne Tarlo *Epiſcopo Chiovien.* translato ad Eccleſiam *Poſnanien.* qui denuo reportavit retentionem cujuſdam Præpoſituræ jam ei indultam in promotione ad Epiſcopatum *Chiovien.* ut ex Actis præfatis *die* 18. *Februarii* 1723. Et antea de anno 1664. cum bon. mem. *Ghislerio*, cui Alexander VII. eum transferendo ab Eccleſia *Terracinen.* ad Eccleſiam *Imolen.* iterum conceſſit retentionem Prioratus Regularis Ordinis S. Benedicti loci de *Porteſana*, quam in promotione ad eamdem Eccleſiam *Terracinen.* obtinuerat, ut teſtatur *Rot. deciſ.* 523. *n.* 43. *par.* 19. *tom.* 2. *Recent.*

186 *Quarto*: non comprehendit diſpoſitio *Extravag. Ad regimen* Beneficia, quæ vacant per promotionem ad Eccleſias de jurepatronatus Regis Hiſpaniarum; nam licet eadem Beneficia remaneant Sedi Apoſtolicæ reſervata: nihilo minus de illis Pontifex libere non diſponit, ſed favore Perſonarum, quas deſignat Rex, qui ejuſdem Sedis indulgentia, vel ex conſuetudine tale jus acquiſivit. Et Pontifex Perſonis taliter deſignatis Beneficia præfata confert, nulla facta mentione, quod Regis Catholici intercesſerit deſignatio, ſed Litteræ Apoſtolicæ expediuntur cum narrativa vacationis per *Promotionem*, perinde ac ſi expedirentur de Beneficiis ad liberam Pontificis diſpoſitionem, ex cauſa cujuſcumque alterius Promotionis ad Eccleſias Epiſcopales extra Regna Hiſpaniarum, pertinentibus, *Barboſ. Vot. deciſiv.* 28. *lib.* 2. *& Vot.* 43. *n.* 21. cum aliis *apud Fraſſ. de Jure, atr. Indiarum cap.* 30. *n.* 6.

Dum autem *Barboſ. dict. Vot.* 43. *n.* 21. *Salced.* 187
de Lege Politic. lib. 2. *cap.* 14. *n.* 23. *Cortiad. dec.* 254. *n.* 26. *& ſeqq. Capon. diſcept.* 89. *nu.* 6. *&* 16. *Gonzal. in cap. Cum in cunctis* 7. *§.* 1. *n.* 3. aliique DD. Hiſpani exiſtimant, promotum ad Epiſcopatum Regii Patronatus renunciare Beneficia, quæ obtinet ad favorem eorum, quos Rex Catholicus deſignat, & ut ait *Garc. de Beneſic. part.* 11. *cap.* 6. *n.* 37. cum derogatione *Regula* 26. manifeſte falluntur; quia in praxi non fit hujuſmodi reſignatio, ſed poſtquam Papa in Conſiſtorio decernit, Beneficia promoti ad Epiſcopatum Hiſpaniarum vacare, ea confert Perſonis deſignatis a Rege, nec ulla de renunciatione, & nominatione fit mentio, aut in ſupplicatione, aut in Litteris Apoſtolicis, ut admittit idem *Barboſ. dict. Vot.* 43. *n.* 11.

Spectat autem ad Regem deſignatio Perſonarum, 188
quibus Papa conferre debet Beneficia obtenta per promotos ad Eccleſias Epiſcopales, etiam ſi iſti illarum poſſeſſionem adepti non fuerint; ſufficit enim, quod Litteras Apoſtolicas ſuper proviſione Eccleſiarum expediverint, ut plenum Jus dicatur eis quoad illas acquiſitum, unde ſequitur Beneficiorum obtentorum vacatio, ac eorum reſervatio, & per conſequens locum ſibi vindicat Regis deſignatio, ut tradunt *Barboſ.* & alii mox laudati. Et ita requiſitus reſpondi *die* 7. *Martii* 1708. & in praxi ſervatur.

Sed ad ſemitam, unde digreſſi ſumus revertentes. 189
Quæro an Beneficia vacantia per promotionem vacent *in Curia, & apud Sedem?* Et an data *præventiva* eorum retentione, cenſeantur vacare itidem *in Curia*, tametſi promotus decedat in partibus, ita ut non comprehendantur ſub Indulto Cardinalium, reſtricto ad Beneficia vacantia extra *Curiam?* Quod attinet ad primam inſpectionem, ambigendum non videtur, quod ſi vacatio *apud Sedem* ſtricte ſumatur, Beneficia præfata non vacant apud illam, ſed bene vacant *in Curia*, in qua fit actus promotionis, *Gloſſ. in Clementin.* 1. *Verb. Collatio ut lit. penden. in fine*, ubi ait, Curiam Romanam non admittere, quod hujuſmodi Beneficia per promotionem vacantia alibi vacare dicantur, quam *in Curia*; ſequitur *Simonett. de Reſervat. quæſt.* 27. *n.* 5. *Garc. de Beneſic. part.* 11. *cap.* 6. *n.* 32. *Barboſ. vot.* 43. *n.* 4. *lib.* 2. *D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap.* 6. *n.* 163. late *Rota deciſ.* 599. *part.* 18. *Recent.* ubi quod dicuntur vacare *in Curia*, & *apud Sedem* largo mo-
do ſumtam, & in Voto *bon. mem. Remboldi in Tre-* 190
viren. Præpoſituræ apud Capon. diſcept. 10. & diximus ſupra *in §.* 1. *Hujus Regulæ.*

Major difficultas eſt quoad alteram inſpectionem; 191
& contra Cardinalem Indultarium, quod decedente Epiſcopo in partibus, Beneficia, quorum *præventiva* retentio ei indulta fuerat, vacent *in Curia*, plu-
ra conſiderari poſſunt. Primo, quia Beneficia promo- 192
ti, ſive habeat, ſive non habeat retentionem, ſunt eodem modo, eademque ſpecie reſervationis *Extravag. Ad regimen.* reſervata, ex quo nempe vacant *in Curia*, ubi actus promotionis ſequitur, *Mandoſ. Barboſ. Rota, aliique proxime laudati*

num.

num. 143. Ergo palam fit, quod utroque caſu ſint pariſormiter ab Indultis Cardinalium excepta, dum retentio non inducit diverſam, diſtinctamque ſpeciem reſervationis.

193 Secundo probatur ex quo ſequuta morte promoti cum retentione Beneficiorum, ea non cenſentur vacare ut *ex nunc* per illius obitum, ſed *ut prius* per promotionem, ac ſi retentio indulta non fuiſſet, *Mandoſ. ad Regul.* 1. *Quæſt.* 15. *n.* 7. *Caſſador. deciſ.* 3. *de Conſtit. Manzaned. deciſ.* 809. *n.* 2.

194 Tertio, quia Beneficia obtenta ab Epiſcopis poſt promotionem non ſunt reſervata, *Noal. conſ.* 11. *n.* 14. Ex ipſa igitur promotione formatur reſervatio, quæ dum non tollitur a retentione, quæ datur in ipſo actu promotionis, ſequitur, quod ſicuti retentione non conceſſa, Beneficia ſunt reſervata, quia
195 vacant *in Curia*, ita pariter reſervationi obnoxia eſſe debent retentione indulta, dum reſervatio per retentionem non excluditur.

196 Quarto, quia inſpecta diſpoſitione juris, Beneficia promoti non vacant in ipſo puncto Promotionis, ſed poſt adeptam poſſeſſionem Epiſcopatus, *cap. Cum in cunctis §. Cum vero, de Elect.* & firmant
197 DD. ſupra relati *n.* 4. & nihilo minus dicuntur vacare *in Curia*, etiam ſi Epiſcopus, qui Eccleſiæ poſſeſſionem adipiſcitur, ſit extra Curiam, quia nempe vacatio retrotrahitur ad diem promotionis ex vi reſervationis tunc formatæ.

198 Hinc videmus, quod licet Beneficia promoti ad Eccleſiam in partibus Infidelium non vacent per promotionem: nihilo minus ſi daretur caſus, quod aliquot poſt annos Populus ad fidem Catholicam converteretur, & Epiſcopus accederet ad ſuam reſidentiam, Beneficia ſic promoti eſſent reſervata, & cenſerentur vacare *ut prius* per promotionem, etiamſi effectiva vacatio, ſive potius effectus vacationis non efformetur, niſi cum Epiſcopatus poſſeſſionem adipiſcitur.

Quin reſpondere juvet, hæc omnia locum ſibi vindicare poſſe, quando Decretum vacationis Beneficiorum præcedit gratiam retentionis, quæ non tollit vacationem antea inductam, ſed ſolum ſuſpendit illius effectum uſque ad obitum promoti; Secus vero ubi Papa præventive concedat retentionem, &
199 decernat Beneficia non vacare. Reponitur enim, quod Indultum retinendi Beneficia ſemper datur ante, vel in ipſamet promotione, in qua Papa decernit Beneficia non vacare; & in his terminis loquitur *Mandoſ.* & alii *ſupra allegati*; ſed nunquam datur poſt promotionem, & Decretum eorum vacationis, cum dari nequeat retentio Beneficiorum, quorum præceſſit vacatio, nec Papa declarare queit, quod non vacent Beneficia, quæ vere per promotionem vacarunt.

200 Minus obſtare videtur, quod mediante retentione Beneficiorum promoto conceſſa, non mutetur titulus, ipſeque Beneficia retineat adhuc ut prius, ex primæva nempe eorum proviſione, non autem uti jam vacantia, & de novo ſibi collata, dum retentio *excludit vacationem*, juxta *deciſ. Peniæ* 1177. *cum aliis* ibi allegatis. Siquidem per Indultum retentionis non impeditur reſervatio, quippe quæ oritur in
201 ipſo puncto promotionis, ſed ſolum ſuſpenditur Beneficiorum vacatio. Proindeque dum per obitum
202 promoti ceſſat retentio, Beneficia dicuntur vacare per promotionem *in Curia*, non autem per obitum extra *Curiam*, quia vacatio tribuitur actui promotionis, qui dum expeditur in Curia, producit in eadem vacationem, etiamſi perfecta ſit extra illam, ut late *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 76. & 79. *Tondut. Reſolut. Benefic. part.* 2. *cap.* 3. §. 2. *n.* 34. Ad hunc
203 enim effectum attenditur promotio, a qua incipit reſervatio, non autem effectus vacationis, qui deinde conſumitur extra Curiam, nam inſpecta juris communis diſpoſitione, Beneficia promoti non vacarent, niſi poſt adeptam poſſeſſionem Epiſcopatus: & tamen hac adepta, adhuc Beneficia cenſebantur vacare in Curia, quia nempe reſervatio a Promotione
inſurgens, ſtatim afficit Beneficia, nec expectat va- 204
cationem, *Millin. deciſ.* 247. *n.* 5. & 6.

Hæc alias deducebantur in Rota in celebri Cauſa *Mediolanen. Beneficiorum coram Albergato* ad favorem Proviſi Apoſtolici contra Cardinalem Indultarium; Eamdemque ſententiam probarunt ſcribentes contra Indultum Cardinalis Archiepiſcopi Neapoli-
tani, poſt *Capon. diſcept.* 10. Et adeſt ibidem Vo- 205
tum *Rembold. in Treviren. Præpoſituræ*, ubi quod Beneficia promoti vacant apud Sedem, & ideo non comprehenduntur ſub Indulto Cardinalium. Et in eadem Cauſa *Rot. cor. Coccin. deciſ.* 1448. Et conſert etiam eadem *Rot. in Salisburgen. coram Veroſpio* impreſſ. poſt dictam *diſcept.* 10. *Capon.*

Verum dictis rationibus non attentis, propoſita Cauſa *cor. Albergato in dicta Mediolanen. Beneficiorum* 13. *Maii* 1673. & 29. *Novembris* 1675. quæ poſterior Deciſio eſt impreſſa *in Recent. deciſ.* 559.
part. 18. *tom.* 2. bis fuit contrarium reſolutum, quod 206
nempe indulta Promoto ad Epiſcopatum retentione Beneficiorum, iſta vacare dicantur per obitum in loco, ubi defunctus eſt Epiſcopus, non autem
per promotionem in Curia. Et ratio eſt, quia pro- 207
motio ad Epiſcopatum facit vacara Beneficia ex ſola ratione incompatibilitatis, adeo ut ſi Epiſcopatus eſſet in partibus Infidelium, Beneficia non vacarent. Diſpenſatio autem retinendi incompatibilia nihil tribuit de novo, ſed tollit obſtaculum futuræ vacationis, alioquin reſultantis ab inſtanti promotionis, & operatur, quod promotus abſque novo titulo, vel collatione Beneficia, ut prius retineat; cum gratia retentionis conſervet jus antiquum citra mu-
tationem tituli, & poſſeſſionis. Quamobrem non 208
videtur adeſſe alia reſervatio niſi ea, quæ ab *Ex-
travag. Ad regimen reſultat*, quæque eſt ſub Car- 209
dinalium Indulto comprehenſa, *Roſa de Executor. in addict. ad cap.* 6. *n.* 186. *Rota deciſ.* 14. & *deciſ.* 30. poſt *Novar. in Rec. deciſ.* 202. *num.* 5. *par.* 4. *tom.* 1. ubi quod gratia retentionis Beneficiorum,
quæ Epiſcopis indulgetur, magis in ſuſpenſionem 210
vacationis occaſione promotionis ad Epiſcopatum, quam in collationem, aut *Commendam* ſonare videtur; Proindeque terminata ſuſpenſione per obitum, Beneficium pariter per mortem dicitur vacare, cum retentio non inducat novum titulum, & *in deciſ.* 246. *per tot. par.* 14. *dec.* 699. §. *final. par.* 18. & *dec.* 518. *par.* 19. *tom.* 2. *Rec.* & ita in eadem cauſa *Mediolanen.* pro veritate conſultus reſpondit *Card. de Luca diſc.* 104. *de Benef. in ſupplement.* & *diſc.* 109. & 110. *eodem tit.* & ad favorem Archiepiſcopi Neapolitani ſuper eodem articulo conſuluit pariter *Capon. dict. diſcept.* 10. *per tot.* ubi reſpondet contrariis, & conſerunt *Caſtropal. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 17. *n.* 3. *verſ. Quinto reſervat, in fin. Spad. conſ.* 69. *n.* 12. & *ſeqq. lib.* 3. *Rot. deciſ.* 1177. *n.* 12. *cor. Penia.*

Nec ſubſiſtunt rationes in contrarium adductæ; 211
non prima, quod Beneficia Promoti ſint reſervata eadem reſervationis ſpecie *Extravag. Ad regimen*, ſive habeat retentionem, ſive non; ergo utroque modo debent dici excluſa ab Indulto Cardinalium. Quia Beneficia Promoti, quando non datur retentio, excluduntur ab Indulto, non ob id, quod ſint reſervata vigore *Extravag. Ad regimen*; quan-
doquidem Indultarii poſſunt conferre Beneficia 212
etiam reſervata per dictam *Extravagantem*, *Rot. dec.*

197. *num.* 26. *cor. Ottbobon. & in Rec. deciſ.* 530.
num. 28. *&* 588. *num.* 46. *part.* 4. *tom.* 3. *& deciſ.*
174. *n.* 3. *part.* 12. *& deciſ.* 30. *num.* 3. poſt *Novar.*
Sed dicuntur ab Indulto excepta, quia vacant in
Curia. Ergo non eſt eadem reſervationis ſpecies in
utroque caſu; & ut Argumentum contrarium con-
cluderet, probandum eſſet, quod ſicuti vacant in
Curia Beneficia promoti, non data retentione; ita
vacent, retentione conceſſa: quod non reſultat ex
eo ſolum, quod reſerventur in *Extrav. Ad regimen*,
213 quia non omnia Beneficia reſervata in dicta *Extra-
vag.* dicuntur proprie vacare in Curia, ut alibi di-
ximus.

214 Secunda ratio, quod Beneficia promoti vacent ut
prius per promotionem, abſolute non eſt vera, data
præventiva retentione, *Rot. deciſ.* 246. *per tot. par.*
14. *Rec.* Quemadmodum non concludit tertia ratio,
quod Indultum retinendi non tollat reſervationem
ex promotione inductam, quia verum eſt, quod re-
215 tentio non tollit reſervationem, ſed bene tollit vaca-
tionem, eique reſiſtit, & operatur, ut Beneficium,
quamvis reſervatum, non dicatur tunc vacare per
promotionem, ſed per obitum. Non enim negatur
reſervatio, ſed dicitur, quod tale Beneficium reſer-
vatum propter gratiam præventivam retinendi, non
vacet in Curia per promotionem, ſed in partibus per
obitum. Gratia enim retentionis reſiſtit vacationi,
quæ alias ſequeretur per promotionem; reſervatio
vero non fundatur ſuper vacatione, ſed ſuper promo-
tione, ut late *in dict. deciſ.* 246. *part.* 14. *Recent.*

216 Nec etiam relevat, quod de jure Beneficia pro-
moti non vacant in ipſo puncto promotionis, ſed
poſt poſſeſſionem, ſicuti poſt poſſeſſionem de jure
vacarent Beneficia Epiſcopi Titularis, ſi Eccleſia a
manibus Infidelium recuperaretur; & tamen in his
caſibus adhuc Beneficia dicerentur vacare in Curia,
eo quia vacatio retrotrahitur ad diem promotionis
ex vi reſervationis tunc formatæ. Etenim quidquid
ſit de veritate hujuſmodi rationis in caſibus præfatis,
adhuc ex illis inferri non poteſt ad caſum noſtrum,
217 in quo præſupponitur præventiva retentio: Siqui-
dem in caſibus prædictis per promotionem induci-
tur vacatio, quæ tamen ſuſpenditur uſque ad diem
poſſeſſionis, a quo tempore naſcitur incompatibili-
tas, ratione cujus hæc vacatio inducitur, & ideo
adepta poſſeſſione, poteſt retrotrahi ad diem promo-
tionis; ſed in noſtro caſu per promotionem non in-
ducitur vacatio, ſed penitus excluditur, & præſer-
vatur, ut in dict. *deciſ.* 246. *n.* 9. *part.* 14. *Recent.*
ex quo fit, quod ſuccedente poſtea vacatione per
218 obitum, non poſſit dari iſta retrotractio ad diem pro-
motionis, cum tunc Beneficia non vacaverint, &
ideo extrema non ſunt habilia, prout ad iſtum effe-
ctum retrotractionis requiritur.

219 Pariter non relevant Auctores in contrarium ſupra
laudati; alii enim loquuntur, quando in Gratia re-
tentionis adeſt Decretum, quod cenſeantur vacare
apud Sedem, ut in illa *Salisburgen cor. Veroſpio*,
& ita loquitur *Caſſador. deciſ.* 2. *in fine de Conſtit. &
Garc. de Beneſic. part.* 4. *cap.* 6. *n.* 31.

220 Alii non deſcendunt ad hos terminos ſpeciales,
ſed dicunt (& bene,) quod hujuſmodi Beneficia
ſint reſervata, ſed non examinant, qua ſpecie reſer-
vationis, an ſcilicet ea, quæ dicitur in Curia, ut
advertit *Card. de Luc. de Beneſic. dict. diſc.* 104. *n.* 5.
Rot. dict. deciſ. 246. *part.* 14. *Recent.* Aliud eſt enim
Beneficium eſſe reſervatum, aliud vacare in Curia
per promotionem; Reſervatio enim eſt certa, quo-
modocumque Beneficia vacent, ſed non inde ſequi-
tur, quod vacent per promotionem, quoties Papa
conceſſit præventive indultum retinendi: hoc enim
reſiſtit vacationi, quæ alias ſequeretur per promo-
tionem, & uti mox diximus, reſervationis conſtitu-
tivum non eſt vacatio, ſed promotio, ut late in di-
cta *Deciſ.* 246. *part.* 14. *Recent.*

Vel demum Doctores contrarium ſentientes in- 221
telligendi ſunt, quando retentio conceſſa fuiſſet poſt
ſequutam vacationem per promotionem: tunc enim
gratia retentionis ipſam præcedentem vacationem
jam in eſſe formatam, & productam non tolleret,
ſed ſolummodo ſuſpendit illius effectum uſque ad
obitum: quo ſuccedente, proviſio Beneficii fit uti
de vacante per promotionem, nam illa vacatio
nunquam fuit conſumta. Secus autem eſt, quando
retentio conceditur ante ſequutam vacationem, nam
hoc caſu per gratiam retentionis impeditur, & 222
excluditur vacatio ob promotionem, ſolumque effe-
ctus reſervationis prorogatur uſque ad mortem ip-
ſius promoti, & proviſio fit uti de vacante per
obitum, ut poſt *Barboſ. in Vot.* 28. *ſub n.* 13. di-
ſtinguit *Rota dicta deciſ.* 246. *nu.* 8. *&* 9. *part.* 14.
Recent. & deciſ. 30. *num.* 25. poſt *Novar. in Sum.
Bullar. de Luc. dict. diſc.* 104. *nu.* 9. *de Beneſic. in
Supplemen.*

Hæc in puncto juris, hinc inde diſſerendo, poſ- 223
ſunt conſiderari. Sed hodie ceſſat omnis difficultas,
quia à temporibus *Clementis X.* in Decreto retentio-
nis Beneficiorum, quæ promotis ad Eccleſias Epiſ-
copales indulgeri ſolet, expreſſe dicitur, quod Be-
neficia præfata vacent *eo ipſo*, & ſic *in Curia*, ubi
actus promotionis ſequitur, ſolumque ſuſpenditur ef-
fectus vacationis uſque ad obitum ipſius promoti,
eaque propter, ſtante hujuſmodi Decreto, hodie am-
plius non ambigitur, quod Cardinales vigore Indulti
conferre nequeant Beneficia, quorum retentio pro-
motis conceſſa fuit. *Rota cor. Caprar. deciſ.* 673. *n.*
4. & plene *in Bononien. Hoſpitalis* 16. *Decembris*
1707. §. *Nec ſubſiſtit, & ſeqq. cor. bon. mem. Omaña.*
Verba autem decreti hæc ſunt -- *Cum Decreto, quod* 224
*Beneficia, quæ obtinet promotus, per hujuſmodi pro-
viſionem vacent eo ipſo, ſuſpenſo tamen vacationis
effectu uſque ad ſui obitum.* Quod occaſione dictæ
cauſæ Mediolanen. edi curaverint Officiales Data-
riæ, ait *de Luca de Beneſic. diſcurſ.* 143. *n.* 16. &
quandoque vidimus, idem Decretum apponi etiam 225
in promotione ad Epiſcopatum titularem, & in de-
putatione Coadjutoris Epiſcopi, juxta exempla ſu-
pra relata *n.* 76. *&* 152.

Hinc etiam non meretur amplius in controver- 226
ſiam revocari inſpectio, de qua *Cardinal. de Luca
de Beneſic. diſc.* 109. *in Supplem.* An conceſſa pro-
moto Beneficiorum retentione ad certum tempus,
eo expirato, vel intra illud moriente Epiſcopo,
collatio ſpectet ad Sedem Apoſtolicam, vel potius
ad Indultarium. Siquidem, ubi conceditur hujuſ-
modi retentio ad tempus, apponi ſolet hodie Decre-
tum vel quod promotus, elapſo tempore, Benefi- 227
cia dimittere debeat in manibus Pontificis, vel quod
Beneficia præfata vacent eo ipſo, ita ut de illis per
Sedem Apoſtolicam tantum diſponi poſſit, & in
hoc caſu datur in eorumdem Beneficiorum proviſio-
ne reſervatio ex vacatione *apud Sedem*. Quamvis 228
& antequam Decreta hujuſmodi apponi conſue-
verint, ipſemet Cardinalis *de Luca dict. diſc.* 109.
exiſtimaverit, collationem ſpectare ad Sedem Apo-
ſtolicam.

Altera his ſuccedit quæſtio. Obiit extra Curiam 229
Epiſcopus, qui obtinuerat retentionem Beneficio-
rum in certa Diœceſi exiſtentium, quæ Papa Car-
dinali commendat; ſi iſte in Curia decedat, ad quem
ſpectat eorundem Beneficiorum collatio, num ad
Papam, ex quo Cardinalis Commendatarius mori-
tur *in Curia*, vel potius ad Cardinalem Indultarium,
& Epiſcopum illius Diœceſis, in quo ſita ſunt Bene-
ficia,

ficia, præſertim ſi iſte Pontificem in conferendo
230 præveniat? & pro Cardinali Indultario conſiderari
poteſt, quod licet Beneficia commendata remaneant
affecta propter appoſitionem manus Papæ, *Germon.
de Indult. Card. §. Quæ extra num. 12. Simonett. de
Reſervat. quæſt. 59. n. 7. Lotter. de re benefic. lib. 1.
quæſt. 8. n. 128. & ſeqq. Adden. ad Burrat. dec. 36.
lit. D. Rot. cor. Coccin. decíſ. 1004. & decíſ. 1007.
n. 16. coram Cavaler. decíſ. 159. n. 5. in Recent. de-
ciſ. 154. n. 5. part. 1.* Nihilo minus Beneficia adhuc
231 affecta comprehenduntur ſub Indultis Cardinalium,
*Germon. dicto §. Quæ extra n. 1. Rota decíſ. 30. n.
1. & decíſ. 31. n. 9.* poſt *Novar. in Summ. Bullar.*
& generaliter de Beneficiis quomodocumque affe-
ctis, *Rota in Romana Beneficiatus Sancti Joannis
in Laterano 16. Junii 1670. & 30. Januar. 1671.
cor. Bevilaqua.*
232 Et quamvis Cardinalis Commendatarius *in Cu-
ria* decedat, ideoque Beneficium vacet *apud Sedem*,
& ſit reſervatum reſervatione clauſa in corpore Ju-
ris, expreſſe in Indulto excepta. Attamen ubi agitur
de Beneficio commendato, quod in Urbe vacat,
non dicitur illud vacare *apud Sedem*, ſed vacat *ut
prius*, proindeque locum ſibi non vindicat excep-
tio Indulti, *Feder. de Sen. in Tract. de Commutat.
Benefic. n. 23. in fine, Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 5. §.
8. n. 51. verſ. Hinc etiam, & n. 52. & ſeqq. Mohe-
dan. decíſ. 16. de Cauſ. poſſeſſ. & propriet. n. 1. & 2.
& decíſ. 4. de Præben. dec. 141. n. 7. part. 1. Re-
233 cent.* & ratio eſt, quia quando ceſſat Commenda,
Beneficium non vacat per mortem Commendata-
rii, ſed vacat *ut prius* vacabat de tempore, quo
fuit facta Commenda, juxta opinionem, quam
ſequitur Cancellaria, Dataria, & Rota, *Novar.
conſ. 28. de Præbend. Garc. de Benefic. part. 4.
cap. 4. n. 64. & ſeqq. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 5.
§. 8. n. 48. & ſeqq.* ubi quam plurima adducit ex-
empla, *Lotter. de re Beneficiar. lib. 3. quæſt. 8. n.
125. Simonett. de Reſervat. quæſt. 59. nu. 6. Fag-
nan. in capit. Cum ad noſtram, num. 25. de Elect.
& in cap. in Eccleſia n. 17. de Cappell. Monach. Rot.
decíſ. 144. n. 1. cor. Verallo, dec. 974. nu. 2. cor.
Seraphin. dec. 1321. n. 6. & 7. & decíſ. 1483. n. 5.
coram Penia, decíſ. 127. num. 4. cor. Burrat. &
in Recent. decíſ. 245. numer. 8. part. 6.* & poſt
*Novar. in Summ. Bullar. decíſ. 14. num. 13. & 31.
num. 13.*
234 Nec obſtat, quod per obitum Commendatarii in
Curia vacet Beneficium *de facto*, licet non *de Ju-
re*, & ad effectum reſervationis attenditur vacatio,
quæ *de facto* ſequitur per Commendæ ceſſationem,
non autem illa quæ intrat *de jure*. Siquidem diſ-
curſus iſte procedere poſſet tunc, quando Papa
vult prævenire, vel concurrere cum Ordinario in
collatione Beneficii, poſtquam illius Commenda ceſ-
ſavit, tali enim caſu locum ſibi vindicat inſpectio, an
collatio expleta a Papa ex vacatione *de facto* in Cu-
ria ſequuta, prævalere debeat proviſioni Ordinarii
ex vacatione *de facto*, & *de jure*; ſed quando Papa
nolit concurrere, nec prævenire Ordinarium, tunc
remanet concurſus duarum proviſionum, nempe prio-
ris factæ ab Ordinario ob vacationem *juris*, & *facti*,
& poſterioris expletæ a Papa ob ſolam vacationem
de facto, & in hujuſmodi concurſu prævalere utique
debet proviſio facta ex vacatione *de jure*, & *de fa-
cto*, tum ex diſpoſitione juris, ut firmat *Rot. decíſ.
102. in fine part. 3. lib. 1. diverſ. Caſſador. decíſ. 5.
n. 4. & 5. de Privileg.* & late utrumque caſum di-
ſtinguendo *Rot. decíſ. 1451. n. 5. & ſeqq. coram Pe-
235 nia*, ubi oſtendit, quod vacatio *facti* non attendi-
tur, quando concurrit alter proviſus, qui jus ha-
bet ex vacatione *juris*, *Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ.
15. §. 1. n. 79. verſ. ſicque habens*, & conferunt tra-
dita per *Lotter. de re Beneficiar. lib. 3. quæſt. 8. n.
24. Rot. decíſ. 523. n. 59. part. 19. tom. 2. Recent. &
in Mediolanen. Optionis 3. Martii 1684. §. Et pro-
inde coram Urſino.* Tum etiam ex voluntate, & in- 236
tentione Papæ, qui providendo, non cenſetur tol-
lere jus quæſitum alteri ex anteriori legitima pro-
viſione, etiamſi provideat *motu proprio*, *Rota* poſt
*Novar. decíſ. 13. n. 3. & 4. & decíſ. 14. n. 34. part.
12. Rec. Fagnan. in cap. Litteras n. 26. de Conceſ-
ſion. Præben.*
Diſcrepantia vero, quæ inter antiquos, & mo- 237
dernos Doctores vertere dignoſcitur ſuper Commen-
dis, non cadit ſuper hac materia, ſed ſuper *Regula
IX. de Menſibus*, an ſcilicet locum habeat in Be-
neficiis Commendatis; negantibus antiquis, moder-
nis vero mordicus ſubſtinentibus Regulam ob am-
plitudinem verborum comprehendere etiam vacatio-
nem *facti* per ceſſationem Commendæ, *Rot. decíſ.
1321. num. 2. coram Penia.* Et ita ſervat Dataria,
quæ ceſſante Commenda in Menſe reſervato, vel per
obitum apud Sedem confert, & ejus collatio rema-
net juſtificata ex ſola vacatione *facti*. At hoc non
tollit antiquam Regulam, quod ceſſante Commen-
da, Beneficium vacet *ut prius*. Unde verus, & ger-
manus intellectus eſſe videtur ille, quem ſupra ex-
poſuimus, ut Commenda ceſſante in Menſibus reſer- 238
vatis, vel *apud Sedem*, Papa poſſit concurrere cum
Ordinario, & illum prævenire, & ejus collatio ſub-
ſtinetur, & juſtificatur ex ſola vacatione *facti*. Si
vero Papa ſit præventus a Cardinali Indultario, qui
contulit ex primæva vacatione *facti*, & *juris*, quæ
fuit præſervata, & nunquam conſumta ſtante Com-
menda, ejus collatio prævalere debet, tanquam an-
terior, & fundata in vera vacatione *facti*, & *juris*,
quæ præfertur collationi fundatæ in ſola vacatione
facti, quæ eſt impropria, & abuſiva vacatio, *Rot.
cor. Pœnia dict. decíſ. 1451. n. 7.* aliique ſupra lau-
dati, quibus additur eadem *Rot. cor. Burat. dec. 421.
n. 4. coram Mantic. decíſ. 271. n. 12. & decíſ. 31. n. 1.*
poſt *Novar. in Summ. Bullar.* Et cum hac diſtin-
ctione conciliantur Doctores: quia vera eſt Conclu-
ſio, quod ſola vacatio *facti* continetur ſub reſervatio-
ne, & ex ea juſtificatur gratia, ſed eſt etiam vera
reſponſio, quod vacatio *facti* favore Papæ nihil ope-
ratur, quando Indultarius illum prævenit, & contu-
lit ex vera vacatione *juris*, & *facti*.
Minus obſtat, quod Papa concedendo facultatem 239
conferendi Beneficia commendata, illam ſolum in-
dulget, quando Commendæ ceſſant *extra Curiam*,
& ſic intelligit de ſola vacatione *de facto*, ex *Rot.
decíſ. 13. n. 9. & decíſ. 14.* poſt *Novar. in Summ.
Bullar.* Quia in Indulto conceditur Cardinalibus
facultas conferendi omnia Beneficia reſervata, *quæ
extra Curiam quomodolibet, Commendis ceſſantibus,
ſeu alias diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervata, vacare con-
tigerit*: quod verbum, *vacare*, comprehendit tam 240
vacationem *juris*, quam *facti*, *Lotter. de re benefic.
lib. 3. quæſt. 8. n. 21.* & Indultum ſemper intelligitur 241
de vera vacatione *juris*, non autem *facti*, idem *Lot-
ter. lib. 3. quæſt. 20. n. 118.*
Deciſio vero 13. poſt *Novar.* loquitur in caſu, 242
quo Papa conceſſerat Indultum conferendi Benefi-
cia non ſolum ſpectantia ad Indultarii, ſed etiam
ad aliorum collationem, ceſſantibus quoque Com-
mendis, & *Rota* ibi reſpondit, quod Indultum quo-
ad Commendas intelligitur de vacatione *de facto*, ut
nempe Indultarius conferre poſſet Beneficia, quæ
ſpectant ad Papam, quando proprii Ordinarii ob
reſervationes conferre impediebantur; & ſic agebatur
de conceſſione extraordinaria, quia Indultarius jus
aliquod non habebat ſuper Beneficiis, quæ non

 ſpe-

ſpectabant ad illius collationem, ſed Papa ei conce-
dere voluit hanc facultatem conſerendi ob vacatio-
nem *facti*, ceſſante Commenda extra *Curiam*, ſibi
reſervando collationem quando Commenda ceſſaſſet
in Curia, quo caſu Papa poteſt conferre ob iſtam ſo-
lam vacationem *facti* concurrendo cum Ordinario,
vel illum præveniendo. Diverſus vero eſt caſus,
quando agitur de InduIto conceſſo Cardinali conſe-
rendi Beneficia ſpectantia ad propriam illius collatio-
nem, uti Ordinarii, & quæ ille conferre poterat jure
proprio ex primæva, & propria vacatione *juris*, &
facti, niſi fuiſſet impeditus per Commendam, aliaſ-
que Reſervationes, quarum obſtaculum Papa ſuſtu-
lit, & voluit, quod Cardinalis Indultarius poſſit con-
ferre non obſtantibus reſervationibus, & Commen-
dis ceſſantibus. In his enim terminis, quidquid ſit,
an valeat illa conferre ob vacationem *facti*, poteſt
certe de illis diſponere ex primæva vacatione *juris*,
& facti, quæ, ceſſante Commenda, reviviſcit, &
operatur, ut Beneficium dicatur vacare *ut prius*,
tam *de jure*, quam *de facto*, juxta ſuperius laudatas
Auctoritates.

243 Ad id vero, quod dicitur, Indultum loqui, quan-
do ceſſant Commendæ *extra Curiam*, reſpondetur,
quod Indultum non dicit, *ceſſantibus Commendis
extra Curiam*, ſed per illud conceditur Indultario
collatio Beneficiorum, *quæ extra dictam Curiam
quomodolibet, etiam illorum Commendis ceſſantibus
&c. vacare contigerit*, & inferius -- *ſeu Commendis
de illis antea factis ceſſantibus, vacantia &c.* unde
patet, quod Indultum non ſe reſtringit ad collatio-
nem Beneficiorum, quorum Commenda extra Cu-
riam ceſſat, nec verba illa, *extra Curiam*, referuntur
ad ceſſationem Commendæ, ſed ad vacationem, quæ
eſt quid diverſum à ceſſatione Commendæ, quam
vacatio præcedit, & illa ceſſante reviviſcit *ut prius*.

244 Deciſio vero 14. poſt eumdem *Novar.* loquitur
de Indulto conceſſo *Archiepiſcopo Salisburgen.* re-
ſtricto ad ſolam reſervationem Menſium, juxta *Re-
gulam IX.* quæ locum ſibi vindicat, quando vacatio
contingit extra Curiam, ut ex ejus lectura, & ad-
vertit *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 13. *n.* 74. *& ſeqq.*
proindeque juxta indolem ſubjectæ materiæ compre-
hendere non poterat niſi Beneficia vacantia in Men-
ſe reſervato extra Curiam, & ſic vacantia vacatio-
ne *facti*, dum Papa alias vacationes de *Jure* ſibi re-
ſervaverat, ut ſe explicat eadem Deciſio *n.* 14. *verſ.
Pro adæquata, & num.* 15. *& ſeqq.* ubi demonſtrat,
245 quod Indultum non extenditur ad alias reſervatio-
nes, quodque incompatibile non ſit, ut conceſſa
reſervatione ratione Menſis, aliæ excluſæ cenſean-
tur, idemque firmat in antecedenti *dec.* 13. *n.* 14. In
terminis autem Indulti Cardinalitii conceſſa eſt om-
nis vacatio Beneficii commendati, tam *Juris*, quam
facti.

246 His tamen non obſtantibus cenſeo, quod ceſſan-
te Commenda *in Curia* per obitum Commendata-
rii Proviſio, ad excluſionem Cardinalis Indultarii,
ſpectet ad Pontificem. Indulti enim verba hæc ſunt--
*Beneficia, quæ extra dictam Curiam quomodolibet,
etiam illorum Commendis ceſſantibus, ſi commenda-
ta, & Commendæ etiam de tunc vacantibus per
reſignationem, aut obitum quorumcumque etiam apud
Sedem eamdem, & propterea, ſeu alias diſpoſitio-
ni Apoſtolicæ reſervata, vel affecta, factæ fuerint,
vacare contigerit.* Duo enim tempora, & duplex
vacatio conſideranda venit, ſcilicet vacatio ut *prius*,
quæ refertur ad initium factæ Commendæ, &
247 ex *parte poſt*, nempe quando Commenda ceſſat
per obitum Commendatarii, & prima appellatur
vacatio *de jure*, ſecunda vacatio *de facto*. In ſu-
pra dictis autem verbis Indultum reſpectu Bene-
ficiorum Commendatorum ad utramque vacatio-
nem reſpexit. Reſpectu primæ vacationis, & pri-
mi temporis, in quo factæ fuerunt Commendæ
utitur Indultum verbis *etiamſi Beneficia vacaverint
per reſignationem, vel apud Sedem* (imo reſpectu
hujus temporis neque conceditur quoad præteritum
ulla facultas diſponendi Indultario, ſed quoad fu-
turum;) Quo vero ad alteram, & ſecundam va-
cationem futuri temporis, nempe quando ceſſat
Commenda, quæ appellatur *de facto*, & dicitur *ceſ-
ſatio per obitum Commendatarii*, Indultum concedit
Commendas ceſſaturas, ſive Beneficia vacatura per 248
Commendas ceſſantes *extra Curiam* -- ibi -- *Extra
Curiam Commendis ceſſantibus vacare contigerit*,
quibus ex verbis nedum excluditur ſecunda vaca-
tio, & ceſſatio Commendarum *in Curia*, & *apud
Sedem*, ſed diſcretivo loquendi modo manifeſte de-
negata dignoſcitur.

Dum igitur Indultum non loquitur in caſu, quo 249
Commendæ ceſſaverint *apud Sedem*, & *in Curia*,
quæ conceſſio cæteroquin indigeret ſpeciali mentio-
ne, *Rot. deciſ.* 13. *n.* 9. poſt *Novar.* ideo locum tan-
tummodo ſibi vindicat in ceſſatione Commendæ *de
facto* extra *Curiam*, ad quem Pontifex reſpexit, non
autem ad vacationem *de jure*, *Rota deciſ.* 13. *n.* 13. 250
& deciſ. 14. *n.* 12. poſt *Novar.*

Quodque Papa in Indulto non reſpexerit ad va- 251
cationem *de jure*, ſed ad vacationem *de facto* per
ceſſationem Commendæ *extra Curiam*, ſic oſtenditur
apertiſſime. In verbis Indulti ſupra relatis -- ibi --
*Beneficia quæ extra dictam Curiam &c. & Commen-
dæ etiam de tunc vacantibus per obitum apud Se-
dem facta fuerint &c.* datur facultas Indultario con-
ferendi Beneficia *extra Curiam* vacantia per ceſ-
ſationem Commendæ, etiamſi Beneficia ipſa ante
Commendam ut prius vacaviſſent *apud Sedem*, ideo-
que eſſent Sedi Apoſtolicæ reſervata; vult enim
Pontifex, ut non obſtante illa priori vacatione *juris
apud Sedem*, Indultarius poſſit illa conferre, ſi Com-
menda ceſſaverit extra Curiam. Ergo Papa non
vult, ut attendatur illa prior vacatio *juris*, *ut prius*,
quia ſic non poſſet Indultarius conferre Beneficia
vacantia *apud Sedem*, ſed vult, ut attendatur vaca-
tio *de facto* per ceſſationem Commendæ extra *Cu-
riam*. Unde ſicuti quando Commenda ceſſat extra
Curiam, poteſt Indultarius Beneficia conferre, non
obſtante, quod *ut prius* vacaverint *apud Sedem*, ita
è converſo, quando *in Curia* Commenda ceſſat,
Indultarius non poteſt Beneficia commendare, licet
Commenda hujuſmodi vacaverit *apud Sedem*, quia
ſemper ex mente Papæ attenditur vacatio *de facto*,
& non *de jure*.

Præterea ſi Indultum intelligeretur de vacatione 252
juris, *ut prius*, eſſet ſibimet contrarium, quia pri-
mo loco dat facultatem Indultario reſtrictam ad
Commendas vacantes extra *Curiam* per ceſſationem
Commendæ, & poſtea dat facultatem conferendi
Beneficia, ut *prius* vacantia *apud Sedem*, & ſic *in
Curia*; omnis enim vacatio *apud Sedem* eſt vaca-
tio *in Curia*; ut late diximus in §. 1. *hujus Regulæ*.
Sicque Indultum primo negaret facultatem commen-
dandi Beneficia vacantia *in Curia*, & poſtea illam
concederet, ſi Indultum ipſum intelligeretur de va-
catione *juris*, *ut prius*.

Accedit etiam, quod in Commendis non atten- 253
ditur vacatio *juris*, ſed *facti*, ut reprobando *Gon-
zal.* tradunt *Lotter. lib.* 3. *quæſt.* 8. *n.* 125. *& ſeqq.*
Rot. deciſ. 1321. *&* 1451. *cor. Pænia, repetit. in
Recent. par.* 1. *dec.* 141. *&* 194. *cor. Coccin. deciſ.*
2245. *num.* 21. *& ſeqq.* & facit *Rot. deciſ.* 202.
num. 4. *part.* 4. *deciſ.* 523. *num.* 58. *&* 59. *part.* 19.
Recent.

Hinc

254 Hinc non obſtat, quod proviſio facta per Cardinalem Indultarium, tamquam fundata in vacatione *de jure*, & uti anterior, ac præventiva, ſit præferenda proviſioni Apoſtolicæ, quæ fundatur in vacatione *de facto*. Quia iſta prælatio, & præventio, juxta *Deciſionem Paniæ* 1451. *n.* 7. procedit in illa vacatione *de facto*, quæ nullam aſſiſtentiam juris habet pro ſe, videlicet in vacatione per obitum *intrnſi*, & in his terminis loquuntur deciſiones omnes, quæ allegantur in dicta *Deciſ. Paniæ*, & explicat *Riccius reſolut.* 153. *n.* 1. *&* 2. *part.* 2. Secus autem quando vacatio *de facto*, prout eſt ceſſatio Commendæ, non ſolum non habet reſiſtentiam juris contra ſe, ſed potius illi jus aſſiſtit; Tunc ſiquidem prælatio non procedit; maximè quando agitur de collatione facta per Papam *motu proprio*, ut diſtinguit *Rot. deciſ.* 8. *de Elect. in antiq.* laudata per eundem *Paniam deciſ.* 1451. *n.* 7.

255 Rurſus Concluſio, quod proviſio facta ex vacatione *de jure* ſit præferenda proviſioni ex vacatione *de facto*, poſſet admitti, quando ex vacatione *de facto* non eſſet inducta reſervatio, ſecus vero quando ex tali vacatione Beneficium remanet reſervatum,
256 quia tunc per reſervationem ligantur manus cujuſcumque inferioris Collatoris, ita ut Beneficium conferre nullo modo poſſit, *Milis in Repertor. verb. Beneficium vacans reſervatum, in fin. verſ. & præterea, & verſ. ſed ut nnum*, *Lotter. de re Benef. lib.* 3. *d. quæſt.* 8. *n.* 128. *Rot. deciſ.* 301. *n.* 15. *& deciſ.* 358. *n.* 23. *cor. Bichio.*

257 Eoque magis, quia Commenda perpetua, hodie uſitata ad commodum Commendatarii, eſt verus, & canonicus Titulus, & Commendatarius dicitur verus Prælatus, & Dominus, & non tantum ſimplex Cuſtos, *Mendoſ. ad Roman. conſ.* 350. *ſub lit. B. verſ. Quod intelligo*, *Lotter. dict. lib.* 3. *quæſt.* 8. *n.* 126. ubi quod habet vim proviſionis, *Tamburin. de Jure Abbat. tom.* 1. *diſput.* 1. *quæſt.* 3. *ſub num.* 4. *verſ. Item Abbas, & diſput.* 4. *quæſt.* 5. *nu.* 5. *& ſeq. Rot. cor. Pania dict. deciſ.* 1321. *num.* 14. *cum quatuor ſeqq. & deciſ.* 1409. *num.* 5. *coram Dunoz. Jun. deciſ.* 363. *n.* 41. *& ſeqq.* repetita *deciſ.* 569. *n.* 41. *par.* 5. *& deciſ.* 523. *num.* 51. *& ſeqq. part.* 19. *Rec.*
258 Tunc autem vacatio *de jure* attenditur, & non vacatio *de facto*, quoties poſſeſſor, per cujus obitum *de facto* Commenda ceſſavit, nullum habet jus, nec titulum, nec colorem tituli, ut poſt *Joann. Andr.* docet *Fagnan. in cap. Litteras n.* 30. *& ſeqq. de Conceſſ. Præben.*

259 Concurrit & alia ratio, quia Cardinalis non poteſt conferre niſi vigore Indulti, & tamquam Delegatus Pontificis, ſtante antecedenti reſervatione: Delegatus vero conferre nequit ex vacatione *de jure*, quando collatio ex vacatione *de facto* pertinet ad Papam delegantem, ex traditis per *Fagnan. in d. cap. Litteras n.* 19. *& ſeqq. de conceſſ. Præben.*

Atque ex his rationibus ita alias reſolutum fuit in contingentia facti in *Ferrarien. Prioratus* inter Cardinalem *Roccium*, & *Urbanum Cerrum*. Cum enim per obitum *in Curia* Cardinalis *Urſini* ceſſaſſet Commenda Prioratus nuncupat. *de Caſſaro*, qui prius in titulum obtinebatur a *Marſilio Perutio* Archiepiſcopo Theatino *extra Curiam* defuncto, Cardinalis *Cerrus* Epiſcopus Ferrarien. eumdem Prioratum Nepoti ſuo vigore Indulti commendavit, Dataria vero de illo in Commendam de novo diſpoſuit favore Cardinalis *Roccii*. Quamobrem deputata Congregatione particulari nonnullorum Prælatorum, *Paulutii*, videlicet *Rotæ Auditoris*, *Fagnani*, *Urſini*, *Al-*
260 *toviti*, & *Sluſii*, die 11. Octobris 1667. reſolutum fuit -- *Proviſionem in Commendam factam à Summo Pontifice in favorem Eminentiſſ. Roccii, eſſe validam, & præferendam proviſioni in Commendam factæ ab Eminentiſſ. Cerro Epiſcopo Ferrarien. in favorem Urbani Cerri vigore Indulti.* Et pro veritate conſultus, ita reſpondit in eadem Cauſa *Card. de Luc. diſc.* 103. *de Benefic. in Supplement.* & in Voto *de quo diſc.* 143. ibidem.

Cæterum quæſtio, de qua huc uſque pertractavimus, ſuperflua etiam hodie videtur in iis terminis, in quibus diſcuſſa fuit inter Cardinalem *Roccium*, & Urbanum *Cerrum*. Cum enim, juxta modernam praxim, in Decreto retentionis Beneficiorum, quæ promotis ad Epiſcopales Eccleſias indulgetur, expreſſe dicatur, quod Beneficia præfata vacent *eo ipſo*, & ſic in *Curia*, ſuſpenſo tamen vacationis effectu uſque ad obitum, ut ſupra diximus, hinc ſi decedente promoto extra Curiam eadem Beneficia commendentur Cardinali, qui poſtea moriatur in Curia, illorum vacatio tam *de jure*, quam *de facto* ſequitur in Curia, & ſic Cardinalis Indultarius nullo modo de Beneficiis præfatis diſponere poterit. Bene verum eſt, quod omnia, quæ diximus pro excluſione Indulti Cardinalitii, locum ſibi vindicant in caſu quo Beneficium vacans extra Curiam per obitum Titularis, qui Epiſcopus non fuerit, commendetur Cardinali, qui poſtea in Curia decedat.

Tandem pro coronide hujus materiæ reſpicientis 261
vacationem Beneficiorum per aſſumtionem ad Dignitates majores, notandum, quod apud antiquos Doctores magna olim fuit diſceptatio, an & quæ Beneficia vacarent per Promotionem ad Cardinalatum; ſed eam de medio ſuſtulit Sixtus V. per ſuam Conſtitutionem la 79. qua decrevit, *quod per Promotionem ad Cardinalatum vacent omnes Eccleſiæ, & omnia Beneficia cujuſcumque nominis, & tituli ſint, niſi fuerit data retentio, quæ conceſſa intelligatur, & data ad Parochiales, Metropolitanas, & Cathedrales Eccleſias, ad Monaſteria etiam commendata, ad Prioratus, & ad cætera omnia Beneficia, quæ videntur convenire Dignitati Cardinalatus. Ad alia vero, quæ videntur repugnare Dignitati, & gradui Cardinalatus velut Archipresbyteratus, Archidiaconatus, Decanatus, Canonicatus, & ſimilia Beneficia non extendatur, cum obtinentes hujuſmodi Beneficia teneantur reſidere in Choro, & habere debeant locum poſt Epiſcopum Dignitati Cardinalis non convenientem*; ut apud *Cobell. Notit. Cardinal. cap.* 9. *in fin. pag. mihi* 23. *D. de Sanctis in Exam. Conſiſtorial. cap.* 4. *n.* 78. *Tondut. de Penſ. cap.* 23. *a n.* 74. *ad* 30 *Hojed. de incompatibil. par.* 1. *cap.* 2. *Card. de Luc. de Penſ. diſc.* 75. *n.* 4. *& ſeqq.*

Sed celebris fuit præteritis annis controverſia in 262
Tribunali S. Rotæ diſcuſſa, *an Præpoſitura Capellæ St. Præſepis in Baſilica S. Mariæ Majoris* ſit incompatibilis cum Dignitate Cardinalatus? Et *Negative* fuit reſolutum, inſpectis tum lege fundationis ejuſdem Præpoſituræ a ſa. me. Sixto V. expletæ, qua nullum injunctum fuit Præpoſito reſidentiæ vinculum, minuſque aliud ullum injunctum onus, quod exigat perſonale miniſterium, & implementum, tum reſolutione Congregationis particularis ſub Innocentio X. deputatæ, qua declaratum fuit, Præpoſituram nullam requirere perſonalem reſidentiam, in cujus
declarationis ſequelam, cum Alexander VII. Inno- 263
centii Succeſſor *anno* 1659. propoſuiſſet in Conſiſtorio *Eccleſiam Peruſinam pro Marco Antonio de Oddis* tunc Præpoſituram obtinente, ita ejuſdem relationem concepit -- *Promovendus eſt &c. Præpoſitura Capellæ S. Mariæ Majoris de Urbe, quæ inibi Dignitas, perſonalem tamen reſidentiam non requirens, exiſtit &c.* Cumque in promotione dicti *Marci Antonii* ad Eccleſiam præfatam indulta ei

fuiſſet

fuiſſet retentio omnium compatibilium, & Colle-
gium Capellæ Sanctiſſ. Præſepis contenderet, Præ-
poſitum teneri reſidere in Urbe, & conſequenter
Præpoſituram eſſe incompatibilem cum Epiſcopatu,
Rot. cor. Cerro deciſ. 747. cenſuit-- *Non conſtare de in-
compatibilitate.* Tum demum ſucceſſiva obſervantia,
juxta quam Præpoſiti nullum unquam agnovere reſi-
dentiæ onus, ſed Miſſarum celebrationem, aliaque
demandata onera per ſubſtitutos ſemper adimpleve-
rint, ut latiſſime oſtenditur in *Romana Præpoſituræ* 4.
Aprilis 1729. *coram Reverendiſſ. Aldrovando.* Ve-
264 rum contra Rotæ Reſolutionem urget id, quod legi-
tur in *Actis Conſiſtorialibus diei* 31. *Maii* 1604. ibi--
*Referente Rmo S. Clementis Sanctiſſimus providit Ec-
cleſiis Sutrin. & Nepeſin. de Perſona Taddei Sarſii,
cum retentione compatibilium, non tamen Præpoſi-
turæ Baſilicæ Sanctæ Mariæ Majoris ad Sacellum
ad Præſepe D. N. Jeſu Chriſti, cum non ſit compati-
bilis.*

265 An autem per aſſumtionem ad Summum Ponti-
ficatum vacent Epiſcopatus, & Beneficia, & ceſ-
ſent Penſiones per Cardinalem aſſumtum obtentæ,
controverſa quæſtio eſt; Affirmativam Sententiam
ex pluribus rationibus tuentur *Gabriel. conſ.* 200.
lib. 2. *Pariſ. de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 4. *& ſeqq.*
Germon. de Indult. Cardinal. §. *Si vero illa n.* 34.
Hojeda de incompatibil. Benefic. part. 1. *cap.* 1. *n.* 4.
D. de Sanctis in Examin. Conſiſ. cap. 4. *n.* 84. *Fra-
goſ. de Regim. Reipub. Chriſtian. part.* 2. *lib.* 3. *diſ-
put.* 9. *à n.* 63. *Carol. Ant. de Luc. ad Gratian. diſ-
cept.* 296. ubi teſtatur per aſſumtionem Cardinalis
Odeſcalchi ad Apoſtolatus apicem ſub glorioſo no-
mine *Innocentii XI.* ceſſaſſe Penſionem, quam obti-
nebat ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis *Melphicten-
ſis* Patriæ ejus, & meæ.

266 Sed contrarium verius exiſtimo, non enim poteſt
eſſe lex ulla ſcripta Chriſti Vicario, quæ eum ad-
ſtringat ad dimittendum Beneficia, & Epiſcopatum,
quem ante aſſumtionem ad Pontificatum obtinebat,
aut quod præcipiat Penſiones ceſſare; unde Epiſco-
patus & Beneficia per eum obtenta non aliter va-
care cenſentur, quemadmodum nec Penſiones ex-
tingui, quam ipſo Pontifice volente, quo caſu in
proviſione Beneficiorum apponitur decretum-- *quæ
per ejus aſſumtionem vacare decernit &c.* ut late pro-
bat *Lotter. de re Beneficiar. lib.* 1. *quæſt.* 41. *à n.* 1. *ad*
14. ubi reſpondet rationibus in contrarium perpenſis
à *Gabriele. Corrad. in prax. Beneficiar. lib.* 5. *cap.*
4. *num.* 14. *Hojed. de incompatibilit. part.* 1. *cap.* 1.
à num. 7. *& ſeqq.* ubi pro hac Sententia plures quo-
que perpendit rationes *Tondut. de Penſ. cap.* 73. *nu.*
13. *Mandoſ. de Signat. Grat. tit. Diſpenſatio ſuper
retent. propter promot. pag. mihi* 83. *in fol.* ubi re-
fert controverſiam habitam inter *Abbreviatores de
Parco Majori*, an per aſſumtionem Cardinalis Car-
267 raſæ ad Pontificatum ſub nomine *Pauli IV.* vacaſ-
ſet *Archiepiſcopatus Neapolitanus* per ipſum antea
obtentus, quodque licet unus ex illis fuerit in ſen-
ſu pro affirmativa, ipſe tamen in contrariam abiit
ſententiam, quæ approbata fuit per Cardinalem *Pu-
268 teum*, in Theoria, & Praxi verſatiſſimum. Et cum
anno 1691. alter Archiepiſcopus Neapolitanus, *Car-
dinalis Pignatellus*, Petri Cathedram aſcendiſſet ſub
nomine *Innocentii XII.* Capitulum Cathedralis rite
exiſtimans Eccleſiam non vacaſſe, Vicarium Capitu-
larem non elegit.

269 Hinc quamplurima extant exempla Pontificum,
qui priores Epiſcopatus retinuerunt. *Clemens II.*
anno 1046. Pontifex electus, Epiſcopatum *Bam-
bergenſem* non dimiſit, *P. Pagius in Breviar. Geſtor.
Roman. Pontific. in vit. ejuſdem Clement. num.* 2.
ubi quod nec *Victor II.* Pontifex renunciatus *anno*
1055. Eccleſiam *Aiſtettenſem*. nec *Nicolaus II.*
electus *anno* 1508. Eccleſiam *Florentinam*, dimiſe-
runt. *S. Leo IX.* ex *Tullenſi* Epiſcopatu in Apoſto-
licam Petri Sedem tranſlatus anno 1049. Eccleſiæ
ſuæ titulo exui ſe noluit, ut poſt *Baron. ad annum*
1049. *Pagius in vita S. Leonis IX n.* 7. *Thomaſſin.
tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 3. *D. de Sanctis in Examin.
Conſiſtor. cap.* 2. *n.* 7. Suum quoque *Alexander II.*
priorem Epiſcopatum *Lucenſem*, poſtquam Apoſto-
licum Thronum anno 1061. *die* 30. *Octobris* aſcen-
dit, uſque ad obitum retinuit, ſolitus Conſtitutiones
ſuas his verbis ſubſcribere-- *Ego Alexander S. Ro-
manæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ Præſul, & Lucen. Epiſ-
copus.* ut poſt *Ptolomæum Lucenſem* obſervat *P. Pa-
gius in Vit. ejuſdem Alexandri n.* 3. *Thomaſſin. loco
mox laudato in fine. D. de Sanctis dict. cap.* 2. *n.* 7.
Et *Stephanus X.* ſeu ut alii rectius exiſtimant *IX.*
poſtquam ex *Abbate Caſſinenſi* Pontifex renunciatus
fuit anno 1057. *electionem Abbatis Caſſinenſis voluit
celebrari, non quidem, ut tunc ipſi viventi Pontifici
Abbas electus ſuccederet, ſed poſt obitum ſuum: vo-
luit enim vivens eſſe, ſicut Pontifex, ita Caſſinenſis
Abbas; exemplum Prædeceſſoris ſecutus* (Victoris
nempe II.) *qui cum eſſet Epiſcopus Aiſtettenſis, ip-
ſo vivente, neminem voluit ordinari ejus Eccleſiæ
Epiſcopum ſucceſſorem*-- ſunt verba *P. Pagii in Vi-
ta Stephani IX. num.* 3. *Thomaſſin. tom.* 2. *lib.* 2.
cap. 36. *num* 1. *in fin.* Retinuit quoque per aliquod
tempus *Paulus IV.* Eccleſiam *Neapolitanam*, cui
antea præerat, & Civitati, ac Clero ipſum exoran-
tibus, ut Eccleſiam Antiſtite alio in ejus locum
provideret, benigne reſpondit-- *Eccleſiam illam non
vacare: vivere adhuc eorum Archiepiſcopum. Nos
qui adhuc ſingulari proſecuti ſumus amore patriam,
& Eccleſiam Sponſam, Nos illi in poſterum eodem
affectu praevimus. Oldoin. in Addit. ad Ciaccon.
tom.* 3. *columu.* 827. *in Paulo IV.* Eamque Eccle-
ſiam Pontifex in adminiſtrationem poſtea conceſ-
ſit Cardinali *Alphonſo Carrafæ* Nepoti in *decimo
nono ætatis anno*, vel circa, conſtituto. Et poſtre-
mo ſa. me. *Benedictus XIII.* Eccleſiam *Beneventa-
nam*, cui per tot annos adeo laudabiliter præfue-
rat, uſque ad obitum retinuit, adſcito in ea ſibi
Coadjutore *Eminentiſſ. D. Cardinali Nicolao Coſ-
cia.* (*a*)

Quamplurimi itidem Summi Pontifices Penſio- 270
nes, quas in ſtatu Cardinalitio percipiebant, per
aſſumtionem ad Pontificatum extinctas non reman-
ſiſſe declararunt. Sic *Leo XI.* Penſionem annuam
ſcutorum mille ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis
Melphien. ad ſui favorem, dum Cardinalatus honore
fungebatur, reſervatam, per aſſumtionem ad Ponti-
ficatum non ceſſaſſe, nec extinctam remanſiſſe decre-
vit, ſed illam caſſavit, & de novo reſervavit ad fa-
vorem diverſorum ſuorum familiarium de Menſe A-
prilis 1605. Ex *Quinterno primo, & unic. Secret. ejuſ-
dem Leonis*; ſimilemque declarationem emiſit *Paulus
V.* quoad Penſionem ſcutorum mille, quam perci-
piebat ſuper fructibus Menſæ Archiepiſcopalis *Bur-
gen.* quamque caſſavit, & de novo favore Cardinalis
Burgheſii ex Sorore Nepotis reſervavit, ut ex Mo-
tu proprio impreſſo penes *Corrad. in Prax. Benefi-
ciar. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 14. Idem Pontifex *motu* itidem
proprio declaravit, reſervationem omnium, & ſingu-
lorum fructuum Eccleſiæ *Æſin.* ſibi factam. dum Car-
dinalatus honore decoratus erat, in ceſſione Regiminis,
&

(*a*) Noſtris etiam hiſce temporibus BENEDICTUS XIV. ſumma in Patriam charitate Eccleſiam Bononienſem, quam poſt Anconitanam regendam ſuſcepit, noluit dimittere.

& adminiſtrationis dictæ Eccleſiæ, cui tunc præerat tempore ſan. mem. *Clementis VIII.* per aſſumtionem ad Pontificatum non ceſſaſſe, nec expiraſſe, reſervationemque præfatam caſſando, eoſdem fructus de novo reſervavit ad favorem dicti Cardinalis Burghesii, ut *ex libro primo Secretorum Pauli V. de Menſe Junii* 1605. Et cæteris omiſſis exemplis, ſan. mem. *Innocentius XIII.* nonnullas Penſiones, quas percipiebat ſuper fructibus Menſarum Epiſcopalium *Egitanien. Miranden. & Pharaonen.* in Luſitania, per aſſumtionem ad Pontificatum non remanſiſſe extinctas declaravit, eaſdemque caſſavit, & ſic caſſatas de novo reſervavit pro Perſonis nominandis, cum derogatione Regularum *de conſenſu &c. de Jure quæſito non tollendo.* Et cum Decreto, quod perſolvantur Datariæ donec facta fuerit Perſonarum nominatio, ut ex Litteris Apoſtolicis *Apud S. Mariam Majorem* 1721. *Duodecimo Kalendas Februarii Pontificatus anno primo.*

271 Nonnulli quoque Pontifices Penſiones Titularibus, qui illas perſolvebant, remiſerunt, quam liberalitatem exercuit *Alexander VII.* ut legitur *in ejus Vita lib. 3. cap. 4.* ubi etiam aſſeritur, quod aliqui ex Prædeceſſoribus eas retinuerint, & poſtea tranſtulerint, prout Sanctiſſimus D. N. Clemens XII. retinet adhuc Penſionem, quam dum Cardinalatus honore fungebatur ſibi reſervavit ſuper fructibus Abbatiæ NN. per ipſum reſignatæ favore *R. P. D. Pacca.*

§. VIII.

De reſervatione Beneficiorum vacantium per aſſequutionem aliorum incompatibilium, quæ auctoritate Apoſtolica conferuntur.

ARGUMENTUM.

Beneficia vacantia per aſſequutionem aliorum incompatibilium, quæ auctoritate Papæ conferuntur, ſunt reſervata; cujus Reſervationis Auctorem extitiſſe fertur Joannem XXII. Incompatibilitas reſultat ex triplici capite, nempe ratione curæ, ſeu reſidentiæ, quarum diverſæ ſpecies recenſentur, ratione pluralitatis Beneficiorum, quorum unumquodque ſit de per ſe ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, & ratione conſiſtentiæ ſub eodem tecto. Capellaniæ Innocentianæ in Baſilica Vaticana erectæ, & Præpoſitura, nec non Capellaniæ ad Scalas Sanctas, ſunt preciſe reſidentiales. Beneficia plura reſidentialia retineri non poſſunt ſine Apoſtolica diſpenſatione; nec ſufficit illa Legati a Latere, vel Nuntii Apoſtolici, & exponitur praxis S. Sedis in indulgendo hujuſmodi diſpenſationes in Italia, Gallia, Hiſpania, Polonia, & Germania, ubi etiam diſpenſari ſolet, ut una Monialis plures Abatiſſatus retinere poſſit. Diſpenſatus tamen ad retinendum Canonicatum cum Parochiali, apud iſtam reſidere tenetur. Obtinenti unum Beneficium ſimplex ad congruam ſuſtentationem ſufficiens, non poteſt Ordinarius ſecundum conferre, nec tertium obtinenti duo Beneficia inſufficientia, etiam ſi agatur de Beneficiis juſpatronatus laicalis, niſi aliter lege fundationis caveatur; & ex quibus dignoſcatur Beneficium eſſe ad congruam ſuſtentationem ſufficiens? Beneficia duo ſimplicia ſub eodem tecto exiſtentia, quamvis de jurepatronatus laicali, retineri non poſſunt abſque Apoſtolica diſpenſatione; & quando dicantur eſſe ſub eodem tecto? Debent tamen eſſe uniformia, quod ſi difformia ſint, poteſt Epiſcopus ex cauſa ſuper eorum retentione diſpenſare. Conſuetudine introduci poteſt, quod quis duo Beneficia reſidentialia difformia, Canonicatum nempe etiam Theologalem, vel Magiſtralem cum Dignitate, in eadem Eccleſia retinere valeat abſque diſpenſatione Apoſtolica, ſine qua tamen Canonicus Pœnitentiarius retinere non poteſt Perſonatum, vel Dignitatem. Penſiones an cauſent incompatibilitatem ſub eodem tecto? Recenſentur diverſa jura, quæ variis temporibus circa vacationem Beneficiorum incompatibilium emanarunt, & an ad effectum vacationis primi requiratur pacifica poſſeſſio ſecundi Beneficii incompatibilis cum perceptione fructuum: & quid de ſtylo Datariæ? Examinatur quæſtio, an proviſi de Canonicatibus in illis Eccleſiis in quibus viget ſtatutum, ſeu conſuetudo non percipiendi fructus per aliquot annos, amittant incompatibilia, non adhuc annis carentiæ elapſis. Primum Beneficium vacans per aſſequutionem alterius incompatibilis Ordinaria auctoritate collati, non eſt reſervatum, niſi forte proviſus adipiſcatur poſſeſſionem ſecundi in Menſe reſervato; & dicitur auctoritate Ordinaria collatum etiam Beneficium illud, quod confertur ab Epiſcopo vigore Indulti conferendi reſervata, ſecus ſi à Cardinali Indultario; & aſſignatur diverſitatis ratio. Primum tamen Beneficium vacans per aſſequutionem ſecundi à Cardinali vigore Indulti collati, quamvis reſervatum vigore *Extravag. Ad regim. n.* poteſt ab eodem Cardinali ope ejuſdem Indulti conferri, quamvis nova Proviſio ſecundi Beneficii ſumenda eſſet à Sede Apoſtolica, dummodo tamen ab eadem ſuper illo imponenda non ſit Penſio.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Reprobatur* Burſat. *exiſtimans Auctorem Reſervationis, de qua* num. 3. *extitiſſe Clementem VI.*

2 *Auctor reſervationis præfatæ fuit Jannes XXII.*

3 *Beneficium vacans per aſſequutionem alterius incompatibilis Apoſtolica auctoritate collati, dicitur reſervatum.*

4 *Incompatibilitas ex triplici fonte oriri poteſt, Primo ratione curæ, & reſidentiæ, & exemplo oſtenditur.* num. 5.

6 *Beneficiæ ut ſint incompatibilia ratione curæ requiritur, quod hæc ſit Sacramentalis in foro pænitentiali.*

Et debet utrique Beneficio inhærere, ſecus ſi alteri tantum. num. 9.

7 *Beneficium habitu curatum non eſt incompatibile cum altero actu curato, vel reſidentiali.*

8 *Limita, niſi adſit ſpes proxima, quod habitus reducatur ad actum per reverſionem Parochianorum.*

10 *Præpoſitura in Germania, licet ſit prima Dignitas in Cathedrali, vel Collegiata, non eſt incompatibilis cum altero Beneficio reſidentiali. Et redditur ratio.*

11 *Quemadmodum nec Dignitas Sedem tantum honorariam habens in Cathedrali.*

12 *Diſtinguuntur tres ſpecies reſidentiæ, quarum altera continua, & præciſa, altera diſcontinua, tertia cauſativa.*

13 *Et ex his reſidentia continua, & præciſa producit incompatibilitatem cum alio Beneficio ſimilem reſidentiam requirente.*

14 *Reſidentia diſcontinua non cauſat incompatibilitatem, quando utrique Beneficio inhæret, ita ut utriuſque onera diverſis temporibus impleri poſſint.*

15 *Secus ſi unum Beneficium reſidentiam diſcontinuam, alterum præciſam requirat.*

16 *Ex privatione fructuum in caſu non reſidentiæ inducitur ſolum reſidentia cauſativa.*

17 *Intellige in dubio, ſecus ſi Beneficii fundator perſonalem reſidentiam requiſierit, & poſtea pœnam privationis fructuum in caſu non reſidentiæ adjecerit.*

18 *Obtinens Beneficium præciſe reſidentiale, non poteſt, ob non reſidentiam, eo privari, niſi prius mulctetur in fructibus, juxta diſpoſitionem Concilii Tridentini.*

19 *Reſidentia præciſa cenſetur excluſa ex facultate tributa Beneficiato adimplendi onera per ſubſtitutum.*

20 *Et poſſunt onera per ſubſtitutum adimpleri eo ipſo quod injuncta non fuit expreſſa obligatio ea adimplendi per ſe ipſum.*

21 *Quemadmodum cenſetur volita reſidentia præciſa, ſi Beneficiatus onera prædicta per ſe ipſum adimplere teneatur.*

22 *Capellaniæ Innocentianæ, in Baſilica Vaticana erectæ, ſunt reſidentiales, & incompatibiles cum alio Beneficio reſidentiali in aliena Diœceſi.*

23 *Præpoſitura ad Scalas Sanctas eſt reſidentialis, & cum Epiſcopatu incompatibilis.*

24 *Capellaniæ itidem ad eaſdem Scalas Sanctas ſunt incompatibiles cum Epiſcopatu, quia reſidentiales.*

25 *Capellania adnexum habens ſervitium Chori in Cathedrali, vel Collegiata, eſt reſidentialis, incompatibilis cum Canonicatu.*

26 *Vel ſi Capellanus aſſiſtere teneatur omnibus Officiis, & functionibus peragendis in Eccleſiæ Parochiali.*

27 *Ex præcepto injuncto Beneficiato continuo permanendi in loco Beneficii, an cenſeatur volita reſidentia præciſa?* Remiſſive.

28 *Duo Beneficia incompatibilia retineri non poſſunt abſque Apoſtolica diſpenſatione, non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium.*

29 *Paſſimque Rota conſuetudinem hanc improbavit.*

30 *Regula de Triennali non ſuffragatur obtinenti duo Beneficia incompatibilia abſque Apoſtolica diſpenſatione.*

31 *Et an ſuffragetur poſſeſſio decennalis, vel vicennalis?*

32 *Diſpenſatio ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium olim indulgeri poterat ab Epiſcopis, ſed hodie nonniſi a Sede Apoſtolica elargitur.*

33 *Et debet eſſe expreſſa, nec inducitur ex mentione primi Beneficii incompatibilis facta in proviſione Apoſtolica ſecundi.*

34 *Ad differentiam alterius diſpenſationis ſuper pluralitate Beneficiorum ſimplicium, pro qua ſufficit ſola expreſſio de aliis ſimplicibus obtentis.*

35 *Legatus a Latere vigore ſuarum ordinariarum facultatum diſpenſare non poteſt ſuper retentione Beneficiorum incompatibilium.*

36 *Redditur ratio, quia diſpenſare non poteſt contra Decreta Conciliorum Generalium, ex quibus interdicta fuit retentio Beneficiorum incompatibilium.*

37 *Nuncius Apoſtolicus nec diſpenſationem præfatam indulgere poteſt.*

38 *Amplia, etiam ſi fateatur, diſpenſandi facultatem fuiſſe ſibi à Sede Apoſtolica impertitam. Et redditur ratio* num. 39.

40 *Diſpenſatio ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium, quibus ex Cauſis a Sede Apoſtolica indulgeri conſuevit.*

41 *In Italia, Hiſpania, & Luſitania diſpenſari non ſolet ſuper retentione plurium Canonicatuum in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſiis.*

42 *Aliquando Sedes Apoſtolica in Regionibus præfatis indulſit retentionem Canonicatus cum Parochiali, vel duarum Parochialium modici reditus.*

43 *Et aliquando etiam Gratiam hujuſmodi diſpenſationis denegavit.*

44 *Diſpenſatus ſuper retentione Canonicatus, vel Dignitatis cum Parochiali in alio loco exiſtente, tenetur ex Conſtitut. S. Pii V. reſidere penes Parochialem. Et redditur ratio.* n. 45.

46 *Idque etiam ex antiquo ſtylo Datariæ, qua hujuſmodi reſidentiam præſcribebat.*

47 *Et reſidendo penes Parochialem, lucratur fructus omnes Canonicatus, vel Dignitatis, exceptis diſtributionibus quotidianis, aliiſque emolumentis, quæ abſentes ex juſta cauſa lucrari non ſolent.*

48 *Sed ipſas quoque diſtributiones, amiſſa tertia parte, lucratur, quando fructus omnes Canonicatus, aut Dignitatis, vel in ipſis diſtributionibus conſiſtant, vel ſint ita tenues, ut habeantur, ac ſi nulli eſſent.*

49 *Referuntur clauſulæ, quæ a moderno tempore apponi ſolent in Litteris diſpenſationis Apoſtolicæ ſuper retentione Canonicatus cum Parochiali.*

50 *Oſtenditur per clauſulas præfatas non remitti diſpenſato obligationem reſidendi penes Parochialem.*

Et explicatur Deciſio Sacræ Rotæ 160. *cor. Reverendiſſ. Criſpo.* ibidem.

51 *Diſ-*

51 *Diſpenſato ad retinendam Parochialem cum Canonicatu, Sac. Congregatio Concilii denegavit Indultum non reſidendi in Parochiali, & quare?*

52 *Indulſit tamen, ut quolibet anno abeſſe poſſet a Parochiali per ſex menſes, dummodo reſideret penes Canonicatum.*

53 *In Polonia Sedes Apoſtolica diſpenſat ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium etiam Curatorum, quando Cura Animarum per Vicarios perpetuos exerceri ſolet.*

54 *Et ubi cura per ſeipſos exerceri debet, aliquando indulget retentionem duarum Parochialium ad triennium, vel ad aliud certum tempus.*

55 *In Germania paſſim diſpenſatur ſuper retentione plurium Canonicatuum in diverſis Eccleſiis Cathedralibus.* & num. 57.

56 *Refertur exemplum retentionis ex diſpenſatione Apoſtolica ſex Canonicatuum in ſex Cathedralibus Eccleſiis Germaniæ.*

58 *Indulgeri etiam ſolet aliquando in Germania retentio Canonicatus cum Parochiali.*

59 *Diſpenſatio ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium in Germania concedi conſuevit nedum expreſſe, ſed etiam tacite.*

60 *Explicatur praxis hujuſmodi tacitæ diſpenſationis; traditur ejus origo, & oſtenditur eam eſſe contra juris diſpoſitionem.* & num. 61.

62 *In eadem itidem Regione Sedes Apoſtolica diſpenſat, ut plures Abatia, Dignitates principales in Collegiatis Secularibus, & utriuſque ſexus, per eamdem Canoniſſam retineri valeant.*

Referuntur quamplurima exempla ſimilium diſpenſationum.

63 *In Gallia Sedes Apoſtolica diſpenſare non conſuevit ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium.*

64 *Refertur exemplum indultæ retentionis Canonicatus cum Parochiali favore Perſonæ de Sede Apoſtolica optime meritæ.*

65 *Et alterum exemplum, quod una Monialis munus Abatiſſæ in duobus Monaſteriis exercere poſſet.*

66 *Plura Beneficia ſimplicia, etſi non reſidentialia, quorum unumquodque ſufficit ad congruam Beneficiati ſuſtentationem, ſunt incompatibilia.*

Et de rationibus hujuſmodi incompatibilitatis. Ibidem remiſſivè.

67 *Obtinenti Beneficium ſimplex ſufficiens, non poteſt Ordinarius alterum conferre, & ſi confert, primum vacat ipſo jure.* & num. 79.

68 *Et ex retentione utriuſque cum perceptione fructuum per duos Menſes, utrumque ipſo jure vacat.*

69 *Beneficia duo ſimplicia obtinenti non poteſt Ordinarius tertium conferre, etſi omnia ſimul ad congruam ſubſtentationem inſufficientia ſint.* & num. 80.

70 *Referuntur DD. contrarium ſentientes; ſed a priori ſententia non recedendum.* & n. 71.

Et facta collatione tertii, an vacent omnia vel primum, aut ultimum, ſeu potius cogendus ſit proviſus ad dimittendum pro ſui arbitrio unum ex illis? & num. 82. & 83.

72 *Improba eſt conſuetudo, quæ vigere dicitur in Hiſpania obtinendi auctoritate Ordinaria plura Beneficia ſimplicia, quamvis alterum ſit ſufficiens.* & n. 73.

74 *Maxime poſt Conſtitutionem ſan. me. Innocentii XIII. confirmatam per alteram ſan. me. Benedicti XIII.*

75 *In Gallia non ſervatur Decretum Tridentini quoad prohibitam retentionem plurium ſimplicium abſque Apoſtolica diſpenſatione, quando primum ſufficit pro congrua ſuſtentatione.*

76 *Refertur Diſputatio hac de re habita inter Theologos Pariſienſes* de annis 1235. & 1238.

77 *Nec non inſtantia nomine Regis Galliarum PP. Concilii Tridentini exhibita, ut unum tantum Beneficium uni conferretur, ſublata differentia inter compatibilia, & incompatibilia.*

78 *Diſpoſitio Conciliaris circa prohibitam retentionem plurium Beneficiorum ſimplicium, quando primum eſt ſufficiens, afficit etiam Beneficia de jurepatronatus laicorum*, & n. 79. & 80.

81 *Secus vero Legata Pia in titulum Beneficii Eccleſiaſtici non erecta.*

84 *Poteſt lege fundationis caveri, quod poſſit quis plura Beneficia ſimplicia retinere, etiam ſi primum ſit ſufficiens.*

85 *Quemadmodum, quod obtinens unum ſimplex, etſi tenue, ac inſufficiens, incapax ſit retinendi ſecundum.*

86 *Incompatibilitas non oritur ex acquiſitione ſecundi Beneficii, quando primum eſt ſufficiens, ſed ex retentione utriuſque.*

87 *Limita ſi voluntas fundatoris principio acquiſitionis reſiſtat, quia nempe mandaverit, præſentari non poſſe, qui aliud obtinet Beneficium.*

88 *Sed limitatio non procedit, quando Beneficio prius obtento quis ante præſentationem in manibus legitimi Superioris renunciavit.*

Et an ſuperior renunciationem admittere teneatur, quando renuncians ad illius titulum fuit ad Sacros Ordines promotus? num. 89.

90 *Item non procedit, quando Papæ narrata fuit lex fundationis, & ea non obſtante ſecundum Beneficium contulit.*

91 *Beneficium ſufficiens eſſe ad congruam ſuſtentationem ex quibus dignoſcatur?*

92 *Quæ onera ad hunc effectum deduci debeant?*

93 *Et an habenda ſit ratio redituum Patrimonialium Beneficiati?*

94 *Beneficia duo ſub eodem tecto exiſtentia ſunt incompatibilia, & quare?* num. 95 & 96.

97 *Amplia, etiamſi de jurepatronatus laicorum exiſtant.*

98 *Niſi aliter cautum fuerit lege fundationis, quam Epiſcopus in hoc approbare tenetur.*

99 *Legata Pia cum onere Miſſarum, non erecta in titulum Beneficii Eccleſiaſtici, etſi plura retineri poſſint ſub eodem tecto vel inſimul, vel una cum Præbenda.*

100 *Beneficia dicuntur eſſe ſub eodem tecto, quando ſunt vel intra Eccleſiam, vel in loco ei contiguo, qui dicatur pars ejuſdem Eccleſiæ.*

101 *Et ut ſint incompatibilia requiritur, quod ſint uniformia, ſecus ſi difformia, dummodo perſonalem reſidentiam ambo non requirant*, & num. 110.

102 *Uniformia non dicuntur duo Beneficia, quæ conveniunt in nomine, diverſum tamen habent miniſterium diverſis temporibus exercendum.*

103 *Hinc duæ Cappellaniæ ad diverſa Altaria, & cum diverſis oneribus in eadem Eccleſia erectæ, non ſunt incompatibiles, & abſque Apoſtolica diſpenſatione retineri poſſunt*, & n. 105.

104 *Contrarium.*

106 *Duo Beneficia difformia, ut retineri valeant ſub eodem tecto, requiritur expreſſa Epiſco-*

pi diſpenſatio. Et ex quibus cauſis indulgeri debeat?

107 De Stylo Cancellariæ duo Beneficia, etiam difformia ſub eodem tecto, ſunt incompatibilia.

108 Hujuſmodi ſtylus non tollit, quin Epiſcopus diſpenſare valeat ſuper eorum pluralitate.

109 Beneficia duo difformia ſub eodem tecto, in nonnullorum Sententia, etiam abſque Epiſcopi diſpenſatione retineri poſſunt.

110 Redditur ratio.

111 Beneficia duo difformia ſub eodem tecto, & ſi reſidentialia, puta Canonicatus cum Dignitate, vel Perſonatu, poſſunt concurrente conſuetudine, inſimul abſque diſpenſatione retineri.

Et hæc conſuetudo præſertim viget in Cathedralibus Hiſpaniæ, & à Sede Apoſtolica admittitur. num. 113.

112 Amplia, etiamſi quodlibet ex illis ſufficiat ad congruam ſuſtentationem.

114 Conſuetudo efficere non poteſt, ut quis ſit triplex in eadem Eccleſia, ideſt quod obtineat tria Beneficia, etiam difformia, abſque Apoſtolica diſpenſatione.

115 Canonicus Pœnitentiarius obtinere non poteſt Perſonatum vel Dignitatem in eadem Eccleſia, quia eſſet triplex.

Sed indultum ei aliquando fuit, ut una cum Canonicatu, Dignitatem in eadem Eccleſia obtineret. ibidem.

116 Poteſt tamen vigore Conſuetudinis eam obtinere Canonicus Theologus, vel Magiſtralis.

Et redditur ratio differentiæ inter utrumque caſum.

117 Penſio eſt incompatibilis cum Beneficio, vel altera Penſione ſub eodem tecto. Maxime de ſtylo Cancellariæ, quæ habet Penſionarium pro Beneficiato, & mandat in Litteris Apoſtolicis exprimi Penſiones, ſicut Beneficia. num. 119.

118 In Penſionibus, quæ expediuntur pro Palatinis, apponi conſuevit clauſula, etiam ſub eodem tecto.

Et impetrans Beneficium, ſi narret obtinere Penſionem ſuper fructibus alterius Beneficii, additur in ſupplicatione clauſula non tamen in eadem Eccleſia conſiſtentis. ibidem.

Hodie tamen clauſulæ præfatæ non amplius apponuntur. num. 123.

120 Penſionarius cenſetur Beneficiatus ad effectum Privilegii Fori.

121 De jure nec Penſio cum Beneficio, nec plures Penſiones ſub eodem tecto, cauſant incompatibilitatem.

122 Penſio in materia odioſa non venit appellatione Beneficii.

124 Nec eſt de jure exprimenda in impetratione Beneficii.

125 Minuſque in impetratione alterius Penſionis, niſi imponatur ſuper fructibus ejuſdem Beneficii antiqua Penſione gravati.

126 Duo Beneficia uniformia ſub eodem tecto adeo ſunt incompatibilia, ut nec vigore conſuetudinis immemorabilis retineri poſſit abſque diſpenſatione Apoſtolica. Declara, ut in num. 127.

128 Titulus Canonicatus ſuppreſſus, & acceſſorie unitus Dignitati, non cauſat incompatibilitatem cum altero Canonicatu in eadem Eccleſia.

129 Diſpenſatio Apoſtolica ſuper retentione duorum Beneficiorum uniformium ſub eodem tecto, debet eſſe expreſſa, nec ſufficit, quod obtineatur ſuper pluralitate Beneficiorum.

130 Enumerantur quinque tempora, in quibus diverſa jura emanarunt circa vocationem Beneficiorum incompatibilium, & num. 131. 132. 133. & 134.

135 Primum Beneficium non vacat niſi poſt adeptam poſſeſſionem ſecundi incompatibilis. Redditur ratio num. 136.

Et pluribus modis exemplificatur. Remiſſive num. 137.

138 Poſſeſſio ſecundi Beneficii incompatibilis ad effectum ut vacet primum, debet eſſe plena cum perceptione fructuum, vel majoris eorum partis.

139 Beneficia promoti ad Epiſcopatum etiam poſt Conſecrationem non vacant, quando Epiſcopus fructus Epiſcopatus percipere non poteſt.

140 De Statuto vigente in Eccleſiis Germaniæ, aliarumque Regionum, quod Proviſi de Canonicatibus carere debeant per aliquot annos eorum fructibus.

141 Proviſi de Canonicatibus in Eccleſiis præfatis non amittunt incompatibilia, niſi elapſo tempore carentiæ. & num. 142.

143 Contrarium attenta diſpoſitione Concilii Tridentini, & Conſtitutione S. Pii V.

Et quid dicendum, ſi diſpoſitio Conciliaris, & Conſtitutio Piana in aliquibus Eccleſiis receptæ non ſint. num. 147.

144 Quando fructus primi anni reſervantur hæredibus Canonici defuncti, tunc poſt adeptam poſſeſſionem Canonicatus vacant Beneficia compatibilia, per Canonicum de novo proviſum obtenta, quia perceptio fructuum in tali caſu non aufertur, ſed differtur.

145 Secus quando applicantur fabricæ Eccleſiæ, vel alteri pio uſui.

146 Aut Canonicis, ſive Menſæ Capitulari, vel Epiſcopali.

148 Contrarium, quod poſt adeptam poſſeſſionem Canonicatus ſemper vacent Beneficia incompatibilia, ſive fructus applicentur hæredibus, ſive pio uſui, ſive Menſæ Capitulari, aut Epiſcopali. Et ita judicatum.

149 Maxime quando proviſus de Canonicatu percipit, vel percipere poteſt majorem partem fructuum.

150 Aut diſtributiones quotidianas.

151 Vel ſi Papa ſciens adeſſe in Eccleſia Statutum circa carentiam fructuum, primum Beneficium incompatibile alteri conferat.

152 Sedes Apoſtolica non attendit Statuta, & conſuetudines circa annos carentiæ.

153 Decretum irritans, quo Apoſtolicæ Conſtitutiones muniuntur, quemcumque uſum illis contrarium infringit.

154 Poſſeſſio ſecundi Beneficii incompatibilis non inducit vacationem primi, niſi ſit pacifica abſque ulla moleſtia, ſive de jure, ſive de facto.

155 Et ob id in proviſione ſecundi Beneficii præfigitur tempus duorum Menſium ad dimittendum primum.

156 Intellige, ut non adepta pacifica poſſeſſione ſecundi, non inducatur vacatio primi in præjudicium Proviſi, ſecus in præjudicium Tertii impetrantis primum tanquam vacans per aſſequutionem ſecundi incompatibilis, juxta Conſil. Caſtrenſis 265.

157 De variis limitationibus, & declarationibus ad dictum Conſil. Caſtrenſ. Remiſſive.

158 De Stylo Datariæ in proviſione Apoſtolica ſecundi

cundi Beneficii incompatibilis aliquando apponitur Decretum vacationis primi eo ipſo.

159 *Et ſtante hujuſmodi Decreto, ſtatim inducitur vacatio primi, quod unico contextu conferri ſolet.*

160 *Aliquando apponitur Decretum* de dimittendo, *vel intra duos Menſes, vel cum poſſeſſionem ſecundi quis adeptus fuerit.*

161 *Decretum hujuſmodi operatur, ut primum Beneficium non vacet, niſi poſt adeptam poſſeſſionem ſecundi, continuatam per duos Menſes, ſi ita in Decreto caveatur.*

Amplia ſive agatur de præjudicio Proviſi de ſecundo, ſive inter duos impetrantes. Et redditur ratio. num. 167.

Quod ſi poſſeſſionem ſecundi non adipiſcatur, & non ſteterit per Proviſum illam adipiſci, Dataria non aliter de primo diſponit, quam per obitum illius Obtentoris. n. 165.

162 *Decretum ſupradictum inducit tacitam diſpenſationem retinendi primum Beneficium uſque ad tempus dimiſſionis faciendæ, quæ diſpenſatio taxam expenſarum adauget.*

Hinc eſt quod fieri non ſoleat contemporanea proviſio primi, ſed expectatur adimplementum conditionis de adepta poſſeſſione ſecundi Beneficii incompatibilis. num. 164.

Et ſi aliquando expleta fuit, id per errorem evenit. num. 166.

163 *Stante ſupradicto Decreto* de dimittendo, *ut judicatur vacatio primi Beneficii, requiritur exhibitio novæ ſupplicationis ſignandæ à Papa, qui declaret tunc vacare Beneficium.*

168 *Proviſus de ſecundo Beneficio incompatibili cum Decreto dimittendi primum, manutenendus eſt in illius poſſeſſione, donec probetur, quod eidem Decreto locus factus ſuit.*

169 *Amplia etiam ſtante Decreto irritanti, quod adjici ſolet Decreto* de dimittendo.

170 *Intellige in dubio, ſecus ſi conſtet de pacifica utriuſque Beneficii poſſeſſione cum perceptione fructuum ſecundi.*

171 *In Promotione ad Eccleſias Cathedrales apponi ſolet Decretum, quod Beneficia per Promotum obtenta vacent eo ipſo, ſuſpenſo tamen vacationis effectu uſque ad obitum.*

172 *Et Beneficia præfata illico vacant apud Sedem, ſed non providentur, niſi poſt obitum Promoti.*

173 *Beneficium vacans per aſſequutionem alterius incompatibilis Ordinaria auctoritate collati, non eſt reſervatum vigore* Extravag. Ad regimen.

Poteſt tamen eſſe reſervatum vigore Regula IX. ſi poſſeſſionem ſecundi quis adipiſcatur in Menſe Apoſtolico. num. 176. 178. & 184.

174 *Auctoritate Ordinaria collatum dicitur Beneficium, de quo Epiſcopus diſpoſuit vigore Indulti conferendi reſervata.*

177 *Beneficia reſervata optioni non ſubjacent.*

Amplia etiam ſi eorum collatio ſpectet non ad Papam, ſed ad Cardinalem Indultarium. num. 183.

179 *Reſervatur vigore* Extravag. Ad regimen *Beneficium vacans per aſſequutionem alterius incompatibilis, ſive à Papa, ſive ab alio, auctoritate Apoſtolica conferatur.*

Sed in Germania requiritur, quod proviſio ſecundi fiat immediate à Papa. num. 175.

180 *Beneficium vacans per aſſequutionem alterius incompatibilis à Cardinali Epiſcopo, non uti Ordinario, ſed vigore Indulti collati, ſubjacet reſervationi* Extravagant. Ad regimen.

181 *Proviſio facta à Cardinali Epiſcopo vigore Indulti, cenſetur ac ſi ab ipſomet Papa expleta fuiſſet.*

182 *Indulta Cardinalium non ſolum removent obſtacula reſervationum, ſed aliquid etiam de novo concedunt, itaut Cardinales conferre dicantur auctoritate delegata Pontificis.*

184 *Proviſus de ſecundo Beneficio incompatibili auctoritate Papæ, etiam ſi illius poſſeſſionem adipiſcatur in Menſe Ordinario, adhuc primum remanet ſemper reſervatum.*

185 *Primum Beneficium vacans per aſſequutionem ſecundi incompatibilis à Cardinali vigore Indulti collati, etſi reſervatum vigore* Extravag. Ad regimen, *adhuc ſpectat ad illius collationem vigore ejuſdem Indulti.*

186 *Amplia etiam ſi Proviſus de ſecundo teneatur ad formam Indulti novam proviſionem à Sede Apoſtolica reportare.*

Redditur ratio. num. 187.

188 *Cardinalis Indultarius conferre non poteſt primum Beneficium vacans per aſſequutionem ſecundi incompatibilis ab eo collati, quando ſuper iſto imponenda eſt Penſio à Dataria. Et redditur ratio.*

A Clemente VI. anno 1342. inductam fuiſſe
reſervationem primi Beneficii vacantis per
aſſequutionem ſecundi incompatibilis, Apoſtolica
auctoritate collati, exiſtimat *Burſatt. conſil.* 126.
num. 96. Sed quam male deprehenditur ex ipſamet 1
Extravag. ad regimen longe ante promulgata a
Benedicto XII. anno nempe 1335. in qua hujuſmodi
reſervatio aperte legitur.

Probabilius autem Reſervationis præfatæ Auctorem
exititiſſe Joannem XXII. cenſet *Baluzius in* 2
Notis ad vitas Paparum Avenionenſium pag. 722.
ubi hæc ſcribit -- *Præterea ſequentem adnotationem, quæ id docet, reperimus in veteri Codice manuſcripto Bibliotheca Regiæ continente varias Joannis XXII. Epiſtolas Decretales, in Codice* 349. *Bibliothecæ Colbertinæ, & in Regeſtro Cancellariæ Apoſtolicæ compoſito à Theodorico de Niem -- Anno Domini* 1316. 17. *Kalendas Octobris Lugduni Sanctiſſimus Pater, & Dominus Joannes Papa XXII. Pontificatus ſui anno Primo reſervavit Suæ, & Sedis Apoſtolicæ collationi omnia Beneficia Eccleſiaſtica, quæ fuerunt, & quocumque nomine cenſentur, ubicumque ea vacare contigerit per acceptationem alterius Beneficii, prætextu gratiæ ab eodem D. Papa factæ, vel faciendæ acceptati, mihique G. Vice-cancellario ſuo præcepit inpræſentia Magiſtri Petri Fabri, qui hæc ad memoriam redigerem in ſcripturam.*

In dicta itaque *Extravag. Ad regimen* reſervan-
tur Beneficia vacantia per aſſequutionem aliorum 3
incompatibilium, quæ auctoritate Papæ conferantur,
ut in *verſic. Nec non etiam, quæ per aſſequutionem &c. Simonett. de Reſerv. Quæſt.* 26. *n.* 1. *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 15. §. 2. *nu.* 13. *& gloſſ.* 51. *n.* 36. *Garc. de Benef. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 52. *Pax Jordan. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 28. *n.* 69. *Vivian. de Jurepatronat. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 519. *Barboſ. in dict. Extravagant. Ad regimen num.* 15. *Kochier ad hanc Regul. prim. verſ. ſeptimus caſus, Caſtropal. oper. moral. tom.* 2. *tractat.* 13. *diſputat.* 2. *punct.* 17. *Rot. deciſ.* 704. *num.* 9. *cor. Coccin.* ubi quod proinde optari non poſſint, *& dec.* 729. *num.* 2. *cor. Cerro.*

Hujuſmodi autem incompatibilitas ex triplici ca-
pite evenire poteſt, ut ait *Pax Jordan.* qui mate- 4
riam pleniſſime examinavit *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.*
28. à *num.* 5. primo ratione curæ, & reſidentiæ, de

qua incompatibilitate agitur in *cap. de multa, de Prabend. & in cap. Ordinarii, de offic. Ordinar. in 6. & in Extravagant. Execrabilis, de Præbend. & in Concil. Trident. Seſſ. 7. cap. 4. de Reformat. Antonell. de Regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 3. n. 2. & ſeqq. Ventrigl in Prax. tom. 1. annot. 17. §. 1. per tot. Van Eſpen in jus Eccleſ. univ. part. 2. tit. 20. cap. 4. num.* 3. Et
5 poteſt exemplo oſtendi in duobus Beneficiis actu Cu-
ratis, ut in Parochiali, & Vicaria, *Thomaſſin. de Benefic. tom. 1. lib. 2. cap.* 27. In Canonicatu, & Vicaria, *Rot. cor. Molines deciſ. 5. n. 2. cor. clar. mem. Card. Caprara deciſ. 644. num.* 2. ubi de Beneficio habente ſervitium Chori cum Vicaria, & in *Friſingen. Canonicatus 9. Januarii 1705. cor. clar. memor. Card. Scotta, & in Cracovien. Canonicatus 11. Maii 1705. cor. Omaña.* Et Sacra Congregatin Concilii *in Caſertana 8. Auguſti 1716. ad* 1. & de Archipresbyteratu, & Canonicatu, *Rot. in Burgi, ſeu Civitatis S. Sepulchri Canonicatus 4. Decembris 1705. §. Certius coram Anſaldo.* De Decanatu, & Canonicatu, *Rot. deciſ. 284. num. 3. & 4. cor. Reverendiſſ. Criſpo.* De duobus Canonicatibus in diverſis Collegiatis, *Rot. in Moguntina Canonicatus 6. Aprilis 1696. §. Qualitates cor. Urſino*, impreſſ. *in Mantiſſ. ad ornat. Card. de Luc. tom. 2. lib. 12. deciſ. 6.* Et de duobus Canonicatibus, uno in Collegiata, & altero in Cathedrali, *Rot. in Monaſterien. Canonicatus 9. Decembris 1712. cor. Reverendiſſ. Aldrovando, & 19. Junii 1713. cor. clar. me. Card. Scotta.*

Sed non omnis Cura, ſeu juriſdictio reddit Beneficium incompatibile: non enim ſufficit Cura tempo-
6 ralis, vel ſpiritualis in Foro contentioſo, quæ ver-
ſatur in excommunicando, ſuſpendendo, & abſolvendo; ſed requiritur actualis Cura Sacramentalis in Foro Pœnitentiali, quæ verſatur circa Forum interius, *Gratian. diſceptat. 133. num. 29. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 6. à num. 59. uſque ad 64. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 3. cap. 5. num. 14. Lotter. de re Beneficiar. lib. 1. quæſt. 20. num. 28. 30. & 31. Ventrigl. in Prax. par. 1. annot. 13. §. 1. num. 22. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 3. num. 97. & 98. & part. 3. cap. 2. §. 1. ſub num.* 183. ubi refert reſolutionem Sacræ Congregationis Concilii, & ex ejuſdem mente *Rot. deciſ. 351. n. 4. & ſeqq. & deciſ. 594. n. 7. cor. Penia, & in Nullius, ſeu Urgellen. Præpoſitura 8. Junii 1685. §. Et quidem cum ſeqq. coram Paulutio.*

Quemadmodum nec Cura habitualis ſufficit ad
7 cauſandam incompatibilitatem cum alio Beneficio
actu curato, vel reſidentiali, *Can. Paſtoralis 7. Quæſt. 1. Jo. Andr. in cap. licet Canon de Elect. in 6. Abas in cap. de multa num. 24. de Prabend.* ibique *Fagnan. num. 38. & in cap. Extirpandæ num. 42. & ſequen. eod. tit. Felin. in cap. Poſtulaſti num. 3. verſ. Ex iſto de Reſcript. Hojeda de incompatibil. Benefic. part. 2. cap. 6. num. 2. & ſeqq.* late *Guttierez allegat. 8. per tot. Pariſ. de Reſignat. lib. 3. quæſt. 1. num. 94. Gonzal. ad Regul. VIII. Cancellar. gloſſ. 6. nu. 89. & 90. Pirbing. in jus Canon. lib. 3. tit. 5. ſect. 3. num. 150. Azor. Inſtitut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 8. quæſt. 9. Rot. deciſ. 179. num. 2. & ſeqq. part. 2. & dec. 341. num. 3. & ſeqq. par. 15. Rec. & in Cracovien. Canonicatus 11. Maii 1705.*
8 *§. Non tamen cor. Omaña.* Niſi adſit ſpes proxi-
ma, ut habitus reducatur ad actum per reverſionem Parochianorum. Cum enim Beneficium habitu curatum reguletur uti Beneficium ſimplex, ex ea præcipua ratione, quod ceſſante cauſa incompatibilitatis, & reſidentiæ, eo quod Eccleſia caret Populo, & Incolis, & ſic deficiente materia, in qua Rector Eccleſiæ officium paſcendi Oves exerceat, debeat etiam ceſſare effectus; Ratio iſthæc locum ſibi non vindicat, ubi effulget ſpes proxima reverſionis Parochianorum, nam juris interpretatione, non videtur divertiſſe Populus, qui ſtatim eſt reverſurus, ut bene diſtinguit *Fagnan. in dict. cap. Extirpandæ n. 48. & ſeqq. & in dict. cap. De multa à num. 43. Pirbing. dict. ſect. 3. à num. 150. D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap. 4. num. 99.*

Inſuper ad hoc ut inducatur incompatibilitas ratione curæ, ſeu reſidentiæ, hæc adeſſe debet in
utroque Beneficio, nam ſi in uno deficit, non intrat 9
incompatibilitas cum altero eam habente *cap. De multa, De Prabend. cap. Quia nonnulli, de Cleric. non reſiden. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 17. de Reformat. verſ. Liceat aliud, Hojeda de incompatibil. part. 2. cap. 1. & 2. per tot. Rot. deciſ. 483. nu. 1. & 3. pars. 1. diverſ. cor. Bich. deciſ. 13. nu. 3. cor. Roxas deciſ. 10. in fine, in dicta Nullius, ſeu Urgellen. coram Paulutio §. Quibus poſitis*, cum concordantibus, *in Nullius, ſeu Piſcien. Beneficii 13. Maii 1720. §. Et ſane cor. Gamaches.*

Hinc in Germania Præpoſitura, licet ſit prima
Dignitas, non inducit incompatibilitatem cum Cano- 10
nicatu, quia Præpoſitus non habet onus reſidendi, nec votum, & locum in Capitulo, neque aliquam exercet juriſdictionem, *Rot. deciſ. 65. & ſeqq. cor. Molines, & deciſ. 101. num. 1. cor. Benincaſa, & in Leodien. Præpoſitura 3. Martii 1684. §. Secundo*
quod, cor. Albergata, & generaliter, quod Dignita- 11
tes, quæ non habent reſidentiam, quia nomine tenus ſunt Dignitates, ut in multis locis ſunt Archidiaconatus, Sedem tantum honorariam habentes in Eccleſia, & de redditibus, ac proventibus Maſſæ communis non participantes, non ſint incompatibilia cum aliis Dignitatibus, vel Beneficiis reſidentialibus, *Abas in cap. De multa n. 21. & 22. Fagnan. in cap. Ad hæc n. 47. & ſeqq. de Præben. Lotter. de re Benefic. lib. 3. quæſt. 27. n. 30. Garc. de Benefic. part. 3. cap. 2. ſub n. 465. Barboſ. de Canon. cap. 25. ſub n. 21. Azor. Inſtitut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 13. quæſt. 6. & cap. 14. quæſt. 5. Rot. deciſ. 17. alias 442. de Prabend. in nov. coram Buratt. deciſ. 852. in fin. & in dicta Nullius, ſeu Urgellen. cor. Paulutio §. Nec aſſiſtit cum plurib. ſeqq. & in Romana Præpoſitura 4. Aprilis 1729. cor. Reverendiſſ. Aldrovando.*

Item hujuſmodi reſidentia debet eſſe perſonalis præciſa, & continua, non autem cauſativa, diſcon-
tinua, & temporalis. Ad effectum enim, de quo agi 12
tur, tres diſtinguendæ ſunt ſpecies reſidentiæ. Prima dicitur continua, ſimplex, & præciſa, ſub pœna privationis Tituli, ſi Beneficiatus non reſideat. Secunda nuncupatur diſcontinua, quæ Beneficiatum obligat ad reſidendum in certis diebus, & horis; Et tertia continua, ſed non *præciſe*, ſed tantum *cauſative* ſub pœna privationis fructuum, *DD. in cap. final. de Cleric. non reſiden. Hojed. de incompatib. Benefic. part. 1. cap. 17. n. 35. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 15. n. 20. & ſeqq. Roſ. de Execut. Litterar. Apoſtolicar. part. 1. cap. 7. num. 284. Panimol. deciſ. 31. annotat. 1. num. 4. Rot. deciſ. 1229. & 1249.* utrobique *num. 3. cor. Molines, & in Cracovien. Archidiaconatus 12. Maii 1690. §. Propterea cor. Muto, & in Pampilonen. Beneficii de Allo 13. Februarii 1705. §. Ad effectum, & ſeqq. cor. Caffarello.*

Ex his autem reſidentiis illa, quæ eſt continua,
ſimplex, & præciſa ſub privatione Tituli, & pœ- 13
na amiſſionis Beneficii, inducit incompatibilitatem cum alio Beneficio reſidentali, ſecus in aliis duobus caſibus, quando reſidentia non eſt niſi ad certum tempus, aut quando eſt cauſativa reſpectu privationis fructuum, ut communiter diſtinguunt *Navarr.*

conſ.

conſ. 4. de Cleric. non reſident. Gonzal. ad Regul. 8.
gloſſ. 15. n. 23. Garc. de Beneſic. part. 11. cap. 5. n.
261. Amoſtaz. de Cauſ. piis lib. 3. cap. 12. num. 5.
Pax Jordan. lucubrat. Canon. tom. 2. lib. 10. tit. 28.
num. 21. Card. de Luc. de Beneſic. diſcurſ. 57. num.
7. & diſc. 58. num. 3. Rot. deciſ. 182. num. 7. part.
8. deciſ. 508. num. 8. & 9. part. 19. cor. Cavaler. de-
ciſ. 551. num. 5. & 6. cor. Priolo deciſ. 175. num. 7.
cor. Cerro dec. 247. nu. 3. & ſeqq. cor. Molines de-
ciſ. 516. num 14. deciſ. 1220. num. 3. deciſ. 1229.
num. 3. & ſeqq. in Gerunden. Elemoſynæ Panis ſu-
per Reſidentia 3. Julii 1711. §. Quo vero, cor. clar.
mem. Card. Priolo, in Nullins. ſeu Piſcien. Beneficii
13. Maii 1720. §. Qua cum ita, cor. Gamaches, in
Gerunden. Beneficii 3. Julii 1722. §. Similiter, cor.
Criſpolto, in Pampilonen. Beneficii de Carcar. 26. Ja-
nuarii 1728. §. Cum cum, cor. Reverendiſſ. Aldro-
vando, & in Romana Præpoſiture 4. Aprilis 1729.
§. Spectato cor. eodem. Et conferunt reſolutiones Sa-
cræ Congregationis Concilii in *Ferrarien. Cappel-*
laniæ 3. Martii 1703. ut in lib. 53. Decretor. pag.
73. & in alia *Ferrarien. Cappellaniæ 27. Martii*
1707. ut in lib. 57. Decretor. pag. 98.

Sed quod attinet ad reſidentiam diſcontinuam,
14 hæc tunc incompatibilitatem non cauſat, quando
utrique Beneficio inhæret, ita ut utriuſque Benefi-
cii onera poſſint per eumdem Beneficiatum diverſis
temporibus adimpleri, ut decrevit Sacra Congre-
gatio Concilii in *Novarien. 12. Decembris 1708. ad*
4. Rot. in Mediolanen. Canonicatus 2. Julii 1706.
§. Accedente, coram clar. mem. Card. Scotto. Quod
15 ſi unum Beneficium expoſtulet reſidentiam præ-
ciſam, eſto alterum requirat reſidentiam diſconti-
nuam, adhuc ambo erunt incompatibilia, *Garc. de*
Beneſic. part. 11. cap. 5. num. 85. & ſeqq. Ventrig. in
prax. part. 1. annot. 17. §. 1. num. 6. Piton. de con-
trov. Patron. allegat. 27. n. 20. diſcept. Eccleſ. 142.
num. 6. & ſeqq. Rot. cor. clar. mem. Card. Falcone-
rio, tit. de Beneſic. deciſ. 1. num. 11. & 12. & in Au-
guſtana Canonicatus 1. Julii 1715. §. In quibus ter-
minis, coram clar. me. Card. Scotto.

Ut etiam, quod diximus, ex privatione fructuum
16 in caſu non reſidentiæ non induci niſi reſidentiam
cauſativam, intelligi debet in dubio, & quando
aliter ſive expreſſe, ſive tacite, non colligitur ex
ipſa Beneficiorum fundatione; Nam ſi Fundator
17 perſonalem reſidentiam requiſiverit, etſi pœnam
privationis fructuum in caſu non reſidentiæ adjece-
rit, non exinde inferri poteſt, quod ſolum exopta-
verit reſidentiam cauſativam, cum talis pœna ad effe-
ctum præfatum ſit nimium vaga, & æquivoca, dum
etiam qui obtinent Beneficia præciſe reſidentialia,
18 antequam ipſis priventur ob non reſidentiam, prius
mulctari debent in fructibus, juxta diſpoſitionem *Sa-*
cri Concilii Tridentini ſeſſ. 24. cap. 12. Aliud enim
eſt, quod obligatus præciſe ad reſidendum, ſi non
reſideat poſſit privari titulo, & Beneficio, aliud,
quod neceſſarium ſit, ut in fundatione hæc pœna
adjiciatur. Primum eſt verum, ſecundum falſum,
quia licet non expreſſa, ſubintelligitur de jure, *Piton.*
de Controverſ. Patron. allegat. 27. n. 14. & diſceptat.
142. num. 3. Rot. deciſ. 140. num. 4. & ſeqq. part. 4.
Recent. & deciſ. 446. num. 13. & ſeqq. coram Lan-
cetta, & in Valentina Beneficii 17. Februarii 1696.
cor. Olmo.

Ex quibus autem evincatur, Fundatorem exoptaſ-
ſe reſidentiam potius præciſam, quam cauſativam,
vel è contra, certa, firmaque Regula tradi non po-
teſt, cum præciſive a verbis unam potius, quam al-
teram reſidentiæ ſpeciem expreſſe præſeferentibus,
totum pendeat a veriſimili illius mente ex facti circū-
ſtantiis declaranda. Si enim præſcriptis Beneficiato
certis oneribus, mandetur, quod illa per ſubſtitutum
adimpleri poſſint, nunquam dici poterit volita reſi-
dentia præciſa, Sac. Congreg. Concilii *in Civitatis* 19
Caſtelli 19. Maii 1708. Rota in Pampilonen. Benefi-
cii 13. Februarii 1705. §. Idcirco in fin. coram Caſſa-
rello, & in Mediolanen. Canonicatus 2. Julii 1706.
§. Alter cor. cl. mem. Card. Scotto, & in Nullius
ſeu Piſcien. Beneficii 5. Maii 1719. §. 10. & 13. co-
ram Gamaches, & 13. Maii 1720. §. Et ſane, in
fin. coram eodem, & in Romana Præpoſituræ 4. A-
prilis 1729. §. Quodque, cum duobus ſeqq. coram
Reverendiſſ. Aldrovando, ubi in §. *Atque hinc* fir-
matur etiam, quod ſi non adeſt præceptum adim- 20
plendi onus per ſeipſum, poteſt recte adimpleri per
miniſterium ſubſtituti, quamvis id expreſſum non
fuerit.

E contra vero cenſetur Fundatorem exoptaſſe
reſidentiam præciſam, ubi mandavit, quod Bene- 21
ficiatus injuncta onera per ſe ipſum adimplere de-
beat, qua ratione Cappellanias Innocentianas in
Baſilica Vaticana fundatas cum onere Miſſarum 22
per ipſoſmet Cappellanos celebrandarum, eſſe reſi-
dentiales, & proinde incompatibiles cum Canoni-
catu in altera Diœceſi, firmavit *Rot. deciſ.* 140.
part. 4. tom. 1. Recent. Præpoſituram quoque, & Cap-
pellanias ad Schalas Sanctas ob injunctam Præpoſito, 23
& cappellanis obligationem celebrandi per ſe ipſos,
eſſe præciſe reſidentiales, ac ob id incompatibiles
cum Epiſcopatu, decrevit S. Congregatio Concilii,
quoad Præpoſituram *in Romana Præpoſituræ 1. Apri-*
lis 1719. Et quoad Cappellanias, in altera *Romana* 24
27. Januarii 1728.

Cenſeri itidem reſidentialem Cappellaniam, quæ 25
adnexum habet ſervitium Chori in Cathedrali, vel
Collegiata, & per conſequens incompatibilem eſſe
cum Canonicatu, vel alio Beneficio reſidentiali, plu-
ries decreviſſe Sac. Congregationem Concilii, teſtan-
tur *Fagnan. in cap. Ut Abates, de ætat. & qualit. Garc.*
de Beneſic. part. 11. cap. 3. n. 243. Barboſ. in ſumm.
Apoſtolic. deciſ. verb. Cappellania n. 2. & de Jur. Ec-
cleſ. univ. lib. 3. cap. 5. num. 28. Antonell. de Regim.
Eccleſ. lib. 3. cap. 3. num. 6. in fine, Panimoll. deciſ.
130. n. 12. Piton. de Controv. Patron. allegat. 27.
num. 5. & ſeqq. & n. 15 Rot. in Valentina Beneficii
17. Februarii 1696. §. Nec obſtat, cor. Olmo. Et 26
quod ſit præciſe reſidentialis Cappellania, cujus
poſſeſſori injunctum erat onus *d'aſſiſtere a tutti li*
Divini Officj, e funzioni, che ſi faranno in qualſi-
voglia tempo nella Chieſa Parrochiale, reſolvit ea-
dem Sac. Congregatio Concilii in *Nepeſina Cappel-*
lania 16. Novembris 1708. & 5. Septembris 1710.
Et in eadem cauſa ſcribens *Piton de controv. Pa-*
tron. allegat. 28. per tot. An autem ex præcepto 27
injuncto Beneficiato continuo vivendi in loco Be-
neficii, volita cenſeatur reſidentia præciſa, exami-
nat *Piton. de Controv. Patron. allegat. 27. n. 9. &*
27. §. Ad materiam, & ſeqq. Garc. de Beneſic. part.
7. cap. 1. num. 87.

Sed adeo fortis eſt incompatibilitas, quæ oritur ob
reſidentiam requiſitam in utroque Beneficio, ut
nullo modo admittatur contraria conſuetudo retinen- 28
di duo Beneficia ſic incompatibilia abſque Apoſto-
lica diſpenſatione. Cum enim aliquando præten-
ſum fuerit, talem vigere conſuetudinem in Ger-
mania, *Amayd. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 17. n. 26.*
& ſeqq. Eam Rota ſemper improbavit, nedum quia 29
in facto non evincebatur, ex quo paſſim Germani re-
currunt ad Sanctam Sedem pro obtinenda diſpenſa-
tione ſuper retentione plurium incompatibilium; ve-
rum quia probata non relevaret, tanquam contraria
diſpoſitioni Juris, & Sac. Concilii Tridentini; ideoque
quoties occaſio ſe præbuit hac de re diſputandi, ſem-

per reſpondit pro vacatione Beneficiorum incompa-
tibilium, juxta Cenſuram *Text. in Extravag. Exe-
crabilis, de Præben.* ut præceteris *in deciſ. 266. co-
ram Cerro, & deciſ. 600. coram Manzaned. deciſ.
221. n. 15. & ſeqq. coram bon. mem. Lanceтта, de-
ciſ. 284. nu. 14. coram Reverendiſſ. Criſpo, deciſ. 8.
n. 19. & 23. coram cl. mem. Card. Falconerio tit. de
Reſcript. & in Moguntina Canonicatus 6. Aprilis
1696. cor. Urſino, & 1. Aprilis 1697. coram dell'
Olmo, & in Auguſtana Canonicatus 14. Decembris
1708. coram Reverendiſſimo Aldrovando*, cum aliis
in altera *Auguſtana Canonicatus 1. Julii 1715. §.
Æque, cor. clar. mem. Card. Scotto.*

Minuſque obtinenti duo Beneficia incompatibilia
30 ſuffragari poteſt Regula de Triennali; hæc enim
fundatur in præſumta diſpenſatione, quæ nequit
habere locum contra Decreta Concilii emanata ad-
verſus retentionem plurium Beneficiorum incompa-
tibilium, ut pluries reſolutum fuiſſe a Sac. Con-
gregatione Concilii teſtatur *Garc. de Benefic. part.
11. cap. 5. n. 379.* & Nos late *in commentar. in Re-
31 gul. XXXVI. de Triennali*, ubi etiam, an ſuffrage-
tur decennalis, vel vicennalis poſſeſſio.

Ut igitur duo Beneficia reſidentialia inſimul reti-
32 neri poſſint, omnino neceſſaria eſt diſpenſatio, quæ
olim indulgeri poterat ab Epiſcopis, ut oſtendunt
*Van Eſpen. in Jus Can. part. 2. tit. 20. cap. 4. n. 11.
Dartiſ. Oper. Canon. tract. de Beneſ. ſect. 9. cap. 2.
de plural. Benefic. §. Et hac, pag. 97. Altaſer. de
Juriſdict. cap. 14. Thomaſſin. de Benefic. part. 2. lib.
3. cap. 7. à n. 1. & part. 2. lib. 1. cap. 61. à n. 7. &
ſeqq.* ſed hodie poſt Decretum Innocentii III. edi-
tum in Concilio Lateranenſi III. & relatum in *cap.
de multa, de Præb.* eſt Sedi Apoſtolicæ reſervata,
*Gonzal. in cap. De multa litt. F. de Præbend. Fagnan.
ibidem n. 31. & ſeqq. Amayden. de ſtylo Dataria lib.
1. cap. 16. §. 3. num. 22. D. De Sanctis in Examin.
Conſiſtorial. cap. 6. n. 42. & ſeqq. Pirrhing. in Jus
Canon. lib. 3. tit. 5. ſect. 5. n. 182. Rot. deciſ. 160.
n. 4. & 5. coram Reverendiſſ. Criſpo, & in Friſingen.
Canonicatus 10. Maii 1715. §. Non ſubſiſtente cor.
bon. mem. Cerro.*

33 Et hujuſmodi diſpenſatio debet eſſe clara, & ex-
preſſa, nec inducitur ex eo, quod quis in ſupplicatio-
ne pro ſecundo Beneficio obtinendo mentionem fa-
ciat, quod obtinet alterum incompatibile: ad diffe-
34 rentiam diſpenſationis ſuper pluralitate Beneficiorum
ſimplicium, quæ neceſſe non eſt, ut expreſſe in-
dulgeatur, ſed ſufficit, quod in ſupplicatione Pon-
tifici exhibita pro alio Beneficio obtinendo, mentio
fiat de cæteris Beneficiis ſimplicibus obtentis, *Cap.
Non poteſt 21. de Præbend. in 6. Innoc. in Cap. Du-
dum 54. n. 17. de Elect. Pirhing. in Jus Can. lib. 3.
tit. 5. ſect. 5. num. 197. Garc. de Benefic. cap. 5. n.
325. part. 11. D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor.
cap. 6. n. 31. Adden. ad deciſ. 90. n. 76. par. 9. Re-
cent. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 15. num. 27. Roſ. de
Execut. Liter. Apoſtolic. in addit. ad cap. 6. n. 286.
& 360. Panimoll. deciſ. 31. adnot. 1. n. 45. Piton.
diſcept. 118. n. 24. & 25. Rot. coram clar. mem.
Cardin Falconer. tit. de Benefic. deciſ. 2. n. 12. &
in Nullius Piſcien. Beneficii 5. Maii 1719. §. 5. co-
ram Gamaches.*

Sed adeo ſpecialis eſt Apoſtolicæ Sedis prærogati-
va diſpenſandi ſuper pluralitate Beneficiorum incom-
35 patibilium, ut nec ea competat Legato a Latere vi-
gore ſuarum ordinariarum facultatum, niſi fuerit illi
in Litteris Legationis ſpecialiter conceſſa *ad Text.
in Cap. De multa* -- ibi -- *per Sedem Apoſtolicam
poterit diſpenſari*, & firmant *Gloſſ. in cap. Dudum
2. de elect. & in dict. cap. De multa, verb. per Se-
dem, Corrad. in Prax. Beneſic. lib. 2. cap. 6. n. 58.
Milis in Repertor. verb. Diſpenſare non poteſt Legatus
de Latere, Gambar. de Offic. Legat. lib. 5. tit. an Le-
gatus poſſit plura Beneficia uni conferre, n. 66. Hojeda
de incompatib. part. 2. cap. 12. n. 13. §. Tertio fallit,
Monet. de Commut. ultim. volunt. cap. 10. n. 310.
pag. 1331. Garc. de Benefic. part. 11. cap. 5. nu.
337. Adden. ad Simonet. de Reſervat. quæſt. 50.
num. 22.* Et ratio eſſe videtur, quia Legatus a La- 36
tere diſpenſare non poteſt contra Decreta Concilio-
rum Generalium, a quibus inducta fuit prohibitio
ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibi-
lium, nempe *Cap. Quia nonnulli, de Cleric. non reſi-
den.* emanati in Concilio Lateranenſi III. & *cap. De
multa, de Præbend.* in Concilio Lateranenſi IV. &
Tridentin. ſeſſ. 7. cap. 4. de reformat. ut ſupra dixi-
mus, & communiter firmant *Fagnan. in cap. Dile-
ctus il primo num. 11. de Præb. Corrad. in Prax.
diſpenſat. lib. 4. cap. 1. n. 4. Gambar. de Offic. &
poteſt. Legat. lib. 4. tit. de poteſt. Legat. in Commend.
Benefic. n. 146. cum ſeqq. & lib. 10. n. 396. Monet.
de Commutat. ultim volunt. lib. 10. n. 307. pag. 1330.
Tondut. Reſolut. Beneficial. part. 2. cap. 3. §. 6. n.
26. & ſeqq. Pegaſ. de Compet. par. 1. cap. 38. n. 2.
& ſeqq. Garc. de Beneſ. part. 11. cap. 5. n. 371. Leo
in Theſaur. for. Eccleſiaſt. cap. 23. n. 44. Ugolin. de
Offic. Epiſcop. cap. 14. §. 2. n. 1. & 2. Rot. in Gerun-
den. Capparum 27. Januarii 1668. §. atque ex hoc
capite, coram Pio*, impreſſ. *poſt Antonell. de Jur.
& onerib. Clericorum deciſ. 41. n. 17.*

Et ex eadem ratione Nuncium Apoſtolicum diſ- 37
penſare non poſſe, ut quis duo Beneficia incompati-
bilia retineat, firmavit *Rot. in Nullius, ſeu Piſcien.
Beneficii 5. Maii 1719. §. Objectio tollebatur coram
Gamaches.* Etiamſi Nuncius fateatur, diſpenſandi 38
poteſtatem fuiſſe ſibi a Sede Apoſtolica indultam,
quia in prohibitis, & Summo Pontifici reſervatis,
prout eſt diſpenſatio ſuper retentione plurium Bene-
ficiorum incompatibilium, deferendum non eſt ſim-
plici aſſertioni Nuncii quoad ejus facultates, niſi illas 39
oſtendat, *Cap. Cum in jure, de Offic. Judic. delegat.
Boer. de poteſt. Legat. a Latere n. 31. Pegaſ. de Com-
petent. part. 1. cap. 38. n. 3.* & proſequitur *Rot.
in dicta Nullius, ſeu Piſcien. §. cit.*

Cæterum circumſpecta Pontificum providentia
hujuſmodi diſpenſationes ſuper retentione Beneficio-
rum incompatibilium indulgere non ſolet, niſi con-
currant Cauſæ in Jure probatæ, neceſſitas nempe
Eccleſiæ, magna ejuſdem utilitas, & evidens meri- 40
torum prærogativa, *Can. Requiritis, & Can. Tali 1.
quæſt. 17.* Ob neceſſitatem nempe Eccleſiæ, quan-
do deſunt idonei Miniſtri, prout contingit in locis,
in quibus Hæretici Beneficiis ſe intrudere conantur:
ob ejuſdem Eccleſiæ utilitatem, cum unus ſolus, etiam
abſens, magis ei dignoſcatur profuturus ſua aucto-
ritate, & potentia, aut doctrina, prudentiaque,
quam alius præſens, vel alii plures. Et demum ob
maximam meritorum prærogativam, quæ verifica-
tur in nobilitate generis, Dignitate Perſonæ, & exi-
mia litteratura. Unde cum Innocentius III. in ſæpe
laudato *Cap. de multa* pluralitatem Beneficiorum
Curatorum, & Dignitatum, ac Perſonatuum inter-
dixiſſet, addidit in fine -- *Circa ſublimes tamen, &
litteratas Perſonas, quæ majoribus ſunt Beneficiis
honorandæ, cum ratio poſtulaverit, per Sedem Apo-
ſtolicam poterit diſpenſari.* Et Joannes quoque
XXII. *in Extravagant. Execrabilis*, poſtquam
ſancivit, ne quis acciperet plures Dignitates, Per-
ſonatus, Officia, Prioratus, & Beneficia, qui-
bus ineſt cura Animarum, excipit Cardinales S.
R. E. qui univerſali Eccleſiæ inſerviendo, ſingu-
larum commoditatibus ſe dedunt; ac Regum filios,
qui propter eorum ſublimitatem, & generis cla-
ritatem

ritatem ſunt potioris prærogativa gratiæ extollendi.

Et celebris eſt in propoſito Epiſtola Innocentii IV. ad Archiepiſcopos & Epiſcopos per Regnum Angliæ conſtitutos, anno 1245. ſcripta, in qua poſtquam eos hortatur, ut ſuarum Civitatum, & Diœceſum Clericos, & eos, qui adſcribi deſiderarent militiæ Clericali, (præſertim Nobilium, & Magnatum filios) attentis, & ſedulis exhortationibus inducerent, ut honeſtati morum, ſcientiæ litterarum, & virtutum cultui intenderent ferventer, ſtudentes omni diligentia ſe gratos, & idoneos exhibere, ac Sedis Apoſtolicæ gratiam, aliorumque benevolentiam probitatis meritis vindicare, ſubdit -- *Nos enim parati ſumus Clericis Regni Angliæ benemeritis, proviſionis Eccleſiaſticæ dexteram liberaliter aperire, ac etiam cum illis, quos velut Nobiliores, & probiores, ampliori gratia noverimus eſſe dignos, ſuper Beneficiorum pluralitate honorifice diſpenſare.* Quæ epiſtola ſub *Datum Lugduni tertio Nonas Auguſti Pontificatus anno tertio*, legitur *in Bullar. Magn. Luxemburgenſ. tom. 1. in adden. pag. 5. ex Archiv. Anglican. Rimer. tom. 1. pag.* 437. Cauſas hujuſmodi, aliaſque ab iis dependentes, antiquioribus relatis Canoniſtis, late expendunt *Pirhing. in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. ſect. 5. à n. 191. Fragoſ. de Regim. Republ. Chriſtian. part. 2. lib. 3. diſput. 9. a n. 42. Fagnan. in cap. Nimis a n. 6. de Fil. Presbyter. Corrad. in Prax. diſpenſat. lib. 1. cap. 1. a n. 12.* late *D. de Sanctis in Examin. Conſiſtorial. cap. 8. a n. 2. & pluribus ſequent.*

41 Sedis autem Apoſtolicæ praxis in hujuſmodi Diſpenſationibus indulgendis eſt, quod in Hiſpaniis, Luſitania, & Italia numquam diſpenſare ſolet, ut quis plures Canonicatus in diverſis Cathedralibus, vel
42 Collegiatis Eccleſiis retineat. Indulſit tamen aliquando facultatem retinendi duas Parochiales, vel Canonicatum cum Parochiali in eadem Civitate, aut loco parum ab ea diſſito exiſtente, ex motivo tenuitatis fructuum, & ex quo diſpenſatus utrique Beneficio abſque Divini Cultus, & curæ Animarum detrimento, commode inſervire poterat. Quemadmodum ſan. mem. Benedictus XIII. ex Voto Sacræ Congregationis Concilii indulſit *Franciſco Andreæ Anaſtaſio* Canonico Cathedrali Eccleſiæ *Amalphitana*, ot una cum Canonicatu retinere poſſet Parochialem Eccleſiam loci *S. Lazari* de jurepatronatus Laicorum, ad quam fuerat ab omnibus Patronis præſentatus, & à Parochianis ad evitanda ſcandala, & inimicitias, quæ timebantur, ſummopere exoptatus, attenta tenuitate fructuum Canonicatus, ſummam quindecim ducatorum auri non excedentium, & Eccleſiarum præfatarum vicinitate, propter quam utrique Eccleſiæ per unum, & eumdem, abſque Divini Cultus, & Curæ Parochianorum detrimento, commode deſerviri poterat. Ut ex Litteris Apoſtolicis *Apud S. Petrum* 1729. *tertio nonas Octobris Pontificatus anno ſexto.* Sed pluries quoque in iiſdem Regionibus Sac. Congregatio Concilii Indultum denegavit
43 retinendi Parochialem una cum Canonicatu, tametſi fructus eſſent tenues, & utrumque Beneficium in eadem Civitate, vel in locis inter ſe parum diſſitis exiſteret, ut in Italia *in Caſertana Indulti* 8. *Auguſti* 1716. *lib. 66. Decret. & in Polignanen. Diſpenſationis* 19. *Junii* 1717. *lib. 67. Decretor. pag.* 251. Et in Luſitania in *Viſen.* 10. *Maii* 1732. *& in Bracharen. Diſpenſationis* 17. *Aprilis* 1734.

Sed quoties per Sedem Apoſtolicam indulgetur, ut quis una cum Canonicatu, vel Dignitate Parochialem in alio loco exiſtentem retinere valeat,
44 tunc apud Parochialem reſidere tenetur, ut ſancivit S. Pius V. in ſua *Conſtitut. la* 65. quia prima, & præcipua debet eſſe cura Animarum. Perſonalis enim 45
reſidentia in Parochialibus innititur Divino juri, juxta Concilium Tridentinum *Cap. 1. ſeſſ. 23. de reformat.* in aliis vero Beneficiis inducta eſt ex Conſtitutione Eccleſiæ, *Fagnan. in cap. Extirpandæ §. Quæ vero, de Præbend.* Et inhærendo Conſtitutioni Pianæ, *Natal. ab Alex. Theol. Dogmatic. tom 6. pag. mihi* 121. *Regul.* 44. *Fagnan. in dict. cap. Extirpandæ loc. citat. & in cap. Quia in tantum n. 25. de Præbend. Pignatell. tom. 9. conſult. 115. n. 35. & 41. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 6. n. 271. D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap. 6. n. 17.*

Dictæque Pianæ Conſtitutioni uniformis erat an 46
tiquus ſtylus Datariæ, nam in Litteris Apoſtolicis ſuper Gratia retentionis Parochialis cum Canonicatu, apponebatur clauſula -- *Quodque tu, quamdiu primodictam Eccleſiam*, ideſt Parochialem, *obtinueris, apud illam perſonaliter reſidere tenearis, nec quicquam ex debito, & neceſſario illius ſervitio, & officio prætermittere debeas &c.* ut apud *Corrad. in Prax. Benefic. lib. 2. cap 6. n. 62. Amayden. de Styl. Datar. lib. 1. cap. 16. §. 3. n. 23.*

Et reſidendo penes Parochialem, lucratur omnes, & ſingulos fructus Canonicatus, vel Dignitatis, 47
exceptis tantum diſtributionibus quotidianis, aliiſque emolumentis, quæ abſentes ex juſta cauſa, lucrari non ſolent, ut præſcribitur in eadem Conſtitutione Piana. Quod ſi fructus Canonicatus, vel Dignitatis omnes conſiſtant in Diſtributionibus quotidianis, vel adeo tenues ſint, ut habeantur, ac ſi nulli eſſent, tunc diſpenſatus, reſidendo apud Paro- 48
chialem, vel ſi hæc ſit intra mœnia ejuſdem Civitatis, in qua Canonicatum obtinet, Animarum curæ fuerit occupatus, diſtributiones ipſas lucratur, atriſſa tertia parte, ut late probat *Fagnan. in cap. Quia in tantum à n. 26. per tot. de Præbend. D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap. 6. n. 23. & ſeqq:*

Sed obligatio iſta reſidendi penes parochialem 49
revocata fuit in dubium *anno* 1713. in Sacra Congregatione Concilii à Comite *Carolo de Lodron*, qui a Sede Apoſtolica diſpenſatus ſuper retentione Canonicatus in Cathedrali *Tridentina*, una cum Parochiali in loco parum ab ea diſſito, contendebat in ejus voluntate repoſitum eſſe, vel in Cathedrali, vel penes Parochialem reſidere: idque vigore Litterarum diſpenſationis, in quibus nulla adjecta obligatione reſidendi penes Parochialem, legebatur clauſula modernis temporibus apponi ſolita, & his verbis concepta -- *Volumus autem, quod primo, & ſecundo dictæ Eccleſiæ debitis propterea non fraudentur obſequiis, & Animarum cura in dicta Parochiali Eccleſia nullatenus negligatur, ſed ejus, ac Canonicatus, & Præbendæ prædictorum congrue ſupportentur onera conſueta. Pro illis vero diebus, & horis, quibus ſecundodictæ Eccleſiæ, ratione dictorum Canonicatus, & Præbendæ non inſervierit, emolumenta ratione perſonalis reſidentiæ lucrifieri ſolita, omittat &c.* -- & uti punctualem allegabat Deciſionem Sacræ Rotæ *in Friſingen. Canonicatus* 27. *Junii* 1712. *cor. Reverendiſſ. Criſpo*, inter impreſſ. *deciſ.* 160.

Contrarius tamen fuit ſenſus Sacræ Congregationis, & merito, quia recenſita clauſula, licet importare videatur, quod diſpenſatus poſſit quandoque 50
Cathedrali inſervire, nec ſemper ſit obligatus penes Parochialem reſidere; eum tamen ab onere hujuſmodi reſidentiæ totaliter non liberat; quinimo ad illud adſtringit, eo ipſo quod in prima parte mandat, quod utrique Eccleſiæ præſtare obſequium, & Animarum curam nullatenus negligere debeat; quod ſane adimpleri nequit ſine reſidentia, à qua nec retentio Vicarii perpetui eximit Rectorē principalem.

Et licet altera pars ſupradictæ clauſulæ ſupponat, poſſe ipſum diſpenſatum inſervire etiam Cathedrali, & tali caſu lucrari diſtributiones, non exinde elici poteſt argumentum, quod ſit liberatus à reſidentia in Parochiali; Immo dum decernit, quod non inſerviendo Cathedrali amittat diſtributiones, jam præſervat onus reſidendi in Parochiali, quo caſu, juxta laudatam Conſtitutionem S. Pii, lucratur fructus Canonicatus, ſed amittit diſtributiones quotidianas, ut mox diximus.

Et ita intelligenda eſt Deciſio Rotæ in dicta *Friſingen. Canonicatus cor. Reverendiſſ. Criſpo.* Ibi enim non erat quæſtio, an Canonicus diſpenſatus ad retinendam Parochialem intelligeretur exemptus a reſidentia penes ipſam, ſed an eidem, qui in Collegiata reſederat, deberentur diſtributiones; & Rota reſpondit deberi; nam quoties ad præſcriptum diſpenſationis in Eccleſia reſedit, nequibat Capitulum diſtributiones Canonicatus denegare; & ſic in eadem Deciſione ſolum ſupponitur, quod poterat Canonicus penes Eccleſiam Collegiatam reſidere, ſed non exinde erui poteſt, fuiſſe illum in totum exemtum, & liberum a reſidentia in Parochiali, de qua ibi nulla quæſtio erat.

Nec placuit Sacræ Congregationi annuere inſtantiæ præſati *Comitis de Lodron* ſupplicantis ſaltem pro
51 Indulto non reſidendi penes Parochialem. Quia Indulta hujuſmodi, præſertim perpetua, ſunt valde odioſa, & præjudicialia ſaluti Animarum, quæ ita in perpetuum privatæ remanerent aſpectu proprii Paſtoris; & cæteroquin nimis recederetur à laudata Conſtitutione Sanctiſſimi Pontificis Pii V. præcipientis continuam reſidentiam in Parochiali; Cumque vigore diſpenſationis ei permiſſum erat, ut poſſet quandoque in Cathedrali reſidere, per conceſſionem novi Indulti, ut ſemper abeſſe poſſet à Parochiali, deſtructa in totum remaneret Conſtitutio præfata, quæ præcipuum reſpectum habuit ad curam Animarum; Nec diſpenſationem hanc promereri poterant Nobilitas familiæ, merita Oratoris, Beneficia, quæ contulit Parochiali de Jurepatronatus ſuæ familiæ, & utilitas, quæ eidem Parochiali reſultare contendebatur ex continua reſidentia in Cathedrali; Quia hæc omnia fuerunt quidem relevantia ad effectum, ut Sedes Apoſtolica ei indulgere valuiſſet, prout indulſit, retentionem plurium Beneficiorum incompatibilium, ſed non operantur, ut hæc Gratia eſſet amplianda ad Indultum perpetuo non reſidendi penes Parochialem, & relinquendi totale ſervitium Curæ, adeo expreſſe volitum à S. Pio.

Indulſit tamen eadem Sacra Congregatio dicto *Co-*
52 *miti de Lodron*, ut abeſſe poſſet per ſex menſes quolibet anno a Parochiali, dummodo reſideret in Canonicatu, ut in *Tridentina Diſpenſationis* 11. *Martii* 1713. quam reſolutionem refert etiam *D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap.* 6. *n.* 26.

In Polonia Sedes Apoſtolica utplurimum indul-
53 gere ſolet diſpenſationem retinendi plura Beneficia incompatibilia, idque ob penuriam Sacerdotum inibi vigentem, ut inquit *Amayden. de ſtyl. Datar. cap.* 16. §. 3. *num.* 24. & *cap.* 17. *num.* 26. *Rota deciſ.* 492. *num.* 10. *coram Molines.* Et ubi agitur de Canonicatu, vel Dignitate una cum Parochiali, aut pluribus Parochialibus, quarum Cura per Vicarium perpetuum exerceri ſoleat, diſpenſatio pro omnium retentione, hodie, veluti de ſtylo, non de-
54 negatur. Prout etiam aliquando conceditur retentio duarum Parochialium ad triennium, vel aliud tempus Pontifici beneviſum, etſi earum cura per ipſoſmet, Parochos exerceri debeat, quando fructus ſunt tenues, & parum inter ſe diſtent Parochiæ, quemadmodum ſa. me. Alexander VII. anno 1665. indulſit *Ferdinando Supino*, ut duo Beneficia Curata in Diœceſibus *Plocen.* & *Poſnanien.* exiſtentia, & quinque milliaribus inter ſe diſtantia, retinere poſſet ad *triennium* ob tenuitatem fructuum.

Paſſim itidem in *Germania* diſpenſatur ſuper retentione plurium Canonicatuum in diverſis Cathe- 55
dralibus, ne Proviſi electionem paſſivam amittant ad Eccleſias, in quibus ſunt Canonici, & ob eaſdem rationes, ob quas DD. laudati in præcedenti §. *num.* 154. exiſtimant conveniens eſſe, ut in eadem Regione diſpenſetur ſuper plurium Eccleſiarum Cathedralium retentione. Hinc ſæpe vidi diſpenſatum, ut quis tres, & quatuor Canonicatus in totidem Cathedralibus retinere poſſet; Et ſan. mem. Benedictus XIII. *Chriſtiano Joſepho de Ghelen* diſpenſatio- 56
nem indulſit retinendi ſex Canonicatus in ſex Eccleſiis Cathedralibus, nempe *Paderbornen. Hildeſimen. Monaſterien. Oſnaburgen. Minden.* & *Wormatien.* quorum tres poſtremi Canonicatus erant de jurepatronatus, ut ex Litteris Apoſtolicis ſub datum *Apud Sanctum Petrum* 1727. *decimo Kalendas Februarii Pontificatus anno quarto.* Et de hujuſmodi ſtylo diſ- 57
penſandi in Germania ſuper retentione plurium Canonicatuum, teſtantur *Card. Pallavicin. in Hiſtor. Concilii Tridentini lib.* 24. *cap.* 12. *n.* 17. *Fagnan. in cap. Dudum n.* 29. *de Elect. Kochier. in Regul.* 51. *num.* 5. & 6. *Rot. deciſ.* 284. *num.* 15. *cor. Reverendiſſ. Criſpo*, & *deciſ.* 1. *nu.* 15. *cor. clar. mem. Card. Falconerio tit. de Benefic.* & *in Friſingen. Canonicatus* 10. *Maii* 1715. §. *Non ſubſiſtente cor. bo. me. Cerro.*

Prout etiam aliquando, juſta aliqua concurrente 58
cauſa, præſertim in Regionibus interſecatis, & intermixtis Acatholicis, Sedes Apoſtolica diſpenſare ſolet, ut quis una cum Canonicatu Parochialem retinere valeat, habita tamen potiſſimum ratione, quod diſpenſatus poſſit utrique Beneficio abſque Divini Cultus, & Curæ Animarum detrimento commode inſervire, juxta exemplum ſupra relatum in Tridentina pro *Comite de Lodron*, & alterum, de quo *Rot. dicta deciſ.* 169. *coram Reverendiſſimo Criſpo.*

Verum circa diſpenſationem retinendi in Germania plura incompatibilia, illa duplici modo a Sede Apoſtolica indulgeri conſuevit, vel expreſſe, ſi petatur, & tunc in Litteris Apoſtolicis ſuper retentione 59
duorum Canonicatuum inſeri ſolet clauſula — *Proviſo, quod interim Canonicatus, & Prabendæ primo, & ſecundo dictæ Eccleſiæ debitis propterea non fraudentur obſequiis, ſed eorum congrue ſupportentur onera conſueta &c.* -- Et ubi agitur de diſpenſatione pro retentione Canonicatus cum Parochiali, additur -- *Pro illis vero diebus, & horis &c.* -- ut in Litteris favore Comitis *de Lodron*, de quibus ſupra meminimus, & in caſu Deciſionis 160. *cor. Reverendiſſ. Criſpo.* Vel indulgetur tacite; cujus tacitæ diſpenſationis praxis hæc eſt. Extenditur in Supplicatione ſuper proviſione ſecundi Beneficii incompatibilis diſpenſatio, eo prorſus modo, quo ſervari ſolet, ſi expreſſe petatur una cum ſupradictis reſpective clauſulis, ſed in Litteris Apoſtolicis, quæ poſtea expediuntur, nulla fit mentio de diſpenſatione, ſed ſolum exprimitur primum Beneficium incompatibile obtentum, omiſſo Decreto illud dimittendi, aut vacationis ipſo jure adjici ſolito, quando diſpenſatio non indulgetur. Et pro hac tacita diſpenſatione ſolvitur eadem taxa, quæ pro expreſſa ſolvi conſuevit.

Fertur, praxin tacitæ hujuſmodi diſpenſationis
originem duxiſſe ex querelis Germanorum, qui clau- 60
ſulas illas -- *pro illis vero diebus, & horis &c. & proviſo &c.* -- in Litteris diſpenſationum adjici ſolitas,

ab

ab iiſdem eliminandas eſſe plures, & quidem acri-
ter inſteterunt; Unde ad evitanda inconvenientia,
quæ oriri poterant, præſertim ne abſque Apoſtoli-
ca Diſpenſatione duo incompatibilia retinerent, ſty-
lus olim invaluit tacite ſuper eorum retentione diſ-
penſandi; Sed à modernis temporibus tacita hæc diſ-
61 penſatio non amplius indulgetur, & merito, quia
eſt contra *Text. expreſſum in cap. Non poteſt* 21. *de
Præbend. in* 6. & diximus ſupra *n.* 35.

Conſuevit quoque in Germania indulgeri per Se-
dem Apoſtolicam, ut plures Abatiſſatus, Dignitates
62 principales in Collegiatis Secularibus, & utriuſque
ſexus, inſimul retineri poſſint. Sic *Comitiſſa Agnes
de Stirum*, quæ obiit anno 1644. obtinuit ex Apo-
ſtolica diſpenſatione Abatiſſatus Collegiatarum lo-
corum de *Frecheuhorſt*, *Oltem*, *Ureden.* & *Borebor-
ſten.* quorum poſtremos tres Abatiſſatus ex ſimili
diſpenſatione retinuit *Comitiſſa Maria Sophia de
Salm. Reifferſcherd*, qua defuncta anno 1673. ad
Abatiſſatus Collegiatarum de *Oltem*, *& Ureden.*
electa *Comitiſſa de Manderſcheild Blancheneim*, &
ipſa quoque diſpenſationem pro utroque Abatiſſatu
retinendo obtinuit. Sic etiam *Comitiſſa Clara de
Spaur* fuit eodem tempore Abatiſſa Collegiatarum
Mettelen. Nattelen. & Eſſendien. obiitque anno
1644. Et *Anna Eleonora de Strauffer* retinuit Aba-
tiſſatus Collegiatarum *Eſſendien. & Thoren.* & diem
clauſit extremum anno 1646.

Et cum in Congregatione Conſiſtoriali anno
1717. propoſitum fuiſſet dubium -- *Num Comitiſſæ
Mariæ Eugeniæ de Manderſcheild Brancheneim con-
cedendum ſit, ut una cum Abatiſſatu Uredenſi, quem
obtinet, habere poſſit, & retinere alterum Eltinen-
ſem, ad quem nuperrime electa, ſeu poſtulata fuit
ab ejuſdem Collegiatæ Eccleſiæ Capitulo, abſque eo
quod Canonicatum illius dimittere teneatur. Id ve-
ro juxta Conceſſionum exempla, quæ alias Sedes Apo-
ſtolica impertita fuit. Die* 10. *Junii* ejuſdem anni
reſcriptum fuit -- *Pro gratia juxta petita* -- & occa-
ſione hujus Cauſæ exhibita fuerunt exempla, de
quibus mox meminimus.

Similiter vacante Abatiſſatu Secularis, & Colle-
giatæ Eccleſiæ utriuſque ſexus *Eſſendien. Nullius,
ſeu Colonien. Diœceſis*, cum Capitulares ad electio-
nem deveniſſent *Sereniſſimæ Franciſcæ Chriſtinæ* ex
Principibus Palatinis Rheni de Sultzbach, jam an-
tea Abatiſſæ Secularis, & Collegiatæ Eccleſiæ u-
triuſque ſexus Oppidi *Thoren.* Leodien. Diœceſis,
& ſupradictæ Collegiatæ *Eſſendien.* Canoniſſæ, Sa-
cra Congregatio Conſiſtorialis die 13. *Martii* 1727.
cenſuit -- *Confirmandam eſſe Electionem cum clau-
ſula, ſupplentes, & caſſatione Capitulationum, cum
retentione Abatiſſatus Thorenſis, addita obligatione
reſidendi per ſex menſes in Thoren. & per alios ſex
menſes in Eſſendien.*

63 In *Gallia* indulgeri non ſolet à Sede Apoſtolica
diſpenſatio retinendi plura Beneficia perſonalem reſi-
dentiam requirentia; & quantum mihi innoteſcit,
rariſſima ſunt exempla hujuſmodi diſpenſationum.
Sed cum occaſio ſe obtulerit inſpiciendi quamplu-
ma Volumina continentia materias Datariæ, quæ
exiſtunt in celebri Bibliotheca Eminentiſſimi D. Car-
dinalis *Otthoboni*, exemplum vidi *tom.* 29. *pag.* 619.
indultæ retentionis Parochialis cum Canonicatu in
una *Biſuntina* his verbis -- *Circa facti ſeriem en epi-
ſtola D. Archiepiſcopi Biſuntini ad verbum exſcrip-
tam, Dataria Apoſtolica Sacram hanc Congregatio-
nem conſuluit -- Guido Cliſet Parochialem de Mono-
tei in concurſu obtinuit. Cum ſit Profeſſus primarius
juris Pontificii in Academia Dolana, vir notæ
virtutis, maxime doctus, Sanctæ Sedi Apoſtolicæ
addictiſſimus, & optimo loco natus, haberet in vo-
tis ſervare Canonicatum, quem favore Regis obti-
net in Eccleſia Collegiata de Dola. Conduceret S. Se-
di, imo & Nobis, eum continuare ſuas Lectiones in
ſupradicta Academia Dolana: quod certe præſtare
non poterit, ſi privetur Canonicatu huic Cathedræ ad-
nexo, cum vicinia Parochialis tanta ſit, ut poſſit
utrique Beneficio commode inſervire. Ratio haberi
poſſet doctrinæ, & meritorum, quæ in aliis eamdem
forſan Gratiam poſtulantibus vix tanta reperiren-
tur. Quæritur, an ſecundum ea, quæ narrantur,
poſſit indulgeri retentio dicti Canonicatus una cum
prædicta Parochiali* -- Die 1. *Aprilis* 1662. *Sacra
Congregatio EE. S. R. E. Cardinalium Concilii Tri-* 64
dentini interpretum cenſuit, ſi Sanctiſſ. Domino
Noſtro placuerit, poſſe indulgeri -- *I. Epiſcopus Sa-
binen. Cardinalis Sacchettus Præfectus. C. de Vecchis
Epiſcopus Cluſinus S. C. C. Secretarius.*

Sed in Gallia quoque aliquando permiſſum fuit
à Sede Apoſtolica, ut una Monialis munus Abatiſſæ 65
exerceret in duobus Monaſteriis. Indulſit enim ſan.
mem. Clemens VIII. *Angelicæ de Eſtrices*, ut una
cum Abatiſſatu Monaſterii de *Bentacourt* retinere
poſſet alterum de *Maubuiſſon*, ſeu *Montbriſon.*
Exemplum legitur apud Cardinalem *Oſſat. Epiſtol.*
92. *tom.* 2. *pag.* 402. ibique *Amelot. in Notis n.* 7.

Tranſeundo ad ſecundam ſpeciem incompatibi-
litatis: illa reſultat ex pluralitate Beneficiorum, quo-
rum unumquodque ſufficiens eſt pro congrua ſub- 66
ſtentatione Beneficiati; & hujuſmodi generis Bene-
ficia ſunt incompatibilia, etiam ſi curam, & reſi-
dentiam non habeant, *Can. Sanctorum, diſtinct.* 70.
Cap. 13. *cum duobus ſequent. Cap.* 18. 28. *&* 30. *de
Præbend. Cap. Monachi, de Cleric. non reſiden.* cum
concordantibus copioſe relatis per *Thomaſſin. de Bene-
fic. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *ad* 10. & ſtatuit Concilium Tri-
dentinum *ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *de Reformat.* -- ibi -- *Im-
poſterum unum tantum Beneficium Eccleſiaſticum ſin-
gulis conferatur, quod quidem ſi ad vitam ejus, cui
confertur honeſte ſubſtentandam non ſufficiat, li-
ceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo
utrumque perſonalem reſidentiam non requirat, ei-
dem conferri* -- Cujus ſane prohibitionis rationes
late, poſt D. Thomam, expendunt *Paſſerin. in
cap.* 1. *num.* 340. *& ſeqq. de Conſuetudin. in* 6. *Card.
Bellarmin. in admonit. ad Nepotem*, *D. de Sanctis
in Examin. Conſiſtor. cap.* 4. *à num.* 16. *Hojeda de
incompatibilit. part.* 1. *cap.* 19. *per tot. & part.* 2. *cap.*
1. *n.* 1. *& n.* 15. *Ventrigl. in Prax. tom.* 1. *annot.* 17.
§. 2. *per tot. Antonell. de Regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.*
2. *n.* 2. *& ſeqq. Pax Jordan tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 28.
n. 43. *& ſeqq. Panimol. deciſ.* 31. *annot.* 1. *n.* 34.
& ſeqq. Rot. deciſ. 281. *num.* 17. *& ſeqq. part.* 10.
Recent.

Hinc infertur, habenti unum Beneficium ad ho-
neſtam ſuſtentationem ſufficiens, non poſſe Epiſco- 67
pum alterum conferre; quod ſi conferat, primum
vacat ipſo jure, *Fagnan. in cap. De multa n.* 4. *&
in cap. Cum jamdudum n.* 51. *& ſequen. de Præben.
Barboſ. ad Concil. ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *n.* 9. *& de Epiſ-
cop. allegat.* 62. *n.* 3. *Garc. de Benefic. quæſt.* 11. *cap.*
5. *num.* 283. *Antonell. de jur. & oner. Clericor. part.*
3. *cap.* 27. *n.* 8. *Gavant. in Manuali verb. Benefi-
ciorum pluralitas n.* 9. cum aliis apud *D. de San-
ctis in Examin. Conſiſtorial. cap.* 4. *n.* 13. 26. *Rot.
deciſ.* 2. *n.* 8. *cor. clar. mem. Card. Falconeria tit. de
Benefic.* & confert reſolutio Sacræ Congregationis
Concilii in *Biteclen.* de qua *n.* 79. & ex retentione 68
utriuſque Beneficii cum perceptione fructuum per
duos menſes, utrumque etiam ipſo jure vacat, ut
dicemus in *§. ſequenti n.* 5.

Ruſus cum Concilium Tridentinum *dict. ſeſſ.*
24. *cap.* 17. diſponat, ut aliud ſimplex Beneficium
con-

Digitized by Google

conferatur ei, cujus honeſtæ ſuſtentationi conſultum
non ſit cum fructibus primi Beneficii: hinc infe-
69 runt Doctores, non poſſe Epiſcopum auctoritate
ſua tertium, vel plura alia Beneficia eidem con-
ferre, quamvis omnia eſſent ad congruam ſuſtenta-
tionem inſufficientia, & pluries decrevit Sacra Con-
gregatio Concilii apud Garc. de Benefic. part. 11. cap.
5. n. 310. Monacell. tom. 1. tit. 2. formul. 20. n. 2.
Fagnan. in cap. Litteras n. 3. & ſeqq. de conceſſ. Præ-
bend. & in cap. Cum jamdudum n. 35. 45. & 71. de
Præbend. Pirbing. in Decret. tit. de Præbend. num.
135. Vivian. de Jurepatr. part. 2. lib. 6. cap. 10.
num. 3. Card. de Luc. de Benefic. diſcurſ. 119. n. 2.
Piton. diſcept. 118. n. 7. Barboſ. de Offic. & Poteſtat.
Epiſcop. part. 3. allegat. 62. Antonell. de Regim. Ec-
cleſ. lib. 3. cap. 2. num. 3. & de jur. Clericor. part.
3. cap. 27. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 15. n. 26.
& ſeqq. Panimoll. dec. 31. n. 17. & in adnot. num.
37. & 38. Rot. deciſ. 281. n. 17. & ſeqq. part. 19.
Recentior. & conferunt Reſolutiones ejuſdem Sacræ
Congregationis in Curzolen. & Bitectien. mox tran-
ſcribendæ.

Quamquam non deſint propugnantes, quod ubi
70 duo priora Beneficia ſunt inſufficientia ad honeſtam
ſuſtentationem, permiſſum ſit Epiſcopo tertium, alia-
que Beneficia, uſque ad ſufficientiam conferre, in-
ter quos recenſentur Navarr. conſ. 10. & 35. de
Præb. & in Manual. cap. 25. n. 129. Hojed. de in-
compatibilit. par. 2. cap. 1. a num. 34. ad 36. Piton.
diſcept. Eccleſ. 118. num. 15. & ſequen. ſed receden-
dum non eſt a priori ſententia, utpote magis com-
71 muni, menti Sac. Congregationis Concilii uniformi,
& innixa nedum diſpoſitioni text. in cap. Ordinarii
§. In conferendis, de Offic. Ordinar. in 6. ubi de-
cernitur, nullam eſſe collationem factam ab Ordi-
nario alicui plura Beneficia obtinenti, niſi præceſ-
ſerit Apoſtolica diſpenſatio; ſed etiam Decreto Con-
cilii Tridentini dict. ſeſſ. 24. cap. 17. quo præcipitur
Collatori, ut non conferat niſi ſecundum Benefi-
cium; unde inducitur nullitas collationis tertii, alio-
rumque Beneficiorum, Fagnan. in dict. cap. Cum
jamdudum n. 2. quod etiam agnoſcit Piton. diſcept.
118. num. 20. & ſeqq.

Sunt etiam nonnulli Doctores Hiſpani, qui affir-
72 mant, in Hiſpaniarum Regnis conſuetudinem vige-
re, etiam poſt Concilii Tridentini publicationem,
ut Epiſcopi plura Beneficia uni conferre poſſint,
quamvis eorum alterum ad congruam ſuſtentatio-
nem ſufficiat, dummodo incompatibilia ratione Cu-
ræ, vel reſidentiæ non ſint, Garc. de Benefic. dict.
part. 11. cap. 5. n. 323. & ſeqq. Gonzal. in cap. De
multa n. 3. de Præb. Hojed. de Incompatib. Beneſ.
part. 1. cap. 19. n. 1. in fine, & num. 45. & ſeqq.
73 Sed quidquid ſit, an hujuſmodi conſuetudo in facto
probetur, eam optimis rationibus improbant Bar-
boſ. de Offic. & poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat. 62.
num. 9. Pirbing. in Decret. tit. de Præben. nu. 127.
Pariſ. de Reſignat. lib. 8. quæſt. 6. num. 119. &
ſeqq. Fagnan. in cap. Quia in tantum n. 17. & ſeqq.
de Præben. & in cap. Cum omnes n. 17. de Conſti-
tut. & cæteroquin non meretur hodie amplius alle-
74 gari poſtquam ſan. mem. Innocentius XIII. per Con-
ſtitutionem editam pro ſarta tecta tuenda Eccleſia-
ſtica diſciplina in Regnis Hiſpaniarum, quæ incipit
Apoſtolici Miniſterii, confirmatam a ſan. mem. Be-
nedicto XIII. per alteram Conſtitutionem relatam
in Appendic. Concilii Romani pag. 235. derogavit
cuicumque Conſuetudini, etiam centenariæ, atque
immemorabili, adverſanti Decretis Concilii Tri-
dentini, niſi fuerit probata, & admiſſa a Judice
competenti per rem judicatam.
75 Sed in Gallia Conciliare Decretum, quoad pro-
hibitam pluralitatem Beneficiorum ſimplicium, pri-
mo ad honeſtam vitæ ſuſtentationem ſufficiente,
non ſervatur. Quod ſane mirum eſt, dum vix re-
periuntur, qui priſcis temporibus Beneficiorum plu-
ralitatem ſint magis deteſtati, quam DD. Galli. Ce-
lebris eſt diſputatio, quæ circa annum 1245. habi-
ta fuit inter Theologos Pariſienſes, an uni eidemque
Perſonæ liceret habere plura Beneficia; omneſque,
duobus exceptis, determinarunt, nemini licere tenere
duo Beneficia ſine diſpendio Animæ, dummodo unum 76
valeret quindecim libras Pariſienſes; (hæc enim ſum-
ma eo tempore ad honeſtam Beneficiati ſuſtentatio-
nem ſufficere credebatur) Cumque, vix triennio
elapſo, rurſus ſuper eadem quæſtione inſtaurata fuiſ-
ſet diſputatio, rurſus ex omnium Theologorum ſen-
tentia concluſum, duo Beneficia teneri cum ſalute A-
nimæ non poſſe, dummodo unum valeret quindecim li-
bras Pariſienſes. De hac famoſa, & ſolemni diſputa-
tione meminit Dartis oper. Canon. Tract. de Benefic. tit.
de Pluralitat. Benefic. ſect. 9. cap. 2. Van Eſpen in
Jus Canon. univerſ. part. 2. tit. 20. cap. 2. n. 8. §. Abu-
ſum, ubi quod alter ex illis, qui contrariam ſecuti
fuerunt Sententiam, quaſi propriam cauſam defen-
dendo, infeliciſſimum habuit finem, & forſan illum,
quem refert Adden. ad Deciſ. 90. n. 30. & ſeqq. part.
9. Rec. Et inter articulos nomine Caroli IX. Gallia-
rum Regis PP. Concilii Tridentini exhibitos, deci- 77
mus quartus differentiam compatibilium, & incom-
patibilium Beneficiorum, quoad pluralitatem, uti no-
vam, & antiquis Decretis incognitam, exhibet, &
aboleri poſtulat -- Unum tantum Beneficium uni con-
feratur, ſublata, quod attinet ad pluralitatem com-
patibilium, & incompatibilium Beneficiorum diffe-
rentia, quæ diſtinctio ut eſt nova, & antiquis De-
cretis incognita, ita Eccleſiæ Catholicæ magnam ca-
lamitatem attulit; ut refert Van Eſpen dict. tit. 20.
cap. 1. n. 7.

Cæterum diſpoſitio Conciliaris, qua Beneficio-
rum pluralitas improbatur, comprehendit etiam Be-
neficia Juriſpatronatus laicorum, quæ ſunt vera Be- 78
neficia Eccleſiaſtica, nec eorum reſpectu ceſſant ra-
tiones juris communis, & ejuſdem Concilii, ut quid-
quid in contrarium exiſtiment Maſſobr. in Prax.
haben. concurſ. requiſit 7. dub. 18. Rocc. diſput. Jur.
cap. 190. n. 36. aliique relati à Panimoll. deciſ. 31.
num. 21. communiter firmant idem Panimoll. d.
dec. 31, adnot. 1. num. 42. Monacell. part. 2. tit. 15.
formul. 1. n. 19. Barboſ. de Epiſcop. part. 3. allegat.
62. n. 11. & ad Concil. ſeſſ. 24. cap. 17. n. 8. Vivian.
de Jurepatron. lib. 6. cap. 10. num. 2. & 34. Piton.
diſceptat. 42. num. 7. D. de Sanctis in Examin. Con-
ſiſtorial. cap. 4. num. 129. Rot. deciſ. 206. num. 6.
part. 13. & dec. 281. n. 19. & ſeqq. par. 19. Rec.
& reſolvit Sac. Congregatio Concilii in Curzo-
len. 3. Maii 1651. Propoſito enim Dubio -- An
ab Epiſcopo abſque diſpenſatione Apoſtolica poſſit
permitti retentio trium Beneficiorum ſimplicium de
jurepatronatus laicorum ſub eodem tecto non exiſten-
tium, & quorum redditus non ſufficiunt ad congruam
ſubſtentationem? reſponſum prodiit -- Epiſcopum per-
mittere non poſſe, ut in lib. 19. Decretor. pag. 126.
& in Bitecten. 6. Decembris 1721. propoſitis ſe-
quentibus Dubiis. I. An obtinens primum Benefi- 79
cium, ſive liberæ collationis, ſive de jurepatronatus
laicorum ad ſui ſuſtentationem ſufficiens, poſſit abſ-
que diſpenſatione Apoſtolica retinere ſecundum de
jurepatronatus laicorum? II. An obtinens duo Be- 80
neficia, ſive liberæ collationis, ſive de jurepatrona-
tus laicorum, minime ſufficientia ad congruam ſu-
ſtentationem, poſſit retinere tertium, & quartum
de jurepatronatus laicorum abſque diſpenſatione
Apoſtolica? Sac. Congregatio reſpondit ad I.
Nega-

Negative, ad II. *Negative*, *& ad mentem*, quæ fuit, ut quoad hactenus proviſos Epiſcopus non procederet ad ullum actum, inconſulta Sac. Congregatione.

Sed quod attinet ad Legata Pia, quæ non ſint vera
81 Beneficia, nec in titulum perpetuum erecta, juxta *Deciſionem* 101. *cor. Dunoz. Junior.* in illis non cadere incompatibilitatem ob eorum pluralitatem, pluries reſolvit Sac. Congregatio, præſertim in *Civitatis Caſtelli* 19. *Maii* 1708. *ad primum*, & in dicta *Bitecten.* 6. *Decemb.* 1721. *ad* 3. in qua propoſito Dubio -- *An id, quod procedit in retentione Beneficiorum, procedere etiam debeat in Legatis Piis, & Cappellaniis de jurepatronatus laicorum?* Sac. Congregatio reſpondit *Negative*; aliaſque Reſolutiones antiquiores referunt *Paſſerin. in dict. cap. primo, de Conſuetud. in* 6. *n.* 382. *Garc. de Benefic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 308. *Pax Jordan. lib.* 10. *tit.* 28. *num.* 75. *& ſeqq. D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap.* 4. *num.* 38.

Hinc ceſſat quæſtio illa, quam examinant *Amayd. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 16. §. 3. *n.* 12. *& ſeqq. de Conſuetud. in* 6. *Piton. diſcep.* 118. *n.* 19. *&*
82 *ſeqq.* an ſcilicet ſi Epiſcopus conferat tertium Beneficium obtinenti alia duo inſufficientia, vacent omnia, vel primum, aut ultimum, ſeu potius cogendus ſit poſſeſſor ad dimittendum pro ſui arbitrio unum ex illis? Nam quidquid dicant *Paſſerin. loco citat. Barboſ. Garc. & Ugolin.* quos ſequitur *Panimoll. deciſ.* 31. *annot.* 1. *num.* 38. verius eſt, quod cum per Concilium irritetur collatio tertii Beneficii
83 facta ab Epiſcopo, poſſeſſor quoad illud nulliter obtentum caret titulo, ſed non privatur aliis duobus legitime obtentis, ut colligitur ex Reſolutione Sac. Congregationis in dicto *Bitecten. ad* 2. & firmant *Fagnan. in cap. Cum jamdudum num.* 69. *&* 70. *de Præben. & in cap. Literas num.* 5. *de Conceſſ. Præben. Amayd. de ſtyl. Datar. d.* §. 3. *num.* 12. *Piton. diſcept.* 118. *n.* 20. *& ſeqq.*

Poteſt tamen in Beneficiis de Jurepatronatus lai-
84 corum ceſſare incompatibilitas ex lege fundationis: Ut enim fideles ad Beneficiorum erectiones alliciantur, permiſſum eſt fundatoribus quoſcunque conditiones, etiam Juri contrarias, in limine fundationis adjicere, & ſic etiam illam, quod valeat quis plura Beneficia, tametſi primum ad congruam ejus ſuſtentationem ſufficiat, retinere, *Barboſ. ad Concil. dict. ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *num.* 8. *& de poteſt. Epiſcop. allegat.* 62. *n.* 11. *tom.* 3. *Card. de Luc. de Benefic. diſc.* 119. *n.* 4. *D. de Sanctis in Examin. Conſiſtorial. cap.* 4. *n.* 130. *Panimoll. deciſ.* 31. *adnotat.* 1. *n.* 42. *Rot. deciſ.* 281. *n.* 19. *part.* 19. *Recent.*

Et ex oppoſito ſervanda eſt lex fundationis, qua
85 præcipitur, ut poſſidens alterum Beneficium, quantumcunque tenue, & inſufficiens, incapax ſit aſſequendi ſecundum *Barboſ. Vot. deciſ.* 122. *per tot. D. de Sanctis loco citat. n.* 131. *Rot. cor. Bich. deciſ.* 313. *num.* 3. *cum pluribus ſeqq. cor. Benincaſ. deciſ.* 363. *num.* 2. *& ſeqq. & in Barchinonen. Beneficii* 26. *Junii* 1705. §. *Incapacitas cum ſeqq. cor. cl. me. Card. Scotto.* Et quamvis incompatibilitas ob Beneficio-
86 rum pluralitatem non oriatur ex acquiſitione ſecundi, quando primum eſt ſufficiens, ſed ex retentione utriuſque, ut relatis concordantibus, *Rot. in Nullius, ſeu Piſcien. Beneficii* 5. *Maii* 1719. §. 15. *verſ. Pluralitas autem, &* 13. *Maii* 1720. §. *Nec ſubſiſtit cor. Gamaches, & in Calaguritana Beneficii de Aranarache* 2. *Julii* 1728. §. *Nihilo coram R. P. D. Cincio*, cum aliis, de quibus infra *n.* 236. Nihilominus ſi voluntas Teſtatoris ipſimet principio acquiſitionis refragetur, quia nempe mandaverit,
87 quod præſentari non poſſit, qui aliud obtinet Beneficium, tunc locum ſibi non vindicat Theorica præfata, & redditur quis etiam inhabilis ad ſecundum Beneficium aſſequendum. Late *Rot. deciſ.* 363. *n.* 4. *cor. Benincaſ. deciſ.* 313. *n.* 3. *& ſeqq. cor. Bichio, & in Dertuſen. Beneficii* 27. *Junii* 1703. §. *Non relevante, &* §. *final. cor. Omaña, & in dicta Nullius, ſeu Piſcien.* 13. *Maii* 1720. §. *Nec ſubſiſtit cor. Gamaches.*

Quod tamen locum ſibi non vindicaret, ſi quis ante præſentationem Beneficio jam obtento in manibus legitimi Superioris renunciaret; Hoc enim 88
caſu bene verificatur qualitas a fundatore requiſita, quod præſentandus, ante præſentationem nullum obtinet Beneficium, *Rot. deciſ.* 14. *&* 16. *per tot. cor. clar. mem. Cardinali Falconerio tom.* 2. *tit.* 19. *de Jurepatr.* In quibus Deciſionibus id ampliatur, etiamſi Epiſcopus renunciationem admittere noluerit ſub prætextu, quod Beneficiatus ſit ad titulum il- 89
lius Beneficii ad Sacros Ordines promotus, quando tamen aliunde habet unde commode vivere poſſit, vel ſecundum Beneficium ſufficiat pro honeſta illius ſuſtentatione, cum hiſce caſibus ceſſet inconveniens illud, ob quod Beneficiorum dimiſſiones quandoque admitti non ſoleant, ne ſcilicet Beneficiatus in opprobrium Ordinis mendicare cogatur.

Prout etiam ſi Papæ narrata fuit lex fundationis, 90
ipſeque ſecundum Beneficium contulerit, præcipue cum clauſa *etiam aliud obtines*, tunc cenſetur derogare voluiſſe fundationi præfatæ, nec proinde impeditur præſentatus, una cum primo, ſecundum quoque Beneficium de Jurepatronatus retinere, *Rot. in Barchinonen. Beneficii* 13. *Januarii* 1710. *coram Reverendiſſ. Aldrovando, &* 1. *Julii* 1712. *coram clar. mem. Cardinal. Scotto.*

Cæterum ad effectum efformandi judicium, *an* primum Beneficium ſufficiat ad congruam, & honeſtam 91
Beneficiati ſuſtentationem, cum certa Regula conſtituta non reperiatur, taxa remittitur æquo, prudentique arbitrio Epiſcopi, qui perpendere debet morem Regionis, qualitatem locorum, & temporum, ac conditionem Perſonarum; nec in hoc abſolute procedendum cum taxa a Synodo, aut conſuetudine firmata pro Patrimonio Clericorum, qui ad Sacros Ordines promoveri debent, ut antiquioribus relatis, *Fagnan. in cap. Epiſcopus à n.* 7. *de Præben. Azor. Inſtit. moral. lib.* 6. *cap.* 10. *quæſt.* 8. *D. de Sanctis in Exam. Conſiſtorial. cap.* 4. *n.* 40. *Paſſerin. in cap. Conſuetudinem à n.* 406. *de Conſuetudin. in* 6. *Card. de Luc. de Benefic. diſc.* 119. *à num.* 2. *Barboſ. de Epiſc. alleg.* 62. *num.* 11. *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 15. *n.* 39. ubi quod in hoc unuſquiſque ſibi Judex eſſe debet, *Proſper. de Auguſtin. ad Quarant. in Summa Bullar. verb. Beneficiorum Reſignationes, cauſ.* 8. *Pariſ. de Reſignat. lib.* 5. *quæſt* 6. *n.* 131. *& ſeqq. Antonell. de jur. & oner. Cleric. part.* 3. *cap.* 27. *n.* 7. *Panimoll. dict. deciſ.* 31. *n.* 19. *Rubeus in addit. ad deciſ.* 90. *n.* 1. *& ſeqq. & in addit. ad deciſ.* 254. *n.* 315. *& ſeqq. part.* 9. *Rec. Rot. deciſ.* 281. *n.* 27. *part.* 19. *Rec.*

Pro metienda tamen congrua ſuſtentatione, dedu-
ci debent omnia onera Beneficio incumbentia, Miſ- 92
ſarum nempe, manutentionis Altaris, Procurationis, Taxæ Seminarii, Synodatici, & alia id genus, quia verus valor Beneficii eſt ille, qui ſupereſt deductis oneribus, *Monacell. tom.* 2. *tit.* 15. *formul.* 1. *n.* 19. *Rot. cor. Gregor. deciſ.* 273. *n.* 2. *cor. Arguelles deciſ.* 53. *n.* 15. *in Mediolanen. Canonicat.* 2. *Julii* 1706. §. *final. cor. cl. me. Card. Scotto, & in Pampilonen. Beneficii* 16. *Maii* 1727. §. *Deſtruere cor. R. P. D. Nunez.*

Et quamvis non deſint, qui exiſtiment, in ſupputatione prædicta facienda ſufficientiæ, vel inſufficien-

tiæ

tiæ Beneficii pro honeſta Beneficiati ſuſtentatione,
habendam eſſe rationem reddituum Patrimonialium;
Contraria tamen Sententia communi DD. calculo
93 eſt recepta; Unde non prohibetur Beneficiatis, Pa-
trimonialibus reddiubus conſervatis, fructus, &
redditus Beneficii in proprios uſus impendere, *In-
nocentius in cap. Epiſcopus, de Præben. Felin. in
cap. Poſtulaſti num. 4. de Reſcript. Lambertin. de
Jurepatr. art. 4. quæſt. 3. lib. 3. num. 2. Navar.
in Apolog. libr. de reddit. Eccleſiaſt. quæſt. 1. num.
30. Laym. lib. 4. tract. 2. cap. 3. num. 2. Hojed.
de incompatibil. Benef. part. 1. cap. 19. num. 42.
D. de Sanctis in Examin. Conſiſtorial. cap. 4. num.
42. & ſeqq. Proſper de Auguſtin. ad Quarant. in
Summ. Bullar. Verb. Beneficiorum Reſignationes
cauſ. 8. Maſſobr. in Prax. Requiſit. 7. Dub. 15. per
tot. Barbaſ. de poteſt. Epiſcop. allegat. 62. num. 11.
in fin. Paſſerin. in cap. Conſuetudinem à num. 416.
de Conſuetudin. in 6. Rubeus in addit. ad deciſ. 254.
à n. 396. part. 9. Rec.*

Tertio oritur Beneficiorum incompatibilitas ratio-
94 ne eorum conſiſtentiæ ſub eodem tecto. *Cap. Ad
hæc, & Cap. De multa, verſ. Addentes, de Præb.
Cap. Litteras, de conceſſ. Præben. Cap. 1. de Conſue-
tud. in 6. Cap. Super eo, de Præben. in 6. Gloſſ. in Cle-
mentin. unic. verbo vacabit de Præben. Franc. in
cap. 1. num. 7. de Conſuetud. in 6. Paſſerin. ibid.
quæſt. 2. artic. 1. num. 356.* ubi duplicem reddit ra-
95 tionem hujuſmodi prohibirionis, quia nempe Eccle-
ſia privatur unius miniſterio, & quia Beneficio-
rum pluralitas in eadem Eccleſia invidiam genera-
96 rat inter fratres, *Dartis Oper. Canon. tract. de Be-
nefic. ſect. 9. cap. 2. de pluralit. Benefic. §. Sunt ta-
men pag. mihi 96. Hojed. de incompat. part. 1. cap.
20. per tot. Garc. de Benefic. part. 11. cap. 5. §. 2. n.
182. Piton. diſcept. 142. n. 11. & 12. D. de Sanctis
in Examin. Conſiſtor. cap. 4. n. 27. Antonell. de Re-
gim. Eccleſ. lib. 3. cap. 3. §. 2. per tot. Pax Jordan.
lib. 10. tit. 28. n. 26. & ſeqq. Rot. deciſ. 10. n. 6. tit. de
Benefic. cor. cl. me. Card. Falconerio, & in Burgi,
ſeu Civitatis S. Sepulchri Canonicatus 4. Decembris
1705. §. Certius cor. bo. me. Anſaldo.*

Et ſunt iocompatibilia duo Beneficia ſub eodem
97 tecto etiamſi de jurepatronatus laicorum exiſtant,
*Alb. in cap. Extirpandæ §. Qui vero num. 41. de
conceſſ. Præben. & in cap. Præterea num. 1. de Jure-
patr. Ventrigl. in prax. tom. 1. annot. 18. num. 7.
Rot. deciſ. 118. per tot. & ſignanter num. 17. coram
98 Mantic.* Niſi aliter fuerit cautum in limine funda-
tionis. Poſſe enim fundatorem adjicere conditio-
nem, quod Beneficium non ſit incompatibilitate
cum aliis, etiam exiſtentibus ſub eodem tecto, eam-
que teneri Epiſcopum approbare, reſolvit Sacra
Congregatio Concilii *in Pennen. Beneficii 13. Maii
1713. in octava conditione, Ventrigl. ubi ſupra, Lot-
ter. de re Benefic. lib. 1. quæſt. 32. n. 42. & 43. Rot.
in Aprutina Beneficii 19. Junii 1705. §. final. coram
cl. mem. Card. Scotto.*

99 Quemadmodum ſi agatur de ſimplicibus Legatis
piis cum onere Miſſarum, in titulum Beneficii non
erectis, poſſe illa, etſi plura, ſub eodem tecto, vel
inſimul una cum Præbenda retineri, decrevit Sac.
Congregatio Epiſcoporum & Regularium *in Caſtel-
laneten. 15. Junii 1591. & in Granaten. 21. Martii
1583.* penes *Paſſerin. in dict. cap. 1. de Conſuetud.
in 6. num. 382. Garc. de Benefic. part. 11. cap. 5.
num. 318. Fagnan. in cap. Litteras a n. 46. de conceſſ.
Præbend. D. de Sanctis in Examin. Conſiſtorial. cap. 4.
num. 38.*

100 Illa vero Beneficia dicuntur eſſe ſub eodem te-
cto, quæ ſunt vel intra Eccleſiam ipſam, vel in lo-
co ei contiguo, puta in Clauſtro, Cœmeterio, Sa-
criſtia, & alio quocumque ſimili, exiſtente intra
ambitum Eccleſiæ, itaut dicatur pars ejuſdem Ec-
cleſiæ, taliter ut locus ille, polluta Eccleſia, cen-
ſeatur & ipſe pollutus, *Franc. in cap. 1. num. 7. de
conſuetud. in 6. Paſſerin. ibidem quæſt. 2. art 2. n. 360.
Barbaſ. ad Concil. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 17. n. 17.
Ventrigl. in Prax. tom. 1. annot. 17. §. 3. n. 2. Garc.
de Benefic. part. 11. cap. 5. n. 259. Rot. dec. 6. de
conceſſ. Præben. in nov.* quam ſequitur *Gonzal. ad
Regul. 8. gloſſ. 10. n. 24.*

Ad inducendam tamen incompatibilitatem iſtam
requiritur, ut Beneficia ſint uniformia, ſive confor- 101
mia, nempe duo Canonicatus, duæ Dignitates, duo
Præſtimonia, & ſimilia; ſecus ſi ſint difformia,
nam tunc, dummodo utrumque Beneficium perſo-
nalem reſidentiam non requirat, nulla de jure adeſt
incompatibilitas, & abſque diſpenſatione Apoſtolica
retineri poteſt, *ad Text. in cap. 1. de Conſuetud. in
6. ibique gloſſ. in verb. Niſi invicem, cap. ſuper eo,
de Præbend. in 6. ibique pariter gloſſ. verb. Diſpenſa-
tio, Fagnan. in cap. Litteras a n. 41. de conceſſ. Præ-
ben. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 10. n. 43. Pax Jor-
dan. tom. 2. lib. 10. tit. 28. n. 31. Piton. diſcept. 42.
n. 1. & 3. & diſcept. 142. num. 10. & ſeqq. Paſſerin.
in cap. 1. num. 356. de Conſuetud. in 6. Antonell. de
Regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 3. n. 15. Ventrigl. tom. 1.
annot. 17. §. 3. n. 3. in fine, ibique de Luc. n. 3. &
prius obſervat ad §. 1. nu. 4. Rot. coram cl. mem.
Card. Falconerio tit. de Benefic. deciſ. 10. & 13. per
tot.* ubi de Officio Cuſtodis haud incompatibili
cum Canonicatu in eadem Eccleſia. Et reſolvit Sac.
Congregatio Concilii in *Camerinen. diſpenſationis
14 Novembris* 1716.

Nulla etiam adeſt incompatibilitas ratione conſi-
ſtentiæ in eodem tecto, ſi duo Beneficia, licet ſint
uniformia, & conveniant in nomine, diverſum ta- 102
men habent exercitium, & miniſterium, diverſis
temporibus exercendum, ut duæ Cappellaniæ in
diverſis Cappellis, & cum diverſis oneribus in ea- 103
dem Eccleſia inſtitutæ, quæ ſi non ſunt incompati-
biles ratione pluralitatis, quia nempe primo obten-
ta erit ad congruam ſubſtentationem ſufficiens, poſ-
ſunt retineri abſque diſpenſatione Apoſtolica, *Navar.
conſ. 16. num. 1. & ſeqq. de Præbend. Gonzal. ad Re-
gul. 8 gloſſ. 10. ſub num. 34.* ubi, quod ita ſæpe in
praxi ſervatum vidit *Card. de Luc. de Benefic. diſc.
57. num. 4. Epiſcopus Rocca diſput. jur. tom. 2. cap.
190. num. 35. & ſeqq. Panimoll. deciſ. 31. num. 9.
Pax Jordan. lib. 10. tit. 28. n. 28 & 32. Piaſec. in
Prax. part. 2. cap. 5. num. 26. Caſtropal. Oper. mo-
ral. tom. 2. diſput. 6. part. 2. §. 6. num. 5. Barboſ. ad
Concil. ſeſſ. 24. cap. 17. num. 14. Gratian. diſcept. fo-
renſ. 133. num. 20. & ſeqq. Ventrigl. in prax tom. 8.
annotat. 13. §. 3. n. 4. Calaſut. in Theor. Jur. Canon.
lib. 2. cap. 23. n. 13. in fine, Van Eſpen in Jus Ec-
cleſ. univerſ. part. 2. tit. 20. cap. 4. n. 6. Pirbing. in
Jus Can. tit. de Præb. ſect. 5. §. 1. n. 138.* Et quamvis 104
loquendo de duabus Cappellaniis in eadem Eccleſia,
ſed ad diverſas Cappellas, & diverſos fines inſtitu-
tis, eas tanquam uniformes, incompatibiles eſſe
exiſtimaverit *Rota* apud *Garc. part. 11. cap. 5. à n.
2. & ſeqq. Paſſerin. in cap. Conſuetudinem n. 357. &
378. de Conſuetudin. in 6.* Nihilominus prior ſen- 105
tentia eſt in praxi recepta, & ab ea non receden-
dum.

Ut autem duo Beneficia difformia ſub eodem
tecto retineri valeant, neceſſaria eſt diſpenſatio Epi-
ſcopi, quæ concedi nequit niſi tribus concurrenti-
bus. Primo, quod diſpenſet expreſſe; tacita enim 106
diſpenſatio non ſufficit. Secundo, quod diſpenſet
ex magna, & evidenti Eccleſiæ utilitate, aut ur-
genti neceſſitate, vel maxima prærogativa meritorum
Perſo-

Perſonæ diſpenſandæ. Et tertio, quod primum Beneficium non ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, nam alias, quemadmodum non poteſt Epiſcopus obtinenti primum ſufficiens, conferre ſecundum, ex diſpoſitione Sac. Concilii Tridentini *Cap. 17. ſeſſ. 24. de Reformat.* & late ſupra diximus, ita multo fortius prohibetur illud conferre, & diſpenſare ſub eodem tecto; Ita plene *Fagnan. in cap. Litteras, n. 40. & ſeqq. De Conceſſ. Præb. Monacell. in Formular. tom. 1. pag. 60. n. 1. & 2. & tom. 2. pag. 147. n. 19. Tondut. quæſtion. Benefic. part. 2. cap. 5. §. 6. n. 16. Piton. diſcept. 42. n. 4. & 5. Panimoll. deciſ. 31. n. 14. Caſtrop. Oper. moral. tract. 13. de Benefic. diſput. 6. §. 6. punct. 3. n. 8. Marc. Anton. reſolut. 112. caſ. 68. verſ. bene verum, Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 20. n. 40. & ſeqq. Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 62. n. 17. Genuen. in Prax. Curiæ Archiepiſcop. Neapolit. cap. 64. n. 5.*

Et licet Cancellaria cenſeat, eſſe incompatibilia
107 plura Beneficia ſive uniformia, ſive difformia ſub eodem tecto, imo etiam cenſeat incompatibilitatem produci a Penſionibus, & vult, quod capiatur diſpenſatio, quæ auget taxam, ut mox dicemus: Attamen quidquid ſit de ſtylo Datariæ, certum eſt,
108 quod, de jure, Ordinarius diſpenſat ſuper pluralitate Beneficiorum difformium ſub eodem tecto; nec bene procedit conſequentia: Dataria diſpenſat; ergo Ordinarius diſpenſare non poteſt. Imo aliquando Dataria admiſit impetrationem, ex quo poſſeſſor utrumque Beneficium difforme retinebat ſub eodem tecto, nulla deſuper ſuffragante diſpenſatione neque Apoſtolica, neque *Ordinaria*, ut in caſu, ſuper quo emanavit Deciſio *Rotæ in Mediolanen. Canonicatus 2. Julii 1706. §. Ille, coram cl. mem. Card. Scotto.*

Quinimo nec deſunt qui exiſtimant, duo Benefi-
109 cia ſimplicia difformia ſub eodem tecto, ordinata ad diverſum finem, & munera diverſa, etiam abſque Epiſcopi diſpenſatione licite retineri poſſe, *Navar. conſ. 24. n. 5. & ſeqq. de Præben. Garc. de Benefic. par. 11. cap. 5. num. 236. & ſeqq. Ventrigl. in Prax. par. 1. annotat. 7. §. 3. num. 4. Pax Jordan. lib. 10. tit. 28. num. 34. in fine §. Sed mihi videtur, Rot. in dicta Mediolanen. Canonicatus §. Hac licet juncto, & §. Ille, cor. clar. me. Card. Scotto.* Et confert reſolutio Sac. Congregationis Concilii *in Aſſien. 12. Januarii* 1697. relata per *Monacell. tom. 1. pag.* 60. Ratio autem eſſe videtur, quia duo
110 Beneficia difformia ſub eodem tecto, & ordinata ad diverſum finem, & munera, non ſunt incompatibilia, *Navarr. dict. conſ. 24. n. 6.* ubi quod nunquam de jure communi duo Beneficia difformia ejuſdem Eccleſiæ fuerunt incompatibilia, *Lap. allegat. 116. per tot. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 10. ſub n. 33. verſ. cæterum cum pluribus ſeqq. Pax Jordan. dict. tit. 28. num. 28. & ſeqq. Card. de Luc. de Benefic. diſc. 57. n. 7. Pariſ. de Reſignat. lib. 3. quæſt. 1. n. 18.* late *Rot. coram Ninot. dec. 22. n. 13. & dec. 119. n. 8. part. 4. diverſ. deciſ. 299. n. 15. & ſeqq. par. 15. Recent.* cum aliis ſupra citatis *n.* 103. Si igitur duo Beneficia difformia ſub eodem tecto ſunt compatibilia, nec ullus adeſt textus, qui eorum incompatibilitatem inducat, ſequitur, quod nulla requiritur diſpenſatio, nec etiam Ordinarii, ut licite inſimul retineri valeant.

Pro obtinendis etiam duobus Beneficiis difformi-
111 bus ſub eodem tecto, etſi reſidentialibus, puta Canonicatum cum Dignitate, vel Perſonatu, nulla eſt neceſſaria diſpenſatio, ſi concurrat conſuetudo per plures actus ſervata, & per ſpatium quadraginta annorum continuata: quæ ſane conſuetudo Canonum Decretis non adverſatur, ad vulgatum *text. in Cap. Eam te, de Reſcript. in fine* — ibi — *Cum tempore quo Litteræ ipſæ datæ fuerunt de Capitulo eſſes, ſicuti qui eras Archidiaconus, & Canonicus ejuſdem Eccleſiæ &c. Cap. Super eo, de Præbend. in 6.* — ibi — *ſecundum Eccleſiæ veſtræ conſuetudinem approbatam, Gloſſ. notabilis in cap. Gratia, verb. Jure teneri, de Reſcript. in 6.* & antiquioribus relatis Canoniſtis, communiter tradunt *Van Eſpen. in Jus Eccleſ. univerſ. part. 2. tit. 20. cap. 3. n. 22. & 23. Paſſerin. in cap. 1. n. 409. de Conſuetud. in 6. Corrad. in Prax. Benef. lib. 2. cap. 6. n. 7. Garc. de Benefic. part. 11. cap. 5. à num. 245. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 16. à n. 37. ad 42. D. de Sanctis in Examin. Conſiſtorial. cap. 3. n. 88. & ſeqq. Rot. dec. 390. n. 4. cor. Molines, & in Pampilonen. Beneficii de Allo 13. Februarii 1705. §. Hæc autem cor. Caſſarello.* Etiam ſi quod- 112
libet ex illis ad congruam Beneficiati ſuſtentationem ſufficeret, juxta reſolutionem Sac. Congregationis in una *Valentina* de anno 1593. quam refert *Garc. dict. cap. 5. n. 248. Corrad. in Prax. Beneficial. lib. 2. cap. 6. num. 38. D. de Sanctis loco cit. n. 90. Paſſerin. dict. cap. 1. n. 409.*

Et paſſim hujuſmodi conſuetudo viget in Cathe-
dralibus Hiſpaniæ, in quibus Dignitas cum Cano- 113
nicatu, vel Perſonatu, aut Portione, abſque Apoſtolica diſpenſatione, retineri ſolet, eaque per Datariam non improbatur, dum in Literis Apoſtolicis proviſionis Dignitatis exprimi ſolet, *quod illa per unum ex dicta Eccleſia Canonicis etiam cum illius Canonicatu, & Præbenda abſque diſpenſatione Apoſtolica retineri conſuevit &c.* late *Corrad. loc. cit. n. 7. & ſeqq. Gonzal. ad Regul 8. gloſſ. 10. ſub n. 42. Garc. de Benefic. part. 11. cap. 5. n. 245. & ſeq. Piton. diſcept. 85. n. 2.*

Conſuetudo tamen hæc efficere nequit, ut quis
ſit triplex in eadem Eccleſia, quod nempe obtineat 114
tria Beneficia, etiam difformia abſque Apoſtolica diſpenſatione, ex plene relatis per *Paſſerin. in cap. 1. num. 384. & pluribus ſeqq. de Conſuetud. in 6. Van Eſpen in Jus Eccleſ. univ. part. 2. cap. 3. num. final.*
Hinc Canonicus Pœnitentiarius obtinere nequit Per- 115
ſonatum, vel Dignitatem, quia eſſet triplex, nam haberet officium Pœnitentiarii, quod eſt titulus Eccleſiaſticus per ſe ſtans, Canonicatum, & Perſonatum, vel Dignitatem, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii apud *Garc. de Benefic. d. cap. 5. num. 259. Fagnan. in cap. Literas n. 59. de conceſſ. Præben. Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 62. num. 27. Piton. diſcept. 83. n. 4. Pax Jordan. lib. 10. tit. 28. num. 30. Paſſerin. in cap. 1. n. 387. & ſeqq. de Conſuetud. in 6. D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap. 3. n. 91. & ſeqq. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 2. cap. 6. num. 39.* Indultum tamen aliquando fuit Canonico Pœnitentiario per Sacr. Congregationem Concilii, ut una cum Canonicatu obtinere poſſet in eadem Eccleſia Dignitatem, ut in *Oſcen. Canonicatus Pœnitentiarii 15. Januarii* 1724.

Poteſt tamen vigore Conſuetudinis obtineri in
eadem Eccleſia Dignitas, vel Perſonatus una cum 116
Canonicatu Theologali, vel Lectorali, quia munus docendi, aut legendi eſt onus annexum Præbendæ, non autem Officium per ſe ſtans, quod conferatur in titulum Beneficii Eccleſiaſtici, itaut poſſit cauſare pluralitatem; Unde obtinens Canonicatum Theologalem, vel Lectoralem cum Perſonatu, aut Dignitate in eadem Eccleſia, dicitur duplex, & non triplex, ut late probant *Fagnan. in dict. cap. Litteras a num. 61. de conceſſ. Præbend. Paſſerin. in dict. cap. 1. num. 389. de Conſuetud. in 6. Garc. de Benefic. dict. cap. 5. a num. 253. D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap. 3. num. 92. & ſequen. Piton. diſcept. 83. n. 3.*

Sed oritur Dubium, an Penſio inducat incompa-
tibilitatem cum alio Beneficio in eadem Eccleſia,
ſeu an plures Penſiones poſſint ſine Apoſtolica diſ-
penſatione ſub eodem tecto retineri. Et quod Pen-
117 ſio ſit incompatibilis cum Beneficio, vel altera Pen-
ſione in eadem Eccleſia, firmant *Rebuff. in Prax.
part. 2. tit. de diſpenſat. ratione ætatis, verb. ſi ſint
ſub eodem tecto, verſ. Itidem, pag mihi* 277. *Hojeda
de incompatibilit. Benefic. part. 1. cap. 20. num. 22.
Garc. de Beneſ. part. 11. cap. 5. n. 315. & ſeqq.* ubi
quod ita in Romana Curia ſervatur; quodque in
118 Penſionibus pro *Palatinis* apponi ſoleat Clauſula --
etiam ſub eodem tecto, ſubdens, quod ubi impetrans
Beneficium narrat habere Penſionem ſuper fructibus
alterius Beneficii, additur in ſupplicatione *non ta-
men in eadem Eccleſia conſiſtentis. Corrad. in Prax.
Beneſ. lib. 2. cap. 6. n.* 54. Et hæc Sententia uni-
119 formis videtur ſtylo Cancellariæ, quæ habet Pen-
ſionarium pro Beneficiato, ideoque vult, ut in Lit-
teris Apoſtolicis exprimantur Penſiones, ſicut Bene-
ficia, *Fagnan. in cap. Ad audientiam il 2. num:*
116. 131. *& ſeqq. de Reſcript.* ubi quod ex hac ra-
120 tione Gregorius XIII. declaravit, Penſionarium
cenſeri Beneficiatum ad effectum Privilegii fori, *&
n.* 134.

Contraria tamen Sententia, quod ſcilicet nec
121 plures Penſiones, nec Penſio cum Beneficio ſub eo-
dem tecto, cauſent incompatibilitatem, verior eſt in
puncto juris, quia Penſio non eſt Beneficium, ſed
jus temporale ſeparatum, & diſtinctum a Benefi-
cio; eaque Clerico aſſignari poteſt ſine Canonica
inſtitutione; & ideo in materia odioſa, qualis eſt
122 hæc incompatibilitatis, Penſio non venit nomine Be-
neficii, *Ancar. in cap. Quamvis, il primo, de Præben.
in 6. Gigas de Penſion. quæſt. 52. per tot.* ubi citat.
*Hieronym. Paul. in Practic. Cancellar. verſ. Et inter
cætera, Mandoſ. de Signatur. Grat. tit. de Diſpen-
ſat. ad Beneſic. ſub eod. tect. verſ. An autem Penſio,
D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap. 4. num. 35.
& 37. Lotter. de Re Beneſic. lib. 1. quæſt. 45. n. 14.
Ventrigl. tom. 1. annot. 17. §. 3. num. 10. Vivian. de
Jurepatronat. lib. 6. cap. 10. num. 16. Barboſ. de E-
piſcop. allegat. 62. n. 7. & de Jure Eccleſ. univerſ.
lib. 3. cap. 13. n. 181. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 5.
§. 5. n. 14. Tondut. de Penſ. cap. 64. ſub n. 25. An-
tonell. de Regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 2. n. 7. Trullench.
Oper. moral. tom. 2. lib 7. cap. 12. dub. 6. ſub n. 21.
verſ. unde ſit, Paſſer. in. cap. 1. quæſt. 2. art. 2. n. 374.
de Conſuetud. in 6.*

Nec ſubſiſtit, quod ait *Garc.* loco mox laudato,
quod in Litteris Penſionum, quæ reſervantur favo-
re *Palatinorum* apponitur clauſula -- *etiam ſub eodem
123 tecto*, nam clauſula præfata hodie non amplius le-
gitur: quidquid ſit, ſi antiquitus apponi conſueve-
rit. Quemadmodum uſque a tempore Innocentii X.
inſtante *Antonino de Flore* in Datariæ praxi verſa-
tiſſimo, deleta fuit clauſula *non tamen in eadem Ec-
cleſia conſiſtentis.* Imo *Lotter. de Re Beneſic. lib. 1.
quæſt. 45. per tot.* latiſſime probat, quod Penſiones
124 non ſunt exprimendæ in impetratione beneficii, &
plene etiam *Clericat. de Penſion. diſcord. 15. per tot.*
125 ubi quod nec exprimi debent in impetratione al-
terius Penſionis, niſi hæc imponatur ſuper fru-
ctibus ejuſdem Beneficii antiquis Penſionibus gra-
vatis.

Cæterum ubi agitur de duobus Beneficiis confor-
126 mibus ſub eodem tecto, adeo eorum retentio abſ-
que Apoſtolica diſpenſatione eſt a jure improbata,
ut nec ſuffragari poſſit Conſuetudo etſi immemo-
rabilis, ac juramento munita, *Cap. Litteras 9. de
Conceſſ. Præbend. & Cap. 1. de Conſuetud. in 6. Fag-
nan. in dict. cap. Litteras numer. 6. & 10. Gratian.
diſcept. 133. a n. 18. Azor. Inſtit. moral. part. 2. lib.
6. cap. 11. quæſt. 1. Hojeda de incompatibilit. par. 1.
cap. 8. n. 7. & 8. & cap. 10. num. 3. & ſeqq. Garc.
de Beneſic. part. 11. cap. 5. n. 182. & n. 184. Paſſe-
rin. in cap. 1. n. 364. & ſeq. de Conſuetud. in 6. Rot.
dec. 279. num. 8. & 9. & deciſ. 390. ſub num. 3. co-
ram Molines.*

Quod tamen notabiliter declaratur in caſu, de
quo *Rot. in dict. Deciſionibus cor. Molines.* Adeſt in 127
Collegiata S. Gereonis Civitatis Coloniæ Conſue-
tudo antiquiſſima, quod Canonicus, ſi aſſumatur
ad Decanatum ejuſdem Eccleſiæ habentem anne-
xum alium Canonicatum, primum adhuc retinet
Canonicatum, qui non vacat, ſed quodammodo ſi-
let, & conquieſcit durante officio Decanatus, quo
dimiſſo, reviviſcit, & Canonicus ad priſtinum redit
ſtatum, reaſſumitque exercitium omnium jurium,
& actuum Canonicalium ſibi competentium vigore
prioris Canonicatus. Exorta controverſia ſuper hu-
juſmodi Conſuetudinis validitate, quamvis *Rota* pri-
ma vice eam improbam exiſtimaverit, re poſtea me-
lius examinata, contrarium cenſuit, quia etſi De-
canus in tali hypotheſi videatur retinere duos Cano-
nicatus, nihilominus ratione ſui Decanatus non ob-
tinet Canonicatum in titulum, ſed ſolum tanquam
Præbendam, & Dotem ipſius Decanatus, cui ex
hac cauſa eſt annexus, & incorporatus, uti illius
Prædium, adeout tanquam Decanus non gaudeat
prærogativis Canonicalibus, voce nempe in Capitu-
lo, & aliis. Proindeque licet Decanus retineat pri-
mum Canonicatum, non poteſt dici, quod per aſ- 128
ſumtionem ad Decanatum retineat duos Canonica-
tus ſimiles, & duo Beneficia ejuſdem naturæ ſub
eodem tecto, ſed ſolum duo Beneficia difformia,
Decanatum nempe, & primum Canonicatum, ut
totidem verbis reſpondit in *deciſ. 390. n. 2. §. Siqui-
dem, cor. Molines* confirmat. *deciſ. 414. cor. Eodem.*
Et conferunt tradita per *Van Eſpen in jus Eccleſ. u-
niverſ. par. 2. tit. 20. cap. 3. n. 24.*

Notandum etiam, quod ad effectum ut duo Be-
neficia uniformia retineri licite poſſint ſub eodem te-
cto, diſpenſatio Apoſtolica debet eſſe clara, & ex- 129
preſſa quoad Beneficia præfata, alias ſi ſimpliciter
obtineatur diſpenſatio ſuper pluralitate, illa quidem
erit operativa quoad retentionem Beneficiorum in
diverſis Eccleſiis exiſtentium, ſed ſuffragari non po-
terit quoad Beneficia, quæ ſub eodem tecto exi-
ſtunt, *Ægid. in cap. De multa, de Præben.* ibique
*Joan. Andr. num. 13. Ancaran. num. 7. Imol. n. 8.
Panormitan. n. 4. Fagnan. n. 23. Paſſerin. in cap. 1.
de Conſuetud. in 6. num. 367. D. de Sanctis in Exa-
min. Conſiſtorial. cap. 4. num. 28. Piton. diſcept. 142.
num. 12. Garc. de Beneſic. part. 11. cap. 5. num. 187.
& ſeqq. Pariſ. de Reſignat. lib. 3. quæſt. 1. num. 125.
Barboſ. de Epiſcop. allegat. 62. num. 16. Pax Jor-
dan. tom. 2. lib. 10. tit. 28. num. 37. Rot. in Nul-
lius, ſeu Piſcien. Beneficii 5. Maii 1719. §. Sexto cor.
Gamaches.*

Supereſt nunc videndum, qualiter inducta fuerit
vacatio Beneficiorum incompatibilium. Doctores
tam antiqui, quam moderni plura tempora diſtin-
guunt, juxta quæ variæ emanarunt diſpoſitiones.
Primum tempus fuit ante Concilium Lateranenſe 130
III. ſub *Alexandro III.* celebratum anno 1180. &
in hoc tempore, ei qui promovebatur ad ſecundum
Beneficium, dabatur optio dimittendi vel primum,
vel ſecundum, ut in *Cap. Referente, & Cap. Præ-
terea, de Præbendis.*

Secundum tempus fuit laudati Concilii Latera- 131
nenſis III. quo ſancitum extitit, quod habens Di-
gnitatem, ſeu Beneficium Curatum, ſi ad aliud pro-
moveretur, dimittendi, quod maluerat, optione
carebat,

carebat, ſed ſecundo privandus erat, ut habetur
in Cap. Quia nonnulli, de Cleric. non reſiden.

132 Tertium tempus eſt Concilii Lateranenſis IV. ſub
Innocentio III. celebrati anno 1215. Fuit enim in
eo diſpoſitum, quod obtinens Dignitatem, vel Be-
neficium Curatum, ſi aliud Beneficium, vel Di-
gnitatem acceptet, per hujuſmodi acceptionem ſta-
tim, & ipſo Jure primi Beneficii, vel Dignitatis
cenſeretur inducta vacatio; quod ſi forte utrumque
Beneficium, vel utramque Dignitatem retinere quis
contenderet, utroque privari deberet. Quæ Con-
ciliaris ſanctio legitur in *Cap. De multa, de Præ-
bend.* Quodque poſt adeptam poſſeſſionem ſecun-
di Beneficii vacet primum, diſponitur *in Cap. Du-
dum, de Elect. Cap. Litteras veſtras, de Conceſſ.
Præbend. Cap. licet Epiſcopus, de Præbend. in 6. Cap.
cum ſinguli, eod. tit. in 6. Clement. Si plures, de
Præbend.*

Quartum fuit tempus *Joannis XXII.* qui in *Ex-*
133 *travag. Execrabilis, de Præbend.* ſtatuit, quod re-
cipiens ſecundum Beneficium Curatum, vel ſecun-
dam Dignitatem, niſi ſtatim, adepta illius pacifica
poſſeſſione, verbo, & facto in manibus Ordinarii,
ſub teſtimonio publico dimittat primum, privatus
ſit utroque, & inhabilis reddatur ad Sac. Ordines,
& ad Beneficia Eccleſiaſtica obtinenda; & Bene-
ficium, quod fuit ultimo loco collatum, non poſſit
conferri per alium, quam per Papam. Et per hanc
Extravag. nonnulla addita fuerunt ſupradicto *Cap.
De multa*, quæ notat *Gloſſ. in eadem Extravag. §.
Ipſo Jure.*

Quintum denique tempus fuit Concilii Tridenti-
134 ni, quod *in Cap. 4. ſeſſion. 7.* pœnam *Cap. De multa*
reſtrictis ad Dignitates, & Beneficia curata, am-
pliavit ad obtinentes plura Beneficia ex quovis ca-
pite incompatibilia: Sancivit namque, ut *Quicun-
que de cætero plura curata, aut alias incompatibi-
lia Beneficia Eccleſiaſtica, ſive per viam unionis
ad vitam, ſeu Commendæ perpetuæ, aut alio quocum-
que nomine, & titulo contra formam Sacrorum Ca-
nonum, & præſertim Conſtitutionis Innocentii III.
quæ incipit, De multa, recipere, ac ſimul retinere
præſumſerit, Beneficiis ipſis, juxta ipſius Conſtitutio-
nis diſpoſitionem, ipſo jure, etiam præſentis Canonis
vigore, privatus exiſtat.* Et in *Cap. 17. ſeſſ. 24.* vo-
luit, incompatibilia eſſe duo Beneficia, quando
primum eſt ſufficiens ad honeſtam Clerici ſuſtenta-
tionem, vel quando utrumque perſonalem reſiden-
tiam requirit, ut ſupra dictum eſt. Et ita poſt anti-
quiores, hæc quinque tempora diſtinguunt *Gonzal.
in cap. De multa ſub n. 7. de Præben. Fagnan. in cap.
Referente n. 7. & 8. de Præbend. Paſſerin. in cap. 1.
de Conſuetud. in 6. num. 418. & ſeqq. Dartis Oper.
Canon. tract. de Beneſic. ſect. 9. cap. 2. de pluralit.
Beneſic. §. Prohibitio multitudinis, & ſeqq. pag. mihi
95. & ſeqq. Roſ. de Executor. part. 1. cap. 5. num.
51. & ſeqq. Garc. de Beneſic. part. 11. cap. 5. num. 1.
& ſeqq. Pax Jordan. tom. 2. lib. 10. tit. 28. n. 9. &
ſeqq. Panimoll. deciſ. 31. adnot. 1. n. 1. & ſeqq.*

His præmiſſis, ad effectum ut vacet primum Be-
neficium per aſſequutionem ſecundi incompatibilis,
135 requiritur ut quis ſecundum Beneficium pacifice
poſſideat. Incompatibilitas enim non conſideratur
136 in acquirendo, ſed in retinendo. *Ita Fagnan. in cap.
De multa n. 54. de Præbend. Paſſerin. cap. 1. num.
442. de Conſuetudin. in 6. Barboſ. cap. 4. ſeſſ. 7.
& de Epiſcop. allegat. 62. num. 16. Roſ. de Exe-
cutor. cap. 5. num. 61. & ſeqq. Piton. diſcept. 134.
num. 2. Rot. deciſ. 359. numer. 7. & ſeqq. & deciſ.
369. num. 2. cor. Cerro, deciſ. 764. num. 3. cor.
Dunoz. Jun. deciſ. 363. num. 2. cor. Benincaſa, in
Burgi, ſeu Civitatis S. Sepulchri Canonicatus 4. De-*

cembris 1705. §. Atque hinc cor. Anſaldo, & ple-
ne *in Monaſterien. Canonicatus 9. Decembris 1712.
coram Reverendiſſ. Aldrovando*, ubi variis exemplis
comprobatur Theorica, quod ſola proviſio incom- 137
patibilis non inducit vacationem primi Beneficii,
niſi accedat actualis, & effectiva captura poſſeſ-
ſionis, a cujus momento vacatio primi vires aſſu-
mit, *confirmata 9. Junii 1713. cor. cl. me. Card.
Scotto, & in Nullius, ſeu Piſcien. Beneficii 5. Maii
1719. §. 15. & 13. Maii 1720. §. Nec ſubſiſtit cor.
bo. me. Gamaches, & in Gerunden. Beneficii 19. A-
prilis 1728. §. Nec vero, & ſeqq. cor. Reverendiſſ.
Calcagnino.*

Poſſeſſio vero ſecundi Beneficii incompatibilis,
ad effectum ut inducat vacationem primi, debet 138
eſſe plena cum fructuum perceptione, vel ſaltem
majoris eorum partis, quia ex inutili, & ſterili poſ-
ſeſſione non dicitur Beneficium perfecte acquiſitum,
ad Text. in Cap. Si tibi conceſſo, de Præben. in 6. --
ibi -- *Æquum eſt, ut quamdiu fructus perceperis,
primum non debeat reputari vacare* -- ibique *gloſſ.
verbo Vacare*, ubi plura adducit exempla, & ſi-
gnanter in promoto ad Epiſcopatum, ut retineat 139
Beneficia etiam poſt conſecrationem, & poſſeſſio-
nem, ubi fructus Epiſcopatus alteri ex cauſa, ad
aliquod tempus aſſignentur; *Paſſerin. in dict. cap.
Si tibi n. 3. 13. & 16. Barboſ. de Epiſcop. alleg. 57.
n. 201. Lotter. de Re Beneſic. lib. 2. quæſt. 30. n. 8.
& ſeqq. & lib. 3. quæſt. 23. à n. 17. Roſ. de Execu-
tor. part. 1. cap. 5. num. 65. & ſeqq. Garc. de Be-
neſic. part. 11. cap. 5. n. 131. Hojeda de incompa-
tibilit. Beneſic. cap. 13. num. 48. & 80. Piton. diſ-
cept. 134. n. 5. Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 3.
cap. 3. n. 21. Pax Jordan. lib. 10. tit. 28. n. 82. Card.
de Luc. de Beneſic. diſc. 55. à n. 20. Pirhing. in jus
Canon. lib. 3. tit. 5. ſect. 5. à n. 156. D. de Sanctis in
Examin. Conſiſtor. cap. 5. n. 11. Rot. deciſ. 953. per
tot. cor. Seraph. & deciſ. 69. num. 130. par. 12. Re-
cent. & in Friſingen. Canonicatus 16. Maii 1707. §.
Parum cor. Anſaldo, & in Calaguritana Beneficii
de Aranarache 2. Julii 1728. §. final. cor. Reveren-
diſſ. Cincio.*

Sed cum in Eccleſiis Germaniæ, aliarumque par-
tium vigeat ſtatutum, aut Conſuetudo, quod pro- 140
viſi de Canonicatibus carere debeant per aliquot
annos illorum fructibus, oritur dubium, an a Sede
Apoſtolica proviſus de Canonicatu cum Decreto di-
mittendi alterum Beneficium incompatibile obten- 141
tum, iſtud illico vacet adepta Canonicatus poſſeſ-
ſione, vel potius expectari debeat lapſus ejuſdem
carentiæ? Et quidem non videtur eſſe locus vaca-
tioni, neque Decreto *de dimittendo*, ex ſupradicta 142
ratione, quod ceſſat incompatibilitas, ubi quis non
percipit ſaltem majorem partem fructuum ſecundi
Beneficii obtenti; Non enim cenſetur quis habere
Beneficium, niſi illius fructus habeat, ut in terminis
Eccleſiarum, in quibus viget hæc conſuetudo ca-
rentiæ, inhærendo diſpoſitioni *Text. in Cap. Si tibi
conceſſo, de Præben. in 6.* firmant *Paſtor. de Beneſ.
lib. 3. tit. 5. n. 6. Carol. de Mean in Conſuetud. Leod.
Obſerv. 595. n. 1. & per tot.* ubi *n. 11. & ſeqq.* reſpon-
det Deciſioni Rotæ in *Leodien. Canonicatus* penes
Garc. de Beneſ. part. 11. cap. 5.

Difficultatem tamen ingerunt Decretum Conci-
lii Tridentini *Seſſ. 24. cap. 14.* & Conſtitutio *S.* 143
Pii V. la 106. quibus annullantur ſimiles conſuetu-
dines etiam immemorabiles. Sed pro declaratione
Decreti Conciliaris, & Pianæ Conſtitutionis tres
caſus diſtinguit *Garcias.* Primus eſt, quando fru-
ctus Beneficii in primo anno reſervantur hæredibus
defuncti, unde etiam eos conſequuturi erunt hæ- 144
redes Canonici noviter admiſſi; & in hoc caſu

cum fructus non auferantur, ſed differantur: hinc
eſt, quod licet Canonicus eos non percipiat in pri-
mo anno niſi reſpective ad hæredes, cenſetur tamen
ac ſi effective perciperet; proindeque per aſſequu-
tionem Canonicatus vacat alterum Beneficium in-
compatibile, *Garc. part. 11. cap. 5. n. 137. Paſſerin.
in cap. Si tibi conceſſo, de Præbend. in 6. Panimoll.
deciſ. 31. adnot. 1. num. 17. Carol. de Mean. in Jus
Leodienſ. obſerv. 277. num. 11. Wameſ. conſ. 234.
num. 8. & 9.* cum aliis relatis per *Rot. in Leodien. Ca-
nonicatus, & Scholaſtria* 10. *Maii* 1666. *§. Quia
poſt maturam, coram Bourlemont* -- ibi -- *Quia poſt
maturam diſcuſſionem* dicti cap. ſi tibi conceſſo *fa-
ctam, Dominis innotuit, illius æquitatem caſui no-
ſtro ſuffragari non poſſe, ſed fructus primi anni re-
ſervantur hæredibus Canonici defuncti: quam limi-
tationem approbavit Rota in una Leodien. Canonica-
tus, quam refert Garcias de Benefic. part. 11. cap.
1. n. 142. Et ratio eſt, quia perceptio fructuum eo
caſu dilata eſt, non autem ablata, ut in Salamanti-
na dimidiæ Portionis, pariter allegata per Garc. de
Beneficiis eodem loco num. 137. & in his terminis lo-
quuntur Caſtrapal. Oper. moral. part. 2. tractat. 13.
diſput. 6. quæſt. 2. §. 6. n. 23. verſ. Limitatur, Gut-
tierez Canonic. quæſt. lib. 1. cap. 30. n. 30. Manent.
conſ. Canon. 234. n. 8. & 9. Carol. Mean in ſuis ob-
ſervat. ad jus Leodien. part. 3. obſervat. 277. n. 7.
& Rota plene reſpondet objectis hanc Concluſionem im-
pugnantibus in deciſ. 1053. coram Seraphin.* -- & in
eadem *Leodien. coram Otalora, in Recent. deciſ. 85.
n. 2. part. 16.*

Secundus caſus eſt, quaodo fructus non reſervan-
145 tur hæredibus Canonici, ſed applicantur fabricæ
Eccleſiæ, aut alteri pio uſui, & hoc caſu locum
ſibi vindicat diſpoſitio dicti *cap. Si tibi conceſſo*, ut
per aſſequutionem Canonicatus, non vacet alterum
Beneficium incompatibile, quouſque ejuſdem Ca-
nonicatus fructus lucrentur; nam hujuſmodi ſtatu-
ta, & conſuetudines applicativæ fructuum Benefi-
ciorum favore fabricæ, aut piorum uſuum, non re-
vocantur per Decretum Conciliare, & Conſtitu-
tionem Pianam, niſi pro dimidia parte, quando
ultra ſemeſtre fructus præfati reperiuntur applicati,
Garc. de Benefic. dict. cap. 5. num. 144. & ſeqq. ubi
ſubdit, quod hoc fortius procederet, ubi lauda-
ta Conſtitutio S. Pii non eſſet uſu recepta quoad
iſtam revocationem applicationis pro dimidia; ſe-
quitur *Panimoll. dict. deciſ. 31. adnot. 1. num. 24.
& ſeqq. Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 24. cap. 14. num. 5.
& 6.*

Tertius caſua eſt, quando fructus reſervantur
146 antiquis Canonicis, vel Menſæ Epiſcopali, aut Ca-
pitulari, & hoc caſu admittit *Garcias*, quod poſt
Concilium, & poſt Conſtitutionem Pianam non
habeat locum diſpoſitio dicti *cap. Si tibi conceſſa, ut
in dict. cap. 5. num. 146. & ſeqq.* & ſequitur *Pani-
moll. dict. adnot. 1. n. 26.* Subdit tamen idem *Garc.*
147 *num. 165.* quod ſi in aliquibus Eccleſiis ſtatuta, &
conſuetudines certorum annorum carentiæ fructuum,
ſive de jure, ſive de facto ſerventur, & Sanctio
Conciliaris, ac Conſtitutio Piana non ſint receptæ,
eo caſu procedat diſpoſitio dicti *cap. Si tibi conceſſo*,
ita quod per aſſequutionem Canonicatus in dictis
Eccleſiis non cenſeatur vacare primum Beneficium
incompatibile, quamdiu non lucrentur fructus e-
juſdem Canonicatua, *Panimoll. dict. deciſ. 31. adnot.
1. n. 28. & 29.*

Sed his non obſtantibus, cum in una *Spiren.* fuiſ-
ſet de hoc dubitatum in Dataria inter *Lotharium
Fridericum de Waldt* proviſum de ſecundo incom-
patibili, & *Theodorum de Horphlat*, qui primum,
uti vacans juxta Decretum, impetraverat, fuit reſo-
lutum pro vacatione, non obſtante Statuto Eccleſiæ 148
Spiren. circa carentiam quadriennii, & ſub die 10.
Martii 1689. fuit Decretum, quod relaxaretur ſup-
plicatio ad favorem *Theodori*, niſi intra duos Men-
ſes *Lotharius Fridericus* dimiſerit unum ex Canoni-
catibus; & ſucceſſive in ſequenti Pontificatu *Ale-
xandri VIII.* fuit reſolutum pro relaxatiooe ſuppli-
cationis. Et deducebatur pro hac parte auctoritas
*Rotæ in Leodien. Canonicatus coram Pamphilio, a-
pud Garc. dict. part. 11. cap. 5. num. 104. & 142.*
ubi fuit reſolutum, quod diſpoſitio *Cap. Si tibi con-
ceſſo* locum ſibi non vindicat, quando quis percipit, 149
aut percipere poteſt majorem partem fructuum.
Conſuetudo vero Eccleſiæ *Spiren.* tollebatur ex Con-
ſtitutione Piana, quæ de medio ſuſtulit conſuetu-
dines, etiam immemorabiles, quoad fructus appli-
catos hæredibus; & quoad applicatos Fabricæ, &
Sacriſtiæ, vel aliis locis Piis, pro dimidia parte ul-
tra tempus ſex menſium, ita quod Beneficiatus ſem-
per habebit dimidiam partem fructuum. Adduceba-
tur etiam *Paſſerin. in dicto cap. Si tibi conceſſa n. 8.
& 9.* ubi quod non poteſt dari caſus, quod Bene-
ficiatus non percipiat fructus, aut in totum, aut
pro dimidiā, ſi S. Pius ſuſtulit Cooſuetudines etiam
immemorabiles.

Er in terminis Eccleſiæ Leodienſis, in qua ex
Conſtit. *ſa. me. Clementis VIII.* approbatur carentia
fructuum per quadriennium non obſtante Conſtitu-
tione Piana, *Rota in dicta Leodien. Canonicatus,
& Scholaſtriæ* 10. *Maii* 1666. *coram Bourlemont*,
poſtquam præmiſit, quod fructus primi anni reſer-
vantur hæredibus Canonici defuncti, hæc ſubdit --
*Et quoad alios tres annos ſubſequentes, Domini con-
ſiderabant, eſſe in favorem noviter proviſorum facul-
tatem lucrandi diſtributiones quotidianas vigore In-* 150
*dulti a Clemente VIII. Eccleſiæ Leodien. conceſſi, ſic-
que Beneficium non eſſe de vento, & ſine fructibus,
prout eſſet neceſſarium ad hoc ut locus eſſet æquitati
dicti cap. Si tibi conceſſo, pro declinando incompati-
bilitatis effectu, ut egregie Garc. de Benefic. part. 11.
cap. 5. n. 135. & 166. Frances de Intruſ. quæſt. 6.
n. 7. & 8. Et hoc tanto magis, quod Papa habuit* 151
*notitiam carentiæ fructuum, & adhuc conferre voluit.
Ulterius, quod æquitas dicti cap. Si tibi conceſſo om-
nino excludatur ab hac ſpecie facti, ſatis comprobat
diuturnus uſus, qui in dictis partibus inolevit, pe-
tendi diſpenſationem Apoſtolicam pro retinendis ſimul
duobus Canonicatibus, ut apparet ex multis exemplis
datis in Summario, quæ evidenter indicant deten-
tionem dictorum Canonicatuum incompatibilem repu-
tari, & illicitam. DD. in cap. Ac ſi, de Adult. Ol-
drad. conſ. 327. n. 1. & 2. Rot. coram Buratt. deciſ.
19. n. 8 & 9.* -- Et rurſus in eadem *Leodien. deciſ.
85. part. 16. Recent.*

Nec Sedes Apoſtolica attendere debet ſtatuta, &
Conſuetudines, etiam nunc vigentes circa annos 152
carentiæ, ſed omni ſtudio curandum eſt, ut hujuſ-
modi conſuetudines, & ſtatuta tollantur, & ſerve-
tur Conſtitutio Piana; Et ſerio etiam invigilare te-
nentur Epiſcopi, quibus Apoſtolicarum Conſtitu-
tionum obſervantia cordi ſummopere eſſe debet, ut
hujuſmodi ſtatuta rejiciantur, ut poſt *Garciam* ad-
vertit *Panimoll. dict. deciſ. 31. adnot. 1. num. 29.* Et
uſus contrarius Apoſtolicis Conſtitutionibus non 153
attenditur ob Decretum irritans, quo ſunt muni-
tæ, quod inficit quemcumque actum contrarium,
ex relatis per *Rot. dec. 357. par. 11. Rec.* & alibi
paſſim.

Rurſus ad effectum vacationis primi Beneficii in-
compatibilis, requiritur quod poſſeſſio ſecundi ſit 154
pacifica, nam ſi ſuperveniant moleſtiæ de ju-
re, vel de facto, Beneficium non adhuc dicitur
aſſequu-

Digitized by Google

aſſequutum, ideoque non intrat incompatibilitas,
nec primum vacat *cap. De multa de Præbend. cap.
Commiſſa, cap. Licet Epiſcopus, de Præbend. in 6.
Monach. Joan. Andr. Ancaran. Archidiacon. Franc.
aliique penes Paſſerin. in dict. cap. Licet Epiſcopus
n. 3. Roſ. de Executor. part. 1. cap. 5. n. 61. & ſeqq.
Piton. diſcept. 134. n. 6. Clericat. de Benefic. diſcord.
30. n. 3. Lotter. de re Benefic. lib. 3. quæſt. 23. n.
19. & ſeqq. Panimoll. deciſ. 31. adnot. 1. num. 11.
& ſeqq. Van Eſpen in Jus Eccleſ. univerſ. part. 2.
tit. 20. cap. 4. num. 9. & 10. Rot. deciſ. 60. n. 16. &
17. part. 19. Recent. & in Manuſſ. ad ornat. Card. de
Luc. tom. 4. lib. 12. deciſ. 10. num. 17.*

Atque ob hanc rationem præfinitum eſt tempus
155 duorum Menſium ad dimittendum primum Benefi-
cium incompatibile, ut interim experiri poſſit, an
ſuperveniant moleſtiæ, ne alias dimiſſo primo, ob
moleſtias ſuperventas ſuper ſecundo, periculum ſub-
ſit, quod proviſus utrumque Beneficium amittat,
*Lap. in cap. Commiſſa, in fine, de Elect. in 6. Gabr.
conſ. 193. n. 7. & 8. lib. 2. Garc. de Benefic. part. 11.
cap. 5. n. 13. cum ſeqq. Roſ. de Executor. cap. 4. n. 71.
in fin. 73. 76. 77. Piton. dicta diſcept. 134. num. 7.
Clericat. diſcord. 30. num. 10. & ſequen. Adden. ad
Burat. deciſ. 19. n. 23. Rot. dec. 60. num. 17. part.
19. Recent. deciſ. 6. num. 10. coram Merlino, deciſ.
764. num. 63. coram Dunoz. deciſ. 5. num. 4. coram
Molines, in Leodien ſeu Aquiſgranen. Canonicatus
2. Julii 1703. §. Non ita, coram Kaunitz, & in
Burgi, ſeu Civitatis S. Sepulchri Canonicatus 4. De-
cembris 1705. §. Sacri coram Anſaldo.*

Verum quod diximus, requiri pacificam poſſeſ-
ſionem ſecundi Beneficii incompatibilis, & quidem
per duos Menſes, ut primum vacare dicatur, pro-
156 cedit quantum ad præjudicium ejus, qui præfatum
ſecundum Beneficium incompatibile fuit aſſequutus;
ſi enim ſuper eo movetur ſibi lis, nec unquam il-
lius habuerit pacificam poſſeſſionem, primum non
cenſetur vacare, ne alias ſine ſui culpa careat u-
troque. Secus vero quando agitur de præjudicio
tertii impetrantis primum Beneficium, tanquam
vacans per aſſequutionem ſecundi, nam tunc dici-
tur exorta vacatio ipſo jure per ſolam collationem
ſecundi incompatibilis, & ex tunc poteſt illud im-
petrari a tertio, qui non tenetur quærere, & in-
veſtigare, an primus poſſeſſor habuerit pacificam
poſſeſſionem ſecundi Beneficii, vel non; quia hoc
poteſt eſſe ſibi occultum, ſed ſufficit, quod videat
ipſum fuiſſe aſſequutum ſecundum incompatibile,
ut inde poſſit impetrare primum, tanquam vacans,
etiam ſi poſſeſſio ſecundi non ſit pacifica, itaut fu-
turus litis eventus poſtea declarare debeat, an ipſe
bene, vel male impetraverit, juxta originariam
diſtinctionem Caſtrenſis *conſ. 265. lib. 2. de qua
Card. de Luc. de Benefic. diſc. 54. n. 6. & 7. Piton.
diſcept. 134. num. 17. & ſeqq. Rot. deciſ. 241. n. 12.
& ſequen. part. 8. deciſ. 648. num. 5. & 6. par. 18.
Recent. dec. 2060. num. 13. & 14. coram Coccin.
& deciſ. 713. num. 12. & ſeqq. & deciſ. 745. cor.
Molines*, in qua, non retardata Cauſæ expeditio-
ne, fuit reſponſum Auctoritati *Garciæ*, & Deciſio-
nibus *cor. Cerro*, quæ in contrarium allegabantur,
& in *Monaſterien. Canonicatus 9. Decemb. 1712.
§. Etenim, coram Reverendiſſ. Aldrovando, & 9.
Junii 1713. §. Neque applicabatur cor. cl. me. Card.
Scotto.*

Sed ultra declarationes, & limitationes, quas ad
157 Concilium *Caſtrenſis* affert *Card. de Luc. dict. diſc.
54.* hodie, ex ſtylo Datariæ, duo Decreta ſolent
apponi in Apoſtolica proviſione ſecundi Beneficii
incompatibilis. Alterum, quod primum Beneficium
*vacare cenſeatur eo ipſo per ſolam præſentis Gratiæ
conceſſionem*, & poſito hoc Decreto, quod eſt contra 158
juris diſpoſitionem, ut ait *Rota in dicta Monaſterien.
Canonicatus 9. Decembris 1712. §. Quod etiam, &
§. Diſpoſitioni cor. Reverendiſſimo Aldovrando*, con-
firmata *19. Junii 1713. §. Sive etiam, cor. cl. me.
Card. Scotto, & 11. Januarii 1714. cor. bo. mem.
Cerro*, ſtatim inducitur vacatio primi, & ſolet etiam 159
illud unico contextu conferri per Datariam, *Card.
de Luc. d. diſc. 54. n. 9.*

Aliud Decretum, quod juris diſpoſitioni confor-
me eſt, ut in laudatis Deciſionibus *Monaſterien.* eſt
Decretum *de dimittendo* intra duos Menſes, ſeu
quod proviſus de ſecundo Beneficio incompatibili
primum dimittat, cum illius poſſeſſionem adeptus 160
fuerit, quod ita concipi ſolet - *Volumus autem,
quod tu, cum primum poſſeſſionem adeptus fueris, ſeu
per te ſteterit quominus illam aſſequaris, Canonica-
tum quem obtines, in manibus Romani Pontificis
tantum libere, cum ſpecifica mentione præſentis no-
ſtræ voluntatis, nec alias dimittere tenearis, alio-
quin &c.* -- Hoc enim caſu ſtatim, & ab initio non 161
vacat primum, ſed neceſſaria eſt adeptio poſſeſſio-
nis ſecundi Beneficii incompatibilis, continuata per
duos Menſes, ſi ita in Decreto caveatur, *Rot. in
dicta Monaſterien. cor. Reverendiſſ. Aldovrando §.
Alterum eſt Decretum, & cor. cl. me. Card. Scotto §.
Sive etiam*, & diſerte *Piton.* qui in eadem Cauſa ſcri-
pſit *d. diſcep. 134. n. 9. & ſeqq.* Et hujuſmodi De-re-
tum non ſolum importat diſpenſationem retinendi 162
primum uſque ad tempus dimiſſionis faciendæ,
Garc. de Benefic. part. 11. cap. 5. n. 56. quæ eſt ſpe-
cies gratiæ adaugentis expenſas expeditionis Litte-
rarum Apoſtolicarum, & taxatur in majori ſumma
apud Scriptores Apoſtolicos; Verum operatur, 163
quod ad effectum inducendæ vacationis primi Be-
neficii incompatibilis, requiratur novus actus, nem-
pe exhibitio novæ ſupplicationis, quæ de novo ſi-
gnari debet a Papa, qui declarat tunc vacare Be-
neficium, juxta deducta per *Amayd. de ſtyl. Datar.
lib. 1. cap. 22. pag. 378.*

Atque in his terminis nunquam fieri ſolet con-
temporanea proviſio primi Beneficii, ſed expecta- 164
tur adimplementum conditionis adeptæ poſſeſſionis
ſecundi; Quod ſi talem poſſeſſionem proviſus non
adipiſcatur, & per eum non ſteterit illam adipiſci,
altera proviſio per Datariam non fit primi incom- 165
patibilis, quam per obitum illius obtentoris, *Rot. in
dicta Monaſterien. coram Reverendiſſ. Aldovrando
§. Alterum; & in §. final.* advertitur, quod ſi
quandoque facta fuit contemporanea proviſio, id 166
proceſſit ex facto Expeditorum, qui ſuppoſuerunt
Decretum *vacationis eo ipſo*, loco Decreti *de di-
mittendo*, de quo Datarius recordari non poteſt. Et
in ejus confirmatoria *coram cl. mem. Card. Scotto §.
Sive etiam.*

Neque in hoc caſu intereſt, an agatur de præju-
dicio proviſi de ſecundo Beneficio incompatibili, an 167
vero agatur inter duos impetrantes, cum in utro-
que caſu requiratur poſſeſſio ſecundi, ſine qua pri-
mum nec de facto, nec de jure vacat, ut bene pro-
batur in dicta *Monaſterien. coram Reverendiſſ. Al-
dovrando §. Etenim & ſequentibus*, in qua explica-
tur doctrina *Caſtrenſis, & Deciſio in Mediolanen.
Canonicatus coram Molines*, inter impreſſ. *deciſ. 713.*
circa quam, ſtatim ac prodiit, plurimas animadver-
ti cadere poſſe difficultates, quæ hodie ceſſant,
cum res melius explanata fuerit in laudatis Deciſio-
nibus *Monaſterien. Canonicatus coram Reverendiſſi-
mo Aldrovando, & clar. mem. Card. Scotto.*

Ceterum ubi in proviſione ſecundi Beneficii in- 168
compatibilis apponitur Decretum *de dimittendo*, ante-
quam declaretur, quod eidem locus factus fuerit,

& quod primum vacaverit, denegari non debet
manutentio poſſeſſori. Quamvis enim Decretum
præfatum comitari ſoleat alterum Decretum irritans,
169 per quod Titulus, & poſſeſſio detentoris inficitur;
nihilominus Decretum *irritans* venit acceſſorie ad
Decretum de *dimittendo*; quamobrem ei locus eſſe
non poteſt, niſi poſtquam conſtiterit, factum fuiſ-
ſe locum dimiſſioni, *Lotter. de re Benef. lib. 2.
quæſt. 30. num. 19. & ſeqq.* ubi aliis quoque id com-
probat rationibus, *Roſ. de Executor. cap. 4. n. 81.
& ſeqq. Rot. deciſ. 764. num. 4. cor. Danoz.* Quod
tamen procedit in dubio, nam ſi clare conſtet de
170 extremis, nempe de pacifica utriuſque Beneficii in-
compatibilis poſſeſſione, cum perceptione fructuum
ſecundi Beneficii, tunc intrat Decretum irritans,
quod inficit poſſeſſionem, *Roſ. de Executor. dict. cap. 4.
n. 83. Rot. deciſ. 811. n. 17. & ſeqq. coram Dunozet.*

Supradictis Decretis de *dimittendo*, & vacationis
primi Beneficii *eo ipſo*, addi poteſt & aliud, quod
171 adhiberi ſolet, quando quis promovetur ad Eccle-
ſiam Cathedralem, quod nempe compatibilia Bene-
ficia per eum obtenta *vacent eo ipſo*, *ſuſpenſo ta-
men vacationis effectu uſque ad obitum*, de quo De-
creto diximus in §. præcedenti *n.* 230. In his enim
172 terminis ſtatim vacant Beneficia, & in illorum pro-
viſione datur Reſervatio ex vacatione *apud Sedem*,
& ſuſpenſio effectus vacationis inducitur favore ipſius
promoti, qui donec vivit, non potitur niſi nuda de-
tentione de facto. Sed in praxi vix datur caſus,
quod ſtatim hujuſmodi Beneficia impetrentur, ſed
expectatur obitus detentoris.

Igitur *in Extravag. Ad regimen*, in hac Regula
prima innovata, Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſer-
vatur Beneficium vacans per aſſequutionem ſecun-
173 di incompatibilis, quod conferatur per Papam, ſive
Auctoritate Apoſtolica, nam alias ſi conferatur ab
Ordinario, primum minime erit reſervatum. *Simo-
nett. de Reſervat. quæſt. 26. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ.
15. §. 2. n. 13. & 14. & Gloſſ. 51. n. 36. & 37. Garc.
de Beneficiis part. 11. cap. 5. n. 51. & ſequen. Tondut.
Quæſt. Benefic. part. 2. cap. 3. n. 21. Roſ. de Execu-
tor. cap. 4. num. 86. Rot. dec. 242. coram Burat. dec.
197. n. 2. 4. & 10 coram Otthobono, & deciſ. 241.
n. 5. part. 12. Rec. & in Compoſtellana Parochialis
17. Februarii 1690. §. Rurſus, coram clar. memor.
Cardin. Caccia.*

Et dicitur conferre etiam auctoritate ordinaria
174 Epiſcopus, qui gaudet Indulto Apoſtolico confe-
rendi reſervata, cum illud nil de novo tribuat, ſed
tantum removeat obſtaculum Reſervationum, ut
diſtinguendo inter Indulta Cardinalium, & alia in-
ferioribus conceſſa *Rot. d. dec. 197. coram Otthobo-
no, & in d. Compoſtellana Parochialis cor. el. mem.
Card. Caccia.* ubi agebatur de Indulto conceſſo Or-
dinariis Hiſpaniarum, conferendi Canonicatus Pœ-
nitentiarios in Menſibus reſervatis, & reſolvitur,
quod adhuc conferant auctoritate Ordinaria. In Ger-
175 mania tamen, ut reſervatum ſit Beneficium per aſ-
ſequutionem ſecundi incompatibilis, requiritur,
quod iſtius proviſio *immediate* fiat a Papa, ut inhæ-
rendo literæ Concordatorum *Rot. in Salisburgen.
Canonicatus* 8. *Aprilis* 1680. *§. Secundo, coram Ron-
dinino.*

Cæterum quamvis primum Beneficium, ob aſſe-
176 quutionem alterius incompatibilis ordinaria auctori-
tate collati, non ſit vigore *Extravag. Ad regimen.*
reſervatum, erit tamen reſervatum vigore *Regulæ
IX.* ſi proviſus ejuſdem ſecundi poſſeſſionem adipiſ-
catur non in Menſe ordinario, ſed in Menſe Apo-
ſtolico, ut late dicemus *in Commentar. in primam
partem ejuſdem Regulæ.* Atque in his terminis de
tali facti ſpecie dubitari contigit.

Vacaverat de Menſe Novembris Sedi Apoſtolicæ
reſervato, Canonicatus in Cathedrali Mediolanen.
Cardinalis Archiepiſcopus vigore Indulti illum con-
tulit *Canonico Cruceo* poſſidenti aliam Præbendam
in eadem Eccleſia, quæ cum ideo vacaſſet, quæ-
ſitum fuit, an potuiſſet optari. Reſolutio pendebat
ex eo, an Præbenda illa ſic dimiſſa eſſet reſervata,
nam in caſu reſervationis optari non poterat, quia
Beneficia reſervata ſunt ab optione exemta, *Cap. fi-* 177
*nal. ibique Barboſ. n. 16. & Paſſerin. n. 62. de Con-
ſuetud. in 6. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 34. n. 2. &
ſequen. Clericat. de Benefic. diſcord. 6. ſere per tot.
Rot. dec. 619. n. 26. & dec. 719. coram Cerro*, &
Nos in *Comm. in primam partem Regulæ IX. §. 5.*
Reſervata autem dici non poterat Præbenda dimiſſa
a Cruceo, ex quo poſſeſſionem ſecundi incompati- 178
bilis adeptus fuerat de Menſe Martii, qui eſt Men-
ſis Ordinarius, & conſequenter etiam prima Præ-
benda vacare cenſebatur in Menſe Ordinarii, ut
dictum eſt.

Verum in contrarium urgebat, quod *in Extra-
vag. Ad Regimen* reſervantur Beneficia vacantia per
aſſequutionem alterius Beneficii incompatibilis ſive
a Papa, ſive ab alio auctoritate Apoſtolica confe- 179
ratur -- ibi -- *Per Nos, ſeu auctoritate Litterarum
noſtrarum conferendorum* -- quod etiam diſponitur
in Conſtitutione *Pauli V. la* 62. extenſiva ejuſdem
Reſervationis contentæ in laudata *Extravag.* ad
Beneficia reſignata intra tempus vacationis, & pro-
viſionis aliorum incompatibilium Apoſtolica aucto-
ritate faciendæ, & ex qua Conſtitutione ortum
habuit *Regula III.* ut in *Commentar. in eamdem Re-
gulam* dicemus, & notat *Cherubin. ad eamdem Con-
ſtitut. Barboſ. in Extravag. Ad Regimen.* Quamob-
rem reſervata cenſentur etiam Beneficia vacantia 180
per aſſequutionem aliorum incompatibilium, quæ
Cardinalis confert non uti Ordinarius, ſed vigore
Indulti: Dicuntur enim Beneficia præfata auctori-
tate Apoſtolica provideri, & proviſio perinde ha-
betur, ac ſi ab ipſomet Papa emanaret, *Tondut.* 181
*Reſolut. Beneficial. part. 2. cap. 3. §. 5. num. 11.
Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 65. Lotter. de re
Beneficiar. lib. 2. quæſt. 21. n. 117. Card. de Luc de
Benefic. diſc. 1. num. 37. Rot. deciſ. 2300. num. 13.
coram Coccin. & deciſ 483. n. 7. coram Dunozz. de-
ciſ. 197. n. 15. & ſeqq. coram Otthobono*, ubi quod 182
Indulta non ſolum removent obſtacula reſervatio-
num, ſed aliquid novi concedunt Cardinalibus,
adeout dicantur conferre auctoritate delegata, &
vice ipſius Papæ, qui ſibi Beneficia reſervavit, ut
pluries etiam ſupra diximus.

Et in his terminis quæſtio verſari dicebatur. Et-
enim Cardinalis Archiepiſcopus contulerat *Cruceo*
ſecundum Canonicatum vigore Indulti, & ſic au-
ctoritate Apoſtolica. Cum enim Canonicatus præ-
fatus per obitum ultimi Poſſeſſoris vacaſſet in Men-
ſe Novembris Papæ reſervatu, illum non aliter con-
ferre poterat, quam vigore facultatis ſibi per Indul-
tum conceſſæ. Nihilque refert in hac optionis mate-
ria, quod Beneficia præfata non a Papa, ſed a Car-
dinali Indultario conferantur, quia cum hoc caſu 183
idem ſit, ac ſi Papa conferret, optioni locus eſſe non
poteſt. *Paſſerin. in cap. final. n. 65. de Conſuetud. in
6. Pignatell. conſult. 73. num. 1. tom. 5. Clericat. de
Benefic. diſcord. 6. n. 4. Adden. ad Pamphil. deciſ.
190. n. 10. in fine, Rot. coram Coccin. deciſ. 2300. n.
14. & ſeqq. & coram Dunozz. Jun. deciſ. 483. n. 7.*
ubi de ſimili collatione facta a Vicario Archiepiſco-
pi Mediolanen.

Quidquam non relevante, quod poſſeſſio ſecun-
di Canonicatus adepta fuerit in Menſe Ordinarii,
quodque proinde primus, cum eo tempore vacaſſet,
cenſeri

184 cenſeri non deberet reſervatus. Objectio enim procederet in proviſo ab Ordinario, uti Ordinario, quo caſu locum ſibi vindicat diſtinctio, an in Menſe reſervato, vel Ordinario adipiſcatur poſſeſſio; ſecus vero in proviſo a Papa, ſeu a Cardinali auctoritate Apoſtolica, quia in his terminis non intrat reſervatio ratione Menſium, ſed ex alio diverſo fonte, nempe vigore *Extravag. Ad regimen*, reſervantis Beneficia vacantia ob aſſequutionem aliorum incompatibilium, ut declarando *Navar. & Gonzal.* firmat *Pax Jordan. tom. 2. lib. 10. tit. 28. ſub n. 69.* Et ita me, ſub alieno nomine ſcribente, reſolvit *Rot. in Mediolanen. Optionis 3. Martii* 1684. *& 3. Julii ejuſdem anni coram Urſino.*

Sed quamvis primum Beneficium vacans per aſſequutionem alterius incompatibilis a Cardinali vigore
185 Indulti collati, ſit vigore *Extrav. Ad regimen*, ut diximus, reſervatum: Nihilominus illius proviſio ad eumdem Cardinalem dubio procul ſpectat, & quidem vigore Indulti tribuentis ei facultatem conferendi Beneficia *quomodolibet reſervata, & affecta*;
186 Idque non obſtante quod Proviſus de ſecundo incompatibili teneatur novam Proviſionem intra certum tempus a Sede Apoſtolica reportare, juxta Decretum in Indulto Cardinalium apponi ſolitum, ut alias, pro veritate conſultus, reſpondi in una *Montisfaliſci*; in cujus themate, cum Cardinalis Epiſcopus, poſt collatam Eccleſiam Parochialem N. N. obtinenti Canonicatum, poſſeſſione etiam ſubſequuta, diſpoſuiſſet eodem tempore de Canonicatu favore B. contendebatur, ſecundam proviſionem jure non ſubſiſtere, ſed ſpectare ad Datariam, a qua petenda erat nova proviſio Parochialis. Sed motivum
187 nullius erat relevantiæ, quia Decretum capiendi novam proviſionem, reſpicit tantummodo emolumenta Cancellariæ Apoſtolicæ, non autem ſuſpendit collationem Cardinalis Indultarii, quæ interim remanet in ſtatu validitatis, & annullatur ſolum in caſu, quo nova Proviſio non petatur intra certum tempus. *Rot. dec. 197. n. 12. & ſeqq. cor. Ottobon.* Quod tempus non incipit currere niſi a die adeptæ poſſeſſionis Beneficii, *Lott. de Re benefic. lib. 3. quæſt. 20. n. 40. Germon. de Indult. Cardinal. §. Volumus autem, a n. 48. Rot. deciſ. 31. num. 28. in fine, & 29. part. 10. & deciſ. 523. n. 68. part. 19. Recen.* Cumque de tempore novæ Proviſionis faciendæ per Sedem Apoſtolicam, jam vacaſſet Canonicatus per aſſequutionem Parochialis incompatibilis, & ſubſequuta fuerit illius collatio a Cardinali vigore Indulti expleta, nil amplius remanebat dimittendum, quod Dataria conferre valuiſſet; *Rot. dicta deciſ. 197. §. final cor. Ottobono.* Et ita pluries in ſimilibus caſibus ſervatum fuit.

Id tamen non procederet, quando ſuper ſecundo
188 Beneficio incompatibili imponenda eſſet Penſio, quia tunc Proviſio fit ex integro a Dataria, nec poteſt obtineri poſſeſſio, niſi poſt Litteras Apoſtolicas expeditas. Cumque in Litteris præfatis Papa apponat Decretum, quod primum Beneficium obtentum vacet *eo ipſo*, itaut nemo præter ipſum ea vice de illo diſponere poſſit: ſequitur exinde, quod ligatæ remaneant manus Cardinalis, itaut Beneficium præfatum alteri amplius conferre non poſſit. Et ex hac ratione vidi Cardinales utplurimum ſe abſtinere ab imponenda Penſione ſuper ſecundo Beneficio, ut ſic poſſent primum, ob incompatibilitatem vacans, conferre.

§. IX.

De Reſervatione Beneficiorum vacantium per Extravag. Execrabilis, de Præbend.

ARGUMENTUM.

Reſervantur Beneficia eorum, qui duo incompatibilia retinere præſumſerint, ſive ſint Curata, ſive non; & redditur hujuſmodi reſervationis ratio. Proviſus de ſecundo incompatibili tenetur ſtatim, poſt adeptam illius poſſeſſionem, primum Beneficium dimittere in manibus Ordinarii; ſed ex ſtylo Curiæ datur tempus duorum Menſium; quod ſi quis malitioſe ſecundi Beneficii poſſeſſionem adipiſci non curet, perinde erit, ac ſi utrumque detinere præſumſerit, dummodo tamen primum pacifice poſſideat. Ut locum ſibi vindicet *Execrabilitas*, requiritur clara probatio, quod quis utrumque Beneficium retinere præſumſerit; & retentio, ſaltem de facto, probanda eſt ab impetrante; & an is teneatur inſuper probare, quod non interceſſerit Apoſtolica diſpenſatio? Examinatur, an utrumque Beneficium ſit reſervatum? Et concluditur, ſecundum tantum eſſe reſervationi obnoxium.

SUMMARIUM.

1 *Renovatur in hac Regula I. Cancellariæ diſpoſitio* Extravag. Execrabilis, de Præbendis.
2 *Et reſervantur Beneficia eorum, qui duo Beneficia incompatibilia retinere præſumſerint*, & n. 11.
3 *Redditur ratio hujus reſervationis*, & n. 31.
4 *An habeat locum in Beneficiis ſolum curatis?*
5 *Ex diſpoſitione S. Concilii Tridentini procedit, ſive Beneficia ſint curata, ſive non.*
6 *Proviſus de ſecundo Beneficio incompatibili, tenetur ſtatim in manibus Ordinarii dimittere primum.*
Unde ceſſat antiqua quæſtio ſuper intelligentia verborum -- retinere contenderit -- *quæ leguntur* in Cap. De multa. n. 7.
8 *Hodie datur tempus duorum Menſium ad dimittendum primum.*
9 *Vacat utrumque Beneficium, ſi proviſus de ſecundo doloſe differat illius poſſeſſionem adipiſci.*
10 *Limita, ſi primi poſſeſſionem adeptus non fuit.*
12 *Ut intret Execrabilitas, requiritur dolus, ſeu culpa.*
13 *Voluntas retinendi utrumque Beneficium non reſultat ex eo, quod quis dixerit velle reſidere in ſecundo Beneficio per magnam anni partem.*
14 *Et excluditur, ſi proviſus de ſecundo, illius gratiam impetraverit cum Decreto dimittendi primum.*
15 *Diſpenſatio ſuper retentione duorum incompatibilium non reſultat ab expreſſione facta in impe-*

tratione tertii Beneficii, quod duo priora incompatibilia obtinet ex Apoſtolica diſpenſatione.

16 *Impetrans Beneficium tamquam vacans vigore* Extravagantis Execrabilis, *tenetur incompatibilitatem, & retentionem ſaltem de facto, verificare*, & n. 18.

Maxime ſi in Litteris Apoſtolicis adſit clauſula Vocato &c. n. 20.

Amplia etiam, ſi in Litteris præfatis adſint clauſulæ ſive præmiſſo *&c.* n. 17.

19 *Ad differentiam caſus, quando impetratur Beneficium ſimpliciter uti reſervatum, nam tunc ſufficit, reſervationem expreſſam ſaltem de jure verificari.*

21 *Impetrans Beneficium vigore* Extravag. Execrabilis *probare tenetur, quod Poſſeſſor ſine Apoſtolica diſpenſatione utrumque indebite detineat occupatum.*

22 *Et relevatur poſſeſſor ab onere titulum præfatum exhibendi.*

Licet illum exhibere teneatur Ordinario petenti, n. 23.

24 *Maxime ſi fuerit poſſeſſor Vicennalis, aut decennalis, cum tanti temporis poſſeſſio faciat titulum præſumere.*

25 *Titulus præſumtus, ubi agitur de excludendo Impetrantem, ſed non Ordinarium, oritur etiam ex pacifica poſſeſſione triennali.*

26 *Nec excluſus remanet, ex quo Apoſtolica diſpenſatio regiſtrata non reperitur in libris Datariæ, cum poterit alio modo expediri.*

27 *Contrarium, quod obtinens duo incompatibilia, nedum petente Ordinario, ſed etiam ad excludendum impetrantem, exhibere tenetur diſpenſationem Apoſtolicam.*

Redditur ratio n. 28. & 29.

30 *Amplia etiam ſi fuerit Triennalis poſſeſſor.*

31 *Regula de Triennali non favet deſtituta titulo ſaltem colorato.*

32 *Unde nec ſuffragatur obtinenti duo incompatibilia.*

33 *Negativa non obtentæ Apoſtolicæ diſpenſationis evincitur ex teſtimonio Officialium Datariæ, quod in illius Regeſtris adnotata non reperitur.*

34 *Congregatio Concilii diſpenſationes ſuper retentione Beneficiorum incompatibilium non indulget, niſi ad breve tempus; & quando expediuntur per Secretariam Brevium, ſupplicationes tranſeunt per Organum Datariæ.*

35 *Probata negativa obtenta diſpenſationis Apoſtolica per Teſtimonium Officialium Datariæ, retinenti duo incompatibilia nec decennalis ſuffragatur.*

36 *In terminis* Extravag. Execrabilis *utrumque Beneficium reſervatum videtur. Et redditur ratio* num. 37.

38 *Intellige, quando ſecundum collatum fuit auctoritate Apoſtolica, ſecus ſi Ordinaria, quo caſu poſterius tantum erit reſervatum*, & n. 39.

40 *Et in his terminis procedit Regula I. Cancellariæ, qua* Extravag. Execrabilis *diſpoſitio renovatur.*

41 *Reſpondetur argumentis contrariis, & declarantur Doctores*, n. 42. & 43.

1 POſt renovatas in Regula I. reſervationes omnes contentas in *Extravag. Ad regimen, de Præb.* proſequitur eadem Regula reſervationem Beneficiorum, quæ vacare contigerit per Conſtitutionem *Joannis XXII.* quæ incipit *Execrabilis, de Præben.*
in qua, ut ſupra dictum eſt, reſervantur Beneficia 2
eorum, qui duo incompatibilia eodem tempore retinere præſumſerint; hæc enim eſt execrabilis avaritia, quam Papa in dicta *Extravag.* cum multis pœnis improbavit, ut præcæteris notant *Pirhing. in jus Canon. lib. 3. tit. 5. ſect. 5. num. 152. & ſeqq. Van Eſpen in jus Eccleſ. univerſ. part. 2. tit. 23. cap. 4. n. 7. Thomaſſin. de Benefic. part. 2. lib. 3. cap. 8. n. 8. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 51. num. 38. Pax Jordan. tom. 2. lib. 10. tit. 1. n. 43. Barboſ. in Collect. ad dictam Extravag. num. 3. & ſeqq. Garc. de Benefic. part. 11. cap. 5. num. 17. cum plurib. ſeqq. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 3. cap. 7. num. 36.* ubi multa colligit in praxi notanda circa ejuſdem *Extravag.* interpretationem, *Rot. deciſ. 7. n. 4. & 5. coram cl. me. Card. Falconerio tom. 3. tit. 5. de Reſcriptis, & in Friſingen. Canonicatus 2. Julii 1714. §. Verum cor. bo. me. Anſaldo.* Ejuſdemque reſervationis ea 3
eſt ratio, quia ob retentionem incompatibilium, privatio inducitur ex Sententia Papæ, & conſequenter vacatio contingit in Curia, *Lotter. de re Beneficiar. lib. 2. quæſt. 30. n. 7.*

Dubitarunt olim DD. an dictæ *Extravagan.* diſ-
poſitio locum haberet in Beneficiis Curatis tantum, 4
vel in aliis etiam non Curatis, licet incompatibilibus, ut ſi quis duas Dignitates, vel duos Canonicatus obtineret; Et non habere locum niſi in ſolis Beneficiis Curatis, ultra nonnullos antiquos DD. exiſtimarunt etiam *Corrad. in Prax. Benefic. dict. lib. 3. cap. 7. n. 33. Hojed. de incompatibil. part. 1. cap. 16. n. 5. & 6.* Hodie tamen eſt quæſtio ſuperflua,
quia Sac. Concilium Tridentinum *ſeſſ. 7. cap. 4. de* 5
Ref. ad omnia Beneficia incompatibilia extendit, & ampliavit diſpoſita per Joannem XXII. in *Extravaganti* præfata. *Roſ. de Executor. cap. 5. n. 56. & ſeqq. Garc. de Benefic. part. 11. cap. 5. num. 224. & ſeqq. Lotter. de re Benef. lib. 2. quæſt. 30. Mandoſ. in Regul. 1. quæſt. 14. Barboſ. in Collect. ad dict. Extravag. n. 4. Pirhing. in jus Canon. lib. 3. tit. 5. de Præb. ſect. 5. n. 153.* cum aliis penes *Rot. in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Canonicatus 2. Julii 1703. §. Quia ultra cor. bo. me. Kaunitz.*

Vigore dictæ *Extravag. Execrabilis*, proviſus 6
de ſecundo Beneficio incompatibili, tenetur abſque moræ diſpendio primum dimittere in manibus Ordinarii *verbo, & facto*, ſub teſtimonio publico; ex
quo ceſſat quæſtio illa, quam antiqui Doctores exa- 7
minarunt, quomodo eſſe debeat præſumtio retinendi, ob verba illa *retinere contenderit*, quæ leguntur in *Cap. De multa, de Præbend.* ut ait *Fagnan.* ibidem: ubi quod hoc etiam notandum ad intellectum Concilii Tridentini *ſeſſ. 7. cap. 4.* in illis verbis *ſimul retinere præſumſerit, Roſ. de Executor. dict. cap. 4. n. 75.*

Verum licet in dicta *Extravag.* diſponatur, quod proviſus de ſecundo Beneficio incompatibili, poſtquam illius poſſeſſionem adeptus fuerit, abſque moræ diſpendio teneatur primum dimittere: attamen
hodie, ex communi Doctorum placito, datur tem- 8
pus duorum menſium ad dimittendum, ut hoc temporis intercapedine experiri poſſit, an ſupervenient moleſtiæ, cum niſi ſecundum Beneficium pacifice poſſideatur, non oritur incompatibilitas cum primo, ut diximus in §. *præcedenti num. 154. & ſeqq.*

Quod ſi Proviſus de ſecundo Beneficio incompa-
tibili voluntarie, & malitioſe diſtulerit illius poſſeſ- 9
ſionem adipiſci, utrumque Beneficium vacare dicendum erit, quia in terminis laudatæ *Extravag. Execrabilis*, paria ſunt, vel quod pacifice retineatur utrumque Beneficium incompatibile, vel quod ſteterit per Proviſum, quominus ſecundi poſſeſſionem adeptus fuerit, ut decernitur in eadem *Extravag.*--

ibi --

ibi -- *Poſtquam ſecundi poſſeſſionem habuerint, vel*
per eos, omni dolo, & fraude ceſſantibus, quominus
habeant, ſteterit -- & *in Cap. Commiſſa, de Elect.*
in 6. Cap. Licet Epiſcopus, ubi gloſſ. verb. Præmit-
tente, verſic. Et ſi ſteterit per ipſum, de Præbend.
& Dignitat. in 6. Cap. De multa, de Præbend. &
cohærenter ad dicta jura, *Vitalin. in Clementin. Si*
plures, n. 24. & 36. de Præbend. Azcaran. in dict.
cap. De multa, n. 3. & 4. Lotter. de re Beneficiar.
lib. 2. Quæſt. 30. Van Eſpen. in jus Eccleſ. univerſ.
lib. 2. tit. 20. cap. 4. num. 9. Garc. de Benefic. part.
11. cap. 5. n. 100. Roſ. de Execut. part. 11. cap. 5. n.
77. Piton. diſcept. 134. n. 4. Rot. deciſ. 65. num. 11.
cor. Molines.

Id quod tamen declaratur, ut locum ſibi vindi-
cet, quando Proviſus de ſecundo Beneficio, man-
10 datum obtinuerit de immittendo ad illud, & poſſeſ-
ſionem adipiſci non curet ad effectum, ne vacet
primum, quod jam poſſidet; ſecus vero, quando
nullam adeptus fuit poſſeſſionem primi, quamvia
potuiſſet: hoc enim caſu nulla fraus, nullaque ma-
litia conſiderari poteſt, cum primum Beneficium ſta-
tim vacaverit ob aſſequutionem ſecundi, & utriuſ-
que vacatio, ſeu privatio non cenſetur inducta, niſi
per amborum retentionem. *Rot. in Leodien. ſeu A-*
quiſgranen. Canonicatus 2. Julii 1703. §. Nec rele-
vat, cor. Kaunitz, & in Leodien. Canonicatus 24.
Aprilis 1711. §. Cæterum, cor. clar. me. Card.
Priolo.

Ut igitur intret execrabilitas, ſicque Proviſus
pœnam amiſſionis utriuſque Beneficii incurrat, id
in ſpecie omnino requiritur, quod utrumque retine-
11 re abſque Apoſtolica diſpenſatione contendat, ut de-
promitur ex *Text. in dict. cap. De multa* -- ibi --
Contenderit retinere -- & ex *Concil. Trident. dict. cap.*
4. - ibi - *Præſumſerit retinere* - *Lotter. de re Benefic.*
12 *lib. 1. Quæſt. 30. n. 27.* & ſic requiritur dolus, &
malitia, ſaltem ex lata culpa, *Fagnan. in cap. Super*
inordinata, num. 9. de Præbend. Garc. de Benefic.
part. 11. cap. 5. num. 95. & ſeqq. Ventrigl. in Prax.
part. 1. annot. 17. §. 1. n. 21. Rot. dec. 5. n. 6. & ſeqq.
cor. Molin. ubi dicitur requiri, quod clare conſtet,
quod quis utrumque Beneficium retinere præſum-
13 ſerit; quodque voluntas hæc non reſultet ex eo,
quod dixerit velle reſidere in Vicaria per magnam
anni partem; Imo omnis retinendi voluntas exclu-
14 ditur, ſi Proviſus de ſecundo incompatibili gratiam
impetraverit, cum Decreto dimittendi primum.

15 Hinc Diſpenſatio Apoſtolica, ad effectum licite
retinendi duo Beneficia incompatibilia, debet eſſe
clara, & expreſſa, nec inducitur ex eo, quod im-
petrando quis tertium Beneficium, Pontifici narra-
verit, duo incompatibilia obtinere ex diſpenſatione
præfata; hæc enim expreſſio ſuffragatur quidem ad
effectum, ut impetratio tertii Beneficii ſit valida, ad
terminos *Regulæ 55.* ſed non operatur, quod cen-
ſeatur indulta diſpenſatio ſuper retentione obtento-
rum, ſi vere ſunt incompatibilia, *Rot. in Cracovien.*
Archidiaconatus 12. Februarii 1700. §. Nullum,
coram dell' Olmo, & diximus in *§. Præcedenti n. 34.*
& 35.

Cæterum, qui Beneficium *certo modo* impetrare
prætendit, narrando Papæ, quod Adverſarius duo
incompatibilia detinet indebite occupata, obſtringi-
16 tur incompatibilitatem hanc, & retentionem, ſal-
tem de facto, verificare, & quidem clare, & per-
ſpicue, atque ſine ullo æquivoco, ne alias in alte-
rius præjudicium proprius dolus impetranti opitule-
tur. *Rot. deciſ. 5. cor. Molines, Lotter. de re Bene-*
ficiar. lib. 2. Quæſtion. 30. n. 7. & ſeqq. ubi quod non
ſufficit publica vox, & fama, & ſemiplena proba-
tio. Hinc licet in Litteris Apoſtolicis expreſſum fue-
rit, quod ob hujuſmodi incompatibilitatem *vacave-*
rint, & vacent ad præſens &c. ſive præmiſſo, ſive 17
per liberam N. N. dimiſſionem ſponte factam, aut
alterius aſſequutionem &c. non exinde tamen omitti
poteſt verificatio retentionis, & occupationis utri-
uſque Beneficii, nec ſatis eſt juſtificare ſolam quali-
tatem incompatibilitatis in parte diſpoſitiva narra-
tam, ſed *de facto* ſaltem verificanda eſt retentio, &
occupatio. Etenim Papa in tantum contulit Bene-
ficium impetranti, quia iſte Adverſario impegit cri- 18
men illicitæ retentionis utriuſque Beneficii, quo
caſu cum Dataria ſoleat hujuſmodi generis gratias
primis venientibus indulgere, neceſſe proinde eſt,
quod crimen ipſum, quod fuit principale, & uni-
cum motivum conceſſionis gratiæ, ſaltem de facto
probetur; ad differentiam alterius caſus, quando 19
nempe exprimitur Beneficium libere ad Papam ſpe-
ctare, vel ob aſſequutionem alterius incompatibilis,
vel ratione alterius reſervationis: tunc enim cum
Papa per organum Datarii reſcribere ſoleat - *Con-*
currat cum aliis, ut Beneficium magis idoneo in-
ter Concurrentes conferre poſſit, ſatis eſt reſervatio-
nem expreſſam, ſaltem *de jure*, verificare, ut u-
num caſum ab altero diſtinguit *Rot. in Leodien. ſeu*
Aquiſgranen. Canonicatus 2. Julii 1703. §. Idque
ſuadet, cor. Kaunitz, ubi quod juſtificatio ſaltem
de facto illicitæ retentionis incompatibilium, eo ma-
gis neceſſaria dignoſcitur, attenta clauſula *vocato &c.* 20
quæ in Litteris Apoſtolicis ſimilium impetrationum
apponi conſuevit, quæque operatur, ut verificetur
factum, audito Poſſeſſore, ne alias eo inaudito, u-
troque Beneficio privatus remaneat.

Sed præter probationem ſaltem *de facto*, quod
quis duo Beneficia incompatibilia retineat, obſtrin-
gitur impetrans inſuper, tamquam fundamentum
ſuæ intentionis, concludenter probare, quod Poſ- 21
ſeſſor utrumque Beneficium detineat abſque Apoſto-
lica diſpenſatione, *Parıſ. de Reſignat. lib. 10. quæſt.*
2. n. 2. & ſequen. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2.
cap. 1. n. 21. & plurib. ſeqq. Rot. deciſ. 179. num. 7.
part. 2. & deciſ. 341. n. 6. part. 15. Recent. & deciſ.
142. cor. Ludoviſ. & in Cracovien. Canonicatus 26.
Junii 1682. cor. Paulutio, & in Warmien. Canoni-
catus 29. Januarii 1685. §. Secundo quia, cor.
Hervault. Ita quidem, ut Poſſeſſor nullatenus com- 22
pelli valeat ad exhibendum titulum, quo legitime
duo incompatibilia retinet, diſpenſationem nempe
Apoſtolicam, quam ſolum exhibere tenetur, ſi per
Ordinarium requiratur, juxta Decretum Concilii 23
Lugdunenſis relati *in cap. Ordinarii locorum, de*
Offic. Ordinar. in 6. innovatum per Concilium Tri-
dentinum *ſeſſ. 7. cap. 5.* ut inter utrumque caſum di-
ſtinguunt *Franc. in dict. cap. Ordinarii ſub num. 5.*
Lotter. de re Beneficiar. lib. 2. quæſtion. 46. n. 36. &
35. Barboſ. in dict. cap. Ordinarii, n. 6. & 7. Cened.
in Collect. ad 6. Decret. collect. 18. num. 3. Rot. co-
ram Caſſador. deciſ. 3. n. 6. de Cauſſ. poſſeſſ. & propr.
cor. Coccin. deciſ. 191. num. 1. & ſeq. cor. clar. mem.
Card. Falconer. deciſ. 9. numer. 15. tit. de Benefic.
adden. ad deciſ. 254. num. 96. & 97. part. 9. Recent.
tom. 1.

Eoque magis obſtringitur impetrans ad oſtenden-
dum, quod incompatibilia retinentur abſque Apo-
ſtolica Diſpenſatione, ſi Poſſeſſor ſpatio viginti, 24
vel decem annorum Beneficia præfata retinuerit: ex
tanto enim temporis lapſu præſumitur, quod inter-
ceſſerit Apoſtolica Diſpenſatio, ex relatis per *Paſſe-*
rin. in cap. 1. num. 432. in fine, D. de Sanctis in E-
xamin. Conſiſtorial. cap. 6. num. 88. Rot. in dictis
Cracovien. Canonicatus cor. Paulutio §. Imo, & in
Warmien. Canonicatus coram Hervault. §. Eoque
magis, & in Mediolanen. Canonicatus 2. Julii 1706.

§. *Illa*

§. Ille etenim, cor. clar. mem. Cardinali Scotto.
25 Quinimo præſumtionem obtentæ Apoſtolicæ Diſ-
penſationis, ubi agitur non ad excludendum Ordi-
narium, ſed impetrantem, reſultare ex pacifica poſ-
ſeſſione triennali, tradunt Cened. in Collect. ad 6.
Decretal. collect. 18. n. 3. Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 7.
cap. 5. num. 3. & 4. Lotter. de re Beneficiar. lib. 2.
Quæſtion. 46. n. 36. & 37.
. Nec præſumtio obtentæ diſpenſationis elidi valet
26 ex eo, quod adnotata non reperiatur in libris Data-
riæ, quia cum Gratia hujuſmodi expediri poſſit,
vel per Secretariam Brevium, vel per organum Con-
gregationis Concilii, atque per alios modos; hinc
requiritur probatio, quod diligentiæ expletæ fuerint
in omnibus aliis Officiis, prævia partis citatione;
cum ſola poſſibilitas ſufficiat ad removendum impe-
tratorem, qui præciſe, & concludenter probare de-
bet execrabilem Beneficiorum incompatibilium re-
tentionem, late Rot. deciſ. 175. à n. 51. & dec. 433.
n. 37. part. 9. Recent. & in dicta Cracovien. §. Potiſſi-
mum quia, & in laudata Warm..en. §. Neque hæc.
Cæterum non deſunt, qui exiſtimant, quod Poſ-
27 ſeſſor Beneficiorum incompatibilium, nedum peten-
te Ordinario, ſed ad excludendum etiam Impetran-
tem, juſtificare teneatur legitimum retentionis titu-
lum per exhibitionem Apoſtolicæ Diſpenſationis. Ha-
28 bet enim Impetrans intentionem fundatam in ſupra-
laudatis juribus in Cap. De multa, de Præbend. Ex-
travag. Execrabilis, verſ. Si vero deinceps, eod. tit.
Concil. Tridentin. cap. 5. ſeſſ. 7. & cap. 17. quibus
decernitur vacatio ipſo jure Beneficiorum incompa-
tibilium, ſi poſt adeptam pacificam poſſeſſionem ſe-
cundi Beneficii, utrumque retineatur; hinc Poſſeſ-
ſor, qui juridicam hanc impetrantis intentionem
elidere contendit per exceptionem legitimi tituli,
Apoſtolicæ nempe diſpenſationis, in hac exceptione
29 fit Actor, & conſequenter ſe eximere nequit ab obli-
gatione juſtificandi titulum præfatum, ut in ter-
minis tradunt Gloſſ. in Canon. Contra morem 8. di-
ſtinct. 100 & in Cap. Ex inſinuatione, de Procura-
tor. Zabarell. in Clementin. Cauſ. de Cauſ. Poſſeſſ. &
propriet. n. 8. Maſcard. de Probat. concluſ. 1378.
n. 35. & concluſ. 1379. n. 31.
Et hæc Sententia probabilior mihi videtur, etiam-
30 ſi agatur de poſſeſſore Triennali duorum incompa-
tibilium, ob defectum tituli colorati, ſine quo Re-
gula de Triennali ſuffragium ſuum non præſtat. Cum
enim, ut diximus, ob retentionem cum effectu duo-
rum Beneficiorum incompatibilium ſtatim inducatur
31 privatio tituli, & per conſequens omnis ejus color
neceſſario deficiat, perinde ac ſi nullus titulus habi-
tus fuiſſet ab habente poteſtatem conferendi: ſequi-
tur exinde, quod triennalis poſſeſſio præſeferre ne-
queat præſumtionem illius tituli, quem ipſa apta non
eſt producere, ut firmant Guymier. in Pragmatic.
Sanct. tit. de pacific. Poſſeſſor. ſub verb. Calaratum
pag. mihi 287. à tergo, Van Eſpen. in jus Eccleſiaſt.
univerſ. part. 2. tit. 20. cap. 5. n. 18. & tit. 26. cap. 4.
n. 31. Solier. ad Paſtor. de Benefic. lib. 3. tit. final.
litt. B. Rebuff. in tractat. de pacific. Poſſeſſor. num. 33.
bene Flores de Mena var. lib. 3. Quæſt. 23. num. 16.
Ex qua ratione deficientiæ tituli, etiam colorati,
communis hodie invaluit opinio, à Sacra Congrega-
32 tione Concilii millies canonizata, quod obtinenti
duo Beneficia incompatibilia nullo modo ſuffragari
poteſt Regula de Triennali, ut diximus in §. Præ-
cedenti, & latius ſermo erit in Comment. in eamdem
Regulam.
Aſt ubi placeret priorem ſequi Sententiam, pro-
batio, quod a Detentore duorum incompatibilium
33 obtenta non fuerit Apoſtolica Diſpenſatio, ſatis
eruitur ex depoſitione Officialium Datariæ teſtan-
tium, quod illius Regeſtris perquiſitis, diſpenſatio
præfata indulta non appareat. Et hanc eſſe praxim
probandi negativam non obtentæ Apoſtolicæ diſpen-
ſationis ſuper retentione incompatibilium, teſtatur
Cardinal. de Luc. de Benefic. diſc. 91. n. 17. cum aliis
penes Rot. in Cracovien. Canonicatus 11. Maii 1705.
§. Quod autem, cor. bon. mem. Omaña. Et licet
diſpenſationes prædictæ poſſint etiam impetrari à Se-
cretaria Brevium, ſeu a Sacra Congregatione Con-
cilii; nihilominus per hanc nonniſi ad tempus, & 34
quidem breviſſimum, concedi ſolent; & ſi in Secre-
taria Brevium aliquando expediuntur, ſupplicatio
tranſit per organum Datarii, & in Datariæ libris re-
giſtratur; unde earum conceſſio debet ex libris præ-
fatis perneceſſe reſultare, ut proſequitur Rot. in Cra-
covien. Canonicatus cor. Omaña §. Minime; & in
§. Sequenti firmatur, quod ubi ex prædictis diligen-
tiis quælibet diſpenſationis poſſibilitas excluditur,
tunc obtinenti incompatibilia nec ſuffragari poteſt 35
poſſeſſio decennalis productiva tituli præſumti.
Poſtremo oritur Quæſtio in terminis dictæ Ex-
travag. Execrabilis, an utrumque Beneficium in- 36
compatibile obtentum cenſeatur reſervatum, & ſic
tam primum, quam ſecundum? Et utrumque eſſe
reſervatum, ſi utrumque Poſſeſſor retinere præſum-
ſerit, colligi videtur ex eadem Extravag. -- ibi --
Quæ omnia, & ſingula Beneficia vacatura, ut præ-
mittitur, vel dimiſſa noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ diſ-
poſitioni reſervamus, & tradunt Æneas de Falcon.
de Reſervat. quæſt. 5. principal. n. 12. & quæſt. 4. effect.
18. & 42. Rebuff. in Prax. Beneficial. in form. Signat.
verb. Aut Conſtitutione Execrabilis, Gonzal. ad Re-
gul. 8. Cancellar. gloſſ. 54. n. 38. Barboſ. de jur. Ec-
cleſ. univerſal. lib. 3. cap. 13. n. 54. & de Epiſcop.
part. 3. allegat. 57. n. 79. Roſ. de Executor. part. 1.
cap. 5. n. 91. ubi quod utrumque vacat, & remanet
Sedi Apoſtolicæ reſervatum; nec hoc caſu inſpici-
tur, cujus auctoritate contingat aſſequutio ſecundi
Beneficii, an Apoſtolica, vel Ordinaria. Et ratio 37
eſſe videtur illa, quam ſupra n. 3. innuimus, quod
cum utrumque incompatibile Beneficium vacet ex
Sententia Papæ privantis utroque Poſſeſſorem, va-
catio ſequi dicitur in Curia, & ſic utrumque Bene-
ficium remanet Apoſtolicæ Sedi reſervatum, Lotter.
de re Benefic. lib. 2. quæſt. 30. n. 7.
Sed diſtinguendum eſt, aut agitur de retentione 38
Beneficiorum, quorum ſecundum collatum fuit Au-
ctoritate Apoſtolica, & certum eſt, quod utrumque
remanet reſervatum, primum vigore reſervationis
jam ei antecedenter infixæ ob aſſequutionem alterius
incompatibilis, & ſecundum vigore Extravag. Exe-
crabilis, ob indebitam retentionem cum primo. 39
Aut res eſt de ſecundo Beneficio incompatibili
collato ab Ordinario, ad cujus quoque diſpoſitio-
nem ſpectare debebat proviſio primi, & in hoc ca-
ſu reſervatur tantum per Extravag. poſterius Bene-
ficium, quod propter indebitam retentionem cum
primo vacat virtute ejuſdem Extravagantis, non
autem primum, quod jam ipſo jure vacavit vigore
cap. De multa, de Præbend. & mens Joannis XXII.
ſolum fuit, compeſcere execrabilem ambitionem eo-
rum, qui plura Beneficia incompatibilia indebite
detinere præſumunt, ſed nullum in eorum Collatio-
nibus præjudicium Ordinariis irrogare, Gloſſ. Zen-
zelini ad dict. Extravag. verb. Ut præmittitur, & verb.
Vel dimiſſa, quam ſingularem appellat Navarr. in
cap. Accepta, ſolut. 10. n. 31. & 32. de reſtit. ſpoliat.
idem Navarr. conſ. 12. n. 12. ubi appellat celebrem
dictam Gloſſ. & num. 15. de Reſcript. Fagnan. in cap.
Referente, ſub num. 7. verſ. Et Beneficium, quod
ultimo loco collatum, de Præbend. Pirhing. in jus
Canon. lib. 3. eod. tit. ſect. 5. n. 154. §. Notandum,
Caſtropal.

Caſtropal. Oper. moral. tom. 2. *tract.* 16. *diſput.* 2. *punct.* 17. *verſ. Septimo reſervantur*, *Barboſ. Collect. in dict. Extravagant. n.* 10. *Garc. de Beneſic. part.*
40 11. *cap.* 5. *n.* 45. *& ſeqq.* ubi quod juxta ſupradicta accipienda eſt diſpoſitio Regulæ I. Cancellariæ, in qua reſervantur Beneficia, quæ per dictam *Extravagant.* vacare contigerit.

Nec obſtant in contrarium ſupra deducta, quia
41 verba illa *Extravagantis*, *quæ omnia*, *& ſingula Beneficia &c.* ubi reſervantur Beneficia vacatura, vel dimiſſa, non trahuntur ad §. *Qui vero*, ubi diſponitur, quod Detentores incompatibilium in manibus Ordinarii dimittere debeant primum, quo ipſo jure privati erant vigore *cap. De multa*, *de Præbendis*, quia alias eſſet in poteſtate Proviſi retinendo ſecundum Beneficium, privare Ordinarium collatione primi, *Felin. in cap. Cauſam quæ*, *de Reſcript. n.* 4. *limit.* 5. ſolumque ibi Papa intellexit reſervare Beneficia, quæ per illam Conſtitutionem ipſo jure vacare dicuntur, non autem illa, quorum vacatio inducta fuerat per dictum *cap. De multa*, ut advertit *Gloſſ. Zenzelin. in dict. Extravag. verbo Ut præmittitur*, *verſic. Videtur ergo intelligen. & verb. vel dimiſſa*, *in fine.*

Ex Doctoribus vero in contrarium allegatis, *Re-*
42 *buff.* ait, hanc reſervationem *in Gallia* non ſervari, *Gonzal. & Barboſ.* loquuntur in caſu, quo ſecundum Beneficium providetur a Papa; Et *Roſa* perfunctorie loquitur, nec ullam laudat Doctorem.
43 Ratio vero illa, quod utrumque Beneficium cenſeatur vacare *in Curia*, ubi fit privatio, locum ſibi vindicare poteſt, quando ſecundum Beneficium confertur à Papa cum *Decreto de dimittendo primum infra duos menſes*, ſecus quando proviſio fit ab Ordinario, quia tunc vacatio primi inducitur a jure communi in *cap. de multa*, *de Præbend.*

§. X.

ET ULTIMUS.

De reſervatione Beneficiorum, de quibus per Ordinarios Collatores, contra Decretorum Concilii Tridentini formam, diſpoſitum fuerit.

ARGUMENTUM.

VErſatur hæc ultima reſervatio circa Beneficia, de quibus Ordinarii Collatores, contra Decreta Concilii Tridentini, vel contra formam illius Decretorum, diſpoſuerint. Quis dicatur diſponere contra Decreta Concilii, & in quibus terminis Regula procedat? Contra formam eorumdem Decretorum ille diſponere dicitur, qui non ſervat formam ab illis præſcriptam, præſertim in Parochialium proviſione; & quando in his intret reſervatio in odium inferiorum Collatorum, vel Patronorum Eccleſiaſticorum? Diſtinguuntur varii caſus recenſiti in Conſtitutione S. Pii V. la 33. circa Parochialium reſervationes. Spectante Parochiali reſervata ad collationem Cardinalis Indultarii, ſi Epiſcopus intra quatuor Menſes negligat illum certiorem reddere de facto Concurſu, omnimoda Parochialis diſpoſitio ad eumdem Cardinalem pertinet. Concurſu autem intra præfixum tempus habito, facultas præeligendi digniorem inter approbatos ſpectat ad Epiſcopum, & non ad Cardinalem Indultarium, cui ſolum reſervatur Collatio. Et an iſte cogere poſſit Epiſcopum ad ſibi tranſmittendum Acta Concurſus?

SUMMARIUM.

1 *Beneficia, de quibus Ordinarii Collatores diſponunt contra Decreta Concilii, vel contra formam Decretorum illius, ſunt reſervata.*
2 *Hujuſmodi Reſervationes Regulæ additæ fuerunt à Sixto V. & Gregorio XIV.*
3 *Tunc dicitur conferri Beneficium contra Decreta Concilii, quando in iiſdem denegatur poteſtas conferendi, & exemplis oſtenditur.*
4 *Unio Beneficii Secularis facta Eccleſiæ Regulari ſine legitima cauſa, & ſolemnitatibus, dicitur facta contra Concilium, & Beneficium remanet reſervatum.*
5 *Regula loquitur de Ordinariis, nec procedit contra Patronos.*
6 *Nec locum habet, quando Ordinarius contulit per errorem, ſeu per ignorantiam probabilem.*
7 *Vel quando proviſus fuit annalis Poſſeſſor; nam tunc potuit intervenire diſpenſatio.*
8 *Regula non procedit in collationibus expletis contra Statuta particularia Eccleſiæ.*
9 *Quis dicatur providere contra formam Decretorum Concilii?*
11 *Parochiales collata, non ſervata forma Concilii, ſunt reſervata.*
Et ad hanc reſervationem reſpexit Regula I. num. 10.
12 *Reſervatio locum non habet in præjudicium inferioris Collatoris, vel Patronorum Eccleſiaſticorum, ſi Epiſcopus formam à Concilio præſcriptam non ſervaverit.*
13 *Intellige ſi Patroni non fuerint in culpa, ſecus ſi nominationem intra legitimum tempus, aut non fecerint, aut minus legaliter expleverint.* n. 14. & 15.
16 *Proviſio Parochialis liberæ collationis, ſi non fiat intra ſex menſes per Epiſcopum, devolvitur ad Sedem Apoſtolicam.*
17 *Quando Parochialis eſt reſervata, Epiſcopus debet intra quatuor menſes ſignificare Datario magis idoneum inter approbatos in Concurſu.*
18 *Et ſi ſpectat ad Collationem Cardinalis Indultarii, tenetur Epiſcopus, intra tempus præfatum, eumdem certiorem reddere de facto Concurſu; alias omnimoda Parochialis diſpoſitio ad Cardinalem ſpectat. Et ita ſervatum, ibidem.* & n. 19.
20 *Cardinalis Indultarius tenetur Epiſcopo notificare vacationem Parochialis ad effectum, ut Concurſum indicere valeat.*
Contrarium, & redditur ratio. n. 21.
22 *Cardinales poſſunt vigore Indulti conferre Parochiales ad Sedem Apoſtolicam devolutas.*
23 *Facultas eligendi magis idoneum ex pluribus approbatis in Concurſu, tam vigore Concilii, quam Conſtitutionis Pianæ ſpectat ad Epiſcopum,*

pum, *& non ad Cardinalem Indultarium.* & n. 29.

Amplia etiam ſi plures eſſent æque idonei renunciati n. 30.

Intellige, ut n. 35.

24 *Redditur ratio, quia electio eſt pars integralis, & clauſura Concurſus; & quemadmodum ad Epiſcopum pertinet Concurſus indictio, ita & præelectio magis digni.* & n. 25. & 31.

26 *Cardinales vigore Indulti conferunt Beneficia reſervata jure delegato Pontificis, nec poſſunt eſſe melioris conditionis, quam ſit Pontifex.* & num. 28. & 32.

27 *In Parochialibus reſervatis ratione Menſium, jus præeligendi Digniorem competit Epiſcopo, & non Sedi Apoſtolicæ, cui tantum reſervatur Collatio.* & n. 33.

34 *Limita in Parochialibus, alias, quam ratione Menſium, reſervatis.*

35 *In his enim præelectio pertinet ad Cardinalem Indultarium in locum Papæ ſubrogatum, & non ad Epiſcopum.*

36 *Cardinalis Indultarius cogere poteſt Epiſcopum ad tranſmittendum Acta Concurſus Parochialis reſervatæ ratione Menſium, ſecus ſi alteri Reſervationi ſit obnoxia.* & n. 37.

38 *Si Parochialis eſt de Jurepatronatus Eccleſiaſtico, & facta præſentatione in tempore, Epiſcopus diſtulerit intra duos Menſes inſtituere, intrat Reſervatio.*

39 *Datur tamen optio Patronis recurrendi ad Epiſcopum viciniorem, vel ad Metropolitanum, aut ad Papam.*

40 *De forma ſervanda in Parochialium Proviſione, & in quibus caſibus provideri poſſint abſque Concurſu, remiſſive.*

41 *Beneficia per Ordinarios Seminario unita contra formam à Concilio Tridentino præſcriptam remanent vigore Regulæ reſervata. Et ita deciſum.* n. 43.

42 *Verbum* diſponere *eſt generale, & comprehendit etiam* Unionem.

44 *Regula prima habet decretum irritans tempore Alexandri VII. et adjectum, quod inficit quamcumque contrariam poſſeſſionem.*

1 DEmum in hac eadem Regula I. reſervantur Beneficia, de quibus Ordinarii Collatores,
contra Concilii Tridentini Decreta, vel contra formam Decretorum Concilii diſpoſuerint, & diſpo-
2 nent in futurum; & hæ reſervationes fuerunt additæ Regulæ *a Sixto V. & Gregorio XIV. Kochier hic n.* 10. *Lotter. de re Beneficiar. libr.* 2. *quæſtion.* 30. *n.* 4. *Ventrigl. in Praxi part.* 2. *annotat.* 2. §. 2. *num.* 16. *&* 17.

3 Contra Decreta Concilii dicitur Ordinarius diſponere, quando ei ex Decretis Concilii denegata eſt facultas providendi, ſeu aliter diſponendi, veluti ſi conferat Beneficium aliquod Curatum ei, qui vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum non attigerit; quod eſt contra Decretum Concilii *in cap.* 3. *ſeſſ.* 7. *de reformat.* vel ſi conferat aliquod, etiam ſimplex, non habenti primam Tonſuram, vel habenti, qui non ſit in decimo quarto ſuæ ætatis anno conſtitutus, contra Decretum Concilii *in cap.* 6. *ſeſſ.* 23. *de Reform.* vel illegitimo, & incapaci, contra Decretum *cap.* 15. *ſeſſ.* 25. *de Reformat.* aut ſi confert Theologalem, Archidiaconatum, Scholaſtriam, vel Pœnitentiariam ei, qui non ſit graduatus, contra Decret. *in cap.* 6. 8. 18. *&* 19. *ſeſſ.* 24. *de ref.* Vel ſeculare Beneficium Regulari, aut e contra adverſus Decretum ejuſdem *Concilii in cap.* 11. *ſeſſ.* 14. *de reformat.* In his enim, aliiſque ſimilibus caſibus, cum Ordinarius diſponat contra Decreta Concilii omnia prædicta prohibentia, Beneficia remanent vigore Regulæ reſervata. *Queſad. hic pag.* 22. §. *Contra Concilii Tridentini Decreta, & Kochier. n.* 10. *Garc. de Benef. cap.* 1. *part.* 5. *n.* 209. *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 31. *n.* 1. *& ſeqq. Barboſ. de Epiſcop. allegat.* 57. *n.* 80. *& de Jur. Eccleſ. univerſal. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 55. *Caſtropal. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 17. §. *Octavo reſervantur, Ventrigl. loco citat. Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 51. *n.* 48.

Unio pariter ab Epiſcopo facta Eccleſiæ Regu- 4
lari de Beneficio ſeculari ſine legitima Cauſa, & ſine ſollemnitatibus, dicitur facta contra Concilium, & Beneficium hoc modo unitum, reſervationi Regulæ ſubjectum remanet, *Rot. dec.* 307. §. *final. part.* 13. *Recent.*

Hæc autem Regula, uti loquens de Ordinariis, 5
locum ſibi non vindicat in Beneficiis, de quibus Patroni diſpoſuerint contra Concilium, etiam ſequuta inſtitutione per Ordinarium; Eſt enim ſolum inducta reſervatio in odium Ordinariorum, qui de Beneficiis, contra Decreta Concilii, diſponunt; ideoque alios, præter ipſos, non afficit, *Garc. dict. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 200. *Caſtropal. ubi ſupra.*

Rurſus Regula intelligitur, quando Ordinarius
ſciens, aut ſcire debens, diſponeret de Beneficiis 6
contra Decreta Concilii, ſecus ſi per juſtum errorem facti, ſeu per ignorantiam facti probabilem diſpoſuerit, quia nempe diligentiis, quas Virum prudentem decet, adhibitis, exiſtimavit, proviſum, habere ætatem, aut alias qualitates a Concilio requiſitas, nam tali caſu, cum Ordinarius de culpa redargui non poſſit, ceſſat etiam & pœna, nempe reſervatio Beneficii, *Garc. dict. cap.* 1. *n.* 211. *Caſtropal. loco citato* §. *Octavo reſervantur, in fine.*

Item regula locum ſibi non vindicat, quando
Proviſus de Beneficio contra Decreta Concilii, eſt 7
poſſeſſor annalis, tunc enim intrat illius favore præſumtio alterius tituli, vel diſpenſatio ſuper prætenſo defectu ætatis, legitimitatis &c. ſufficitque in hac materia poſſibilitas alterius tituli diſpenſativi, *Rot. deciſ.* 88. *num.* 3. *&* 4. *cor. Dunoz. Jun.*

Minuique procedit in collationibus Beneficiorum 8
expletis contra Statuta particularia alicujus Eccleſiæ; Cum enim Regulæ diſpoſitio ſit limitata ad Proviſiones factas contra Decreta Concilii, limitatum parit effectum, vires ſuas ad caſum in Regula non comprehenſum, non porrigentem, *Spad. conſ.* 64. *n.* 10. *Rot.* penes *eumdem n.* 26.

At vero tunc dicitur Ordinarius contra formam 9
Decretorum Concilii diſponere, quando habet quidem diſponendi facultatem, ſed certa forma ſervata, ut contingit in Parochialium Eccleſiarum proviſione, de qua *Concil. Trident. Seſſ.* 24. *cap.* 18. *&* 10
Conſtit. S. Pii in ordine *la* 33. ad quas Sanctiones referendam eſſe hanc particulam Regulæ I. ajunt *Lotter. lib.* 2. *quæſt.* 31. *num.* 6. 7. *&* 10. *Kochier. ad eamd. Regul. n.* 10. *Gonzal. in Regul.* 8. *gloſſ.* 51. *num.* 48.

Irritantur itaque proviſiones, quæ fiunt de Eccle-
ſiis Parochialibus, non ſervata forma præſcripta ab 11
eodem Concilio Tridentino, præſertim in examine per concurſum faciendo: eaſque Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervat S. Pius V. in laudata Conſtitut. 33. *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 6. *num.* 124. *& ſeqq. Ventrigl. in Prax. part.* 2. *annot.* 5. §. 2. *n.* 1. *Garc. de Benefic. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 103. *& ſeqq. Germon. de Indult. Cardinal.* §. *Quibuſvis num.* 8. *& ſeqq. Theſaur. For. Eccleſ. part.* 11. *cap.* 3. *n.* 23. *& ſeqq. Rota in Aprutina Præpoſitura* 18. *Febr.* 1695.

§. *Parue-*

§. Paruerunt, *& §. Hoc namque*, *cor. Urſino & in Compoſtellana Parochialium* 19. *Januarii* 1728. *§. Unde*, *coram R. P. D. Ratto.*

12 Verum hujuſmodi Parochialium reſervatio tunc locum ſibi vindicat, quando proviſio, & libera collatio ſpectat ad ipſum Ordinarium, non vero quando pertinet ad Inferiores collatores, vel Parochiales ſunt de Jurepatronatus Eccleſiaſtico, & Epiſcopus peccavit in promnvendo Concurſum, quem ipſe facere tenetur: Hiſce enim caſibus negligentia Epiſcopi præjudicare non poteſt Ordinariis Collatoribus, nec officere Patronis, ut præſcribitur in dicta Piana *Conſtit.* §. 3. in fine, & cohærenter ad eam, tradunt *Gonzal. in Regul.* 8. *gloſſ.* 6 *num.* 126. *& ſeqq. Corrad. in Prax. Beneſi.iar. lib.* 3. *cap.* 3. *ſub num.* 5. *verſ. Quod ita tamen*, *Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2. *quaſt.* 31. *num* 9. *&* 10. ubi quod ſecundum hos terminos intelligenda eſt Regula prima, *Ventrigl. in Prax. par.* 2. *annotat.* 5. §. 3. *num.* 1. *Pax Jordan. var. Lucubrat. tom.* 2. *tit.* 10. *de Jurepatr. n.* 407. *Rot. decif.* 80. *n.* 6. *coram Ubago*, *& decif.* 353. *n.* 11. *coram Benincaſ. & in Compoſtellana Parochialium* 19. *Januarii* 1728. §. *Abſque eo*, *coram bon. mem. Ratto.*

13 Quod tamen declarandum, & intelligendum eſt, ſi Patroni Eccleſiaſtici non ſuerint in culpa, quia nempe intra decem dies a Tridentino *Seſſ.* 24. *cap.* 18. *de Reformat.* præſcriptos, aut terminum aliorum decem dierum, juxta facultatem a *Conſtit. Piana* §. 5. Epiſcopis tributam prorogandi tempus Conciliare, nominarunt Perſonas idoneas pro examine ſubeundo, & poſtea, Concurſu peracto, ex approbatis eligendo digniorem, Epiſcopo præſentarunt pro inſtitutione; ipſe vero, aut poſt nominationem factam Concurſum indicere negligat, vel poſt Concurſum, & factam a Patronis præſentationem, differat inſtitutionem: In his profecto circumſtantiis vera eſt Concluſio, quod nominatio redit ad Patronos Eccleſiaſticos, quibus S. Pius, ob Ordinariorum malitiam, præjudicare non intellexit per ſuam Conſtitutionem, quæ in hoc ſenſu intelligenda eſt, ut ait *Rot. coram* 14 *Ubago dict. decif.* 80. Aſt ubi Patroni non bene fecerunt nominationem ad Concurſum, nec denunciarunt Epiſcopo, ut Edicta proponeret, & Concurſum expleret, ſed tantummodo aliquem præſentarunt, ut inſtitueretur: tunc præſentatio, tanquam facta contra formam Concilii, & Conſtitutionis Pianæ, eſt nulla, & Parochialis devoluta remanet ad Sedem Apoſtolicam, eo prorſus modo, quo devoluta eſſet, ſi expleto Concurſu, Patroni ipſi aliquem ex approbatis non præſentaſſent, *Rota decif.* 80. *n.* 7. *& ſeqq. & decif.* 102. *pariter n.* 7. *cor. Ubago*, *& decif.* 284. *n.* 6. *cor. Lancetta*, *& in Aprutina Præpoſituræ de Nereto* 28. *Januarii* 1695. §. *Nec devolutionem*, *& ſeqq. coram Urſino*, *& in Compoſtellana Parochialium* 19. *Januarii* 1728. §. *Abſque eo*, *cor. bon. me.* 15 *Ratto.* Idemque ſi Patroni, nulla facta nominatione, inſtarent tantum apud Epiſcopum, ut Edicta pro concurſu publicaret, quia cum hæc petitio non habeatur pro effectiva nominatione, adhuc eſſet locus devolutioni, *Rota in Compoſtellana jurium Parochialium* 4. *Maii* 1705. §. *Senſerant cum ſeqq. coram bon. mem. Anſaldo.*

16 Cæterum in hac materia reſervationis Eccleſiarum Parochialium, tres caſus proponit Conſtitutio *Piana in* §. 4. Primus eſt, quando proviſio Parochialis pertinet ad inferiorem Collatorem, & de ea non fit proviſio intra ſex menſes: tunc enim Parochialis eſt Papæ reſervata quamvis alias reſervata non eſſet, ut in *d. Conſtit.* 33. §. 4. *Gonzal. ad Regul.* 8 *gloſſ.* 6. *num.* 130. ubi quod in hoc concordat hæc Regula, *Corrad. in Prax. Beneſ. lib* 3 *cap* 3. *n.* 5. *verſ. Quartur caſus*, *Ventrigl. in Prax. part.* 2. *annot.* 5. §. 2. *n.* 34. *Rot. decif.* 80. *n.* 3. *cor. Ubago*, *& in Aprutina Præpoſituræ de Nereto* 28. *Januarii* 1695. §. *Accedit coram Urſino.*

17 Secundus caſus eſt, quando Parochialis eſt reſervata, & Epiſcopus intra quatuor Menſes non ſignificavit Datariæ Perſonam magis idoneam, quam ipſe elegit in Concurſu, mittendo fidem approbationis; & in hoc caſu ejuſdem Parochialis omnimoda diſpoſitio Sedi Apoſtolicæ reſervatur, ut in *dict.* §. 4. *ejuſdem Conſtit. verſic. At illorum etiam*, & cohærenter tradunt *Ventrigl. ubi ſupra n.* 36. *Fagnan. in Cap. Cum te n* 21. *&* 24. *& in cap. Cum ſit ars n.* 52. *de ætat. & qualit.*

18 Quod ſi collatio Parochialis reſervatæ ſpectet ad Cardinalem Indultarium, & Epiſcopus intra quatuor Menſes neglexerit illum reddere certiorem de facto Concurſu, tunc omnimoda diſpoſitio pertinet ad ipſum Cardinalem, qui Perſonæ ſibi bene viſæ Parochialem conferre poterit. Ita fuit ſervatum ſub Urbano VIII. in una *Æſina Parochialis S. Mariæ*, Caſtri ejuſdem S. Mariæ, quæ in Menſe Februarii reſervato vacaverat. Cum enim Epiſcopus *Æſinus* non feciſſet certiorem intra præfixum tempus Cardinalem *Scipionem Burgheſium*, Epiſcopum Sabinen. ad quem vigore Indulti Apoſtolici ſpectabat collatio Beneficiorum reſervatorum Diœceſis *Æſinæ*, dictum fuit, Parochialis diſpoſitionem ad eumdem Cardinalem pertinuiſſe, prout de facto de illa diſpoſuit, ut ex Literis Apoſtolicis ſub datum *Apud S. Mariam Majorem anno* 1633. 10. *Kalendas Auguſti*, *Pontificatus ſan. mem. Urbani VIII. anno Decimo*, regiſtrata *pag.* 391. *lib.* 10. *anno X. Urbani VIII.* In quibus Litteris hæc verba leguntur -- *Omnimoda illius diſpoſitio*, *ob non ſignificatam præfato Scipioni Epiſcopo*, *& Cardinali Perſonam in concurſu deſuper habito approbatam*, *infra tempus juxta Conſtitutionem ſel. record. Pii PP. V. Prædeceſſoris noſtri ſuper modo*, *& forma providendi de ſimilibus Eccleſiis*, *dum pro tempore vacant editam*, *præfixum*, *eidem Scipioni Epiſcopo*, *& Cardinali hac vice reſervata noſcatur &c.* -- ſuitque expeditio facta per Datariam, quia Parochialis illa fuit Penſione gravata, ut ex Literis Apoſtolicis reſervationis Penſionis regiſtratis *lib.* 1. *anno XI. Urbani VIII. pag.* 51.

19 Et in caſu magis ſingulari id ipſum ſervatum fuit ſub Innocentio XII. in *Leodien. Parochialis.* Vacaverat de Menſe Martii, vigore Concordatorum Germaniæ Sedi Apoſtolicæ reſervato, Parochialis, ſeu Vicaria de *Lairon*, *& Complein* dependens a Monaſteriis *Stabulen.* & *Malmudarien.* quorum erat Commendatarius Cardinalis *Furſtemberg.* Cumque intra terminum præfixum Epiſcopus Leodien. certiorem non feciſſet eumdem Cardinalem, Parochialis vacantis ordinarium collatorem, de Perſona in Concurſu approbata, idem Cardinalis eam contulit *Andreæ Martino Andre.* Verum cum is novam a Sede Apoſtolica petiiſſet proviſionem, oppoſuit Datariæ Officialis, ad quem munus revidendi ſupplicationes ſecundo loco ſpectat, quod collatio Parochialis, ſeu Vicariæ hujuſmodi non ad Cardinalem Indultarium, ſed ad Datariam libere ſpectabat, eo ſub fundamento, quia non facto Concurſu in tempore, collatio devolvitur ad Sedem Apoſtolicam; quodque non ſolum Epiſcopus erat in culpa non faciendo Concurſum, ſed etiam ipſemet Cardinalis inferior Collator, qui tenebatur Epiſcopo Leodien. notificare vacationem, ut Concurſum indicere valuiſſet. 20 Sed hujuſmodi difficultate non obſtante, fuit relaxata ſupplicatio ſub Datum apud *S. M. Majorem duodecimo Kalendas Februarii anno VIII. Pontificatus Innocentii XII.* & admiſſum, quod omnimoda Parochialis diſpoſitio

ad eundem Cardinalem ſpectabat ob ampliſſimum, quo gaudebat, Indultum conferendi reſervata ratione Menſis; nec ob negligentiam Epiſcopi in omittendo Concurſum fieri poterat devolutio Parochialis ad Sedem Apoſtolicam, ſed jus conferendi remanſerat penes ipſum Indultarium, *Rot. deciſ.* 353. *n.* 11. *cor. Benincaſ.* & in laudata *Conſtit. S. Pii la* 33. §. 4. ubi collatio Parochialium hujuſmodi Sedi Apoſtolicæ, *ac Perſonis Indulta hujuſmodi conferendi, providendi, ſeu inſtituendi obtinentibus* reſervantur.

21 Nec obſtare dicebatur, quod Cardinalis inferior collator, negligens fuerit in notificanda vacatione Eccleſiæ Parochialis Epiſcopo Leodienſi, & non inſteterit pro Concurſus indictione. Primo, quia id de jure non requiritur, cum neque in Conſtitutione Piana, neque in Concilio Tridentino fuerit præſcriptum, *Rot. dicta dec.* 353. *n.* 12. *cor. Benincaſ.* ubi quod non èſt neceſſaria interpellatio, ea forſan ratione, quia præſumitur Epiſcopus habere ſcientiam de Parochialibus vacantibus in ſua Diœceſi, *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 5. *n.* 132. *Rot. deciſ.* 48. *n.* 6. *& ſeqq. cor. Priala.* Secundo, quia præſumendum eſt, præceſſiſſe certiorationem, ad tradita per *Creſcent. deciſ.* 6. *de Præſumpt. & deciſ.* 9. *num.* 1. *part.* 2. *diverſ.*

22 Tertio, quia etiamſi Parochialis devoluta eſſet ad Sedem Apoſtolicam, cum in Indulto per ampliſſima verba concepto tribuatur facultas diſponendi *de Beneficiis reſervatis ſpectantibus ad collationem, proviſionem, & quamvis aliam diſpoſitionem* Sedis Apoſtolicæ, per hæc ultima verba tributa cenſetur Indultario poteſtas conferendi Beneficia etiam devoluta, *Geminian. in cap. Cum illis §. Illis, nn.* 7. *circ. med. de Præben. in* 6. *Card. de Luc. de Benefic. diſc.* 1. *n.* 12. & alibi diximus.

23 Conſentanee ad præmiſſa quæritur, ad quem ſpectat facultas eligendi magis idoneum ex pluribus approbatis in Concurſu, ad Epiſcopum, vel ad Cardinalem vigore Indulti collatorem? Et ſpectare ad Epiſcopum, reſpondendum eſt, ex clara diſpoſitione Concilii *Tridentini ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de Reformat.* ubi poſtquam S. Synodus ſtatuit, quod ſequuta vacatione Parochialis Eccleſiæ, tametſi reſervatæ, aut affectæ generaliter, vel ſpecialiter, etiam vigore Indulti, ſeu Privilegii in favorem S. R. E. Cardinalium, debeat Epiſcopus idoneum in ea Vicarium conſtituere, poſteaque Concurſum indicere: mandat, quod peracto examine, ex renunciatis idoneis, *Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judi averit, atque illi, & non alteri collatio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre.* Et conſonat Conſtitutio *S. Pii la* 33. §. 4. ubi, quod ſi Parochialis non ſpectat ad collationem Epiſcopi, ſed Sedis Apoſtolicæ, vel cujuſvis alterius Indultarii, Epiſcopus peracto Concurſu eligera debeat magis idoneum, & electum intra quatuor Menſes ſignificare Sedi Apoſtolicæ, vel iis, ad quos collatio ſpectabit. Et inhærendo non minus Conciliari Sanctioni, quam Conſtitutioni Sancti Pii, Sacra Congregatio Concilii in *Spoletana* 1. *Septembris* 1618. *ad* 2. decrevit -- *Electionem magis idonei non ad Examinatores Synodales, ſed ad Epiſcopum pertinere; ideoque Illuſtriſſimum Cardinalem non teneri Parochialem conferre magis idoneo judicato ab Examinatoribus, ſed ei, quem inter probatos ab ipſis, Epiſcopus magis idoneum judicaverit.* Idem fuit dictum 27. *Maii* 1627. ut adnotatum reperitur in libro cl. me. Card. Paulutii Sen. cui titulus: *Reſolutiones, & Vota Concilii Tridentini tom.* 1. *pag.* 580. ubi etiam extat celebre Votum ejuſdem Cardinalis ſuper hoc puncto editum, quod mox tranſcribendum erit.

24 Et jure quidem, meritoque, nam electio aſt para integralis, & veluti clauſura totius Concurſus, ut ait *Cardinal. Paulut. in dict. Vot. §. Et hæc ſententia,* unde quemadmodum non obſtantibus Indultis, quibus S. R. E Cardinales potiuntur circa Parochialium collationem, Epiſcopus, ad eorum excluſionem, debet Concurſum indicere, ut ſancitur a Concilio Tridentino, & a Conſtitutione Piana, & cohærenter ad has Sanctiones, tradunt *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 6. *nu.* 3. *Garc. de Benefic. part.* 9. *cap.* 2. *n.* 121. *& ſeqq. Maſſabr. in Prax. haben. Concurſ. Præ-lud.* 26. *dub.* 24. *numer.* 1. *&* 6. *German. de Indult. Card. §. Quibuſvis numer.* 17. *&* 18. *Ricc. in Prax. for. Eccleſ. tit. de Concurſ. ad Eccleſ. Paroch. deciſ.* 414. *n.* 3. *§. Amplia* 4. *Barbaſ. ad Concil. cap.* 18. *ſeſſ.* 24. *num.* 29. *& de Paroch. cap.* 2. *ſub num.* 14. *Ventrigl. in Prax. part.* 2. *annot.* 5. *§.* 1. *n.* 22. *& §.* 2. *n.* 26. *Tondut. Quæſt. Beneficial. lib.* 3. *cap.* 187.
num. 2. *Rot. deciſ.* 48. *n.* 1. *part.* 1. *diverſ.* Ita pari- 25
ter debet digniorem inter approbatos præeligere, privative quoad Cardinales Indultarios; Cum animarum Cura ſit pars præcipua oneris Paſtoralis, & nemo melius, quam Epiſcopus agnoſcit, qui doctrina, moribus, & gravitate aptiores ſint regendis Eccleſiis Parochialibus, *Garc. loc. cit. num.* 273. *& ſeqq. Barbaſ. ad Concil. cap.* 18. *numer.* 29. *&* 139. *Maſſobr. Requiſit.* 2. *dub.* 1. *nn.* 14. *Piaſec. in Prax. Epiſcop. part.* 2. *cap.* 5. *art.* 3. *nu.* 4. *&* 6. *Germon. in dict. §. Quibuſvis num.* 18. *verſ. Et electio Perſonæ idoneæ ad ipſos ſpectat Epiſcopos, non autem ad ipſos Collatores, Mareſcott. Var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 52. *num* 4. *Ventrigl. dict. §.* 2. *num.* 37. *Tondut. loc. citat. num.* 3. *Rot. dict. deciſ.* 48. *part.* 1. *diverſ.* & proſequitur *Card. Paulut. in dict. Voto §. Et hæc ſententia.*

Accedit, quod Cardinales non poſſunt vigore 26
Indulti majorem ſibi adſcribere auctoritatem, quam Sedi Apoſtolicæ competat; nec melioris eſſe conditionis, quam illa ſit. Potiſſimum, quia hodie poſt Conſtitutionem Urbani VIII. *la* 59. Cardinales Indultarii non conferunt Beneficia reſervata, niſi jure delegato Pontificis, ut pluries diximus, & magis late dicemus in Commentar. in *Reg. IX. §.* 3.
n. 46. *& ſeqq.* & plus juris competere non debet de- 27
legato, quam deleganti, ad *Text. in l.* 1. *§. Qui mandatum ff. de Off. ejus cui mandatur, leg.* 16. *in fin. ff. de juriſdict. omn. Judic.* eleganter *Germon. de Sacror. Immunit. lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 86. *&* 87. *pag. mihi* 319. Unde cum Sedes Apoſtolica in Parochialibus ſibi ratione Menſium reſervatis, non habeat niſi nudum jus conferendi, abſque electione magis digni, quæ Epiſcopi judicio relinquitur, ad tramites Concilii Tridentini, ac praxis tam antiquæ, quam modernæ, ut reſolvit celebris Congregatio particularis quamplurium S R. E. Cardinalium, & Romanæ Curiæ Prælatorum habita de ordine Sa. Me. Clementis XI. die 16. Januarii 1701. per hæc verba -- *Reſolutum fuit: Conſulendum Sanctiſſimo expedire, ut in Parochialibus ratione Menſium reſervatis, fieret Concurſus coram Ordinariis, eiſque relinqueretur præelectio, juxta diſpoſitionem Concilii, uſumque inveteratum tam antiquum, quam modernum:* de qua Reſolutione ſermo etiam erit infra in Commentar. in *Regul. IX. §.*2. *n.* 57. Sequitur exinde, quod nec tale
jus competere poteſt Cardinali Indultario conferenti 28
nomine, & vice Papæ, qui alias deterioris eſſet conditionis Cardinalibus ipſis Indultariis, ut bene concludit Cardinal. *Paulut.* in ſæpe laudato Voto, cujus tenor eſt, qui ſequitur.

„ Conſultus de hac Quæſtione, dicebam, ele- 29
„ ctionem magis digni ſpectare ad Epiſcopum,
„ non autem ad Cardinalem Collatorem, non ſolum
„ ex verbis Sac. Concilii Tridentini *ſeſſ.*24. *de Reformat.*

» *mat. cap.* 18. *verſ. peracto deinde examine*, ubi facta mentione Indultorum Cardinalium, electio magis idonei inter approbatos ab Examinatoribus Synodalibus, jubetur fieri ab Epiſcopo; verum etiam ex Conſtitutione fa. mem. Pii V. quæ incipit *In conferendis*, 33. in ordine, §. 4. ubi, ſi Parochialis non ſpectet ad collationem Epiſcopi, ſed Sedis Apoſtolicæ, vel alterius vigore Indulti, (ut in hoc caſu) Epiſcopus debet eligere magis idoneum, & electum intra quatuor Menſes ſignificare Sedi Apoſtolicæ, vel iis, ad quos collatio ſpectabit. Unde manifeſtum eſt, electionem dignioris non ſpectare ad Cardinalem Indultarium, ſed ad Epiſcopum, cui Eccleſiarum & Animarum cura totius Diœceſis eſt principaliter commiſſa, *Can. Quæcumque* 10. *quæſt.* 1. *Can. Præcipimus* 12. *quæſt.* 1. *Can. Nullus, de Paroch. Cajetan. in D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 5. & bene docet *Innocent. in cap. Requiſiviſti n.* 3. *de Teſtam.* & eſt veriſimiliter informatus de vita, & moribus concurrentium, *Rot. dec.* 22. *coram Buratt.* & ponderavit Sacra Congregatio Concilii, relata per *Garc. de Benefic cap.* 2 *part.* 9. *n.* 275. & remiſſive per *Maſſobr. in Prax. haben. Concurſ. Requiſit.* 2. *lib.* 1. *n.* 14.

30 » Quod procedit, etiam ſi plures æque idonei eſſent reperti, nam cum Epiſcopo detur electio dignioris; videtur etiam conceſſa gratificatio in caſu, quo ſint plures æque idonei, ut de Parochialibus reſervatis firmat *Garc. de Benef. part.* 9. *cap.* 2. *n.* 150.

31 » Et hæc ſententia optimis etiam rationibus comprobatur; quia qui non habet facultatem indicendi Concurſum, non poteſt eligere magis idoneum, cum hæc electio ſit pars integralis, & veluti clauſura totius Concurſus, quæ a Concilio Tridentino tribuitur tantummodo illis, qui Concurſum perficiendi jus habent, ut alias reſpondit Sac. Congregatio Concilii *die* 1. *Decembris* 1608. ideoque cum Cardinalis Indultarius non habeat hanc facultatem Concurſum indicendi, neque poterit magis idoneum eligere; quia Indulta nihil de novo concedunt, nec ampliant Cardinalis juriſdictionem, ſed ſolummodo tollunt obſtacula reſervationum. *Caſſador. deciſ* 8. *n.* 6. & 10. *Rot. deciſ.* 444. *n.* 24. *part.* 5. *Recent. Gonzal. ſuper Regul.* 8. *gloſſ.* 24. *n.* 24.

32 » Eſſet enim ab omni ratione alienum, quod Cardinali Indultario major competeret auctoritas, quam ipſimet Sedi Apoſtolicæ, quæ in ſuis menſibus habet ſolum jus conferendi, abſque electione magis digni, ut cenſuit Sac. Congregatio Concilii *in Gerunden. & Venetiarum* 15. *Maii* 1582. Sedes enim Apoſtolica nunquam ſolet concedere majorem poteſtatem aliis, quam ſibi reſervet, *Cap. Dudum, de Præbend. in* 6. nec eſt conveniens, quod ipſa ſit deterioris conditionis Cardinalium, ſed potius melioris, propter ejus ampliorem prærogativam, & majoritatem, *Cap. Si a Sede, de Præb. in* 6. *Clement. I. in fin. ut lit. pendent.* 33 Dum igitur in Menſibus Apoſtolicis, electio magis digni ſpectat ad Epiſcopum, ita ſimiliter erit dicendum reſpectu Cardinalis Indultarii, qui eſt ſubrogatus loco Summi Pontificis, *Pariſ. de Reſignat. lib.* 7. *quæſt.* 12. *n.* 29. & dixit *Rot.* in *Hiſpalen. Benef.* 12. *Maii* 1602. *cor. Litta*, *Gonzal. gloſſ.* 53. *n.* 38. Hactenus Votum.

Quamvis autem Concilii diſpoſitio, Conſtitutio Piana, & rationum momenta huc uſque expenſa ſuadeant, præelectionem magis digni inter approbatos in Concurſu ſpectare debere ad Epiſcopum, & non ad Cardinalem Indultarium, ſive Parochialis ſit reſervata ratione Menſium, ſive ad Sedis Apoſtolicæ diſpoſitionem ex quacumque alia reſervatione ſpectaret, cum in utroque caſu par vigeat ratio conſulendi Animarum Curæ per judicium Epiſcopi, qui oves ſuas agnoſcit: nihilo minus cum laudata Congrega- 34 tio particularis habita anno 1701. decreverit, quod -- *In Parochialibus alias* (quam ratione Menſis) *reſervatis, vel affectis fieret quidem Concurſus coram Ordinariis, ſed pro ſola inſtructione Animi, & ad libitum Sanctiſſimi, cum tranſmiſſione Actorum ad Datariam, juxta ultimam praxim*; & facta hujuſmodi tranſmiſſione, Pontifex eligit quem idoneiorem ex approbatis in Domino judicaverit; hinc ſequitur, quod in Proviſione Parochialium, quæ ſint Apoſtolicæ Sedi, alias quam ratione Menſium, reſervatæ, 35 præelectio magis digni ſpectare debeat ad Cardinalem Indultarium, tanquam loco Papæ ſubrogatum.

Et ex his reſoluta remanet altera Quæſtio olim 36 in Sac. Congregatione Concilii propoſita, an Cardinalis Indultarius cogere poſſit Epiſcopum ad tranſmittendum Acta Concurſus; & in qua Sac. Congregatio in dicta *Spoletana* 1. *Septembris* 1618. *ad* 1. reſpondit per hæc verba -- *Sac. Congregatio Concilii quoad primum Dubium, in quo Cardinales habent Indultum conferendi, ut ad ſe tranſmittantur Acta Concurſus, & Epiſcopus renuit, & dubitatur, an teneatur tranſmittere, cenſuit, eſſe inſpiciendum, quid obſervet Dataria in Parochialibus vacantibus in Menſe Apoſtolico*; ut adnotatum reperitur in ſupra dicto Codice clar. memor. Cardin. *Paulutii Sen. pag.* 589. Siquidem aut agitur de Parochialibus reſervatis vigore Regulæ IX. & cum tunc Epiſcopus jus habeat præeligendi magis idoneum inter approbatos ab Examinatoribus, nec tranſmittere teneatur ad Datariam Acta Concurſus, conſequens eſt, quod nec illa tranſmittere debeat ad Cardinalem Indultarium, ad quem Parochialis collatio ſpectat, cum plus juris Cardinalis præfatus prætendere nequeat eo, quo gaudet Apoſtolica Sedes; & cæteroquin ſuperflua eſſet hujuſmodi Actorum tranſmiſſio, quando in ſupra dicto caſu, totum remittitur abitrio, & electioni Epiſcopi; Aut agitur de Parochialibus alias, quam ratione 37 Menſium, reſervatis, & quemadmodum in hoc caſu Epiſcopus eligere nequit digniorem inter approbatos, ſed tranſmittere debet Acta Concurſus ad Datariam, cui competit talis electio, & collatio: ita pariter Acta præfata tranſmittere tenetur ad Cardinalem Indultarium ad effectum, ut iis perquiſitis, dignoſcere valeat, quis inter approbatos ſit dignior, eumque eligere, & Parochiali Eccleſiæ præficere.

Tertius denique caſus, qui in dicta Conſtitutione 38 Piana §. 8. proponitur, eſt, quando Parochialis eſt de Jurepatronatus Eccleſiaſtico, & facta præſentatione in tempore, ac præmiſſo examine ad formam Concilii, Epiſcopus differt inſtituere ultra duos Menſes: tunc enim Parochialis reſervatur; ſed datur optio Patronis recurrendi pro inſtitutione vel ad Ordina- 39 rium viciniorem, vel ad Metropolitanum, vel ad Sedem Apoſtolicam: quod non eſt ſolvere reſervationem, ſed aperire viam Metropolitano conferendi tanquam de reſervato, ut advertit *Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 31. *n.* 11. *in fine*, *Antonell. de Regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 28.

De forma autem ſervanda in Parochialium pro- 40 viſione, late tractant *Card. de Luc. de Paroch. diſc.* 28. *Lotter. dict. quæſt.* 31. *per tot. Maſſobr. in Prax. haben. Concurſum*, *Corrad. in Prax. Beneſic. lib.* 3. *cap.* 3. *Garc. de Benefic. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 103. & *ſeqq. Barboſ. de Offic. & poteſtat. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 60. & *de Offic. & Poteſt. Paroch. Cap.* 2. *in Summ. Apoſtolicar. deciſ. verb. Concurſ. Ventrigl. in Prax. part.* 2. *annot.* 5. §. 1. & 2. *ibique Carol.*

Anton. de Luc. Gonzal. ad Regul. 8. *gloſſ.* 6. *num.* 121. *& ſeqq. Theſaur. in For. Eccleſiaſt. part.* 11. *cap.* 3. *n.* 23. *& ſeqq. Guttierez Quæſt. Canon. lib.* 2. *cap.* 11. *Germon. de Indult. Cardinal. §. Quibuſvis n.* 8. *& ſeqq.* Et in quibus caſibus Parochiales provideri poſſint abſque Concurſu, dicemus infra in Commentariis *in Regul. IX. §.* 2. *n.* 53. *& ſeqq.*

41 Poſtremo illud omittendum non eſt, quod dicitur
etiam contra formam Decretorum Concilii diſpo-
nere Ordinarius, qui Beneficia Seminario univit
non ſervatis ſolemnitatibus præſcriptis ab eodem
Concilio *Seſſ.* 23. *cap.* 18. unde Beneficia præſata
remanent reſervationi Apoſtolicæ obnoxia vigore
Regulæ. Hæc enim generalis eſt, & generaliter re-
ſervat Beneficia, de quibus Ordinarii Collatores
diſpoſuerunt, & diſponent, & diſpoſitum fuerit con-
42 tra formam Decretorum Concilii. Verbum autem
diſponere, quo per tres vices utitur Regula, utpote
generale, comprehendit etiam unionem; & qui pro-
hibetur diſponere, prohibetur etiam unire, *Lotter. de re Beneficiar. lib.* 1. *quæſt.* 29. *n.* 43. & magis in
ſpecie, quod Beneficia nulliter unita contra formam
Decretorum Concilii, ſint reſervata, *Rot. deciſ.* 307.
n. 20. *&* 21. *part.* 13. *Rec.* Et ita me ſcribente re- 43
ſolutum fuit a Congregatione Datariæ *die* 22. *De-
cembris* 1703. contra Epiſcopum *Ferentinum*; qui
cum die 14. Martii 1704. adverſus dictam Reſolu-
tionem audiri ſupplicaſſet, reſponſum obtinuit, *Ni-
hil de nova Audientia.*

Et hæc ſufficiant pro explanatione Regulæ I. 44
cui a temporibus Alexandri VII. appoſitum ſpeci-
fice fuit Decretum irritans, quod inficit quamcum-
que poſſeſſionem contrariam; ita ut nullos habeat juris effectus, perinde ac ſi vacua eſſet, ex relatis per *Rot. dec.* 186. *num.* 1. *part.* 9. *deciſ.* 51. *n.* 17. *& ſeqq. part.* 15. *Recent. & deciſ.* 11. *num.* 4. *coram Cerro.*

R E G U L A II.

Reſervatio Cathedralium Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ac de tempore vacationis Epiſcopatuum, vacaturorum Beneficiorum.

ITem reſervavit generaliter omnes Eccleſias Patriarchales, Primatiales, Archiepiſcopales, Epiſcopales, nec non omnia Monaſteria Virorum, valorem annuum ducentorum florenorum auri communi æſtimatione excedentia, nunc quomodocunque vacantia, & impoſterum vacatura. Et voluit, quod exceſſus hujuſmodi in litteris exprimatur. Ac etiam reſervavit Dignitates, & Beneficia omnia ad collationem, præſentationem, electionem, & quamcumque aliam diſpoſitionem Patriarcharum, Primatum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, nec non Abbatum, ac aliorum quorumcumque Collatorum, & Collatricum Sæcularium, & Regularium quomodolibet (non tamen ad collationem cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius præſentationem, vel electionem pertinentia) quæ poſt illorum obitum, aut Eccleſiarum, ſeu Monaſteriorum, vel aliarum Dignitatum ſuarum dimiſſionem', ſeu amiſſionem, vel privationem, ſeu translationem, vel alias quomodocumque vacaverint, uſque ad proviſionem Succeſſorum ad eaſdem Eccleſias, aut Monaſteria, vel Dignitates Apoſtolica auctoritate faciendam, & adeptam ab eiſdem Succeſſoribus pacificam illorum poſſeſſionem, quomodocumque vacaverint, & vacabunt in futurum. Decernens irritum &c.

§. I.

De Reſervatione Cathedralium Eccleſiarum.

ARGUMENTUM.

EXponitur reſervatio Eccleſiarum Cathedralium, & Metropolitanarum; quomodo antiquitus concepta erat; & de illius Auctore. Cathedrales Italiæ, Inſularumque adjacentium, an libere à Papa, vel ad alterius præſentationem, aut nominationem provideantur? Privilegium à Nicolao V. Duci Sabaudiæ conceſſum, de non præficiendo aliquem Eccleſiis Cathedralibus, & Monaſteriis, niſi habitis prius intentione, & conſenſu ipſius Ducis, an ſit perpetuum; an comprehendat Cathedrales, & Monaſteria Principatus Pedemontani; & an importet jus nominandi? Regula non habet locum in Germania, vigore Concordatorum, quibus gaudent etiam Helvetii, & Ec-

cleſiæ

cleſiæ *Sedunenſis*, ac *Lauſanenſis* in Valeſiorum Regione poſitæ. Eccleſiæ *Warmienſis*, *Cameracenſis*, & *Biſuntina* an comprehendantur ſub Concordatis Germaniæ; & num ex gratia poſſit fieri eorum extenſio ad alias Eccleſias? Archiepiſcopus Salisburgenſis Privilegio gaudet Apoſtolico providendi quatuor Eccleſias Epiſcopales in Germania. Enumerantur Eccleſiæ, ad quas jus habet nominandi, & præſentandi Imperator, uti Rex Hungariæ, & Bohemiæ, nec non uti Princeps Tranſilvaniæ, & Archi-Dux Auſtriæ. Rex Chriſtianiſſimus nominat ad Cathedrales, & Monaſteria exiſtentia in Regno Franciæ, Delphinatu, & Comitatu Dienſi, & Valentinenſi, vigore Concordatorum, quæ Provincias noviter acquiſitas non comprehendunt, nec ea loca, quæ ante eorum editionem a Regno Franciæ diſmembrata, eidem poſtea reincorporata fuerunt. Subjacent tamen Concordatis loca, quæ iiſdem jam initis, conciliandæ pacis gratia alteri ceſſa, denuo Regno Franciæ acceſſerunt. Et quid dicendum de Eccleſiis de novo erectis: an Rex vigore Concordatorum ad eas nominare valeat? Recenſentur Indulta a Sede Apoſtolica Regibus Chriſtianiſſimis conceſſa nominandi ad Cathedrales in Provinciis de novo acquiſitis. Dux Nivernenſis ſupplicat pro Eccleſia Bethlemitica. Rex Catholicus jure gaudet præſentandi ad Eccleſias Cathedrales Hiſpaniarum. Et quid de Regibus Luſitaniæ, & Poloniæ? Reges Angliæ, & Scotiæ quo jure olim gaudebant in proviſione Eccleſiarum; & quomodo illæ in Hibernia providentur.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſiæ Cathedrales ſunt reſervatæ, & ob quam rationem?* num. 2.

3 *Per hanc reſervationem fit reditus ad jus commune, juxta quod providebantur a Summo Pontifice.*

4 *Et ideo Regula non eſt odioſa.*

5 *Proviſio de Eccleſiis Cathedralibus, quam facit Papa in Conſiſtorio, habet vim electionis, & confirmationis.*

6 *De priſco modo Eligendi Epiſcopos.* Remiſſive.

7 *Referuntur diverſæ DD. Sententiæ circa Auctorem hujuſmodi Reſervationis.*

8 *Antiquitus hæc reſervatio non erat in Regula, prout hodie, abſolute concepta, ſed cum clauſula* -- Quoties Pontifices ea uti voluerint.

Et ideo Electiones a Pontificibus aliquando admiſſæ, Regulæ obſervantiam non infringebant. num. 10.

9 *In antiquis itidem Regulis legebatur* -- Specialiter reſervavit --, *ſed a temporibus Pauli III. legitur* -- Generaliter reſervavit.

11 *Papa libere diſponit de Eccleſiis ſuæ temporalis Ditionis, uti de reſervatis.*

12 *In Regno Neapolitano nonnullæ Cathedrales libere a Pontifice, aliquæ ad Regis nominationem providentur.*

Et quæ ſint Eccleſiæ de Regia nominatione? ibidem Remiſſive.

13 *Olim in proviſione Eccleſiarum de nominatione Regis ſervabatur Alternativa inter Regnicolas, & Exteros;* Sed hodie ſoli Regnicolæ de illis providentur. & num. 14.

15 *Rex Neapolis gaudet Privilegio Apoſtolico conferendi nonnullas Eccleſias inferiores.*

16 *Non poteſt tamen admittere Reſignationes, eaſdemque Eccleſias Penſione gravare ſine Pontificis auctoritate.*

17 *De abuſu olim in Belgio introducto imponendi ſola auctoritate Regis Penſiones ſuper Abbatiis ad illius nominationem ſpectantibus; Et quid pro eo eliminando actum fuerit?*

18 *In Inſula Sicilia Cathedrales Eccleſiæ providentur ad Regis præſentationem.*

19 *Servatur a Rege in præſentando Alternativa inter Regnicolas, & Exteros.* (a)

20 *Eccleſia Inſulæ Sardiniæ olim ad Hiſpaniarum, & Aragoniæ Regum, modo ad præſentationem Sabaudiæ Ducis, præfati Regni Regis ſpectant.*

21 *Ad Eccleſiam Melevitan. Siciliæ Rex præſentat unum ex tribus a Magno Magiſtro Ordinis Hieroſolymitani commendatis.*

22 *Eccleſia Liparenſis ad liberam Pontificis proviſionem ſpectat.*

23 *Cathedrales omnes in Statu Mediolani, excepta Eccleſia Vigevanenſi, quæ eſt de Jurepatronatus Ducum, libere a Pontifice conferuntur.*

24 *In proviſione Eccleſiarum Hetruriæ Magnus Dux quatuor Perſonas exhibet Pontifici, qui ex illis unam ſibi bene viſam eligit.*

25 *In Statu Veneto Papa libere diſponit de Cathedralibus favore Indigenarum.*

26 *Sed Eccleſia ipſa Patriarchalis* Venetiarum, *necnon altera Aquilejenſis, providentur ex Privilegio Apoſtolico ad Reipublicæ præſentationem.* & num. 27.

28 *Gaudet Reſpublica ex Indulto Alexandri VIII. jure præſentandi ad Eccleſias Cathedrales, quæ de novo in Provinciis a Turcarum tyrannide liberatis, erigi contigerit, dummodo fuerint a Republica dotatæ.*

29 *Præſentati ad Eccleſias præfatas non tenentur ad Urbem, pro examine ſubeundo, accedere.*

30 *Reſpublica Veneta gaudet jurepatronatus collativo quoad Primiceriatum, Dignitatem poſt Pontificalem Majorem in Patriarchali Eccleſia S. Marci.*

31 *Necnon nominandi tres Perſonas ad Archipresbyteratum Aſulanum Nullius Diœceſis, ut Pontifex unam ex illis eligat.*

32 *Eccleſiæ in Ditione Januenſi, ac in Regno Corſicæ ſitæ, nec non Eccleſia* Mantuæ, Parmæ, Placentiæ, Mutinæ, Rhegii, & Lucæ *ad liberam Pontificis pertinent diſpoſitionem.*

33 *De Indulto a Pio IV. Duci* Mantuæ *conceſſo, nominandi ad ejuſdem Civitatis Cathedralem, illiuſque revocatione a S. Pio V. facta.*

34 *Sabaudiæ Duci Nicolaus V. Privilegium indulſit,*

(a) Hodie excepta Eccleſia Panormitana, ad quam Rex libere præſentat etiam exterum, ceteræ Siciliæ Eccleſiæ providentur favore Regnicolarum.

a Succeſſoribus Pontificibus pluries confirmatum, de non præficiendo aliquem Cathedralibus & Monaſteriis, niſi habita prius intentione, & conſenſu ipſius Ducis.

35 *Hujuſmodi Indulta non ſunt perpetua, ſed Perſonalia; & aſſignantur rationes, ibidem* & n. 36. 37. 38. 39. & 40.

41 *Contrarium, quod ſint perpetua. Et ita reſolutum in Congregatione particulari anno* 1673. n. 42.

43 *Verba illa contenta in Indulto Nicolai V.* — Habita prius intentione, & conſenſu ipſius Ducis, *importam facultatem nominandi.*

Redduntur rationes num. 44.

45 *Contrarium, quod nec jus nominandi, nec aliquid aliud, quod nominationi æquipolleat, præ ſe ferant,* & n. 46. & 47.

Refertur reſolutio Congregationis particularis num. 48.

46 *Sed ex declaratione ſan. mem. Benedicti XIII. ſupra dicta verba* habita prius &c. *habentur, & intelligi debent perinde, ac ſi per ea jus nominandi ſpecialiter, & expreſſe conceſſum fuiſſet.* & num. 51.

47 *Sabaudiæ Duces ante declarationem præfatam erant in poſſeſſione proponendi Pontifici Perſonas ſibi bene viſas ad Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria.*

48 *Indultum Nicolai V. & Succeſſorum, comprehendit etiam Cathedrales & Monaſteria exiſtentia in Principatu Pedemontano.*

Et vigore hujuſmodi Indultorum prætendit Rex Chriſtianiſſimus nominare ad Beneficia exiſtentia in nonnullis locis ejuſdem Principatus, ceſſis anno 1601. *Henrico IV.* ibidem.

49 *Contrarium, quod Indultum præfatum ſit tantummodo reſtrictum ad Cathedrales, & Monaſteria Ducatus Sabaudiæ.*

50 *Sed priorem ſententiam ſequuta fuit Congregatio particularis de anno* 1699. *cujus reſolutionem approbavit ſan. me. Innocentius XII.*

51 *Indultum Nicolai V. ex declaratione ſan. mem. Benedicti XIII. comprehendit Cathedrales, & Monaſteria exiſtentia in integro temporali Dominio Ducis Sabaudiæ, exceptis Cathedralibus Eccleſiis* Caſalen. Aquen. & Alexandrin. *Provinciæ Mediolanen.*

52 *Amplia etiam ſi contingat Cathedrales, & Monaſteria præfata apud Sedem vacare.*

53 *An Sabaudiæ Duces ſub Beneplacito Sedis Apoſtolicæ poſſint favore Perſonarum, quæ ſibi gratæ ſint, & acceptæ, imponere Penſiones ſuper fructibus Eccleſiarum Epiſcopalium, & Monaſteriorum ad eorum nominationem ſpectantium?* & num. 54. & 55.

56 *Eccleſiæ Cathedrales Germaniæ non ſubjacent reſervationi Regulæ ſecundæ, ſed jus eligendi Epiſcopos ſpectat ad Capitula vigore Concordatorum.*

57 *Si nova in Germania erigeretur Cathedralis, adhuc jus eligendi Epiſcopum ad Capitulum pertineret.*

58 Helvetia *comprehenditur ſub Concordatis Germaniæ.*

59 *Eccleſia* Sedunenſis *in Valeſiorum Regione poſita, providetur ad electionem Canonicorum.*

Referuntur abuſus, qui in Electionibus Epiſcoporum Eccleſiæ præfatæ olim irrepſerant.

60 *De Eccleſia vero* Lauſanenſi, *poſita in eadem Regione Valeſiorum, Papa libere diſponit.*

61 *Eccleſia* Warmienſis *providetur ad ſupplicationem Regis Poloniæ.*

62 *Eccleſia* Cameracenſis *olim erat de libera collatione Papæ, ſed hodie providetur ad nominationem Regis Chriſtianiſſimi,* & n. 63.

64 *Ad liberam quoque Papæ collationem pertinebat olim Eccleſia* Biſuntina, *quæ modo ſubjacet ejuſdem Regis nominationi.* & num. 65.

66 *An Capitula, quæ Concordatis Germaniæ non gaudent, poſſint illa de novo acceptare, & an facienda ſit ad ea Concordatorum extenſio ex gratia?* & num. 67.

68 *Archiepiſcopus* Saliſburgenſis *ſingulari gaudet Privilegio Apoſtolico providendi quatuor Eccleſias Epiſcopales in Germania.*

69 *De ſimili Indulto pro Archiepiſcopis Mexicanis petitio ad effectum providendi de Paſtore Eccleſiam de* Manile *in Inſulis Philippinis; & quid a Sac. Congregatione Conſiſtoriali reſolutum?* num. 71.

70 *Referuntur quamplurima exempla indulta Epiſcopis a Sede Apoſtolica facultatis alios Epiſcopos creandi.*

72 *Rex Hungariæ jus habet nominandi ad Cathedrales in dicto Regno exiſtentes.* & num. 74.

73 *Sed in Litteris nominationis uti non poteſt verbo* eligimus. *Et quare?*

75 *Gaudet jure nominandi ad illas tantum Eccleſias, quarum Prælati interſunt Dietis, uti Proceres Regni, ſecus quoad alias, quarum Prælati hujuſmodi non gaudent prærogativa.*

76 *Item jus nominandi non habet ad Eccleſias exiſtentes in Regionibus, quæ ab Hungaria dependent.*

77 *Sed hodie Imperator, uti Rex Hungariæ, eſt in quaſi poſſeſſione nominandi indiſtincte ad omnes Eccleſias illius Regni, & ad eas, quæ ſunt in Regionibus ab Hungaria dependentibus.*

Enumerantur Eccleſiæ præfatæ. ibidem.

78 *Nec non aliæ Eccleſiæ, ad quas Imperator jus habet nominandi, vel præſentandi, tanquam Princeps Tranſilvaniæ, Rex Bohemiæ, & Archidux Auſtriæ.* & num. 79.

80 *Rex Chriſtianiſſimus ad quas Eccleſias Cathedrales, & ad quæ Monaſteria jure gaudet nominandi vigore Concordatorum?*

81 *De eorumdem Concordatorum origine, & cauſis, ob quas inita fuerunt.*

82 *Rex Galliæ, vigore Concordatorum, tenetur ad Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria Perſonas qualificatas nominare intra tres Menſes. Et coram quo examen, & Proceſſus nominatorum fieri debeat?* ibidem.

83 *Si Rex Perſonam minus idoneam nominaverit, poterit Pontifex illam recuſare, & Rex tenetur hoc caſu intra alios tres Menſes denuo nominare, alias Papa libere de Eccleſia, vel de Monaſterio diſponit.*

Referuntur exempla recuſationum a Pontificibus factarum de Perſonis minus idoneis nominatis a Regibus.

84 *Rege dignum nominante, non poteſt Pontifex, ſalva juſtitia, nominationem recuſare.*

Sed admiſſa per Pontificem nominatione, permiſſum Regi non eſt ab ea reſilire, & alium nominare. num. 86.

Refertur exemplum in contrarium. num. 87.

85 *Concordata Galliæ vim contractus habent; quorum vel unum caput violare, nec Pontifici, nec Regi licet.*

88 *Rex Chriſtianiſſimus vigore Concordatorum jus habet nominandi etiam ad Cathedrales, & Monaſteria exiſtentia in Provinciis de novo acquiſitis.*

89 *Contrarium verius; & explicatur* Duarenus. num. 91.

90 *In-*

90 *Indulta, & Gratia conceſſa pro hominibus, vel Eccleſiis* Regni Franciæ, vel in Regno Franciæ exiſtentibus, *amplectuntur ſolum homines, & Eccleſias exiſtentes intra terminos Regni Franciæ.*

Secus ſi pro hominibus, & Eccleſiis Regni, aut de Regno ſuo, *nam tunc includuntur omnes, qui in Regis Dominiis exiſtunt.*

92 *Civitas, vel Provincia Regni Franciæ, quæ ante Concordata diſtracta fuit, ſi poſt Concordata Regno iterum accedat, ſub iiſdem non comprehenditur.*

Et ita reſolutum anno 1660. *in Congregatione particulari.* ibidem.

93 *Diſtracta vero poſt Concordata, in eorum nexum reincidit, ſi Regno denuo adjungi contingat.*

Quemadmodum ſub antiquo Indulto nominandi eadit Eccleſia illius Civitatis, quæ à Principe vigore Tractatus Pacis alteri ceſſa, illius poſtea Succeſſoribus vigore alterius Tractatus retroceditur. & n. 100. & 101.

94 *Conventiones, & Tractatus Pacis ſortiuntur efficaciam reſtitutionis in integrum.*

95 *Reſtitutus in integrum bona ſua cum oneribus, & honoribus recuperat.*

96 *Juſpatronatus à jure civili inductum, & deportatione amiſſum, vel ſuſpenſum, per reſtitutionem recuperatur.*

97 *Servitus Aquæ hauſtus, tempore quo fons eſt arefactus, amittitur; ſed fonte renato, reviviſcit & ipſa.*

98 *Amplia, ſive aqua naturaliter renaſcatur, ſive opere manu facto, & hominis induſtria.*

99 *De variis Indultis, quæ Reges Chriſtianiſſimi à Sede Apoſtolica obtinuerunt ad effectum nominandi ad Eccleſias, & Monaſteria ſita in Provinciis de novo acquiſitis.*

102 *Dum Regibus Indulta præfata concedebantur, ipſi ſuis Litteris mandabant illæſa, & integra ſervari jura Sedi Apoſtolicæ in eiſdem Provinciis competentia.* & num. 104.

103 *Traditur ratio, cur Litteræ præfatæ obtenta non fuerint à Regibus Chriſtianiſſimis ſub Sixto V. & Clemente VIII.*

105 *Cathedralis poſt Concordata de novo in Regno Franciæ erecta, ſpectat ad Regis nominationem. Et redditur ratio.*

Quemadmodum de novo erecta in Hiſpaniis, efficitur de Jurepatronatus Regio. n. 106.

107 *Contrarium, quod pertineat ad liberam Pontificis proviſionem.* & num. 113.

108 *Facultas nominandi ad Cathedrales, eſt odioſa, proindeque non extendenda ad poſtea erectas.*

109 *Indultum percipiendi fructus Beneficiorum primi anni, non comprehendit Beneficia noviter erecta.*

110 *Nec Primariæ preces, quæ à Sede Apoſtolica Imperatori conceduntur, Beneficia præfata comprehendunt.*

111 *Indultum nominandi ad Monaſteria Conſiſtorialia, non ſuffragatur pro Monaſterio, quod poſtea evadit Conſiſtoriale.*

112 *Servitus futuro ædificio imponi non poteſt.*

114 *Pontifices erigendo in Principum Ditionibus novas Eccleſias Cathedrales, aliquando liberam earumdem diſpoſitionem prima vice ſibi reſervarunt, indulgendo eiſdem Principibus jus præſentandi, vel nominandi in futuris vacationibus.*

Et referuntur exempla. ibidem.

Etiam priſcis temporibus, dum Epiſcoporum Electio erat penes Capitula, Pontifices Cathedrales noviter erectas, prima vice libere conferre conſueverunt. num. 115.

116 *Aliquando Indultum ad eas nominandi, ſeu præſentandi tam prima vice, quam in futuris vacationibus Principibus ipſis conceſſerunt.*

Referuntur exempla. ibidem.

117 *Eccleſia* Auriacenſis, *vulgo* Oranges, *non comprehenditur ſub Concordatis Galliæ, ſed ſpectat ad liberam Pontificis collationem.*

118 *De Indulto à Clemente XI. conceſſo Ludovico XIV. Regi Chriſtianiſſimo, ut vita ejus durante, ad Eccleſiam præfatam nominare poſſet.*

119 *Duces Nivernenſes ſupplicant pro Eccleſia* Bethlemetica, *cujus Epiſcopus in eorum reſidet Ditionibus.* & num. 120.

121 *Rex Poloniæ jus habet ſupplicandi in proviſione Cathedralium illius Regni.*

122 *Regibus Catholicis ex Indulto Adriani VI. jus competit præſentandi ad Cathedrales omnes Hiſpaniarum, etiamſi vacent* apud Sedem.

123 *Privilegium hujuſmodi revocatum fuit à Clemente VIII. ſed poſtea ab eodem confirmatum.*

124 *Referuntur Auctores agentes de jure, quo gaudent Reges Luſitaniæ circa Eccleſias Cathedrales.*

125 *Jure gaudent præſentandi ad Eccleſias* Leyrien. & Elven. nec non *ad* Patriarchalem *Ulixbonen.*

126 *Et quid reſpectu aliarum Regni Eccleſiarum?* & num. 127.

128 *De jure, quo Reges* Angliæ *olim fruebantur in proviſione Eccleſiarum Cathedralium illius Regni.*

129 *Et de illo, quod Regibus Scotiæ competebat.*

130 *Eccleſiæ* Hiberniæ *providebantur antiquitus ad Regis ſupplicationem; At ſub ſa. me. Innocentio XI. proviſæ fuerunt ad Regis Jacobi nominationem.*

131 *Regula ſecunda non derogat Privilegiis, & Indultis à Sede Apoſtolica Regibus, ac Principibus conceſſis præſentandi, vel nominandi ad Eccleſias Cathedrales.*

132 *Referuntur Doctores agentes de Jurepatronatus Regibus quoad Eccleſias Cathedrales competente.*

133 *Et an poſſint Pontifices ſupra dicta Privilegia revocare.*

TRES hæc Regula continet reſervationes. Pri- 1
mo enim reſervat Eccleſias Cathedrales; &
per hanc reſervationem fit reditus ad jus antiquum.
Etenim proviſio Epiſcopatuum, & aliarum Digni-
tatum Majorum, olim ad Summum Pontificem tan- 2
tum pertinebat, *Can. 1. 22. diſt. Gloſ. in cap. Quamquam, verb. Devolvatur, verſ. Ut igitur, de Elect. in 6. Fermoſin. in cap. Cum Eccleſia Sutrina quæſt. 2. in princip. de Cauſ. poſſeſſ. & propriet. Mandoſ. ad hanc Regul. in præfation. ſub num. 4. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 4. n. 6. Barboſ. de Poteſt. Epiſcop. part. 1. tit. 1. cap. 3. n. 1. & ſeqq. Ventrigl. in Prax. tom. 2. annot. 2. §. 2. n. 18. Paulut. Juriſprud. Sacr. tom. 2. lib. 6. tract. 10. de re Benefic. cap. 4. n. 5. pag. mihi 406. Rot. deciſ. 698. n. 10. cor. Molines,* aliique mox citandi.

Indulſerunt poſtea Summi Pontifices, ut in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis, jus eligendi Prælatum eſſet penes Canonicos, *Cap. Nullus 1. Cap. Cum terra 14. Cap. Cum Eccleſia 31. Cap. Si*

Gens 55. *de Elect. Cap. Cum dilectus, de Conſuetud. Cap. Nobis* 29. *de Jurepatron. D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap.* 12. *n.* 20. *Gonzal. in dict. cap.* 1. *de Elect. Fermoſin. Paulut.* & alii mox laudati.
3 Verum, quia in hujuſmodi electionibus maximæ inter Canonicos oriri ſolebant diſcordiæ, ſæpe illicitæ, & ſimoniacæ intercedebant conventiones, & quam ſæpiſſime vi poteſtatis Secularis ad certas Perſonas eligendas compulſi, nil præter electionis umbram penes illos aderat: ideo ad tot, tantaque inconvenientia eliminanda, Sedes Apoſtolica cœpit ſibi reſervare Eccleſias Patriarchales, ſeu Primatiales, Archiepiſcopales, & Epiſcopales; primo quidem in *Extravag. Ad regimen*, ſi *apud Sedem* vacaverint, & deinde ſimpliciter, & generaliter in hac Regula ſecunda, ut magis late hujus reſervationis Hiſtoriam reaſſumimus in §. 2. hujus Regulæ *à n.* 35. *& ſeqq.* & tradunt *Lancellot. in princip. Inſtitut. tit. Qui eligere, & eligi poſſint, verb. Hodie, Paſſerin. de Elect. cap.* 33. *n.* 70. *Fermoſin. ubi ſupra num.* 11. *&* 12. *Paſtor. de Benefic. tit.* 8. *num.* 1. *Caſtropal. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *punct.* 18. *num.* 2. *Barboſ. de Epiſcop. dict. cap.* 3. *num.* 27. *& part.* 3. *allegat.* 57. *n.* 85. *& de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 71. *Lavor. Var. lucubrat. tit.* 4. *de Elect. cap.* 15. *num.* 22. *verſ. verum hodie, Pirhing. in jus Canon. tom.* 1. *tit.* 6. *de Elect.* §. 2. *n.* 5. *& ſeqq. Paulut. dict. tom.* 2. *pag.* 407. *Gonzal. in cap.* 2. *num.* 8. *&* 9. *de Elect. Mandoſ. ad hanc*
4 *Regul. in præfat. & quæſt.* 1. *&* 2. ubi quod Regula non eſt odioſa, quia per eam fit reditus ad jus commune, *Fagnan. in cap. Nullus, num.* 2. *& ſeqq. eodem tit.* ubi quod hodie Papa de Epiſcopatibus
5 providet in Conſiſtorio; hæcque proviſio habet vim electionis, & confirmationis, *Rot. cor. Molines deciſ.* 626. *num.* 7. *&* 8. *& deciſ.* 777. *num.* 23. *& ſeqq. & num.* 35. 37. *&* 51. *& ſeqq.* late *Dian. in Opuſcul. de priſco more eligendi Epiſcop. impreſſ. inter ejus Oper. coordinat. tom.* 9. *tract* 9. ubi refert diverſa tempora, juxta quæ ad varias Perſo-
6 nas Epiſcoporum electio pertinebat. Et plura tam de Pontificia, quam de Epiſcoporum electionibus, ultra DD. ſupra laudatos, tradunt *Pignatell. tom.* 10. *conſult.* 130. *Burſatt. conſ.* 126. *n.* 8. *& ſeqq. Petr. de Marc. lib.* 8. *de Concord. Sacerdot. & Imper. per tot. D..rtis de Benefic. cap.* 1. *ſect.* 3. *& cap.* 12. *&* 13. *Van Eſpen in jus Eccleſ. univ. part.* 1. *tit.* 13. *cap.* 1. *&* 2. *Morin. de Sacr. Ordinat. pag.* 192. *& ſeqq Eugen. Lombard. in Regal. Sacerdot. pag.* 43. *& ſeqq. Natal. Alex. ſecul.* 1. *part.* 2. *diſſert.* 6. *pag.* 391. *& ſeqq. Thomaſſin. de Nov. & veter. Eccleſ. diſcipl. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 3. *& ſeqq. cap.* 10. *num.* 17. *cap.* 26. *n.* 7. *&* 8. *cap.* 27. *& cap.* 41. *per tot.*

7 *A Bonifacio VIII.* inchoatam, & tandem à *Clemente V.* editam hanc Reſervationem, exiſtimant *Barboſ. Lavor. Fermoſin.* ſupra citati, aliique apud *Franciſcum del Manzano* in Memoriali ad Alexandrum VII. *propoſit.* 2. *num.* 30. *pag. mihi* 39. editionis Italicæ; ſed ſimpliciter ad *Clementem V.* anno 1305. & primo ſui Pontificatus anno, eam referunt *Burſat. d. conſ.* 126. *n.* 18. *Paulut. Juriſprud. Sacr. dict. tom.* 2. *pag.* 406. *in fine, Pignatell. tom.* 10. *conſult.* 130. *ſub n.* 11. Sed quoniam ampliori jure uſus eſt hac reſervatione *Joannes XXII.* qui ſpecialem ſuper ea edidit Conſtitutionem ſub datum *Avenion.* 3. *Kalendas Auguſti anno ſexto*, quam refert *Raynald. in Appendic. ad annum* 1322. hinc frequentius DD. eum faciunt hujuſmodi Reſervationis Auctorem, *Oſſat. in Epiſtol.* 296. juxta antiquam impreſſionem, & 305. juxta novam, *Ughell. Ital. Sacr. in Epiſcop. Groſſetan. num.* 24. *tom.* 3. aliique relati à *Rot. cor. Molines deciſ.* 698. *n.* 22. *&* 777. *n.* 57. *& ſeqq.*

Conſtitutionem Eccleſiarum Cathedralium reſervatoriam, edidit, non impreſſit *Joannes XXII.* ut inquiunt *Paulut. & Burſat. loc. cit.* unde primus, qui inter Cancellariæ Regulas reſervationem hanc inſeruit, vel cenſendus *Urbanus V.* de anno 1362. ut voluit *Burſat. dict. conſ.* 129. *num.* 97. vel *Innocentius VIII.* de anno 1484. ut magis communiter exiſtimant *Paulut. Juriſprud. Sacr. dict. tom.* 2. *pag.* 408. *circa med. Granatiet. in cap. Ego, ſub n.* 8. *de jurejuran. Thierry de Benefic. tit.* 8. *n.* 1. *Rot. deciſ.* 626. *n.* 1. *& n.* 29. §. *Verum cor. Molines.* Et 8
non fuit reſervatio concepta *abſolute*, ſed cum clauſula in fine Regulæ adjecta -- *quotieſcumque Summi Pontifices illa uti voluerint* -- ut videre eſt in Regula Innocentii VIII. & penes *Sot. ibidem verſ. Item iſta, Mandoſ. ad hanc Regul. ſub num.* 1. *verſ. inſuper, Pariſ. conſ.* 19. *lib.* 4. *Rot. in Virdunen. Epiſcopatus* 15. *Novembris* 1593. *coram Card. Pamphil. Senior. & cor. Molines deciſ.* 698. *nu.* 25. *& deciſ.* 777. *n.* 85. Eamdemque clauſulam in eorum Regulis inſeruerunt *Leo X. & Clemens VII.* cujus tamen Succeſſor *Paulus III.* eam delevit, & uſque ad hæc noſtra tempora reſervatio Eccleſiarum Cathedralium facta eſt ſimpliciter.

Inſuper Regulis in antiquis dicebatur *ſpecialiter* 9
reſervavit, ut videre eſt in illis *Innocentii, Leonis, & Clementis*, quas habeo impreſſas, & apud *Caſſador. deciſ.* 3. *n.* 1. *de Reſervat.* ſed idem *Paulus III.* delevit verbum illud *ſpecialiter*, & dixit *generaliter reſervavit.*

Ex quibus infertur, non prodeſſe Capitulis ele- 10
ctiones Epiſcoporum admiſſas à Pontificibus ante Clementem VII. Cum enim penderet à libera Summi Pontificis voluntate uti Reſervatione, vel eam remittere, Electionum illarum admiſſio non repugnabat obſervantiæ Regulæ prædictæ.

Comprehenduntur itaque ſub hac Regula Eccleſiæ Cathedrales. Sed quia pro more Regionum diverſimode ſervatur; & Sacrum Concilium Tridentinum nihil pro præſentium temporum ratione hac in re innovare voluerit, ut *in Cap.* 1. *ſeſſ.* 24. *de Reformat.* hinc operæ pretium me facturum exiſtimo, ſi breviter, quod in unaque Provincia fieri ſolet, enarrabo. *In Italia* cum vacant Eccleſiæ ſitæ in Ditione 11
temporali Pontificis, ipſe de illis libere diſponit, uti de reſervatis. Iiidem in Regno Neapolitano eo- 12
dem modo providet Eccleſias Cathedrales, exceptis nonnullis, ad quas Reges habent jus nominandi ex conceſſione per Clementem VII. facta Carolo V. Imperatori ſub datum 29. *Junii* 1529. ſive 1532. ut ex diverſis Auctoribus refert *Scopp. ad Fabr. lib.* 1. *tit.* 2. *Explanat.* 93. *n.* 23. *Mart. de Juriſdict. part.* 2. *cap.* 40. *n.* 5. *D. de Sanctis in Examin. Conſiſtorial. cap.* 13. *n.* 88 *Spondan. ad annum* 1529. *n.* 2. Eccleſiaſque Cathedrales ad Regiam nominationem ſpectantes, enumerant *A Ponte deciſ.* 12. *ſub num.* 14. *Corrad. in Prax. diſpenſat. poſt lib.* 10. *pag.* 509. ubi tamen nonnullas prætermiſit, *Altimar. ad Rovit. conſ.* 59. *n.* 1. *lib.* 1. Et modernus Epiſcopus *Sarnelli tom.* 2. *Epiſtol. pag.* 86. *Matta de Cauſ. Conſiſtor. ſect.* 17. *n.* 5.

Hujuſmodi autem Regni Neapolitani Eccleſiæ providentur ad Regis nominationem, non uti de jurepatronatus; unde ſub Gregorio XIII. anno 1577. cum Cardinalis *Geſualdus* propoſuiſſet in Conſiſtorio Eccleſiam *Tranenſem*, *come Juſpadronato della Corona di Spagna: il Papa diſſe, che la coſa non ſtava così, ma che aveva ſolamente la nominazione per Apoſtolico Privilegio; e ſoggiunſe, che nell'avvenire ogni Protettore, quando aveva a proporre Chieſe, doveſſe*

molto

molto bene certificarſi delle raggioni de Principi, cioè
ſe egli preſentava come Padrone, ſe nominava per
Privilegio Apoſtalico, o pure ſe all' uſanza d'altri
ſupplicava ſolamente &c. ut ex Annalibus *Gregorii*
XIII. tom. 2. lib. 2.

13 Servabaturque olim in proviſione dictarum Ec-
cleſiarum de Regia nominatione Alternativa inter
Regnicolas, & Exteros, de qua *Salern. conſ. 3. n.*
226. & ſeqq. Altimar. ad Rovit. dict. conſ. 59. num.
14. Marant. part. 2. reſponſ. 52. per tot. & in libro
cui titulus - *Archivio della Regia Giuriſdizione del*
Regno di Napoli &c. evulgato de anno 1721. *pag.*
mihi 119. *in fine, & pag. ſeq.* Sed Carolus VI. Im-
perator, ſuo Diplomate ſignato die 26. Auguſti
1713. mandavit -- *Quod illi Archiepiſcopatus, Epiſ-*
copatus, Præpoſituræ, Perſonatus, cæteraque Eccle-
ſiaſtica Beneficia, & Dignitates fideliſſimæ Civitatis,
& Regni Neapolitani, ad Regiam nominationem, &
14 *reſpective collationem ſpectantia, Regni naturali-*
bus tantummodo conferantur. Sunt verba Diplo-
matis.

15 Sed ultra jus nominandi ad dictas Eccleſias Ca-
thedrales Regni Neapolitani, confert quoque Rex
ex Privilegio Apoſtolico nonnullas Eccleſias inferio-
res, & Beneficia per ſuas Litteras Patentes, nulla
requiſita Eccleſiaſtici Superioris auctoritate, ut de
Eccleſia *Altamuræ, Cardinal. de Luc. de Benefic.*
diſc. 9. n. 12. Et de Eccleſia *S. Nicolai Barii*, plene
Rovit. & Adden. conſ. 59. lib. 1. De Canonicatibus,
& Beneficiis *Luceriæ, A Ponte deciſ.* 12. *ſub n.* 14.
Proviſi autem de hiſce Eccleſiis, & Beneficiis, non
recipiunt a Rege poteſtatem, & juriſdictionem, ſed
a Papa, per organum Regis, ut advertit *Cardinal.*
16 *de Luc. loco max cit.* Et licet Rex habeat jus confe-
rendi, non tamen jus habet admittendi Reſignatio-
nes, & imponendi Penſiones ſuper Beneficiis ab ipſo
collatis, late *Rovit. & Adden. dict. conſ. 59. De Ma-*
rin. lib. 2. reſolut. 171. adverſus ea, quæ ſcripſerat
Staiban. Sen. conſ. 20. Ricc. deciſ. 298. n. 6. de qui-
bus meminit *Scopp. ad Fabr. lib. 1. tit. 2. Explanat.*
46. n. 26. & generaliter, quod Principes habentes
jus nominandi ad Eccleſias, nequeant ſuper iis Pen-
ſiones imponere ſine Pontificis auctoritate, *Rebuff.*
de Pacific. poſſeſſ. n. 105. Coppin. de Sac. Polit. lib. 1.
cap. 2. Mandoſ. conſ. 55. num. 19. verſ. Nec tenet,
Wameſ. conſ. 296. num. 16. Richard. in libro cui
titulus – *Des Penſions Royales pag.* 88. impreſſ. Pa-
riſiis *anno* 1695. *Thomaſſin. lib. 2. cap. 31. nu. 14. §.*
Quas vero.

17 Hinc cum in Belgio circa annum 1662. vigere
cæpiſſet abuſus, ut Regii Adminiſtri propria aucto-
ritate Penſiones, etiam favore Mulierum, reſerva-
sent, & nominatos ad Abbatias urgerent ad ſe obli-
gandos per Apocham de Penſione ſolvenda, atque
difficultates promoventibus ſejectis, alios nomina-
rent, qui hoc onus acceptarent; hinc actum ſuit
cum Rege ipſo Hiſpaniarum, qui juſſit, ut obliga-
tiones a nominatis fierent ſub Sanctiſſ. Beneplaci-
to; quodque in forma ſolita Proviſiones Apoſtoli-
cæ expedirentur. Cumque poſtmodum, Regis man-
dato non obſtante, abuſus adhuc vigeret, & urge-
rentur Abbates ad ſolvendum Penſiones, etiam Lit-
teris Apoſtolicis non expeditis; ſa. me. *Clemens X.*
anno 1672. ut abuſum hunc eliminaret, particula-
rem deputavit Congregationem, cui interfuerunt
Cardinales *Ottobonus, de Alteriis, Roſpiglioſus,*
Gaſpar de Carpineo, & RR. PP. DD. Fagnanus,
Caſanatte, Sluſius, Bottinius, Pilaſtrus, & Favori-
tus, reſolutumque fuit, antequam ad opportuna re-
media deveniretur, rurſus cum Rege agendum, a
quo facile remedium ſperari poterat, cum clariſſi-
ma res eſſet, quod dum Rex nominabat vigore
Perſonalis Indulti ad Abbatias, non poterat ſua ſo-
la auctoritate Penſiones imponere. Sic ſervatum
fuit, & novo Regis ſupervento mandato, non am-
plius de hujuſmodi abuſu delatæ fuerunt ad Ponti-
ficem querelæ.

Quoad Eccleſias Cathedrales Inſulæ *Siciliæ* con- 18
troverſum erat olim, an earum proviſiones facien-
dæ eſſent ad Regis nominationem, ſive libere a Pon-
tifice. Unde fertur, quod cum celebris *Thomas de*
Vio a Leone X. *Panormitanus* Archiepiſcopus de-
ſignatus eſſet, Regio Siciliæ Senatu repugnante, ac
contendente, nominationem ad illum Archiepiſco-
patum juris eſſe Regii, nunquam Eccleſiæ admi-
niſtrationem ſuſcipere potuit, *Natal. Alex. Sæcul.*
15. & 16. part. 1. pag. mihi 928. *num. 2. Ciaccon.*
in Leone X. tom. 3. col. 391. ſub litt. E. Verum ho- 19
die Eccleſiæ omnes Siciliæ ſunt de Regio patrona-
tu, ut ex Brevi *Gregorii XV.* ſub datum 15. *Apri-*
lis 1621. Et in præſentatione ad eaſdem Eccleſias
Rex alternativam ſervat, nam una vice Siculum, al-
tera Exterum præſentat, *Jo. Lemede in ſperim. jur.*
Eccleſ. tom. 2. verſ. Notanda ſuper nominatione,
pag. 218. verſ. & idem Rex : late *Salern. conſ. 1. 2.*
& 3. ubi plures movet Quæſtiones, *D. de Sanctis in*
Examin. Conſiſtor. cap. 13. n. 89. (a)

In Inſula *Sardiniæ* olim Eccleſiæ ad Hiſpania- 20
rum, & Aragoniæ Regum præſentationem, ex
nonnullorum Pontificum, & præſertim Gregorii
XV. conceſſione, providebantur. Sed poſtquam
Regnum præfatum in dominium invictiſſimi *Ama-*
dei Sabaudiæ Ducis devenit, ſa. me. Benedictus
XIII. præfato *Amadeo Regi, omnibuſque, & ſin-*
gulis ejuſdem deſcendentibus Maſculis, & in di-
cto Sardiniæ Regno ejuſque Inſulis legitimis Succeſ-
ſoribus, quamdiu vixerint, motu proprio &c. Jus
patronatus, & præſentandi ſibi, & pro tempore exi-
ſtentibus Romanis Pontificibus Succeſſoribus ſuis ad
præſentationem hujuſmodi præficiendas ad quaſcun-
que Cathedrales, & Metropolitanas Eccleſias, &
quæcunque Monaſteria, etiam Conſiſtorialia, in dicto
Regno, & ejus Inſulis, quoties illas, & illa, quibuſ-
vis modis, ex quorumcumque, etiam S. R. Eccleſiæ
Cardinalium, perſonis vacare contigerit, reſervavit,
conceſſit, & aſſignavit, ut ex Litteris Apoſtolicis in
forma Brevis ſub Datum apud *S. Mariam Majo-*
rem ſub Annulo Piſcatoris die 25. Octobris 1726.
Pontificatus anno Tertio.

Cum Inſula *Melitenſis*, quæ ad Regnum Siciliæ 21
ſpectabat, dono elargita fuiſſet a Carolo V. Impe-
ratore, & Rege Neapolis in feudum liberum Sac.
Religioni Hieroſolymitanæ, in Donationis Inſtru-
mento Rex ſibi reſervavit jus ad Epiſcopatum ejuſ-
dem

(a) *Invictiſſimus utriuſque Siciliæ Rex Carolus Borbonius, Diplomate dato Neapoli 4. Aprilis 1738. mandavit* – Che à tutti gl' Arciveſcovadi, Veſcovadi, Abatie, Cannonicati, ed altri Beneficj, e Dignità Eccleſiaſtiche ſituati nel Regno di Sicilia ulteriore, ſi nomino per l'avvenire perpetuamente Siciliani nativi, ſenz' altra eccezzione, che quella dell' Arciveſcovado di Palermo, la proviſione del quale ſtimiamo di reſervare libera alle circonſtanze de tempi, e delle Perſone, e della prima mutazione ſolamente, che in qualunque forma ſuccederà dell' Arciveſcovado di Monreale, doppo della quale vogliamo, che ſi poſſano, e debbano nominare a detto Arciveſcovado di Monreale i ſoli Siciliani nativi; con queſto però, che queſta noſtra ſuprema riſoluzione non comprenda le Penſioni Eccleſiaſtiche, che ſi ſogliono imporre nel tempo di farſi le Proviſioni, volendo Noi, che queſte per utile univerſale, e particolare de noſtri amati Vaſſalli, poſſano cadere in qualunque Perſona, che ſarà ſtimata meritevole della noſtra Real munificenza, e de Rè noſtri Succeſſori indifferentemente per li ſervigi preſtati, e che preſtaranno alla noſtra Santiſſima Religione, ed alla Corona &c.

dem Inſulæ, tali pacto, ut ipſe præſentaret Pontifici unum, quem maluiſſet ex tribus commendatis a Magno Magiſtro, ut poſt *Boſſ.* refert *Salell. de S. Inquiſit. tom.* 1. *Prolegom. X. num.* 14. *& ſeqq.* ubi quamplurima leguntur exempla.

22 *Liparenſem* Eccleſiam eſſe in Regno Neapolitano, & *ad Regiam præſentationem*, dicitur in Provinciali Epiſcoporum apud *Barboſ. de Epiſcop. part.* 1. *tit.* 1. *cap.*7. & poſt *Franceſ. de Eccleſ. Cathedral. Proſper. de Auguſtin. ad Quarant. in Summ. Bullar. pag.* 242. Sed Auctores iſti in hoc ultimo dicto falluntur, & in enumeratione Eccleſiarum, quæ providentur ad Regis nominationem, quam faciunt DD. Neapolitani ſupra laudati, ſcilicet *Apont. Altimar. & Sarnell.* nulla fit mentio de Eccleſia *Liparenſi*, quam eſſe S. Sedi immediate ſubjectam, conſtat ex Reſolutionibus relatis per *Riec. in Synopſ. Decret. Sac. Congreg. Immunit. verb. Liparinus Epiſcopus, pag. mihi* 458. nec umquam hujuſmodi Eccleſiæ facta fuit proviſio ad Regis nominationem; ſed in proviſionibus, quæ libere a S. Sede expletæ fuerunt, ſemper expreſſum fuit, quod erat *Sedis Apoſtolicæ immediate ſubjecta* -- ut ex Decreto Conſiſtoriali ſub Urbano VIII. *die* 29. *Novembris* 1627. Sic etiam ſub Alexandro VIII. in Litteris Proviſionis ſub datum *anno* 1691. *Sexto Idus Januarii Anno II.* Sub Innocentio XII. *anno* 1695. 13. *Kalendas Auguſti anno IV.* & ſub Clemente XI. quando Eccleſiam præfatam contulit *R. P. D. Tedeſchi*, ut ex Litteris Apoſtolicis in forma Brevis ſub datum 17. *Septembris anno* 1714.

23 In Statu *Mediolani* omnes Cathedrales Eccleſiæ libere a Papa providentur, excepta *Vigevanenſi*, quam Clemens VII. anno 1529. in Cathedralem erexit, & reſervavit juſpatronatus pro tempore exiſtenti Duci Mediolani, prima vice excepta, ut ex Litteris Apoſtolicis Erectionis apud *Ughell. Ital. Sac. tom.* 4. *part.* 1134.

24 In *Hetruria* Magnus Dux tranſmittit ad ſuum Oratorem, ſeu Agentem in Urbe notam quatuor Perſonarum, & hæc exhibetur Summo Pontifici, qui unam ex illis eligit, nec poſtea de tali nota ullum remanet veſtigium, ſeu memoria. Id a tempore Reipublicæ ſervatum fuiſſe ex conceſſione *Sixti IV.* teſtatur Epiſtola nomine dicti Pontificis Reipublicæ Florentinæ ſcripta per Cardinalem *Papienſem*, inter ſuas *la* 664. his verbis -- *Cupitis, ſicut ſignificatum eſt Nobis, eos Præſules dari Civitatibus veſtris, quorum non modo doctrina, & vita apud Apoſtolicam Sedem, ſed apud Nos quoque fides probetur, putantes ad conſervationem Status veſtri eam rem plurimum pertinere. Propterεaque optatis, ut ante proviſiones noſtras, quid ſit veſtri judicii, expectare dies aliquot non dedignemur. Nos, qui præter Animarum ſalutem, & commoda Populorum, aliud nobis in dandis Epiſcopis non proponimus, Rempublicam autem veſtram ſemper amavimus, & ſalvam volumus, huic deſiderio paterne annuentes, ſignificamus, daturos Nos deinceps operam, quantum cum Deo poterimus, ut cum vacare Eccleſias Dominii Florentini contigerit, veſtris petitionibus liberaliter ſatisfiat. Erit tamen gratum duas, aut tres Perſonas meritis, & virtutibus idoneas ſemper proponi, ut in ſatisfactione publica, etiam Nos, quod melius ſit, offerre Deo ex noſtro Officio valeamus* -- Antea, ſub Pontificatu Pii II. cum mortuo Archiepiſcopo Florentino, Magiſtratus Urbis ad *Pium* tunc Florentiæ commorantem accedens, non iſtum, aut illum petiiſſet, ſed aliquem ex Civibus ſuis; laudavit eos Pontifex, quod obſtinate unum non petiiſſent; auditurumque ſe ſe reſpondit honeſtas preces; & poſtea dum Bononiæ manebat, *Orlandum Florentinum* Sac. Rotæ Auditorem, & pauperem, Patriæ ſuæ Præſulem deſignavit, ut in Comment. ejuſdem *Pii lib.*2. *pag. mihi* 50. & 56. juxta impreſſionem *Francofordii.*

Apud *Senenſes* relatum eſt, quod eorum Archiepiſcopali Eccleſia vacante, Magiſtratus, quem *Baliam* vocant, nominat octo, ex quibus Magnus Hetruriæ Dux quatuor Pontifici proponit.

In Statu *Veneto* libere Papa Eccleſias Cathedrales 25
providet, ut plurimum favore Indigenarum, & ſic
Perſonarum, quæ ſunt Reipublicæ gratæ, & acceptæ,
excepta Eccleſia *Patriarchali Venetiarum*, quæ dici-
tur de Jurepatronatus Reipublicæ, ex Privilegio A- 26
poſtolico Eugenii IV. cui hactenus derogatum non
eſt, *Juſtinian. Hiſtor. Venet. lib.*14.*pag.*40. *Pithov. in
lib.* cui titulus -- *Commentaire ſur le traité des Liber-
tez de l'Egliſe Gallicane, art.* 68. *pag. mihi* 201. ac
excepto etiam *Patriarchatu Aquilejenſi*, qui ob con-
troverſias inter Imperatorem, & Venetos, de qui- 27
bus *Thomaſſin. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 5. *verſ. Quo-
ad temporale*, nunquam vacat, ſed datur ſemper
Coadjutor; ita ut Patriarcha defuncto, ſtatim ſup-
pleat Coadjutor, & iſti, poſſeſſione adepta, alter
Coadjutor ſubrogatur.

Sed ex Indulto a ſan. mem. Alexandro VIII. con- 28
ceſſo *anno* 1690. *Decimo Kalendas Decembris Pontificatus anno ſecundo*, competit Reipublicæ juſpatronatus, & præſentandi, ſeu nominandi ad Cathedrales Eccleſias, quæ de novo in Provinciis, a Turcarum tyrannide liberatis, erigi contingeret, ut in vita ejuſdem Pontificis *Additionator* ad *Platin. pag. mihi* 832. Quod tamen Indultum reſtringitur ad Eccleſias Cathedrales, quæ a Republica dotatæ fuerint, juxta reſolutionem Congregationis particularis habitæ de Menſe Decembris 1690. cui interfuerunt clar. mem. Cardinales *Spinola*, & *Panciaticus*, nec non ſan. mem. *Cardinalis Albanus*, poſtea Summus Pontifex, ſub glorioſo nomine *Clementis XI.* de qua reſolutione meminit *Piton. diſcept. Eccleſ.* 22. *ſub n.* 23. Hinc in proviſione Eccleſiæ *Scardonen.* expleta favore *Nicolai Thomaſich* anno 1721. *Decimo nono Kalendas Februarii, Pontificatus ſan. mem. Innocentii XIII. anno primo*, hæc legitur expreſſio. *Eccleſia Scardonen. quæ de Jure patronatus dil. fil. Nobilium Virorum Ducis, & Reipublicæ Venetiarum, vigore Indulti ſan. mem. Alexandri PP. VIII. Prædeceſſoris noſtri dotationem præſcribentis, exiſtit &c.* & inferius -- *Præterea etiam volumus, quod de triennio, in triennium, Sedem Apoſtolicam per authentica documenta docere tenearis de ſtatu ipſius Eccleſiæ, & præſertim de reditibus ejus Menſæ Epiſcopalis, ita ut cautum ſit, illos conſtituere integram annuam ſummam* 1500. *Ducatorum illius monetæ, & cætera omnia adimpleta eſſe, quæ per Decretum felic. recordationis Innocentii PP. XII. Prædeceſſoris noſtri diſponuntur, juxta Decretum alias factum in particulari Congregatione Rerum Conſiſtorialium.* ut habetur in actis Conſiſtorialibus.

Poſt obtentum ab Alexandro VIII. ſupra di- 29
ctum Indultum, ſupplex inſtitit Reſpublica apud ſucceſſorem Pontificem Innocentium XII. ut præſentati ad præfatas Cathedrales, non tenerentur ad Urbem accedere pro ſubeundo examine, quod promovendi ad Eccleſias Italiæ, Inſularumque adjacentium de more coram Pontifice ſubire tenentur; Sed Congregatio particularis ad inſtantiam hanc examinandam deputata, ſub *die* 6. *Aprilis* 1698. reſcripſit -- *Nihil de exemptione ab examine coram Sanctiſſimo* -- *Et die* 9. *Maii* ejuſdem anni, iterum reſpondit -- *In Decretis, & in caſibus particularibus ſupplicent Sanctiſſimo* -- ſed poſtea laudatus

datus Pontifex, ad enixas Reipublicæ preces, per Literas a Secretaria Status conſcriptas, benigne annuit, ut ab acceſſu ad Urbem pro examine ſubeundo immunes eſſent.

30 Gaudet quoque *Reſpublica Veneta* facultate libere conferendi Primiceriatum, Dignitatem poſt Pontificalem majorem in Patriarchali Eccleſia S. Marci, ratione Juriſpatrooatus ex fundatione, & dotatione, non autem ratione ſolius Protectionis, ut contra *Lambertinum*, & alios *Pax Jordan. Var. Lucubration. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 4. *num.* 2. 3. & 12. Nec non jure nominandi tres Perſonas ido-
31 neas ad Archipresbyteratum *Aſularum* Nullius Diœceſis, quoties illius proviſio a Sede Apoſtolica expleti debet.

32 De reliquis Italiæ Eccleſiis ſitis in Ditione Reipublicæ *Januenſis*, ac in Regno *Corſica* ſub ejus Dominio exiſtente, nec non *Mantuæ*, *Parmæ*, *Placentiæ*, *Mutinæ*, & *Lucæ*, Summus Pontifex libere diſponit, ſed ſemper favore Perſonarum, quæ dictarum Civitatum Principibus non ſint ſuſpectæ.

33 Duci Mantuæ *Gulielmo* olim *Pius IV.* indulſerat Jus nominandi ad ejuſdem Civitatis Eccleſiam Cathedralem. Sed, quoniam in Cooclavi poſt obitum *Pauli IV.* Cardinales pro recto Chriſtianæ Reipublicæ regimine nonnulla inierant, & ſubſcripſerant Capitula, quorum *Pius* ipſe *IV.* tunc Cardinalis, una cum aliis promiſerat, & juraverat obſervantiam, inter quæ illud erat, quod eligendus Pontifex nemini facultatem nominandi, vel præſentandi ad Cathedrales, & Monaſteria, aliaque Beneficia Conſiſtorialia indulgeret, niſi de conſenſu duarum partium Cardinalium: quæ Capitula, ad Pontificatus apicem aſſumptus, iterato idem *Pius IV.* juravit bona fide adimplere: Hinc *S. Pius V.* in primo ſui Pontificatus anno, ſupra dictam conceſſionem Juris nominandi factam Duci Mantuæ, nullam, & invalidam declaravit, deputatis prius non nullis Cardinalibus ad rem examinandam, & referendam, ut ex Actis Conſiſtorialibus *die* 8. *Novembris*, & 23. *Decembris* 1566. & ſubinde in Conſiſtorio habito *die* 7. *Februarii* 1567. libere de Eccleſia Mantuana diſpoſuit. Tentavit ſub Gregorio XIII. Manutæ Dux, Romæ præſens, reintegrari ad jus nominandi; ſed voti compos effici non valuit, ut in *Annal. Ms. ejuſdem Gregorii tom.* 1. *lib.* 1. Et cum ſub ſan. mem. Clemente XI. iterum in medium afferretur Diploma *Pii IV.* comperto, quod a S. Pio V. fuerat revocatum, Eccleſiæ Mantuæ proviſio libere itidem expleta fuit a Pontifice. De his omoibus late *Ladereb. in Annal. continuat. tom.* 22. *pag.* 98. & *ſeqq. pag.* 314. & *ſeqq.* & *pag.* 319. *numero* 22.

34 Hæc quoad Eccleſias Cathedrales *Italiæ*, *Inſularumque adjacentium*; Quod vero attinet ad Eccleſias ſitas in Provincia *Sabaudiæ*, conceſſit anno 1451. Nicolaus V. *Ludovico* Duci Privilegium, de non præficiendo aliquem Metropolitanis, Cathedralibus, & Monaſteriis, niſi habitis *prius per Nos intentione, & conſenſu ipſius Ducis de Perſonis idoneis ad hujuſmodi Regimina promovendis*; præmittendo cauſam, nempe, *ne ex Proviſionibus per Nos faciendis, ſui Status ſuccedat diſpendium, aut quævis alia adverſitas inteſtina.* Quod Privilegium fuit ad ſupplicationem *Philiberti* Ducis Sabaudiæ, confirmatum de *anno* 1475. a Sixto IV. & de *anno* 1507. à Julio II. & ad inſtantiam Caroli Ducis de *anno* 1515. a Leone X. & de *anno* 1525. a Clemente VII. & ad petitionem *Emanuelis Philiberti* Ducis de *anno* 1554. a Julio III. & de *anno* 1572. a Gregorio XIII. & tandem ad preces *Caroli Emanuelis* Ducis de *anno* 1596. a Clemente VIII. & de his Privilegiis meminerunt *Germon. de Immunit. cap.* 11. *num.* 25. & *de Indult. Cardin.* §. *Per quæ ſublatis, num.* 110. *Joan. Anton. ab Eccleſia Obſervat. Senat. Pedemont.* 190. *n.* 8. *Rot. deciſ.* 25. *lib.* 2. *cor. Put.* & *deciſ.* 16. *de Probat. coram Creſcent.* & per extenſum ponit *Pinſon. in tractat. Gallic. des Régales tom.* 2. *pag.* 9[illegible] & *ſequen.*

Hiſce autem ſuppoſitis Privilegiis, aliquando in 35
dubium venit, an illa eſſent perpetua, vel perſonalia; & pro perſonalitate conſiderabatur, quod Conceſſiones indultæ fuerunt cum expreſſione nominis Perſonæ, & deinde Dignitatis, cujuslibet Ducis. Quoties autem Perſona præponitur Dignitati, conceſſio cenſetur perſonalis, *Bald. conſ.* 121. *num.* 7. *verſ. Aut utrumque lib.* 6. *Abb. conſ.* 85. *num.* 5. *verſ. Quod ſi cauſa lib.* 1. & *conſ.* 93. *num.* 4. *lib.* 2. *Cravet. conſil.* 929. n. 28. & *ſeqq. verſ. Ex præfatis*, *Mantic. deciſ.* 150. *n.* 5. tuncque intelligitur conceſſio facta Dignitati, non in abſtracto, ſed in concreto, & uti conjunctæ Perſonæ, cum nihil prohibeat conceſſionem fieri Dignitati cauſa tamen Perſonæ, *Cravet. ibidem n.* 26. *verſ. Nam reſpondetur*, & *num.* 27.

Secundo hoc idem probat expreſſio benemeren- 36
tiæ Ducum ſupplicantium, *Cravet. eodem conſ.* 929. *num.* 36. *verſ. cum Epiſcopo*, *Capiblanc. de Baron. part.* 1. *Pragm.* 8. *n.* 91. & *ſeqq. pag.* 215.

Tertio, quia dum verba ſunt ambigua, utrum 37
principaliter referantur ad Dignitatem, vel ad Perſonam, DD. traditio eſt, quod magis debent referri ad Perſonam, quam ad Dignitatem, *Barboſ. in leg. Quia tale num.* 41. *in fine verſ. Quod ſi verba ff. Solut. Matrim. Caſtropal. tom.* 1. *tit. de Privileg. tract.* 3. *diſput.* 4. *punct.* 2. §. 1. *num.* 5. *pag.* 209. Præſertim, quia hujuſmodi Privilegia Pontificiam in diſponendo de Eccleſiis, & Monaſteriis libertatem coarctant; proindeque ſic convenit ea interpretari, ut quominus fieri poſſit libertatem præfatam, innixam cæteroquin juris diſpoſitioni, limitent, & minuant, *Caſtropal. ibidem n.* 6. *verſ. Verum.*

Quarto, quia ſimilia Indulta ſunt odioſa, ac per 38
conſequens ſemper reſtringenda, *Rot. coram Creſcent. deciſ.* 14. *de Privileg.* ubi quod Indultum Imperatori conceſſum, ut in quodam ſuo Ducatu Beneficia conferri non poſſint niſi Oriundis, & Perſonis gratis, & acceptis, uti odioſum, non comprehendit locum mixtum. *Germon. de Indultis Cardinal.* §. *Per quæ ſublatis num.* 104. & de Indulto Ducis Sabaudiæ, *Creſcent. dec* 16. *ad Probat. Puteus deciſ.* 25. *num.* 2. idem *Germon. ubi ſupra* *num.* 110.

Quinto, quia Summi Po[illegible] ſemper in- 39
terpretati ſunt ſimilia Privilegia. Et in primis *Sixtus V.* re prius examinata per Cardinales *Aldobrandinum*, & *S. Marcelli*, litteras ſcripſit ipſimet Duci ſequentis tenoris -- *Dilecto filio Nobili Viro Duci Sabaudiæ* -- *Sixtus PP. V. Dilecte fili Nobilis Vir, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Havemo con noſtro piacere ricevute le lettere di V. A. portateci dal ſuo Ambaſciatore, il quale ci ha parlato a lungo ſopra la conſermazione degl' Indulti, che el'a deſidera da queſta S. Sede, e dataci copia della Conceſſione fatta da Papa Nicolò V. al Duca di Savoja di quel tempo, anteceſſore di V. A. Noi deſideriamo di compiacerla in ogni occaſione; ma havendo fatta vedere la Scrittura a queſti Cardinali S. Marcello, & Aldobrandino, ci hanno riferito, che la coſa non ha ſoſſiſtenza, poiche non ci eſſendo* -- Ad perpetuam rei

rei memoriam -- *ma dicendo ſo'o* -- Ad futuram &c. *a non ſacendoſi menzione di ſucceſſore, la grazia non eccede la Perſona, alla quale è conceduta, e per conſeguenza non è perpetua. Si ſarà conſiderare meglio; e in tanto ſe V. A. vorrà dir altro, l'intenderemo volontieri, eſſendoci molto caro il darle ſoddisfazione &c.*

Rurſus ſub Pontificatu *Pauli V.* per Secretariam ſtatus fuit Nuncio Apoſtolico penes Ducem Sabaudiæ ſcriptum -- *Per le diligenze fatte quì appariſce ſempre più chiaramente, che li Privilegi preteſi dal Sig. Duca in materia della nominazione de Veſcovati, a de Beneficii Conciſtoriali, non hanno fondamento, trovandoſi non ſolo che i Privilegii furono perſonali, ſecondo quello, che ſignificai un altra volta a V. S. ma che quando bene foſſero ſtati perpetui, che non ſi concede in alcun modo, viene eſcluſa la nominazione dalla lor forma, perchè non dice, che il Duca di Savoja poſſa nominare, ma ſi dice, che il Papa habbia da conferire di conſenſo dell'iſteſſo Duca &c. di Roma li 8. Ottobre 1605.*

40 Et demum conſiderandum proponebatur factum eorumdem Ducum, nam qui optarunt frui poſſe Privilegiis, non deſtiterunt illorum confirmationem a Sede Apoſtolica obtinere. Et cum ſub Urbano VIII. Dux eo tempore regnans ſupplicaſſet pro eorumdem Privilegiorum confirmatione, noluit Pontifex precibus annuere, ut teſtatus fuerat *R. P. D. Emerix Senior* tunc Datariæ Officialis.

41 Econtra vero præfata Privilegia eſſe perpetua, non autem Perſonalia, exiſtimarunt *Germon. de Sacr. Immunit. lib. 3. cap. 11. num. 25. Franciſcus Pinſon. in tract. Gallic. Des Régales, ou des Droits du Roy ſur les Bénéfices &c. tom. 1. cap. 14. nu. 11. pag. 282.* -- ibi -- *cet Indult du Pape Nicolas V. a été preſque continué par tous les Papes, qui ont ſuivi juſques à Clément VIII. dont l'Indult eſt du 19. Juillet 1595. aux ſucceſſeurs des Ducs de Savoye, mais avec cet avantage, qu'encore que les Indults accordez aux autres Princes, ſoient preſque tous perſonels, & ne durent que pendant la vie des Princes auxquels ils ſont accordez, celui-ci des Ducs de Savoye eſt perpetuel, & eſt accordé à eux, & à leurs ſucceſſeurs &c.* & *tom. 2. pag. 997.* Quod idem late, ac docte defendit *Præſes Fanzonius* in ſua Conſultatione ſuper *Juribus, & Privilegiis Ducis Sabaudiæ* impreſſa apud eundem *Pinſon. tom. 2. pag. 941.* ubi pro perpetuitate Privilegiorum plura conſiderat. Primo naturam Conceſſionis; nam Privilegia Principum ſemper præſumuntur perpetua. II. conditionem *Ducis*, cui fuit conceſſum Privilegium; nam quæ conceduntur contemplatione Dignitatis perpetuæ, ad Poſteros tranſmittuntur. III. Cauſam finalem, propter quam fuerunt conceſſa Privilegia, nempe propter tranquillitatem ſtatus, quæ ſemper durat. Et demum, quia Pontifices *Nicolai V.* Succeſſores declararunt, Privilegium eſſe reale, & perpetuum, nam aperte diſponunt, *perpetuæ firmitatis robur obtinere*, nec poſſe revocari niſi accedente conſenſu Ducis Sabaudiæ. Quibus rationibus à *Fanzonio* adductis, addimus & aliam, nam poſtrema Indulta Sereniſſimis Sabaudiæ Ducibus à *Leone* X. & ſucceſſoribus conceſſa, incipiunt -- *Ad perpetuam rei memoriam*, & adeſt in eis clauſula -- *pro tempore exiſtentium Ducum*, quæ deficit in Indultis ante *Leonem* impertitis, & quorum initium erat -- *Ad futuram &c.* unde eo magis evincitur, Indulta conceſſa *a Nicolao V.* & a *Sixto*
42 *IV.* reddita fuiſſe perpetua. Et ita reſolutum in Congregatione particulari habita in Dataria Apoſtolica die 10. *Februarii* 1673. in qua interfuerunt *Cardinalis Carpineus Prodatarius, & RR. PP. DD. Auguſtinus, Fagnanus, Sluſius, Bottinius, & Subdatarius.*

In terminis pariter dicti Indulti a *Nicolao V.* Sa- 43
baudiæ Duci conceſſo, & a nonnullis ejus Succeſſoribus, ut diximus, confirmati, quæſitum fuit, quid importent verba illa in eo contenta *Habita intentione, & conſenſu ipſius Ducis.* Et quidem *Præſes Fanzonius* in dicta ſua Conſultatione pro *Duce*, apud *Pinſon. loco cit. pag. 948. tom. 2.* prætendit, ea importare *Nominationem*, cum Summi Pontifices teneantur omnino ſequi conſenſum Ducis; & plura
ponderat fundamenta. Primum, quod ubi requiritur 44
alterius conſenſus, non ſolum ille exquiri debet, ſed eſt etiam ſequendus, alias actus erit nullus. II. Quod Summus Pontifex declaravit, collationes eſſe invalidas, niſi præcedat conſenſus Ducis; dum igitur voluit præcedere conſenſum, ergo illum æquiparavit præſentationi, & nominationi, quæ pariter præcedere debent; Eo prorſus modo quo receptum eſt, vim nominationis habere conſenſum, quem Cardinales præſtant in collatione, quæ a Papa fit de Beneficiis per eorum familiares obtentis, ut infra dicemus in *Comment. in Regul. XXXII.* III. Quia ſtatuit, ante omnia explorandum eſſe Ducis deſiderium; fruſtranea autem eſſet hujuſmodi intentionis exploratio, niſi Pontifex Perſonam a Duce volitam, & concupitam ad Prælaturas promoveret. Quartum reponit fundamentum ſuper cauſa finali Indulti, ſcilicet *Status tranquillitate*, quæ ſuum non poſſet ſortiri effectum, niſi Duces nominarent; ſi enim tantummodo eſſet in facultate Ducis non admittere proviſum ſibi ſuſpectum, cogeretur profecto pandere ſui Status ſecreta, nam allegare deberet cauſas hujuſmodi recuſationis. Et denique quintum conſtituit fundamentum in obſervantia, juxta quam contendit, ſemper Perſonas promovendas fuiſſe a Duce nominatas.

Quodque Indulta præfata importent nominandi facultatem, tradunt *Pinſon. dict. Tract. des Régales &c. tom. 1. pag. mihi* 281. *nu.* 10. ubi etiam, quod Rex *Henricus II.* obtinuit a *Julio III.* confirmationem Privilegiorum, quæ Duces Sabaudiæ habebant nominandi, & præſentandi. Idemque in reſponſionibus *Abbatis de Servient* ad nonnulla Dubia mota ſuper hoc Indulto, *ut in dict. tom. 1. pag. 956. in Reſponſ. ad 6. & 7. Claud. Blondeau in addit. ad Biblioth. Gallic. Ludovic. Bouchel. in addit. verb. Indults pag. mihi 729. verſ. c'eſt ainſi, Ab Eccleſ. Obſervat. Senat. Pedem.* 190. *n.* 9.

Verum quod Indulta præfata continere non vi- 45
deantur jus nominandi, neque aliquid aliud, quod æquipolleat nominationi, vel præſentationi, ſuadetur ex ipſimet eorum tenore; nam ſolum decernunt, quod Papa non provideat, niſi *habita prius intentione, & conſenſu Ducis*, ſuper Perſonis ei gratis, & acceptis. Papa igitur eſt, qui eligit Perſonam, eamque inſinuat Duci, ut conſentiat, non autem eligit Dux, qui ſic haberet jus nominandi, ut etiam deducitur ex Litteris Secretariæ Status de *anno* 1605. ſupra tranſcriptis *n. 39. §. Rurſus.*

Id quod eſt de Jure, nam ex eo, quod quis conſentire debeat, non ſequitur quod poſſit, & debeat eligere, *Gloſſ. in cap. 1. verb. Sequentium 79. diſtinct.* ubi *qui debent conſentire. non propterea debent eligere*; & melius hoc dicit *Text. in cap. Licet 1. 8. Quæſt. 1.* ubi, quod licet in electione Prælati debeat vocari Populus, non tamen ſequitur, quod Populus habeat electionem, ſed debet ſolum præſtare conſenſum, ut dignior eligatur, idemque ſancitur *in Can. Plebs Diotrenſis, & Can. ſequenti, & §. Electiones, poſt Can. 25. 63. diſtinct. Coccin. Annot. 73. n. 4. & 5.* & bene *Gomeſ. ad Regul. de Impetran. Benefic. per obit. famil. quæſt. 11. §. Et ideo.*

Inſuper

Inſuper licet in *Concilio Aurelianenſi V.* celebrato *anno* 549. ſtatutum fuerit, ut Epiſcopus conſecraretur *cum voluntate Regis, juxta electionem Cleri, & Plebis:* nihilominus, ut rite obſervat *Thomaſſin. tom. 2. lib. 2. cap. 10. num. 14. ex iis verbis exculpi id non facile poterat, ut e Palatio poſſet Princeps, quos vellet Epiſcopos nominare, & mittere.* Cumque ea Regum voluntas in præceptum facile deſciſceret, in Concilio *Pariſienſi III.* irritæ, & caſſæ pronunciatæ ſunt Electiones, quæ ſolo Principis auctoritate factæ fuiſſent, *Thomaſſin. ibidem n.* 12. 13. & 14. *& cap.* 13. *n.* 1. Et conſerunt, quæ de aſſenſu Regum in proviſione Eccleſiarum Siciliæ tradit laudatus Auctor *d. tom.* 2. *cap.* 37. *n.* 1. & 2. & quæ de Legatione Imperatoris ad Paſchalem II. obſervat in ſequenti *cap.* 38. *n.* 3. *§. Anno* 1107.

Et quod Ducibus Sabaudiæ non competat jus nominandi, tradit etiam *Card. Oſſat.* Epiſtol. 301. quæ in nova impreſſione *Amſtelodami* anni 1714. eſt *la* 308. *tom.* 5. -- ibi -- *Les dits Indults ne donnent point aux Ducs de Savoye, & Princes de Piemont la faculté de nommer proprement. Auſſi le Saint Siége, en vertu d'iceux, n'a pas receu juſques ici ici leurs nominations; mais a toûjours pourvû purement, & ſimplement aux Benefices deſdits païs, quant au ſtile, & façon de parler des Bulles Apoſtoliques. Mais les dits Indults contiennent bien une choſe presque égale à un droit de nomination, qui eſt en ſomme, que le Pape ne pourvoira point aux Archevéchez, Evéchez, & Abbayes des dits païs, ſans avoir premiérement eu l'intention, & conſentement du Duc touchant les Perſonnes capables à y être pourvues &c.* Et plene *Germon. in Epiſt. ad Ducem Sabaudiæ ſuper Juribus, & Privilegiis illi competentibus §. Ma quelli, & ſeqq.* ibi -- *Ma quelli* (id eſt Beneficia) *che ſono liberi, ſono, e ſtanno alla mera, e libera diſpoſizione del Papa &c. In queſti dunque l'A. V. non vi ha che fare, per non eſſere coſa ſua, ma ſtanno, come hò detto, alla mera diſpoſizione del Papa, il quale, e li ſuoi Predeceſſori hanno per la molta pietà, e zelo, che i Maggiori di Lei hanno moſtrato ſempre verſo queſta S. Sede, e per l'augumento della Fede Cattolica, col Privilegio ſudetto conceſſo, che le Chieſe Cattedrali, & Abaziali non ſiano proviſte,* ſe non con conſenſo di lei, *la quale ſupplico ad avvertire, che queſte parole non importano altrimenti* Nominazione, *ma un riſpetto, che ſe le porta, che volendo Sua Santità provedere quelle Chieſe, non le dij a perſone, che non ſiino note a V. A. e confidenti, e poſſa dire, che li comple, o non li comple, che colui abbia quella Chieſa; non dovendo avere ne ſuoi Stati perſone incognite, col mezzo delle quali ſi poteſſe machinare qualche trattato contro della Sereniſſima ſua Perſona, o contro lo Stato ſuo: e queſto m'è parſo d'accennarle, acciò quando ſi ſcrive quà per ſimili materie, non abbiano da dire,* hò nominato, hò preſentato il tale, *perche queſto s'intende ſolo per li Beneſizj, che ſono de Jurepatronato, e non degl'altri.* Idemque tradit *Thomaſſin. de nov. & veter. Eccleſ. diſciplin. par. 2. lib. 2. cap. 40. n.* 9. & 10.

Et ita fuit reſolutum a dicta Congregatione particulari *anno* 1673. quæ cenſuit, Indulta hujuſmodi non continere *jus nominandi*, ſed tantum, ut Sedes Apoſtolica non provideat de Eccleſiis Cathedralibus, & Abatiis, niſi habita prius intentione, & conſenſu Ducis Sabaudiæ, hoc eſt explorata ejus mente ſuper qualitatibus præficiendorum. Et licet in eadem Congregatione fuerit hæſitatum *de modo hoc practicandi:* tamen ego invenio exemplum ſub Pontificatu *Urbani VIII.* nam vacante, per obitum apud Sedem Cardinalis *Marquemontii*, Eccleſia Archiepiſcopali *Lugdunenſi*, antequam fieret illius proviſio, *Urbanus* propoſuit Regi Chriſtianiſſimo Perſonam Epiſcopi *Andegavenſis*; cumque Rex reſpondiſſet, Perſonam eſſe ſibi gratam, & acceptam, fuit prævio Regis aſſenſu facta proviſio de dicto Archiepiſcopatu Lugdunenſi, ut refert *Pinſon. in Tract. Gallic. des Regales &c. pagin.* 134. & magis per extenſum *pag.* 692. Unde ſicuti in dicto caſu fuit Regi a Papa nominata & propoſita Præſulis Perſona, ita quoque cum Duce Sabaudiæ ſervari potuiſſet.

Cæterum hodie aliter ſe res habet, attenta decla-
ratione *ſan. mem. Benedicti XIII.* quod Indultum *Ni-* 46
colai V. & Succeſſorum perinde haberi, ac intelli-
gi debet, ac ſi in eis *de jure nominandi* ad Eccle-
ſias ſpecialis, & expreſſa mentio facta fuiſſet; ut
dicemus infra *num.* 51. Sed ante hujuſmodi decla-
rationem Sabaudiæ Dux Perſonas deſignabat pro 47
Eccleſiis Cathedralibus, & in Litteris ad Pontificem
utebatur verbo *Propone*, de quo alias uſus fuerat
Sixtus IV. cum Republica Florentina, ut ex illius
Epiſtola ſupra tranſcripta *num.* 24. Formula autem,
quam adhibebat Dux Sabaudiæ, talis erat. *Beatiſſ.
Padre. Avendo la Chieſa N. biſogno del ſuo Paſtore, per tutti quei riſpetti, che ſono noti all' incomparabile prudenza della Santità Voſtra, vengo riverentemente* a proporle *con queſta mia i meriti, e le qualità di N. N. che ſono molto opportune per ſoſtenere quella Dignità con ſervizio di Dio, e beneficio particolare dell' Anime di quella Dioceſi. Sarà effetto del Paterno zelo di Voſtra Santità di gradirne il Soggetto, mentre per fine le bagio i Santiſſimi Piedi.*

Altero his ſucceſſit Quæſtio, an prædicta Indulta
comprehendant etiam *Principatum Pedemontanum*, 48
vel ſint tantummodo reſtricta ad Cathedrales, &
Monaſteria exiſtentia in Diſtrictu *Sabaudiæ?* Et quod Indulta præfata ſe extendant ad Cathedrales, & Monaſteria exiſtentia in Principatu Pedemontano, tradunt *Germon. de Sacr. Immunit. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 24. *Doujat. in ſpecim. Jur. Gallic. tom.* 2. *in fine, & tom.* 1. *in Præfat. cap.* 9. *nu.* 3. *Pruv. in Commentar. ſuper libert. Eccleſ. Gallic. cap.* 68. *verſic. Le Pape Nicolas V. pag. mihi* 211. *Pinſon. in Tractat. Des Regales &c. in Epiſtol. Dedicator. verſ. Dans la ſuite, & cap.* 14. *n.* 10. *pag.* 280. *& ſeqq. tom.* 1. ubi quod *Henricus II.* cum potitus fuiſſet Sabaudiæ Ducatu, & Principatu Pedemontano, obtinuit jus nominandi ad Beneficia in dictis Regionibus exiſtentia, & confirmationem Indultorum Ducibus Sabaudiæ, & Pedemontani Principibus conceſſorum, *& tomo* 2. *pag.* 941. *& pag.* 988. Idem *Pinſon. in Notis Summar. ad Regis Indult. pag. mihi* 457. *Cardinal. Oſſat. dict. Epiſtol.* 308. juxta novam impreſſionem *anni* 1714. *Blondeau in addit. ad Biblioth. Canoniq. Bouchel verb. Indults pag. mihi* 729. -- ibi -- *c'eſt ainſi que le Roy Henri II. s'etant rendu maitre de la Savoye, & du Piedmont, le Pape Jule III. luy accorda l'Indult de nomination aux Egliſes de ces païs-là, dont le fruit & l'avantage paſſa en la perſonne des Ducs de Savoye apres la reſtitution de leurs Etats.*

Et vigore hujuſmodi Indultorum prætendunt etiam Galliæ Pragmatici, poſſe Regem Chriſtianiſſimum nominare ad Beneficia in Ditionibus *de la Breſſe, Bugey, Valromay, & Gex*, ad præfatum Regem ſpectantibus vigore Pacis *anni* 1601. *Pinſon. dict. tom.* 1. *pag.* 281. *& in Epiſtol. Dedicatoria Regi, & tom.* 2. *pag.* 955. *in Reſponſionibus Abatis de Servient. ad primum, & pag.* 988. ubi etiam referuntur nomina Abatiarum, ad quas Rex poteſt nominare; & in *Notis Summar. ad Indult. Reg. pag. mihi* 457. *Blondeau loco cit.* Et de Regionibus præfatis, an in

illis locum ſibi vindicet Alternativa, *Thomaſſin. tom. 2. lib. 1. cap. 46. n. 7.* & Nos alibi dicemus.

49 At econtra, quod Privilegium *Nicolai V.* ſit tantummodo reſtrictum ad Cathedrales, & Monaſteria Ducatus Sabaudiæ, fuit alias die 25. Septembris 1659. reſolutum a Congregatione particulari ſeptem Prælatorum, *Fagnani* nempe, *Ugolini*, *Ranconii*, *de Rubeis*, *Emerix*, *Botti Commiſſarii Cameræ*, *& Riccii Subdatarii.* Cenſuit enim Congregatio præfata, Monaſterium Sancti *Jacobi* Oppidi *Seuttiæ* Nullius Diœceſis Provinciæ *Taurinen.* taxatum in libris Cameræ ad florenos 300. & aliud Sanctæ Mariæ de *Mulegio* de *Sylva* Diœceſis *Vercellen.* non eſſe comprehenſa ſub Indultis *Nicolai V. Sixti IV.* & aliorum Pontificum conceſſis Duci Sabaudiæ in ea parte, in qua concedunt, quod Monaſteria, & Abatiæ hujuſmodi conferantur, habita *prius intentione, & conſenſu ejuſdem Ducis.* Cenſuit itidem Congregatio præfata, quod Privilegia antedicta non obligant Succeſſores Pontifices, taliter ut non poſſint ea revocare, ſed quamdiu non revocaverint, ſuum debeant robur obtinere. Et demum, quod non ſint reſervandæ Penſiones ſuper fructibus Cathedralium in Ditionibus Ducis exiſtentium ad ejus inſtantiam, & pro Perſonis illi gratis. Et de facto in proviſione Archiepiſcopatus *Taurinen.* ſa. mem. Alexander VIII. nonnullas ſuper eo impoſuit Penſiones, quas ad ſui beneplacitum diſtribuit *RR. PP. DD. Muto, Pio, & Georio.*

Verum cum tam præſens inſpectio ſuper comprehenſione Eccleſiarum Cathedralium, & Abatiarum in Principatu Pedemontano exiſtentium, ſub Indulto Nicolai V. quam ſuper altera, an verba illa Indulti præfati -- *Habita prius intentione, & conſenſu ipſius Ducis* -- præſeferrent nominationem, ad trutinam iterum revocata fuiſſent ſub Pontificatu ſan. mem.
50 Innocentii XII. hinc re mature examinata, Congregatio die 13. Julii 1699. reſcripſit -- *Indultum Nicolai V. comprehendere Eccleſias Cathedrales, & Dignitates Abatiales exiſtentes in Dominiis Citramontanis poſſeſſis per Ducem Ludovicum de tempore conceſſi Indulti, ſalva libera facultate Sedi Apoſtolicæ reſervandi Penſiones ſuper iiſdem Eccleſiis, & Abatiis. ad favorem quarumcumque Perſonarum, & non immutata forma expeditionum hactenus obſervata* -- Quæ Congregationis reſolutio in omnibus approbata fuit a ſan. mem. Innocentio XII. per Breve expeditum *die 13. Julii* 1700. in quo ſolum verbum illud *poſſeſſis*, quod legitur in reſolutione Congregationis, immutatum fuit in alterum, nempe *ſubjectis* Duci Ludovico &c.

Vigore igitur laudati Brevis canonizata primo fuit favore Ducis comprehenſio ſub Indulto Nicolai V. Cathedralium, & Abatiarum exiſtentium in Dominiis Citramontanis ſubjectis Duci Ludovico de tempore conceſſi præfati Indulti, anno nempe primò; unde excludebantur Cathedrales Eccleſiæ *Aſten. Alben. & Salutiarum*, nec non Abatiæ in earum Diœceſibus ſitæ, cum Civitates præfatæ à Ducibus Ludovici Succeſſoribus fuerint acquiſitæ. Et ſecundo, quod Sabaudiæ Ducibus jus non competat *nominandi* ad dictas Cathedrales, & Abatias in utraque Provincia, *Sabaudiæ* ſcilicet, & *Pedemontis* exiſtentes.

51 Aſt poſt hæc ſcripta, ſan. mem. Benedictus XIII. per Breve, *quod incipit -- Dudum felicis recordationis &c.* ſub datum apud *S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 29. Martii 1727. Pontificatus anno III.* declaravit -- *ejuſdem Nicolai* (ſunt verba Brevis) *Prædeceſſoris Indultum; ejuſque Litteras hujuſmodi perinde habenda, cenſenda, & intelligenda fore, & eſſe, ac ſi ſpecialiter, & expreſſe in eis de jure nominandi ad Eccleſias, Dignitates, Prioratus, & Præpoſituras præfatas mentio facta fuiſſet, eorumque vigore chariſſimo in Chriſto filio noſtro Victorio Amedeo Sardiniæ Regi illuſtri, ac moderno Sabaudiæ Duci, illiuſque in ejuſmodi Ducatu Succeſſoribus, ipſis, & temporali dominio prædicto in integritate obedientiæ ejuſdem Sedis, ſicuti præmittitur, perſiſtentibus, jus nominandi Nobis, ac Romano Pontifici pro tempore exiſtenti Perſonas idoneas ad Cathedrales, & Metropolitanas Eccleſias, ac Dignitates Abatiales in prædicto temporali Dominio, quod idem Victorius Amedeus Rex, ac modernus Dux de præſenti poſſidet, conſiſtentes, atque Prioratus, & Præpoſituras præfatas in perpetuum competere, & ad illos ſpectare, & pertinere, eadem auctoritate decernimus, & declaramus. Excipientes tamen ab hac Noſtra diſpoſitione, ſeu declaratione Cathedrales Eccleſias Caſalen. Aquen. & Alexandrin. Provinciæ Mediolanen., in quarum tamen proviſionibus praxim, & ſtylum hactenus in eis obſervari ſolitum, impoſterum etiam ſervari, & retineri volumus, & mandamus &c.* -- Quinimo ſub Indulto Nicolai V., à ſan. mem. Benedicto XIII. per ſupradictum Breve confirmato, comprehendi Eccleſias, & Abatias in temporali Dominio Sereniſſimorum Sabaudiæ Ducum exiſtentes, etiam ſi *apud Sedem* vacare contigerit, reſolvit Congrega- 52
tio Particularis de anno 1728., ut diximus in *Commentar. in Regul. I. §. 1. num. 300.*

Et quod attinet ad Penſiones ſuper Eccleſiis Ca- 53
thedralibus, & Abatiis in Dominiis Sabaudiæ Ducis exiſtentibus, in Concordato inito ſub die 29. *Maii* 1727. inter Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum D. Cardinalem Lercari Secretarium Status, & D. Marchionem de Ormea Sereniſſimi Sardiniæ Regis, & Sabaudiæ Ducis Victorii Amadei Adminiſtrum, inter cætera conventum fuit -- *Quarto. Avendo Sua Maeſtà inteſo, deſiderarſi da Sua Santità l'impoſizione di qualche Penſione ſoprà li Benefizj compreſi nell' Indulto &c. offeriſce alla diſpoſizione Sua, e de Sommi Ponteſici ſuoi Succeſſori ſopra l'Abadia di Lucedio, ch'è di Regio Padronato di Sua Maeſtà, la riſerva d'una Penſione della ſomma, che la Santità Sua gradirà, e ſarà da eſſa determinata. E la Santità di Noſtro Signore accettando con il Paterno ſuo affetto l'eſibizione di Sua Maeſtà, riſerva a ſe, ed a ſuoi Succeſſori la facoltà d'imporre una Penſione nella ſomma di ſcudi mille cinquecento di moneta Romana di giulj dieci per ſcudo, da aſſegnarſi ad una, o più Perſone ancora non Suddite della Maeſtà Sua ſopra i frutti dell'Abadia di Lucedio. Et altresì non tralaſcerà la Santità Sua, ed i ſuoi Succeſſori di riſervare a ſupplicazione di Sua Maeſtà, e de' ſuoi Succeſſori le Penſioni ſopra in Veſcovadi, ed Abadie compreſe nell'Indulto di Nicolò V. in quella forma, e quantità, che ſogliono riſervare a petizione de' Supremi Principi Indultarj; quali Penſioni, quanto alli Veſcovadi, non eccedino la terza parte dell'annue rendite. E venendo il caſo, che per qualche cauſa non poteſſe aver luogo ſopra la detta Abadia di Lucedio la Penſione delli ſcudi mille cinquecento Romani, riſervata alla diſpoſizione Pontificia, ſi traſferirà l'impoſizione ſopra un'altra Abadia di Padronato di Sua Maeſtà, che verrà dall'una, e l'altra parte concordata.*

Sed defuncto ſanctiſſimæ memoriæ *Benedicto XIII.* 54
& ad Pontificatus apicem evecto Sanctiſſimo Domino Noſtro feliciter Regnante *Clemente XII.* hic in Conſiſtorio habito *die 6. Auguſti* 1731. declaravit, *Concordatum præfatum nullam prorſus vim, ſubſiſtentiam, & efficaciam habere; nulli cuiquam jus tribuere; nullamque executionem, & effectum ſortiri poſſe,*

aut

nuit deberé. Et quoad ſupradictum Breve felicis re-
55 cordationis *Benedicti XIII.* incipientis · *Dudum* circa
jus nominandi ad Eccleſias, & Monaſteria in Ditio-
nibus *Sabaudienſi, ac Pedemontana*, idem Sanctiſſi-
mus Dominus Noſter dixit, *ſuæ intentionis non eſſe,*
quod illius executio retardetur: addiditque, *ſe Da-*
tario, & aliis Miniſtris demandaſſe, ut nominationes ex
eodem Indulto factas, & faciendas, non aliter admit-
tant, quam abſque Patronatus jure, ac ſine aliarum
Penſionum reſervatione, quam quæ à Sanctitate Sua,
ſuiſque Succeſſoribus, juxta liberam Sedis Apoſtolicæ
facultatem, fuerint reſervatæ. (a)

Hæc quoad Epiſcopatus Italiæ, & Sabaudiæ. *In*
56 *Germania* vero Regula II. locum oon habet, nam
in illis Eccleſiis ſalvum manſit jus eligendi, & Cano-
nicorum Collegium Epiſcopos nominat, & eligit,
ac electos Summus Pontifex, prævio Voto Congre-
gationis Conſiſtorialis, confirmat, juxta Concordata
inita inter Nicolaum V. nomine Sedis Apoſtolicæ,
& inclytam Nationem Germanicam, ut in *Bullar.*
tom. 1. Conſtitut. 1. Quibus Concordatis non obſunt
Reſervationes, quæ non ſunt clauſæ in *corpore juris*,
Ita *Fagnan. in Cap. Nullus n. 11. de Elect. Pirhing. in*
jus Canon. tom. 1. tit. 6. de Elect. §. 2. num. 6. verſ.
Porro, & de Prabend. num. 347. §. Porro, Ka-
chier hic num. 9. & 17. Paſſerin. de Elect. cap. 33.
n. 70. Barboſ. de Epiſcop. part. 1. tit. 1. n. 3. cap. 27.
Pignatell. tom. 10. conſult. 130. n. 15. & 16. Rot.
coram Coccin. deciſ. 2245. n. 4. & in Colonien. Pa-
ra bialis 16. Julii 1684. §. Nec viſa, cor. clar. mem.
Card. Caccia.

Quod ſi Papa erigeret in Germania novam Ca-
57 thedralem, competeret etiam Canonicis jus eligendi
Prælatum novæ Eccleſiæ, tum quia Conſtitutio lo-
quitur indefinite, ac proinde univerſaliter eſt intel-
ligenda, *Gloſſ. in Cap. Ut circa, verb. Aliorum,*
de Elect. in 6. Tum quia Privilegium cum ſit lo-
cale, ad omnes Perſonas extenditur, *Cap. Execu-*
tionem, de Privil. in 6. Ita *Matta ad Concordat. nu.*
221. quem ſequitur *D. de Sanctis in Examin. Con-*
ſiſtor. cap. 12. n. 44.

Comprehenduntur pariter ſub Concordatis Ger-
maniæ *Helvetii*, quos nunc vocamus *Svizzeros*, &
58 de quibus nonnulla tetigit *Pius II. in ſuis Comment.*
lib. 2. §. Sigiſmundi Provinciæ. Eodemque etiam ju-
re gaudent *Valeſii*, in quorum Regione ſitus eſt
59 Epiſcopatus *Sedunenſis*, cujus Præſulem eligunt Ca-
nonici vigore Concordatorum Germaniæ. Inva-
luerat tamen abuſus in electionibus Epiſcoporum
præfatæ Eccleſiæ *Sedunen.* quod Canonici quatuor
ex eorum cœtu ſignificarent *Valeſiorum* Reipublicæ,
quæ unum ex eis in Epiſcopum eligebat. Et quam-
vis in Conſiſtorio habito ſub *die 19. Decembris*
1605. fuiſſet confirmata ſimilis electio facta de Per-
ſona *Adriani Riedman*: Attamen ſub *Urbano VIII.*
Eccleſiæ propoſitione in Conſiſtorio minime facta,
conceſſa fuit confirmatio per Breve ſub *die 25. O-*
ctobris 1642. & ſuppleti omnes, & ſinguli tam juris,
quam facti, & ſolemnitatum, ſi qui irrepſerint,
defectus. Sed cum Congregationi Conſiſtoriali ſub
Innocentio X. non placuiſſet hæc formula, nec viſum
fuiſſet confirmare ſimilem electionem, utpote con-
tra diſpoſitionem *Text. in Cap. Cum Terram, de*
Elect. & cap. 2. juncta Gloſſ. verb. Incerta, de Elect.
in 6. ideo fuit reſolutum, ut proviſio Eccleſiæ fie-
ret *ex integro*, nulla facta electionis mentione, prout
exequutum fuit *die 22. Auguſti* 1650. Et rurſus
anno 1673. examinata materia in Congregatione
Conſiſtoriali, ſub *die 13. Aprilis*, reſolutum fuit,
providendum ex integro, juxta ultimam proviſionem
Innocentii X. Sed cum anno 1701. vacante iterum
eadem Eccleſia *Sedunenſi*, electio expleta fuiſſet à
laico Magiſtratu: agnoſcens Electus, peccatum
eſſe in forma, & ſui electionem fuiſſe contra liber-
tatem Eccleſiaſticam, paratumque ſe exhiberet re-
nunciandi omnibus prætenſionibus, fuit Nuncio A-
poſtolico apud *Helvetios* reſidenti injunctum, quod
cum eo ageret, ut de ſe factæ ad Eccleſiam electio-
ni renunciaret; & ſubinde tranſmiſſis Inſtrumentis
Electionis, & Renunciationis, fuit in Congregatio-
ne Conſiſtoriali particulari *die 1. Decembris* quæſi-
tum -- *An electio ſit confirmanda, aut quo modo va-*
canti Eccleſiæ ſit providendum? -- Et Congregatio
cenſuit -- *Si Sanctitati ſuæ placuerit, nulla facta men-*
tione Electionis ejuſmodi, providendum ex integra
Eccleſiæ Sedunen. juxta ultimas Proviſiones, de Per-
ſona ſupradicti Franciſci Joſephi, cujus vitæ inte-
gritas, aliaque virtutum merita fide dignis com-
mendantur teſtimoniis; eumque monendum per
Litteras ad Nuntium dirigendas, ut poſtquam
prædictæ Eccleſiæ præfectus fuerit, jurium ejuſdem
Eccleſiæ recuperationi pro viribus incumbat --
Quam Congregationis Sententiam Pontifex beni-
gne probavit.

Ad Eccleſiam *Lauſanenſem* in eadem *Valeſiorum*
Regione exiſtentem, prætendit Dux Sabaudiæ ha- 60
bere jus nominandi; ſed in Conſiſtorio Secreto ha-
bito *die 1. Auguſti* 1707. propoſita ab ipſomet Pon-
tifice Eccleſia, ad eam promotus fuit Cappellanus
Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani, abſque ulla
aut Ducis, aut alterius nominatione, ſed ea libera
Sanctitatis Suæ diſpoſitione.

Eccleſiam *Warmienſem*, quæ in Regione *Pruſſia* 61
exiſtit, ſub Germaniæ Concordatis eſſe comprehen-
ſam, dixit *Rot. cor. Millin. deciſ. 426.* Sed ab ea De-
ciſione receſſum fuit, ut teſtatur eadem *Rot. deciſ.*
14. in fine part. 16. Recentior. Providetur vero Ec-
cleſia ipſa ad ſupplicationem Regis Poloniæ, præ-
via tamen electione Capituli, ad tramites Concor-
diæ initæ anno 1512. cum Rege *Sigiſmundo* I. ut
eveniente vacatione ejuſdem Eccleſiæ Capitulum
tranſmitteret Regi notam Canonicorum eligibilium,
Rexque deinde quatuor nominaret, quorum unum,
quem digniorem judicaverit Capitulum, eligeret in
Epiſcopum. Unde exorta hac de re controverſia anno
1724. Congregatio Particularis ad illam dirimendam
deputata, *die 31.* Auguſti cenſuit -- *Proponendam*
eſſe Eccleſiam, ſi Sanctiſſimo placuerit, cum ſequen-
ti expreſſione -- *ad ſupplicationem Sereniſſimi Regis*
Poloniæ, prævio actu Capitulari Canonicorum dictæ
Eccleſiæ, facto ad formam Concordiæ initæ anno 1512.
die 8. Decembris inter Sigiſmundum Regem, & Epi-
ſcopum Warmienſem à Sede Apoſtolica confirmatæ,
& hactenus obſervatæ, ut late apud *Eminentiſſ. Petra*

(a) Poſt Clementis XII. obitum, pro felici Eccleſiæ regimine in Pontificem electo Sanctiſſimo D. N. BENEDICTO XIV. novum cum Sereniſſimo Sabaudiæ Duce initum fuit Concordatum, ſubſcriptum die 5. *Januarii* 1741. in quo, inter cætera, conventum fuit - *Fermo reſtando, & illeſo intieramente, tanto nella prerogativa del dritto della Nomina, che degl'effetti ſuoi il Breve* -- Dudum -- *della ſan. mem. di Benedetto XIII. la S. Sede darà ſempre eſecuzione al medeſimo, come è ſtato dichiarato da detto Benedetto; Siccome pure la medema S. Sede darà eſecuzione alla Riſoluzione d'una Congregazione di più Cardinali, e Prelati emanata li 6. Luglio 1728. per le vacanze in Curia, & apud Sedem* (meminimus de hac Reſolutione in Comm. in Regul. I. §. 1. ſub num. 300. *Ed in ordine alla riſerva delle Penſioni ſopra li Veſcovati, o Abazie compreſe nel Breve ſopradetto* -- Dudum -- *tratterà Sua Maeſtà, ed i ſuoi Succeſſori, come tratta li Supremi Principi Indultarj.*

Chiemenſem, *Seccovienſem*, & *Lavantinam*, ut in reſponſione Pii II. ad *Mayer.*, *in Act. Concilii Conſtantien. tom.* 1. *part.* 1. *pag. mihi* 195. *Hermeſ. dict. cap.* 29. *n.* 13.

Satis porro, ut alias diximus, ſingulare eſt Apoſtolicum hoc Privilegium, quo donati reperiuntur Archiepiſcopi *Salisburgenſes*. Simile Indultum peti-
69 tum fuit ſub Innocentio XII. *pro Archiepiſcopis Mexicanis*, ad effectum de Paſtore providendi *Eccleſiam de Manile* in Inſulis Philippinis exiſtentem, cum illius vacatio contingeret. Cum enim Eccleſia præfata, quæ etiam Metropolitana exiſtit, quæque ob longiſſimi itineris difficultates, priuſquam Paſtore deſtituta eſſe comperiatur, illique de alio, qui ad eam accedere poſſit, provideatur, per quinquennium, & ultra vacare conſueverit; Sereniſſimus Rex Catholicus per Oratorem ſuum ſupplicavit ſan. mem. Innocentio XII. ut ad tollenda longioris vacationis incommoda, quæ etiam in dies augebantur, de aliquo opportuno remedio providere dignaretur; & inter cætera illud proponebatur, ut Archiepiſcopo *Mexicano* pro tempore exiſtenti concederetur facultas promovendi ad dictam Eccleſiam *de Manile*, & conſecrandi unum ex tribus præſentatis à Rege, juxta graduationem per ipſum faciendam: exemplo Archiepiſcopi *Salisburgen.* qui ſine ulla Sedis Apoſtolicæ li-
70 centia, quatuor promovet Epiſcopos; adductiſque aliis exemplis, tum Cardinalis *Poli*, cui dum Sedis Apoſtolicæ in Regno Angliæ Legati à Latere munere fungebatur, Indultum fuerat, ut quibuſvis Cathedralibus, etiam Metropolitanis ipſius Regni Eccleſiis, quovis modo pro tempore vacantibus, de Perſonis idoneis, pro quibus Maria Angliæ Regina, juxta dicti Regni conſuetudinem libi ſupplicaſſet, Apoſtolica Auctoritate provideret; ipſaſque Perſonas eiſdem Eccleſiis in Epiſcopos, & Archiepiſcopos præficeret, ut apud *Raynald. ad annum* 1554. *num.* 5. & *ſequentib.* Tum Alexandri VII. pro Regno *Sinarum*, quod unus ex duobus Epiſcopis ſuperſtes, in locum præmortui, alterum conſecrare poſſet Epiſcopum, ut ex Litteris in forma *Brevis* 4. *Februarii* 1664. & 26. *Februarii* 1665. Tum *Clementis X.* qui impertitus fuit quatuor PP. Carmelitis Excalceatis facultatem conſecrandi Epiſcopum pro *Serra Malabarica*, nominando primo loco *Archidiaconum Serra*, deinde *Vicarium Muttacei*, ſin minus alium indigenam, ut ex Litteris *apud Sanctam Mariam Majorem* 30. *Martii* 1675. *Pontificatus anno V.*

Addi poterat, quod priſcis Eccleſiæ temporibus pluries Sedes Apoſtolica facultatem indulſit Epiſcopis, & Archiepiſcopis, alios Epiſcopos ordinandi. *Gregorius Magnus* Auguſtino, quem miſit in Angliam, poteſtatem impertitus fuit conſecrandi duodecim Epiſcopos, *Thomaſſin. de Benefic. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 13. *Gregorius II.* eamdem dedit facultatem præconibus Evangelii, quos miſit in Bavariam, *Thomaſſin. ibidem cap.* 42. *n.* 3. Bonifacio in Germaniam profecturo, ſimilem indulſit poteſtatem *Gregorius III.* anno 738. ſcribens ad illos Populos, ut Epiſcopos, quos dictus *Bonifacius*, per Apoſtolicam ſibi datam auctoritatem ordinaret, in Eccleſiæ Miniſterio reciperent, *Thomaſſin. ibidem cap.* 55. *n.* 4. Sic etiam ſub *Othone* primo Imperatore, Pontifex facultatem conceſſit *Adalgago* Archiepiſcopo *Amburgenſi*, & *Bremenſi*, ut vice ſua in *Dania* Epiſcopos ordinaret, *Thomaſſin. ibidem cap.* 57. & *Innocentius III.* Patriarchæ *Gradenſi* poteſtatem fecit creandorum Epiſcoporum in illis Urbibus omnibus, ubi Veneti plures ſuæ Gentis Eccleſias obtinerent, *Thomaſſin. de Benefic. dict. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 23. *ſub n.* 3.

Sed remiſſa Regis Catholici inſtantia ad Sacram Congregationem Conſiſtorialem, hæc aliud magis
opportunum cenſuit adhibendum remedium; reſ- 71
cripſit enim die 18. Auguſti 1698. — *Committendam Archiepiſcopo Mexican. deputationem Adminiſtratoris, ſeu Vicarii Apoſtolici alterius ex tribus propoſitis ad preces Sereniſſimi Regis Catholici, amoto quocumque alio Vicario, ſeu Adminiſtratore à Capitulo electo.*

Hungariæ Rex jus habet nominandi ad Cathedra- 72
les Eccleſias in dicto Regno exiſtentes, *Germon. de Sacr. Immunit. lib.* 3 *cap.* 12. *nu.* 30. & *ſeqq. Boet. Epiſcop. lib.* 1. *de Regal. vel jur. Princip. in Benefic. Eccleſ. numer.* 267. & *ſeqq. Mart. de Juriſdict. part.* 2. *cap.* 40. *num.* 8. *D. de Sanctis in Examin. Conſiſtorial. cap.* 13. *num.* 105. *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 82. & *ſeqq. Petr. Pithov. de Libert. Eccl. Gallican. pag. mihi* 204. ubi ex *part.* 1. *tit.* 11. *Juris conſuetud. Regni Hungariæ per Stephan. Verbenzium* refert, quod Pontifex in eodem Regno nullam juriſdictionem in Eccleſiarum Proviſionibus exequitur, præter confirmationis auctoritatem; idque quadruplici ratione. *Primo* (ſunt verba dicti Auctoris) *ratione fundationis Eccleſiarum, quia Reges Hungariæ cum ſoli fuerint omnium Eccleſiarum, & Epiſcopatuum, Abatiarum, & Præpoſiturarum in hoc Regno Fundatores, per hujuſmodi fundationem omnem facultatem juriſpatronatus, nominationis, electionis, & collationis Beneficiorum ſibi ipſis acquiſiverunt, & vindicarunt; qua ex cauſa, juris videlicet Patronatus ratione, pertinet ſemper ad Reges noſtros hoc in Regno Beneficiorum Eccleſiaſticorum collatio. Secundo ratione ſuſceptæ Chriſtianitatis, quia Hungari non per Prædicationem Apoſtolicam, vel Apoſtolorum, quorum Principis vicem, & Perſonam in Terris Papa gerit, ſed per inſtitutionem proprii Regis eorum Sanctiſſimi, videlicet Stephani Regis, converſi ſunt ad Fidem Catholicam, qui primus omnium Abatias, Epiſcopatus, Præpoſituras hoc in Regno fundavit, & harum omnium Eccleſiarum Prælaturas, ac Beneficia ſolus ipſe ex nutu Summi Pontificis, quibus maluit, idoneis tamen, & virtutibus probatum inſignitis, contulit. Tertio ratione legitimæ præſcriptionis, quoniam Reges Hungariæ à tempore Regiminis ejuſdem B. Stephani noſtri Regis, qui anno Dominicæ Incarnationis primo ſupra milleſimum, in Regem Hungaricæ Gentis feliciter inunctus, & coronatus eſt, ad hæc uſque tempora, ſemper in reali, ac pacifico uſu, ac poſſeſſione collationis hujuſmodi Beneficiorum Eccleſiaſticorum, pluſquam per* 500. *annos perſiſtentes, tempus præſcriptionis jurium Eccleſiaſticorum, etiam Sancta Sedis Apoſtolica, iteratis vicibus tranſcenderunt. Quarto, quia iſta libertas Regni, quantum ad Beneficiorum collationes, olim tempore D. Sigiſmundi Imperatoris, & Regis noſtri, una cum compluribus libertatibus hujus Regni in Generali, ac Celebri Concilio Conſtantienſi corroborata, juriſque jurandi Religione firmata fuit, prout in Bulla ſuperinde confecta, clare continetur.*

Plurimæ tamen ſub *Alexandro VII.* excitatæ fuerunt controverſiæ circa proviſiones Epiſcopatuum Regni *Hungariæ*, & primo, an Reges uti poſſent
verbo *Eligimus*. Secundo, an haberent jus nominan- 73
di, vel præſentandi. Et Tertio, quatenus affirmative, ſuper quibus Epiſcopatibus? Quoad primum, dictum fuit, quod jus eligendi eſt mere ſpirituale, quod non cadit in Laicum, & ideo præſcribi non poteſt *Cap. Sacroſancta, de Elect.* -- ibi -- *Attendentes itaque, quod jus eligendi in Collegiata Eccleſia non cadit in Laicum, & ideo id eſſet perniciosum exemplo, & redundaret in diſpendium Eccleſiaſticæ libertatis* -- Imo ſi unus Laicus interſit electioni cum Ca-

nonicis, Electio eſt nulla, non obſtante conſuetudine, *Text. in Cap. Maſſaria, de Elect.* etiam ſi conſuetudo ſit immemorabilis; etenim præſcriptio non procedit ſine poſſeſſione, & ſpiritualia per Laicum poſſideri non poſſunt.

Quoad ſecundum, dicebatur, Concilium Triden-
74 tinum *Seſſ. 25. cap. 9. §. Reliqui*, præſervaſſe Patronatus ad Reges, & Supremos Principes pertinentes, quorum proinde reſpectu ſervari debet jus commune, ſecundum quod poteſt Regi competere Juſpatronatus ex titulo fundationis, vel dotationis, præſcriptione, aut Privilegio, ad firmata per *Borell. de Praſtantia Regis Catholici cap. 50. n. 30. Salzed. de leg. Politic. lib. 3. cap.* 11. Fundationem vero, ac dotationem decem Eccleſiarum Epiſcopalium factam a *Sancto Stephano*, primo Rege Hungariæ anno 1002. ſeu 1003. ſub *Sylveſtre II.* probari dicebatur ex *Surio* in illius Vita, aliiſque, qui de rebus Hungaricis ſcripſerunt, & ex Lectionibus Breviarii.

Et quamvis *Julius II.* Decreto Conſiſtoriali edito *die 4. Julii* 1550. prohibuiſſet, ne Eccleſiæ Regni Hungariæ providerentur ad alicujus nominationem, Rege admonito, ut ab hujuſmodi nominationibus de cætero ſe abſtineret, niſi de legitimo titulo doceret: Nihilominus *Joannes Baptiſta Laurus* Sacri Collegii Secretarius ſub *Urbano VIII.* adnotavit, vel dicto Decreto per Regem ſatisfactum fuiſſe, docendo de Titulo, vel contrario uſu remanſiſſe illud ſublatum, quia ab anno 1550. uſque ad 1613. expletæ ſunt quamplurimæ dictarum Eccleſiarum proviſiones ad Regis nominationem; ſubdens, quod cum in Congregatione Rerum Conſiſtorialium attuliſſet plures Nominationes ex libris Sacri Collegii excerptas, quæ ſemper ſortitæ fuerunt effectum, res citra difficultatem pertranſit.

Quoad tertium, in quibus nempe Epiſcopatibus Hungariæ Reges jus habeant nominandi, dictum
75 fuit, quod res deciſa erat per Decretum Congregationis Conſiſtorialis ſub *die 17. Septembris* 1625. ubi diſtinguendo inter Epiſcopos Hungaricos, qui interſunt Dietis Regni, ideoque poſſunt Cauſam Catholicæ Religionis plurimum coadjuvare, & alios Epiſcopos, qui, etiamſi extent in Terris ſubjectis Juriſdictioni Regis Hungariæ, non tamen Dietis præfatis interſunt uti Proceres Regni, decrevit, admitti poſſe nominationem dumtaxat illorum, qui Regni Dietis interſunt, non obſtante Decreto *Julii II.* ſupra relato, ſecus aliorum Epiſcoporum, niſi conſtet de ſpeciali Indulto Apoſtolico, vel alio legitimo jure evincente favore Regum conceſſionem juris nominandi; eoque minus admittendæ erant nominationes, ſi Juriſdictio eſſet penes alios, juxta Decretum *Clementis VIII.*

76 Atque inhærendo præfato Decreto anni 1625. Congregatio particularis Cardinalium, & Prælatorum anno 1639. reſolvit, Regibus Hungariæ nullum jus in petitorio competere nominandi ad Epiſcopatus *Boſniæ*, *Sirmii*, *Croatiæ &c.* qui licet ab Hungaria dependeant, tamen non ſunt in illa Ditione, nec parent imperio Regis Hungariæ; verum obſervantia ſtat in contrarium, ut ex mox recenſendis exemplis.

77 Reperitur hodie Imperator, uti Rex Hungariæ, in quaſi poſſeſſione *nominandi* ad Eccleſias

Agrien. in Hungaria, ut ex Præconio *diei* 3. *Septembris* 1699.

Bellograden. ſeu *Alba Græca* in Hungaria, ut ex Præconio *diei* 23. *Decembris* 1729.

Boſnen. in Boſnia, ut ex Præc. 25. *Junii* 1703.

Canadien. in Hungaria, ut ex Præconio 14. *Maii* 170.

Colocen. in Hungaria, ut ex Præconio *diei* 28. *Septembris* 1733.

Nitrien. in Hungaria, ut ex Præconio 6. *Decembris* 1706.

Quinque Eccleſien. in Hungaria, ut ex Præconio 17. *Septembris* 1699.

Signien. & Madruſien. in Croatia, ut ex Præconio 21. *Julii* 1698. & in Litteris Apoſtolicis Proviſionis dictarum Eccleſiarum expeditis *anno* 1699. *tertio Kalendas Aprilis* legitur ſequens expreſſio: *Eccleſiæ Signien. &c. cui unita eſt Eccleſia Madruſien. quæ eſt libera collationis.*

Sirmien. ut ex Præconio 23. *Aprilis* 1703.

Vaccien. in Hungaria, ut ex Litteris Apoſtolicis Proviſionis dictæ Eccleſiæ *anno* 1716. *tertio nonas Octobris*, & alterius Proviſionis de *anno* 1718. *quinto Kalendas Julii.*

Varadinen. in Hungaria, ut ex Præconio 14. *Martii* 1703.

Veſprimien. in Hungaria, ut ex Litteris Apoſtolicis Proviſionis expeditis *anno* 1710. *Kalendis Octobris.*

De Eccleſia *Zagabrien.* in Regno Sclavoniæ exiſtente, in Præconio 25. *Junii* 1703. nihil dicitur de nominatione.

An autem Imperator jus habeat *nominandi* ad 78
Eccleſiam *Tranſylvanien.* vulgo nuncupatam *Alba Julia* in Tranſylvania, quæſitum fuit ſub Innocentio XII. Et re diſcuſſa in Congregatione Conſiſtoriali ſub *die 13. Septemb.* 1696. *octo ſuffragia* fuerunt pro *Negativa*, quia alias hæc Eccleſia fuerat tanquam libera proviſa a *Paulo III.* ſub *die 30. Maii* 1539. & à *Julio III. die 3. Auguſti* 1554. Rurſus quia ſimilis *Nominatio* rejecta fuerat per Congregationem Propagandæ Fidei ſub *die* 27 *Martii* 1638. Item de anno 1667. ac demum *die* 8. *Februarii* 1689. Pariter de anno 1688. in Congregatione rerum Conſiſtorialium non fuit admiſſa *Nominatio*. Et licet hoc Seculo Imperatores pluries nominaſſent, tamen nullus ex nominatis fuerat a Sede Apoſtolica confirmatus; unde erant dicti Suffragantes in ſenſu, quod nominatus ab Imperatore deputaretur Vicarius Apoſtolicus cum Titulo in partibus.

Alii vero *novem* in contrariam abierunt ſententiam, ex eo præcipue moti; quod Clemens VIII. ſub *die 7. Januarii* 1600. Eccleſiam hanc providit ad nominationem *Stephani Battorei*, tunc Tranſylvaniæ Principis; cumque doceretur, Imperatorem in illius Juribus ſucceſſiſſe, conſequens erat, ut etiam hoc Jus nominandi in eum transfuſum remanſerit; fuit igitur dicta *die 13. Septembris* concluſum — *Conferendam ad nominationem Imperatoris tanquam Principis Tranſylvaniæ.*

Ad Eccleſiam vero *Forgaraſien.* Ritus Græci in eadem Tranſylvania exiſtentem, competit eidem Imperatori, uti Principi Tranſylvaniæ, *jus præſentandi*, ut ex Litteris Apoſtolicis proviſionis ejuſdem Eccleſiæ *de anno* 1730. *tertio Idus Septembris*; *Pontificatus Sanctiſſimi D. N. Clementis XII. anno primo.*

Imperatori quoque, uti Regi *Bohemiæ*, competit Jus *nominandi* ad Eccleſiam Archiepiſcopalem *Pragen.* & *nominandi* ad Eccleſiam *Reginhoradacen.* ut in Præconio 11. *Aprilis* 1699. & 6. *Februarii* 1702. & ad Eccleſiam *Litomericen.* ut ex Præconio 1. *Octobris* 1733.

Ad eumdem vero, uti *Archiducem Auſtriæ*, ſpe- 79
ctat Jus *præſentandi* ad Eccleſiam *Viennenſem* in Auſtria, ut in Præconio 13. *Septembris* 1706. & *nominandi* ad Eccleſiam *Saurinen.* in confinio Auſtriæ, ut in Præconio 1. *Octobris* 1733. ad Eccleſiam *Labacen.* in Carniola ut in Præconio 18. *Julii* 1701. ad Eccleſiam *Tergeſtin.* ut ex Litteris Apoſtolicis

ficis *ſub Datum apud S. Petrum anno* 1711. *quintodecimo Kalendas Januarii*, in quibus *Comes de Leſtie*, electus *Abderitanus*, deputatur Coadjutor *Joanni Franciſca Miller* Epiſcopo *Tergeſtino*. Et ad Eccleſiam *Petinen.* in Iſtria, ut in Præconio 22. *Maii* 1713.

Sed quoad hanc Eccleſiam *Petinen.* notandum, quod ſequuta illius vacatione de anno 1712. Marchio de *Priè*, uti Comes *Petinen.* prætenſionem excitavit ad illam nominandi, ſeu præſentaodi non quidem Sedi Apoſtolicæ, ſed Imperatori, uti Archiduci Auſtriæ, prout de facto Perſonam eidem Eccleſiæ præficiendam nominavit Carolo VI. Imperatori, qui io ſuæ oominationis Litteris, de nominatione Marchionis mentionem fecerat. Verum a Congregatione Conſiſtoriali *diebus* 6. *Aprilis*, & 4. *Maii* 1713. Nominatio Marchionis irrita, & nulla declarata fuit. Et in Litteris Apoſtolicis deputationis *Xaverii Marotti* Epiſcopi *Dardanien.* in Coadjutorem *Antonii Gauſs* Epiſcopi *Petinen.* expeditis *apud S. Petrum* 1713. *undecimo Kalendas Junii*, *Pontificatus ſan. mem. Clementis XI. anno XIII.* adjecta fuit hujuſmodi expreſſio -- *Ad quam Eccleſiam, dum pro tempore Paſtoris ſolatio deſtituitur, jus nominandi Perſonam idoneam ipſi Eccleſia Petinen. per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem ad nominationem hujuſmodi in Epiſcopum præficiendam, ad Cariſſimum in Chriſto filium Carolum Romanorum Regem, in Imperatorem electum, ratione Archiducatus Auſtriæ, cujus ipſe Caralus Rex etiam Archidux exiſtit, ex Privilegio Apoſtolico, cui non reperitur hactenus in aliquo derogatum, ſpectare dignoſcitur; ita ut nullum jus nominandi cuipiam alteri reſpectu Sedis Apoſtolica acquiri poſſit; & expreſſio nunc aliter facta in præfata nominatione habeatur pro non appoſita.*

80 In *Gallia* Rex Chriſtianiſſimus vigore Concordatorum, quæ anno 1515. Bononiæ inita fuere inter *Leonem X.* Sedis Apoſtolicæ nomine, & *Franciſcum I.* nominat Romano Pontifici ad Eccleſias Cathedrales, & Metropolitanas in *Regna Francia*, *Delphinatu*, & *Comitatu Dienſi*, ac *Valentinenſi*, pro tempore vacantes, nec non ad Monaſteria, & Prioratus Conventuales, & vere electivos, Perſonas idoneas; nempe ad *Cathedrales*, agentes ſaltem vigeſimum ſeptimum ſuæ ætatis annum, ad *Monaſteria* vero, ſaltem in vigeſimo tertio anno conſtitutas.

81 Concordatorum originem, & motiva paſſim referunt Auctores Galli, qui rem Beneficiariam pertractarunt, & ex noſtris *D. de Sanctis in exam Conſiſtorial. cap.* 13. *à n.* 1. *& pluribus ſeqq.* Rationes, quæ tam Regem, quam Pontificem induxere ad eas ineundas Conventiones, multiplices fuere, & videri poterunt apud *clar. mem. Cardinal. Sfondrat. in Regali Sacerdot. Pralud.* §. 1. *pag. mihi* 59. *& ſeqq.* juxta primam *Impreſſ.* Præcipua cauſa fuit deſiderium abolendi *Pragmaticam ſanctionem*, quæ ex Decretis Conciliabuli Baſileenſis, aut detruncatis, aut reformatis confecta, auctoritatem S. Sedis labefactabat. Eam eleganter deſcripſit *Pius II. in Comment. lib.* 6. §. *Dicere.* Pragmaticæ itaque loco ſucceſſere Concordata, de quibus Cardinales contenti non fuerunt, & Clerus Gallicanus, ac Curia Parlamenti totis viribus eorum publicationi ſe oppoſuerunt, ut præceteris teſtatur *Cancellarius du Prat* in reſponſionibus ad oppoſitiones Parlamenti -- ibi -- *Si le Roy n'eût pas été à Boulorne, rien n'eût été conclu. Le Pape s'étoit repenti d'avoir fait les Concordats, & eut de la peine à y faire conſentir les Cardinaux, qui vouloient tout changer: les Ambaſſadeurs du Roy en ſont temains*; apud *Petr. Pithou in Hiſtor. Pragmat. & Concordat. poſt Tract. de libert. Eccleſ. Gallican. pag.* 137. Cleri vero, & Parlamenti conqueſtiones, præſertim ſuper Electionibus ad Eccleſias Cathedrales, & Metropolitanas ſublatis, refert idem *Pithou loca mox cit.* Sed Regis conſtantia eorum difficultates vicit, & publicata fuerunt Concordata, quorum vigore, ut diximus, Reges Chriſtianiſſimi nominant ad vacantes Eccleſias. Magnum quidem Privilegium, ut conſideravit *Cancellarius du Prat apud Pithou* ubi ſupra *p.* 135. -- ibi -- *Dit que la Privilége de nommer donné au Roy par le Pape, & le Concile de Latran, eſt très-grand* -- & pag. 137. ibi -- *Il n'y a jamais eu de Roy, qui ait eu un sel Privilege du S. Siege, & les autres Nations en voudroient un tel, pour un million d'or &c.* & pag. 142. ibi -- *dit qu'il ne ſortit jamais du S. Siege un ſemblable Privilége, ni plus utile que le Concordat.* Sed neque novum erat in Gallia Indultum nominandi, cum præter umbram electionis, niſi aliud apud Clerum remanſiſſet, ut perpendit *Cardinalis Sfondratus ubi ſupra.* Exemplum ſane exteris quoque Nationibus obvium, cum in *Italia*, *Hiſpania*, *Anglia*, & parte *Germaniæ* Electiones amplius non vigerent, ſed Pontifices ad Regum nominationem Sacerdotia providerent, ut ait idem Cancellarius *du Prat* ubi ſupra *pag.* 135. *Natal. Alexand. ſæcul.* 15. *&* 16. *part.* 4.

Sed cum Rex Chriſtianiſſimus teneatur vigore 82 Concordatorum *qualificatum* nominare, orta olim fuit quæſtio, coram quo examen & Proceſſus eſſet faciendus. De hac quæſtione agitur in noviſſima *Summ. Concil. tam.* 2. *in Not. pag.* 150. juxta impreſſionem Lugdunenſem *anni* 1706. ubi hæc habentur -- *At ex Concordatorum verbis* -- Debet qualificatum Rex nominare *Romani Pontifices examen hujus idoneitatis coram ſe habendum exiſtimarunt; idque ut, an nominatus à Rege rite qualificatus eſſet, conſtaret. At cum aliunde Galliarum Reges eum rite qualificatum exiſtiment, cujus moribus, & doctrina nihil poteſt objici: Ipſe etiam Henricus IV. inter reconciliationis ſua articulos, noluit hujus examinis coram Nuncio habendi mentionem fieri. Veruntamen cum Gregorius XIV. & Urbanus VIII. novis Bullis jus ſuum munivïſſent, & ex alia parte varia Senatus conſulta negarent in Gallia examinis hujus poſſe Tribunal inſtitui: tandem factum eſt, more prævalente, ut hodie plerumque coram Nuncio examen illud habeatur.*

Quod ſi Rex Perſonam minus idoneam, aut quali- 83 tatibus in iiſdem Concordatis præſcriptis non pollentem, nominaverit, poterit Summus Pontifex illam recuſare, & tunc intra tres alios Menſes, Perſonam aliam qualificatam, Rex nominare tenetur; alioquin, ut diſpendioſæ Eccleſiarum hujuſmodi vacationi conſulatur celeriter, poterit Pontifex vacanti Eccleſiæ de Perſona qualificata libere providere, ut ſunt clara verba Concordatorum. Nec deſunt exempla ſimilium rejectionum de Perſonis nominatis a Pontificibus expletarum. Apud Cardinalem *Oſſat.* plures extant Epiſtolæ ſuper rejecta nominatione *Renati Benedicti* ad Epiſcopatum *Trecen.* quamvis eſſet Henrici IV. Confeſſarius. Alter, *Ludovico XIII.* regnante, ad Cathedralem Eccleſiam nominatus, admiſſus non fuit. Et *Petro de Marca* doctiſſimo Viro ad Archiepiſcopatum *Pariſienſem* nominato, dilata fuit expeditio Bullarum, quouſque in meliorem, rectioremque ſenſum nonnullas propoſitiones, quæ in ejus Tractatu de *Concordia Sacerdotii, & Imperii* legebantur, corrigeret, & emendaret. Et ſan. mem. *Innocentius XI.* nominatos illos ad Cathedrales, qui Comitiis Pariſienſibus interfuerant *anno* 1682. conſtanter admittere recuſavit, & in eadem conſtantia perſeveravit ſan. mem. *Alexander VIII.* nec ooo ſan. mem. *Innocentius XII.* in principio

ſui Pontificatus: Donec tandem, cum Rex Chriſtianiſſimus per ſuas Litteras, & ab eo Nominati debitam Sedi Apoſtolicæ præſtitiſſent ſatisfactionem, Rege etiam ipſo enixe ſupplicante, ad Eccleſias promoti fu runt, ut ex documentis apud *Vir clar. Bernin. in Hiſtor. Hæreſ. tom. 4. in Innoc. XII.*

84 Contra vero, ſi Rex Dignum nominat, non poteſt, ſalva juſtitia, Pontifex nominationem non admittere *Sot. ad Regul. 40. Cancellar. n. 12. Rebuff. ad Concordat. Gall. pagina mihi 85. Sukcd. Paleott.* & alii, quos refert *Franciſcus Ramas del Manzano in Supplic. libell. ad Alexand. VII. Propoſit. 1. pag. mihi 30. num. 19. Fraſſ. de Reg. patr. cap.*
85 *6. num. 33.* Habere enim Concordata vim contractus, ex eorum verbis, & Diplomate Leonis X. probat *Natal. Alex. ſecul. 15. & 16. part. ultim. diſſert. 11. art. 6.* Quorum, vel unum caput violare, nec Pontifici, nec Regi eſt integrum, *Matt. de Cauſ. Conſiſtor. ſect. 18. per tot.* plene *Rot. in Seguntina Archidiaconatus 4. Februarii 1729. §. Explorato, & §. Corruente, & ſeqq. coram Reverendiſſimo Aldrovando:*

86 Addit *Thomaſſin. tom. 2. lib. 1. cap. 48. n. 7. Huc autem ex Rebuff. in tract. de Reg. ad Prælatur. Nominat.* quod ſi Pontifex ſemel admittat eum, qui a Rege nominatus fuit, non poſſit amplius Rex reſilire, aut alium nominare, ſicuti & contigiſſe ait *Rebuff.* ut præſente ſe judicaretur, non potuiſſe Pontificem, poſt approbatum, quem Rex nominaſſet, retractare Sententiam; & facit *Calderin. conſ. 5. de Elect.*
87 Vidimus tamen, quod Epiſcopatu *Vicen.* in Cathalonia vacante, Philippus V. Hiſpaniarum Rex unum præſentaverat, iſque anno 1708. fuerat in Conſiſtorio præconizatus; ſed paulo poſt recognito in Regem Catholicum etiam *Carolo III.* dictæ Provinciæ poſſeſſore, fuit ad ejus præſentationem de dicta Eccleſia proviſus *Emanuel Sanjuſt y Pages*, ut ex Litteris Apoſtolicis expeditis anno 1709. *XI. Kalendas Martii.*

In Provinciis noviter acquiſitis, an Rex Chriſtia-
88 niſſimus jus habeat nominandi ad Eccleſias Cathedrales vigore Concordatorum? Affirmat *Matth. de*
89 *Cauſ. Conſiſtor. ſect. 18. nu. 20.* Rectius tamen contrarium exiſtimarunt *Theſaur. de Pæn. part. 2. cap. 6.* late *Thomaſſin. de Beneſ. part. 2. lib. 1. cap. 46. num. 4.* Et jure quidem, nam Concordata ſtricte loquuntur de Regno *Franciæ, Delphinatu,* & *Comitatu Dien.* & *Valentinen.* ut in §. 1. in quo ſpecifice fit mentio *Franciæ*, & in §. 6. -- ibi -- *Statuimus, & ordinamus, quod perpetuis futuris temporibus loca dictæ Pragmaticæ Sanctionis &c. in dicto Regno, Delphinatu &c.* ſicque vi relativi -- *dicto* -- ſubintelligendum eſt de Regno Franciæ. Idemque in §. 7. -- ibi -- *Quod Cathedralibus, & Metropolitanis Eccleſiis in Regno Delphinatu, & Comitatu prædictis*, & §. 10. -- ibi -- *Volumus quoque, & ordinamus, quod in Regno Delphinatu, & Comitatu prædictis &c.* ac §. 30. -- ibi -- *Et cum omnium, quæ in Regno Delphinatu, & Comitatu prædictis aguntur &c.* quæ repetita ſunt etiam in declaratione ejuſdem Leonis X. impreſſ. poſt *Conſt. X. §. 2. & 3.* & in aliis penes *Rebuff. ſuper Concordat. Rubr. De prorogat. dilat. ad approb. Concord.* pag. mihi 784. -- ibi -- *In Regno Franciæ, & Delphinatu Dien. & Valentino conſiſten.* & pag. 787. -- ibi -- *In Regno Franciæ, & Delphinatu, ac Comitatu Dien. & Valentino conſiſten. & pag.* 791. 806. & 813.

Cum igitur in Concordatis actum tantum fuerit de poſſeſſis nomine *Regni Franciæ, Delphinatus,* & *Comitatus Dienſis, & Valentini*, ſub iis comprehendi non poſſunt Provinciæ, aut Civitates, quæ poſtea Regno acceſſerunt, ut reſolvit Congregatio particularis de anno 1660. quam mox referemus. Habet enim Regnum *Franciæ* ſuos certos limites, qui non mutantur, ut inquit *Baniſacius de Vitalino* Auctor Gallus *in Clementin. final. 47. de Privileg.* licet poteſtas, & Imperium Regis Franciæ fuerit adauctum quoad alia loca, nempe *Britanniam, Linguam Occitanam*, & *Delphinatum*, quorum meminit præcedenti *num.* 46. ſubdens Provincias præfatas eſſe quidem de Regno Regis Franciæ,
ſed non eſſe de Regno Franciæ; ex quo etiam di- 90
ſtinguendo infert ſub *num.* 48. ut ſi Gratiæ, & Indulta concedantur Regi Franciæ pro hominibus, vel clericis, aut Eccleſiis *Regni Franciæ*, vel *de Regno Franciæ*, vel in *Regno Franciæ*, tunc ſolum includuntur conſiſtentes intra terminos, & metas ipſius Regni Franciæ; Si vero ſimpliciter dicatur *ſui Regni*, aut *de Regno ſuo*, aut in *Regno ſuo*, tunc includuntur omnes, qui ſub ejus poteſtate, dominio, & regimine ſunt; quod fatetur etiam *Rebuff. ſuper dictis Concord. Rubric. de Reg. ad Prælatur. nominat. facienda §. 1. Verb. In Regno*, concludendo ſub fine, *Delphinatum*, & *Comitatus Dien. & Valentin.* expreſſos fuiſſe, quia ſunt ſeparati a Regno.

Hinc perperam *Duaren. de Sacr. Eccleſ. Miniſtr. ac Beneſic. lib. 5. cap. 13. loco 1. pag. mihi 498. ſub verſ. Verum*, exiſtimat, quod Provincia, aut Civitas Franciæ accedens, & conjuncta, quaſi pars quædam ipſius, ad Concordata pertineat; neque multum referre, an hujuſmodi conjunctio poſt illa ſequuta ſit. Quia dum Regnum Franciæ, juxta animadverſionem *Vitalini*, certos limites habet, qui non mutantur, & hac ratione *Ortelius in Theſaur. Geograph verb. Francia*, inquit -- *Franciæ Regnum eſſe inter Sequanam, & Ligerim fluvios, alim dictum Gaudina, & Gaudianum in Chronico Sifferi, & a Carolo Martello, Avo Caroli Magni, Franciam latine, Theutanice vero Carlinguam nuncupatam, teſte Goffred. Viterbienſi lib. 17.* -- nequit ultra limites præfatos extendi, *argumenta Text. in L. Agris 16. ff. De acquir. rer. domin.* ubi Juriſconſultus ait -- *in agris limitatis, jus alluvionis locum non habere conſtat, & leg. unic. §. Si Inſula verſ. Si limitati agri fuerint*, juncta *gloſſ. dict. verb. Si limitati*, negante eorum dominium poſſe augeri, & *Rubric. Cod. de fundis Limitrophis lib. 11.*

Recte autem *Duareni* dictum intelligi poteſt de
Provinciarum, quæ Regno Franciæ accedunt, com- 91
comprehenſione in ſecunda parte Concordatorum, ubi agitur de his, ad quæ obligatur Rex, ut eſt publicatio, & eorumdem Concordatorum obſervantia, de qua *in §. 29.* ubi Concordata non utuntur amplius illis verbis in Regno *Franciæ, Delphinatu & Comitatu Dien. & Valentinen.* ſed ſimpliciter *de Regno ſuo* -- ibi -- *Volumus autem, quod ſi præfatus Rex præſentes Litteras, ac omnia, & ſingula in eis contenta perpetuis futuris temporibus in* Regno ſuo, *& omnibus aliis locis, & Dominiis dicti Regni per omnes Prælatos, & alias etiam Eccleſiaſticas Perſonas, ac Curias Parlamentorum legi, publicari, & regiſtrari non fecerit &c. præſentes Litteræ nullæ ſint.* Et in Bulla confirmationis *Concordati §. 2.* ſtatuitur, *ut ſi Rex infra ſex Menſes Bullam* in Regno, ac aliis locis, & Dominiis dicti Regni *legi, publicari, jurari, regiſtrari &c. non fecerit, Litteræ ipſæ ſint ipſo jure nullæ.* Proindeque locum ſibi vindicat dictum *Vitalini*, quod per verba in -- *Regno ſuo* -- intelligatur non ſolum *Regnum Franciæ*, ſed etiam alia Loca, quæ dominio Regis, vel Regni accedunt. Quod ſi quæratur, quorſum hæc differentia inter primam, & ſecundam partem Concordatorum? Reſpondeo, in ſecunda parte voluiſſe Pontificem comprehendere omnia loca

exi-

Digitized by Google

dovico **XIV.** conceſſis, per extenſum referunt
Blondeau in addit. ad Biblioth. Bouchel. Verb. Indults pagin. 729. *Pinſon. in Tract. des Regales tom.* 2. *& in Not. Summar. ad Indult. Regis.* Etiam ſa.
me. Innocentius XI. *die* 20. *Maii* 1686. laudato Re-
gi indulſit nominationem ad Eccleſias *Ipren. & Audomaren.* ut ex Indulto impreſſo apud *Blondeau*
pag. 733. *& Pinſon. dict. tom.* 2. *pag.* 1156. Et Inno-
centius XII. pro Eccleſiis *Biſuntina*, & *Cameracen.*
ut dictum eſt.

Sed quoad Eccleſiam *Iprenſem* illud adnotare præ-
ſtat, quod ea, una cum aliis Eccleſiis Belgii in
Cathedrales a Paulo IV. erectis, indultum fuit quoad
omnes jus nominandi *Philippo II.* Hiſpaniarum Re-
gi, ejuſque Succeſſoribus; Cumque Civitas præfa-
ta vigore Tractatus pacis *Noviomagi die* 17. *Septembris* 1678. initi, Regi Chriſtianiſſimo ceſſa, &
renunciata fuerit, obtinuit Rex præfatus, ut dixi-
mus, a ſan. mem. *Innocentio XI.* pro ſe, ſuiſque Suc-
ceſſoribus Indultum ad illam nominandi; Verum
cum per alterum Pacis Tractatum eadem Civitas
Iprenſis ceſſa fuerit Carolo VI. Imperatori: hinc orta
fuit anno 1721. difficultas circa modum providendi
illi, a pluribus annis viduatæ Paſtore, de novo Epiſ-
copo; nam ex una parte oportebat e medio tollere
obſtaculum præcedentis perpetui Indulti Regibus
Chriſtianiſſimis a ſan. mem. Innocentio XI. conceſ-
ſi, & ex altera Adminiſtri Imperatoris contendebant,
ad ipſum, uti in Hiſpaniarum Monarchia Succeſſo-
rem, jus nominandi ſpectare vigore Indulti Pauli
IV. & conſtanter renuebant acceptare novum Indul-
tum, aut ullam aliam Pontificis declarationem. Hinc
deputata a ſan. mem. Clemente XI. Congregatione
particulari, cui interfuerunt RR. PP. DD. *Mareſuſcus*, LAMBERTINUS, *Riverius*, *de Valentibus Subdatarius*, & *de Valentibus Advocatus fiſcalis*, ap-
probatum fuit unanimiter temperamentum, quod
100 Pontifex in Proviſione ejuſdem Eccleſiæ *Ipren.* fa-
cienda in Conſiſtorio declararet: ut non obſtante
dicto Indulto ſan. mem. *Innocentii XI.* poſſet Im-
perator, ejuſque Succeſſores Domini dictæ Civitatis,
nominare in vim Indulti Pauli IV. Non enim Im-
101 perator novo indigebat Indulto, cum per ceſſionem
Civitatis *Ipren.* anno 1687. Regi Chriſtianiſſimo fa-
cta, amiſerint Reges Catholici ſolum exercitium Ju-
ris nominandi; jure ipſo, ſeu proprietate penes ip-
ſos, eorumque Succeſſores habitualiter permanente;
Unde fit, quod eadem Civitate antiquis poſſeſſori-
bus retroceſſa, revixerat prærogativa nominandi,
quæ prius conſopita erat quoad exercitium, ut dixi-
mus ſupra *n.* 93. *& ſeqq.*

Advertit tamen Vir clariſſimus *Cardinalis Oſſat.*
pluribus in locis, & præſertim in *Epiſtol.* 303. *tom.*
5. juxta impreſſionem *anni* 1714. tranſcripta etiam
apud *Blondean ad Bonchel Verb. Indults*, quod ubi
Regibus Chriſtianiſſimis concedebantur Indulta no-
minandi ad Eccleſias, & Monaſteria Provincia-
rum, quæ Coronæ de novo accedebant, Reges
102 ipſi econtra dabant Litteras patentes, quibus man-
dabatur illæſa conſervari jura, quæ Sedi Apoſto-
licæ ſuper illis de novo acquiſitis Provinciis com-
petebant. Ut de Litteris *Henrici II. Rebuff. conſ.* 6.
Raynald. ad ann. 1550. *num.* 15. *& ann.* 1555. *n.* 1.
Blondeau ad Bouchel. Verb. Collation. pag. 276.
Doujat in Specim. Jur. Gallic. tom. 1. *part.* 2. *pag.*
61. *& ſeqq.* ubi refert per extenſum præfati *Henrici*
Edictum, in quo enumerantur omnia Jura Sedis
Apoſtolicæ in *Brittania*, *Pinſon des Regales tom.* 1.
pag. 455. *& ſeqq.* & de aliis Litteris ejuſdem *Henrici pag.* 457. *& ſeqq. & tom.* 2. *pag.* 932. *& in*
Not. Summ. ad Indult. Reg. pag. 728.

Sic etiam defuncto *Henrico Secundo*, *Franciſcus Secundus* filius ſimilia petiit Indulta, & in Con-
ſiſtorio habito *die* 19. *Januarii* 1560. *Pius IV.* ea
conceſſit, prout conceſſa fuerant Patri, dummo-
do ipſe *Franciſcus* Rex obſervari faceret promiſſa
per *Henricum* in Concordatis, & in Patentibus
Litteris ſupradictis, *Raynald. ad ann.* 1560. *num.*
24. *&* 25. Et in Actis Conſiſtorialibus ſub dicta
die, regiſtratæ fuerunt ambæ declarationes *Henrici*
ſecundi.

Franciſco II. itidem defuncto, eadem Indulta ob-
tinuit *Carolus IX.* & in Conſiſtorio ſecreto habito
die *Veneris* 12. *Maii* 1564. leguntur hæc verba:
fuerunt conceſſa Indulta Sereniſſimo Carolo Regi
Francorum eo pacto, quo conceſſa fuerant Prædeceſſoribus ſuis; ita tamen quod ipſe Rex teneatur reciproce obſervare &c. Meminit etiam *Raynald. ad*
annum 1564. *n.* 9. *in fine.*

Miratur tamen idem Cardinalis *Oſſat* in ſupradi- 103
cta *Epiſtola* 308. quod ſub *Sixto V.* conceſſa qui-
dem fuerunt Indulta *Henrico III.* ſed non obten-
tæ Litteræ patentes, & hanc impingit negligentiam
Miniſtris Datariæ, qui novi erant; quod idem
ſub *Clemente VIII.* ait ſequutum in Indultorum
conceſſione favore *Henrici IV.* Sed *Sixti V.* tempo-
re fortaſſe petitæ non fuerunt Litteræ patentes, eo
quia Galli difficiles ſe præbebant ad ſupplicandum
S. Sedi pro novo Indulto, nam idem *Henricus III.*
toto tempore Pontificatus *Gregorii XIII.* ad Eccle-
ſias *Brittaniæ* & *Provinciæ*, nullo donatus Apoſtolico
Indulto, nominaverat, & nominationes fuerunt ad-
miſſæ; ideoque viſum e re fortaſſe fuit ſuper hoc
difficultates non ingerere, ut facilius Rex ad peten-
dum Indultum induceretur. Verum ſuper hoc pun-
cto ſatis ſuperque providit ſan. mem. Urbanus VIII.
in Conſtit. edita ſuper præjudicialibus Eccleſiæ *la*
157. *in Appendic.* §. 11. *&* 12. *pag. mihi* 17.

In conceſſione vero Indulti a *Clemente IX.* facta
Ludovico XIV. nominandi ad Eccleſiam *Elven.* & 104
Beneficia Conſiſtorialia in Comitatu *Ruſſinonis* exi-
ſtentia, expreſſe laudatus Pontifex præſervavit Jura
Sedi Apoſtolicæ competentia in Regionibus illis,
præſertim circa *Tribunal Sac. Inquiſitionis*, obſer-
vantiam Bullæ in Cœna Domini, Appellationes, Re-
ſervationes, Penſiones, Spolia, Annatas &c. ut ex
Indulto apud *Pinſon. in Not. Summ. ad Indult.*
Reg. pag. 516. *& ſeqq. Doujat in Spec. Jur. Gallic.*
part. 2. *pag.* 59.

Ad Eccleſias igitur ſiſtentes in Provinciis noviter
Coronæ Franciæ acquiſitis, Rex nominare non po-
teſt vigore Concordatorum, ſed indiget ſpeciali In-
dulto. Sed quid dicendum de Cathedralibus in Re- 105
gno de novo erectis, an ad eas Reges nominare
valeant? Pro affirmativa facit Concluſio, quod poſ-
ſeſſio conferendi reſpectu quorumdam Beneficio-
rum, & Dignitatum, extenditur ad cætera Benefi-
cia, & Dignitates ejuſdem ſpeciei, etiamſi noviter
ſint erecta, *Poſth. de Manut. Obſervat.* 73. *n.* 147.
Rot. deciſ. 39. *num.* 9. *part.* 3. *Recentior.* ubi, quod
attenditur magis cauſa actus, quam actus ipſe; qua
ratione *Cortiad. deciſ.* 253. *num.* 68. firmat, juſpa-
tronatus Regi Catholico competens ſuper Epiſco- 106
patibus, & Beneficiis Conſiſtorialibus Hiſpania-
rum, comprehendere etiam Cathedrales de novo ere-
ctas, & Beneficia, quæ noviter pro Conſiſtoriali-
bus agnoſcuntur.

At contrarium, quod Eccleſia noviter erecta
non cadat ſub Nominatione Regis, ſed proinde 107
libere ſpectet ad Papam, individualiter firmant *Rebuff. ad Concordat. tit. de Reg. ad Prælat. nominat.*
§. 1. *pag. mihi* 65. *Matta de Cauſ. Conſiſtor. ſect.*
18. *num.* 23. *& ſeqq. D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor.*

108 *ſtor. cap.* 13. *num.* 23. *& ſeqq.* Et pro hac Sententia,
quæ verior eſt, conſiderari poteſt, quod nominatio
ad Cathedrales Eccleſias, eſt gratia odioſa, quæ
proinde extendi nequit ad Cathedrales poſtea ere-
ctas *Cap. Quanta*, *& Cap. In tua de Decimis*, *Cap.
Cum Cappella*, *ubi gloſſ. verb. In quantum*, *Cap. Por-
ra*, *& Cap. Recepimus*, *de Privileg. Nicolarts ad
Concordat. German. dub.* 4. §. 3. *Tondut. Reſolut. Be-*
109 *nef. part.* 2. *cap.* 1. §. 10. *n.* 4. *& ſeqq.* Hinc ſi Papa
gratiam indulgeat percipiendi fructus Beneficiorum
primi anni, ſub ea non comprehenduntur Beneficia
noviter erecta, quia gratia eſt odioſa, *Zabarell. in*
110 *Clement. Litteras n.* 5. *de Reſcript.* Quemadmodum
ex eadem ratione Primariæ preces à Sede Apoſto-
lica Imperatori in ejus inauguratione indulgeri ſo-
litæ, non extenduntur ad Beneficia poſt illarum
conceſſionem erecta, *Kochier de Prim. precib. ſect.*
2. §. 11. *pag.* 35. *Pirhing. in Jus Canon. lib.* 3. *tit.*
111 5. *ſect.* 9. *num.* 368. Sic etiam Privilegium nomi-
nandi ad Monaſteria Conſiſtorialia, non ſuffragatur
pro illo, quod poſtea evadit, & reperitur Conſi-
ſtoriale, *Rot. dec.* 1139. *n.* 9. *cor. Coccin.*

Rurſus: nominatio dari non poteſt ad Eccleſiam,
quæ non adeſt, cum ſervitus futuro ædificio non im-
112 ponatur *leg. Si ſervitus*, *ff. De Servit. Urban. Præ-
dior.* ſicque Concordata, quæ Regi tribuunt facul-
tatem nominandi ad Eccleſias Cathedrales, intelli-
gi non poſſunt, niſi de Eccleſiis tunc exiſtentibus,
113 nec trahi debent ad futuros Epiſcopatus. *Clemen-
tin. final.* & ibi DD. *de Reſcript. Calderin. dict.
conſ.* 12. *de Privileg. Matta dict. ſeſſ.* 18. *num.* 23.
D. de Sanctis dict. cap. 13. *num.* 123. & confert di-
ctum *Gloſſ. ſeu Baldi in Comment. ad Pacem Conſtan-
tiæ §. Nos Romanorum Imperator*, quod novum
corpus, & nova Univerſitas eſt ſimilis Poſthumo
præterito, caſui improviſo, & rei, quæ non apparet
in rerum natura. Et quod contraria procedunt, ubi
facta eſt mentio de futuris.

Atque injucundum non erit hic adnotare, quod
Sedes Apoſtolica, novos erigendo Epiſcopatus in
Principum Ditionibus, aliquando ſibi reſervat jus il-
114 lós libere conferendi prima vice, iiſdem Principibus
jure præſentandi, vel nominandi reſervato pro futu-
ris vacationibus. Sic Clemens VII. anno 1529.
quando in Cathedralem erexit Eccleſiam *Viglevan-
nen.* reſervavit jus præſentandi Duci Mediolani,
prima vice excepta, ut ex Bulla erectionis apud
Ughell. Ital. Sacr. tom. 4. *pag. mihi* 1134. Sic etiam
Julius II. *Die* 27. *Junii* 1510. Oppidum de *Plata* in
Indiis in Civitatem, ejuſque Eccleſiam in Cathedra-
lem erexit, reſervato jurepatronatus favore Caroli
V. Imperatoris, ejuſque Succeſſorum, *prima vice
excepta*, ut ex Actis conſiſtorialibus.

Quod & priſcis temporibus, cum Electiones ad
Eccleſias Cathedrales vigerent, ſervatum fuit. Con-
ſuevere namque Pontifices Cathedrales de novo
115 erectas prima vice conferre, ſervata Clero faculta-
te eligendi in futuris vacationibus, uti feciſſe tra-
ditur Alexandrum III. qui cum *Alexandriam* in
novam Civitatem erexiſſet, ipſe Epiſcopum dedit,
ſervato Clericis illius Eccleſiæ impoſterum jure Ele-
ctionis. *De novitate*, inquit, *& neceſſitate proceſſit*,
*quod nulla præcedente Electione, auctoritate Noſtra,
Vobis, & Eccleſiæ Veſtræ Electum providimus &c.
Statuimus, ut non præjudicetur impoſterum quominus
Electionem liberam habeatis, ſicuti Canonici Eccle-
ſiarum Cathedralium, quæ Mediolanenſi Eccleſiæ
ſubjacent* — ut ex *Baronio ad annum* 1180. *Thomaſ-
ſin. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 6. §. *Cum Alexan-
der. Natal. Alex. Hiſtor. Eccleſ. Secul.* 11. *&* 12.
part. 1. *cap.* 7. *art.* 5. *num.* 2. *in fine.* Quod etiam
antea, anno ſcilicet 1137. feciſſe Innocentium II.
tum Eccleſiam *Beneventanam* Metropolitico jure
auxiſſet, exiſtimat idem *Thomaſſin. dict. num.* 6. *in
princip.*

Aliquando vero Pontifices in novarum Cathedra-
lium erectione jus nominandi, aut præſentandi tam 116
prima vice, quam in futuris vacationibus Principi-
bus ipſis reſervarunt. Erecta enim a *Pio V.* Eccleſia
Bononien. in Cathedralem, de ea à primæva ere-
ctione vacante, diſpoſuit Pontifex ad Regis Chri-
ſtianiſſimi nominationem, ut ex Actis Conſiſtoria-
libus 17. *Februarii* 1567. *Paulus IV.* in erectione
quamplurium Cathedralium in *Belgio* facta anno
1559. jus ad eas nominandi indulſit Philippo Hiſpa-
niarum Regi, tam pro prima vice, quam quotieſ-
cumque vacare contingeret, *Raynald. ad ann.* 1559.
n. 33. Sic etiam in erectione Eccleſiæ *Elven.* in Ca-
thedralem, S. Pius V. anno 1570. reſervavit juſ-
patronatus *Regi Luſitaniæ*, & pro prima vice, &
pro futuris vacationibus. Et pari modo Clemens
VIII. Eccleſiæ *Foſſanen.* in Cathedralem de novo
erectæ, etiam pro prima vice, præfecit Epiſco-
pum ad præſentationem Ducis Sabaodiæ, cui ra-
tione Principatus Pedemontani fuit reſervatum juſ-
patronatus. Et aliis omiſſis exemplis, erecta Ec-
cleſia *Bleſen.* in Cathedralem a ſa. me. Innocen-
tio XII. in propoſitione habitâ die prima Julii
1697. Pontifex hæc protulit verba — *Jus quoque
Chariſſimo in Chriſto filio Ludovico Francorum Re-
gi, ejuſque Succeſſoribus in eamdem Eccleſiam,
quoties vacare contigerit, Perſonam idoneam no-
minandi, etiam ab hac prima Inſtitutione, juxta
formam, & tenorem Concordatorum concedi-
mus, & impertimur: ac alias prout in ſchedula
Conſiſtoriali &c.*

Sub Concordatis Franciæ non comprehenditur
Eccleſia *Arauſicenſis*, vulgo *Orange*, quia Concor- 117
data inita fuerunt inter Leonem X. & Regem Chri-
ſtianiſſimum, nec ullam in eis partem habuerunt
Principes *Arauſicenſes*; unde præfatæ Eccleſiæ pro-
viſio ad liberam ſpectat Pontificis diſpoſitionem.
Qua ratione in Litteris Apoſtolicis illius proviſionis,
nulla fit mentio, quod expediatur ad alicujus nomi-
nationem, ut late probat *Ludov. Bell. conſ.* 24. ubi
quod nec jus nominandi Epiſcopum, minuſque præ-
ſentandi Præpoſitum, Dignitates, & Canonicos per-
tineat ad Principem ratione juriſpatronatus; ſed Di-
gnitatum, & Canonicorum electio pertinet ad Capi-
tulum. Addit, quod Principes *Arauſicenſes* etiam ab
anno 1210. promiſerunt, quod electioni Epiſcopi, vel
alterius Rectoris Eccleſiæ faciendæ, nullatenus ſe im-
miſcebunt, nec aliquod impedimentum præſtabunt,
aut violentiam facient; & Capitulum ſibi Epiſcopum
eligere conſuevit, prout elegit annis 1416. 1432. &
1511. quodque non conſtar, Eccleſiam fuiſſe per di-
ctos Principes fundatam, nec bona quæ uſque ab anno
1084. poſſidet, ab eis donata, ſed aliunde acquiſita
fuiſſe; & in *ſequenti conſ.* 25. objectis reſpondet,
& juſpatronatus, ejuſque prætenſionem excludit,
etiam in Dignitatibus inferioribus. Quod etiam tra-
dunt Fratres *Sanmartani in Gallia Chriſtian. tom.*
2. *Verb. Arauſien. ſub Paulo V.* & plura notat
Morer. in Diction. Hiſtor. Verb. Orange, juxta *ul-
tim. impreſſ.* Indulſit tamen ſan. mem. *Clemens XI.*
anno 1706. *Ludovico XIV.* Regi Chriſtianiſſimo, 118
ut quoad viveret, nominare poſſet ad dictam Eccle-
ſiam *Arauſicenſem*; ſed Rex morte præreptus ante-
quam Epiſcopatus vacaret, nominandi facultatem
ad actum perducere non potuit.

Duces quoque *Nivernenſes* prætenſionem alias
excitarunt præſentandi ad Epiſcopatum *Bethlemi-* 119
ticum, cujus Eccleſiæ Epiſcopus reſidet in illorum
Ditionibus in Galliis; idque ſuadere conabantur

ax

ex multorum teſtimoniis Hiſtoricorum, & ex nonnullis Cedulis Conſiſtorialibus, in quibus ita dicebatur -- *Pro quo NN. nobis per ſuas Litteras ſupplicavit* -- Sed annis 1668. & 1669. hujuſmodi prætenſione ad examen revocata in Congregatione Conſiſtoriali, occaſione quia illius temporis Dux contendebat, nullam declarari Epiſcopatus permutationem ſine illius conſenſu factam, reſolutum fuit, non conſtare *de Jurepatronatus*, ea præ cæteris ratione, quia in Eccleſiis Conventualibus, qualis eſt Eccleſia Cathedralis Secularis, non acquiritur juſpatronatus, niſi ex Privilegio Apoſtolico *Cap. Nobis*, ibique *Gloſſ.* & communiter Canoniſtæ, *de Jurepatron.* cum concordantibus relatis *in Comment. in Regul. I. §. 1. n.* 291.

Non arriſit hujuſmodi reſolutio Miniſtris Ducis, & ab ea, tamquam ab abuſu, ad Regia Galliæ Tribunalia appellationem interpoſuerunt; unde factum eſt, quod ad audaciam hujuſmodi compeſcendam, laudata Congregatio Conſiſtorialis, Decretis editis ſub diebus 11. *Martii*, & *Junii* 1671. demandavit ejuſdem Eccleſiæ diſmembrationem. Verum quia diſmembratio præfata exequutioni numquam demandata fuit: hinc defuncto Duce, illius filius, paterni facti minime reus, preces ſan. mem. Clementi XI. exhibuit, ut *Nivernenſes Duces*, ad antiqua jura, quæ habuiſſe aſſeruit *ſupplicandi* pro dicta Eccleſia
120 *Bethlemitana*, reſtituere benigne dignaretur. Hinc in Congregatione Conſiſtoriali habita *die 6. Aprilis* 1713. propoſito Dubio -- *An illius precibus annuendum eſſet, eidemque Eccleſiæ præficiendus* ad ſui ſupplicationem *R. P. Cherubinus Ludovicus de Bel Ordinis ſtrictioris Obſervantiæ S. Franciſci* -- reſponſum fuit, *affirmative*. Et in Præconio *diei* 18. *Septembris ejuſdem anni* 1713. dictum fuit -- *Nobilis Vir Dux Philippus Julius Franciſcus Nivernenſis per ſuas Litteras Sanctitati Suæ ſupplicat, ut de conſenſu Sereniſſimi Principis Ludovici Francorum, & Navarræ Regis Chriſtianiſſimi, eidem Eccleſiæ in Epiſcopum, & Paſtorem præficere dignetur R. P. Cherubinum Ludovicum de Bel.*

121 In Regno Poloniæ Rex ſupplicat pro promovendis ad Eccleſias Cathedrales (quidquid dicat *Matta de Cauſ. Conſiſtor. ſect.* 17. *n.* 13. circa Privilegium nominandi a Ven. Servo Dei *Innocentio XI.* conceſſum invictiſſimo Regi *Joanni III.*), & de hac ſupplicatione fit mentio in Litteris Apoſtolicis proviſionis Eccleſiæ, in quibus dicitur -- *Pro quo Chariſſ. in Chriſto Filius Noſter N. Poloniæ Rex Illuſtris Nobis ſuper hoc per ſuas Litteras ſupplicavit* -- *Lemed. in Specim. jur. Eccleſ. tit. Notanda ſuper nominat. verſ. in Regno Poloniæ Rex ſupplicat, D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap.* 13. *num.* 106. & notanda ſunt, quæ tradit *Thomaſſin. tom. 2. lib. 1. cap. 45. num. 3. & lib. 2. cap. 38. num.* 13. Sed in proviſione Eccleſiæ *Luceorien.* expleta anno 1587. facta non fuit mentio de Supplicatione Regis, quia *Regnum vacabat*, ut in Actis Conſiſtorialibus ad diem 15. *Junii* 1587.

122 De Privilegio præſentandi ad Eccleſias Cathedrales, quod habent Reges Hiſpaniarum, late egimus in *Commentar. in Regul. I. §. 1. n.* 280. *& ſeqq.* ubi etiam ſi vacent *apud Sedem*, & DD. hac de re tractantes pleniſſime cumulavit, *Fraſſ. de Jurepatr. Indiar. tom. 1. cap. 5. n. 26. & ſeqq. D. de Sanctis in Examin. Conſiſtorial. cap. 13. num. 87. & ſeqq.*
Hic ſolum notandum, quod *Clemens VII.* revoca- 123
vit Privilegium præſentandi ad Cathedrales præfatas, quod Carolo V. Imperatori, & Hiſpaniarum Regi, ejuſque Succeſſoribus conceſſerat *Adrianus VI.* mandavitque hujuſmodi conceſſionis Bullam caſſari; quodque deinceps Eccleſiæ prædictæ expedirentur ad *Supplicationem*, ut ex Actis Conſiſtorialibus ad diem 3. *Aprilis* 1527. Sed rebus poſtea compoſitis, confirmatum fuit ab eodem *Clemente* Privilegium *Adriani*, & quatenus opus, de novo conceſſum, ut in iiſdem Actis ad diem 14. *Decembris* 1539.

De jure, quod habent Reges Luſitaniæ circa Ec-
cleſias Epiſcopales, agunt poſt *Navarr. Cabed. de* 124
Patron. Regiæ Coron. cap. 37. Pereyra de manu Regia, tom. Concord. 28. pag. 234. num. 76. Barboſ. in Cap. Cum Terra 14. num. 7. de Elect. & de jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 8. num. 82. & de Offic. & Poteſtat. Epiſcop. part. 1. tit. 1. cap. 3. num. 29. Roderic. a Cunha in Cau. Qui Epiſcopus 2. nu. 8. 23. diſtinct. & in Canon. Reatina 16. num. 1. & Cap. Cum longe. 25. num. 1. & ſeqq. 63. diſtinct. & in Hiſtor. Archiepiſcop. Bracharen. cap. 15. Antoninus Dian. part. 10. tract. 1. reſolut. 8. Michael. Rouſſel. in Hiſtor. Par. Jur. lib. 2. cap. 6. num. 26. quos refert *Franciſcus Ramos del Manzano in ſupplici libello porrecto ſa. me. Alexand. VII. propoſit. 1. num. 1. pag. mihi* 27. de quo *Fraſſ. de Jurepatron. Indiar. tom. 1. cap. 5. num. 25. Matta de Cauſ. Conſiſtorial. Sect. 17. num. 12. D. de Sanctis in Examin. Conſiſtorial. cap. 13. num.* 103. *Lemed. in Specim. jur. Eccleſ. tit. Notanda ſuper nomin. verſic. in Regno Luſitaniæ, Thomaſſin. tom. 2. lib. 1. cap. 45. ſub n. 2. & lib. 2. cap. 35. num. 6. 7. & 8.*

Competere Regi jus præſentandi ad Eccleſiam 125
Leyrien. & conſtare de jurepatronatus, reſolutum fuit a Congregatione Conſiſtoriali *die* 17. *Maii* 1669. necnon ad Eccleſiam *Elvenſem* reſolvit eadem Congregatio *diei* 25. *Aprilis* 1671. Quemadmodum non ambigitur habere Regem juſpræſentandi ad Patriarchalem Eccleſiam *Ulixbonen.* Regia vere munificentia a Sereniſſimo Rege *Joanne V.* feliciter regnante dotatam, ut ex Diplomate ſan. mem. *Clementis XI.*

Magna tamen ſuper aliis *Luſitaniæ*, *& Algar-* 126
biorum Eccleſiis fuit olim controverſia, an providendæ eſſent ad Regis præſentationem, vel nominationem; ſed deputata ſub *die* 12. *Novembris* 1670. Congregatione Particulari, cui interfuerunt Cardinales *Brancatius*, *Otthobonus*, *Alterius*, *Roſpilioſus*, & ex Prælatis *Borromæus*, *de Vecchis*, *Carpineus Datarius*, *Fagnanus*, *Alterius*, *de Rubeis*, *Subdatarius*, *& Abas Favoritus* Secretarius, reſolutum
fuit -- *In Proviſionibus Cathedralium Regni Luſita-* 127
niæ, & Algarbiorum, utendum eſſe verbo Supplicationis, *non autem præſentationis, vel nominationis.* Verum Reſolutioni præfatæ Regiis Miniſtris non acquieſcentibus, factum eſt, quod Eccleſiæ Cathedrales Luſitaniæ, & Algarbiorum, aliquando ad Regis ſupplicationem, & pluries ad illius præſentationem expeditæ fuerint. (*a*)

Reges

(*a*) Revocata iterum ad examen hujuſmodi controverſia de anno 1740. Et per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum feliciter regnantem BENEDICTUM XIV. deputata Congregatione Particulari nonnullorum S. R. E. Cardinalium, poſt maturum Judicium, perpenſiſque rationum momentis, quæ Regiis juribus favebant, SANCTITAS SUA decrevit. Proviſiones omnes Eccleſiarum Cathedralium Regnorum Luſitaniæ expediendas eſſe cum clauſula *ad Præſentationem illius Regis*, ut ex ſequenti Decreto.

„ In

128 Reges *Angliæ* uſurpaverant olim jus providendi Eccleſiis vacantibus, ut ex verſiculis illis -- *Nam Rex Anglorum jus uſurpaverat illud -- Uſque modo ut ſolus Paſtores ipſe crearet* -- quos ex *Guillelmo Brito* referunt *Gonzal. in cap. 4. ſub n. 3. de Offic. Ordinar. Charlas in Cauſ. Regal. explicat. §. 16. n. 11. pag. mihi 372.* plene *P. Chriſtian. Lup. tom. 3. Concil. diſſert. 3. cap. 2. pag. 267. & 324.* Subinde Angliæ Eccleſiæ providebantur ad Regis Supplicationem, juxta Regni conſuetudinem, ut apud *Raynald. tom. 21. part. 2. ad annum* 1554. *n. 5. 6. & 7.* ubi de Eccleſiarum proviſionibus a Cardinali *Palo* Legato Apoſtolico in dicto Regno factis, & a *Julio III.* confirmatis ad ſupplicationem Reginæ *Mariæ*, ut diximus ſupra *n.* 70. & rurſus ſub *Paulo IV.* apud eundem *Raynald.* ad annum 1555. *n.* 24. Quidquid *Pithou de Libert. Eccleſ. Gallican. art.* 68. *pag.* 209. aſſerat, Reges prædictos habuiſſe jus nominandi.

Refert idem *Auctor pag.* 210. controverſiam, quæ ſub *Leone X.* anno 1515. circa Epiſcopatum in
129 Regno Scotiæ vacantem evénit. Contulerat Pontifex Achiepiſcopatum *Sancti Andreæ*, abſque prævio Regis conſenſu; Cumque Archiepiſcopatus poſſeſſio impedita fuiſſet a Regiis Miniſtris, Papa Interdicto Regnum ſuppoſuit. Fuit ad Pontificem, tunc Bononiæ commorantem, miſſus Orator, qui Galliarum Rege coadjuvante, hæc pro Rege Scoto fundamenta deduxit. Primo conſuetudinem immemorabilem. Secundo praxim, quæ ſervabatur cum Rege Angliæ. Reſpondentibus vero Pontificiis Miniſtris, Reges Angliæ habere ſpeciale Indultum, quo *Scoti* carebant; & conſuetudinem uſque tunc ſervatam, proceſſiſſe ex mera Apoſtolicæ Sedis liberalitate, dictus Orator ſuum quoque Regem Privilegium habere dixit. Tempus itaque oſtendendi hoc Privilegium fuit illi impertitum, atque interim ſublatum Interdictum, & conventum, quod Privilegio non exhibito, Archiepiſcopatus proviſio ſuum ſortiretur effectum. Refert tamen *Rot. deciſ.* 84. *part. 2. cor. Veralli.* Indultum conceſſum per *Innocentium*, & *Leonem* Regibus Scotiæ, quod occurrentibus vacationibus Cathedralium Eccleſiarum, & Monaſteriorum illius Regni excedentium valorem 200. Florenorum, Romanus Pontifex pro tempore exiſtens, ad providendum Eccleſiis, & Monaſteriis præfatis, ad minus per octo Menſes poſt vacationem ſuperſedere, ac Regis pro tempore exiſtentis interim Litteras, & humiles Supplicationes, durante dicto tempore octo Menſium expectare debeat, ut illis intellectis, ſalubrius per Sedem Apoſtolicam ad Proviſiones ipſas procedi poſſit.

In *Hybernia* antiquitus Eccleſiæ providebantur 130
ad Supplicationem; ſed ſub *Innocentio XI.* fuerunt propoſitæ ad *Regis Jacobi* nominationem.

Regula igitur ſecunda reſervat liberæ Pontificis diſpoſitioni Cathedrales, & Metropolitanas, exceptis iis, in quibus Reges, & Principes habent 131
jus præſentandi ratione Juriſpatronatus, vel Juris nominandi, vel ſupplicandi ex Privilegiis, & Indultis particularibus, quibus per hanc Regulam non derogatur; nam licet Eccleſiæ ſint reſervatæ, & Papa eas conferat uti reſervatas, confert tamen prævia Regum præſentatione, ſeu nominatione, aut ſupplicatione, *Sot. ad Regul.* 40. *Thomaſſin. tom. 2. lib. 1. cap. 45. num. 9. verſ. Hac ſumma, Caſtropal. Oper. moral. tom. 2. tract. 13. diſputat. 2. punct. 18. num. 2. Garcias de Benefic. part. 5. cap. 1. numer. 219. & 220. Ventrigl. part. 2. annot. 2. §. 2. num.* 18. & alii initio Regulæ allegati. De 132
quo jure Patronatus Regum late agunt *Garcias loco citat. à num.* 114. *Borrell. de præſt. Regis Catholici cap.* 50. erudite *Salcedo de Lege Politic. lib. 2. cap. 11. per tot. Cartiad. tom. 5. deciſ.* 253. *Pithou. in Commentar. ſuper libert. Eccleſ. Gallic. art. 68. pag. 205. & ſeqq. Fermoſin in Cap. Cum Eccleſia Sutrina quæſt. 3. de Cauſis poſſeſſ. & propriet.* aliique plena manu congeſti à *Franciſco Ramos del Manzano in Supplic. Libell. ad Alex. VII. propoſit. 1. n. 1. pag. mihi* 27.

Hoc unum ſupereſt adnotandum, quod Privilegia nominandi ad Cathedrales Eccleſias a Pontificibus 133
conceſſa, poſſunt a Succeſſoribus revocari, quia non habent vim pacti, & Concordatorum, ſed proceſſerunt ex mera Pontificum liberalitate; nec credendum, quod Concedentes ſibi, ſuiſque Succeſſoribus manus ligare voluerint; ut reſolutum fuit in Congregatione particulari, de qua ſupra n. 49. mentionem fecimus, & tradunt *Pithou. in Hiſtor. Pragmatic. & Concordat. pag. mihi 140. poſt Tract. de Libert. Eccleſ. Gallican.* & conferunt tradita per *Thomaſſin. de Benefic. tom. 1. lib. 1. cap. 13. n. 13. Schiar. in additam. ad Theologiam Bellicam tom. 3. §. 4. pag. mihi 60. & ſeqq.* Nec deſunt exempla, nam Clemens VII. Privilegium ab Adriano VI. Carolo V. Imperatori, & Hiſpaniarum Regi, ejuſque Succeſſoribus conceſſum præſentandi ad omnes Cathedrales in dictis Regnis exiſtentes, revocavit, ut diximus ſupra *num.* 123. & S. Pius V. quæ Indulta nominandi a Pio IV. Ducibus Mantuæ, & Lotharingiæ, Regique Luſitaniæ conceſſa fuerant, penitus revocavit, ut plene apud *Laderchium in Annal. tom. 22. pag. 99. & ſequen. & pag. 314. & ſeqq.* & diximus ſupra n. 33.

„ In Congregatione Particulari habita infraſcripta die coram Sanctiſſimo ſuper proviſionibus Eccleſiarum Cathedra-
„ lium Regnorum Luſitaniæ, cui Congregationi interfuerunt Eminentiſſimi Domini Cardinales *Sancti Clementis*, *Pi-*
„ *cus*, *Petra*, *Firrao*, *de Gentilibus*, *Paſſari*, *Aldrovandus*, *Paſſioneus*, *Valenti*, & *Corſinus*, SANCTITAS SUA
„ decrevit -- *Proviſiones omnium dictarum Eccleſiarum in proximis, & futuris Conſiſtoriis proponendarum expediendas eſſe*
„ *cum clauſula* -- Ad præſentationem illius Regis -- *& ita imposterum ſervari mandavit. Datum Romæ* 12. *Decembris*
„ 1740.

In hac ſane Cathedralium Eccleſiarum ad Sereniſſimi Regis Luſitaniæ, & Algarbiorum Præſentationem imposterum conferendarum controverſia mutuo compoſita, quemadmodum & in aliis Regnorum Luſitaniæ, & Algarbiorum rebus arduis, jamdudum diſſidiis involutis facillime expediendis, & unanimi conſenſione ſtabiliendis, ſumma dexteritate ſe geſſit *Emmanuel Pereyra de Sampayo*, Frater Militiæ Jeſu Chriſti Commendatarius, primum ab agendis Regiis negociis, nunc Regius apud Sanctam Sedem Adminiſter: quo munere digne fungitur.

Digitized by Google

§. II.

De Reſervatione Monaſteriorum Virorum valorem annuum 200. florenorum auri excedentium.

ARGUMENTUM.

Agitur de reſervatione Monaſteriorum excedentium valorem florenorum 200. quæ dicuntur Conſiſtorialia. De origine, & valore floreni. Poſſunt hujuſmodi Monaſteria provideri extra Conſiſtorium; & quæ differentiæ inter unum, & alterum providendi modum. Reſervatio locum ſibi vindicat etiamſi Monaſteria in libris Cameræ non ſint taxata in florenis 66$\frac{2}{3}$. Examinatur elegans quæſtio, an Regula comprehendat etiam Monaſteria electiva, quæque numquam ſolita fuerint commendari? & hac occaſione exponuntur origo, Cauſæ, & rationes reſervationis Monaſteriorum. Indulta Cardinalium non capiunt Beneficia Conſiſtorialia. Regula non comprehendit Monaſteria Germaniæ, in quibus viget in vim Concordatorum jus electionis; tenentur tamen Electi petere confirmationem a Sede Apoſtolica, ſi Monaſteria ſint eidem immediate ſubjecta. De Jure quo gaudet Rex Chriſtianiſſimus nominandi ad Monaſteria in ſuis Ditionibus ſita, ſive vigore Concordatorum, ſive Apoſtolicorum Indultorum. Rex Hiſpaniarum gaudet ex Privilegio Apoſtolico jure nominandi ad omnia Monaſteria, quæ de tempore conceſſionis Privilegii erant Conſiſtorialia; ſub eo tamen non comprehenduntur Abatiæ Triennales; & de confirmatione Concordiæ per quam Rex poteſt nominare quolibet triennio Abatem Monaſterii de Bellipodio ex tribus Monachis ſibi proponendis. Monaſteria in Belgio ſita, quomodo ad Principis nominationem provideantur; & de jure nominandi, quod Duci Sabaudiæ competit ad Monaſteria in Ditionibus ſibi ſubjectis exiſtentia. Recenſentur Controverſiæ inter Sedem Apoſtolicam, & Reges Poloniæ circa proviſiones Abatiarum illius Regni, & Litteræ Apoſtolicæ confirmationis Concordiæ ſub Clemente XII. poſtea initæ. Monaſteria Monialium non ſubjacent Reſervationi Regulæ; & an Rex Chriſtianiſſimus jus habeat ad dicta Monaſteria nominandi, ſive vigore Concordatorum, ſive Apoſtolicorum Indultorum?

SUMMARIUM.

1 *Monaſteria excedentia valorem* 200. *florenorum, ſunt reſervata.* & n. 6.

2 *Origo, progreſſus, & rationes Reſervationis Monaſteriorum, & Eccleſiarum Epiſcopalium.* & n. 3. 36. 37. 38. 39. & 40.

4 *De Monaſteriis præfatis Papa Conſiſtorialiter providet.* & n. 9.

5 *Æquiparantur Eeeleſiis Epiſcopalibus.*

7 *Floreni valor qualis?*

8 *Florenus a quibus, & quo tempore originem habuit,* Remiſſive.

10 *Aſſerenti Monaſterium non conſueviſſe Conſiſtorialiter provideri, onus incumbit id concludenter probandi.*

11 *Monaſteria Conſiſtorialia, etſi extra Conſiſtorium, & per Datariam provideantur, nihilominus pro Conſiſtorialibus habentur.* & num. 12. 17. & 111.

13 *Et probatur eſſe Monaſterium Conſiſtoriale ex eo ſolum, quod ſit taxatum in libris Cameræ.* & n. 110.

14 *Regulæ* de Annali, de Infirmis, & de Publicandis *non habent locum in proviſionibus Monaſteriorum, quæ fiunt Conſiſtorialiter, ſecus ſi ita non expleantur.*

15 *Monaſterium ut dicatur Conſiſtoriale, non eſt neceſſe, quod in libris Cameræ ſit taxatum in florenis* 66.$\frac{2}{3}$ *ſed ſufficit, quod communi æſtimatione valeat florenos* 200. & n. 17.

16 *Et Regula generaliter loquitur de omnibus Monaſteriis, etiam quod non ſint taxata in libris Cameræ.*

18 *Locum ſolum habet in Monaſteriis, quæ Conventu carent, vel ſi Conventum habent, ſolita ſint commendari.*

19 *Contrarium, quod Regula comprehendat etiam Monaſteria Conventum habentia, & electiva, quamvis ſolita non fuerint commendari, dummodo in titulum perpetuum conferantur,* & n. 93.

Maxime quia utitur dictione univerſali omnia n. 22. & 27.

20 *Monaſteriorum appellatione, juxta Cancellariæ ſtylum, veniunt ſolum Monaſteria Conventum habentia, & ſic Electiva.*

21 *Et quando Conventum non habent, exprimi ſolet,* Monaſterium, quod Conventu caret.

23 *Reges Chriſtianiſſimus, & Catholicus nominant, & reſpective præſentant etiam ad Monaſteria, quæ actu Conventum habent, & in titulum perpetuum conferuntur.* & n. 24.

Intellige ut in n. 26. 27. & 28.

29 *Monaſteria electiva apud Sedem vacantia, quamvis ſint reſervata vigore* Extravag. Ad regimen, *in ea tamen nulla ſit mentio de qualitate electiva.*

30 *Regula ſecunda reſervans Epiſcopatus & Monaſteria, ſive* in Curia, *ſive extra eam vacantia, eſt ampliativa* Extravag. Ad regimen, *ea ſolum reſervantis, dum vacant* apud Sedem.

Et ideo Regula nou eſt ſuperflua. n. 31.

32 *Conſtitutio ad extenſionem, & ampliationem alterius emanata, intelligenda eſt juxta terminos diſpoſitionis declarata, & extenſa.*

33 *Regula non afficit Monaſteria de Jurepatronatus laicorum. Et redditur ratio.*

34 *In Eccleſiis Monaſterialibus, & Conventualibus* non

non acquiritur a Fundatoribus laicis, etſi Regibus, jus eligendi Abatem, niſi adſit Privilegium Apoſtol. in limine ſundationis.

35 *Et eo ſecluſo, Monaſteria præfata ſi valorem annuum* 200. *florenorum excedunt, cadunt ſub reſervatione Regulæ.*

41 *Rationes ob quas Capitulis ſublatæ fuerunt electiones Epiſcoporum, demonſtrant fuiſſe etiam ſublatas Monachis electiones Abatum.* & n. 45. & 54.

42 *Ex conatu adhibito in Conciliabulo Baſileenſi quod Monachis reſtituerentur Electiones, reſultat, quod Monaſteria electiva erant reſervata.*

43 *Idque etiam ſuadetur ex Concordatis Germaniæ, in quibus ſpeciali pacto reſtitutæ fuerunt electiones ad Abatias.*

44 *Indulta a Sede Apoſtolica conceſſa Principibus laicis præſentandi, nominandi, vel ſupplicandi ad Abatias electivas, argumentum præſeferunt earum Reſervationis.*

46 *Monaſteria Conventu carentia ſpectant ad Papæ diſpoſitionem alias quam ex reſervatione Regulæ.*

47 *Electio Epiſcoporum Capitulis ex Privilegio, Abatum vero Monachis jure nativo competebat.*

48 *Contrarium, quod ab origine Abates, aut nominabantur a fundatoribus, aut eligebantur ab Epiſcopis*, & n. 49.

50 *Et ſucceſſivis temporibus jus eos eligendi Monachis competere capit ex Privilegio Pontificum.* n. 52.

Sed Privilegium iſtud in jus commune poſtea tranſivit. n. 53.

51 *Verbum* Volumus *eſt novi juris inductivum.*

55 *Jus confirmandi Abates Religioſorum Ordinum, qui ſunt a Juriſdictione Epiſcoporum exemti, ſpectat ad Papam de jure communi, non vigore Regulæ ſecundæ.*

56 *Reſervatio definitur, quod ſit Beneficii vacaturi per Papam ad ſe facta avocatio.*

58 *Dataria, & Cancellaria non approbant, nec de ſtylo confirmant Electiones, niſi in tribus caſibus*, Concordati *nempe*, Conſuetudinis immemorabilis, & Privilegii. & n. 57.

59 *Et refertur ſuper hoc notabile Cancellariæ.*

60 *Lotharingia non comprehenditur ſub Concordatis Germaniæ*, & n. 66.

Nec in ea unquam viguit immemorabilis conſuetudo eligendi ad Abatias, de quibus ſemper Papa diſpoſuit, vel in titulum, vel in Commendam. n. 64.

61 *Privilegium eligendi debet eſſe expreſſum, & individuum, cum ſpeciali derogatione Reſervationibus contentis in Regulis Cancellariæ.*

62 *Regula XV. derogat Privilegiis, & Indultis eligendi ad Beneficia reſervata.*

63 *Amplia, etiamſi conceſſa fuerint Collegiis, & Univerſitatibus.*

65 *Regulis, ſeu Conſtitutionibus Apoſtolicis melior interpretatio dari non poteſt ea, quæ ex facto Pontificis reſultat.*

67 *In Regulæ II. reſervatione antiquitus apponebatur clauſula*, quoties Pontifex ea uti voluerit.

68 *Et aliquando Pontifices ea uſi non ſunt reſervatione, ſed confirmarunt electiones expletas a Capitulis.*

69 *Ex hoc tamen nil reſervationi Regulæ detrahebatur.*

70 *Pontifex poteſt ad libitum ſuæ voluntatis uti, vel non, reſervatione.*

71 *Sed ſtante reſervatione certo generi Beneficiorum infixa, ſi Papa ea uti nolit, debet id ſpecialiter exprimere, & facere declarationem negativam, quod nolit ea uti.*

72 *Ad differentiam caſus, quando aderat in Regula II. clauſula*, quoties tamen ea uti voluerit, *nam tunc Epiſcopatus, vel Abatia non cenſebatur reſervata, niſi Papa feciſſet declarationem affirmativam, quod volebat reſervatione uti.*

73 *Reſervatio Regulæ II. antiquitus erat ſpecialis, hodie eſt generalis.*

74 *Reprobatur* Mandoſius *exiſtimans, clauſulam præfatam* quoties &c. *nihil operari.*

76 *Tempore antiquo, ſtante dicta clauſula, poterant Capitulum, vel Monachi eligere, ſi Eccleſia, vel Monaſterium vacaſſet Sede Apoſtolica vacante, vel ſi ante eorum proviſionem Papa obiiſſet.*

77 *In Regulis Cancellariæ nec verbum quidem ſuperfluum reperitur.*

78 *Derogatio Statutis Monaſterii, & Regulis Ordinis, ejuſque Privilegiis a Papa facta in illius Commenda, non tollit jus Sedis Apoſtolicæ competens ex Reſervatione Regulæ II.*

79 *Minuſque eamdem tollit reſervationem Decretum revertendi in Titulum. Et redditur ratio.*

80 *Canonici Regulares Præmonſtratenſes gaudent ſpeciali Privilegio eligendi Abates, cum derogatione futuris Regulis Cancellariæ.*

81 *Litteræ Apoſtolicæ expeditæ per præoccupationem, nempe cum manifeſto errore, remitti debent juxta Regulam XXVII. ad Cancellariam pro correctione.*

82 *Summariolum Supplicationis magis attendi debet, quam corpus ipſum Supplicationis.*

83 *Ex Conſtitutione* 270. *Urbani VIII. expreſſiones Juribus S. Sedis præjudiciales, ab Officialibus in Eccleſiarum expeditionibus inadvertenter admiſſæ, ei non præjudicant, etiamſi in ultimo ſtatu ſint fundatæ.*

84 *Dataria nihil firmat in ſui præjudicium, non data poſitiva ſcientia, & patientia Papæ.*

85 *Abatiæ in Belgio exiſtentes ſpectant partim ad nominationem Regis Catholici, partim Regis Chriſtianiſſimi.*

86 *Data diſcrepantia inter Bullas, & Cedulam Conſiſtorialem, hæc potius attenditur, quam illæ.*

87 *Et magis attenditur Supplicatio tanquam matrix, quam ipſæ Bullæ.*

88 *Concordata Germaniæ vigent in Diœceſi Cameracenſi.*

89 *Monaſterium* Lobbienſe *eſt ſitum in Patria Leodienſi.*

90 *Regula non comprehendit Abatias Triennales, ne proviſus a Papa ab inferiore removeatur.*

91 *Et quoad Abatias Electivas, Regula ſolum locum habere poteſt in* Lotharingia.

92 *Monaſteria electiva regulariter Pontifices commendare non ſolent; & Congregatio Conſiſtorialis pluries in Polonia inſtantias pro Commendis rejecit.*

94 *Commenda non mutat ſtatum Beneficii.*

95 *Solitum commendandi ex duobus tantum actibus elicitur.*

96 *Monaſteria ut dicantur Conſiſtorialia, neceſſe eſt, quod conferantur in titulum perpetui Beneficii.*

97 *Indulta Cardinalium non comprehendunt Beneficia Conſiſtorialia, ac indefinite deſcripta, & taxata in libris Cameræ, quamvis taxa ſit mi-*

nor ea, quæ facit Beneficium Conſiſtoriale.

98 *Regula non comprehendit Monaſteria Germaniæ, in quibus vigore Concordatorum viget jus eligendi Abates.*

99 *Electi tamen tenentur petere confirmationem a Sede Apoſtolica, ſi Monaſteria ſint eidem immediate ſubjecta, & ab Ordinariis, ſi illis ſubjaceant, & non ſint deſcripta in libris Cameræ.* & n. 104.

100 *Si contingat Monaſteria Epiſcopis ſubjecta in Congregationem erigi a Sede Apoſtolica, ſolet eis præſervari jus confirmandi Abates.*

101 *Monaſteria omnia Ordinis Ciſtercienſis ſunt exemta a juriſdictione Epiſcoporum, & Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecta,* & num. 116. & 119.

Proindeque electi in Abates, confirmationem petere debent a Sede Apoſtolica, & taxam perſolvere.

102 *Abas Generalis Ordinis Ciſtercienſis privilegio gaudet Apoſtolico non petendi a S. Sede confirmationem ſuæ Electionis.*

Hujuſmodi Privilegium non ſuffragatur Abatibus particularibus ejuſdem Ordinis, ibidem, & n. 106.

103 *Privilegium ſtrictam recipit interpretationem, nec extenditur de Perſona ad Perſonam. Maxime ſi non eadem concurrat ratio.* ibid.

105 *Ex Conſtitutione Pii IV. confirmari debent Electiones ad quæcunque Monaſteria, ſive immediate Sedi Apoſtolicæ ſubjecta, ſive non.*

107 *Conſuetudo eſt altera lex, & vim legis obtinet.*

108 *Dictio* vel *aliquando ſtat copulative.*

109 *Monaſterium* Altaripanum *Ordinis Ciſtercienſis, eſt in libris Cameræ taxatum uſque a tempore Joannis XXII.* & n. 115.

112 *Conſuetudo ex unico actu in contrarium deſtruitur.*

113 *Verba* — Nulli ergo omnino hominum liceat &c. *vim obtinent Decreti irritantis.*

114 *Decretum irritans nedum tollit conſuetudinem in præteritum, ſed novæ conſuetudinis introductionem impedit.*

117 *Abates inferiores exemti a juriſdictione Epiſcopi, poſſunt ex Privilegio Apoſtolico ab Abate Generali confirmari.*

120 *Monachi de jure communi ſubſunt Abati in concernentibus ſolum diſciplinam Regularem, ſed in reliquis ſubjecti ſunt Epiſcopis.*

121 *Ceſſiones Monaſteriorum, quæ ſunt Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecta, fieri non poſſunt niſi in manibus Pontificis.*

122 *In Gallia Rex jus habet ex Concordatis nominandi ad omnia Monaſteria, & Abatias. Dummodo Abatiæ non ſint ſemporales.* n. 137.

Excipiuntur Monaſteria, & Prioratus, quorum Capitula gaudent Privilegio Apoſtolico eligendi proprium Prælatum.

Sed an hujuſmodi exceptio hodie ſervetur? ibid.

123 *Excipiuntur itidem in Concordatis Monaſteria, quæ non ſunt vere electiva, quia nempe in Abatum electione non ſervatur forma* Cap. Quia propter, de Elect.

124 *Sed ex antiqua conſuetudine Rex nominat etiam ad Monaſteria non electiva.*

Et quomodo hujuſmodi nominatio concipiatur? ibid.

125 *Prioratus Conventuales electivi ſpectant ad Regis nominationem.*

126 *Secus autem non electivi, quorum collatio fit per eos, ad quos de jure ſpectat.*

127 *Et quandoque etiam a Papa jure præventionis.*

128 *Gaudet Rex Galliarum Indultis Apoſtolicis nominandi ad Monaſteria Conſiſtorialia ſita in Britania, & Provincia Provinciæ, quæ ſunt Regiones ſub Concordatis non comprehenſæ.*

129 *Enumerantur Indulta a diverſis Pontificibus Regibus Chriſtianiſſimis conceſſa, nominandi ad Monaſteria exiſtentia in Diœceſibus Meten. Tullen. & Virdunen. In Comitatu Ruſſinonis, Confluentiæ, & Cerdanæ, nec non in Ditione Belgica eiſdem Regibus ſubjecta, & in Burgundia.* & n. 130. (a)

134 *Rex Catholicus ex Privilegio Adriani VI. jus habet præſentandi ad omnia Monaſteria Conſiſtorialia Hiſpaniarum, extra Curiam vacantia.*

Et ex Indulto Pauli III. etiam ad vacantia apud Sedem.

135 *Debet tamen Conſiſtorialitas probari de tempore conceſſi Privilegii.*

136 *Abatiæ Triennales ſub dicto Privilegio non ſunt comprehenſæ.* & n. 141.

138 *Confirmatur Concordia, in qua tribuitur Regi Catholico jus eligendi in Abatia de Bellipodio Canonicor. Præmonſtratenſium Urgellen. Diœc. Abatem triennalem ex tribus Monachis a Conventu ſibi proponendis.* & n. 143.

139 *Improba eſt conſuetudo, quod in electione Prælati Conventus duas, aut plures exprimat Perſonas arbitrio Patriarchæ, vel Principis, qui poſtea unam ex nominatis eligat.*

140 *Denegata fuit Gubernatori Inſularum Philippinarum facultas eligendi unum ex tribus, ab Archiepiſcopo Manilæ nominandis, qui Eccleſias Cathedrales pro tempore vacantes adminiſtraret.*

142 *Conſiſtorialitas Monaſterii excluditur ex eo, quod Abas electus non a Papa, ſed a Generali Ordinis confirmetur.*

144 *Jus nominandi ad Abatias in Belgio quomodo Regibus Hiſpaniarum competat.* & n. 145.

146 *In Polonia an Monaſteria ſpectent ad Regis nominationem? Recenſetur tota ſeries diſſentionum, quæ inter Sedem Apoſtolicam, & Reges hac de cauſa emerſerunt.* (b)

147 *Sabaudiæ Duces quale jus habeant circa Monaſteria in eorum Ditionibus ſita?*

148 *De taxa Abatiarum Conſiſtorialium, & de libro, in quo ea continetur.*

Et ſecundum taxam hujus libri regulatur valor Beneficiorum Conſiſtorialium. ibid.

149 *Monaſteria Monialium non ſubjacent reſervationi Regulæ ſecundæ.*

150 *De Monaſteriis Monialium, quæ Abatiſſam ad vitam eligunt, quomodo Sedes Apoſtolica diſponere conſuevit?*

151 *Regi Chriſtianiſſimo an competat jus nominandi ad Monaſteria Monialium ſive vigore Concordatorum, ſive Indultorum Apoſtolicorum?* & num. 152. 153. 154. & 156.

155 *Monaſteria, quæ per Abates Triennales reguntur, vel quæ ſunt Ordinis S. Franciſci, non cadunt ſub Regia nominatione.*

157 *De*

(a) *Indulſit pariter ſan. mem. Clemens XII. Galliarum Regibus, ut nominare poſſint ad Monaſteria exiſtentia in Provinciis Lotharingiæ, & Barii.*

(b) *Et de Concordia inita inter ſan. mem. Clementem XII, & Regem, Rempublicamque Polonorum ſuper Abatiis Regni.*

157 *De Monaſteriis gubernari ſolitis per Abatiſſas perpetuas; Sedes Apoſtolica diſponit ſævore Perſonarum, quæ ſunt Regi gratæ & acceptæ, ſed in Litteris Apoſtolicis nulla fit mentio de Regis nominatione.*

1 REServantur in hac ſecunda parte Regulæ II.
Monaſteriis Virorum excedentia valorem 200.
florenorum; Cum enim pleraque Monaſteria fue-
2 rint deſtituta Conventu, & quamplurima in laxio-
rem obſervantiam defluxerint; hinc ea, quæ Con-
ventu carebant, cæperunt reſervari, cum provide-
ri nequiviſſent per electionem; quæ vero Conven-
tum retinebant, cæperunt commendari primum e-
tiam Secularibus, atque ita ratione Commendæ ſub-
jici reſervationibus, *Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæſt. 26. n. 38. Ventrigl. in Prax. tom. 2. annot. 2. §. 2. n. 19. Rota decif. 1498. n. 2. & 7. cor. Seraphin. & decif. 2245. n. 19. cor. Coccin.* Deindeque con-
3 ſueverunt ſpecialiter reſervari ob eaſdam Cauſas, ob
quas Pontifices Eccleſias Epiſcopales liberæ eorum
diſpoſitioni ſpecialiter reſervaverant, excutiendi
ſcilicet Monaſteria a jugo poteſtatis ſecularis, evi-
tandi diſcordias, & tollendi Simonias, quæ in e-
lectionibus Abatum committebantur, ut late dice-
mus infra *n. 36. & ſeqq.*

Et Monaſteria per hanc Regulam reſervata, di-
cuntur Monaſteria Conſiſtorialia, quia de eis Papa
4 Conſiſtorialiter providet per viam Schedulæ, *Mandoſ. hic Quæſt. 3. num. 3. Tamburin. de Jur. Abat. tom. 1. diſput. 5. quæſt. 2. verſ. Et talia, Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 51. num. 50.* ubi quod de his tantum
Regula intelligitur, *Tondut. Quæſt. Benefic. part. 2. cap. 3. §. 3. num. 5.* Nam quemadmodum de
Eccleſiis Cathedralibus, ita de his Monaſteriis, &
Abatiis Papa Conſiſtorialiter providet, quia æquipa-
rantur Cathedralibus propter quamdam adminiſtra-
5 tionem, quam habere videntur, ſtante pinguedine
fructuum, *Lap. allegat. 84. n. 11. verſ. Et de illis, Fragroſ. de Regim. Reipubl. Chriſtian. tom. 2. lib. 3. diſputat. 9. §. 3. n. 77.* ubi quod requiritur Proceſ-
ſus, & omnia alia, quæ requiruntur in promotio-
ne ad Epiſcopatum, *Card. de Luc. de Benefic. diſcurſ. 4. n. 2. in fin. Cortiad. decif. 253. n. 26. tom. 5. Rota decif. 2245. n. 20. cor. Coccin. & decif. 26. n. 10. & 11. cor. Molines.*

Non tamen omnia Monaſteria hic reſervantur,
nec omnia Conſiſtorialiter providentur, ſed ea dum-
6 taxat, in quibus annuus valor aſcendit ad florenos
200. *Lotter. dict. quæſt. 26. n. 42. Camerat. Reſponſ. decif. 11. n. 28.* Florenus vero importat unum Du-
7 catum auri de Camera, qui conſtituitur ex uno ſcu-
to auri in auro, & in uno Julio argenteo; hodieque
valor *ſcuti aurei* aſcendit ad Julios ſexdecim cum
dimidio, ut ex Edicto, ſeu Notificatione edita juſſu
fel. mem. Clementis XI. anno 1710. de qua in Com-
8 mentar. in *Regul. XXV. de Monetis*; ubi etiam de va-
lore Floreni.

Igitur Monaſteria hunc valorem 200. florenorum
excedentia, ſunt reſervata, & Conſiſtorialiter ſunt
9 providenda, ut fuit conſtitutum in *Concilio Lateranenſi ſeſſ. 24. Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæſt. 26. num. 46. Rot. decif. 540. num. 4. & decif. 661. n. 3. part. 3. diverſ.* ubi firmatur, aſſerenti non conſue-
10 viſſe Conſiſtorialiter provideri, incumbere onus id
probandi, *Pariſ. de Reſignat. lib. 2. quæſt. 2. num. 9.* & explicat *Coccin. dec. 1139. n. 2. & ſeqq.* Quam-
vis & in hoc non ſit coarctata Papæ poteſtas, quin
11 poſſit extra Conſiſtorium, & per Datariam, ut ſæ-
pe ſervatur, paucis exceptis, ea providere, & Pro-
viſio ſuum ſortitur effectum, addita clauſula, quod
valeat *perinde, ac ſi Conſiſtorialiter facta fuiſſet,* &

nunc ponitur altera, *etiamſi de illo Conſiſtorialiter diſponi conſuevit, ſeu debeat: Ita Sot. ad Regul. 2. n. 2. verſ. Sed ſi ſine Conſiſtorio, Lotter. d. quæſt. 26. num. 42. & ſeqq. Pariſ. dict. lib. 2. quæſt. 2. & lib. 8. quæſt. 6. utrobique in fine, Spad. conſ. 134. num. 12. & ſeqq. lib. 1. Ventrigl. in Prax. part. 2. annot. 2. §. 2. num. 19. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 6. cap. 4. numer. 51. & ſeqq. Fragoſ. de Regimin. Republica Chriſtian. tom. 2. lib. 3. diſput. 9. §. 3. num. 77. Card. de Luc. de Benefic. diſc. 4. ſub n. 5. Rot. decif. 791. num. 2. part. 3. Recent.* ubi quod Congregatio Con- 12
ſiſtorialis de anno 1591. decrevit, quod Monaſte-
ria habentur pro Conſiſtorialibus, etiam ſi extra
Conſiſtorium per Signaturam manu Papæ expedian-
tur, & *coram Coccin. decif. 1023. num. 4. & ſeqq.*
ubi quod Beneficium probatur eſſe Conſiſtoriale,
vel ex eo, quod conſtat taxatum eſſe in libris Ca-
meræ, vel ex eo, quod conſuevit Conſiſtorialiter
provideri, & ſufficere, quod reperiatur deſcriptum 13
in libris Cameræ, cum nulla Conſtitutione cavea-
tur, quod proviſio fieri debeat Conſiſtorialiter, &
iterum *dec. 1139. num. 2. 3. & 6.* Id quod etiam
tradunt *Pariſ. dict. lib. 2. quæſt. 2. num. 10. Amydæ. de ſtyl. Datar. cap. 18. §. 2. num. 21. Spad. & Fragoſ. locis mox citat. Camerat. Reſponſ. decif. 11. n. 24. & 25.* late *Cortiad. decif. 253. num. 31. & ſeqq. tom. 5. Rot. decif. 626. num. 4. & 5. coram Molines, & in Nullius; ſeu Senonen. Abatia 12. Januarii 1725. §. Ea ſane, in fine, & 8. Aprilis 1726. §. Sed fortius, coram R. P. D. Cerro,* ubi, quod Abatiæ in
libris Cameræ taxatæ, ſemper reputantur Conſi-
ſtoriales, ſive in Conſiſtorio, ſive extra expedian-
tur.

Ea tamen inter unam, & alteram proviſionem
intercedit differentia, quod ſi proviſio fiat Conſi- 14
ſtorialiter, inducitur præſumtio cognitionis Cauſæ,
unde non habent locum Regulæ *de Annali, de Infirmis, & de Publicandis &c.* At quando Mo-
naſterii proviſio non fit Conſiſtorialiter, tunc atten-
ditur veritas, & tali caſu locum ſibi vindicant Re-
gulæ prædictæ, ut bene explicant *Lotter. de re Beneficiar. dicta quæſt. 26. num. 57. & ſeqq. Pariſ. dict. lib. 2. quæſt. 2. num. 7. Corrad. in Prax. Benefic. dict. lib. 6. cap. 4. num. 53. & 54. Rot. dec. 1023. n. 7. cor. Coccin.* & plene *in d. Nullius ſeu Senonen. Abatia 23. Jan. 1722. §. Atque hinc, & 15. Maii ejuſdem anni §. Nulla pariter, cor. bo. me. Cerro.*

Rurſus licet Regula reſervet Monaſteria annui
fructus 200. florenorum, tamen non eſt neceſſe,
quod ſint taxata in libris Cameræ in florenis 66⅔, 15
quæ ter ducta, conſtituunt dictam ſumm. florenor.
200. ſed exuberat, quod communi æſtimatione va-
leant flor. 200. licet in majori, vel minori quantita-
te reperiantur in libris Cameræ taxata, ut anno
1591. reſolvit Sac. Congregatio Conſiſtorialis, &
tradunt *Sot. ad hanc Regul. n. 4. Lotter. lib. 1. quæſt. 26. n. 52. Camerat. Reſponſ. decif. 11. n. 49. Corrad. in Prax. Beneficiar. lib. 6. cap. 4. n. 51. Cortiad. decif. 253. num. 36. & ſeqq. & n. 42. & ſeqq. Cardinal. de Luc. de Benefic. diſc. 4. n. 4. & 5. Coccin. decif. 1023. num. 10. & ſeqq.* ubi quod Regula generali-
ter loquitur de omnibus Monaſteriis, etiam quod 16
non ſint taxata in libris Cameræ, quia cum *Urbanus IV.* ediderit Regulam de valore, non eſt am-
plius opus dicta taxatione, & *decif. 1139. n. 4. & 5.*
repetita poſt *Tamburin. de Jur. Abat. decif. 15. & 16.*

Et in actis Conſiſtorialibus ad diem 7. Aprilis
1625. hæc habentur. *Dum Summus Pontifex ad audientiam excepit Cardinales, Reverendiſſ. DD. de Monte, Gymnaſius, Pius Capita Ordinum, Vice-Cancellarius, & Camerarius, una in Cubiculum*

Pontificum prope Aulam Conſiſtorii ſeceſſerunt, qui
habita notitia de collatione facta ab Epiſcopo Caje-
tano de Monaſterio Sancti Martini Aquæ mundæ
Ordinis S. Benedicti Cajetan. Diœceſis, taxato in li-
bris Cameræ ad florenos 33.⅓ uti de ſimplici Beneficio:
inhærentes Decreto alias edito a Congregatione ſu-
per Rebus Conſiſtorialibus de anno 1591. ubi dice-
17 *batur -- Omnia Monaſteria deſcripta in Libris taxa-*
rum Cameræ Apoſtolicæ, etiamſi ſummam floreno-
rum 33. non excedant, nec in Conſiſtorio proponan-
tur, eſſe vero Conſiſtorialia, & Sedi Apoſtolicæ re-
ſervata -- imperantur R. P. D. Ulpiano Vulpio Bre-
vium Secretario, dubitanti an hujuſmodi Monaſte-
rium eſſet Conſiſtoriale, cum non aſcenderet ad ſum-
mam ducatorum 200. juxta Regulam ſecundam Can-
cellariæ, etiam de mandato Sanctiſſimi, ut ſine diffi-
cultate traderet Breve de capienda poſſeſſione D. Hie-
ronymo Lanfranco, qui illud Monaſterium, uti Conſi-
ſtoriale impetraverat. Dicta Regula Cancellariæ non
excludit Monaſteria in dictis Libris deſcripta, ut ex
deciſione Rotæ in Cauſa Palentina de Benevivero
1617. cor. R. P. D. Coccino.

An autem hæc Regula locum habeat indiſtincte
in omnibus Monaſteriis? in diſputationem alias fuit
deductum. Et quidem non procedere niſi in iis,
18 quæ Conventu carent, vel ſi Conventum habeant,
ſolita fuerint commendari, ſuadere videtur tum com-
munis ſtylus, cum ratio; quia Regula in hac ſecun-
da parte eſt contra Jura, & eſt deſtructiva multorum
Canonum, & ideo quantum fieri poteſt reſtringen-
da, *Mandoſ. ad hanc Reg. quæſt. 3. n. 3. Kochier*
ibidem num. 20. Germon. de Indult. Cardinal. §. Re-
gularia, n. 7. Azor. Inſtitut. moral. part. 2. lib. 7.
cap. 2. quæſt. 10. verſ. ſed cur hæc Regula, in fine,
Corrad. in Prax. Beneſic. lib. 1. cap. 6. num. 268.
Lotter. lib. 1. quæſt. 26. num. 35. & ſeqq. Lezan. in
Summ. tom. 2. Verb. Abatia n. 2. Roderig. Quæſt.
Regul. tom. 2. quæſt. 53. art. 8. Pirhing. in Jus Canon.
lib. 3. de Præbend. n. 3. Caſtropal. Oper. moral. tom.
2. tract. 13. punct. 18. n. 17. Coccin. annot. 139. &
deciſ. 2245. n. 19. Seraphin. dec. 1305. n. 6. & deciſ.
1498. n. 2.

Sed verior eſt contraria ſententia, quod ſcilicet
19 reſervatio Regulæ comprehendat omnia Monaſteria,
tam ſcilicet ea, quæ Conventu carent, & ſi Con-
ventum habent, ſolita ſint commendari, quam alia,
quæ Conventum retinent, & ſunt electiva, quam-
vis commendari non ſoleant, dummodo excedant
annuum valorem 200. florenorum auri, & ſint per-
petua, hoc eſt ſint collativa in titulum, vel perpe-
tuo electiva, adeout vigore Reſervationis præfatæ,
dicatur omnino in his Monaſteriis ſublatus quilibet
titulus electionis in illis Regionibus, in quibus
non vigent Concordata cum Sede Apoſtolica inita,
ut deciſum fuit a *Rot. in Tullen. Monaſterii coram*
Molines deciſ. 627. & docte *in Virdunen. Abatiæ*
coram eodem deciſ. 626. 698. & 777. Emanavit po-
ſtrema hæc Deciſio Me jura Dataniæ tuente; Unde
placet hic tranſcribere quam tunc edidi Allegatio-
nem, in qua reaſſumitur hiſtoria reſervationis Ec-
cleſiarum Cathedralium, & Monaſteriorum. Sic
igitur dicebam.

„ IN DECISIS perſiſti ſupplicamus; Etenim
„ Regula ſecunda Cancellariæ reſervans Summi Pon-
„ tificis diſpoſitioni Monaſteria Virorum, annuum
„ valorem 200. florenorum ſecundum communem
„ æſtimationem exceden. continet verba tam ampla,
„ & univerſalia, ut procul dubio affirmandum ve-
„ niat, ſub illa comprehendi etiam Monaſteria Con-
„ ventum habentia, & ſic electiva, quæque in ti-
„ tulum, & non in Commendam conferri ſolent:
„ reſervantur enim in præfata Regula non ſolum
„ Monaſteria, quorum appellatione juxta ſtylum, 20
„ ac modum loquendi Cancellariæ, veniunt Mo-
„ naſteria Conventum habentia, & ſic electiva;
„ cum cæteroquin, quando Conventu carent, ex-
„ primi ſoleat -- *Monaſterium, quod Conventu ca-* 21
„ *ret*, ut de iſto ſtylo eſt optima *Deciſio Caſſadori*
„ *12. de Præbend. n. 10. verſ. Facit etiam ſtylus Can-*
„ *cellariæ, & ſub n. 13. verſ. Quia in Monaſterio*
„ *non habente Conventum, Tuſc. in Verb. Monaſte-*
„ *rium, Concluſ. 340.* ubi quod iſta qualitas ineſt
„ de Jure, *Corrad. in Praxi Beneſic. lib. 1. cap. 6.*
„ *n. 266. & ſeqq.* Sed quod magis eſt in eadem Re-
„ gula reſervantur *omnia Monaſteria* Virorum. Si
„ itaque omnia reſervantur, dummodo excedant
„ valorem 200. florenorum, ad quem valorem Re-
„ gula principaliter reſpectum habuit: ergo etiam
„ electiva, & in titulum conferri ſolita, quoties di-
„ ctum valorem excedant. Alias ſi iſta præcipua, &
„ magis æſtimanda Monaſteria non eſſent reſerva-
„ ta, Regula non eſſet in omnibus, & de omnibus
„ verificabilis, ſed in aliquibus dumtaxat Mona-
„ ſteriis: id quod eſſet contra naturam, & proprie-
„ tatem verborum, quæ cum ſint univerſalia, & 22
„ cuncta comprehendant, nullum penitus Mona-
„ ſterium excludunt, ex relatis per *Salern. conſ. 3.*
„ *n. 77. & ſeqq. lib. 1. Gonzal. ad Regul. 8. Cancel-*
„ *lar. gloſſ. 6. num. 20. & ſeqq* ubi de dictione --
„ *Omnia* -- appoſita in Regulis Cancellariæ; & in
„ fortioribus terminis, quod appellatione *quorum-*
„ *cumque Beneficiorum* veniant etiam Monaſteria
„ ſui natura electiva, *Rot. deciſ. 289. n. 1. & ſeqq.*
„ *part. 2. diverſ.* quam ſequitur *Germon. de Indult.*
„ *§. Ac Beneficia, num. 24. fol. 462.* Idemque tra-
„ dit *Crotus tom. 2. conſ. 268. ſub num. 15. §. Nec*
„ *obſtat.*

„ Idque comprobatur ex iis, quæ cum Supremis
„ Principibus uſus eſſe videmus. Habet Rex Ca-
„ tholicus facultatem præſentandi ad quæcumque
„ Monaſteria in Hiſpaniarum Regnis vigore Indul- 23
„ ti Hadriani VI. relat. per *Cortiad. dec. 257.* &
„ apud *Coccin. dec. 1023. num. 1.* & pariter in Bel-
„ gio Jus nominandi ad quæcumque Monaſteria ex
„ Sixti V. Indulto, ut apud *Spad. conſ. 134. in prin-*
„ *cipio, & n. 2. in fin. lib. 1.* & latius dicetur infra.
„ Similiter Rex Chriſtianiſſimus a Sede Apoſtolica
„ paria conſequutus eſt privilegia, nempe a Leone
„ Decimo pro Ducatu Brittanniæ, & pro Provincia
„ Provinciæ; ab Alexandro VII. pro Tractu Me-
„ tenſi, Tullenſi, & Virdunen. poſtea a Clemen-
„ te IX. ampliatum; Ab eodem Clemente pro Di-
„ tionibus Gallo Belgicis, & Comitatu Ruſſino-
„ nis, & demum ab Innocentio XI. pro Comitatu
„ Burgundiæ. Etſi hæc omnia Indulta ſint concep-
„ ta cum verbis -- *Ad Monaſteria, ſeu ad quæcum-*
„ *que Monaſteria*, ut videre eſt apud *Donjat in*
„ *Specimin. Jur. Gall. par. 2. a pag. 35.* & apud
„ *Pinſon. in tractat. des Regales, & in notis Summa-*
„ *riis ad Regia Indulta:* Attamen Rex uterque in
„ eorum reſpective Dominiis ad Monaſteria, quo-
„ rum Regimina ſunt perpetua, & non temporalia, 24
„ nominat, etiamſi actu Conventum habeant, &
„ in titulum Regularibus conferantur, ut præſer-
„ tim favore Sereniſſimi Regis Catholici reſolutum
„ fuit in *dicta dec. 1023. coram Coccino*; unde id,
„ quod Laicis Principibus permittitur vigore Privi-
„ legii *ad Monaſteria, ſeu quæcumque Monaſteria*
„ reſtricti, pari modo Summo Pontifici permitten-
„ dum eſt vigore hujus Regulæ de omnibus Mona-
„ ſteriis loquentis.

„ Atque hinc non obſtat, quod electiva indi- 25
„ geant ſpeciali mentione; Quoniam quæſtio hæc
„ examinanda eſſet, quoties Summus Pontifex ſibi 26
„ reſervaſſet

„reſervaſſet Dignitates, Perſonatus, aut Beneficia, juxta terminos *Textus in Cap. Cum in illis §. In illis vero, de Præbend. in 6.* At quando Pontifices loquuntur de Monaſteriis, prout in hac Regula, & in Indultis dictis Regibus conceſſis fecerunt, eo ipſo, quod expreſſerunt eſſe Monaſterium, intellexerunt, quod eſt electivum, quodque Conventum habet; Cumque hæc qualitas inſit de Jure in Monaſteriis; de qualitate, quæ de jure ineſt non eſt mentio ſpecialis habenda, ut poſt *Bald. in Cap. ad Ordinem, de Reſcript. Germon. dicto §. Ad Beneficia n. 22. & ſeqq. Caſſador. dict. deciſ. 12. n. 7. & ſeqq. de Præbend.* cum aliis *in Tiraſonen. Prioratus* 11. *Martii* 1689. *§. His firmatis, & §. final. cer. cla. mem. Card. Caccia.*

„Quod ſi in ſola expreſſione Monaſterii procedit, multo fortius habere locum debet in caſu præſenti, ex duplici circumſtantia; Et primo,
27 quod Regula addidit *omnia Monaſteria*, per quam generalem expreſſionem facta eſt ſufficientiſſima mentio qualitatis etiam electivæ, ut probat *Joann. Selva de Benefic. part. 2. quæſt. 1. n. 34.* ubi quod *Textus* declarans, quod Papa per præventionem poſſit conferre *omnes Dignitates*, habet locum etiam in Dignitatibus electivis, quia ubi *Textus* non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus; & in terminis *quorumcumque Beneficiorum* dixit *Crot. d. conſ. 268. ſub n. 15. & Rot. in dicta deciſ. 289. n. 1. & ſeqq. part. 2. diverſ.* Et ſecundo, quia Pontifex nullum modum vacandi expreſſit: non enim reſervavit Beneficia ad Collationem, Proviſionem, ſeu diſpoſitionem Monachorum ſpectantia, quo caſu electiva non venirent; Sed generaliter ad nullum modum ſe reſtringens, reſervavit omnia Monaſteria Virorum;
28 in quibus terminis etiam modus Electionis, & quicumque alius modus comprehenditur, ut diſtinguendo firmat *Selva de Benefic. part. 3. quæſt. 11. n. 87. & ſeqq.* ubi quod eſt bona limitatio ad *Text. in dict. Cap. Cum in illis*; & bene etiam diſtinguit *Æneas de Falconib. de Reſervat. in 3. quæſt. princip. n. 21. inter Tractat. magn. tom. 15. part. 1. pag. 252.*

„Eodemque modo reſpondetur ad argumentum exadverſo fieri ſolitum, quod ubi Papa voluit comprehendere electiva, ea particulariter expreſſit, prout fecit in *Extravag. Ad Romani, & Ad regimen. de Præbend.* renovari ſolita in *Regula I. Cancellariæ.* Etenim in *Extravag. Ad Romani* nulla mentio facta eſt de Monaſteriis, ſed tantum de Beneficiis Secularibus, & Regularibus, quorum reſpectu intrare poterat quæſtio, an ſub tali appellatione eſſent electiva comprehenſa; Similique modo proceſſum fuit in *Extravag. Ad regimen.* in qua Benedictus Papa XII. plures ſpecies Beneficiorum ſibi reſervavit; Primo omnes Eccleſias
29 Epiſcopales, & Monaſteria; & in his nullam fecit mentionem de qualitate electiva: Secundo, Prioratus, Dignitates, Perſonatus, & Officia: Tertio Canonicatus, & Præbendas, & in his pariter nullam fecit mentionem de Electivis: & quarto demum cætera Beneficia Eccleſiaſtica &c. Secularia, & Regularia quæcumque, & qualiacumque fuerint; & hæc expreſſa cum clauſula *etiamſi ad illa conſueverint per electionem aſſumi*, quæ verba referuntur ad proxime præcedentem quartam reſervationem Beneficiorum Secularium, & Regularium, in quibus cadebat quæſtio, an Beneficiorum appellatione comprehenderentur electiva, non autem ad primam reſervationem Epiſcopatuum, & Monaſteriorum, quorum reſpectu nec qualitas electiva fuit expreſſa, neque talis expreſſio neceſſaria erat, cum reſervando Epiſcopatus, & Monaſteria, per neceſſariam conſequentiam intelligebat qualitatem electivam; quæ in utroque genere Beneficiorum inerat de jure.

„Quinimmo ex hac eadem *Extravagan. Ad regimen.* deſumitur argumentum pro noſtræ Regulæ dilucidatione. Certum eſt enim, in dicta Extravaganti agi de reſervatione locali reſtricta ad Epiſcopatus, & Monaſteria apud Sedem vacantia; Certum eſt etiam, quod noſtra Regula fa- 30
cta eſt ampliative ad dictam Extravagantem, & priorem illam reſervationem abſolute, ſimpliciter, & univerſaliter extendit, & ubicumque vacatio ſequatur, ſive in Curia, ſive extra eam; qua ratione concludunt Doctores, hanc Regulam eſſe ſu- 31
perfluam, *Azar. Inſtit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 34. quæſt. 10. Mandoſ. ad hanc Regulam quæſt. prima n. 3. in fin. Quaſad. ibidem §. prima, verſ. Cæpit autem, Paſſerin. de Election. cap. 33. n. 70. Caſtropal. Oper. moral. tom. 2. tract. 13. punct. 18. n. 2.* & alii communiter. Si itaque Extravagans loquitur de Electivis, pariter noſtra Regula, quæ ad ampliationem, & extenſionem Extravagantis venit, intelligi debet, ut loquatur ſimiliter de electivis, & ſecundum terminos Conſtitutionis de- 32
claratæ, & extenſæ, ad tradita in his terminis per *Mareſcott. Var. reſolut. lib. 2. cap. 94. n. 61. in fin. & n. 62.*

„Inſubſiſtens etiam eſt aliud objectum, quod ſi Regula noſtra comprehenderet generaliter, & indiſtincte omnia Monaſteria Virorum, compre- 33
henderet ea etiam, quæ ſunt de Jurepatronatus; Viget enim in his diſpar ratio; cum ad effectum, ne pii fundatores a Dotatione Eccleſiarum retrahantur, hoc jus iis dederint Summi Pontifices, ut ſemper, & quandocumque nominare poſſint, non obſtantibus quibuſcumque reſervationibus, etiam illis in corpore Juris clauſis, quibus Beneficia de Jurepatronatus non ſubjacent, *Gloſſ. in cap. 2. verb. Collatio, de Præbend. in 6.* plene *Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. gloſſ. 18. n. 2. & ſeqq. Card. de Luc. diſc. 65. de Jurepatr. n. 24. Cortiad dec. 253. n. 46. Adden. ad Burrat. deciſ. 769. num. 12. Rot. cor. Coccin. deciſ. 1343. num. 3. & ſeqq.* cum aliis late in *Romana Clericatus Sancti Laurentii 3. Martii 1698. §. Immo, & fere per tot. coram Reverendiſſimo D. Molines*; nec ſolent litteræ Apoſtolicæ ſuper his Beneficiis expediri, niſi in tribus caſibus enumeratis *in Regul. XLII. Cancellar.* de qua, relatis concordantibus, docte agitur in *dicta Romana Clericatus coram Reverendiſſ. Molines.*

„Fortius, quia cum in Eccleſiis Monaſterialibus, & Conventualibus a fundatore, etiamſi in Regia dignitate conſtituto, jus non acquiratur eligendi 34
Abatem, niſi in ipſa fundatione a Romano Pontifice per ſpeciale privilegium id ſibi concedatur, ut patet ex *Cap. Nobis 25. ubi Gloſſ. de Jurepat.* & ibidem omnes repetentes; & explicant *Mareſcott. lib. 2. cap. 52. n. 8. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 6. n. 50. & 51. Fraſſo de Regio Patronat. tom. 1. cap. 4. num. 33. & ſeqq. Rot. deciſ. 10. de Jurepatron. coram Mohedan. deciſ. 356. & 359. cor. Puteo lib. 2. dec. 1305. n. 5. cor. Card. Seraphin. deciſ. 346. per tot. cor. Penia*, cum aliis in *dec. 379. n. 17. part. 18. Recent.* Hinc eſt, quod non comprehenſio Monaſterii de Jurepatronatus ſub hac Regula, tribuenda eſt ſpeciali Pontificio privilegio in limine fundationis conceſſo, abſque quo utique ſub ea caderet, ſi ſecundum commu- 35
nem exiſtimationem annuum valorem 200. florenorum excederet.

„ Sed ceſſare videtur omnis difficultas ex origine, progreſſu, & rationibus reſervationis, de qua agitur, & quam antiquiſſimam eſſe ultro fa-36 temur. Conſtat prima hujus reſervationis ſemina jacta fuiſſe a Gregorio IX. occaſione excutiendi è manibus Friderici II. Imperatoris Epiſcopatus, & Abatias electivas; Utar teſtimonio clariſſimi Viri *Chriſtiani Lupi* rem hanc elegantiſſime deſcribentis his verbis -- *Alter modus proceſſit ex Romanis Epiſcopatuum, & Abatiarum reſervationibus. Fridericus Secundus Imperator, ubi in Romanam Eccleſiam cœpit palam inſurgere, quoties Eccleſiæ dabat eligendi licentiam paſſim, etiam deſignabat eligendam perſonam, neminem ſibi ſuſpectum per-*18 *mittebat fieri Antiſtitem; atque ità per obnoxios ſibi Epiſcopos, & Abates inſigniter arietabat Romanam Eccleſiam; Hinc poſt varia Conſilia Gregorius Nonus Pontifex Canonicas in Imperio, & Sicilia electiones cœpit ſuſpendere, ſibi reſervare, vacantibuſque Sedibus Epiſcopos, & Abates Romana Eccleſiæ fidos, & Friderici violentiis conſtanter adverſos nominare. Paſſus fuit graviſſimos obices: evicit tamen; ideoque poſt degradatum, præſertim a Lugdunenſi Synodo Fridericum, alii Pontifices eumdem morem ad alia etiam Regna extenderunt. Reges querelas propoſuere: Romana tandem auctoritas prævaluit; atque ita tandem eligendi licentia de Regum manibus fuit excuſſa.* Hactenus *P. Lupus ad Canon. Concil. tom. 3. diſſert. 3. cap. 8. fol. mihi 312. & ſeq. & cap. 9. fol. 223. D. Amelot in notis ad Epiſtolas nuper reimpreſſas Cardinalis Oſſatti Epiſtol. 305. n. 5.*

„ Excluſis hoc modo laicis, reſtitutæ fuerunt electiones; Sed cum novæ poſtmodum eſſent Cauſæ, diſcordiarum nempe inter ipſos Electores, & pactionum illicitarum, ad reſervationes denuo 37 ventum eſt ſub Bonifacio VIII. & Clemente V. qui paucos poſt dies ab ejus aſſumptione ad Apoſtolatus apicem, ſibi ſpecialiter reſervavit *Burdegalen.* Eccleſiam, & *Monaſterium S. Crucis Burdegalen. Ordinis S. Benedicti*, ut in *Extravag. Et ſi in temporalium, de Præbend. inter Commun.* proindeque ab illo inchoatam, & a Clemente editam hanc Regulam, ſcripſit Doctiſſimus Juris Conſultus Hiſpanus *Franc. Ramos del Manzano* in Memoriali ad Alexandrum Septimum porrecto *Propoſ. 2. num. 30. fol. mihi* 49. juxta editionem Iſtlicam Neapoli factam; Sed cum Clemens non admodum frequenter his reſervationibus uteretur, itaut anno 1309. Philippo Regi ſcripſerit, ut ipſum ſuper reſervationibus faciendis, quæ ſuæ voluntati erant contrariæ, ſine magna Cauſa non infeſtaret, ut apud *Baluzium in Vit. Pap. Avenion. n. 2. pag. 144. & ſeqq.* Hinc ampliori jure uſus eſt illius Succeſſor Joannes XII. quem proinde omnes auctorem agnoſcunt ſublatarum electionum, & inductarum reſervationum. Doletque *Cardinal. Oſſatus* Henrico Magno libere ſcribens occaſione Abatiæ in Lotharingia vacantis, quod Pontifex è Gente Gallicana fuerit primus, qui Monacos eligendi jure privando, Abatias ſibi reſervaverit, ut in *Epiſtol.* 296. juxta antiquam impreſſionem, & 304. juxta novam, ubi hæc ait -- *Quant aux Elections, Sire, c'étoit une choſe &c. Tant y a qu'il y a trois-cens ans que les Papes ont taché de les abolir ſous divers prétextes, & les ont abolies par tout où ils ont pû. Jean XXII. François de nation (dont il me déplaît,) fut le premier, qui, outre les taxes, & Annates qu'il inventa, ôtant encore, en tant qu'en lui étoit, aux Chapitres des Egliſes Cathedrales, l'élection des Evêques, & aux Couvents des Abbayes l'élection des Abbez, ſe reſerva à ſoi ſeul la proviſion des Evêchez & Abbayes de toute la Chrétienté; & les Papes ſuivans continuèrent toûjours à faire ſemblables réſervations, l'un après l'autre* -- Concordat *Ciaccon. in Vita ejuſdem Joannis XXII. fol. mihi* 391. -- ibi -- *Electionem Cathedralium, & Abatiarum à Monachis in ſe tranſtulit* - ſubditque multas exinde ortas controverſias, cum nollent Monachi juri ſuo cedere, & nihilominus Pontifex aliis poſſidendas Abatias traderet. *Thomaſſin. de Benefic. tom. 2. lib. 2. cap. 40. num. 19. Jo. Villan. Hiſtor. Florentin. lib. 12. cap. 20.* ubi refert, quod Joannes XXII. reſervavit omnia Beneficia Collegiata Chriſtianitatis; *E tutti gli voleva dar' Egli, dicendo il facea per togliere le ſimonie* -- optime *Burſatt. conſ. 226. ſub num. 18. Gomez in Proœm. Regul. quæſt. 1. §. Redeamus, Matta ad concordat. German. n. 35. & 36.*

„ Continuarunt Succeſſores Pontifices in eadem 38 reſervatione, ut apud *Burſatt. conſ. 126. num. 19. & Cardinalis Zabarella* (qui anno 1427. in Concilio Conſtantienſi obiit) *conſil. 2. n. 5.* ſcripſit, notorium eſſe apud omnes, quod Epiſcopatus, & Abatiæ ſint Sedi Apoſtolicæ reſervatæ, ita quod nemo poſſit eligere, & in culpa ſint Monaci immiſcentes ſe electioni. Tentarunt quidem Baſileenſes, ut magnum, & grave vulnus infligerent Pontificiæ auctoritati reſervationibus ſublatis, Capitulis, & Conventibus reſtituere jura electionum; ſed irrito conatu; nam eorum Decretis non obſtantibus, fecerunt Summi Pontifices regulas reſervativas Epiſcopatuum, & Abatiarum; *Gonzal. in cap. 2. ſub n. 9. de Elect. Mandoſ. ad Regul. 2. quæſt. 12. n. 12. Kochier. ibid. n. 15. & 16. Burſatt. d. conſ. 126. n. 21. Germon. de Indult. Cardinal. §. Ac Beneficia num. 8. & ſeqq. Fermoſ. in cap. Cum Eccleſia Sutrina quæſt. 2. ſub num. 11. de Cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Verum tamen eſt, quod poſt Baſileenſem pſeudoſynodum paululum res Beneficiaria fuerit immutata; Nam Germanis pro bono pacis fuerunt reſtitutæ Epiſcopatuum, & Abatiarum Electiones. In aliis vero Regnis fuerunt quidem, ſublatis electionibus, factæ reſervationes, ſed conceſſum Principibus pro Regionum diverſitate jus, aut præſentandi, aut nominandi, aut ſupplicandi; Atque hoc Jure hodie vivimus, itaut, Germania excepta, vere dixerint Doctores, quod titulus electionis ab aula receſſerit, quodque ex totis titulis *de Electione, & Poſtulatione* parum, aut nihil lucrentur Advocati. *Burſatt. d. conſil. 126. num. 20. in fin. Matta ad Concord. German. numer. 37. & 38.* cum aliis in noſtris Deciſionibus allegatis.

„ Ex hac hiſtorica narratione plura colligere ju- 39 vat ad rem noſtram; Et primo, quod ſive Auctor hujus reſervationis fuerit *Gregorius Nonus*, ſive *Joannes XXII.* uterque Pontifex nil aliud in animo habuit, quam Monachorum tollere Electiones, & Abatias Electivas ſibi reſervare: exinde Regum, & Monachorum, qui juri ſuo cedere nolebant, querelæ, quibus Pontificia poteſtas prævaluit, juxta deductas auctoritates.

„ Secundo, quod tribus ex cauſis fuerunt ſublatæ electiones, & earum loco reſervationes in- 40 ductæ, nempe excutiendi Beneficia e manibus Laicorum, evitandi diſcordias, & tollendi Simonias, ut in concordatis Gallicis inſertis in *Conſtitutione 20. Leonis X. §. 6. Et cum ex Electionibus, Bullar. tom. 1. Gonzal. ubi ſupra*, & de malis, quæ eveniebant in Electionibus quinque retro Seculis

culis

„ cuſis celebratis, *Thomaſſin. tom. 2. lib. 2. cap. 40.*
„ *n. 6. verſ. Verum ſi religioſiſſimus.* Hæ autem ra-
41 „ tiones non minus Epiſcopatibus, quam electivis
„ Abatiis adaptantur: nam & in iſtas Laici Prin-
„ cipes manus injiciebant, ut patet ex ſupradicto
„ exemplo Friderici Secundi, qui etiam ex hac Cau-
„ ſa fuit tam a Gregorio IX. quam ab Innocentio
„ IV. in Concilio Lugdunenſi excommunicatus,
„ & advertit *Thomaſſin. quæſt. 2. lib. 2. cap. 36.*
„ *in fin. quod ne contra Apoſtolicos Canones terreni*
„ *Principis nutu Sacræ Dignitates diſtribuerentur,*
„ *neceſſe fuit, ut eam ad ſe Pontifex poteſtatem per-*
„ *traheret, & cap. 39. num. 4. §. In his porro;*
„ Inter Monachos etiam vigebant diſcordiæ, diſſen-
„ tiones, & lites, quæ ad Tribunalia laicalia, ut
„ plurimum deferebantur. (Et prætermiſſa in re
„ tam ſeria illa lepida fabella, quam in ſuo Orlando
„ furibundo inſeruit Poeta Ferrarienſis *Cant. 14. &*
„ 27. ubi deſcripſit diſcordiam non alibi inventam
„ fuiſſe, quam in Monaſterio Electioni Officialium
„ præſidentem) narrat *Petrus de Bayſio*, ſe vidiſſe
„ in Pariſiaco Senatu, gratia Electionum, quin-
„ que ſimul Epiſcopatus ſub litigio; ac varias, &
„ multiplices Abatiales Dignitates, *in Director. E-*
„ *lection. in princip. n. 5. inter Tract. magn. tom. 15.*
„ *part. prima fol. mihi* 380. Pullulabat pariter in
„ Monaſteriis Simoniaca peſtis, ut videre eſt in
„ *Cap. Dilectus filius, de Simonia*, & in aliis ejuſ-
„ dem tituli; teſtaturque *Leo X. in dicto §. 6.* tam
„ ab ipſo, quam a ſuis Prædeceſſoribus crebras ab-
„ ſolutiones, & rehabilitationes petitas, & obten-
„ tas fuiſſe; Cum itaque non ſolum verba, ſed
„ etiam rationes regulæ Monaſteriis Electivis adap-
„ tentur, procul dubio, & illa ſub dictæ Regulæ
„ diſpoſitione comprehendi debent, ut bene reſpon-
„ dit *Rot. in dict. dec. 289. in princip. par. 2. diverſ.*
„ Tertio ſi Monaſteria Electiva non cadebant
42 „ ſub reſervationibus, cur tanto ſtudio laborarunt
„ Baſilienſes, ut ſublatis reſervationibus, Mona-
„ chis etiam reſtituerentur electiones; & cur poſt-
„ modum in Concordatis fuerunt Religioſis Ger-
„ manis ſpeciali pacto reſtitutæ? *A Sede Apoſtoli-*
„ *ca fruſtra impetraſſent, quod ſibi de jure commu-*
„ *ni competiiſſet*, ait *Rot. in deciſ. 297. n. 9. coram*
43 „ *Verallo part. prima*; Et tamen ex concordato
„ Germanico hoc *commodum provenit, ut reſtitutæ*
„ *fuerint Electiones Epiſcopatuum, & Abatiarum,*
„ *quæ prius per Regulas Cancellariæ* reſervabantur.
„ *Thomaſſin. de Benefic. part 2. lit. 2. cap. 38. n. 11.*
„ *verſ. Sed uberior, Matta ad concordata Germa-*
„ *niæ n. 42. & duob. ſeqq.* ubi quod ſublata de me-
„ dio *Regula ſecunda*, Capitula Secularia, & Re-
„ gularia reſtituta fuerunt ad primævum jus eligen-
„ di, *& n. 181. & ſeqq.*
„ Et quarto demum, ſi Abatiæ Electivæ reſer-
„ vatæ non fuiſſent, & in totum ſublatæ Mona-
44 „ chorum Electiones, quomodo Summi Pontifices
„ potuiſſent concedere Laicis Principibus tot Indul-
„ ta præſentandi, nominandi, & ſupplicandi ad il-
„ las? ut conſideravit inſignis Prælatus *Maraldus*
„ in reſponſione ad Memoriale Urbano VIII. por-
„ rectum a Regis Catholici Oratore *cap. 7.* -- ibi —
„ *Le riſerve generali ſono giuſte &c. E ſua Maeſtà*
„ *ne riceve grandiſſimo utile, poichè mediante quelle*
„ *gode, il frutto di tanti Indulti di nominazione,*
„ *e preſentazione de Beneficj, Veſcovadi, & Aba-*
„ *die, che altrimenti toccaria ad altri.*
45 „ His accedit, quod nulla eſt aſſignabilis diffe-
„ rentia, cur Pontifices, qui pariformiter in hac
„ Regula reſervarunt *omnes Epiſcopatus, & omnia*
„ *Monaſteria*, voluerint privare electione Clerum
„ ſecularem, & intactas relinquere Monachorum
„ Electiones: quando uterque Clerus a Pontificum
„ benignitate jus eligendi conſequutus fuerat, ut
„ plene *in noſtra ſecunda Deciſione.* Et quando
„ conſtat Electiones, nominationes, & reſervatio-
„ nes Abatiarum ejuſdem ſemper modi fuiſſe, at-
„ que Epiſcopatuum; unde & ad Abatias pertinent
„ omnia ea, quæ de Epiſcopatuum reſervationibus
„ dicuntur, ut bene *Thomaſſin. to. 2. lib. 2. cap. 39.*
„ *in princip.* Rurſus tempore quo hæc reſervatio a
„ Joanne XXII. in praxi deduci cæpit, pariformi-
„ ter commendabantur Abatiæ & Epiſcopatus, ut
„ videre eſt apud eumdem *Thomaſſin. tom. 2 lib. 3.*
„ *cap. 20. n. 3.* Unde, ſicut reſervatio non fuit re-
„ ſtricta a principio ad ſolos Epiſcopatus commen-
„ datos, ſed ad eos etiam, qui dabantur in titu-
„ lum; ita pari modo reſtringi non debet reſpectu
„ Abatiarum quoad eas, quæ ſolum commendaban-
„ tur; & ſi Regula perpendatur, de aliis Monaſte-
„ riis prædicari non poteſt, quam de Electivis, cum
„ cæteroquin nulla adfuerit neceſſitas reſervandi Con- 46
„ ventu carentia, quia jam eorum diſpoſitio ad Pa-
„ pam pertinebat *ad Text. in Clementina Pleriſque,*
„ *de Election.* Non enim poterat pertinere ad Mo-
„ nachos, quia non aderant; nec ad Epiſcopos,
„ quia exemta beneficia conferre non poterant; Nec
„ minus ulla neceſſitas reſervandi commendata,
„ dum jam iſta per appoſitionem manus Papæ e-
„ rant de jure illius diſpoſitioni affecta, ut latè *in no-*
„ *ſtra prima Deciſione.*
„ Irrito autem conatu diſcriminis ratio inter E-
„ piſcopatus, & Abatias erui contenditur ex eo,
„ quod in illis voluerint Pontifices tollere Electio- 47
„ nes, tamquam a mero Privilegio provenientes,
„ ſecus in Abatiis, quarum electio jure nativo, &
„ independenter a Pontifice Monachis competit; &
„ ſi quoad iſtas Regula aliquid operari debet fa-
„ vore Pontificis, hoc bene verificari poteſt reſpe-
„ ctu juris confirmandi Electiones, abſque eo quod
„ Electiones ipſas de medio tollat.
„ Primo, quia revera non ſubſiſtit, quod facul-
„ tas eligendi Abatem jure nativo, & independen-
„ ter a facultate Pontificum, Monachis compete-
„ ret. Ab origine enim Abates, aut nominaban- 48
„ tur a Fundatoribus *Thomaſſin. tom. 2. lib. 2. cap.*
„ *39. n. 8. verſ. Ab origine*; Aut eligebantur ab E- 49
„ piſcopis, quorum Juriſdictioni erant tunc ſubje-
„ cti, idem *Thomaſſin. tom. 1. lib. 2. cap. 94. n. 19.*
„ *& lib. 3. cap. 32. n. 6. §. Hæc certe, eodem tom. 1.*
„ *& tom. 2. lib 1. cap. 35. n. 7.* ubi refert Litteras
„ Adriani II. ad Carolum Calvum his verbis con-
„ ceptas -- *Noſtis enim, quia omne Monaſterium in*
„ *poteſtate Epiſcopi conſiſtere debet, juxta Canonicam*
„ *auctoritatem, & quia hoc tranſgreſſum: ideo plu-*
„ *rima Monaſteria habentur deſtructa.* Poſtmodum
„ *Pelagius I.* qui poſt medium ſexti Seculi regnare
„ cæpit, hoc eſt anno 555. tribuit Monachis jus eli- 50
„ gendi, ut habetur in Epiſtola *Melito* Subdiaco-
„ no directa, & regiſtrata *in Can. Abatem in Mo-*
„ *naſterio il 4. Cauſ. 18. quæſt. 2.* Quod & Divus
„ Gregorius ſtatuit in *Can. Abas, & Canon. ſeqq.*
„ *eadem Cauſa 18. quæſt. 2.* in quibus notandum eſt
„ Verbum = *Volumus*, quo Pontifices utuntur, 51
„ quod eſt novi juris inductivum, ut cæteris rela-
„ tis, probat in noſtris terminis *Murg. ad Conſtit.*
„ *Benedictin. in Conſtit. 6. n. 454. & ſeqq. pag. mihi*
„ 140. itaut veniat *tanquam principium ſupponen-*
„ *dum*, quod jus eligendi Prælatum, a Sede Apo- 52
„ ſtolica conceſſum fuerit Monachis, & ab ea revo-
„ cabile, prout Pontifici convenire videtur ad pa-
„ cem, & concordiam inter eos conſervandam, &
„ ad Eccleſiæ utilitatem, ut ait *Paſſeria. de Elect.*
„ *cap. 1. a num. 16. & ſeqq.* ubi plura in hanc rem
„ cumulat.

„ cumulat. Cui fundamentali principio non obſtant
„ Doctrinæ in contrarium allegari ſolitæ, cum ni-
„ hil aliud firmenr, quam quod Monachi jure com-
„ muni habeant jus eligendi, quod & nos admit-
53 „ timus; ſed tamen dicimus: Privilegium illud, &
„ facultatem a Sede Apoſtolica iis conceſſam, in
„ jus commune tranſiiſſe, ut perpendit *Thomaſſin.*
„ *dict. tom. 1. lib. 2. cap. 94. n. 19. verſ. Ut autem*
„ *Abatum electio, & lib. 3. cap. 32. num. 6. §. Hac*
„ *certe.* Sicuti etiam reſpectu Canonicorum, in jus
„ commune tranſiit facultas eis data eligendi Epiſ-
„ copum, *Gonzal. cap. 2. n. 9. de Elect.*
„ Et ſecundo, quia quomodocunque hoc jus ad
„ Monachos ſpectaverit, ſive jure nativo, ſive ju-
„ re in eos derivato a Pontificum clementia, hoc
„ unum certum eſt, quod in eorum Electionibus
54 „ idem propemodum irruere ſolebat poteſtatis ſecu-
„ laris abuſus, idem erat diſcordiarum Seminarium,
„ eadem illicita, & Simoniaca pacta, & conven-
„ tiones intercedebant, quæ in Electionibus Epiſ-
„ coporum paſſim intervenire conſueverant; Unde
„ ſemper urget argumentum, ut quemadmodum
„ ad recenſitos abuſus eliminandos Pontifices, re-
„ ſervando eorum liberæ diſpoſitioni *omnes Epiſco-*
„ *patus*, privare voluerint electione Clerum ſecu-
„ larem; ita reſervando *omnia Monaſteria*, in-
„ tactam Monachis relinquere noluerint electio-
„ nem.
„ Nec regula reſtringi poteſt ad jus confirman-
„ di Electiones; quæ enim neceſſitas reſervandi,
55 „ id quod jam de Jure communi competebat, pro-
„ ut erat Jus confirmandi Abates Religioſorum Or-
„ dinum ab Epiſcopi auctoritate exemtorum? *Tam-*
„ *burin. de Jur. Abat. diſput. 6. quæſt. 2. n. 2.* Ul-
„ terius ſi Pontifices reſervarunt Monaſteria, jam
„ avocarunt a Monachis facultatem de illis quoquo
56 „ modo diſponendi, cum reſervatio communiter
„ definiatur, ut ſit Beneficii vacaturi per Papam
„ ad ſe facta avocatio, *Æneas de Falcon. de reſer-*
„ *vat. quaſt. 1. num. 1. Simonett. eodem tract. quaſt.*
„ *1. n. 1. Mandoſ. ad Regul. 1. quæſt. 1. ſub num. 2.*
„ *Azor. Inſtit. Moral. tom. 2. lib. 6. cap. 34. quaſt.*
„ *1. Fragoſ. de Regimin. Reipublica Chriſtian. tom.*
„ *2. lib. 3. diſput. 9. §. 3. n. 78. in fin. Tondut. de*
„ *re Beneficiar. tom. 1. part. 2. cap. 3. §. 2. num. 1.*
„ & alii paſſim; id quod bene declaravit Pius IV.
„ in ſua *Conſtit.* 86. *tom.* 2. ubi diſtinguendo inter
„ Monaſteria habentia, & non habentia ſpeciale
„ privilegium eligendi, ait, iſtorum proviſionem
„ ſibi per hanc Regulam reſervaſſe; in illis vero,
„ quæ ſpeciale jus eligendi habebant, confirmatio-
„ nem ad Sanctam Sedem ſpectare; itaut confir-
57 „ matio non cadat niſi in iis, quæ ſpeciali eligendi
„ Privilegio gaudent.
„ Hæcque omnia clariora redduntur ex ſtylo, &
„ obſervantia Curiæ; Nam Dataria, & Cancella-
„ ria non approbat, nec confirmat Electiones, niſi
58 „ in tribus Caſibus, nempe Concordati, conſuetu-
„ dinis immemorabilis, & ſpecialis Privilegii; Hinc
„ cum anno 1669. in Dataria incidiſſet quæſtio ſu-
„ per electione Monaſterii Sancti Mauritii Agau-
„ nen. Nullius, ſeu Sedunen. Diœceſis in confini-
„ bus Alemaniæ, non fuit petitum jus eligendi ex
„ jure communi, quod per Regulas abrogatum eſt,
„ ſed ex hoc triplici fonte, nempe aut ex Privile-
„ gio, aut conſuetudine immemorabili, aut ex Con-
„ cordatis Germaniæ; Id quod antiquum, & ve-
„ tus eſt, teſtante *Mandoſio in Tract. de Signat.*
„ *Grat. tit. de Confirmationibus §. Electiones*, quod
„ Electiones *Monachorum in Abates non confirman-*
„ *tur, ſed datur præfectia cum proviſione, vel da-*
„ *bitur nova proviſio. In Alemania vero propter*
„ *Concordata confirmantur cum præfectione, & pro-*
„ *viſione, quando Monaſteria excedant annuum red-*
„ *ditum 200. ducatorum, de quibus Monaſteriis*
„ *loquitur Regula ſecunda Cancellaria*; Ita ut pra-
„ xis ſit, quod ſicuti in Epiſcopatibus Pontifex pro-
„ videndo dicit: *Te in Epiſcopum præficimus, &*
„ *Paſtorem*; ita pariter cum providet aliquem de
„ Monaſterio dicat: *Te in Abatem præficimus, &c.*
„ Et melius hanc materiam dilucidarunt antiqui
„ illi Abbreviatores de Parco, toties a Rota lauda-
„ ti, & ſemper conſulti, quando ſuper ſtylo quæ-
„ ſtio emergebat. Cum enim tunc temporis Data-
„ rius vellet infringere electionem, & dare reſer-
„ vationem in Monaſterio Præmonſtratenſi ſufful-
„ to Privilegio ſpeciali eligendi, dictum fuit,
„ quod juſtificato Privilegio eligendi, dari non de-
„ bebat reſervatio, ſed confirmatio juxta privile-
„ gia; & hac occaſione ii adnotarunt, quod in
„ Monaſteriis Conſiſtorialibus Virorum confirmatio
„ detur, ſi Privilegium, aut Concordatum concur-
„ rat, prout latius ex eorum verbis, quæ hic tran-
„ ſcribere juvat.
„ *Confirmationes in Beneficialibus quibus caſibus*
„ *dentur. Dic quod in iſtis: Hoſpitalibus S. Joan-*
„ *nis Hieroſolymitani. Item in Monaſteriis Monia-*
„ *lium. Item in Prioratibus, & Monaſteriis Viro-*
„ *rum, etiam non Conſiſtorialibus, & in aliis Be-*
„ *neficiis Electionis Ordinis Præmonſtraten. & Cir-*
„ *ſtercien. quibus ex Privilegio Apoſtolico conceſ-*
„ *ſum eſt, quod non obſtantibus reſervationibus,*
„ *poſſint eligere; & Cancellaria recepit iſta Privile-*
„ *gia, adeo quod ſi narretur electio facta per Con-*
„ *ventum, & petatur confirmari, Cancellaria, ju-*
„ *ſtificando electionem illam juxta Privilegia eis con-*
„ *ceſſa, non obſtantibus reſervationibus, fieri potuiſ-*
„ *ſe, illam confirmabit; alioquin ſi Canonica non*
„ *foret, mandabit provideri. Et licet Ordo Clunia-*
„ *cen. dicatur habere eadem Privilegia, videlicet*
„ *eligendi ad Prioratus, & Dignitates Conventua-*
„ *les, tamen Cancellaria adhuc in eis non recipit,*
„ *quod non inficietur electio, quando inficit, dando*
„ *novam Proviſionem. Hæc fuerunt dicta* per D.
„ Breg. 24. Januarii 1497. *At quia Datarius pro-*
„ *viſionem Monaſterii Præmonſtraten. Capitis Ordinis*
„ *expediverat dando reſervationem, & inficiendo*
„ *Electionem, fuit dictum, quod non debebat dare*
„ *reſervationem, ſed confirmare Electionem, juſtifi-*
„ *cando, quod juxta Privilegia a Sede Apoſtolica*
„ *Electionem hujuſmodi facere poterant, & licet*
„ *aliter* Jo. de Fer. *circa hoc, videlicet circa ju-*
„ *ſtificationem diceret, quod non erat opus, quia de*
„ *Privilegiis conſtiterat Papæ in Conſiſtorio: tamen*
„ N. Breg. *fuit in voto, quod etiam in Conſiſtoria-*
„ *libus deberet juſtificari Electio hujuſmodi facta*
„ *juxta Privilegia; Et propterea ea die non fuit ex-*
„ *pedita, ſed fuit dilata, quia nunquam reciperent*
„ *Bullas cum hujuſmodi infectione, ſed quod vellent*
„ *confirmationem, prout habere debebant juxta Pri-*
„ *vilegia. Item in Conſiſtorialibus tunc committetur*
„ *confirmatio, quod nota. Item in Concordatis in*
„ *Alemania daretur confirmatio Electionis, quia non*
„ *datur reſervatio, quod nota, cum occurreret, ut*
„ *ſis reſolutus.*
„ Huic ſtylo concordat etiam factum Monacho-
„ rum hujus Monaſterii, qui anno 1634. ad præ- 59
„ tenſam Electionem procedentes, hoc jus non de-
„ duxerunt a diſpoſitione Juris communis, ſed a
„ Concordatis Germaniæ, & ab uſu -- ibi -- *Ad*
„ *electionem futuri Abatis per Concordata Germa-*
„ *niæ competentem, & prout uſque moris fuit:*
„ Quibus duobus titulis poſtmodum in Sac. Rota
„ additus fuit & tertius ex Privilegiis deductus, & a
„ Rota

„ Rota pariter rejectus, ut in *deciſ.* 1245. *&* 1252. *coram Coccin.* Ex quo facto, licet nullo, deducitur, Monachos agnoviſſe, jus eligendi nonniſi ex hoc triplici fonte emanare.

„ Io præſenti facti ſpecie nulla ex his tribus limitationibus concurrit; Non quidem Concordata, quia ſæpe deciſum eſt, Lotharingiam ſub illis
60 non comprehendi, ut latiſſime *Oſſat. tot. dicta Epiſtol.* 296. *Rot. in Virdunen. Electionis Epiſcopatus* 15. *Octobris*, *&* 15. *Novembris* 1593. *coram Pamphilio*, & late *cor. Coccin. deciſ.* 2245. *n.* 30. *& ſeqq. Thomaſſin. dicta tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 40. *ſub n.* 9.

„ Nec minus ſpeciale Indultum oſtenditur, nam Privilegiis alias exadverſo deductis, tam propriis, quam communicatis, reſpondet egregie noſtra *prima Deciſio a numer.* 20. *uſque ad finem.* Et
61 profecto in hac materia requintur expreſſa, & individua facultas cum ſpecialiſſima derogatione Regulia Cancellariæ, & reſervationibus in eis contenus; cum Papa non cenſeatur ſub involucro verborum voluiſſe ſibi præjudicare in horum Monaſteriorum Collatione; præſertim cum agatur de facultate, quæ non ſolet de facili a Sede Apoſtolica concedi; & in omnem caſum præfata Indulta eſſent revocata tam ex Litteris Pauli V. an-
62 no 1605. directis Cardinali a Lothsringia Viſitatori deputato, quam per *Regulam XV. Cancellariæ*, ut præter allegatos in dicta Deciſione, ſuper his omnibus dictum fuit in *Tiraſonen. Prioratus* 19. *Novembris* 1691. *cor. eodem Reverendiſſ Malnes*, *&* 29. *Aprilis* 1697. *car. bon. mem. Urſino*, ubi io §. *Eoque facilius* fit mentio de noſtra *Deciſione Virdunen. cor. Coccin.* & locum habet *Regula XV.* etiam in Indultia, quæ Colle-
63 giis, & Univerſitaribus conceſſa repeniuntur, ut præter allegatos in eadem *prima Deciſione*, firmavit *Rot. in Melevitana Beneficii* 31. *Januarii* 1633. §. *Non obſtat*, *& ſequen. coram Albergata.*

„ Nec demum viget conſuetudo immemorabilis eligendi. Etenim io Lotharingia, ſive ſpecte-
64 mus eam partem, quæ proprio Duci ſubeſt, ſive eam, quæ paret Regi Chriſtianiſſimo, antequam per Alexandrum VII. & Clementem IX. fuiſſet conceſſum ei nominandi Indultum, Electiones nunquam admiſſæ fuere, ſed ſemper Pontifices libere providerunt, modo in titulum, modo in Commendam, prout eis videbatur, nullo habito reſpectu ad Monachorum Electiones. Cumque ſub Clemente VIII. Monachi Lotharingi ad excluſionem Proviſionis Apoſtolicæ objicerent, jus eligendi ſibi, aut de jure, aut ex Concordatis competere, utramque prætenſionem *Cardinalis Oſſatt.* rejiciendo, ait, quod Papa -- *Pourvoit* (ſunt illius verba) *ſans aucune élection à toutes les autres Abbayes de ce pays-là, ſi ce n'eſt à quelqu'une, qui ait du Saint Siége le privilége particulier d'élire ſon Abbé, comme il y en a quelques unes: & encore derniérement j'aidai à lui faire confirmer un ſemblable privilége, obtenu des anciens Papes* -- ut in citata *Epiſtal.* 296. & in ſubſequenti 297. ad *Villoregium* ſuper eodem argumento conſcripta, ait, ipſum non eſſe Aulæ Romanæ amantem; ſed quando bonum jus Sanctæ Sedi aſſiſtit, juſtitia eſt ei adminiſtranda; & rem hanc poſt eum reſſumens, *Thomaſſin. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 9. ita de his Lotharingiæ Abatiis diſcurrit -- *Cum hæ Eccleſiæ Concordatis ſe Germanicis contineri contenderent, Epiſcoporum, & Abatum eas electiones retinuiſſe; At cum Geographi eas Civitates non Germaniæ adſcribant, ſed Galliæ, aut Lotharingiæ; Cumque definitum ſit a Rota, Tractum Metenſem Germaniæ non includi finibus, quamquam Imperator, & Rex Hiſpaniæ pro virili certarint, ut is Concordata Germanico accenſeretur: Pontificem Romanum illis Epiſcopatibus, & Abatiis Paſtores hactenus ſemper præfeciſſe, nihili habita Capitularum electione. Hortabatur ergo Oſſatus, compellari Pontificem, ut Indultum annueret ad Tractum Metenſem; ſed donec Reges id ab illo precibus expugnaſſent, ne Pontificis nominationibus adverſarentur, quocumque abtentu electiones deſenſitandi.*

„ Iſtaque praxis libere conferendi multo magis viguit poſt Breve Pauli V. de quo in noſtra prima Deciſione *n.* 27. *& ſeq.* Diſpoſuerat ibidem Pontifex, *ut collationes*, *& proviſiones* Monaſteriorum Ordinis Sancti Benedicti in Lotharingia ad Sedem Apoſtolicam, ut prius, pertinerent, *itaut* (notentur quæſo hæc verba) *nullus de illis, præter Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, ullo modo diſponere poſſit.* Per quæ abſque dubio, & antiqua generalis reſervatio fuit confirmata, & nova ſpecialiter inducta; Cumque paulo poſt Monaſterium *S. Naboris* ejuſdem Ordinis, & Congregationis in Diœceſi Meten. taxatum in Libris Cameræ ad florenos 106. vacaſſet, & Monachi forſan elegiſſent Abatem, dictus Pootifex nihili babita illorum electione, *uti nulliter, & de facto* emanata, de dicto Monaſterio diſpoſuit ad favorem *Joannis Parcellatti Maillanes*, ea reddita ratione, *Quia illius collatio proviſio*, *&* OMNIMODA *alia diſpoſitio* ad Sedem Apoſtolicam ſpectabat vigore ſuarum præcedentium Litterarum, in quibus inter cætera ſtatuerat, quod Collatio, & proviſio omnium hujuſmodi Monaſteriorum ad dictam Sedem pertineret, itaut nullus de illis præter Romanum Pontificem diſponere *ullo modo poſſit.* Et hæc ſane proviſio plurimi facienda venit, ne dum quis firmat praxim, & obſervantiam *Omnimodæ Collationis* favore Datariæ; Verum quia manifeſte declarat, qualis fuerit mens, & intentio Pauli V. qui illud Breve conceſſit. Nullus enim dari poteſt
melior intellectus, quam ille, qui reſultat ex fa- 65
cto ipſius Pontificis concedentis, ad quem tantum pertinet ſuas interpretari Conſtitutiones, *Spad. conſil.* 127. *num.* 10. *verſic. Et hoc coadjuvatur lib.* 3. bene *Mantica deciſ.* 59 *num.* 11. *verſic. Quod in caſu*, *& duob. ſeqq. deciſ.* 217. *n* 4. *&* 5. *cor. Royas*, *deciſ.* 114. *num.* 1. *part.* 6. *Recent. & in Barchinonen. Canonicatus cor. Veroſpia* impreſſa *poſt Dianam Oper. coordin. part.* 8. *deciſ.* 9.

„ Vacavit iterum hoc idem Monaſterium ſub Urbano VIII. a quo *Carolo de Bourlemont* fuit collatum; Ortaque inter ipſum, *&* *Patrem Palcranium* a Mooachis electum controverſia, eaque delata ad Sacram Rotam, fuit prima vice reſolutum pro nullitate electionis ob non ſervatam formam *Cap. Quia propter*, & ob non petitam a Sede Apoſtolica confirmationem, juxta Concordata Germaniæ, quæ per viam extenſionis locum habere in Diœceſi Meten. Rota tunc ſuppoſuit, ut in *deciſ.* 43. *per tot. coram Dunoz. Jun.* Sed propoſita ſecunda vice Cauſa, ex noviter deductis animadverſum fuit *negocium tranſire ſine difficultate:* fuit enim io Rota exhibitum reſcriptum Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium declarantis per viam legis generalis, quod ſtante Brevi Pauli V. illiuſque verbis, *Nulluſque præter Romanum Pontificem ullo modo diſponere poſſit*, Monachi non poterant eligere ſine ſpe-

„ ciali

Digitized by Google

„ ciali licentia Papæ; Cumque ulterius hæc reſolu-
„ tio Sacræ Congregationis fuiſſet per Breve ſpecia-
„ le Urbani VIII. confirmata cum clauſula ſublata,
„ & Decreto irritanti, Rota dixit ſublatam fuiſſe
„ ſibi facultatem aliter judicandi, *ut in deciſ.73. per*
„ *tot. coram eodem Dunoz. Jun.* Et melius patet ex
„ reſolutione Sacræ Congregationis, & Brevi con-
„ firmatorio Urbani VIII. ſub datum apud Sanctam
„ Mariam Majorem *die* 14. *Junii* 1624. *Pontifica-*
„ *tus anno quinto.* Et quamvis poſtmodum Mo-
„ nachi novum ad Sacram Congregationem recur-
„ ſum habuerint: attamen fuit negocium remiſſum
„ ad eamdem Rotam = *Firmo tamen remanente De-*
„ *creto ab eadem Sacra Congregatione hac de re edi-*
„ *to.* Itaut his ſtantibus, ad evidentiam uſque con-
„ ſtat de praxi Datariæ favorabili, non admittendi
„ electiones Monachorum hujuſmodi Congregatio-
„ nis SS. Vitoni, & Hidulphi, etiam in iis locis,
66 „ in quibus vigere Concordata Germaniæ ſuppone-
„ batur; ergo multo magis in iſta Virdunen. Dice-
„ ceſis, in qua certum eſt nunquam viguiſſe Ger-
„ manica Concordata, ut ſupra dictum eſt.

„ Atque ex his ceſſant etiam, quæ pro parte Mo-
„ nachorum exagerantur circa immemorabilem ob-
„ ſervantiam eligendi in hoc Monaſterio Sancti
„ Michaelis; cum quæcumque obſervantia contra-
„ ria fuerit ſublata per hæc poſteriora Indulta, &
„ per reſolutionem Sacræ Congregationis per viam
„ legis univerſalis emanatam, ut dixit *Rota in di-*
„ *cta deciſ.* 73. *in fin. coram Dunoz. Jun.* Et ni-
„ hilominus non niſi unicum ſub Calixto III. affer-
„ tur exemplum de anno 1455. quod ex pluribus
„ attendi non meretur; Eſt enim unicum; eſt
„ mandatum de confirmando, & non confirmatio;
„ & ſub Calixto Regula concepta erat cum clau-
67 „ ſula, quoties tamen Summus Pontifex *illa uti vo-*
„ *luerit*, ut præter auctoritates in præteritis ſcrip-
„ tis allegatas, apparet ex Regulis Innocentii VIII.
„ Leonis X. & Clementis VII. quæ habentur im-
„ preſſæ; & tunc temporis Summi Pontifices non
„ ſolum Abatiarum, ſed ipſorummet Epiſcopatuum
„ electiones quandoque confirmabant etiam in
„ Italia, in qua Pontifices, uti in Provincia eo-
„ rum reſidentiæ, ſpeciali jure has proviſiones ſibi
„ reſervabant, ad tradita per *Thomaſſin. tom.* 2. *lib.*
68 „ 2. *cap.* 36. *ſub num.* 10. *&* 11. Ipſemet Calix-
„ tus ſubſequenti anno 1456. electionem factam a
„ Canonicis Vercellenſibus de *Gregorio Gallico* Ar-
„ chidiacono in Epiſcopum ipſius Eccleſiæ confir-
„ mavit, etſi ab Eugenio IV. alias rejectam, ut
„ late narrat *Cuſanus in Vitis Epiſcoporum Vercel-*
„ *lenſium diſcurſ.* 93. Unde ſicuti erroneum eſſet
„ dicere, quod Epiſcopatus Vercellenſis non cadat
„ ſub *Regula II.* ex quo Calixtus anno 1456. ad-
„ miſit Canonicorum electionem, ita pariter erro-
„ neum eſt aſſeverare, quod Monaſterium, de quo
„ agitur, non cadat ſub eadem reſervatione, ex quo
69 „ idem Calixtus anno præcedenti Monachorum
„ electionem confirmari mandaverit; præcipue
„ quia ex documentis alias a Parte adverſa exhibi-
„ tis apparet, quandoque Monachos, aut poſtulaſ-
„ ſe, aut elegiſſe, & nec poſtulationem, nec ele-
„ ctionem fuiſſe admiſſas.

„ Non obſtat, quod clauſula prædicta nihil ope-
70 „ retur, cum contineat id, quod de Jure ineſt; &
„ etiam hodie Papa poſſit non uti reſervationibus
„ ex *Mandoſ. in Regul.* 2. *in præfat. n.* 1. Quoniam
„ etſi vera ſit propoſitio, quod S. Pontifex poſſit
„ uti, & non uti ad libitum ſuæ voluntatis reſer-
71 „ vatione; attamen quando reſervatio ſemel eſt in-
„ fixa certo generi Beneficiorum, oportet hodie,
„ quod mentem ſuam ſpecialiter exprimat, & fa-
„ ciat declarationem negativam, quod uti nolit,
„ ſicuti annis elapſis praxis fuit in Epiſcopatibus
„ *Friſingen. & Ratisbonen.* vacantibus per promo-
„ tionem ad Epiſcopatum *Leodienſem* Principis Cle-
„ mentis a Bavaria; noluit enim felic. record. In-
„ nocentius XII. ea reſervatione uti, ſed expreſſe
„ per Litteras Apoſtolicas in forma Brevis id decla-
„ ravit, concedendo pro ea vice Capitulis ſpecia-
„ lem facultatem eligendi, ut in Brevi emanato
„ *ſub die* 29. *Septembris* 1694. *Pontificatus ſui an-*
„ *no IV.* Totum è directo contrarium eveniebat
„ antiquo tempore, quo vigebat in Regula clauſula 72
„ præfata, *quoties tamen ea uti voluerit*; Non
„ enim Epiſcopatus, ſive Abatia reſervata cenſeba-
„ tur, niſi Papa faceret declarationem affirmativam,
„ quod volebat reſervatione uti, aut facto ipſo con-
„ ferendo, ut in puncto probat *Card. Pariſ. conſ.*
„ 19. *n.* 25. *lib.* 4. aut faciendo ſpecialem reſerva-
„ tionem pro ea vice, quæ ſpecialis reſervatio erat
„ neceſſaria pro declaratione voluntatis Pontificiæ,
„ ut egregie reſpondit *Rot. in Virdunen. Epiſcopa-*
„ *tus* 15. *Octob.* 1593. *cor. Pamphil.* Et hæc eſt
„ ratio, ob quam iſta reſervatio non erat antiquitus
„ generalis, prout hodie, ſed erat ſpecialis, ut ha-
„ betur in antiquis Regulis Innocentii VIII. Leo- 73
„ nis X. & Clementis VII. in quibus dicebatur --
„ *Item reſervavit ſpecialiter &c.* -- hodie vero --
„ *Item reſervavit generaliter.*

„ Hinc erravit *Mandoſius loc. citat.* dum ſcripſit, 74
„ clauſulam ſupradictam, *quoties illa uti voluerit*
„ nihil operari, cum Regulæ Cancellariæ non ha-
„ beant locum, niſi Papa illis uti voluerit; Non
„ enim animadvertit, quod vigore illius clauſulæ
„ Epiſcopatus, & Abatiæ, non erant reſervatæ,
„ nec affectæ reſervatione reali, prout hodie con- 75
„ tingit, ſed neceſſe erat, quod Papa ſpecialem fa-
„ ceret declarationem, quod ea reſervatione uti vo-
„ luerat, ut bene poſtea animadvertit *Rota* in alle-
„ gata *Deciſione Virdunen. cor. Pamphilio*, quam
„ ſæpe, & pluries ſequuta eſt Conſiſtorialis Con-
„ gregatio: Et hæc eſt ratio, ob quam *Sotus*, Gloſ-
„ ſator antiquus, in *eadem Regula* firmavit, quod 76
„ propter recenſita verba, ſi Sede Apoſtolica va-
„ cante contigiſſet vacatio Epiſcopatus, aut Mona-
„ ſterii, Canonici, & Monachi potuiſſent eligere,
„ prout etiam ſi vacaſſet tempore Pontificis, &
„ ante Proviſionem ille obiiſſet, adhuc, eo mor-
„ tuo, expleri potuiſſet electio, quia nempe cum
„ Papa non poſſet amplius ſuam declarare volunta-
„ tem, & ſpecialem facere reſervationem, Mona-
„ ſterium, aut Epiſcopatus non cenſebatur reſer-
„ vatus. Quod profecto hodie, poſt immutata ver-
„ ba Regulæ, contingere amplius non poteſt. Er-
„ ravitque etiam *Mandoſ.* in affirmando, ſupradicta
„ verba eſſe ſuperflua, cum in Regulis Cancellariæ 77
„ nihil ſuperfluum reperiatur, ex relatis per *Gonzal.*
„ *ad Reg.* 8. *gloſſ.* 30. *n.* 16. *& ſeqq. Rot. dec.* 281.
„ *n.* 17. *part.* 9. *Rec.*

„ Similiter non relevat, quod in nonnullis ex
„ proviſionibus factis a Summis Pontificibus in
„ Commendam, aut derogatum fuerit Statutis Mo-
„ naſterii, & Regulis Sancti Benedicti, omnibuſ-
„ que Privilegiis, & Indultis &c. aut appoſitum
„ fuerit decretum revertendi in priſtinum tituli na-
„ turam; Nam quantum attinet ad derogationem,
„ iſta de ſtylo ſolet apponi ad abundantiorem cau- 78
„ thelam, & nihil ponit in eſſe, nec tollit jus Sedis
„ Apoſtolicæ derivans ex reſervatione *Regulæ II.* ut
„ dictum fuit in *Tiraſonen. Prioratus* 11. *Martii*
„ 1689. §. *Demum cor. bon. mem. Caccia.* Per
„ Decretum vero revertendi in titulum, non reſti-
„ tuitur Monachis jus eligendi, quod in ſeculis 12.
„ & 13.

Digitized by Google

„ & 13. habebant, & quod per ſubſequentes Pon-
„ tificias Conſtitutiones abrogatum eſt, ſed illud
„ nil aliud præ ſe fert, quam ut ceſſante Commen-
79 „ da, Monaſterium conferatur in titulum Regularis;
„ nec ulla adeſt implicantia, quod Beneficium dari
„ debeat in titulum, ſed tamen alius, quam Sum-
„ mus Pontifex id conferre non poſſit, ſi illud per-
„ ſonali, reali, aut alia aliqua reſervatione ſit affe-
„ ctum, ut bene notat *Faber. in Cod. lib. 1. tit. 2.*
„ *definit.* 17. ubi in fine ita concludit -- *Neque vero*
„ *quidquam prohibebat, quo minus Beneficium in ti-*
„ *tulum conferre neceſſe eſſet, nec tamen alius, quam*
„ *Summus Pontifex conferre id poſſet, & in* addi-
„ tionibus *n.* 4. ſubdit, quod cum poſſit utrumque
„ ſtare, non debet unum per alterum tolli.

„ Minus ſubſiſtit, quod in aliis Lotharingiæ Mo-
„ naſteriis Electiones admittantur; Quia ſi loqui-
„ mur de Monaſterio S. Naboris Diœceſis Metenſis,
„ contrarium ſupra probatum eſt; ſi de Monaſterio
„ Senonenſi, peculiariter quoad illud reſpondetur
„ in alia Informatione; Si vero loquimur de nupe-
„ ra proviſione facta anno 1700. a ſan. mem. In-
„ nocentio XII. illa ex pluribus non obſtat. Et
„ primo, quia eſt de Ordine diverſo, nempe Cano-
„ nicorum Regularium S. Auguſtini, qui poſſunt
„ habere ſpeciale Privilegium eligendi, cum ampliſ-
„ ſima derogatione futuris Regulis Cancellariæ, pro-
80 „ ut habent Canonici Regulares Præmonſtratenſes
„ ſub eadem Regula militantes, approbatum tam
„ a *Rota in deciſ.* 41. *per totam cor. Verallo*, quam
„ a Cancellaria, ut dixerunt DD. de Parco in No-
„ tabili ſupra dicto. Secundo, quia præfata proviſio
„ eſt de genere earum, quæ a *Regula XXVII.*
„ *Cancellariæ* vocantur expeditæ per *præoccupatio-*
81 „ *nem*, nempe cum manifeſto errore, atque do-
„ lo, quæque proinde juxta ejuſdem Regulæ diſ-
„ poſitionem, ad Cancellariam remittendæ ſunt
„ pro correctione, & earum reductione ad debitam
„ formam. Et quidem patentiſſimus eſt error, nam
„ fuerunt dictæ Litteræ expeditæ cum ſuppoſito,
„ quod intra ſex menſes Monachi non elegerant, &
„ tamen cum vacaſſet per obitum Commendatarii,
„ nulla requirebatur electio Monachorum, ut in
„ hac eadem Cauſa dixit *Rot. cor. Coccin. deciſ.* 2245.
„ Fuerunt etiam non ſine dolo extortæ, nam in Sum-
„ mariolo (ad quod a Supremis Datariæ Adminiſtris
„ in Congregatione animadvertitur, & quod tantum
„ legitur coram Pontifice Supplicationes ſubſcri-
„ bente) ſolum expreſſum fuit, Monaſterium S.
„ Auguſtini Canonicorum Regularium, per obitum
„ Abbatis Commendatarii ultimi poſſeſſoris, cum
„ decreto revertendi in titulum a pluribus annis De-
„ functi vacans &c. Unde non id, quod in Corpo-
„ re Supplicationis, ſed quod in Summariolo expli-
82 „ catum eſt, debet attendi, *Rot. in Romana Emphy-*
„ *teuſis 6. Martii* 1684. *§. Probatur tertio coram*
„ *Albergato, in Romana Penſionis* 12. *Februarii*
„ 1685. *§. Non obſtante coram Paulutio, in Melevi-*
„ *tana Penſionis* 28. *Junii* 1698. *&* 23. *Januarii*
„ 1699. *coram R. P. D. meo de la Tremoille, & in*
„ *Aſculana Beneficii, ſeu Abbatia 6. Aprilis* 1699.
„ *§. Et ob id cor. R. P. D. meo Anſaldo*; Tertio
„ creſcit doli præſumptio, ex quo alias non veriſimi-
„ le, nec credibile eſt; quod Officiales, qui Data-
„ riæ ſub Innocentio XII. præſidebant, quoſque
„ notorie conſtat fuiſſe conſtantiſſimos propugnato-
„ res jurium Sedis Apoſtolicæ, voluiſſent jus eligen-
„ di in Monaſteriis Lotharingiæ admittere in præju-
„ dicium litis, tunc etiam pendentis, & in qua jam
„ emanaverant reſolutiones favorabiles Datariæ,
„ tum in Congregatione rerum Conſiſtorialium, tum
„ in Sacra Rota; Et quarto quia quomodocumque

» admiſſa fuerit hæc expreſſio, illa non poteſt Sum-
» mo Pontifici præjudicare, cum in Bulla Urbani
» VIII. ſuper præjudicialibus Eccleſiæ *la* 270. *tom.* 83
» 5. §. 10. 11. & 12. clare diſponatur, præfatas aſ-
» ſertiones ab Officialibus in Eccleſiarum expedi-
» tionibus inſcienter admiſſas, nullo modo Sedis
» Apoſtolicæ liberæ proviſioni obeſſe, etiam quod
» in ultimo ſtatu fundatæ ſint; Et in puncto ſimilis
» proviſionis dixit *Rot. deciſ.* 94. *a n.* 34 *cor. Roxas*,
» ubi etiam *n.* 37. quod Dataria nihil firmat in ſui
» præjudicium, non data poſitiva ſcientia, & pa-
» tientia Papæ. Multoque magis in præſenti caſu,
» non data tam in Summo Pontifice, quam in ejus
» Adminiſtris poſitiva notitia de Indulto Pauli V.
» de Brevi Urbani VIII. & de geminis Reſolutio-
» nibus a Sacra Congregatione Epiſcoporum, &
» Regularium emanatis.

» Demum nihil obeſt, quod in Regno Poloniæ, 84
» & Belgicis Provinciis Sancta Sedes Apoſtolica
» admittat Electiones; quodque ſi Regula locum
» haberet in Monaſteriis electivis, Miniſtri Datariæ
» poſſent Monachos exemplis obruere, & tamen
» nullum adducitur per Nos exemplum in hujus Re-
» ſervationis comprobationem. Quandoquidem in
» Polonia id provenit ratione immemorabilis con-
» ſuetudinis in illo Regno vigentis, ut exprimitur
» etiam in proviſione ex adverſo data, atque talis
» conſuetudo præſertim viget in Monaſteriis Ciſter-
» cienſium, quale eſt illud, de quo loquitur dicta
» proviſio; fuitque alias in Congregatione rerum
» Conſiſtorialium exhibita declaratio Sigiſmundi
» Auguſti Regis Poloniæ, uſque de anno 1552. at-
» teſtantis, a pluribus ſæculis ſervatam eſſe in Ordi-
» ne conſuetudinem eligendi vigore Privilegiorum.
» Fuitque etiam exhibitum inter diverſa alia Privi-
» legia, ampliſſimum Indultum ſub Datum *tertio Ka-*
» *lendas Maii* 1487. in quo Innocentius VIII. non
» ſolum revocat Commendas præteritas, & eas pro-
» hibet in futurum, ſed etiam concedit facultatem
» Monachis, ut Commendis prædictis non obſtanti-
» bus, poſſint libere eligere, juxta laudabiles con-
» ſuetudines, & Privilegia Apoſtolica; & decernit
» eidem Indulto derogari non poſſe per quaſcum-
» que clauſulas, etiam derogatoriarum derogato-
» rias, & inſolitas, niſi de S. R. E. Cardinalium
» Conſilio, de quo clare conſtet, & niſi hujuſmo-
» di derogatio per trinas litteras ſuas, aut Romano-
» rum Pontificum Succeſſorum Abbati Ciſtercii,
» aut Capitulo Generali diverſis temporibus ſuc-
» ceſſive præſentatas, fuerit prius intimatum; Et
» ideo nihil mirum, ſi Electiones in eo Ordine ad-
» mittuntur; dum & antiquo tempore Electiones vi-
» gore ſuorum Privilegiorum a Ciſtercienſibus factas
» confirmari dixerunt DD. de Parco in præcitato
» Notabili.

» Tranſeo è Polonia ad Belgium; in quo præno- 85
„ tandum eſt, quod Leo X. Carolo V. tunc Archi-
„ Duci Auſtriæ Indultum conceſſit *ſub die 9. Julii*
„ 1515. a Pio IV. & Gregorio XIII. poſtmodum
» confirmatum, ut nemo poſſet ad Monaſteria illa-
» rum Ditionum promoveri, niſi habita prius inten-
» tione, & conſenſu ejuſdem Caroli: Quod Indul-
» tum, quia obſcurum erat, tandem Sixtus V. Phi-
» lippo II. jus nominandi elargitus fuit, illudque
» ſucceſſive Clemens VIII. Urbanus VIII. & alii
» Pontifices confirmarunt; Referuntur Indulta præ-
» fata per extenſum apud *Pinſon. in Tract. des Re-*
» *gales &c. tom.* 2. *pag. mihi* 1140. & meminit
» *Spad. conſil.* 134. *lib.* 1. *Doujat. in Specimin. Jur.*
» *Gallic. tom.* 2. *pag. mihi* 219. *verſ. Comes Flan-*
» *driæ*, ubi quod de hac nominatione fit mentio
» in Litteris Apoſtolicis, quando expediuntur. Et

» poſt Pacem *Aquiſgrani, & Neomagi*, ceſſis a Re-
» ge Catholico nonnullis Provinciis Regi Chriſtia-
» niſſimo, iſte pariter a Clemente IX. & Innocen-
» tio XI. conſequutus eſt ſimilia nominandi Indul-
» ta, relata pariter a *Pinſon. loco cit.* Sicque Rex
» uterque nominat ad has Abbatias, nec Sedes A-
» poſtolica unquam confirmavit eorum Monachorum
» Electiones. Nec obſtat exemplum, quod ex ad-
» verſo datur de *Abbatia S. Vedaſti* Atrebaten.
» Quia recognitis Actis Conſiſtorialibus, apparet,
» eam proviſionem factam fuiſſe ad nominationem
» Regis abſque ulla mentione Electionis; unde
» cum appareat eſſe prorſus erroneam expreſſionem
» factam in Bullis, ea neque Pontifici, neque Re-
86 » gi præjudicat, cum data diſcrepantia inter Bullas,
» & Cedulam Conſiſtorialem, iſta, tamquam Ma-
» trix attenditur, & non Bullæ, *Spad. conſil.* 88. *n.*
» 11. *lib.* 2. *Rot. in deciſ.* 612. *n.* 5. *in fine part.* 2.
» *Recent.* eodem modo, quo data diſcrepantia in-
87 » ter Supplicationem, & Bullas, Supplicatio tam-
» quam Matrix attenditur, *Rot. in Vercellen. Pen-
» ſionis* 26. *Junii* 1698. *§. Verum coram R̃mo De-
» cano.*
88 » Quemadmodum nec obſtant geminæ Proviſio-
» nes, quæ dantur de Monaſterio *Lobbien.* ad Mo-
» nachorum electionem expletæ. Situm omnque
» eſt Monaſterium præfatum in Diœceſi Camera-
» cenſi, in qua vigent Concordata Germaniæ, ut
» firmant *Nicolarts ad eadem Concordata tit.* 3. *dub.*
» 1. *§.* 5. *Wameſ. conſ.* 33. *ſub n.* 13. *Leonin. conſ.*
» 50. *per tot. Zyp. Conſult. lib.* 3. *conſult.* 3. *ſub*
» *n.* 6. 19. *&* 25. *& conſult.* 6. *n.* 8. *Rot. in Romana*
» *Exemtionis Calceolariorum* 22. *Junii* 1693. *§. fin.*
» *cor. bon. mem. Emerix.* Imo Monaſterium hoc
89 » non pertinet ad Belgium, ſed poſitum eſt in Agro,
» Territorio, & Patria Leodienſi, *Thomaſſin. de Be-
» nefic. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 32. *n.* 8. *pag. mihi* 737.
» ubi quod Abbas *Lobbienſis* erat Vicarius natus
» Epiſcopi Leodienſis, & primum honorem habebat
» Eccleſia *Lobbienſis* poſt Cathedralem inter cæte-
» ras omnes Eccleſias Diœceſis Leodien. & bene
» deducitur ex Decreto Congregationis Conſiſtoria-
» lis, quod præceſſit Proviſionem Innocentii X. Et
» cum eodem ſenſu proceſſit eadem Congregatio
» 18. *Auguſti* 1695. cui in Memoriali a Monachis
» pro confirmatione porrecto, expreſſum fuit, quod
» hoc Monaſterium ſitum erat *nel Territorio tem-
» porale di Lieggi.* Adeo ut in Electionibus in Ger-
» mania admiſſis, nullum poſſit fieri fundamentum
» pro Abbatiis Lotharingiæ.
» Ceſſat proinde exaggeratio, quod ſi Regula lo-
» cum haberet in Monaſteriis Electivis, Miniſtri
» Datariæ poſſent Monachos exemplis obruere.
» Quoniam ſi in cæteris Regionibus exempla reje-
» ctarum electionum, & inductæ reſervationis ex
» capite Regulæ II. non afferuntur, id tribuendum
» eſt particularibus circumſtantiis, quæ in eiſdem
90 » Regionibus vigent. *In Italia* Abbatiæ ſunt Trien-
» nales, Manuales, & a Capitulis Generalibus pro-
» videntur; & ex hac ratione ſub Regula non
» comprehenduntur, ad evitandum abſurdum, quod
» Proviſus a Papa debeat ab Inferioribus remove-
» ri, *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſput.* 5.
» *quæſt.* 2. *num.* 4. *cum ſeqq. Kochier ad hanc Regul.*
» *num.* 17. *Cortiad. deciſ.* 1023. *num.* 13. *In Gal-
» lia, in Hiſpaniis, & in Belgio*, Rex uterque reſ-
» pective præſentat, ſeu nominat. *In Luſitania*
» Rex habet jus nominandi; *In Germania* vigent
» Concordata; & in *Polonia*, ut mox diximus, im-
91 „ memorabilis conſuetudo. Unde in ſola *Lotharin-
„ gia* hæc Regula verificari poteſt, in qua jam
„ oſtenſum eſt, per duo ſecula, & præſertim poſt
„ Indultum Pauli V. Summos Pontifices de his Ab-
„ batiis diſpoſuiſſe, modo in titulum, modo in Com-
„ mendam, prout eorum prudentiæ videbatur. Quæ 92
„ Commendæ licet ſtatum Beneficii non immutave-
„ rint, attamen bene declarant, ibi electiones non
„ vigere; Nam ubi vigent Electiones, non ſolent
„ Summi Pontifices pro eorum conſueta juſtitia,
„ Abbatias commendare. *In Germania* nullæ Com-
„ mendæ; *In Polonia* nimium raræ, & nonniſi ex
„ urgentiſſimis cauſis, quandoque concedi ſolitæ;
„ plurieſque Sacra Congregatio Conſiſtorialis ſimi-
„ les petitiones rejecit non alia ratione, niſi ut ſarta
„ tecta ſervetur conſuetudo immemorabilis ibi vi-
„ gens eligendi.
„ Auctoritatibus *Sacræ Rotæ coram Coccin. in de-* 93
„ *ciſ.* 1023. aliorumque *Doctorum*, alias pro Dataria
„ allegatorum, & firmantium, quod Regula com-
„ prehendat Monaſteria etiam electiva, & ſolita
„ conferri in titulum, addere poſſumus reſolutiones
„ ſupra dictas S. Congreg. Epiſcoporum, & Regula-
„ rium, nec non *dec.* 73. *cor. Dunoz. Jun. & Zaba-
„ rell. in alleg. conſ.* 5. *n.* 2. ubi refert, notoriam eſſe
„ Abbatiarum reſervationem, nec ullum poſſe in eis
„ poſtulare, & eligere, & in culpa eſſe Monachos,
„ qui electioni ſe immiſcent, cujus dictum referunt
„ *Cardinal. Tuſc. verb. Beneficium concluſ.* 75. *n.* 3.
„ *Simonett. de Reſervat. quæſt.* 39. *n.* 2. *Nicolarts ad*
„ *Concord. German. §.* 19. *pag. mihi* 63. Item *Sot.*
„ *ad hanc Regulam n.* 5. *& num.* 6. ubi clare dicit,
„ quod ſi in Monaſterio eſſent Viri, & fœminæ per-
„ mixti, & illud regeretur per maſculos, eſſet re-
„ ſervatum; Abſque eo quod obſtent, quæ *Mando-
„ ſius* firmavit in *hac Regula*, quia ibidem pedes
„ non figit, & majus fundamentum conſtituit in
„ eo, quod diverſi Ordines Monachorum habent
„ jus eligendi a diverſis Pontificibus ipſis conceſſum.
„ Et quatenus in ſtylo fundatur, & erravit, & eſt
„ ſibimet contrarius; tum ut animadvertimus ſu-
„ pra, ipſe dixit *in tract. de Signatura Gratiæ tit.*
„ *Confirmationes §. Electiones*, quod excepta Ale-
„ lemannia, cæteræ Monachorum electiones non
„ confirmantur.
„ Immo quando etiam procedendum eſſet cum 94
„ ſuppoſito, quod Regula procedat ſolum in Mona-
„ ſteriis Conventum habentibus, ſed commendari
„ ſolitis, jam in caſu præſenti abunde conſtat de hu-
„ juſmodi ſolito; non obſtante reſponſione, quod
„ Commendæ non mutent ſtatum Beneficii, quod-
„ que ceſſaverit quæcumque affectio, dum poſt obi-
„ tum Cardinalis Piccolominei fuit P. Hennezon
„ ultimo Abbati collata in titulum; Quoniam nos
„ firmare non intendimus, quod ex Commenda per
„ 40. annos continuata fuerit mutatus ſtatus Bene-
„ ficii, ita ut de Regulari effectum fuerit Seculare;
„ ſed ſolum quod Commendato per tantum tempus
„ hujuſmodi Monaſterio inductum fuerit ſolitum
„ commendandi, ad quem effectum duo tantum ac-
„ tus ſufficerent, ex relatis *per Rot. in Tiraſeonen.*
„ *Prioratus* 11. *Martii* 1689. *in princip. cor. cl. me.*
„ *Card. Caccia*; Et ſunt inter ſe compatibilia hæc 95
„ duo, quod Beneficium ſit Regulare, & nihilo mi-
„ nus ſit ſolitum commendari; Nec hujuſmodi ſoli-
„ tum ceſſavit, ex quo ſemel poſtea datum fuerit in
„ titulum, quia ex hoc non tollitur præcedens quali-
„ tas jam impreſſa, quod ſit ſolitum commendari;
„ ſolitum namque dicitur id, quod pluries fuit ſer-
„ vatum in caſu contingentiæ, ex relatis in *deciſ.*
„ 295. *n.* 10. *part.* 19. *Recent.*

Hactenus diſcurſus. Redeundo modo ad mate- 96
riam: Ut Regula locum habeat, utque Monaſteria
dicantur Conſiſtoralia, neceſſe eſt, quod conferan-
tur in titulum perpetui Beneficii, nam ſi ex Indulto
Apoſto-

Apoſtolico hujuſmodi Monaſteria ſint manualia,
Summus Pontiſex de illis diſponere non conſuevit,
quia cum Beneficiorum collatio de ſui natura debeat
eſſe perpetua, Papa ſub reſervationibus non intelli-
git comprehendere manualia, ad evitandum abſur-
dum, quod proviſus ab illo poſſit ab inferiori remo-
veri, & præter DD. laudatos *num.* 90. tradunt *Van
Eſpen in Jus Eccleſ. univerſ. tom.* 1. *part.* 1. *tit.* 31.
*cap.*8.*n.* 15. *Rot. deciſ.* 1023. *n.* 13. *coram Coccin. &
in d. Verdunen. Abbatiæ coram Melines deciſ.* 777. *n.*
80. *&* 81.

97 Obſtat hæc Regula Cardinalibus habentibus In-
dultum conferendi Beneficia, nam excipiuntur in eo
Monaſteria Conſiſtorialia, & indefinite deſcripta,
ac taxata in libris Cameræ, quamvis taxa eſſet mi-
nor illa, quæ facit Monaſterium Conſiſtoriale; quo-
niam talis exceptio ſtare videtur augmentative, ſeu
diſcretive ab alia Conſiſtorialium, ut probat ipſe ſen-
ſus Grammaticalis Indultorum, & cohærenter ad ea
Germon. de Indult. §. *Regularia n.* 82. *Cardinal. de
Luc. de Benefic. dict. diſc.* 4. *n.* 6.

98 Sed locum Regula ſibi non vindicat in Germa-
nia, nam ibi viget ex Concordatis Jus Electionis
etiam in his Monaſteriis, *Engel in Tract. de Privileg.
& Jur. Monaſter. Privileg.* 47. *n.* 1. impreſſ. *poſt lib.*
5. *Jur. Canon. Wagnarec in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 5.
de Præbend. in explicat. Concordat. German. §. *Item
placet, verb. Electiones Canonicæ*, & alii paſſim.
Quod tamen ea cum modificatione intelligitur, quod
electi petere debeant confirmationem a Sede Apo-
ſtolica, ſi Monaſteria ſint eidem Sedi immediate ſub-
jecta, *Kochier. ad hanc Regul.n.*9. *&* 16. late *Armin-
dus Riccius in Allegatione Altaripanæ Monaſterii,*
99 *mox tranſcribenda*; ſi vero Monaſteria ſint ſubjecta
locorum Ordinariis, & non deſcripta in libris Ca-
meræ, confirmatio electi petenda eſt ab Ordinariis
ipſis. Hinc cum anno 1684. in Bavaria erecta fuiſ-
100 ſent in Congregationem Monaſteria Ordinis S. Be-
nedicti, ſub nomine *SS. Angelorum Cuſtodum*, præ-
ſervatum fuit a Sede Apoſtolica Ordinariis jus con-
firmandi Abbates Monaſteriorum, quæ iiſdem Or-
dinariis prius erant ſubjecta, & in libris Cameræ
non taxata, prævio Decreto Congregationis parti-
cularis *ſub die* 14. *Julii ejuſdem anni*, & in Brevi
deſuper expedito. Allegatio autem *Armindi Ricci*
eſt, quæ ſequitur.

101 „ Inſignis Altaripanus Abbas Ordinis Ciſtercien-
„ ſis tenetur expedire confirmationem Apoſtolicam
„ ſuæ electionis, & perſolvere Annatam, juxta ta-
„ xam ſui Monaſterii in florenis 133. deſcriptam
„ in libris Cameræ. Etenim omnia Monaſteria Or-
„ dinis Ciſtercienſis exemta fuerunt a Juriſdictione
„ Epiſcoporum, & Sedi Apoſtolicæ immediate ſub-
„ jecta, ex Conſtitutione 9. Innocentii VIII. edi-
„ ta *anno* 1486. §. 4. – ibi – *Ab omni Juriſdictio-
„ ne, viſitatione, & poteſtate Epiſcoporum perpetuo
„ eximimus, & Nobis, & Sedi Apoſtolicæ imme-
„ diate ſubjicimus &c.* Quin imo cum prius a plu-
„ rimis Romanis Pontificibus exemtionem, & im-
„ mediatam ſubjectionem hujuſmodi aſſequuta fue-
„ rint, ſicuti habetur *in* §. 2. ejuſdem Innocentia-
„ næ Conſtitutionis, & in ſpecie de hoc ipſo Or-
„ dine dixerunt *Gemin. conſ.* 72. *n.* 1. *Ab. conſ.* 56.
„ *in fine verſ. ſed notorie conſtat lib.* 1. quos ſequi-
„ tur *Spad. conſ.* 134. *num.* 17. ideo ad expeditio-
„ nem Confirmationis Apoſtolicæ tenetur ex diſpo-
„ ſitione Juris communis, *Tamburin. de Jur. Ab-
„ bat. tom.* 1. *diſput.* 6. *quæſt.* 2. *n.* 1. *&* 2. ubi ſub-
„ ditur, ceſſante exemtione, ab Epiſcopo confirma-
„ tionem recipi debere.

102 „ Nec refragatur Privilegium ab Eugenio IV.
„ conceſſum Abbati Generali Ordinis Ciſtercien-
„ ſis de fungendo ſuo Officio poſt electionem
„ abſque alia confirmatione, ut per *Tamburin.
„ ibidem numer.* 3. Quia Privilegium conceſſum 103
„ Generali non extenditur ad alios Abbates par-
„ ticulares ejuſdem Ordinis, cum Privilegium
„ ſit ſtricte interpretandum, neque extendatur de
„ Perſona ad Perſonam, *Cap. Sane, de Privi-
„ leg.* & ibi *Butr. numer.* 1. *Tamburin. dict. tom.*
„ 1. *diſput.* 16. *quæſt.* 4. *numer.* 1. *&* 2. ubi quod
„ ex ſimilitudine rationis extendi poſſit, cum ta-
„ men longe diverſa ſimilitudinis ratio concurrat
„ inter Abbatem Generalem, & Abbatem particu-
„ larem.

„ Ad hoc pariter dictus Abbas tenetur ex 104
„ Concordatis Germaniæ, de quibus in Conſti-
„ tutione I. Nicolai V. edita *anno* 1447. §. 3.
„ ibi – *In Monaſteriis immediate ſubjectis Sedi A-
„ poſtolicæ fiant Electiones Canonicæ, quæ ad di-
„ ctam Sedem deferantur, & ſi Canonicæ fuerint
„ eas confirmabimus.* Et §. 5. ejuſdem Conſtit.
„ ibi – *De Eccleſiis, & Monaſteriis Virorum ſol-
„ vantur de fructibus primi anni a die vacatio-
„ nis ſummæ pecuniarum in Camera Apoſtolica ta-
„ xatæ.*

„ Etſi non intrarent Concordata Germaniæ, in- 105
„ traret Conſtitutio Generalis 86. Pii IV. edita
„ *anno* 1564. expreſſe reſervans confirmationem
„ Electionis ad quæcumque Monaſteria, nullam
„ diſtinctionem faciens de immediate ſubjectis Se-
„ di Apoſtolicæ, vel non; ſicuti & intraret Regula
„ Cancellariæ, expreſſe reſervans pariter indiſtincte
„ Monaſteria Virorum, & ſic illorum plenam diſ-
„ poſitionem.

„ Adſtipulatur quoque Conſtitutio Sixti IV. 106
„ edita anno 1430. in qua aſſerit, ſe alias decreviſ-
„ ſe, quod promoti in Abbates Monaſteriorum ejuſ-
„ dem Ordinis, intra quatuor Menſes ad Romanam
„ Curiam pro confirmatione impetranda venire, vel
„ mittere, & annatam, ſecundum taxam in libris
„ Cameræ Apoſtolicæ poſitam, ſolvere, & ſatisfa-
„ cere teneantur. Abſque eo quod obſtet ſubſequens
„ declaratio dicti Sixti IV. de non comprehendendo
„ ſub tali ſua voluntate Monaſteria, & alia Bene-
„ ficia, pro quorum proviſionibus juxta Conſtitu-
„ tiones Apoſtolicas recurſus ad Curiam haberi ne-
„ ceſſario non debebat, vel alias non conſuevit.
„ Etenim ex dicta præcedenti Conſtitutione Nicolai
„ V. jam Abbas tenebatur, ut dicitur, ad expedi-
„ tionem Confirmationis, & ad ſolutionem Taxæ.
„ Nec vis ex adverſo fieri poteſt in eo, quod Mo-
„ naſterium hoc nunquam, ut dicitur, ſolverit, &
„ quod propterea applicari poſſit alternativa decla-
„ rationis, nempe, vel alias non conſueverit. Cum
„ enim obligatio petendi confirmationem in Roma-
„ na Curia reſultare poſſit non ſolum ex lege ſcri-
„ pta, nempe ex Conſtitutione Pontificia, ſed etiam
„ ex ſola conſuetudine, quæ eſt altera lex, & vim
„ parem legis obtinet *L. de quibus* §. *Ex non ſcripto* 107
„ *ff. de legib. Cap. final. de Conſuetud.* & compro-
„ bat in terminis dicta Conſtitutio Nicolai V. §. 3.
„ ibi – *Et in Monaſteriis dictæ Sedi non ſubjectis, ſu-
„ per quibus pro confirmatione ad dictam Sedem
„ non conſuevit haberi recurſus &c. ubi autem pro
„ Monaſteriis ad dictam Curiam venire, ſeu mit-
„ tere conſueverint, non aliter confirmabimus &c.*
„ Dictio illa *ſeu* tanquam poſita inter legem, & 108
„ conſuetudinem æqualiter ligantes, non ſtat alter-
„ native, ſeu disjunctive, ſed copulative, *L. Cum
„ quidam* §. *Melius itaque, C. de Verbor. ſignificat.*
„ *Barboſ. Dict.* 415. *num.* 4. *per tot.* Et præterea 109
„ quoad Monaſterium Altaripanum ceſſat omnis
„ conſuetudo, quia jam ante Sixtum IV. reperie-

„ batur taxatum in libris Cameræ confectis ſub
„ Joanne XXII. qui fuit creatus de anno 1316.
„ *Amayd. de Styl. Datar. cap.* 17. *§.* 2. *n.* 6. *pag.*
„ 315. Et quidem de eo tempore, quo Romana
„ Curia morabatur Avenione, *Amayd. cap.* 35. *n.*
110 „ 6. *pag.* 524. Deſcriptio autem Monaſterii in hu-
„ juſmodi libris probat, illud conſueviſſe Conſiſto-
„ rialiter, & a Summo Pontifice provideri, ſicuti
„ ex ſententia Rotæ, & ex antiqua reſolutione Sac.
„ Congregationis Conſiſtorialis anni 1591. probat
„ *Lotter. de re Benefic. lib.* 1. *cap.* 26. *nu.* 50. *cum*
„ *duobus ſeqq. Amayd. dict. cap.* 17. *§.* 2. *num.* 21.
„ *pag.* 316. *Spad. conſ.* 134. *nu.* 12. *& ſeqq. & ſub*
„ *num.* 14. ſubdit, proviſionem extra Conſiſtorium
111 „ quandoque de illis factam non relevare, quia
„ Beneficia Conſiſtorialia etiam extra Conſiſtorium
„ provideri poſſunt *ex deciſ. Paleot.* quæ eſt 540.
„ *part.* 3. *lib.* 3. *diverſ. & ex Pariſ. de Reſignat.*
„ *lib.* 2. *Quæſt.* 27. *num.* 11. ſicuti & eadem Con-
„ ſuetudo ceſſat ex ultimo ſtatu, cum Abbas pe-
„ nultimus talem Apoſtolicam confirmationem pe-
„ tierit, & taxam Officialibus ſolverit: ſolus enim
112 „ unicus actus contrarius conſuetudinem deſtruit,
„ *Rot. apud Gregor. deciſ.* 162. *n.* 9. *& ibi adden.*

„ Quin imo dicta Conſtitutio poſterior 86. Pii
„ IV. & Regula III. Cancellariæ munitæ ſunt De-
„ creto irritanti; idque Decretum continet etiam di-
„ cta præcedens Conſtitutio Concordatorum Nico-
„ lai V. confirmationem, & ſolutionem decernens,
„ ut in §. 6. ibi -- *Nulli ergo omnino hominum li-*
113 „ *ceat &c.* cum verba hujuſmodi vim talis Decreti
„ obtineant, *Barboſ. Clauſ.* 40. *n.* 39. *& ſeqq.* unde
„ nulla conſuetudo induci potuit. Tale namque
114 „ Decretum tollit Conſuetudinem nedum in præteri-
„ tum, ſed etiam in futurum, *Barboſ. loco cit. n.* 35.
„ *Rot. deciſ.* 317. *n.* 6. *part.* 7. *Recent.* Addo, quod
„ ex ſola negatinne ſolutionis, vel non obtentæ Con-
„ firmationis probari non poteſt conſuetudo, ſed
„ aliunde per concludentem probationem negativæ
„ eſt deducenda, *Lancellot. Gall. conſ.* 25. *n.* 45.
„ *& ſeq.* ubi de veriori & communi *Riminald. Jun.*
„ *conſ.* 258. *n.* 327. *& conſ.* 589. *nu.* 47. *& ſeqq. &*
„ *num.* 29. *& ſeqq.* loquens in in terminis Immemor-
„ rabilis.

„ Quod dicitur, Privilegia conceſſa Monaſterio
„ Altaripano ab Innocentio III. qui fuit creatus de
„ anno 1098. non concludere immediatam ſubje-
„ ctionem Sedi Apoſtolicæ: ultra quam quod vide-
„ tur non ſubſiſtere, ex traditis *in Cap. ſi Papa §. Si*
„ *autem, de Privileg. in* 6. *& per Rot. deciſ.* 319. *n.*
„ 6. *verſ. Quod confirmare, & deciſ.* 338. *n.* 6. *verſ.*
„ *Attamen part.* 8. *Recent.* Adhuc reſpondetur, ta-
115 „ le objectum non referre, dum poſtmodum ſuper-
„ venit Joannes XXII. qui tale Monaſterium de-
„ ſcribi fecit in libris Cameræ, & ſic inter Conſi-
„ ſtorialia, cum ſua taxa florenorum 133. ſicuti &
116 „ ſupervenit Innocentius VIII. qui omnia Mona-
„ ſteria Ciſtercienſia immediate ſubjecta Sedi Apo-
„ ſtolicæ fore decrevit; Atque etiam ſupervenit Ni-
„ colaus V. qui pariter ut dixi, voluit Monaſteria
„ immediate Pontifici ſubjecta, debere confirmatio-
„ nem petere, & taxam ſolvere. Poſteriora namque
„ attenduntur, imo derogant prioribus, *ex Juribus*
„ *vulgatis.*

117 „ Sicuti nec relevat, quod Abbates inferiores
„ exemti a Juriſdictione Epiſcopi, quandoque con-
„ firmentur a Generali Ordinis, cui alioquin ſunt
„ ſubjecti, ut per *Tamburin. lib.* 1. *diſput.* 6. *quæſt.*
„ 2. *n.* 1. *in fine.* Quia hoc procedit concurrente
„ Privilegio conceſſo Generalibus, ut in his termi-
118 „ nis loquitur *Tamburinus*: privilegio namque
„ ceſſante, confirmare debet Epiſcopus, ut per
„ *Tamburin. ibidem n.* 1. Sicuti & dum agitur de
„ exemtis, & immediate ſubjectis Sedi Apoſtolicæ, 119
„ confirmat Papa, *Tambur. ibidem n.* 1. *&* 2. Nec
„ ullibi docetur de aliquo Privilegio Generalis Ci-
„ ſtercienſis: & de jure communi Generalis habet
„ ſubjectos Monachos ſolummodo in concernenti- 120
„ bus diſciplinam Regularem, & in reliquis, ſive
„ civilibus, ſive criminalibus, ſubjecti ſunt Epiſco-
„ po, *Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. allegat.*
„ 105. *n.* 2. *Rot. deciſ.* 398. *nu.* 2. *part.* 2. *Recent.*
„ Et in præallegata Conſtitut. 86. Pii IV. §. 3. ex-
„ preſſe inhibetur Superioribus Ordinum ſub pœna
„ privationis eorum Dignitatis, ne ſe ingerant in
„ his confirmationibus electionum, ſicuti & ibi-
„ dem privantur Electi ſe intrudentes ſine Apoſto-
„ lica confirmatione, & Litterarum expeditione, &
„ decernitur Monaſteria tunc per alios impetrari
„ poſſe ab eadem Sede Apoſtolica. „ Hactenus al-
„ legatio Armindi Ricci.

Cæterum quemadmodum ad Pontificem ſpectat 121
confirmatio electionis Abbatum in Monaſteriis Sedi
Apoſtolicæ ſubjectis, ita ad illum quoque pertinet
recipere renunciationes ſeu ceſſiones, quæ de iiſdem
Monaſteriis ab Abbatibus fieri contingat, ita ut ali-
ter factæ non ſubſiſtant, nec Monachi vigore præfa-
tæ ceſſionis, ſeu renunciationis ad novam Electio-
nem devenire poſſunt, *Cap. final. de Renunciat. ibi-
que Fagnan. n.* 1. *& ſeqq. Gonzal. n.* 3. cum aliis pe-
nes *Fagnan. in Cap. Dilecti n.* 1. *& ſeqq. Eminentiſſ.
Petra ad Conſtit. Apoſtolic. tom.* 1. *pag.* 549. *n.* 60.
Hinc cum Capitulum, & Canonici Monaſterii *Præ-
monſtrat.* Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecti, ele-
giſſent *Michaelem Calbeſt* in Abbatem ejuſdem Mo-
naſterii, uti vacantis per ceſſionem ſub beneplacito
Apoſtolico factam a R. P. *Auguſtino Leſcellier* in
manibus Capituli die 1. Februarii 1666. *eo quod
propter frequentes, & graves ægritudines, & extre-
mam ætatem, quæ mortem imminentem ipſi denuntia-
ret, tanti miniſterii functionibus ſupra vires defati-
gatus vacare non poſſet.* Sac. Congregatio die ultima
Aprilis 1668. præſentibus cl. mem. *Cardinali Ot-
thobono, RR. PP. DD. Ugolino, Fagnano, de Rubeis,
Rita, Riccio, & Auguſtino Favorito* Secretario, re
tota diligenter, & mature diſcuſſa, utraque parte
informante, cenſuit, *Ceſſionem præfatam non indu-
xiſſe, nec inducere potuiſſe vacationem ante præfatum
Beneplacitum Apoſtolicum; ideo electionem, non ex-
pectato Beneplacito hujuſmodi ſubſequutam, tanquam
factam ad Abbatiam non vacantem, non eſſe vali-
dam, neque confirmabilem. Præterea eundem P.
Auguſtinum Leſcellier reſtituendum eſſe; eoque inte-
gre reſtituto, ſucceſſive a Capitulo Præmonſtrat. San-
ctiſſimi D. N. nomine quamprimum acceptandam
eſſe ceſſionem jam factam, pro qua admittenda idem
P. Auguſtinus, & cum eo PP. ejuſdem Ordinis in Co-
mitiis Generalibus congregati, felic. record. Alexan-
dro VII. per Litteras Præmonſtrat. datas die* 30.
Maii 1666. *humiliter ſupplicarunt, eaque accepta-
ta, deveniendum illico eſſe juxta ſtatuta Ordinis ad
Canonicam electionem Perſonæ ipſi Capitulo bene vi-
ſæ. Interim vero expediendum eſſe Breve abſoluto-
rium a Cenſuris, ea de cauſa, vel occaſione quomo-
documque incurſis, & rehabilitationem omnium ad
vocem activam, & paſſivam; Et facta S. D. N. re-
latione; Sanctitas Sua S. Congregationis ſententiam
in omnibus benigne approbavit. Romæ* 12. *Aprilis*
1668.

Sic etiam cum Capitulum, & Monachi Monaſte-
rii *Uratislavienſis* Ordinis *Præmonſtratenſis* Apoſto-
licæ Sedi immediate ſubjecti, attenta libera ceſſione
R.P. *Andreæ* ejuſdem Monaſterii Abbatis, elegiſſent
R. P. *Godefridum Ezeleſchroski*: Sac. Congregatio
Con-

Conſiſtorialis *die* 28. *Januarii* 1687. cenſuit, *quod admiſſa prius per Pontificem ceſſione præfati R. P. Andreæ, & caſſata Electione*, provideri poſſet de Perſona ejuſdem *Godefridi*.

Similiter die 22. Januarii 1676. Sac. Congregatio præfata *caſſandam* eſſe cenſuit Electionem a Monachis, & Capitulo Monaſterii *Mellicenſis* Ordinis S. Benedicti *Paſſavien.* Diœceſis, vacantis per liberam dimiſſionem *R. P. Valentini* ultimi Abbatis in manibus Nuncii Apoſtolici factam de Perſona R. P. *Edmundi* Monachi profeſſi Capitularis, in ejuſdem Monaſterii Abbatem.

Et cum anno 1721. Abbas Monaſterii *Moritiafeldenſis Bambergen.* Diœceſis ſupplicaſſet Summo Pontifici pro licentia dimittendi Monaſterium in manibus Præſidis Generalis Congregationis *Bavarico Benedictinæ*, preces remiſſæ fuerunt ad S. Congregationem Conſiſtorialem, in qua etſi nonnulli eſſent in ſenſu, quod jura S. Sedis illæſa remanerent, quoties renunciatio de licentia Papæ reciperetur a Præſidente, vice & nomine ipſius Pontificis, juxta *Text. in cap. final. de Renunciat.* ubi poſtquam Gregor. IX. ceſſionem Monaſterii exemti abſque ejus licentia, & electionem ſucceſſive factam irritas, & inanes decrevit, mandavit Monachis jus electionis habentibus, quod Abbatem ipſum loco ſuo reſtituerent, & *vice ſua* ceſſionem ipſius reciperent; & ſervatum fuit in ſupra dicto caſu *Præmonſtraten.* in quo Pontifex mandavit Capitulo *Præmonſtrati*, ut ipſius Pontificis nomine ceſſionem Monaſterii ab Abbate factam acceptarent. Nihilo minus major Votantium pars in eam abiit ſententiam, quod dimiſſio fieret in manibus Pontificis, ne per indirectum allicerentur Monachi ad recipiendas hujuſmodi renunciationes in præjudicium Sanctæ Sedis; maxime attento ſtylo ejuſdem S. Sedis non committendi alteri receptionem hujuſmodi renunciationum. Quapropter *die* 17. *Julii ejuſdem anni* 1721. prodiit reſcriptum -- *Admittendam eſſe renunciationem in manibus Sanctiſſimi, & ad mentem; Mens eſt, quod ſcribatur Capitulo Monachorum, ut attenta dimiſſione facta in manibus Sanctiſſimi, deveniant ad novam Electionem.* Nec detrectare poterant Monachi acceptare facultatem ſibi datam deveniendi ad Electionem, nam cum per reſignationem in manibus Papæ vacaret Abbatia *in Curia*, non poterant jure proprio eligere, quia Concordata amplectuntur reſervationem ex vacatione *apud Sedem*, etiam lato modo ſumtam, juxta *Deciſiones* 16. *&* 73. *cor. Benincaſa*, & diximus ſupra *in Commentar. in Reg.* 1. §. 1.

122 In Gallia Rex Chriſtianiſſimus jus habet nominandi ad Monaſteria, vel ex Concordatis, vel ex Indultis a Sede Apoſtolica elargitis. Et quidem quo ad Concordata, in §. *Monaſteriis*, ei conceditur jus nominandi ad Monaſteria, & Prioratus Conventuales, ſed cum duplici exceptione. Prima, ut ſub iiſdem Concordatis non comprehendantur Monaſteria, & Prioratus, quorum Capitula ſpeciale Privilegium eligendi proprium Prælatum a Sede Apoſtolica obtinuerunt. Sed cum Rex *Franciſcus I.* Clementi VII. ſupplicari feciſſet, ut ſimilia Privilegia tolleret, & revocaret, Pontifex ea tantum ſuſpendit ad ſex Menſes, & renovatis poſtea precibus, Regi ſua vita durante, impertitus fuit jus nominandi ad dictos Prioratus, & Monaſteria, iis tamen exceptis, quæ per Generales regi conſueverunt, nec non iis, quæ ſunt Capita Ordinum. *Thomaſſin. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 8. *in fine, & ſub num.* 14. aliique relati per *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſput.* 7. *quæſt.* 1. *n.* 37. *& ſeqq.* ac dicemus infra in *Comment. in Regul.* 43. Conceſſionemque Clementis ſucceſſive confirmarunt alii Pontifices uſque ad Pium IV. de anno 1564. a quo tempore nunquam amplius Reges curarunt ſimiles obtinere Privilegiorum ſuſpenſiones, continuando nihilo minus in jure nominandi indifferenter, nulla habita ratione an Capitula haberent nec ne ſpeciale jus eligendi. *Pinſon. in Tract. des droits du Roy &c. cap.* 14. *n.* 5. *& ſeqq. pag.* 276. *& ſeqq. & pag.* 683. ubi refert Bullam Clementis VII. *& tom.* 2. *pag.* 924. *& ſeqq.* ubi per extenſum refert ultimam Bullam Pii IV. *Rebuff. de Reg. ad Prælat. nominat.* §. *ultimo verb. Capitulis pag. mihi* 115. *Thomaſſin. tomo* 2. *lib.* 1. *cap.* 46. *n.* 8. *Petrus Pithou. in Hiſtoria Pragmat. & Concordat.* poſt ſuum libr. *de Libertat. Eccleſ. Gallican. pag. mihi* 169. ubi hæc etiam leguntur -- *Quelques Autheurs ont écrit que le Chancelier du Prat Cardinal Legat du Saint Siége en ce Royaume, voulant abolir la mémoire de tous ces Priviléges, fit commander par le Roy, que toutes les Egliſes, qui avoient, ou prétendoient avoir le Privilége d'elire leurs Paſteurs, ſoit des Papes, ou des Roys, qu'ils euſſent à les lui apporter, à certain jour; ce qui fut fait, & que le dit Cardinal Legat jetta tous les dits Priviléges au feu.* Verum ex iis, quæ poſtea evenerunt, conjicere licet, quod res aliter ſe habuit; ut enim diximus *Franciſcus I.* a Clemente VII. obtinuit ſuſpenſionem hujuſmodi Privilegiorum prima vice ad ſex menſes, & poſtea quoad viveret, quo etiam Indulto Pius IV. Carolum IX. donavit. *Juſſa ſunt interim Capitula, & Monaſteria, quæ Privilegia eligendi habere ſe aliqua venditabant, ut ea ad Cancellarium Regium deferrent examini ejus ſubjicienda. Exinde vero Reges jure, & poſſeſſione ſtabili gaviſi ſunt, ſive Privilegia minus probæ notæ deprompta ſint, ſive poſſeſſio ipſa in jus tandem firmum, & inconcuſſum evaſerit*, ut inquit *Thomaſſin. dict. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 46. *num.* 8. *Huſſon Charloteau in libro* cui titulus -- *Abregé des Matiéres Bénéficiales ſelon l'uſage de l'Egliſe Gallicane* -- impreſſo *Lugduni anno* 1687. *pag. mihi* 104.

Secunda limitatio appoſita in Concordatis eſt, 123
quod Monaſteria, & Prioratus hujuſmodi debent eſſe vere electiva, id eſt quod in eorum Electionibus ſervetur *forma Cap. Quia propter de Elect. Van Eſpen in jus Eccleſ. univerſ. tom.* 1. *part.* 1. *tit.* 31. *cap.* 8. *n.* 16. *Choppin.* poſt *Rebuff. lib.* 1. *Monaſter. tit.*
1. *n.* 5. Sed in hoc pariter aliqua emerſit variatio, 124
nam ad Monaſteria, etiam non electiva, ex antiqua conſuetudine Reges nominant, & dum fit hujuſmodi nominatio, exprimitur, quod fit *prætextu Concordatorum*, ad differentiam Monaſteriorum, in quibus dicitur = *vigore Concordatorum*; idque eſt in viridi obſervantia.

Quo vero ad Prioratus Conventuales, jus nomi- 125
nandi remanſit tantum in iis, qui ſunt vere electivi. Licet enim prætendatur Clementem VII. conceſſiſſe eidem *Franciſco I.* jus nominandi etiam ad Prioratus Conventuales collativos, ut apud *Pinſon. dict. tom.* 1. *cap.* 14. *n.* 7. *&* 8. *pag.* 279. *& tom.* 2. *pag.* 935. tamen Autographum uſque adhuc repertum non fuit, ut ipſemet in locis præfatis teſtatur;
& praxis eſt, quod Prioratus non electivi ſub Re- 126
gis nominatione minime cadant, *Tondut. reſolut. Benefic. cap.* 40. *n.* 7. *& ſeqq.* & latius *cap.* 89. *per tot. & part.* 1. *cap.* 3. §. 10. *n.* 17. *D. de Sanctis in Exam. Conſiſtor. cap.* 13. *num.* 241. *& ſeq. Huſſon Charloteau pag.* 20. *in Notis.* Sed in illis collatio fit per eos, ad quos de jure ſpectat *Rebuff. ad Regul.* 4. §. *Quarto Dignitates*; & quandoque etiam per Papam jure præventionis, *Tondut. dict. cap.* 40. *ſub n.* 9. ubi declarat quando hæc præventio admittatur.

Digitized by Google

128 Sed cum Concordata non haberent locum in
Britannia, & Provincia *Provincia*, Leo X. conceſ-
ſit *Franciſco I.* Indultum nominandi ad Monaſteria
Conſiſtorialia in dictis Provinciis ſita, ut apud *Dou-
jat in Specim. Jur. Gallic. part. 2. pag. 35. & Pin-
ſon. tom. 1. pag. 681. & in Not. Summ. ad Indult.
Regis.* Sic etiam Alexander VII. *Ludovico XIV.*
ad ejus Vitam, deindeque *Clemens IX.* ſub die 23.
Martii 1668. omnibus illius Succeſſoribus ampliſſi-
mum elargitus fuit Indultum nominandi ad Mona-
129 ſteria quæcunque, Prioratus, Præpoſituras, &
alias Dignitates ſitas in Diœceſibus *Meten. Tullen.
& Virdunen.* quocunque modo, non tamen *apud
Sedem* vacantia. Hujuſmodi conceſſionis plurimæ,
& quidem urgentiſſimæ rationes adnotatæ leguntur
in libro *Edictorum*, & aliorum *Notabilium Data-
ria* penes D. Officialem de *Miſſis*, ex quibus dig-
noſcitur, eam eſſe Sedi Apoſtolicæ plurimum favo-
130 rabilem. Eidemque Regi laudatus Pontifex Clemens
IX. *die 9. Aprilis* 1668. alia impertitus fuit Indul-
ta, nominandi ſcilicet ad Monaſteria Conſiſtorialia
ſita in Comitatu *Ruſcinonis*, *Confluentiæ*, *& Cerda-
næ*, etiam ſi in Romana *Curia* vacare contigerit,
nec non ad Abbatiales Dignitates, & Monaſteria
Prioratus, & Præpoſituras Conventuales ſitas in
131 Ditione Belgica Coronæ Franciæ ſubjecta, quod
ſubinde Indultum *die 27. Auguſti* 1668. ad Mona-
ſteria exiſtentia in Locis de novo in *Belgio* acquiſi-
tis, ampliavit; Prout etiam ſa. mem. Innocentius
XI. ſub die 20. *Maii* 1686. eidem *Ludovico XIV.*
132 indulſit, ut quoad viveret, nominare poſſet ad Ab-
batias, Monaſteria, & Prioratus Conventuales *Bur-
gundiæ*, & locorum ab ea dependentium, nec non
ad Monaſteria, & Prioratus exiſtentes *in Belgio* per
Tractatum *Neomagenſem* a Rege Catholico Coro-
133 næ Franciæ ceſſis: Quæ omnia Indulta refert *Pin-
ſon. tom. 2.* & nonnulla etiam habentur apud *Dou-
jat. loco ſupra citat.* & *Blondeau ad Bouchel in Bi-
blioth. Canon. Verb. Des Indult.* (*a*)

134 In Hiſpaniis pariter non habet locum Regula Se-
cunda, nam Hadrianus VI. *Carolo V.* ejuſque Suc-
ceſſoribus in Regnis *Caſtellæ*, *Legionis*, *Aragoniæ
&c.* indulſit Juſpatronatus, & præſentandi Perſo-
nas idoneas non ſolum ad Eccleſias Cathedrales, ſed
etiam ad quæcumque Monaſteria Conſiſtorialia,
præterquam *apud Sedem* vacantia, ut diximus in
Regul. 1. § 1. a num. 284. & in §. præcedenti n. 122.
ut ex Indulto, de quo *Rot. coram Coccin. decif.* 1023.
num. 7. & decif. 1139. repert. apud *Tamburin. de
Jur. Abbat. tom. 3. decif. 15. & 16.* & meminit
*Kochier. ad hanc Regul n. 17. Navar. Comm. 3. de
Regular. num. 12. verſ. Attamen*, *Ferrer. in obſer-
vat. Catal. part. 3. cap. 1. Camerat. reſponſ. decif.
11. n. 15. Salgad. de Reg. Protect. part. 3. cap. 10.
n. 225.* Quod Indultum ad Monaſteria Conſiſtoria-
lia, etiam *apud Sedem* vacantia ampliavit Paulus
III. anno 1536. ut diximus in Comment. *in Regul.
1. §. 1. n. 286.*

135 Requiritur tamen, quod Conſiſtorialitas evincatur
de illo tempore, quo Papa Hadrianus Indultum *Ca-
rolo V.* conceſſit, nec ſufficit, quod hodie Conſiſto-
rialitas probetur, quidquid in contrarium dicat *Cor-
tiad. decif. 253. n. 68. tom. 5.* Quia cum Privilegium
ſit conceſſum ſuper certo ſubjecto, non debet ex-
tendi ad ſubjecta de futuro, omnino ſeparata a ſub-
jectis præteritis; & per hanc rationem *Rot. cor. Coc-
cin.* reſolvit Monaſterium de *Benevivere Palentin.*
Diœceſis, non comprehendi ſub Privilegio Regis,
quia Conſiſtorialitas non evincebatur de tempore
Hadriani, ut in *decif.* 1139. *à n. 8. uſque ad finem*;
Licet poſt rem judicatam reviſa cauſa in gradu re-
ſtitutionis in integrum, coram *Pirovano* ſub *die* 21.
Maii 1635. deciſum fuerit, conſtare dictam *Abba-
tiam* fuiſſe Conſiſtorialem, etiam de tempore Leo-
nis X. Hadriani Anteceſſoris, veluti deſcriptam in
Libro Cameræ illius tempore confecto, ut appare-
bat ex ejuſdem *Leonis* Inſigniis, quæ licet potuiſ-
ſent etiam convenire *Clementi VII.* tamen in eo li-
bro aderant delineata duo Inſignia, ſcilicet *Leonis
X.* & Cardinalis Nepotis, qui poſtea fuit *Clemens
VII.* dum in ſummitate unius aderat Regnum, & in
ſummitate alterius Pileus rubeus.

Præterea Abbatiæ, quæ ſunt electivæ, & durant 136
ad triennium, ut pleræque in Hiſpania, non ſunt
comprehenſæ in Indulto, neque in eis Rex jus ha-
bet nominandi, *Kochier. ad hanc Regul. n. 17. Cor-
tiad. decif. Cathalan. 253. n. 35. tom. 5.* & dictum
eſt ſupra *n* 96. Quemadmodum etiam in Gallia li-
cet Abbatiæ ſeculares ſint ſub Regia nominatione,
Abbatiæ tamen Regulares ſunt extra nominationem
præfatam quando ſunt temporales, *Van Eſpen in* 137
*Jus Eccleſ univ. tom. 1. part. 1. tit. 31. cap. 8. n. 16.
& ſeqq. Choppin. lib. 1. Monaſt. tit. 1. n. 5. & ſeqq.*
& exemplificando in quibuſdam Abbatiis quinquen-
nalibus firmat *Tondut. Quæſt. Benef. part. 2. cap. 3.
§. 9. n. 42.*

Atque ex his valde in dubium revocatum fuit, an 138
eſſet a Sede Apoſtolica confirmanda quædam Con-
cordia inita inter Regem Hiſpaniarum, & Canoni-
cos Præmonſtratenſes Abbatiæ de *Bellipodio Urgel-
len.* Diœceſis. Cum enim prætenderent Miniſtri Re-
gis ſuppreſſionem Monaſterii, & bis reſolutum fuiſ-
ſet non eſſe locum petitæ ſuppreſſioni, nempe 4. *Ju-
nii* 1699. & 19. *Maii* 1672. nec tamen Miniſtri præ-
fati acquieſcerent, & ſe opponerent Electioni Abba-
tis, prætendentes ſaltem nominationem ad illam,
tanquam Conſiſtorialem ex Indulto *Hadriani VI.*
Regi competere. Hinc ſub reſervatione Apoſtolici
Beneplaciti concordatum fuit, quod ipſi Canonici
proponere deberent Regi Catholico quolibet triennio
tres Religioſos, ex quibus ipſe Rex unum nominaret
pro Abbate dicti Monaſterii. Cumque peteretur Be-
neplacitum Apoſtolicum, & deputata fuiſſet Con-
gregatio particularis nonnullorum Prælatorum, ut
referrent Sanctiſſimo, an concedendum eſſet: inter
cæteras difficultates fuit primo conſideratum, quod
Concordiæ prædictæ obſtabat Decretalis Honorii III.
in Cap. Cum Terra, de Elect. ubi eſt caſus, quod
quidam in Electionibus pravæ Conſuetudinis mor-
bus irrepſerat, ut cum alicujus Prælati electio ce-
lebrari deberet, Conventus duas nominaret Per- 139
ſonas latenter exprimendas auribus Patriarchæ, vel
Principis, qui poſtea unum ex nominatis eligeret,
& ſubdit Textus – *Et quia hoc redundat in gra-
vamen*,

(*a*) San. mem. Clemens XII. per Breve ſub Datum apud *Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris* 13. *Januarii*
1740. Pontificatus Anno X. Chriſtianiſſimo Regi glorioſiſſime Regnanti, LUDOVICO XV. ejuſque Succeſſoribus jus
nominandi indulſit ad omnia *Monaſteria*, etiam Conſiſtorialia, exiſtentia in Ditionibus Lotharingiæ, & Bary, quæ ta-
men extra Romanam Curiam vacare contigerit, exceptis tamen *Mediano* Monaſterio vulgo *de Moyen Moutier* nuncu-
pato, S. Hidulphi Ordinis S. Benedicti Capiti Congregationis SS. Vtoni, & Hidulphi Provinciæ Trævicen. in Lo-
tharingia, cui per Litteras ſub Plumbo expeditas *Pridie Idus Januarii* 1730. liberam electionem Perſonæ idoneæ Or-
dinis, & Congregationis hujuſmodi in Abbatem dicti Monaſterii præficiendæ conceſſit, aliiſque, ſi quæ alia ſint Con-
gregationum Capita, Monaſteriis. Voluitque ut Indulto hujuſmodi Regibus Chriſtianiſſimis conceſſo, STANISLAUS
Rex Poloniæ, ac Lotharingiæ, & Bary Dux, Regiis non minus virtutibus, quam pietate, & Orthodoxæ Religionis
Zelo inſignis, quoad viveret, libere, & licite uti poſſet, & valeret.

vamen, & perniciem Eccleſiaſticæ libertatis, præſcriptam conſuetudinis pravitatem ſancimus penitus abolendam. Refert Cl. V. Antonius Auguſtinus integram Decretalem *Honorii*; in qua leguntur hæc verba -- *Quia hoc Diabolicæ noſcitur verſutiæ, aut fraudis inſtinctu inventum in perniciem totius Eccleſiaſticæ libertatis: præſcriptam conſuetudinis pravitatem penitus abolendam præſentium auctoritate ſancimus.* Conſonat *Text. in Cap. Sacroſancta eod. tit. de Elect.* ubi quod jus eligendi non cadit in laicum.

140 Ob hanc rationem, cum Rex Catholicus peteret, ut Gubernatori Inſularum Philippinarum indulgeretur jus eligendi unum ex tribus ab Archiepiſcopo *Manilæ* nominandis, qui Eccleſias Cathedrales in dictis Inſulis exiſtentes, & pro tempore vacantes adminiſtraret; Congregatio particularis *die 23. Martii 1671. & 16. Maii 1673.* reſpondit = *Negative* = ex diſpoſitione *dicti Cap. Cum Terra, de Elect.*

141 Secundo perpenſum fuit, quod cum Abbatia *Bellipodii* redacta eſſet per Gregorium XIII. ad Triennalem, obnoxia non erat Regis Indulto, nec dici poterat Conſiſtorialis; præſertim quia Gregorius ſtatuit, ut Abbas eligeretur a Capitulo Conventuali, & confirmaretur a Generali Ordi-
142 nis, quod excludit Conſiſtorialitatem, cum alias confirmatio danda eſſet a Papa, & derogandum fuiſſet juri quæſito Regi per Indultum *Hadriani VI.*

Tertio dicebatur, quod aut Abbatia non erat Conſiſtorialis, ſed electiva, & triennalis, & nullum jus Regi competere poterat; aut erat Conſiſtorialis, & perpetua, & haud ei poterat concedi jus eligendi unum ex tribus nominatis, ſed ſolum præſentandi Papæ, & ab eo confirmationem obtinendi.

Verum cum exhibita fuiſſet Bulla *Urbani VIII.* qua in ſimilibus terminis Abbatiarum Ordinis Ciſtercienſis exiſtentium in Regnis Hiſpaniarum, & Navarræ, quæ prius erant perpetuæ, & redactæ poſtea fuerunt ad triennium, reſervatum Regi fuerat Indultum, ut quolibet triennio pro Abbate nominaret quem ſibi placuerit ex corpore totius Ordi-
143 nis Ciſtercienſis; Ideo a dicta Congregatione particulari *die 6. Februarii 1684.* reſolutum fuit, poſſe confirmari ſupra dictam Concordiam in ea parte, in qua conventum fuit, quod ſingulo triennio, Prior, & Canonici dicti Monaſterii, & Eccleſiæ eligant, & præſentent Regi Catholico tres Religioſos de eorum gremio & Eccleſia, ex quibus ipſe Rex nominet, & præſentet unum pro Abbate Monaſterii. Fuit tamen addita conditio, quod finito triennio, ille iterum eligi, ac nominari non poſſet; & quod ſingulis quindecim annis *Commune*, & alia jura debita Cancellariæ, & Cameræ Apoſtolicæ, juxta dicti Monaſterii taxam, per eos, ad quos ſpectabit, perſolvi deberent.

In *Belgio* jus nominandi ad Abbatias competere
144 Regibus Hiſpaniarum, poſt *Franciſc. Guicciardinum*, tradit *Pithou in Comment. ſuper libertat. Eccleſ. Gallican. art. 68. pag. mihi* 209. Indulſit primum Leo X. *Carolo V.* adhuc Archiduci Auſtriæ, ut in Ditionibus Belgicis neminem ad dignitates Abbatiales, & Monaſteriorum Regimina eſſet promoturus, niſi habitis prius per ipſum, & Sedem Apoſtolicam ejuſdem Caroli *intentione, & conſenſu* de Perſonis ad hujuſmodi Dignitates, & Regimina promovendis. Deinde Philippo II. Caroli ſucceſſori magis amplum Indultum, nominandi ſcilicet ad omnia Monaſteria in Belgio exiſtentia conceſſit *Sixtus V.* Indultum tamen hujuſmodi fuit temporale, quemadmodum temporalia ſunt Indulta ſucceſſoribus elargita, ita ut quoties novus ſuperveniat in Belgio ſucceſſor, toties reviviſcant electiones, ſi novum ſucceſſor ipſe non obtineat Indultum, ut inquit *P. Lupus in Canon. tom. 3. diſſert. 3. cap. 9. §. Abbates pag.* 322.

Non gaudent tamen Belgii Principes pleno jure 145
nominandi ad Monaſteria, ſed juxta modum præſcriptum in Concordia inita inter *Philippum II.* & Belgii Abbates. Cum enim Carolus V. vigore Indulti a Leone X. elargiti, neglecta Monachorum libera electione, nominare vellet ad Abbatiales dignitates Perſonas ſibi gratas, & acceptas, unanimi conſenſu ſe oppoſuerunt Abbates ac Priores Conventuales Monaſteriorum Belgii, allegantes, tum vi ſuarum fundationum, tum quamplurium Apoſtolicorum Privilegiorum titulo, tum ex immemorabili Conſuetudine, Monachis liberam competere ſuorum reſpective Abbatum, & Superiorum electionem; neque huic juri electionis per Indultum Leonis ullatenus eſſe derogatum, illudque ſolum excludere Apoſtolicas reſervationes in Canonicarum electionum gratiam; Cumque de conſenſu ipſius *Caroli*, & Abbatum controverſia hæc fuiſſet nonnullis Arbitris commiſſa, nec per eos ob varias difficultates prodita deciſio: tandem ſub Philippo II. immediato *Caroli* ſucceſſore inita fuit Concordia, ut nempe Monachi aliquos coram Regiis Commiſſariis in Abbatem proponere deberent, atque tres ex illis pluralitate ſuffragiorum electos, Commiſſarii, ſuo adjuncto, Principi proponerent, è quibus Princeps ipſe unum deſignando, eum poſtea Epiſcopus, vel alius Superior auctoritatem confirmandi habens, Monachis capitulariter congregatis oſtenderet, ut ab ipſis per quamdam imaginem, ſeu speciem Electionis, in Abbatem recipi poſſet, ut refert *Van Eſpen in Jus Canon. univerſ. tom. 1. lib. 1. tit. 31. cap. 8. n. 29.*

Teſtatur tamen *P. Lupus* loco mox laudato, in Indultis nominandi Principibus Belgii a Sede Apoſtolica concedi ſoliis adeſſe onus, quod nominati ad Monaſteria confirmationem a Sede Apoſtolica obtinere debeant: quam tamen non fuiſſe a tempore Alberti Archiducis petitam. Et *Van Eſpen d. tit. 31. cap. 9. n. 6. & 7.* ait, quod Abbatum, ſic ut diximus, ad Principis beneplacitum electorum, confirmatio peti, & obtineri conſuevit juxta jus commune, & particulares cujuſque Ordinis Conſtitutiones, & Privilegia, paucis exceptis, iiſque a juriſdictione Ordinariorum exemtis, Ordinis Benedictini Monaſteriis, quæ a Sede Apoſtolica confirmationem petere conſueverunt.

In Polonia Reges uſque ad annum 1460. neque 146
in Epiſcoporum, neque in Abbatum electionibus ſe unquam intromiſerunt; ſed poſtquam Rex *Caſimirus III.* circa tempus præfatum ſibi attribuit jus, quod habebant Capitula, eligendi Epiſcopos, ut refert *Cromer. de rebus Poloniæ lib. 24. pag. 362. & ſeqq. & lib. 25. pag. 370.* uſurpare etiam conatus eſt jus Monachorum pro electione Abbatum, cœpitque prætendere, quod Abbates conſecrari non poſſent, niſi eorum electioni Rex ſuum præſtitiſſet aſſenſum. *Herbert. Collect. Regal. Conſtit. pag 1. Cromer. d. lib. 24. pag.* 361. Deinde *Sigiſmundus I.* anno 1538. Regio Decreto Monachis injunxit, ut exteris penitus excluſis, ſemper eligerent indigenam, eumque Nobilem, & in defectu Nobilis plebejum, notificata Regi electione, ut ex Statutis Regni Poloniæ ad annum 1538. *Herbert. tit. de Abbatibus pag.* 3. ſimili Decreto anno 1550. Monachi adacti fuerunt ad Nobilem eligendum, & in ejus defectum Eccleſiaſticum ſecularem, ſub obligatione tamen profitendi Religionem, ſed ſemper ſub Regia approbatione, ut ex iiſdem Statutis. Demum *annis* 1588.

1607. & 1639. confirmata fuere prædicta Statuta, iterumque injunctum, ut non eligeretur niſi Regi *gratus, & acceptus, ut in lib. Conſtit. Regiar. in annis mox recenſitis.* Imo proximis temporibus Commiſſarios Rex mittere conſuevit, ut electionibus aſſiſterent, Monachum aliquem, & quandoque etiam Perſonam ſecularem commendando, cum clauſula tamen *ita ut hunc, & non alium eligatis.*

Contra hujuſmodi abuſus ſemper Monachi reclamarunt, & in Comitiis Synodalibus Regni, pluries Decreta eorum liberæ electioni favorabilia reportarunt, potiſſimum annis 1542. 1544. 1551. 1556. & Conſtitutiones, quæ de anno 1557. hac de re editæ fuerunt, confirmavit in forma ſpecifica Gregorius XIII. per Breve ſub datum 29. *Novembris* 1577. Quemadmodum & Reges ipſi in Comitiis Generalibus Regni, Statuta publicarunt, liberam Monachorum electionem decernentia, potiſſimum Reges *Sigiſmundus* de anno 1544. *Caſimirus* anno 1667. & *Michael* anno 1669 confirmavitque Joannes III. in Epiſtola ſcripta Abbati *Lancken. ſub die 29. Novembris* 1672. Quæ omnia documenta exhibita fuere in Congregatione Conſiſtoriali a Monachis Ciſtercienſibus de annis 1681. & 1690. pro vindicanda Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & omnimoda libertate ſuarum electionum.

Ex quibus patet; nullum Sereniſſimis Poloniæ Regibus competere jurepatronatus ſuper Abbatiis Regni; idque agnoverunt Reges ipſi, qui tot ediderunt Decreta circa qualitates eligendorum. *Et Cromer. in lib. 1. de Tit. & Gent. Polon.* aperte fatetur uſurpationem -- ibi -- *Abbatum eligendorum jus, Collegia Monachorum hactenus retinuerunt, ſed jam vix retinent, ab Epiſcopis primum, deinde a Regibus etiam labefactatum.*

Quanquam vero nonnullæ Abbatiæ in dicto Regno provideri conſueverint a Sede Apoſtolica ad præſentationem Regum Poloniæ: in Litteris tamen Apoſtolicis adjectæ fuerunt clauſulæ præſervativæ earum libertatis, nempe *ſicut accepimus &c. verificato Jurepatronatus &c. citra illius approbationem &c.* ex quibus deprehenditur, nunquam Sedem Apoſtolicam prætenſum Juſpatronatus approbare voluiſſe. Quin imo in illius excluſionem adſunt ſententiæ A. C. ſub *die* 20. *Septembris* 1672. & *Sac. Rota* ſuper Abbatia *Audrovienſi*, Cracovien. Diœceſis, de qua *ead. Rot. in Deciſ.* 379. 670. & 776. *part.* 18. *Recent.*

In ſubſiſtentiam Jurispatronatus agnoſcens Rex *Joannes III.* per ſuum Legatum extraordinarium Romæ degentem, *Ducem de Razivil*, ſupplicavit ſan. mem. Innocentio XI. pro obtinendo Indulto generali nominandi ad omnes Abbatias Regni Poloniæ; ſed denegatà Gratia, novas per medium Cardinalis *Denhoff* Pontifici preces exhibuit, inſtantiam moderando, & petendo, ut ex viginti quatuor Abbatiis, quæ ſunt in Regno, quindecim ad ejuſdem Regis nominationem commendarentur pro ſubventione Epiſcoporum indigentium, & Officialium Eccleſiaſticorum ſui Regni; ſed neque hujuſmodi inſtantiæ laudatus Pontifex annuendum duxit, quamquam merita dicti Regis *Joannis* magnopere adaucta fuiſſent ob inſignem Victoriam, quam de Turcis, Viennam Auſtriæ obſidentibus, reportaverat. Et Congregatio particularis, quæ ad Regis inſtantiam examinandam deputata fuerat, cenſuit, *non expedire, ut Gratia concederetur.*

Non deſtitit tamen Rex ab inceptis, ſed antiquis inhærendo prætenſionibus, aut aperte ſubinde ad Abbatias nominavit, aut eligendos non aliter Monachis commendavit, quam cum ſolita improba clauſula *ita ut hunc, & non alium eligatis*; Commiſſarios etiam deputando, qui electionibus aſſiſterent: & ſi aliquando Monachi legitime elegerunt, quos Rex non commendaverat, nominati a Rege in Abbatiarum poſſeſſione propria auctoritate ſe intruſerunt. Sic anno 1690. cum Monachi Ordinis S. Benedicti Monaſterii S. Crucis *Montis Calvi* elegiſſent *P. Chriſtianum Mireki*, quem Rex non commendaverat, poſt obtentam ſub die 8. Junii 1699. a Congregatione Conſiſtoriali validitatis ſuæ electionis declarationem, & ſucceſſive Apoſtolicam confirmationem: *Alexander Wokonski* a Rege nominatus inſtitit a S. Sede de præfato Monaſterio provideri, ſed rejectus, in poſſeſſionem Abbatiæ ſe intruſit, eamque ſemper de facto retinuit; non obſtante, quod *P. Mireki* ſententiam favorabilem A. C. reportaſſet, & non obſtantibus Cenſuris latis contra intruſum, nec non officiis, ac diligentiis adhibitis a clar. mem. Cardinali *Sancta-Cruce*, tunc Apoſtolico Nuncio in Regno Poloniæ, favore ejuſdem *P. Mirekii*, quæ ſane officia in irritum ceſſere, & illius Regni Proceres intenti ſolum ad conſtabiliendum modis omnibus Abbatiarum Juſpatronatus favore Regis, minati ſunt Nuncio clauſuram Tribunalis; quodque in propediem indicenda Dieta promulgaturi fuiſſent Decretum, quod non amplius daretur executio Litteris Apoſtolicis ſuper Proviſionibus Abbatiarum: addita etiam declaratione, quod omnes eſſent de Jurepatronatus Regio.

Ut tot, tantiſque inconvenientibus remedium aliquod afferri poſſet, ſan. mem. *Innocentius XII.* anno 1692. deputavit Congregationem particularem, cui interfuerunt Cardinales *Spada*, *Panciaticus*, & *Albanus*, poſtea Summus Pontifex ſub glorioſo nomine *Clementis XI.* nec non RR. PP. DD. *Sacripantes*, *de Philippis*, *Cerretanus*, & *Lancetta*, una cum Viro clariſſ. *Abbate Paſſioneo* Congregationis Conſiſtorialis Secretario, *cujus ductu auſpicioque* DOMINICUS PASSIONEUS *Germani fratris filius admirabilis ingenii, doctrinarum, & omnigena eruditionis Vir, poſt egregiam in Conventu Badenſi pro Apoſtolica Sede probatam operam ſuam, & ejuſdem Apoſtolicæ Sedis Legationem apud Helvetios diutiſſime abitam, Apoſtolici Nuncii partes Vindobonæ apud Carolum VI. Imperatorem ſapientiſſime explet.* (a) Et negotio mature diſcuſſo, audito etiam *P. Vota*, qui nomine Regis inſtabat pro conceſſione juriſpatronatus ſuper omnibus Abbatiis Regni, reſolutum fuit, *quod Regi nullum Jus, nec in poſſeſſorio, nec in petitorio competebat ſuper Abbatiis Poloniæ.* Placuit tamen Pontifici, ut ſub die 14. Novembris ejuſdem anni ſcriberetur Nuncio, quod ad tollendos abuſus, & corruptelas, non dedignabatur honeſtum aliquod amplecti temperamentum; & quoniam *P. Vota* nullis erat munitus facultatibus, per Breve Regi conſcriptum, ſignificavit Pontifex benignam, quam fovebat propenſionem imponendi finem tot jurgiis; inſimulque per alias Litteras excitatus fuit zelus Cardinalis *Radzieiuſcki* pro felici exitu ejuſmodi negotii cum Nuncio Apoſtolico pertractandi.

Uſque ad annum 1694. Regiis Miniſtris nullum placuit acceptare temperamentum; & cum continuo expul-

(a) Laudatiſſimus Vir *Dominicus Paſſioneus*, dum hæc publici juris fiunt, S. R. E. Cardinalis ampliſſimus, & Brevium Secretorum Pro-Secretarius, de Viris doctis optime meritus, qui lecta ubique gentium librorum, precioſa ſua ſupellectile, literarum cultoribus, ſumma comitate, ejus copiam facit.

expulſionem Nuncii Apoſtolici minarentur, ac etiam timor ſubeſſet majorum malotum, quia inſtabat Dieta generalis, iterum cum Rege actum fuit de Concordia: quæ tandem concluſa extitit cum Nuncio Apoſtolico, manum præſtante adjutricem tunc *D. Abbate de Polignac* Regis Chriſtianiſſimi Oratore in Polonia, tunc S. R. E. Cardinali ampliſſimo. Et Rex Joannes per ſuas Litteras *ſub datum* 14. *Septembris* 1694. maximas Pontifici ob feliciter initam Concordiam gratias rependit; quemadmodum ejuſdem Regis nomine cum *D. Cardinali Spada* Secretario Status peregit *P. Vota*.

Concordiæ conditiones fuere, quod libera Monachis relinqueretur electio Abbatis Titularis, ſed quod Menſa Abbatialis in quatuor partes divideretur, quarum una pro fabrica, ejuſque reparatione, alia pro Abbate Regulari inſerviret, reliquæ vero duæ aſſignarentur Abbati ſeculari a Rege nominando, ſub obligatione tamen obtinendi Apoſtolicam proviſionem. Tali namque pacto indemnitati Monachorum aliquo modo conſultum erat; & Rex ſubvenire poterat tum Pauperibus Epiſcopis, cum Officialibus Eccleſiaſticis, & Perſonis etiam de Eccleſiis bene meritis.

At cum in Polonia nonnullæ a Monachis excitatæ fuiſſent difficultates ſuper earumdem conditionum exequutione: hic Romæ die 15. *Decembris* 1694. nova fuit deputata Congregatio particularis Cardinalium *Spadæ*, *Panciatici*, & *Albani*, nec non Prælatorum *Sacripantes*, *Anſaldi*, & *Lancettæ*, inſtititque penes eam Procurator Generalis Ciſtercienſium, ut audiretur, quippe quis Ciſtercienſis Ordo majus præ ceteris fovebat intereſſe ſuper Abbatiis Poloniæ, ob numerum Monaſteriorum majorem, quam quæ alii Ordines inibi obtinebant. Igitur Procurator Generalis præfatus non ſolum ſe oppoſuit diſmembrationi medietatis Bonorum ad Menſas Abbatiales ſpectantium, offerendo ſolum quartam partem, eamque in fructibus, abſque diviſione Capitalium: Diviſionem namque Bonorum impoſſibilem, & ad praxim reduci non poſſe conclamabat, ob timorem, quod meliora aſſignarentur Commendatariis; eò vel maxime, quia oportebat Archiva ſcindi, ut Scripturæ, ac documenta Bona præfata concernentia, dividerentur. Verum etiam contendebat, quod talis diſmembratio fieri non poterat ex Menſa illarum Abbatiarum, quæ depauperatæ reperiebantur minuſque earum, quæ jamdudum poſt acerrimas lites declaratæ extiterant liberæ electionis, aut per ſententias Rotales, aut per Decreta S. Congregationis Conſiſtorialis, ut erant Abbatia *Andronienſis*, de qua dictum eſt ſupra, *Sulcovienſis* Diœceſis Gneſnen. ex Decreto S. Congregationis Conſiſtorialis *die* 6. *Octobris* 1678. *Corononenſis* Uratislavien. Diœceſis, de qua in *deciſ.* 394. *part.* 19. *Recent. Bledzovienſis* Poſnanien. ex Decretis præfatæ Congregationis 3. *Januarii*, & 19. *Julii* 1685. *Coprivvicenſis Cracovien.* ex ſimili Decreto ejuſdem S. Congregationis de anno 1686. & ex ſententia A. C. Thomati 26. *Januarii* 1689.

At hiſce exceptionibus non attentis, Congregatio particularis ſub *die* 22. *Januarii* 1695. fuit in ſenſu, quod pro ſubſtinendo Concordiæ Tractatu a Nuncio Sedis Apoſtolicæ promoto, utque tandem aliquando perpetua pax, & quies Monachis conſtabiliretur, dividi deberent Menſæ Abbatiales, (ſalva tamen ſemper in omnibus Menſa Conventuali, quæ nunquam diviſioni obnoxia eſſet) ex quorum bonorum medietate erigi deberent tot Abbatiæ Seculares cum titulo penitus diverſo ab illo Regularium, ad eaſque Rex nominare poſſet Epiſcopos egenos, & Officiales Eccleſiaſticos: alia medietate relicta pro Fabrica, ejuſque reparatione, & Abbatis Regularis manutentione.

Communicata Apoſtolico Nuncio hujuſmodi Congregationis reſolutione, quam Pontifex approbaverat, dum ab omnibus jam ſtabilita exiſtimabatur Concordia, Rex geminas denuo excitavit prætenſiones, unam quod ab ipſo nominandi ad Abbatias ſeculares erigendas eximi a reportanda illarum proviſione a Sede Apoſtolica; alteram, quod Proviſi Apoſtolici de non nullis Abbatiis, non deberent in poſſeſſionem immitti, ſed in eis manuteneri intruſi. Dum autem hiſce prætenſionibus opportunæ parabantur reſponſiones, diſceſſit e Polonia Cardinalis *Sanctacrucius*, & paulo poſt obiit Rex.

Subrogatus *R. P. D. Davia* in locum Cardinalis Sanctacrucii, magna cum difficultate fuit a Polonis admiſſus: Verebantur enim, quod non eſſet munitus neceſſariis facultatibus pro terminanda Concordia, quam revera Sedes Apoſtolica differre exiſtimaverat uſque ad novi Regis electionem. Sed quoniam Cardinalis *Radzieuski* per ſuas Litteras Nuncio Apoſtolico ſcriptas ſub *die* 5. *Julii* 1696. neceſſarium eſſe inſinuaverat, ut omnino Concordia ſtabiliretur, ad effectum tollendi ſuſpicionem, quod Pontificis Miniſtri intenti ſolum eſſent ad tempus lucrandum; ideo de Menſe Auguſti ſolita particularia Congregatio cenſuit, ſcribendum Nuncio Apoſtolico, quod per obitum Regis Sedes Apoſtolica non intendebat recedere a conditionibus jam communicatis Cardinali *Sanctacrucio*, quibus ſi defuncti Regis Miniſtri geminas excitando prætenſiones, non ſe oppoſuiſſent, Concordiæ tractatus jam fuiſſet perfectus: quodque illum prætenſiones præfatæ retardare non debebant. Jam enim Pontifex aſſentiebatur, quod in Tractatu generali comprehendi non deberent Proviſi a Sede Apoſtolica de Abbatiis, pro quibus novus ineundus erat particularis Tractatus, unde ex hoc capite remoranda non erat Concordia Generalis. Quod vero nominati a Rege ad Abbatias de novo erigendas obtinere deberent Apoſtolicam proviſionem, res nova non erat, cum & id inconcuſſe obſervetur quoad Monaſteria Germaniæ, & Galliæ, vigore Concordatorum Nicolai V. & Leonis X. maxime quia cum Sedes Apoſtolica aſſenſum præbeat diſmembrationi Menſarum Abbatialium, ut pauperibus Epiſcopis, & Officialibus Eccleſiaſticis ſuccurri poſſet, æqui, bonique ratio expoſcebat, quod a Rege nominati proviſionem a Sede Apoſtolica reportarent, ut ea eſſet uniformis Gratiæ, quæ ipſis indulgebatur.

Hæc evenerunt durante Interregno; ſed Poloni a graviſſimo negocio Electionis diſtracti, non amplius apud Nuncium pro terminanda Concordia inſtiterunt. Verum in Regem electo Invictiſſimo Auguſto II. irrepſere de novo antiqui abuſus. Scripſit enim Nuncius Apoſtolicus de anno 1698. quod Rex libere diſponebat de Abbatiis, ad eas non ſolum nominando in titulum, ſed etiam in Commendam; quodque diſpoſuerat etiam in duabus Abbatiis, quæ vacaverant *in Curia* per obitum Cardinalis *Denhoff*, quæque certo certius ad Sedis Apoſtolicæ diſpoſitionem ſpectabant. Addiditque, quod Poloni conquerebantur, Sedem Apoſtolicam nimis lente proceſſiſſe in Concordia terminanda; & ulterius progredientes in *Senatus Conſilio* habito *die* 30. *Maii* 1698. in quo actum fuerat de materia Abbatiarum, decreviſſe -- *Deputabit Sacra Regia Majeſtas è Senatu Perſonas ad Illuſtriſſimos DD. Nuncios Apoſtolicos, qui ſi caruerint facultate terminandi hoc negotium,*

cura-

curabunt eadem habere intra tres Menſes; quod ſi non obtenta fuerit facultas petita, recurrendum ad reſponſionem in Campo Electorali datam pro Illuſtriſſimo D. Nuncio Apoſtolico Ordinario. Interim vero manutenebuntur omnes nominati Regii a S. Regia Majeſtate circa Abbatias, ad quas ſunt nominati, & in poſſeſſiones actuales quanto citius immittentur -- De quo *Senatus Conſilio* certiorem reddendo Pontificem Nuncius Apoſtolicus *Davia* in ſuis litteris datis 3. *Junii*, ſic interpretatus eſt verba illa -- *recurrendum ad reſponſionem in Campo Electorali datam* -- ut ſcilicet ſupprimendum eſſet Tribunal Nuntiaturæ, quando ſine effectu remaneret Concordia ſuper Abbatiis.

At licet poſt *Senatus Conſilium* præfatum, tres & ultra menſes elapſi fuiſſent, nihilo minus nulla capta fuit reſolutio, & Nuncius Apoſtolicus *die* 15. *Novembris* 1698. ſcripſit, quod deſtinatus erat ad Urbem Pater *Alexander Selaroli Theatinus* ad effectum renovandi Pontifici antiquas preces pro obtinendo favore Regis Jurepatronatus Abbatiarum omnium Poloniæ, prout de facto Romam acceſſit; Verum quia facultatibus neceſſariis munitus non erat, negocium infectum remanſit. Plures ſub ſan. memor. *Clemente XI. Innocentio XIII. & Benedicto XIII.* habiti ſunt tractatus pro terminanda Concordia; ſed omnes in irritum ceſſere. Scimus, quod Sanctiſſimus Dominus Noſter *Clemens XII.* pro reſtituenda pace illius Regni Monaſteriis, mandavit tractatum reaſſumi, omneſque ſui zeli curas impendit, ut felicem exitum conſequatur. Faxit Deus, ut tandem aliquando tot jurgiis, & ſcandalis finis imponatur. (a)

147 In *Sabaudia* vero, & in Provincia *Pedemontii* quale jus habeant Duces nominandi ad Monaſteria, plene diximus in §. *præcedenti à n.* 34. *& ſeqq.*

148 Taxam Monaſteriorum, & Abbatiarum Conſiſtorialium ponit *Tamburin. poſt tom.* 1. *de Jur. Abbat.* Taxa iisdem Epiſcopatuum, & Monaſteriorum Regni Galliæ extat inter *Tract. magn. tom.* 15. *part.* 1. *pag.* 378. & in libro cui titulus -- *Clef du Bollvie impreſſ. Pariſiis anno* 1671. *ſeu* 1673. -- Habuit enim Sedes Apoſtolica antiquiſſimum librum continentem valorem Beneficiorum Conſiſtorialium, ex quibus Annatæ ſolvi debent, adinventum a Joanne XXII. ut ait *Burſatt. conſ.* 126. *n.* 77. *&* 78. poſt *Gomeſ. in Prohæm. Regular. de valor.* ubi ſubjungit, quod cum taxarum libri de facili eluderentur, *Urbanus IV.* edidit Regulam de valore; ſequitur *Rot. deciſ.* 15. *n.* 11. *poſt Tamburin.* Et ſecundum taxam hujus libri, Conſiſtorialia Beneficia regulantur, & in Cedula Conſiſtoriali, quæ habetur loco Supplicationis, non exprimitur valor dictorum Beneficiorum, ſed taxa adnotata in libro, quæ firma manet, nec variari poteſt per partis aſſertionem, *Gomez ad Regul. de valor. quæſt.* 3. *circa fin.*

149 Hactenus de Monaſteriis Virorum: quod attinet ad illa Mulierum, principium generale conſtituendum eſt, quod non comprehendantur ſub hac Regula, quæ eſt reſtricta ad *Monaſteria Virorum.* Hinc Indultum, quod habent Reges Catholici nominandi ad Monaſteria, intelligi tantum de Monaſteriis Virorum, dixit *Cortiad. deciſ.* 263. *n.* 24. *&* 25. *in fine.* Ultra quod in Italia, Hiſpania, aliiſque Regionibus, omnes fere Abbatiſſæ ſunt triennales, aut alias temporaneæ, & ſi aliquæ ſint electæ ad vitam, ut in
nonnullis Monaſteriis Germaniæ, tunc recurritur ad 150
Sedem Apoſtolicam pro obtinenda Electionis confirmatione eis præſcripta ex eorumdem Monaſteriorum fundatione, erectione, aut inſtitutione, vel pro facultate muneris Benedictionis; Dictaque Monaſteria uti non comprehenſa ſub Regula II. nullo modo ſunt reſervata, nec de illis Sedes Apoſtolica aliter diſponit, niſi vel favore Monialium, quæ ſint in Abbatiſſas, vel Superioriſſas electæ, ſaltem de conſenſu duarum partium, vel uti devolutis, ſi electio intra legitimum tempus, vel non expleta, vel minus legitime facta fuerit.

In Gallia vero prætenditur, competere Regi jus 151
nominandi pari modo ad Monaſteria Virorum, ac Mulierum, idque nonnulli exiſtimant vigore etiam Concordatorum. Cum enim inter cæteras oppoſitiones factas a Curia Parlamenti recuſantis recipere Concordata una fuerit -- *il n'eſt pas fait mention au Concordat des Monaſtéres des Réligieuſes, d'où il s'enſuit que le Pape ſeul y pourvoira; à quoi il eſt pourvû par la Pragmatique* -- ut apud *Pithou in Hiſtor. Pragm. & Concordat. pag.* 124. Cancellarius *du Prat*, apud eundem *Pithou pag.* 140. reſpondit -- *que quand les Concordats ont parlé des Monaſtéres des Religieux, l'on a entendu auſſi parler de ceux des Religieuſes* -- quod etiam ſentire videtur *Soller ad Paſtor. de Benef. tit.* 8. *lit. B. pag.* 29.

Sed alii magis communiter cenſent, Concordata 152
non habere locum in Monaſteriis Monialium, tum quia in odioſis Maſculinum non continet fœmininum. Tum quia Concordata præfata, ubi loquuntur de Monaſteriis, & Prioratibus Conventualibus, & vere electivis, ſe reſtringunt ad ea, in quibus ſervari conſuevit forma *Cap. Quia propter, de Elect.* quæ numquam in Monaſteriis Monialium ſervata fuit, ſed altera *Cap. Indemnitatibus, de Elect. in* 6. *ita Rebuff. ad Concordat. tit. de Reg. ad Prælat. nominat. verb. Monaſteriis, Thomaſſin. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 13. *Van Eſpen. in Jus Canon. univerſ. tom.* 1. *part.* 1. *tit.* 31. *cap.* 8. *nu.* 22. *Chopin. lib.* 1. *Monarch. tit.* 1. *num.* 11. ubi ita in contradictorio judicio per Senatum Regium aliquando judicatum, *Tyerri de Benefic. ſect.* 22. *pag. mihi* 213. §. *Item non ſubjacens, Dartis Oper. Canon. de Benefic. ſect.* 7. *cap.* 4. *tit. de Nominat. Reg. verſ. Jus quoque pag.* 85. *D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap.* 13. *num.* 237. *& ſeqq.* Idque declaravit Henricus II. de anno 1550. his verbis -- *Itaque per præſentes declaramus, Nos omnino velle ſervare, & ſervari per noſtros Officiarios, & Subditos præfata Concordata juxta illorum tenorem, juxta quem tenorem, non intendimus deinceps nominare ad aliquod Monaſterium, quod ſit Caput Ordinis, neque ad Dignitates in Cathedralibus, aut Collegiatis, ſeu Conventualibus Eccleſiis, nec ad* Monaſteria Monialium, *neque ad Eccleſias, & Monaſteria apud Sedem vacantia.* Quæ declaratio inſerta eſt in Bulla Pii IV. in qua etiam inſertæ leguntur ſimiles declarationes *Franci-*

(*a*) Poſt Auctoris obitum ſequutum die 17. Januarii 1735. Apoſtolici Noncii munere in Polonia fungente R. P. D. *Camillo Paulutio* Archiepiſcopo Iconienſi, modo dum hæc publici juris fiunt S. R. E. Cardinali ampliſſimo, inita tandem fuit, & conſtabilita Concordia ſuper modo providendi illius Regni Abbatias, inter S. Sedem, & Sereniſſimum AUGUSTUM Poloniæ Regem, ac inclytam Polonorum Rempublicam. Ad quod ſane graviſſimum, difficilimumque Abbatiarum hujuſmodi negotium, majori, quantum fieri potuit, cum Apoſtolicæ Sedis Dignitate toties læſa, ſtabilique in futurum Concordia, ſapienter tranſigendum, conficiendumque, diu, multumque adlaboravit *Annibal S. R. E. Cardinalis Albanus* Epiſcopus Portuenſis, & ejuſdem S. R. E. Camerarius ab ipſo ſuſceptæ Regni Poloniæ apud hanc Sanctam Sedem Protectionis initio, qui ob eximias virtutes, & incredibile pro ſartis, tectiſque tuendis ipſius Apoſtolicæ Sedis juribus, ſtudium, maximopere celebratur. Tenorem vero Concordiæ, quam ſan. mem. Clemens XII. ſpeciali Conſtitutione approbavit, in fine hujus §. referemus.

Franciſci II. & Caroli IX. Et Bullam præfatam per extenſum refert *Pinſan. in Tract. des Regales tam. 2. pag.* 933.

153 Autumant alii jus nominandi ad Monaſteria Monialium Regibus Chriſtianiſſimis competere vigore Indultorum Apoſtolicorum, quorum primum a *Clemente VII.* obtinuit Franciſcus I. ejus vita durante.
154 Sed de hiſce Indultis, quæ certe facultatem hanc non impertiuntur, late *Thomaſſin. de Beneſic. tam. 2. lib. 2. cap. 40. num. 13. & ſeqq. Natal. Alexand. ſecul. 15. & 16. part. 2. cap. 2. art. 4. pag. 153. Loüet ad Regul. de Infirm. num. 311. Bauny de Beneſic. diſput. 5. tit. de Reg. nominat. part. 4. pag. 180. Pinſon. in Tractat. des Regales &c. part. 1. pag. 129. n. 12. & ſeqq. & pag. 284. n. 13. & ſeqq. & pag. 650. & ſeqq. & tom. 2. pag. 915. & ſeqq. & pag. 1003. & tam. 3. Sur l'Edu de Controle pag. 59. Idem Pinſon. in Notis Summar. ad Indult. Regul. pag. 656. & pag. 661. & pagin. 744. & pag. 746. Bengæus, & Pinſon. de Beneſic. verb. Canonica §. 2. pag. 351. n. 39. & ſequen.* Quod jus nominandi etiam ad Moniales *Urbaniſtas* a Ludovico XIV. extenſum fuit, juxta plurima Arreſta relata a *Pinſon. tom. 1. pag. 654. & pluribus ſeqq.*

Sed quantum attinet ad *Urbaniſtas*, nota ſunt diſſidia, quæ ex prætenſa Regis nominatione interceſſerunt cum ſan. mem. *Innocentio XII.* extatque Pontificis Breve ad Regem conſcriptum, in libro cui titulus *Gallia vindicata pagin.* 311. Idemque Pontifex tam quoad eas, quam reſpectu aliorum Monaſteriorum, quorum Regimina erant temporalia, nec non quoad Monialium translationem, Sede Apoſtolica inconſulta, de uno ad alterum Monaſterium, quamplurima edidit ſaluberrima Decreta in
155 Datariæ libris regiſtrata; & in effectu, quod Monaſteria, quæ per Abbatiſſas Triennalea reguntur, vel quæ ſunt Ordinis S. Franciſci non cadant ſub Regia nominatione, teſtantur *Bengæus, & Pinſa. de Beneſic. verb. Canonica §. 2. n. 41. pag. 351. Bauny de Beneſic. diſput. 5 n. 4. tit. de Reg. nominat. pag. mihi 180. & pag. 181. verſ. Neque tamen, Choppin. lib. 1. Monar. tit. 1. nu. 11. Van Eſpen in Jus Eccleſ. univerſ. tom. 1. part. 1. tit. 31. cap. 8. n. 25. Paſtor. de Beneſic. tit. 8. n. 7. pag. 28.*

Et quoad alia Monaſteria per Abbatiſſas perpe- 156
tuas gubernari ſolita, licet pluries ex parte Gallorum tentatum fuerit, quod eorum Apoſtolicæ Proviſiones expedirentur *ad Nominationem Regis*, numquam tamen Dataria nominationem admiſit, & *Maria Angelica le Maisre de Granchamps*, quæ a Rege nominata fuerat ad Abbatiſſatum Monaſterii *de Caʒonne*, & intruſa per Archiepiſcopum Pariſienſem, nec a ſan. mem. *Innocentio XI.* nec à Succeſſoribus Pontificibus Litteras Apoſtolicas obtinere valuit. Monaſteria itaque hujuſmodi providentur quidem ex Apoſtolicæ Sedis Iodulgentia Perſonis Regi gratis, & acceptis, ſed in Litteris Apo- 157
ſtolicis nulla fit nominationis mentio, ut teſtantur *Pinſan. des Regales tom. 3. pag. 59. Card. d'Oſſat. Epiſtol. 261. juxta veterem impreſſ.* Et licet nonnulli affirmaverint, quod in Litteris Apoſtolicis Proviſionum apponatur clauſula -- *Pro qua Rex Chriſtianiſſimus nobis ſcripſit, Thomaſſin. tam. 2. lib. 2. cap. 40. num. 14. §. Illud tamen in fine, Auctor libri*, cui titulus -- *Diffinition du droit Canon. impreſſi Pariſiis anno 1679. verb. de l'age pag. mihi 3. in notis:* Veritas tamen eſt, quod Litteræ præfatæ pure, & ſimpliciter, & abſque hujuſmodi aſſerta clauſula, aut alia, Regis nominatiooem præ ſe ferente, expediuntur, *Card. Oſſat. dict. Epiſtol. 261. §. Il pourait.*

Conſtitutio Sa. Me. CLEMENTIS XII. *in qua refertur, & confirmatur Tranſactio ſuper Abbatiis Regni Poloniæ inita inter Emum, & Rmum D. Card.* PAULUTIUM *tunc in dicto Regno Nuncium Apoſtolicum, & Sedis Apoſtolicæ nomine, & Sereniſſ. Regem* AUGUSTUM, *inclytamque* POLONORUM *Rempublicam.*

CLEMENS Epiſcopus Servus Servorum DEI = Ad perpetuam rei memoriam. Summi æterni Paſtoris atque Salvatoris noſtri CHRISTI DOMINI, qui inter homines degens pacem adeo coluit, ut ſe in exemplum humilitatis ac manſuetudinis propoſuerit, pacem adeo dilexit, ut in Cœlum rediturus eam ſolam diſcipulis ſuis reliquerit, Nos ejus licet immerito getentes vices in terria ad ea, quæ pro Eccleſiarum & Catholicorum Regnorum unione, pace, & tranquillitate profutura conſpicimus, Apoſtolicæ Providentiæ ſollicitudinem libenter intendimus, & ad felicem eorum proſecutionem, & coosummationem opem, & operam impendimus efficacem; & omnium diſſentionum, & diſcordiarum cauſis ſublatis, & membris inter ſe invicem concordiæ, & pacis vinculo colligatis, & perfecta unione capiti ſuo adhæreotibus, totius myſtici corporis compago in Petræ ſoliditate, ſuper qua fundata eſt, adverſus infernales impetus, & pacis inimicum firmius, ſtabiliuſque permaneat. Nuper ſiquidem nempe die 10. Menſis Julii proxime præteriti ad controverſias jampridem exortas circa Juſpatrooatus a Poloniæ Regibus, & Republica prætenſum ſuper Abbatiis io dicto Regno exiſtentibus componendas, & ad pacem, & unionem intet Nos, Succeſſoreſque Noſtros Romanos Pontifices, & Chariſſimum in Chriſto Filium noſtrum AUGUSTUM Poloniæ Regem Illuſtrem, & Magnum Lithuaniæ Ducem, ejuſque Succeſſores, & inclytam Polonorum Rempublicam ſolidius ſtabilieodam; necoon ad mutuam concordiam, pacem, & tranquillitatem inter dilectos Filios Cleri Regularia prædicti Regni, & alia ejuſdem Reipublicæ membra tam Seculares, quam Eccleſiaſticos reſtituendam, confirmandamque a Ven. Fratre Camillo Archiepiſcopo Iconienſi, Noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Nuntio in Regno prædicto, & Magno Ducatu Lithuaniæ, cum facultatibus Legati de Latere, Noſtro, & ejuſdem Sedis nomine ex una, & dilecto Filio Comite Joanne Tarlo Palatino Sandomirienſi, Legato Plenipotentiario a Statibus Reipublicæ ad Nos, & Apoſtolicam Sedem ſpecialiter ad hoc negotium deſtinatu, præfati AUGUSTI Regis, & Reipublicæ nomine ex altera partibus, concluſus, ac ſubſcriptus fuit in Oppido Frauſtadienſi quidam Tractatus, ſeu Concordatum, qui eadem die fuit etiam approbatus, & ratificatus a dilectis Filiis Senatoribus, & Miniſtris Status Regni Poloniæ, & M. D. Lithuaniæ ad conſilium Senatus per eumdem AUGUSTUM Regem in ipſo Oppido Frauſtadienſi indicti congregatis, cujus Tractatus, ſeu Concordati tenor eſt, qui ſequitur videlicet. = *Tractatus de Abbatiis in Regno Poloniæ die 6. Menſis Auguſti, Anno Domini* 1736. = IN NOMINE SANCTISSIMÆ, ET INDIVIDUÆ TRINITATIS = Cum inveteratæ circa Juſpatronatus a Sereniſſimis Regibus, & Republica prætenſum, & a Sancta Sede cootro-

controverſum, ſuper Abbatiis in Regno Poloniæ ſundatis, ambiguitates, & difficultates Divino auxilio, & ſingulari Sanctiſſ. Domini CLEMENTIS XII. Pont. Max. providentia ac ſollicitudine exoptatum ſortiantur finem: cumque Comitia generalia Pacificationis Varſaviæ nuper habita, de Conſtitutione Grodnenſi anni 1726. ad vota Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Apoſtolicæ Sedis diſpoſuerint, quatenus ea omnia, quæ inter Sanctam Sedem, ſedentemque in ea Pontificem Sanctiſſ. Dominum CLEMENTEM XII. ejuſque Sanctiſſimos Succeſſores, atque inter Sereniſſimum, & Potentiſſimum AUGUSTUM III. Regem Polooiæ, M. D. Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ &c. ejuſque Succeſſores Reges, Regnumque Poloniæ ſtabilita & concluſa ſunt ſupet hoc Abbatiarum negotio, perennibus monumentis firmata permaneant: Illuſtriſſimus, Excellentiſſ. & Reverendiſſ. Dominus Camilius Paulutius ex Cominibus Calbuli, & Marchionibus Fabiani, Sacroſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ Canonicus, Utriuſque Signaturæ Referendarius, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Iconienſis, Sanctiſſimi Domini N. CLEMENTIS Divina Providenda Papæ ejus nominis XII. Prælatus Domeſticus & Aſſiſtens, ejuſdemque, & Sedis Apoſtolicæ in Regno Poloniæ, & Magno Ducatu Lithuaniæ cum facultatibus Legati de Latere Nuncius, inhætendo inſtructionibus & mandatis Sanctitatis Suæ ſub die 2. Junii proxime prætetiti decurrentis anni 1736. receptis, virtute Plenipotentiæ ad hunc effectum ipſi datæ ab eadem Sanctitate Sua ſub die, & anno prædictis, reaſſumſit Tractatum Abbatiarum cum Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino Joanne Comite in Tenczyn & Czekarzerviæ Tarlo Palatino Sandomitienſi, generali Terrarum Podoliæ, Camenecenſi, Laticzovienſi, Medicenſi, Jaslenſi &c. Præfecto, Equite Albæ Aquilæ, Generali Locumtenente in Exercitu Sacræ Regiæ Majeſtatis, & Reipublicæ, Legato Plenipotentiario a Statibus Reipublicæ ad Aulam Romanam, Sanctamque Sedem ſpecialiter deſtinato ad hoc negotium, prout patet ex tenore Conſtitutionis in præcitatis generalibus Comitiis emanatæ: Qui poſt nonnullas conſerentias inſimul habitas, convenerunt ſuper ſequentibus Articulis, eoſdemque ſubſcripſerunt, & approbarunt, tenoris videlicet.

Articulus I. Quod ſit libera electio Abbatum Clauſtralium, ac Superiorum Regularium in quocumque Monaſterio, independenter a qualibet ſuper hoc Regia diſpoſitione intervenienda. Abbati quoque Commendatario nulla, licet minima, competat Juriſdictio tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, quoad Monachos, eorum Bona, Ædificia, Templa, & quoad Monaſticam diſciplinam, & Regulare inſtitutum, excepto ſolo jure honorifico. Monaſteria in Congregationem redacta, unice dependentiam habebunt ab eorum Abbatibus, Superioribus Clauſtralibus, aliiſque Superioribus generalibus Congregationum reſpective. Monaſteria vero, quæ non ſunt in Congregationem redacta, dependere debebunt a quo de jure juxta deciſionem S. Sedis.

Articulus II. Abbatiarum vacantium adminiſtratio, quæ in Titulum concedentur, ſpectabit privative ad Monachos, eorumque Superiores. Adminiſtratio vero Abbatiarum in Commendam concedendarum privative ſpectabit ad Adminiſtratores a Loci Ordinariis deputandos.

Articulus III. Conſtituetur Maſſa omnium generaliter proventuum Abbatialium, etiam ex illis Bonis, quæ ab Abbatibus Commendatariis ratione reparationis Eccleſiæ, ac Monaſteriorum Monachis applicata fuerunt: qua Maſſa generali conſtituta in omnibus Abbatiis, in quibus jam eſt diviſa actualiter Menſa Abbatialis a Conventuali: (relicta ſemper intacta Menſa Conventuali pro ſuſtentatione præſentis numeri Monachorum, & loquendo unice de maſſa proventuum Abbatialium) & in quibus tertia pars ſufficere poterit pro ſuſtentatione Superiorum Clauſtralium, & Ædificiorum, admittetur, quod eadem tertia pars conſtituta in Bonis ſtabilibus diviſis, numquam tamen ſuper reditibus, aſſignetur in ſupra dictos binos fines, exceptis tamen Abbatiis Sulejonienſi, Wengrovienſi, & Andrejovienſi, in quibus pro medietate erit exdividenda Menſa Abbatialis; addendo, quod ſi in præteritum ab Abbatibus Commendatariis in totum, vel in partem fuerit exdiviſa, in aliquibus Monaſteriis in Commendam dandis quarta pars pro Ædificiis, ſeu ſartis tectis plus vel minus, quidquid in hanc cauſam per Commiſſarios deputandos repertum fuerit aſſignatum fuiſſe, computabitur in diviſione facienda, ita ut nulla alia ſequi debeat exdiviſio, excepta illa, quæ adæquet tertiam partem redituum menſæ Abbatialis.

Articulus IV. Prædictæ diviſiones juxta caſus vacantium Abbatiarum, quæ in Commendam concedentur, explebuntur mediantibus binis Commiſſariis deputandis a Nuntio Apoſtolico pro tempore, cum ſcitu & conſenſu Monachorum, & a binis aliis a Sereniſſ. Rege, & Republica deputandis: & iſti Commiſſarii in caſu dubietatis quoad majorem, ſeu minorem reditum Abbatiarum, ut diſcatur, an ſit ſufficiens vel ne tertia pars, verificare debebunt etiam prædictos reditus.

Articulus V. Cum in Abbatia Hebdovenſi facta non fuerit diviſio Menſæ, occaſione, qua in Commendam concedetur, explebitur ſeorſiva diviſio, hac proportionate regulata juxta ſuperius dicta.

Articulus VI. Firmata diviſione, ac totali independentia ab Abbatibus Commendatariis, cum indifferens Sereniſſimo Regi, & Reipublicæ futurum eſſe debeat, quod in Monaſteriis commendatis conſtituantur Abbates Clauſtrales, ſeu Priores ad triennium, ſtatuet ſuper hoc S. Sedes id, quod, aſſumtis neceſſariis informationibus, Monaſticæ Diſciplinæ uniformius exiſtimabit; declarando tamen de præſenti, quod in Monaſteriis Ordinum capitibus, ſeu in Congregationem non unitis, eſſe debeant Abbates Clauſtrales, & in Mechovienſi Præpoſitura Præpoſitus generalis.

Articulus VII. Pro omnibus Abbatiis dandis in Commendam expedientur Bullæ in Dataria Apoſtolica. Et electiones factæ, & faciendæ a Monachis, confirmandæ erunt a S. Sede juxta earum jura, & antiquam praxim.

Articulus VIII. His præmiſſis, Sanctiſſimus Dominus indulgebit pro conceſſione duodecim Abbatiarum in Commendam Sereniſſ. AUGUSTO III. Regi Poloniarum, & ejus Sereniſſ. ſucceſſuribus facultatem, juxta formam reſpectu Epiſcopatuum. Quæ omnia vigore Plenipotentiarum noſtrarum concluſa, acceptata, & approbata, propriis noſtris manibus ſubſcripſimus, & ſigillis noſtris communivimus. Datum Varſaviæ die 6. menſis Auguſti anno Domini 1736. *Ega Camillus Paulutius Archiepiſcopus Iconienſis, Nuntius Apoſtolicus, & Plenipotentiarius ſpecialiter delegatus a Sanctiſſ. Patre ad hunc actum, prædicta puncta manutenere ſpondeo, & promitto, manu propria.* Locus ✠ Sigilli.

Joannes

Joannes Tarlo Palatinus Sandomirienſis, Legatus magnus ad S. Sedem, Plenipotentiarius a Sereniſſ. Rege, & Republica, ſupradictos Articulos accepta, & ſubſcribo, reſervatis punctis ad Tractatum, quæ ſeparatis Articulis, & ſeorſiva pagina porriguntur, & porrigentur, manu propria. Locus ✠ Sigilli. = *Continuatio Abatiarum Tractatus.* = Cum in Tractatu ſuper negotio Abatiarum approbato, & ſubſcripto Varſaviæ ſub die 6. menſis Auguſti anno Domini 1736. ex una parte ab Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Domino Camillo Paulucci Archiepiſcopo Iconenſi &c. & Apoſtolico Nuntio, necnon ad hunc actum Sanctiſſ. Patris, & S. Sedis Plenipotentiario; ex altera vero ab Illuſtriſſ. & Excellent. Domino Comite Joanne Tarlo Palatino Sandomirienſi &c. Legato Plenipotentiario a Statibus Reipublicæ ad Aulam Romanam, Sanctamque Sedem ſpecialiter deſtinato ad hoc negotium, nonnulla reſervata fuerint puncta per eumdem Dominum Comitem Tarlo Palatinum Sandomirienſem a Sanctitate Sua decidenda, integralem concluſionem ejuſdem Tractatus reſpicientia: Cumque a Sanctiſſ. Patre benigna nuper reſolutio emanaverit ſuper ſingulis infraponendis punctis; hinc ne rei perficiendæ ulteriores apponantur induciæ, infraſcripti, & præfati Domini Plenipotentiarii convenerunt, ſequentes Articulos addendos eſſe, ac inſerendos Tractatui inito jam ſub die, & anno prædictis ad totale ejuſdem complementum, tenoris videlicet.

Articulus IX. Quoniam in numero duodecim Abatiarum infra exprimendarum, quæ in futurum commendandæ erunt, virtute Apoſtolicæ conceſſionis, & Indulti, Abatia Wittovienſis Ordinis Præmonſtratenſis comprehenſa erat tenuioris redditus, in qua ſupra expreſſæ diviſiones difficillime fieri poterant; ex ſpeciali gratia Sanctitatis Suæ ſubrogatur prædictæ Abatiæ altera Abatia nuncupata Paradiſienſis, Ordinis Ciſtercienſium, in qua diviſio explebitur pro ſola tertia parte aſſignanda pro ſuſtentatione Superioris Clauſtralis pro tempore, & manutentione ſartorum tectorum Eccleſiæ, & Monaſterii, prout in Articulo tertio præſentis Tractatus cautum fuit, ad quem omnino relatio habeatur; hac tamen addita conditione, quod ſupra poſita diviſio tertiæ partis in prædictos binos fines facienda exequatur in Fundis Menſæ Abatialis ſpectantibus & pertinentibus, intra Regnum Poloniæ exiſtentibus, qui in perpetuum adjudicandi erunt Communitati Clauſtrali ad prædictos effectus.

Articulus X. Reſidentiæ Abatiales tum intra ſepta, & clauſuram Monaſteriorum commendandorum ſitæ, cum extra ad latus tamen, & in vicinia prædictorum Monaſteriorum exiſtentes, privative, & pleno jure ſpectabunt vel ad Abatem Clauſtralem, vel ad Superiorem Regularem eorumdem Monaſteriorum pro tempore. Reſidentiæ vero, quæ in bonis, & fundis Abatum Commendatariorum reperiuntur, privative, & pleno jure ſpectare, & pertinere debebunt ad Abates Commendatarios.

Articulus XI. Beneficia curata non incorporata Monaſteriis, & in Bonis Abatis Commendatarii exiſtentia, Presbyteris ſecularibus, non autem Regularibus, ad ſolam Commendatarii præſentationem hactenus conferri ſolita, ad ejuſdem pariter Commendatarii præſentationem conferantur in poſterum, ſalvis prout de jure reſervationibus Apoſtolicis. Sculteriæ pariter, ſive Advocatiæ exiſtentes in Bonis Abatis Commendatarii, & de quibus diſpoſitionem in præteritum ſpectaſſe probabitur ad eoſdem Abates Commendatarios, in futurum etiam eorumdem diſpoſitioni reſervantur. Sculteriæ vero, & Advocatiæ, quæ in Bonis, & Fundis Religioſorum, & Monachorum exiſtunt, ſubjacebunt in futurum, prout in antea, pleno jure diſpoſitioni eorumdem Monachorum, & Religioſorum, ſervata in utroque caſu antiqua praxi, & conſuetudine.

Articulus XII. In expeditione Bullarum Apoſtolicarum quoad Monaſteria taxata in Dataria Apoſtolica, ſervari debebit ſolitum: quo vero ad non taxata, habebitur ratio in eadem Dataria Apoſtolica, ne quid minimum gravaminis inferatur providendis de prædictis commendandis Abatiis; idemque obſervabitur reſpectu Abatiarum & Monaſteriorum in titulum concedendorum.

Articulus XIII. Sanctitas Sua, ut paternum ſuum palam faciat affectum, & peculiarem exiſtimationem erga Sacram Regiam majeſtatem ob præclara ejuſdem merita erga Religionem Catholicam, & Apoſtolicam Sedem, non ſolum benigne indulgebit, quod Abatia Paradiſienſis Wittovienſi ſubrogetur, prout in Articulo nono expreſſum fuit; verum etiam concedet, quod decima tertia Abatia, ultra alias duodecim infra enumerandas, commendetur, nimirum Monaſterium ſive Abatia Plocenſis Ordinis S. Benedicti, in qua pariter diviſio pro tertia parte, prout ſuperius conventum fuit in Articulo tertio præſentis Tractatus, expleri debebit.

Articulus XIV. Ad tollendas omnes ambages, & difficultates reſpectu Commiſſariorum deputandorum a Sereniſſimo Rege, & Republica, necnon a Nuntio Apoſtolico, prout diſpoſitum fuit in Articulo quarto præſentis Tractatus, circa diviſiones faciendas in Abatiis commendandis; ſi Commiſſarii ut ſupra deputati a Nuntio Apoſtolico, convenire non poterunt circa diviſiones prædictas explendas cum Commiſſariis Sereniſſimi Regis, & Reipublicæ, in caſu diſcordiæ præfato Nuntio Apoſtolica facultas reſervatur decidendi eaſdem controverſias.

Numerus Abatiarum in Commendam concedendarum.

Abatia Tyuecenſis, Lubinenſis, Plocenſis } Ordinis S. Benedicti.

Abatia Waucovienſis, Claræ Tumbæ, Sullejovienſis, Wengrovienſis, Audrejovienſis, Paradiſienſis } Ordinis Ciſtercienſium.

Abatia Czervenenſis, Tremeſnenſis } Ordinis Canonicorum Regularium Lateranen. S. Auguſtini.

Præpoſitura Miechovienſis Ordinis Canonicorum Regularium Sanctiſſimi Sepulchri Congregationis Miechovienſis.

Abatia Hebdovienſis Ordinis Præmonſtratenſium.

Quæ omnia vigore Plenipotentiarum noſtrarum concluſa, acceptata, & approbata, propriis noſtris manibus ſubſcripſimus, & Sigillis noſtris communivimus. Datum Frauſtadii die 10. Menſis Julii anno Domini 1737. = *Ego Camillus Paulutius Archiepiſcopus Iconienſis, Nuntius Apoſtolicus, & Plenipotentiarius ſpecialiter delegatus a Sanctiſſimo Patre ad hunc actum, prædicta puncta addita pro concluſione præſentis Tractatus, manutenere ſpondeo, & promitto, m. p.* = Locus ✠ Sigilli. = *Joannes Tarlo Palatinus Sandomirienſis, Legatus Magnus ad S. Sedem, & Plenipotentiarius a Sereniſſimo Rege, & Republica ad Tractatum hunc actum manu mea ſubſcribo m. p.* = Locus ✠ Sigilli. Nos infraſcripti Senatores, & Miniſtri Status Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Lithuaniæ ad publicum Senatus per Sacram Regiam Majeſtatem Dominum noſtrum clementiſſimum pro die 8. menſis Julii anni præſentis 1737. hic Frauſtadii indicto, congregati, hoc ſupradictum Concordatum inter Illuſtriſſ. Excellentiſſ. & Reverendiſſ. Dominum Camillum Paulutium Archiepiſcopum Iconienſem, Nuntium Apoſtolicum &c. nomine Sanctiſſ. Patris, & S. Sedis ex una, & Excellentiſſ. D. Comitem Joannem Tarlo Palatinum Sandomirienſem nomine Sacræ Regiæ Majeſtatis, & Reipublicæ parte ab altera, conſcriptum, & concertatum, uti Sacræ Regiæ Majeſtatis, & Reipublicæ juribus non repugnans, imo Sanctiſſimi Domini Noſtri erga Sacram Regiam Majeſtatem, Gentemque noſtram paternum amorem, & affectum demonſtrans, legimus, illudque per ſubſcriptiones noſtras in omni meliori forma approbamus, & ratificamus. Datum Frauſtadii die 10. Julii, anno Domini 1737. Nicolaus Wyzychi Archiepiſcopus Leopolienſis = Joannes Lipski Epiſcopus Cracovienſis = Chriſtophorus Antonius de Slupou Szembek Epiſcopus Uladiſlavien. & Pomeraniæ = Antonius Sebaſtianus Dembowski Epiſcopus Plocenſis = Franciſcus Kobielski Epiſcopus Camenecenſis = Conſtantinus Moſzynski Epiſcopus Livoniæ & Piltinenſis = Andreas Zaluski Epiſcopus Luceorienſis & Breſtenſis ſupremus Regni Cancellarius = Joannes Comes Sapieha Cancellarius magni Ducatus Lithuaniæ ſupremus = Joannes Malachiwski Pro-Cancellarius Regni = Michael Princeps Czartoryski Pro-Cancellarius Magni Ducatus Lithuaniæ = J. Cantius Moszynski ſupremus Regni Theſaurarius = Joannes Sohohub Theſaurarius ſupremus Magni Ducatus Lithuaniæ = Franciſcus Bieliuski Mareſcalcus Curiæ Regni = Theodorus S. R. I. Princeps Lubomirski Palatinus Cracovienſis = Michael Radziwill Dux in Olyka S.R.I. Princeps Palatinus Trocenſis Campi, Dux exercituum magni Ducatus Lithuaniæ = Franciſcus Sbarbek Palatinus m. p. = Antonius Comes in Lubrianec Dombski Palatinus Breſtenſis, Cujaviæ, Juniuladiſlavienſis Dibovienſis &c. Capitaneus = Ludovicus a Szoldsy Szoldrilki Palatinus Juniuladislavienſis, majoris Poloniæ Generalis Capitaneus m. p. = Venceslaus Rzewski Palatinus Podoliæ m. p. = Adamus Comes in Mielxtyn de Czehartewiæ Tarla Palatinus Lublinenſis = Stanislaus Cioleh Poniakouski Palatinus Terrarum Ducatus Manſoviæ = Joannes a Czapski Palatinus Culmenſis m. p. = Michael Maſſalski Palatinus Miciſlavienſis = Jacobus Narzymski Palatinus Pomeraniæ m. p. = Franciſcus Comes in Slupou Szembek Palatinus Livoniæ = A. P. Miaczynski Palatinus Czernieſloviæ = Matthias Kozminski Caſtellanus Poſnanienſis = Stephanus Garczynski Caſtellanus Gneſnenſis m. p. = Matthias Poniatowski Caſtellanus Lencicienſis m.p. = Franciſcus Michael Moszerenski Caſtellanus Breſtenſis Cujaviæ = Joannes Paulus Peplowski Caſtellanus Wolhyniæ m.p. = Boguslaus Niezabytowski Caſtellanus Novogrodenſis = Ignatius Czapski Caſtellanus Gedanenſis = Gaſpar Modlibowski Caſtellanus Medereçenſis m.p. = Lucas Kwilecz Kgvileki Caſtellanus Landenſis Cap. Moſinen. = Franciſcus Miclzynski Caſtellanus Suemenſis m. p. = Joannes Tworzyanski Caſtellanus Præmetenſis = Adamus de Werbuo Paulowiski Biechovienſis m. p. = Stanislaus Koſcielski Caſtellanus Bidgoſtienſis = Albertus a Bnin Biuski Caſtellanus Covalienſis = Stanislaus Slezynski Caſtellanus Inoulodienſis = Joannes Stanizzeuiski Caſtellanus Viſogradienſis m. p. = Poſtmodum hujuſmodi Tractatus, ſeu Concordatum in omnibus, & in ſingulis Punctis, Clauſulis, Articulis, & Conditionibus approbatum, confirmatum & ratificatum fuit a chariſſimo in Chriſto Filio noſtro AUGUSTO Poloniæ Rege Illuſtri ſuis Regiis literis datis Frauſtadii die 14. Menſis Julii currentis anni, qui Nobis humiliter deinde ſupplicari fecit, ut illi pro firmiori ejus ſubſiſtentia robur Apoſtolicæ firmitatis adjicere, necnon auctoritatem potiorem, & Decretum interponere dignaremur. Nos itaque cupientes omnes diſſentionum, & diſcordiarum cauſas, quibus libera Abbatum Regularium impediebatur electio, & Monaſticæ diſciplinæ ſubvertebatur obſervantia, aliaque multa exoriebantur mala, & graviora in futurum timeri poterant, penitus abolere, atque extinguere; Capitula, Statuta, & Ordinationes præinſerti Tractatus per nonnullos ex Ven. Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, Viris ſumma integritate, & rerum ſcientia præditis, diligenter examinari, & mature diſcuti fecimus. Cum autem prædicta ejuſdem Tractatus Capitula, Pacta, & Conventiones rationabilia, & præſenti tam Eccleſiæ, quam Nationis præfatæ ſtatui, & conditioni congrua & utilia eſſe cognoverimus, & volentes inſuper prædictum AUGUSTUM Regem, quem eximia ejus erga Nos, & Apoſtolicam Sedem devotio, fideique conſtantia, & alia multa virtutum ornamenta clarum, & commendabilem in conſpectu noſtro, & Romanæ Eccleſiæ reddunt, necnon inclytam Polonorum Rempublicam obſequio pariter, & devotione erga Nos, & hanc Apoſtolicam Sedem noviſſime etiam præclare comprobata in abrogatione cujuſdam improvidæ Conſtitutionis Comitiorum Grodnenſium anni 1726. ſolemniter facta Varſaviæ anno ſuperiori in generalibus Comitiis Pacificationis, ea laudabili declaratione, quia fundarent felicitatem ſuorum Dominiorum, & Regiminis ſuper Paterna ſupremi Paſtoris benedictione, ſimulque vellent eo majorem ſuam filialem erga S. Sedem, quæ de prædicta Conſtitutione conquerebatur, exhibere obſervantiam, & aliis pluribus in Chriſtianam Religionem & Sedem prædictam meritis inſignem gratiis & favoribus proſequi ſingularibus, & eidem Regi AUGUSTO, ejuſque in prædicto Regno ſucceſſoribus illa de Apoſtolica benignitate concedere, per quæ eorum Serenitati honor accreſcat, & eorum contemplatione gratis, acceptiſque in Clero ſeculari perſonis congruæ proviſionis ſubſidium valeat provenire. Hinc eſt, quod de prædictorum Ven. Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu, ac ex certa ſcientia & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine præinſertum Tractatum tenore præſentium approbamus, ratificamus, laudamus, & acceptamus, illique Apoſtolici muniminis robur, & efficaciam adjungimus. Decernentes eiſdem præſentes litteras nullo unquam tempore de ſubreptionis, & obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ, aut alio quocumque quamvis magno, & inexcogitato defectu notari, aut impugnari

pugnari

Digitized by Google

pugnari poſſe, ſed ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri & obtinere, & inviolabiliter ſervari debere, donec tamen & quouſque pacta, & conditiones in Tractatu expreſſæ ſerventur, & non alias, non aliter, nec alio modo: Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis ac univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, præſertim de jure quæſito non tollendo, necnon quarumcumque Eccleſiarum & Monaſteriorum fundationibus etiam confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Et præterea, quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula, in quibus de eis forſan fides facienda fuerit, loca deferri, eadem Apoſtolica auctoritate decernimus quod ipſarum Tranſumto Epiſcoporum dictæ Nationis Sigillis munito, tamquam præſentibus ſi exhiberentur litteris, plena fidea adhibeatur, & perinde ſtetur ac ſi dictæ præſentes litteræ forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Et inſuper quoque irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, ratificationis, laudationis, acceptationis, commutationis, reſervationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contradicere. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo ſeptimo, Idibus Septembris, Pontificatus noſtri Anno Octavo. = Loco ✠ Bullæ aureæ.

§. III.

De Reſervatione Beneficiorum vacantium Sede Epiſcopali, vel Abatiali vacante uſque ad Promotionem Succeſſorum, & adeptam ab iiſdem pacificam poſſeſſionem.

ARGUMENTUM.

Beneficia vacantia Sede Epiſcopali vacante ſunt reſervata; Quis auctor dictæ Reſervationis, & quæ illius rationes? Dimiſſio Eccleſiæ a quo tempore ſequuta dicatur, itaut non poſſit amplius Epiſcopus Beneficia conferre? In dimiſſione, & privatione non requiritur, quod fiat abſolutio vinculi in Conſiſtorio, quæ ſolum fit cum Epiſcopus transfertur. Collatio Beneficii facta medio tempore inter renunciationem admiſſam, & ſcientiam Epiſcopi, eſt invalida; Et quid ſi Epiſcopus poſt obtentam licentiam cedendi Eccleſiæ pœnituerit; an adhuc Beneficia conferre poſſit? Sunt reſervata Beneficia vacantia poſt tranſlationem, nempe poſt abſolutionem a vinculo primæ Eccleſiæ in Conſiſtorio, etiam ante habitam notitiam dictæ abſolutionis: quod declaratur locum non habere, ubi vigeret immemorabilis conſuetudo in contrarium. Regula comprehendit Beneficia jure devoluto ad Epiſcopi collationem ſpectantia, in excluſionem Vicarii Capitularis; & quid ſi Beneficia ſint de jurepatronatus laicorum? Item afficit Beneficia, quæ pertinent ad collationem cujuſcumque Dignitatis, dummodo Dignitas ipſa reſervata ſit, vel quocumque alio modo provideatur a Papa, etiam ad alterius nominationem, ſeu præſentationem. Non ſubjacent Reſervationi Regulæ Beneficia de ſimultanea collatione Epiſcopi, & Capituli, etiam ſi fuerit inter eos per Turnum diviſa, dummodo diviſio percutiat ſolum exercitium, non proprietatem, & ſubſtantiam Juris conferendi. Simultanea quomodo in tribus Baſilicis Urbis ſit diviſa inter Cardinales Archipresbyteros, & Capitula; & an Cardinales Archipresbyteri conferre poſſint Beneficia reſervata in Turnis Capitulorum vacantia, viceque verſa Capitula, Archipresbyteratu vacante, Beneficia quæ ad Archipresbyteri collationem, ſi viveret, ſpectaſſent? Beneficia vacantia poſt promotionem, poſſunt a novo Epiſcopo conferri etiam ante adeptam pacificam poſſeſſionem Eccleſiæ, ſi legitime fuerit impeditus eam adipiſci, vel ſi fuerit Cardinalis. Examinatur, an reſervationi Regulæ ſubjaceant Beneficia, quæ vacarunt Sede plena, ſed durante adhuc tempore ad conferendum, non fuerunt per Epiſcopum, ob ſuperventum ejus obitum, collata; Et quid ſi vacatio ſequuta fuerit Sede Epiſcopali vacante una cum Papali? Cardinalis ad Eccleſiam promotus cum Indulto conferendi Beneficia reſervata, tunc conferre poteſt Beneficia, quæ ſede vacante ante illius promotionem vacaverant, quando adeſt in Indulto facultas conferendi vacantia, *etiam de præterito*, quæ exprimi ſolet in Indultis Cardinalium Nepotum; ſecus in aliis. Cardinalis itidem, qui Eccleſiam dimiſit cum Indulto conferendi Beneficia in octo Menſibus Apoſtolicis, aliis quatuor reſervatis Epiſcopo Succeſſori, non poteſt, eo mortuo, Beneficia in illis quatuor menſibus

ſibus vacantia conferre. Regula non habet locum ſtante Pontificio Indulto excluſivo omnium Reſervationum; Nec procedit in Germania, & in Gallia.

SUMMARIUM.

1 *Diſpoſitio Beneficiorum Sede Epiſcopali vacante ſpectat ad Papam.* & n. 333.

2 *Dicitur hæc Reſervatio ratione temporis.*

3 *Inducta fuit a S. Pio V. & cum ejus morte expiravit.* & n. 4. & 130.

5 *Renovata non extitit à Gregorio XIII. S. Pii Succeſſore.* & n. 131.

6 *Reſervationem hanc primus inter Cancellariæ Regulas inſeruit Sixtus V. proinde illius Auctor dicitur. &* n. 132.

7 *In Regulis antiquis legebatur, & rectius* -- uſque ad Promotionem Succeſſorum, *ſed in modernis legitur* uſque ad Proviſionem &c.;

8 *Traduntur rationes hujuſmodi Reſervationis, quarum præcipua, ne Beneficia diutinam patiantur vacationem.* & n. 346. & 350.

9 *Valet argumentum à pertinentia fructuum ad pertinentiam collationis Beneficiorum.* & n. 18. 20. 40. 133. & 398.

10 *Eccleſia, quam dimittit Epiſcopus an vacet ab eo tempore, quo ab illius vinculo abſolvitur in Conſiſtorio?*

11 *Habita notitia hujuſmodi abſolutionis, Epiſcopus ſe abſtinere debet ab exercitio ordinariæ Juriſdictionis, in qua ſuccedit Capitulum.*

12 *Diſpoſitio Eccleſiarum, & aliarum majorum Dignitatum fit in Conſiſtorio.*

13 *Vacatio Eccleſiæ, quam Epiſcopus dimittit, incipit a die, quo Pontifex acceptavit dimiſſionem.*

14 *In Conſiſtorio non fit abſolutio a vinculo Eccleſiæ, niſi ubi Epiſcopus eſt transferendus.*

15 *In Depoſitione abſolutio oritur a ſententia, & in Ceſſione, ab acceptatione Pontificis.*

16 *Exemplum liberæ Ceſſionis.*

17 *Vinculum Eccleſiæ quomodo contrahatur?*

18 *Fructus ſpectant ad reſignantem uſque ad diem admiſſæ reſignationis.*

19 *Fructus, medio illo tempore, quod intercedit inter admiſſam a Papa Eccleſiæ renunciationem, & ſcientiam Epiſcopi, ad ipſum non ſpectant.*

21 *Idemque dicendum de collatione Beneficiorum.*

22 *Petentes licentiam cedendi Epiſcopatui, quando, ſi poſtea pœnituerint, ei cedere cogantur? Diſtinguuntur plures caſus.*

23 *Et juxta horum caſuum diſtinctionem diſcutitur, an qui petiit renunciandi licentiam, poſſit Beneficia poſtea vacantia conferre?*

24 *Epiſcopi etiamſi renunciare cogantur, adhuc eorum Renunciatio de libero conſenſu regiſtratur.*

25 *Cenſura Eccleſiaſtica, dum juſta cauſa ſubeſt, poſſunt compelli ad renunciandum.*

26 *Et creſcente renitentia haberi debent, ac ſi vere renunciaſſent.*

27 *Reſervantur in Regula Beneficia vacantia poſt translationem Epiſcopi.*

28 *Traditur formula Translationis.*

29 *Sufficit ad hunc effectum abſolutio in Conſiſtorio, nec requiritur poſſeſſio Eccleſiæ, ad quam translatus fuit, aut expeditio Litterarum.* & n. 33. 34. 35. 40. 41. 89.

Et cenſetur quoad Eccleſiam, a qua fuit tranſlatus, civiliter mortuus. n. 36. 37. & 86.

30 *Abſolutio a vinculo prioris Eccleſiæ quando incipiat?*

32 *Diviſa per turnum inter Epiſcopum & Capitulum ſimultanea Beneficiorum collatione, proviſio nulliter ab Epiſcopo in ſuo Turno expleta, illum non conſumit in præjudicium Succeſſoris,* & n. 85.

38 *Epiſcopus translatus, a die abſolutionis a vinculo factæ in Conſiſtorio, non facit amplius ſuos fructus prioris Eccleſiæ, & ſi eos percipit, tenetur reſtituere.* & n. 76. 87. 91.

Amplia etiam ſi adſit communis error, nec juvatur diſpoſitione leg. Barbarius ff. de Offic. Prætoris. n. 126.

39 *Conſequitur tamen de jure ab eadem die fructus ſecundæ Eccleſiæ, ad quam eſt translatus.* & n. 58. 88. 92. 104.

Maxime juxta Conſuetudinem vigentem in Hiſpaniis. & n. 42. & 134.

41 *Jus turnandi alicui Dignitati competens inter illius fructus numeratur,* & n. 205.

43 *Facultas Beneficia conferendi non cenſetur comprehenſa ſub generali conceſſione Juriſdictionis.* & n. 47.

Amplia ſive concedatur juriſdictio de novo, ſive permittatur continuatio illius, quæ antea competebat. & n. 100. & 101.

44 *Jus conferendi Beneficia non pertinet ad legem Juriſdictionis, quia non competit jure Magiſtratus, ſed profluit a lege, abſtractive a Juriſdictione,* & n. 50. 97. 102. 106.

Et in jure Beneficiorum collatio dicitur donatio, & connumeratur inter fructus Epiſcopatus. n. 99. & 105.

Explicatur in quibus terminis jus conferendi dici poſſit de lege Juriſdictionis. n. 51. 52.

45 *Legatus a Latere deſignatus cum præfixione temporis, & ſi eo elapſo ante Succeſſoris adventum Juriſdictionem exercere valeat, Beneficia tamen conferre non poteſt.* & n. 93. & 96.

46 *Epiſcopus, qui Eccleſiam reſignavit, poteſt ante Succeſſoris adventum in Sententia nonnullorum DD. ordinariam exercere juriſdictionem, ſed non Beneficia conferre.*

47 *Vicarius Generalis, cui ab Epiſcopo indefinita juriſdictio delegata fuit, Beneficia conferre non poteſt.*

48 *Capitulum Sede vacante ſuccedit in univerſa Epiſcopali juriſdictione; ſed vice Epiſcopi non fungitur in collatione Beneficiorum.* & n. 143. & 145.

49 *Cardinales a Curia abſentes, licet per Vicarios juriſdictionem in ſuis Titulis exerceant, durante tamen abſentia, Beneficia conferre non poſſunt ſine ſpeciali Papæ Indulto.*

53 *Jus ſimultaneum Epiſcopo, & Capitulo competens in collatione Beneficiorum Cathedralis non pertinet ad juriſdictionem.*

54 *Epiſcopus quoad collationem Beneficiorum Cathedralis, non fovet intentionem de jure fundatam, nec titulum univerſalem.*

55 *In Collatione ſimultanea Capitulum dicitur etiam ordinarius Collator, quamvis juriſdictione careat.*

56 *Et in ea, tantum jus habet Epiſcopus, quantum Capitulum, quia jus eſt individuum, & in ſolidum penes utrumque Socium remanet.*

57 *Si Epiſcopus in ſuo Turno ſolum nominet, & collatio expleatur a Capitulo, actus ille nominationis ſpectare non poteſt ad juriſdictionem Epiſcopalem. Et quare?*

58 *Epiſcopus poſt translationem exercere non poteſt*

ea,

ea, quæ ſpectant ad legem Diœceſanam, etiamſi juriſdictionem exerceat.

59 *Traditur differentia inter jurisdictionem ordinariam, & jus conferendi: & cur Epiſcopus ante notitiam ſuæ abſolutionis a vinculo prioris Eccleſiæ jurisdictionem exerceat, ſed Beneficia conferre non poſſit.* & n. 95.

Et ſive ſciat, ſive ignoret translationem, ac ſive poſſeſſionem ſecundæ Eccleſia adeptus fuerit, ſive non. n. 134.

60 *Collatio expleta ab Epiſcopo poſt abſolutionem a vinculo prioris Eccleſiæ, non ſubſtinetur ratione bonæ fidei, & ignorantiæ abſolutionis.* & n. 63. 120. 129.

Maxime ſi agatur non de reſcindenda proviſione jam facta, ſed ſolum ad effectum, an Turnus ſit imputandus ipſi Prælato putativo, vel potius Capitulo, quod ſimultanee contulit. n. 67. 78. 125.

61 *Decretum irritans omnem inficit poſſeſſionem, & annullat quidquid ignoranter, & bona fide factum eſt.* & n. 110.

62 *Decretum Papæ, quo abſolvit Epiſcopum volentem a vinculo prioris Eccleſiæ, operatur ejuſdem vacationem, etiamſi Translatus abſolutionem præfatam ignoret.* & num. 109. 111. & 113.

63 *Sententia depoſitionis Epiſcopi a Papa in Conſiſtorio emiſſa, afficit etiam ignorantem, itaut actus ab eo ita ignoranter geſti non ſubſiſtant.* & n. 119.

64 *Decretum, ſeu ſententia ab ipſo Principe, maxime cauſa cognita, emanatum, afficit etiam ignorantes.*

65 *Epiſcopus qui mandatum dedit ad pure reſignandum, ſtatim admiſſa reſignatione amittit titulum, & poſſeſſionem, & non facit amplius fructus ſuos, nec Beneficia conferre poteſt, etiam ſi non habuerit notitiam admiſſionis Reſignationis.* & n. 117.

66 *Valet argumentum a Reſignatione ad Tranſlationem de conſenſu factam, quæ in effectu eſt vera renunciatio.* & n. 118.

68 *Diſpoſitio* leg. Barbarius, ff. de Offic. Prætoris *locum non habet contra Conſtitutiones Pontificias Decreto irritanti munitas.* & n. 123.

69 *Nec quando titulus reducitur ad non titulum. Minuſque in iis, quæ geruntur ut a privato, non ratione publici officii.* n. 72. & 125.

70 *Locum tamen ſibi vindicat dicti textus diſpoſitio, quando movetur quæſtio pro expellendo Proviſum a Beneficio*, & n. 124.

71 *Titulus verus præfertur putativo, & præſumto, qui non debet veritati, & tertio præjudicare*, & n. 127. & 128.

74 *Geſta per Vicarium poſt translationem Epiſcopi, etſi ignoratam, non ſubſtinentur. Et quare?* & n. 121.

75 *Et etiam ſi ſubſiſterent, non ex hoc inferri poteſt, quod ſubſtineri debeat collatio ab Epiſcopo tali tempore expleta.*

Redditur ratio ibidem. & n. 122.

76 *Epiſcopus á puncto quo eſt abſolutus a vinculo prioris Eccleſiæ, nedum illius titulum, ſed etiam poſſeſſionem, tam civilem, quam naturalem amittit, & donec Eccleſiæ, ad quam eſt tranſlatus, poſſeſſionem adipiſcatur, nullum poſſidet Epiſcopatum*, & n. 87. & 91.

77 *Et uſque ad notitiam abſolutionis habet nudam, & ſimplicem detentationem pro exercenda Juriſdictione, quæ in ſuſpenſo ſtare non poteſt.* & num. 94.

Exemplo Proconſulis, qui finito officio manet in Provincia ob publicam utilitatem, ad explenda negocia publica, quæ ſtare non poſſunt in ſuſpenſo. num. 93.

79 *Reducto titulo ad non titulum, fructus etiam bona fide conſumti ſunt reſtituendi, quoties agitur de fructibus principaliter, non acceſſorie petitis.*

80 *Conſuetudo ut momenti ſit, probari debet in ſpecie caſus, de quo agitur.*

81 *In Hiſpaniis Epiſcopi poſt translationem nec Beneficia conferunt, nec prioris Eccleſiæ fructus amplius percipiunt.*

82 *Regula ſecunda eſt munita Decreto irritanti a tempore Alexandri VII.* & n. 84. & 252.

90 *Lex ubi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

103 *Jus conferendi ſpectat ad juriſdictionem voluntariam, qua ratione exerceri poteſt extra Territorium.*

104 *Intellige de collatione, quæ petitur jure actionis, ut in præſentato, electo &c.* & n. 97.

105 *Secus de collatione libera, & gratioſa, quæ ad juriſdictionem voluntariam non pertinet.*

107 *Et aſſignatur ratio, cur nihilominus hæc libera collatio expleri poſſit extra Territorium?*

108 *Vacatio Sedis Epiſcopalis, ad effectum collationis, incipit a puncto propoſitionis Eccleſiæ in Conſiſtorio, & ad effectum tranſlationis Juriſdictionis in Capitulum à die notitiæ.*

112 *Epiſcopo abſente ad Cardinalatum promoto, num Eccleſia vacet a tempore, quo pronunciatur Cardinalis, vel a tempore conſenſus?*

114 *In actibus humanis non ſufficit voluntas, ſed æque requiritur faciendi poteſtas.*

115 *Epiſcopus valide confert in Menſe alternato, quamvis ignoret Litteras acceptationis Alternativæ fuiſſe a Datario recognitas tempore vacationis Beneficii.*

116 *Et rite etiam confert Beneficium in Menſe reſervato, Sede Apoſtolica vacante, etſi dictæ vacationis inſcius.*

135 *Concluſio quod Epiſcopus conferre non poſſit Beneficia poſtquam a vinculo prioris Eccleſiæ eſt abſolutus, non procedit, quando immemorabilis viget conſuetudo ea conferendi uſque ad tempus adeptæ pacificæ poſſeſſionis ſecundæ.* & num. 138. & 141.

Et hoc jure vivitur in Gallia. n. 140.

136 *Contrarium, quod immemorabilis non ſuffragetur.* Et de ratione.

137 *Immemorabilis conſuetudo, & Privilegium Apoſtolicum pari paſſu ambulant.*

139 *Sed conſuetudo immemorabilis majoris eſt efficaciæ, quam Privilegium Apoſtolicum.*

142 *Regula ſecunda afficit Beneficia, quæ ad Epiſcopum, ſi viveret, vel ſi Eccleſiæ non ceſſiſſet, aut ad aliam tranſlatus non fuiſſet, jure devoluto ſpectaſſent.*

143 *Contrarium, & redditur ratio.*

144 *Sed a priori Sententia, quod devolutio fiat ad Papam, non eſt recedendum.* & num. 146. & 147.

148 *Stante negligentia Patronorum in præſentando Sede vacante, devolutio fit ad Capitulum, quando habet jus inſtituendi.*

Redditur ratio, quia devolutio datur ad illum, qui habet jus inſtituendi. & num. 149. & 152.

150 *Amplia etiamſi jus inſtituendi Epiſcopo competeret.*

151 *Capitulum ſuccedit Epiſcopo in jure recipien-*

di praſentationem, & inſtuuendi præſentatum.

153 Et conferendo jure devoluto Beneficium de jurepatronatus, aliquid de novo non acquiris, ſed jus ſuum, quod habebat non liberum, inſtituendi ſcilicet præſentatum, exercet ſactum liberum per viam liberæ collationis.

154 Capitulum Sede vacante conferre non poteſt Beneficiæ certo generi perſonarum debita.

155 Amplia nec etiam jure devoluto.

156 Regula comprehendit Beneficia, quorum collatio ſpectat ad ſecundam, tertiam, aliaſque Dignitates in Cathedralibus, vel Collegiatis exiſtentes.

Intellige ut in n. 368. & ſeqq.

157 Dictio aliorum eſt comprehenſiva ſimilium.

158 Limita quoties eſt juncta cum aliæ dictione quorumcumque, nam tunc porrigitur etiam ad omne genus diverſum.

159 Regula non procedit in Beneficiis, quæ non ſunt liberæ collationis, ſed providentur ad alterius nominationem, præſentationem &c. vel in quibus Epiſcopus ſimultaneam habet cum Capitulo.

Redditur ratio n. 160.

161 Amplia etiamſi collatio ſit diviſa per Turnum, & ſive vacatio contingat in Turno Capituli, ſive Epiſcopi.

162 Intellige tamen ubi ſit diviſum ſolum exercitium, ſecus ſi ſubſtantia, & proprietas juris conferendi, quo caſu Beneficia in Turno Epiſcopi poſt illius obitum vacantia,. ſunt vigore Regulæ reſervata. & n. 163. & 165.

166 Ex quibus in diviſione ſimultaneæ cenſeatur diviſum potius ſolum exercitium, quam proprietas, & ſubſtantia juris conferendi. Remiſſive.

167 Beneficia vacantia per obitum Familiarium Cardinalium ſunt reſervata vigore Regulæ IV. & Conſtitutionum la 19. Gregorii XIV. & la 58. Pauli V.

168 Conſtitutiones præfatæ nedum tollunt quaſcunque facultates conferendi Beneficia ex capite familiaritatis Cardinalitiæ reſervata, ſed etiam ex vacatione apud Sedem.

169 Regula XV. Cancellariæ derogat Indultis conferendi Beneficia reſervata, etiam Capitulis conceſſa, & ex cauſa oneroſa.

170 Dataria reperitur in quaſi poſſeſſione conferendi Beneficia in Baſilica S. Mariæ Majoris vacantia, & reſervata nedum ratione vacationis apud Sedem, ſed etiam familiaritatis Pontificiæ, & Cardinalitiæ.

171 Obſervantia interpretativa etiam ex unico actu eruitur. & n. 297.

172 Diviſio Hebdomadarum inter Archipresbyterum, & Capitulum S. Mariæ Majoris operatur, ut quilibet in ſua Hebdomada jure, & nomine proprio conferat, & conſiderentur tamquam duo corpora diverſa. & n. 180. 181. 195. 196. & 293.

Amplia etiamſi diviſum eſſet ſolum exercitium Juris conferendi, firma remanente inter eos communione proprietatis. n. 177.

173 Archipresbyter Baſilicæ Liberianæ ingerere ſe non poteſt in proviſione Beneficiorum ſpectantium ad collationem Capituli, etiam ſi iſtud ſit conferre impeditum. & n. 178. & 293.

174 Nec ei ſuffragatur Indultum; & aſſignatur ratio.

175 Indulta Cardinalium comprehendunt ea ſolum Beneficia, in quorum quaſi poſſeſſione conferendi Cardinalis reperitur.

176 Et ſecluſa dicta quaſi poſſeſſione, etiam ſi proprietas ad ipſum Cardinalem Indultarium ſpectet, Indultum non ſuffragatur.

179 Jus conferendi Beneficiatus in Eccleſia Sanctæ Mariæ Majoris nunquam fuit ſimultaneum, ſed in ipſa eorum erectione diviſum extitit inter Archipresbyterum, & Capitulum.

182 In dubio cenſetur potius diviſum exercitium, quam proprietas conferendi.

183 Intellige, quando agitur de ſimultanea diviſione inter Epiſcopum, & Capitulum.

184 Secus ſi inter Capitulum, & Collatorem extraordinarium, & inferiorem non habentem de jure ſimultaneam cum ipſo Capitulo.

Redditur diſcriminis ratio. ibid.

185 Obſervantia negativa, quod Beneficia collata non fuerint a Capitulo ſimultanee cum Archipresbytero, ſuadet inter eos non adfuiſſe communionem in jure conferendi.

186 Verba, quod collatio, proviſio, & quælibet diſpoſitio Beneficiorum ad Archipresbyterum pro duobus tertiis, & alia partibus ad Capitulum ſpectent &c. denotant diviſionem proprietatis juris conferendi, juxta ratas unicuique partium aſſignatas. & n. 281.

187 Verbum diſponere proprietatem indicat. & numer. 194.

188 Verbum providere relatum ad Perſonas Eccleſiaſticas plenam collationem importat.

189 Verba ſpectare, & pertinere dominium quoque, & proprietatem denotant.

Maxime quando nulla concurrit ratio, ob quam reſtringi debeant ad ſolum uſum, & exercitium, & qualitas ſubjectæ materiæ proprietatem non excludit. n. 191.

190 Verbum pertinere, quandoque poſſeſſionem indicat.

192 Nulla adeſt implicantia, quod inter plures Collatores ſimultaneam habentes, dividatur ſubſtantia, & proprietas Collationis. & numer. 208

194 Diviſa ſimultanea per Turnum, ſi Collatio ab eo, qui eſt in Turno expletur jure, & nomine proprio, cenſetur diviſum jus ipſum, & ſubſtantia conferendi, ſi vero expletur nomine communi, ſolum exercitium diviſum cenſetur.

195 De modo, quo in Baſilica S. Mariæ Majoris explentur Collationes a Cardinali Archipresbytero, & Capitulo.

196 Et ex modo illo eruitur, inter eos diviſam fuiſſe proprietatem, & ſubſtantiam juris conferendi.

197 Jus conferendi Beneficiatus Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Majoris conceſſum fuit Capitulo, & Archipresbytero ad formam Baſilicæ Vaticanæ, in qua inter Capitulum, & Archipresbyterum diviſa eſt proprietas juris conferendi.

198 Exemplis licet non ſit judicandum, rem tamen dubiam exempla declarant.

200 Jus accreſcendi, vel non decreſcendi in collatione Beneficiorum ſimultanea collationis, non admittitur, quando proprietas juris conferendi eſt diviſa per Turnum.

201 Regulæ generales non attenduntur, quando adſunt doctrinæ punctuales.

202 Jus accreſcendi nec etiam in prophanis locum habet, quando Teſtator diſtinctas partes inter plures diviſit, & diſtribuit.

203 Nec in jure nominandi ad ſubſidium Dotale diſtributo in certas, & diſtinctas partes.

204 Legato

204 Legato duobus ejuſdem Prædii uſuſfructu, ut alternis annis eo fruantur; altero ex illis defuncto, ejus portio alteri non accreſcit, ſed proprietati conſolidatur, juxta Text. in leg. 2. ff. quibus modis uſuſfruct. amitt.

205 Collatio, & jus turnandi ſunt in fructu. & n. 41.

206 Diſpoſitio dictæ leg. 2. loquens de uſuſfructu applicatur juri conferendi, quod eſt cauſa fructuum productiva.

207 Proprietas Jurisſpatronatus reſidet in ſolidum penes omnes Patronos, inter quos ſolum exercitium dividi poteſt.

Eoque diviſo, ſi unus præſentare non poteſt, totum exercitium per jus non decreſcendi remanet penes alium. ibid.

Intellige, ut in n. 209.

210 Diviſo per Turnum exercitio Jurisſpatronatus mixti inter Eccleſiaſticum, & Laicum, ſi Beneficium vacet in Turno Eccleſiaſtici, obnoxium remanet Apoſtolicis Reſervationibus. & n. 265. & n. 300.

Et redditur ratio n. 308.

Concurrente tamen Cardinali Indultario, reſervatio non cedit favore Datariæ, ſed ipſius Cardinalis, nomine Pontificis conferentis. numer. 266.

211 Diviſionem proprietatis, vel exercitii juris conferendi non arguit major, vel minor numerus Hebdomadarum, uni potius, quam alteri corpori aſſignatus, ſed modus conferendi, an ſcilicet Collationes fiant communi nomine, vel potius jure, & nomine cujuſque proprio. & numer. 277.

212 Proprietas Collationis poteſt uni aſſignari pro duabus, & alteri pro tertia partibus, ut factum fuit in Regula IX. Cancellariæ.

214 Ex facultate corrigendi, viſitandi, & condendi Statuta, pro indiviſo competente Archipresbytero, & Capitulo Sanctæ Mariæ Majoris, non bene infertur ad communionem proprietatis juris conferendi.

215 Parificata nunquam cenſentur ea, ſuper quibus particulariter, & diverſimode fuit proviſum.

216 Facultas condendi Statuta diſtribui non poteſt per Hebdomadas.

218 Obſervantia probari debet in caſu præciſo, de quo agitur.

Et debet eſſe uniformis, non eliſa ex actibus contrariis. n. 222.

219 Archipresbyteratu S. Mariæ Majoris vacante, Beneficia, quæ ad collationem Archipresbyteri, ſi viveret ſpectaſſent, ſunt vigore Regulæ II. reſervata. & n. 221.

220 Pontifex ex facto inferioris præjudicari non poteſt in exercitio Apoſtolicarum reſervationum. & n. 223. & 285.

224 Cardinales Archipresbyteri Baſilicarum Urbis ſunt Collatores extraordinarii, & conferunt jure dativo, & Delegato Pontificis.

225 Poteſtas delegata ſtricte eſt intelligenda, nec extenditur ad caſus in delegatione non ſpecificatos.

226 In Baſilica Lateranenſi ex Conſtitutione Innocentii XII. Beneficiorum omnium collatio eſt ſimul ante inter Archipresbyterum, & Capitulum, diviſo ſolum inter eos exercitio per Hebdomadas. & n. 235. & 246.

227 Impedito Capitulo Beneficia reſervata in ſua Hebdomada conferre, collatio per jus non decreſcendi ſpectat ad Archipresbyterum vigore Indulti. & n. 230. & 236.

Redditur ratio n. 238. & explicantur Auctoritates contrariæ. n. 243. & 244.

229 Indulta Cardinalium comprehendunt Beneficia pertinentia ad eorum, etiam cum alio, vel aliis collationem. & n. 257.

231 Cardinalis Archipresbyter unicam tantum vocem habens in collatione Beneficiorum ſpectante ad Capitulum, uti non poteſt Indulto, quod ei competit tamquam Prælato, non veluti Perſonæ de Capitulo.

Intellige ut in n. 234.

233 In Baſilica Lateranenſi olim proprietas conferendi erat plenarie diviſa inter Capitulum, & Archipresbyterum, qui duo corpora ſeparata conſtituebant.

Nec Cardinalis Archipresbyter conferre poterat Beneficia reſervata in Turno Capituli vacantia. n. 199.

237 Reſervato promiſcuo jure conferendi Epiſcopo, & Capitulo, tantam partem in collatione habet Epiſcopus, quantam Capitulum.

238 Juſpatronatus reſervatum Titio, & Collegio, utrique pro æquali parte competit.

239 Ex volita æqualitate quoad jus conferendi inter Archipresbyterum, & Capitulum, arguitur ejuſdem juris competentia, cuique pro medietate.

240 Idipſum ſuadet diſpoſitio, quod jus conferendi impoſterum pertineat tam ad Capitulum, quam ad Cardinalem Archipresbyterum.

241 Dictiones tam, & quam attribuunt æqualiter actum utrique copulato.

242 Æqualis diviſio Hebdomadarum inter Archipresbyterum, & Capitulum pro exercitio juris conferendi, denotat jus ipſum æqualiter penes utrumque corpus reſidere.

247 Archipresbyter Baſilicæ Lateranenſis uti talis, & Prælatus habet medietatem in ipſa proprietate conferendi, & tamquam unus de Capitulo, unicam vocem in exercitio juris conferendi.

248 In jure non implicat poſſe aliquem in eadem Societate duplicem repræſentare Perſonam.

249 Cardinalis Archipresbyter in Hebdomada Capituli nullam vocem habet.

250 Et licet ſit unus de Capitulo, non tamen eſt Canonicus.

251 Diviſio exercitii juris conferendi in ſolidum penes Capitulum, & Archipresbyterum exiſtentis, quocumque modo inter ipſos expleatur, non impedit, quominus impedito Capitulo, totum jus conſolidatum remaneat penes Archipresbyterum.

252 Habens plures voces in exercitio jurisſpatronatus, ſi negligat, vel non poſſit præſentare, totum jus conſolidatur in eo, qui unicam tantum vocem habet.

254 In Baſilica Vaticana jus conferendi Beneficia inter Archipresbyterum, & Capitulum eſt diviſum, nedum quoad exercitium, ſed etiam quoad proprietatem. & n. 245. 261. 273. 274. 283. 294.

Et proinde Archipresbyteratu vacante, Beneficia in Turno Archipresbyteri vacantia ſunt vigore Regulæ reſervata. n. 253. & 296.

Amplia, ut in num. 299.

Referuntur Reſolutio Congregationis Particularis, & Motus proprius Clementis XI. numer. 305.

255 Beneficiorum collatio in Baſilica præfata ab antiquiſſimo tempore expletur ab Archipresbytero,

tero, & Capitulo per Turnum, cujus qualitas ab obſervantia declaratur.

256 *Vacante Beneficio reſervato in Turno Capituli, Collatio ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, nec illud Cardinalis Archipresbyter vigore Indulti conferre poteſt.* & n. 232. & 303.

Et ex hoc arguitur diviſio proprietatis, & ſubſtantiæ juris conferendi inter eos. dicto n. 256. 257. & 268.

258 *Diviſo ſolum exercitio, ſi unus ex Conſociis ſit impeditus conferre, vel nulliter conferat, totum jus conſolidatur penes Conſocium.* & n. 262. 275. & 276.

259 *Beneficia Urbis, & Baſilicæ Vaticanæ cadunt ſub reſervatione Regulæ IX. quando extra Urbem vacant, nec ea conferre poteſt Cardinalis Archipresbyter vigore Indulti.*

Referuntur exempla. ibid. & n. 260.

263 *Reſervatio eſt ſuſpenſio facultatis conferendi Ordinario competentis, a Papa per ſuam Conſtitutionem generalem expleta.*

264 *Affectio ex appoſitione manus Papæ proveniens, eſt actus realis; Reſervatio vero generalis, eſt actus verbalis.*

267 *Diviſo Jurepatronatus per Turnum inter Patronum laicum, & Papam, Cardinalis Indultarius ejus nomine confert in Turno Papæ.*

269 *Ex Conſtitutione LIX. Urbani VIII. Cardinales Indultarii habentes Collationem conjunctim, vel diviſim cum Capitulis, ſoli per ſe conferunt Beneficia reſervata, excluſa Dataria.*

270 *Conſtitutio præfata emanavit favore Cardinalium.*

271 *Archipresbyter Baſilicæ Vaticanæ, ſecluſa etiam reſervatione, conferre nequit Beneficia vacantia in Turno Capituli conferre nolentis, aut nulliter conferentis.* & n. 301.

272 *Nec conferre poteſt jure devoluto Beneficia in Turno Capituli vacantia.*

277 *Ex quo Archipresbyter in ſuo Turno confert nomine, & jure proprio, non autem communi, depromitur, inter ipſum, & Capitulum fuiſſe diviſam proprietatem juris conferendi.*

278 *Diviſo exercitio juris conferendi, Turnarius confert nomine, vice, & jure communi.*

280 *Traditur formula, qua Archipresbyter præfatus in ſuo Turno Beneficia confert, & ex ea colligitur, ipſum independenter a Capitulo, ac nomine, & jure proprio Collationis Titulum expedire.* & n. 281. & 282.

284 *Facti veritas comprobari etiam poteſt ex actu per appellationem ſuſpenſo, imo etiam revocato.*

286 *Beneficia extera in Baſilica Vaticana ſunt unita Menſæ Capitulari, & ſpectant ad privativam Collationem Capituli.*

287 *Refertur modus, quo in Baſilica Vaticana fiunt a Capitulo Collationes Beneficiorum in ſuo Turno vacantium.* & n. 289.

288 *Expreſſio nominis Archipresbyteri emiſſa in nonnullis Collationibus Capitularibus, cenſetur facta ratione Dignitatis Perſonæ.*

289 *Enumerantur modi, quibus dividi poſſit ſimultanea ad evitandas diſcordias inter Conſocios in jure conferendi.*

291 *Et ad dignoſcendum, quomodo ſequuta fuerit diviſio, maxime attenditur obſervantia.*

292 *A praxi, quæ ſervatur in Collatione Beneficiorum Baſilicæ Sanctæ Mariæ Majoris, depromitur argumentum circa modum conferendi Beneficia in Baſilica Vaticana.*

298 *Ad dignoſcendum, ex quo capite Pontifex Beneficii Collationem expleat, attenditur Summariolum Supplicationis, quod ſolum ei legitur.*

299 *Etiamſi inter Capitulum Baſilicæ Vaticanæ, & Archipresbyterum adeſſet diviſio ſolius exercitii juris conferendi, adhuc Archipresbyteratu vacante, Beneficia in Turno Archipresbyteri vacantia ſunt vigore Regulæ reſervata, & redditur ratio.*

Contrarium n. 306.

302 *Regula una Cancellariæ, aliam declarat, ubi rationis identitas concurrit.*

304 *Sede Apoſtolica vacante, ceſſant Reſervationes, nec amplius locum ſibi vindicat reſervatio Regulæ ſecundæ.*

305 *Diviſo exercitio Juriſpatronatus mixti inter Patronum Eccleſiaſticum, & Laicum, defuncto Patrono Eccleſiaſtico, Juriſpatronatus redit ad priſtinam mixturam.*

309 *Diviſo inter Canonicos per Turnum exercitio juris conferendi Capitulo competenti, poteſt Curator Canonici dementis ejus nomine jus Turni exercere.*

Contrarium, & redditur ratio numer. 314. & ſeqq.

310 *Jus turnandi computatur inter fructus Canonicatus.*

Quemadmodum jus votandi. n. 319.

311 *Adminiſtrator Hæreditatis præſentare poteſt ad Beneficium Juriſpatronatus in hæreditate exiſtentis.* & n. 320.

312 *Sicuti Tutor ad Beneficium Juriſpatronatus Pupillo competentis.* & n. 320.

313 *Diviſio Collationum per Turnum inter Canonicos præſumitur demandata ad tollenda diſſidia, quæ plerumque oriri ſolent in Proviſionibus capitulariter faciendis.*

314 *Et inducit tantum præſumtionem diviſionis exercitii, non proprietatis juris conferendi.*

315 *Jus conferendi Beneficiatus in Baſilicis Urbis reſidet quoad proprietatem penes Capitula, diviſo ſolum exercitio inter Canonicos.*

316 *Impedito Canonico Turnario nominationem in ſuo Turno explere, devolvitur illa ad Capitulum, penes quod reſidet conferendi proprietas.*

318 *Canonicus mentecaptus non poteſt per organum ſui Curatoris Suffragium ferre in Capitulo.*

321 *Coadjutoribus cum futura ſucceſſione in Canonicatibus Germaniæ regulariter indulgetur, quod ad jus Turni admitti valeant.*

322 *Concluſio, quod Reſervatio non afficit Beneficia, & Præbendas ſimultaneæ Collationis Epiſcopi, & Capituli, limitatur in Præbenda Pœnitentiaria, quæ Sede Epiſcopali vacante, non poteſt a Capitulo provideri, ſed remanet vigore Regulæ reſervata.*

323 *Proviſus de Beneficio uti de reſervato vigore Regulæ II. cum clauſula conſtito &c. probare debet illud eſſe liberæ Collationis Epiſcopi.*

324 *Dignitates in Cathedrali regulariter non ſunt liberæ Collationis Epiſcopi.*

325 *Idque rite probatur, ſi vigore Statuti, vel Indulti Apoſtolici ſubjaceant optioni.*

Maxime ſi Indultum Apoſtolicum tribueret facultatem optandi etiam Dignitates reſervatas, & diſponeret, quod optio vim collationis haberet. n. 328.

326 *Juri optandi derogatur per Regulam IX. ſed non per Regulam II.*

327 *Clauſula derogatoriæ contenta in Regula IX.*

non

non trahuntur ad Regulas antecedentes.

329 Regula II. locum non habet, quando Sede Epiſcopali vacante Beneficiorum collatio ad alium ſpectat, nec eſt reſervata Succeſſori.

330 Sed ſi ad Epiſcopum ſpectaret electio, præſentatio, nominatio &c. & ad alium Inſtitutio, locus eſſet Reſervationi Regulæ II. & numer. 233.

331 Nec Capitulum, ſeu Vicarius Capitularis poſſet nominare, eligere, aut præſentare.

334 Sedes Epiſcopalis, ſeu Abbatialis de jure communi vacare deſinit, ſtatim ac a Sede Apoſtolica de Succeſſore providetur.

Et ab eo tempore noviter proviſus Bonorum, & Jurium Eccleſiæ adminiſtrationem nanciſcitur, etiam ante adeptam illius poſſeſſionem. n. 336.

335 Præconizatio a Papa facta in Conſiſtorio, vim habet Proviſionis, ſeu Confirmationis.

337 Vacatio Eccleſiæ, vigore Extravag. Injunctæ, de Election. prorogata fuit uſque ad expeditionem Litterarum Apoſtolicarum, earumque præſentationem Capitulo faciendam.

Et a dicta Extravag. originem habuit Regula II. n. 341.

338 Vigore Regulæ II. Eccleſiæ vacatio prorogata etiam fuit uſque ad adeptam a Promoto pacificam Eccleſiæ poſſeſſionem. & n. 348.

Et uſque tunc proviſio Beneficiorum de ſimultanea collatione Epiſcopi, & Capituli ad ipſum Capitulum ſpectat. n. 339.

340 Limita quoties Epiſcopus legitime impeditur Eccleſiæ poſſeſſionem adipiſci; hoc enim caſu poteſt fructus percipere, & Beneficia conferre.

342 Limita itidem in S. R. E. Cardinalibus, qui Beneficia conferre poſſunt ante adeptam Eccleſiæ poſſeſſionem, & ſtatim ac ſunt in Conſiſtorio præconizati. & n. 345.

Quemadmodum conferre poſſunt Beneficia in ſuis Titulis exiſtentia, antequam eorum poſſeſſionem adipiſcantur. n. 343.

Traduntur rationes. n. 346. & 347.

344 Cardinales non ſunt obnoxii cenſuræ Extragant. Injunctæ. & n. 347.

349 Et de Eccleſiis proviſi non ſolvunt Taxas pro expeditione Litterarum Apoſtolicarum ſolvi conſuetas.

351 Cardinales comprehenduntur ſub illis Cancellariæ Regulis, quarum ratio eſt ipſis adaptabilis.

353 Conferre non poſſunt Beneficia ante eorum promotionem ad Eccleſias, jam vacantia. & numer. 354.

355 Nec vacantia poſt Promotionem, antequam ſolitum fidelitatis juramentum in Litteris Apoſtolicis demandari ſolitum, præſtent.

Et ante præſtitum dictum juramentum Eccleſias ſibi commiſſas, nec adminiſtrare, nec regere poſſunt. ibidem.

356 Beneficia, quæ per Epiſcopum Anteceſſorem collata non fuerunt, obnoxia non remanent reſervationi Regulæ, ſed conferri poſſunt a Succeſſore.

357 Contrarium; & Referuntur Litteræ Apoſtolicæ proviſionis hujuſmodi Beneficiorum tanquam de reſervatis vigore Regulæ ſecundæ.

358 Sed prior Sententia magis arridet. Traditur ratio, & reſpondetur contrariis rationibus & n. 360.

359 Regulæ Cancellariæ ſunt ſtricte intelligendæ in terminis in quibus loquuntur, nec ob identitatem, aut majoritatem rationis extenduntur de caſu ad caſum.

Et loquentes de caſu ſimplici, non comprehendunt caſum mixtum. n. 373.

361 Beneficium tempore Cardinalis Epiſcopi in Menſe reſervato vacans, & ab eo dum vixit non collatum, an a Succeſſore Epiſcopo non Cardinali provideri poſſit?

362 Si Sede plena vacaverit Beneficium, & Vicarius Epiſcopi illud contulerit, ſuſtinetur collatio, tametſi tempore collationis Epiſcopus in remotis agens jam deceſſiſſet.

363 Beneficia vacantia Sedibus Epiſcopali, ſimul ac Papali vacantibus, non ſunt vigore Regulæ reſervata.

364 Sed incidunt in nexum reſervationis poſt electionem novi Pontificis, Regulam II. renovantis.

366 Epiſcopus jam electus, qui ante novi Pontificis creationem Eccleſiæ poſſeſſionem adipiſcitur, conferre poteſt Beneficia, quæ vacaverant Sedibus Epiſcopali, & Papali vacantibus.

367 Refertur exemplum in contrarium.

368 Regula tunc comprehendit Beneficia ad alicujus Dignitatis collationem ſpectantia, quando Dignitas ipſa eſt reſervata, vel quovis alio modo ad Sedis Apoſtolicæ proviſionem ſpectat.

369 Secus ſi reſervata non ſit, nec ad Pontificis proviſionem aliunde pertineat, vel ſit de Jurepatronatus Laicorum.

370 Si Dignitas ſit reſervata, ſed provideatur a Papa ad nominationem alterius, Beneficia ad ejuſdem Dignitatis collationem ſpectantia, non ſunt, ea vacante, vigore Regulæ reſervata.

Aſſignantur rationes n. 371. & 372.

374 Exponitur, cur ſint reſervata Beneficia vacantia vacantibus Eccleſiis Cathedralibus de nominatione, ſeu præſentatione Regum, & non ea, quæ ſpectant ad Dignitatem, ad alterius nominationem a Sede Apoſtolica providendam.

375 Contrarium, quod ſupradicta Beneficia ſpectantia ad collationem Dignitatis, quæ a Papa provideri debet ad alterius nominationem, & vacantia tempore vacationis ejuſdem Dignitatis, ſint obnoxia reſervationi Regulæ. Et referuntur rationes.

376 Explicantur diverſi modi, quibus Beneficiorum proviſio fit Apoſtolica auctoritate, etiamſi reſervata non ſint.

377 Ratio Regulæ æque militat in Dignitatibus pleno jure reſervatis, ac in iis, quarum proviſio quoquomodo facienda eſt a Sede Apoſtolica.

378 Verba Regulæ uſque ad proviſionem ſucceſſorum &c. continent quemcumque providendi modum, ſive per inſtitutionem, ſive per confirmationem, ſive per liberam collationem. & numer. 380.

379 Regula ſecunda an ſit odioſa?

381 Traditur ratio, cur reſervata non ſint vigore Regulæ Beneficia ſimultaneæ collationis, ſint vero reſervationi obnoxia ea, quæ ſunt de collatione Dignitatis per Sedem Apoſtolicam ad alterius nominationem providendæ.

382 Beneficia ſpectantia ad collationem Abatis Monaſterii de Jurepatronatus Regio, quæ tempore vacationis Sedis Abatialis vacare contigerint, ſunt vigore Regulæ reſervata.

384 Cardinalis ad Eccleſiam promotus cum Indulto conferendi Beneficia reſervata, tunc conferre poteſt ea, quæ Sede vacante ante illius promotionem vacaverant, quando in Indulto

dulto adeſt facultas conferendi reſervata vacantia etiam de præterito, *ſecus ſi facultas præfata non adſit.* & n. 402.

385 *Cardinalium Indulta, juxta Ordinariam eorum formulam, ſunt reſtricta ad Beneficia poſtea vacatura.* & n. 395. 399. 401.

386 *Verba* vacare contigerit *reſpiciunt tempus futurum, & Beneficia vacatura.*

387 *Indultum conferendi Beneficia* vacantia, *non comprehendit vacatura.*

388 *Verbum* oportebit *reſpicit tempus tam præſens, quam futurum.*

389 *Idem de Verbo* erit.

390 *Nec non de Verbo* vacabit, *vel* vacaturis.

Limita ſi illi adjuncta ſit dictio deinceps, *quæ ſolum reſpicit tempus futurum.* n. 391.

392 *Intellige ſupradicta Verba comprehendere tempus præſens, & futurum, non ex propria eorum ſignificatione, ſed juxta mentem, & intentionem concedentis.* & n. 393.

394 *In conceſſione generali ea ſolum veniunt, quæ veriſimile eſt, Principem ſpecialiter fuiſſe conceſſurum.*

396 *Indultum Cardinalibus Nepotibus concedi ſolitum, comprehendit etiam Beneficia de tempore illius conceſſionis jam vacantia.*

397 *Ex diſcretivo diſponendi modo arguitur diverſa Pontificis voluntas.* & n. 418.

400 *Indulta Cardinalium non comprehendunt Beneficia vacantia vigore Decreti adjecti in actu Promotionis ad Epiſcopatum*, & n. 403.

405 *Amplia, etiam ſi agatur de Indultis Cardinalium Nepotum.* & n. 404.

406 *Ab Indulto quoque Cardinalium Nepotum excipiuntur Beneficia vacantia in Curia, & apud Sedem.*

407 *Cardinalis, qui Eccleſiæ ceſſit cum Indulto conferendi illius Beneficia in octo Menſibus Apoſtolicis, aliis quatuor Succeſſori Epiſcopo relictis, non poteſt Sede Epiſcopali vacante Beneficia conferre in Menſibus dimiſſis, ſed ea remanent Pontifici vigore Regulæ reſervata.* & n. 213. & 411.

Et ita in praxi obſervatum n. 419.

408 *Indultum conferendi Beneficia poſt dimiſſam Eccleſiam dicitur ſuperinductum, & extraordinarium, nec eſt ita favorabile ſicut Ordinarium, quo gaudent omnes Cardinales.* & numer. 413.

Etiamſi relationem habeat ad Indultum ordinarium n. 410.

409 *Cardinalis hujuſmodi Indulto extraordinario gaudens, admittere non poteſt Reſignationes Beneficiorum, quia non eſt amplius Ordinarius.*

412 *Referuntur, & rejiciuntur DD. exiſtimantes, Indultum præfatum non eſſe extraordinarium; quodque Cardinalis in Menſibus ſibi reſervatis adhuc remaneat Ordinarius Collator.*

414 *Cardinales vigore eorum Indulti Ordinarii conferre poſſunt Beneficia nedum ratione Menſium Apoſtolicorum &c. ſed etiam* ex quavis alia cauſa diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervata.

415 *Sub dictis verbis comprehendi non poſſunt Beneficia vacantia Sede Epiſcopali vacante, & vigore Regulæ reſervata.*

Redditur ratio ibidem, & n. 416.

417 *Aliquando Pontifices ſpecialiter indulſere Cardinalibus facultatem conferendi Beneficia in aliena Diœceſi vacantia tempore Sedis Epiſcopalis vacantis, & traditur exemplum.*

420 *Cardinalis qui Eccleſiæ renunciavit cum Indulto conferendi in octo Menſibus Apoſtolicis, an ea poſſit conferre Sede Apoſtolica vacante? Remiſſive.*

421 *Reſervatio Regulæ II. locum ſibi non vindicat, ſi Collator Ordinarius gaudeat Apoſtolico Indulto excluſivo omnium, & quarumcumque Reſervationum, ſed Beneficiorum vacantium Sede Epiſcopali vacante collatio, Succeſſori reſervatur.*

422 *Poteſt tamen Papa ſi non jure reſervationis, jure tamen præventionis dicta Beneficia conferre.*

Et ita pluries in praxi ſervatum. *ibid.*

423 *Nuncii Apoſtolici conferre non poſſunt Beneficia vacantia Sede Epiſcopali vacante.* & numer. 425.

424 *Eorum facultas eſt reſtricta ad Beneficia reſervata ratione Menſium.*

426 *Univerſitas Studiorum Lovanii, quæ Indulto gaudet Apoſtolico conferendi, & nominandi certis annis, & Menſibus, ad Beneficia Diœceſis Leodienſis, & Provinciarum Belgii, nec conferre, nec nominare poteſt ad Beneficia vacantia Prælatura vacante.* & n. 427.

428 *Quod uno tempore permittitur, cenſetur in alio prohibitum.*

429 *Reſervationi Regulæ II. non ſubjacent Beneficia Germaniæ, in qua vigent Concordata, ſed eorum proviſio ſpectat ad Succeſſores.*

430 *Nec Beneficia præfata conferre poteſt Adminiſtrator in aliqua Eccleſia Germaniæ a Pontifice deputatus, etſi cum omnimoda Juriſdictione Epiſcopali, & cum facultate percipiendi fructus, perinde ac ſi eſſet Epiſcopus.*

431 *Regula locum pariter non habet in Gallia.*

432 *Beneficia Curata Galliarum vacantia tempore vacationis Sedis Epiſcopalis, providentur a Capitulis.*

433 *Et de praxi, quæ ſervatur in dicto Regno, & in Brittania quoad proviſionem Beneficiorum dependentium a Monaſteriis, & vacantium Sede Abatiali vacante.*

REServantur tertio loco in hac Secunda Regula Cancellariæ Dignitates, & Beneficia omnia, ad collationem, præſentationem, electionem, & quamcumque aliam diſpoſitionem Primatum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Collatorum, & Collatricum Secularium, & Regularium, quæ poſt illorum obitum, aut Eccleſiarum dimiſſionem, ſeu ad alias Eccleſias tranſlationem &c. vacaverint, uſque ad proviſionem Succeſſorum, & adeptam ab iiſdem pacificam poſſeſſionem. Per quam Regulam omnium Beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitio Sede Epiſcopali vacante, ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, ut relato toto *Regulæ* contextu, explicant *Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt.* 34. *Garc. de Benef. part. 5. cap. 1. §. 4. Barboſ. de Epiſcop. allegat. 57. num. 84. & ſeqq. Gonzal. ad Regul. 8. Gloſſ. 51. num. 52. Ventrigl. in Prax. part. 2. annot. 2. §. 2. n. 20. Rot. deciſ. 257. num. 15. part. 12. deciſ. 254. n. 6. part. 13. Recen. in Legionen. Beneficii* 18. *Februarii* 1701. *§. Nec ſubſiſtit, cor. dell' Olmo, & in Seguntina Archidiaconatus* 12. *Februarii* 1703. *§. Quibus, coram cl. mem. Card. Scotto, & in Burgen. Beneficii* 5. *Febr.* 1706. *§. Vacatio, cor. Eodem, & in Abulen. Cappellaniæ* 13. *Januarii* 1716. *cor. bo. mem. Anſaldo.* Et hæc eſt reſervatio 1
ratione temporis, ut inquit *Lotter. dict. quæſt.* 34. *num.* 4. 2

Sanctum Pium V. primo hujuſmodi Beneficia ſibi reſervaſſe, conſtat ex ejus *Conſtitutione* 55. & advertunt *Thomaſſin. tom. 2. lib. 1. cap. 45. n. 15. Van* 3
Eſpen

Digitized by Google

Eſpen in Jus Eccleſ. univ. tom. 1. part. 2. tit. 23.
cap. 4. n. 16. Garc. de Beneſ. part. 5. cap. 1. n. 222.
Murg. eod. Tractat. quæſt. 3. n. 280. Corrad. in Prax.
Beneficiac. lib. 3. cap. 6. num. 50. & ſeqq. Ventrigl.
dict. num. 20. Antonel. de Regim. Eccleſ. lib. 4. cap.
4 *final. num. 46.* Verum quia laudatus Pontifex Be-
neficia præfata reſervavit *diſpoſitioni ſuæ*, non au-
tem Sedis Apoſtolicæ, Reſervatio una cum ſuo Con-
ditore expiravit, *Corrad. d. cap. 6. num. 52. Garc.*
loco cit. num. 224. Barboſ. de Canon. cap. 42. num.
109. verſ. Et quamvis; Zerol. in Prax. Epiſcopor.
part. 2. verb. Beneficium poſt princip. & in verb. E-
piſcopus.

Reſervationem hanc, Gregorius XIII. immedia-
5 tus S. Pii Succeſſor, non renovavit, *Corrad. &*
Garz. locis max laudatis, *Rot.* apud eumdem *Garc.*
6 *part. 5. cap. 5. num. 90.* Sed Sixtus V. Gregorii
Succeſſor, primus inter Cancellariæ Regulas eam
inſeruit; proindeque fere omnes eumdem Sixtum
hujus Regulæ auctorem agnoſcunt, *Lotter. de re*
Benefic. lib. 2. quæſt. 34. n. 6. Corrad. dict. lib. 3. cap.
6. n. 52. Barboſ. de Epiſc. part. 3. alleg. 57. num. 64.
in fin. Garc. de Beneſ. dict. part. 5. cap. 1. num. 228.
Rot. apud eumdem *num. 791. & ead. part. 5. cap. 5.*
n. 90. verſ. Nec refragatur.

In Regulis Sixti V. Gregorii XIV. & Clemen-
7 tis VIII. legitur *uſque ad Promotionem Succeſſorum*
ad eaſdem Eccleſias - quod melius dictum videtur,
quam — *uſque ad Proviſionem Succeſſorum &c.* prout
legitur in modernioribus Regulis, nam juxta pro-
prietatem Verborum, quibus utitur etiam Dataria,
& Cancellaria, quia *promoveri* dicitur ad Eccleſias
Epiſcopales, & Monaſteriales, ut *in cap. 2. di-*
ſtinct. 63. & in Extravag. Ad regimen, de Præben.
& *provideri* de Beneficiis inferioribus, *Mandoſ. ad*
Regul. 26. n. 6. & 7. Rot. deciſ. 777. §. Siquidem cor.
Molines.

Plures autem aſſignantur hujuſmodi reſervationis
8 rationes. Prima eſt illa generalis a S. Pio Quinto
in ſua *Conſtit. 55.* expreſſa, ut *pauperibus Clericis,*
& aliis benemeritis Perſonis de Beneficiis Eccleſia-
ſticis provideretur. Altera vero magis ſpecifica,
quia præſtat occurrere diutinæ Beneficiorum vaca-
tioni, *Cap. Quam ſit, de Elect. in 6.* Cum enim
Sede Epiſcopali, vel Abatiali vacante, nemo adſit,
qui Beneficia eo tempore vacantia conferre valeat,
& abrogato jure communi per *Extravag. Injunctæ,*
de Elect. non poſſint noviter Promoti Eccleſiarum ad-
miniſtrationem nanciſci, niſi oſtenſis Litteris Apo-
ſtolicis ſuper eorum promotione; ne interim Bene-
ficia diuturnam paterentur vacationem, ſatis con-
gruum, & rationabile viſum fuit, ut de illis Pon-
tifex diſponeret. Accedit & alia ratio, quod facul-
tas diſponendi de Beneficiis originem habet in Papa,
& ab eo derivat in Epiſcopos, & alios inferiores
Collatores; Unde reſervando hujuſmodi generis Be-
neficia, jure proprio utitur ſine cujuſpiam injuria.
Hinc Gregorius IX. ad *Fridericum II.* ſcribebat,
quod vacante Sede Epiſcopali, excludi non poterat
Papa ab ea poteſtate conferendi Beneficia, qua etiam
vivente Epiſcopo pleniſſime fruebatur — *Nec nos ab*
id, qui eis viventibus conferre Beneficia non collata
potuimus, Apoſtolicæ amittimus amplitudinem pote-
ſtatis, ut refert *Thomaſſin. tom. 2. lib. 1. cap. 47. n. 2.*
§. Adde, & in Libro cui Titulus *Gallia vindicata*
pag. 432. & ſeqq. & mox dictas ponderando rationes
Gabr. conſil. 197. n. 3. & 4. lib. 1. Lotter. dict. lib. 2.
quæſt. 34. n. 8. & 16. Piton. diſcept. 12. num. 17. Rot.
poſt eundem *in Hiſpalen. Beneficii coram Juſta n. 32.*
& in Cæſaraugustana Beneficii 20. Novembris 1686.
§. Quorum in fine, & §. final. rec. clar. mem. Card.
Caccia, & 5. Julii 1688. coram Hervault.

Accedit, quod inter fructus, & quidem majores
Eccleſiarum, enumeratur jus conferendi, ſeu præ-
ſentandi ad Beneficia, Eccleſiis ipſis, & Prælatu-
ris annexum, *Rot. in Wormatien. Cuſtodiæ 11. De-*
cembris 1684. §. Et ſic, cor. Ueſmo, & 26. Maii
1685. §. Maxime, cor. Eadem. Cumque Epiſcopo
defuncto fructus inexacti, & cadentes vacatione
Eccleſiæ durante, ad Sedem Apoſtolicam, & Ca-
meram ſpectent; æqui bonique ratio ſuadet, ut ad
ipſam S. Sedem ſpectare etiam debeat Beneficiorum
collatio, cum in hac materia validum ſit argumentum 9
a pertinentia fructuum ad pertinentiam Collationis,
ut bene ratiocinatur *Lotter. dict. quæſt. 34. n. 20. &*
ſeqq. Rot. cor. Emer. deciſ. 1354. n. 15. & ſeqq. &
deciſ. 1355. n. 7. ubi ex eadem ratione firmatur,
quod Vice-Legatus Avenionenſis uti Adminiſtrator,
& Collector fructuum, quorum nomine venit jus
nominandi, nominare poterat ad Vicariam perpe-
tuam, quæ erat de nominatione *Prioris defuncti*,
cum aliis infra *n. 40.*

Reſervantur autem per hanc Regulam Beneficia,
ſive poſt mortem Epiſcopi, ſive poſt Eccleſiæ di-
miſſionem, dimiſſionem, privationem, tranſlatio-
nem, vel alias quomodocumque vacaverint, *Ven-*
trigl. dict. part. 2. annot. 2. §. 2. n. 23. Sed quæri
ſolet, quando dicatur ſequuta dimiſſio Eccleſiæ, ita
ut Epiſcopus non poſſit amplius ſe ingerere in Be-
neficiorum collatione? Et videtur reſpondendum, 10
Eccleſiam vacare ab eo tempore, quo Epiſcopus di-
mittens ab Eccleſiæ vinculo abſolvitur in Conſiſtorio
Sanctitatis Suæ; ita quidem, ut poſtquam hujuſmo-
di abſolutionis notitiam Epiſcopus habuerit, illico 11
ſe abſtinere debeat ab exercitio ordinariæ juriſdi-
ctionis, eamque transferre in Capitulum, quod po-
teſt, & debet ea juriſdictione uti, Sedemque va-
cantem publicare, ut declaravit *Sacra Congregatio*
Epiſcoporum 10. Decembris 1624. Corrad. in Prax.
Benefic. lib. 3. cap. 6. num. 66. in fine, Barboſ. de
Jur. Eccleſ. cap. 19. lib. 1. num. 37. & in cap. 1. de
Tranſlat. Epiſcop. n. 5. Maſſobr. in Prax. haben. Con-
curſ. Requiſit. 1. dub. 9. num. 12. Nicol. in Lucubrat.
tom. 2. lib. 1. tit. 7. pag. 18. Licentia vero dimitten-
di Eccleſiam obtineri debet in Conſiſtorio, ubi fiunt 12
ceſſiones Epiſcopatuum, & aliarum Majorum Di-
gnitatum; & uno Cardinali referente, fit illius Ec-
cleſiæ diſpoſitio, *Barboſ. in Cap. Quidem num. n. 3.*
de Renunciat. Pacif. de Reſignat. lib. 3. cap. 18. n. 83.
Paſſerin. de Stat. homin. tom. 1. quæſt. 185. artic. 4.
num. 9. plene *Matt. de Cauſ. Conſiſtor. ſect. 11. n. 42.*
& ſeqq.

Verius tamen eſſe videtur, quod ubi agitur de
Eccleſiæ dimiſſione, vacatio incipit a die quo Sum- 13
mus Pontifex illam acceptavit, & a die Sententiæ,
quando agitur de Depoſitione. Solum enim in
tranſlatione Epiſcopi ad aliam Eccleſiam, fit abſo-
lutio in Conſiſtorio a vinculo, quo Priori Eccleſiæ
tenebatur, quia cum tranſlatus ſit futurus alterius 14
Eccleſiæ Sponſus, declarari debet abſolutus a prima,
ne duarum Eccleſiarum Sponſus videatur. In va-
catione vero Eccleſiæ per Depoſitionem, aut Ceſſio-
nem, cum non vigeat iſta ratio, neceſſaria non eſt
particularis aliqua declaratio abſolutionis vinculi,
ſed in Depoſitione, per Sententiam Depoſitionis,
in Ceſſione, per ejuſdem acceptationem a Pontifi- 15
ce factam, oritur neceſſaria abſolutio. Ideoque in
his duobus vacandi modis non eſt neceſſarium,
quod aliquid fiat in Conſiſtorio, ſicuti fit in Tranſ-
latione. Et ita ſtylus, & praxis ſe habet; nam in
Eccleſiæ ceſſione nullum Verbum nec a Pontifice,
nec a Cardinali Proponente fit de abſolutione vin-
culi; cum jam Eccleſia ab eodem Cardinali propo-
natur tanquam vacans, dum dicit ſolummodo —

Eccleſia

Eccleſia N. vacans per liberam ceſſionem N. N. in
manibus Sanctitatis veſtra -- Poſtea vero enarrat
qualitates Eccleſiæ, & Perſonæ, quæ de illa provi-
deri debet; & ita ſupponitur vinculum jam ſolutum
extra Conſiſtorium, quando Papa admiſit ceſſionem,
ut melius patet ex ſequenti exemplo -- *Feria 2. die*
22. Septemb. 1659. Referente Reverendiſſ. D. Cardi-
16 *nale Homodeo, Sanctitas Sua Eccleſia Nucerina Pa-*
ganorum vacanti per liberam ceſſionem in manibus
Sanctitatis Sua factam, & admiſſam R. P. D. Bo-
naventura de Avalos ultimi illius Epiſcopi, provi-
dit de Perſona Reverendi Fratr. Felicis Gabrielis
Ordinis Minorum Conventualium -- In quo Decreto
nulla legitur vinculi abſolutio.

Præterea vinculum illud, quod intercedit inter
Epiſcopum, & Eccleſiam, non explicito aliquo a-
17 ctu, aut ſpeciali juramento, contrahitur, ſed tacite,
& conſequutive tunc contrahitur, quando Papa pro-
videt Eccleſiæ de illius Perſona, & ipſe per omnes
actus ſubſequentes eam acceptat: per quam accep-
tionem, veluti per quaſi contractum ſe obligat ad il-
lius regimen, & adminiſtrationem, *Felin. in Cap.*
Qua Eccleſiarum 7. n. 42. de Conſtit. ubi etiam ait,
hanc eſſe rationem, ob quam proviſus non poſſit Ec-
cleſiæ cedere ſine licentia Pontificis, *Fuſcus de Viſi-*
tat. lib. 2. tit. 28. n. 11. Ricc. in Prax. Reſignat. reſol.
199. n. 4. par. 3. unde per Cedentis conſenſum, ejuſque
admiſſionem a Papa factam, ſolvitur vinculum, quo
Epiſcopus Eccleſiæ tenebatur, ſine Conſiſtorio, &
non remanet amplius Sponſus illius Eccleſiæ, quæ
ſibi a Papa commiſſa fuerat. Idque colligitur etiam
ex *Rot. deciſ. 278. in princip. part. 2. Recent.* ubi di-
citur, in renunciatione non conſiderari abſolutionem
18 vinculi, ſed uſque ad diem admiſſæ renunciationis
ſpectare fructus ad Renunciantem; unde eodem mo-
do dicendum eſt, uſque ad dictam diem ſolummo-
do ſpectare Beneficiorum collationem, cum a per-
tinentia fructuum ad pertinentiam collationis Bene-
ficiorum valeat argumentum, ut ſupra dictum eſt,
& firmat *Pariſ. de Reſignat. lib. 1. quaſt. 7. per*
tot.

An autem ſuſtineatur proviſio Beneficiorum va-
cantium illo medio tempore, quod intercedit inter
admiſſam renunciationem Eccleſiæ, ſeu Sententiam
depoſitionis, & ſcientiam quam habet Epiſcopus de
19 præfata admiſſione renunciationis, ſeu depoſitione?
Et quidem fructus eo intermedio tempore a ſolo ſe-
paratos, cenſuit *Rot. d. deciſ. 278. num. 7.* non ſpe-
ctare ad Epiſcopum renunciantem, quando non
agitur de renunciatione ad ſavorem certæ Perſonæ,
ſed de libera, *Gabr. conſ. 192. num. 1. & ſeqq. lib.*
1. nec de Epiſcopo motu proprio Papæ ad aliam
Eccleſiam translato, cujus conſenſus neceſſarius eſt;
20 unde ſi valet argumentum a perceptione fructuum
ad collationem Beneficiorum, dicendum videtur,
nullam eſſe collationem eo tempore factam, cum
jam non eſſet amplius Epiſcopus; & eo ipſo, quod
21 ejus libera ceſſio admiſſa eſt, abſque alio conſen-
ſu, ſeu notitia, a vinculo Eccleſiæ eſt ſolutus, *Rot.*
in Seguntina Beneficiorum 1. Junii 1592. coram O-
rano penes *Garc. de Benef. part. 5. cap. 1. n. 249.*
Gratian. diſcept. 127. n. 27. ubi de depoſitione, *&*
n. 34. & ſeq. & diſcept. 159. n. 24. Lotter. de re Be-
nefic. lib. 2. quaſt. 34. n. 26. De Marin. quotid. reſo-
lut. 103. n. 5. & 6. lib. 1. Mareſcott. Var. reſol. lib.
2. reſol. 94. n. 31. & ſeqq.

Sed quid, ſi Epiſcopus licentiam cedendi Eccle-
ſiæ poſtulavit, & poſt eam obtentam, pœnitere ve-
lit, & Eccleſiam amplius non dimittere, num poſ-
ſit conferre Beneficia poſt licentiam obtentam va-
cantia, vel ea ſpectent ad Papæ collationem? Quæ-
ſtio hæc ab ea pendere videtur inſpectione, quam
examinant *Canoniſta* in terminis *Cap. Quidam, de*
Renunciat. ſuper qua Decretali *Diſſertationem* Romæ
edidit *Abas Antonius de Molinaris* poſtea Epiſcopus
Litterenſis, quam impugnavit *Matta de Cauſis Con-*
ſiſtor. ſect. 11. n. 23. & ſeqq. In dicto ſiquidem *Cap.*
Quidam ait Innocentius III. quod quidam cedendi
licentiam cum inſtantia poſtulantes, ea obtenta, ce-
dere prætermittunt: quamobrem decernit, eos com-
pellendos eſſe ad cedendum. In cujus Decretalis
Repetitione plures caſus diſtinguuntur a DD. Pri- 22
mus eſt, quando Epiſcopus cedere volens, offert
ceſſionem Papæ, & Papa conſentit: tunc enim
ſtatim deſinit eſſe Epiſcopus. Secundus, quando
ante admiſſionem ceſſionis pœnitet; & tunc non de-
ſinit eſſe Epiſcopus, cum in hoc caſu admittatur pœ-
nitentia. Tertius, quando ſolum petit licentiam ce-
dendi in futurum, & in manibus ejus, quem Papa
deputaverit, & tunc ſubdiſtinguunt: aut licentiam
non obtinuit, vel relictum eſt conſcientiæ ſuæ arbi-
trio, & non cogitur renunciare; aut nondum eſt
reſponſum, & tunc iterum ſubdiſtinguunt: aut pe-
tit per ſe, & poteſt pœnitere, aut per Procurato-
rem, & poterit etiam pœnitere, ſi revocatio Man-
dati pervenerit ad notitiam Procuratoris, & Papæ,
antequam petitæ licentiæ annuerit; quod ſi Papa ad-
miſerit licentiam cedendi, eo caſu non erit amplius
locus pœnitentiæ; & licet per hæc non deſinat eſſe
Epiſcopus, attamen compellendus eſt cedere, & in
his terminis ajunt DD. procedere diſpoſitionem lau-
dati *Cap. Quidam*, ut ibi originaliter firmant *Inno-*
centius in verb. Compellendos, Bellamer. in princip.
verſ. Sexta oppono, Abb. n. 2. verſ. Quandoque reſ-
pondit Papa, Cardinal. n. 2. verſ. Quarto quæro,
Ancaran. n. 1. in tertio Notabil. Joan. Andr. n. 4.
verſ. Qui etiam dicebat, Joan. de Anan. num. 2. &
clarius *Imol. n. 8.* ubi optime diſtinguit, *de Marin.*
quotid. reſolut. lib. 1. quaſt. 103. n. 7. Paſſerin. de
Stat. Homin. tom. 1. quaſt. 185. art. 4. n. 2. & ſeqq.
Pariſ. de Reſignat. lib. 3. quaſt. 18. à n. 48. & ſub n.
84. refert caſum Epiſcopi Tropien. qui accidit tem-
pore Sixti V.

Juxta prædictorum caſuum diverſitatem proce-
dendum videtur in propoſitæ quæſtionis reſolutione.
Et primo, quando Epiſcopus offert ceſſionem, 23
eamque Papa admittit, tunc poſt ceſſionem admiſ-
ſam non poteſt amplius Beneficia conferre. Secun-
do, quando vacant Beneficia antequam Papa ceſ-
ſionem admittat, & tunc poteſt conferre cum ſit E-
piſcopus, & poſſit pœnitere. Tertio, quando petiit
ſolummodo licentiam cedendi, & in iſto caſu ſive li-
centia ſit conceſſa, ſive non, ſemper poterit confer-
re, quouſque Epiſcopatum actualiter dimiſerit; nam
licet ſit conceſſa licentia cedendi, non tamen prop-
ter hoc deſinit eſſe Epiſcopus; & quamvis non poſ-
ſit pœnitere, & nolens amplius cedere, compellen-
dus ſit ad cedendum: quouſque tamen coactio iſta
ſequatur, ſemper remanet Epiſcopus, ut communi-
ter firmant laudati DD. ſcribentes ſuper *dicto Cap.*
Quidam, de Renunciation.

Neque hic prætermittendum, quod etiamſi E-
piſcopus Eccleſiam dimittere cogatur, adhuc regi- 24
ſtratur dimiſſio tanquam de libero conſenſu expleta,
ut de tempore Alexandri VII. ſervatum fuit cum
Epiſcopo *Nuceriæ Paganorum*, qui per Litteras ſuo
Procuratori in Curia directas, cedendi Eccleſiæ ne-
ceſſitatem expoſuerat, & mandaverat, ut ſibi eam
dimittendi ſacultatem impetraret, & licet poſt accep-
tatam dimiſſionem, ſententiam mutaverit, coactus
tamen fuit parere primæ deliberationi, & ceſſio Ec-
cleſiæ de libero conſenſu fuit regiſtrata, juxta exem-
plum, de quo ſupra *n. 16.* Idemque ſervatum cum
Epiſcopis *Melphien. Policaſtren. & Hyeracen.* qui
juſtis

juſtis ex cauſis obſtricti fuerunt eorum Eccleſias dimittere, regiſtrato tamen conſenſu uti de libero, *Abbas Molinar. in dict. Diſquiſit. ad Cap. Quidam n. 70. de Renunciat.* Quod & olim expletum fuit in Concilio Lugdunenſi II. Etenim Gregorius X. *Henricum* Epiſcopum, ob varios perpetratos exceſſus Eccleſia *Leodienſi* privavit, ut poſt *Spondan.* eruditus *Epiſcopus Battaglin. Hiſtor. Concil. part. 2. pag. 243. num. 12. Bonucc. in Hiſtoria B. Gregorii X. lib. 2. cap. 16. pag. 177. & ſeqq.* Cumque poſtea ſub die 28. *Julii* 1274. ad eamdem Eccleſiam Joannem Epiſcopum *Tornacenſem* tranſtuliſſet, eam vacare dixit *per ſpontaneam ceſſionem dilecti filii Henrici, Bonucc. d. lib. 2. cap. 18. pag. 190. ex Regeſt. Vaticano 11. pag. 130. & ſeqq.*

25 Quod ſi tales Epiſcopi conſenſum præſtare renuant, diſtrictione, & Cenſura Eccleſiaſtica compelli poſſunt ad renunciandum, *Jo. Andr. in cap. Publicato 58. de Elect. num. 18.* & creſcente renitentia, conſiderari debent, ac ſi revera renunciaſſent, cum ad renunciationem explendam tenean-
26 tur, juxta *Text. in Cap. Ex Litteris de Exceſſ. Prælat. Roman. conſil. 123. n. 17. Dec. in Cap. Porrecta num. 5. de Præbend. Tiraquel. de Retractat. §. 1. num. 7. Azeved. in lib. 4. Recopilat. tit. 17. lib. 10. num. 23. Molinar. d. Diſquiſit. num. 50.* Idque anno 1686. ſervatum fuit cum alio Epiſcopo *Hieracen.* qui adactus Epiſcopatui renunciare vigore *Text. in Cap. Niſi cum pridem, de Renunciat.* cum nollet ſuum præſtare conſenſum, reſolutum fuit in quadam Congregatione particulari, ejus conſenſum habendum eſſe pro præſtito, & ſucceſſive expeditum fuit Breve Apoſtolicum, in quo abſque ullo ejus conſenſu fuit privatus regimine, & adminiſtratione Eccleſiæ. Breve, ſuppreſſis nominibus, & delictis, extat apud *Raynald. Obſervat. Criminal. in Supplem. ad cap. 32. Supplem. 7. num. 287. & ſeqq.* & meminit etiam *Pignatell. conſ. 38. in fine tom 7.*

27 Reſervat etiam Regula II. Beneficia, quæ vacant poſt translationem Epiſcopi ad aliam Eccleſiam.
28 Forma autem Translationis hæc eſt = *A vinculo quo tenebaris Colocen. abſolvimus te, & ad hanc Metropolim Strigen. transferimus, & tibi licentiam tribuimus tranſeundi* = *Hoſtien. in Summ. tit. de Translat.* quem approbat *Coccin. deciſ. 736. in princip.* Cumque Eccleſia, a qua volens transfertur Epiſcopus, vacare ab eo tempore cenſeatur, quo idem Epiſcopus ab illius vinculo abſolvitur in Conſiſto-
29 rio Sanctitatis Suæ, etiam ante expeditionem Litterarum Apoſtolicarum, vel adeptam poſſeſſionem ſecundæ Eccleſiæ, ut decrevit Sac. Congregatio Concilii in una *Meſſanen. 2. Septembris* 1617. & per viam legis generalis reſolutum fuit anno 1624. ab eadem Sac. Congregatione, quam reſolutionem ſubinde per ſpeciale Breve confirmavit ſan. mem. Urbanus VIII. *die* 20. *Martii* 1625. *Corrad. in*
30 *Prax. Benefic. lib. 3. cap. 6.* n. 66. & 67. ubi quod abſolutio a vinculo prioris Eccleſiæ, & translatio ad ſecundam, incipiant a Data Contracedulæ, ſuper qua expediuntur Litteræ Apoſtolicæ proviſionis ſecundæ Eccleſiæ, *Matta de Cauſis Conſiſtor. ſect. 13. n. 14. & 15. D. de Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap. 5. n 26. & ſeqq. Fraſſ. de Jurepatr. Indiar. tom. 1. cap. 24. ſub n. 40.* cum aliis mox recenſendis, & pleniſſime *Rot. in Segobien. Canonicatus 11. Aprilis 1704. coram cl. mem. Card. Scotto, & 9. Maii 1705. coram eodem, & in altera Segobien. Canonicatus 17. Martii 1706. cor. bon. mem. Anſaldo. & in Monaſterien. Canonicatus 9. Decembris 1712. §. Quod etiam, coram Reverendiſſimo Aldrovando.* Sequitur exinde, quod ab eodem etiam momento abſolutionis vinculi, quo priori Eccleſiæ te- 31
nebatur, nequeat Epiſcopus translatus Beneficia vacantia conferre, ſed ea remanent, ſi non adſit conſocius in Collatione, Sedi Apoſtolicæ reſervata, *Rot. in laudatis Deciſionibus Segobien. Canonicatus cor. clar. mem. Card. Scotto, & bon. mem. Anſaldo.*

Singularis ſane fuit caſus in dicta *Segobien. cor. clar. mem. Card. Scotto* examinatus. Cum ex antiqua Tranſactione inita inter Epiſcopum Segobienſem, & Capitulum Cathedralis, diviſa eſſet inter ipſos ſimultanea Beneficiorum collatio per Turnum, accidit, quod ſub *die 3. Junii* 1699. Epiſcopo in Turno exiſtente, vacavit dimidia portio in Cathedrali per obitum *Petri Tervadela;* unde Bartholomæus de Ocampo, tunc præfatæ Eccleſiæ Epiſcopus ignorans, quod in Conſiſtorio diei 1. Julii ejuſdem anni, a vinculo Eccleſiæ Segobien. abſolutus fuerat, & translatus ad Eccleſiam Placentinam, dimidiam Portionem præfatam ſub die 4. dicti menſis Julii contulit *Didaco Diaz de Zelis*, qui ſucceſſive obtinuit in illius poſſeſſionem a Capitulo immitti. At ſequuta de menſe Septembris anni 1700. vacatione Canonicatus in eadem Eccleſia Segobien. per obitum *Sanctes Jacobi Lnola;* Epiſcopus ſucceſſor ſub fundamento, quod ejus Anteceſſor Turnum nequaquam conſumſerat, ex quo conferre nequibat dimidiam Portionem de eo tempore vacantem, quo per translationem jam ſequutam ad Eccleſiam *Placentin.* deſierat eſſe Epiſcopus Eccleſiæ *Segobienſis*, Canonicatum contulit *Hyacintho Balledor*; ſed autumante Capitulo, Canonicatus Collationem ad ipſum ſpectare, ex quo rite Turnus conſumtus fuerat ab Anteceſſore Epiſcopo: Hinc introducta lite in Rota, propoſitoque Dubio -- *An Collatio moderni Epiſcopi ſuſtineatur* -- nulla ob votorum ſciſſuram capta fuit reſolutio, ſed injunctum, quod ob novitatem, & gravitatem articuli, omnes DD. ſuffragium ferrent; Unde repropoſita Cauſa die 11. Aprilis 1704. prodiit reſponſum -- *Collationem moderni Epiſcopi ſuſtineri* -- & ſub *die 9. Maii* 1705. PP. in Deciſis perſtiterunt, nec Cauſa, quod ſciam, ulteriorem habuit progreſſum. At quia, ut dixi, agitur de materia exemplari, & ſcribens Ego in eadem Cauſa pro ſuſtinenda Collatione ab Epiſcopo expleta ſavore *Hyacinthi Balledor*, majori qua potui diligentia materiam examinavi, placet hic tranſcribere Juris Diſcurſus, quos in ſecunda, & tertia Cauſæ propoſitione tunc exaravi. Sic igitur in ſecunda propoſitione dicebam.

„ ASSERTA Collatio dimidiæ Portionis, quam 32
„ *die 4. Junii* 1699. fecit Prædeceſſor Epiſcopus „ Segobien. ad favorem Didaci Diaz de Zelis ſui „ Secretarii, non potuit conſumere Turnum in „ præjudicium ſucceſſoris Epiſcopi, quia fuit nulla; Collatio autem, quæ non tenet, nullum præſtat impedimentum ſequenti in Turno, ut per „ vulgatum *Text. in Cap. Non præſtat, de Regul. Jur. in 6.* firmat *Ancharan. in Cap. Primo, & ibi etiam Franc. n. 2. de Præbend. eodem lib. 6.* „ *Franciſc. Marc. deciſ. 1098. ſub num. 13.* & in „ puncto Turni, *Rubeus ad deciſ. Put. 179. lib. 3. n. 3. pag. mihi 562. tom. 1. in Sing. Ro. cor. Puteo deciſ. 179. n. 1. & 2. lib. 3. & deciſ. 898. num. 1. part. 4. diverſ.*

„ Nullitas dictæ Collationis ex eo promanat, „ quod dictus prædeceſſor Epiſcopus, lubens, & „ volens, & de ſuo expreſſo conſenſu jam ſub *die prima Junii* 1699. abſolutus fuerat a vinculo, „ quo tenebatur Eccleſiæ Segobien. & translatus ad „ Placentinam; Ex hac enim abſolutione vinculi,

33 » prævio ejus conſenſu facts, tres reſultarunt effe-
» ctus; Primus eſt, quod ab eo tempore vacavit
» Eccleſia Segobien. Secundus effectus eſt, quod
» ab eo momento ipſe deſiit eſſe Epiſcopus Sego-
» bien. Et tertius eſt effectus, quod ab eodem
» puncto alligatus remanſit Eccleſiæ Placentinæ,
» dum Papa per verba præſentis temporis eum ab-
» ſolvit a vinculo prioris Eccleſiæ, & tranſtulit ad
» Placentinam, eumdem præficiendo in Epiſco-
» pum, & Paſtorem ſecundæ Eccleſiæ Placenti-
» næ, ut magiſtraliter hos effectus diſtinguendo
» *Bellamer. in Can. Si quis jam tranſlatus* 21.
» *quæſt.* 2. *num.* 12. *Hoſtien. in Summ. ad tit. de*
» *Tranſlat. Epiſcop. n.* 6. *verſ. Sed ſi Epiſcopus*, &
» poſt alios antiquiores, *Solorzan. de Jur. Indiar.*
» *lib.* 3. *cap.* 7. *nu.* 77. *& ſeqq. Maſcard. de Pro-*
» *bat. concluſ.* 183. *num.* 15. *&* 33. *Barboſ. de jur.*
» *Eccleſ. cap.* 19. *n.* 37. *& ſeq. & in cap.* 1. *n.* 5. *de*
» *Tranſlat. Epiſcop. Gratian. diſcept.* 296. *num.*
» 15. *& ſeqq. Lavor. Var. lucubr. tit.* 4. *cap.* 25.
» *num.* 17. *Rovit. conſ.* 32. *n.* 2. *& ſeqq. lib.* 1. *ibi-*
» *que Altimar. Maſſobr. in Prax. haben. concurſ.*
» *requiſ.* 1. *dub.* 9. *n.* 12. *Corrad. in Prax. Bene-*
» *fic. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 66. *in fine*, *Fermoſin. de Ca-*
» *pit. Sed. vacan. in aſt.* 1. *quæſt.* 2. *nu.* 22. *& ſeqq.*
» *Diana Oper. coord. tom.* 6 *reſolut.* 6. §. 2. *Valen-*
» *zuela conſil.* 190. *n.* 10. *cum ſeqq. Fraſſo de Jure-*
» *patr. Indiar. tom.* 1. *cap.* 23. *num.* 47. *& ſeqq. &*
» *cap.* 24. *n.* 31. 39. *& ſeqq. Rota deciſ.* 475. *part.*
» 1. *Recent.* quæ eſt repetita *cor. Cocino deciſ.*
» 736. *n.* 7. *& ſeqq.* & prius in eadem Cauſa *Pla-*
» *cen. Canonicatus* 26. *Martii* 1610. §. *Per dictam*
» *cor. Lancellotto.*
34 » Hæcque opinio nullam amplius hodie admit-
» tit controverſiam, ſtante Decreto Sacræ Con-
» gregationis Concilii anno 1624. emanato; Ad
» ſedandas enim contentiones inter Epiſcopos, &
» Capitula Hiſpaniarum exortas, ſuper tempore, a
» quo primæ Eccleſiæ vacatio inducta cenſeretur,
» per viam legis generalis reſolutum fuit: *Eccle-*
» *ſiam, a qua volens transfertur, ſeu quam dimit-*
» *tit Epiſcopus, vacare ab eo tempore, quo idem*
» *Epiſcopus ab illius vinculo abſolvitur in Conſiſto-*
» *rio Sanctitatis Suæ, etiam ante expeditionem Lit-*
» *terarum Apoſtolicarum, vel adeptam poſſeſſionem*
» *ſecundæ Eccleſiæ.* Cumque poſtmodum hæc re-
» ſolutio fuerit confirmata per Breve ſpeciale Ur-
» bani VIII. 20. *Martii* 1625. *anno ſecundo*, cum
» clauſula *ſublata*, & decreto *Irritanti*, quod ha-
» betur per extenſum poſt *Barboſ. de Epiſcop. in*
» *fin. tom.* 2. inter Bullas, & Litteras Apoſtolicas
» in forma Brevis *cap.* 68. *pag. mihi* 120. & penes
» *Fraſſ. de Jurepatr. Indiar. tom.* 1. *cap.* 24. *ſub*
» *n.* 40. ſublata eſt cuicumque inferiori poteſtas
» aliter judicandi; ut de ſimili reſolutione Congre-
» gationis ab eodem *Urbano* per litteras in forma
» Brevis confirmata *Rota coram Dunoz. Jun. de-*
» *ciſ.* 73. *ante num.* 1. *&* §. *finali, ac in Virdunen.*
» *Abbatiæ* 3. *Aprilis* 1702. §. *Denuo, coram Re-*
» *verendiſſimo D. Decano.*
» Si itaque juxta dictum Breve, & juxta tres
» effectus ſupra diſtinctos, Eccleſia Segobien. ſub
» *die* 1. *Junii* 1699. vacavit, & anteceſſor Epiſco-
» pus Ocampo ab eodem die deſiit eſſe Epiſcopus
» Segobien. & effectus fuit Epiſcopus Placen-
35 » tinus, jam exinde emergit, quod Portionem 3.
» *Junii* vacantem in Eccleſia Segobien. non po-
» tuit amplius conferre; quia in tantum ipſe po-
» terat conferre, in quantum erat Epiſcopus Sego-
» bien. Cum ergo tempore collationis talis non eſ-
» ſet, ob dictum decretum in antecedenti ſua
» translatione a Summo Pontifice appoſitum, con-
» tinens Epiſcopatus Segobien. vacationem, uti-
» que non potuit Segobienſia Beneficia conferre,
» *Gratian. dict. diſceptat.* 296. *num.* 14. *Rot. dict.*
» *deciſ.* 475. *num.* 5. *& ſeq. part.* 1. *Recent. & de-*
» *ciſ.* 79. *numer.* 3. *& ſeqq.* poſt *Bonden. tom.* 1.
» Et ſicuti, ſi dictus Epiſcopus fuiſſet naturaliter
» mortuus, Collatio dictæ Portionis ſpectaſſet
» ad Capitulum; ita in hoc caſu, cum Epiſco-
» pus translatus, quoad Eccleſiam Segobien. eſ- 36
» ſet jam civiliter mortuus, *Cap. In apibus* §.
» *Ecce, & ibi gloſſ. verb. Defuncto* 7. *quæſt.* 1.
» *Gratian. d. diſcept.* 296. *numer.* 16. *Valenzuela*
» *conſ.* 190. *numer.* 1. *& ſeqq. Solorzan. d. lib.* 3.
» *cap.* 13. *num.* 83. *&* 87. *Franceſ. de Eccleſ. Ca-*
» *thedr. cap.* 11. *num.* 23. *& ſeq.* cum aliis plena
» manu congeſtis per *Fraſſ. lib.* 1. *de Jurepatr.*
» *Indiar. cap.* 23. *num.* 49. *& ſeqq. Coccin. annot.*
» 231. *num.* 6. *& ſeq.* non potuit amplius poſt 37
» dictam mortem civilem conferre, quia in ma-
» teria collationis mors civilis æquiparatur natu-
» rali, ut bene ait *Gemin. in Cap. Cum vero n.* 2.
» *Ne Sede vacan. in* 6. *Gratian. diſcept.* 127. *nu.*
» 26. *Pirhing. ad lib.* 3. *tit.* 9. *Ne Sede vacan. n.*
» 13. *Garcias de Benefic. part.* 11. *cap.* 1. *num.* 87.
» Quin imo ex dictis tribus effectibus ſupra po- 38
» ſitis alius reſultat effectus, quod ſcilicet Epiſco-
» pus a die abſolutionis a vinculo factæ in Conſi-
» ſtorio, non facit amplius ſuos fructus prioris
» Eccleſiæ, ita ut ſi eos recipiat, tenetur reſtitue-
» re; ſed ab eadem die conſequitur fructus ſecun-
» dæ, ad quam eſt translatus, ut proſequitur *Bel-*
» *lamera in dict. Cap. Si quis num.* 12. *verſ. Ex*
» *tribus autem*, & in Hiſpaniis eſt principium 39
» abſolutum, de quo *Solorzan. de Jur. Indiar. lib.*
» 3. *cap.* 5. *n.* 46. *&* 56. *cap.* 7. *num.* 48. *& cap.*
» 13. *n.* 77. *Diana Oper. coord. tom.* 6. *reſolut.* 6.
» §. *Primo poſt med. Garc. de Benefic. part.* 11. *cap.*
» 6. *n.* 41. *Fraſſo de Jurepatron. dict. cap.* 24. *n.*
» 21. 22. *&* 47. & facit *Rota coram Durano de-*
» *ciſ.* 20. *n.* 1. *& ſeqq. cor. Cavaler. deciſ.* 104. *n.*
» 2. *&* 3. cum aliis apud *Capon. diſc.* 105. *nu-*
» *mer.* 33. Ex quo etiam promanat, quod ſicuti
» non percipit fructus primæ Eccleſiæ a die ab-
» ſolutionis, & translationis, ea ratione, quia ab
» eo tempore inducta eſt prioris Eccleſiæ vaca-
» tio; ita pariter non poteſt amplius gaudere ju-
» re conferendi, quod eſt inter fructus, & qui-
» dem majores Epiſcopatus; valetque a fructibus 40
» ad collationem argumentum, juxta *Gloſſam* ma-
» giſtralem *in Cap. Cum olim verb. Capitulo, de*
» *Major. & obedien. Lotterius de re Benefic. lib.* 2.
» *quæſt.* 34. *num.* 20. *&* 25. *Fermoſin. in tractat.*
» *de Capitul. Sede vacan. quæſt.* 23. *nu.* 4. *Wameſ.*
» *conſ.* 260. *num.* 2. *& ſeqq. de Præben. tom.* 1. *Vil-*
» *ladieg. de Legat. part.* 1. *quæſt.* 9. *n.* 20. *Barboſ.*
» *de Canon. cap.* 37. *n.* 22. *verſ. Ratio eſt, Gonza-*
» *lez ad Reg.* 8. *Cancell.* §. 4. *proœm. num.* 61. *&*
» *gloſſ.* 56. *n.* 42. alter, *Gonzal. ad cap.* 2. *nu.* 4.
» *Ne Sede vacan. Gratian. diſcept.* 127. *num.* 28.
» *Rota deciſ.* 29. *n.* 2. *de Præben. cor. Mohedan.*
» *deciſ.* 396. *n.* 2. *coram Puteo lib.* 1. *in Vorma-*
» *tien. Cuſtodiæ* 11. *Decembris* 1684. §. *Et ſic co-*
» *ram bon. mem. Urſino.* Et de jure turnandi, quod 41
» & ipſum inter fructus Dignitatis cenſeatur, ita
» ut qui Dignitatem dimiſit, hoc jure gaudere
» non poſſit, *Rota in Hildeſien. Canonicatus* 3.
» *Julii* 1702. §. *At redeundo, coram R. P. D. meo*
» *Anſaldo.*
» Hinc ſequendo dictam conſuetudinem in Hiſ- 42
» paniis vigentem, quod Epiſcopus translatus a
» die translationis acquirat fructus ſecundæ Eccle-
» ſiæ, decrevit Gregorius XIII. quod Epiſcopus

Teru-

„ Terulen. non potuit conferre Beneficium, quod
„ vacaverat biduo poſtquam fuerat in Conſiſtorio
„ abſolutus a vinculo Eccleſiæ Terulen. & tranſ-
„ latus ad Cæſarauguſtanam, de quo decreto
„ meminit *Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. num.*
„ *245. & Barboſa de Epiſcop. part. 3. alleg. 57.*
„ *num. 92. in fine.* Cum enim allegaretur (ſunt
„ verba Decreti) *notoria conſuetudo Hiſpaniarum,*
„ *quod Epiſcopi ſtatim expeditis litteris transla-*
„ *tionis incipiant gaudere fructibus Eccleſiæ, ad*
„ *quam ſunt translati*, Summus Pontifex huic con-
„ ſuetudini inhærendo, reſolvit, non potuiſſe E-
„ piſcopum conferre, quia *a die translationis de-*
„ *bentur fructus Eccleſiæ ſecundæ, ad quam fit tranſ-*
„ *latio; & inter fructus Epiſcopatus eſt etiam Col-*
„ *latio.* Et quamvis replicatum fuiſſet, de fructi-
„ bus ſecundæ Eccleſiæ ad Beneficia, non pro-
„ cedere argumentum, quia ante captam ſecundæ
„ poſſeſſionem illius Beneficia conferre non poteſt:
„ attamen iterum re delata ad Pontificem, *perſti-*
„ *tit in opinione illa, quod Epiſcopus non potuerit*
„ *amplius poſt translationem ſe immiſcere diſpoſi-*
„ *tioni Beneficiorum Terulen. & quod ita publice-*
„ *tur Partibus, ſed exprimatur illa ratio de fructi-*
„ *bus, quia in Sententia non exprimitur Cauſa, ſed*
„ *tantum ad eum finem adducta fuit, quia cum an-*
„ *te Concilium res dubia eſſet propter altercationes*
„ *Doctorum, hæc ratio de fructibus addita fecit*
„ *caſum clariorem.* Et ſi ſtatim poſt tranſlatio-
„ nem Epiſcopus contrahit matrimonium cum ſe-
„ cunda Eccleſia, & percipit fructus illius; jam
„ exinde evincitur, quod non poteſt amplius lucra-
„ ri fructus primæ Sponſæ, inter quos eſt collatio
„ Beneficiorum: alias eſſet Maritus duarum Uxo-
„ rum, & eodem tempore perciperet fructus pri-
„ mæ, & ſecundæ dotis, ut advertit *Rota dict. dec.*
„ *475. n. 7. part. 1. Recent.*

43 „ Non obſtat, quod in eodem Brevi reſervetur
„ Epiſcopo facultas exercendi juriſdictionem Or-
„ dinariam uſque ad notitiam dictæ abſolutionis a
„ priori vinculo; Quia exinde non cenſetur ſibi
„ attributa facultas conferendi Beneficia, dum jus
„ conferendi non venit ſub generica conceſſione,
„ cum exigat ſpecialem mentionem, juxta *Text.*
„ expreſſum *in Cap. Cum in generali 3. de Offic.*
„ *Vicar. in 6. & in Cap. Statutum, de Præben. eod.*
„ *lib. & ibi gloſſ. verb. Id canonice. Germon. de*
„ *Indul. Cardinal. §. Tibi nu. 38.* cum aliis apud
„ *Garciam de Benefic. part. 5. cap. 8. n. 80. & ſeq.*
„ Et in ſpecie, quod jus conferendi non compre-
„ hendatur ſub generali conceſſione juriſdictionis,
„ *Gonzal. ad Reg. VIII. Cancell. §. 4. proœm. n. 34.*
„ *Rota deciſ. 590. num. 4. coram Buratt. & deciſ.*
„ *140. n. 4. verſic. Cum autem jus conferendi, cor.*
„ *Merlino.*

44 „ Et profecto ſive auctoritates, ſive exempla,
„ ſive rationum momenta expendantur, affirmari
„ debet, Beneficiorum collationem nihil commu-
„ ne habere cum juriſdictione, neque ad legem ju-
„ riſdictionis pertinere; Hanc enim opinionem te-
„ nuere *Jo. Andr. in Cap. Quanquam num. 1. de*
„ *Elect. in 6. Butr. in Cap. Noſtri n. 3. in ſecund.*
„ *notab. de Elect. Pavin. de Poteſt. Capit. Sede va-*
„ *can. part. 2. quæſt. 2.* bene *Rebuff. in Prax. tit. de*
„ *Devolut. n. 89.* ibi -- *Conferre non eſt juriſdictionis*
„ *Epiſcopalis, ſed eſt cujuſdam facultatis extrinſeca--*
„ *Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæſt. 21. num. 34.* &
„ lariſſime *lib. 2. quæſt. 2. a numer. 5. & plur. ſeqq.*
„ *Fermoſin. de Capit. Sede vacan. quæſtion. 23. nu-*
„ *mer. 7. Solier. in Addit. ad Paſtor. de Benef. lib.*
„ *3. tit. finali litt. D. pag. mihi 485.*

45 „ Idque melius ab exemplis comprobatur; Le-

„ gatus, ſeu Proconſul poſitus cum temporis præ-
„ finitione, adminiſtrat uſque ad Succeſſoris adven-
„ tum juriſdictionem Ordinariam, ad *Text. in l. g.*
„ *Meminiſſe ff. de Offic. Proconſul.* Et tamen Bene-
„ ficia non confert, juxta originariam doctrinam
„ *Guilielmi de Cuneo*, quam ſequitur *Bald. in di-*
„ *cta l. Meminiſſe n. 3.* -- ibi -*Utrum lex illa, quæ*
„ *dicit, Officium durare uſque in adventum Suc-*
„ *ceſſoris, habeat locum in alio Officio, quam in ju-*
„ *riſdictione Ordinaria; & breviter Guilielmus di-*
„ *cit hic; quod non, quia non habet locum in conce-*
„ *dendis Beneficiis, vel Præbendis, ſecundum eum,*
„ *quod eſt notatu dignum: Unde Legatus poſitus cum*
„ *temporis præfinitione, ſicuti eſt Proconſul, qui po-*
„ *teſt dici Legatus de Latere, non poſſet conferre*
„ *Beneficia poſt tempus, licet ante Succeſſoris adven-*
„ *tum; quod nota -- Franc. Marc. deciſ. 1098. n.*
„ *8. verſ. Præterea, Adden. ad Guidopap. deciſ.*
„ *501. in prima Addit. Fontanell. de Pact. nuptial.*
„ *tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 10. part. 1. n. 99. in fine,*
„ *Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 35. n. 19.* Si
„ ergo lex concedens poſt tempus finitum juriſdi-
„ ctionis Ordinariæ exercitium Proconſuli, ſeu
„ Legato, uſque ad adventum Succeſſoris, colla-
„ tionem Beneficiorum non concedit: clariſſimum
„ elicitur argumentum, quod hoc jus ad legem ju-
„ riſdictionis non pertineat, nec ſub conceſſione ju-
„ riſdictionis comprehendatur.

„ Epiſcopus reſignans Eccleſiam, adminiſtrat 46
„ pertinentia ad juriſdictionem, donec adveniat
„ Succeſſor, & tamen Beneficia minime confert,
„ ut poſt *Baldum*, egregie *Petr. Barboſa ad leg. di-*
„ *vortio 8. in princ. ſub n. 51. & ſeq. ff. ſolut. ma-*
„ *trim.* -- ibi - *Poterit etiam reſponderi, quod dicta*
„ *lex Meminiſſe, procedit in his, quæ pertinent ad*
„ *Juriſdictionem Ordinariam; ea enim antiquus*
„ *Officialis adminiſtrare poterit, ex ratione expreſſa*
„ *in dicta leg. Meminiſſe; ſed quo ad alios effectus ea*
„ *Deciſio non admittetur, & ideo qui habet Poteſta-*
„ *tem conferendi Beneficia, illa uti non poterit poſt-*
„ *quam datus fuerit Succeſſor, etiam ſi ille adhuc*
„ *non ſit ingreſſus Provinciam, ut tradit Bald.*
„ *ibi numer. 1. & ſequitur Aviles de Prætorib.*
„ *cap. 5. numer. 10. pag. 122. Et ad hunc modum*
„ *poterunt concordari opiniones, ut Epiſcopus re-*
„ *nuncians poſſit adhuc adminiſtrare pertinentia*
„ *ad Juriſdictionem Ordinariam, non autem confer-*
„ *re Beneficia, vel quid aliud facere, quod non*
„ *pertineat ad prædictam Juriſdictionem Ordina-*
„ *riam.*

„ Conceſſa generali juriſdictione Vicario, non 47
„ cenſetur conceſſum jus conferendi, utpote quia
„ iſtud non venit ſub generali diſpoſitione, niſi
„ ſpecifice exprimatur; ex congeſtis per *Gonz. ad*
„ *Reg. VIII. Canc. §. 4. proœm. n. 34.*

„ Cautum eſt in jure, quod Capitulum, Sede 48
„ vacante, ſuccedat in univerſali juriſdictione Epiſ-
„ copali, ex relatis per *Rebuff. in Prax. tit. de De-*
„ *volut. n. 58. & ſeq. Rota in Leodien. Juriſdictio-*
„ *nis 11. Aprilis 1698. §. Ita ex eodem, coram Re-*
„ *verendiſſimo Domino meo Decano.* Et tamen *nuſ-*
„ *quam invenitur cautum in jure, quod Capitulum*
„ *vacante Sede, fungatur vice Epiſcopi in Collatio-*
„ *nibus Præbendarum*, ut ſunt verba *Text. in Cap.*
„ *Illa. Ne Sed. vacan. Geminian. in Cap. Si ad Epiſ-*
„ *copum, in princ. eod. tit. in 6.* cum aliis in *Tira-*
„ *ſonen. Portionis 23. Junii 1702. §. Quin ullo co-*
„ *ram R. P. D. Anſaldo.* Si autem conceſſa juriſdi-
„ ctione veniret jus conferendi, inepta eſſet ratio
„ hujus *Textus*, nam dum jus attribuit Capitulo
„ juriſdictionem, jam conceſſiſſet jus conferendi,
„ ſi iſtud eſſet neceſſarius effectus juriſdictionis, &

» ſub conceſſione juriſdictionis eſſet comprehenſum; unde ne dicamus Pontificem falſa ratione motum fuiſſe, omnino affirmandum eſt, quod conceſſa juriſdictione, non concedatur jus conferendi.

49 » Et demum videmus, quod Cardinalibus elargitur Summus Pontifex univerſalem juriſdictionem in ſuis Titulis, & tamen illi Beneficia conferre non poſſunt, niſi ſpecialiter Papa id concedat, prout expreſſe concedere ſolet ad alliciendos illos ad reſidendum *in Curia*, a qua ſi recedant, haoc prærogativam amittunt, *Card. de Luc. de Benefic. diſc.* 142. *n.* 11. *& ſeqq. in Supplem.* quod paritet oſtendit diverſitatem inter pertinentiam Collstionis, & juriſdictionem; Nam Cardinales abſentes per ſuos Vicarios ea, quæ pertinent ad juriſdictionem exercere poſſunt, jus autem conferendi exercere non poſſunt, ut in puncto conſiderat *Lotter. d. lib.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 8.

50 » Et præmiſſorum ea eſt ratio, quod ex nullo *Canone* demonſtrari poteſt, quod Epiſcopo jus conferendi competat jure *Magiſtratus*; Unde impoſſibile eſt, quod pertineat ad ejus juriſdictionem; nec omnia, quæ competunt Epiſcopo, competunt jure Magiſtratus, & juriſdictionis, ſed multa proveniunt a lege, abſtrahendo a quacumque juriſdictione; prout contingit in jure conferendi, quod defertur Epiſcopo ex *Can. Omnes Baſilicæ* 16. *quæſt.* 7. nullo habito reſpectu, aut conſideratione ad juriſdictionem, *Lotter. lib.* 1. *quæſtion.* 21. *n.* 24. *&* 34. *& lib.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 5. *& ſeqq.* & *nu.* 23. quem omnium optime fuiſſe io hac materia loquutum, dicit *Solier. in Addit. ad Paſtor. de Benefic. dict. lib.* 3. *tit. finali litt. D. pag. mihi* 485. his verbis -- *Collatio Beneficiorum non ſpectat ad juriſdictionem, cum non competat Epiſcopo jure Magiſtratus, ſed ſpeciali legis conceſſione, citra imperium, aut juriſdictionem, ſicuti dicitur de Tutoris datione in l. Muto, §. Tutoris datio, ff. de Tutel. in qua Magiſtratus gerit vices Patris pupilli, & legis conceſſione de eo bene præſumentis; ut omnium optime deducit Lotterius &c.*

51 » Hinc non obſtaot *Gloſſ. in Cap. Tranſmiſſam, verb. Talibus, de Electione*, aliique *Doctores* attribuentes jus conferendi juriſdictioni, quia nullo ſolido fundamento moventur, nec conſiderarunt mox allegstas rationes; nec adverterunt, quod licet jus conferendi eodem tempore imprimatur, quo imprimuntur juriſdictionalia: attamen hæ ſunt duæ operstiones diſtinctæ, quas facit lex, quæ eodem tempore tribuit juriſdictionem Epiſcopo, & tribuit jus conferendi, quod eſt quid diſtinctum a juriſdictione, & quod proprie non eſt jus Epiſcopale, ut ait *Jo. Andr. in Cap. Verum ſub n.* 9. *verſ. Et Beneficia, de For. competen. Butr. conſil.* 19. *n.* 20. *verſ. Et quamquam, Lotter. d. lib.*
52 2. *quæſt.* 2. *n.* 12. Ideoque non poteſt conſiderari jus conferendi de lege juriſdictionis, niſi quando petitur per modum actionis, veluti a Præſentato, Electo &c. in quibus terminis veram eſſe doctrinam *Gloſſa* inquit *Lotter. lib.* 1. *quæſt.* 21. *n.* 35. *& dict. lib.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 15. *&* 17. ubi quod hoc caſu Collatio, cum non ſit gratia, ſed mera juſtitia, competit jure Msgiſtratus, & inter juriſdictionalia teputatur. Ultra quod licet Collatio poſtquam eſt conceſſa, poſſit conſiderari ut actus juriſdictionis: tamen non cenſetur conceſſa ſub generali expreſſione juriſdictionis, ut hæc duo diſtinxit *Rota coram Bieb. deciſ.* 244. *nu.* 31. *& Balduce. ad Ramon. conſ.* 25. *n.* 15. *& ſequen.*

53 » Sed quando etiam jus conferendi Beneficia liberæ Collationis comprehenſum cenſeretur ſub generali conceſſione Juriſdictionia: adhuc applicari id non poſſet Beneficiis Cathedralis, ſuper quibus hodie noſtra vertitur diſputatio, quæ tam de Jure, quam de conſuetudine ſpectant ad promiſcuam collaoonem Epiſcopi, & Capituli; Jus enim ſimultaneæ non provenit a Juriſdictione, ſed a præſumta Dotatione facta ab Epiſcopo & Cspitulo de Bonis utrique communibus; & in hoc radicatur jus & ratio ſimultaneæ, ut egregie conſiderat *Spada conſ.* 71. *n.* 8. *verſ. & ni fallor. lib.* 2. *Lotter. lib.* 2. *quæſt.* 21. *n.* 16. *& ſeqq. & n.* 23. *Solier. in addit. ad Paſtor. de Benefic. lib.* 1. *tit.* 9. *ſub litt. A. Pirhing. ad lib.* 3. *Decretal. tit. de Præbend. num.* 84. *circa med. verſ. Vel etiam, propter, Rota in Tiraſonen. Portionis* 23. *Junii* 1702. §. *Aſt quamvis, cor. R. P. D. meo Anſaldo, &* 7. *Maii* 1703. §. *Non obſtat in princip. cor. Reverendiſſ. P. D. meo Molines Decano.* Et in ſpecie, quod jus ſimultaneum conferendi Beneficia Cathedralis non proveniat *ex Officio generali ipſius Epiſcopi*, ſed ex hac communione Bonorum, *Rota deciſ.* 683. *num.* 3. *in fin. part.* 3. *Recent. & deciſ.* 467. *num.* 3. *&* 4. *cor. Bichio.* Et magis in terminis, quod non pertineat ad Juriſdictionem, in egregia deciſione *Hiſpalen. diviſionis ſimultaneæ* 4. *Julii* 1700. §. *Verum, & §. Sed talis, cor. R. P. D. meo Priolo, & in Illerden. Juris multandi ſuper Remiſſoria* 23. *Januarii* 1702. §. *Inſubſiſtens, cor. R. P. D. meo Muto.*

» Confirmatur id ipſum, ex quo Epiſcopus non habet in Beneficiis Cathedralis intenoonem fundatam, titulumque univerſalem; nec ex collatione unius Canonicatus acquirit in reliquis poſſeſſionem, *Lotter. dict. lib.* 2. *quæſt.* 21. *a n.* 77. *ad* 81. *Barboſa de Canon. cap.* 14. *n.* 6. *Rot. deciſ.* 429. *n.* 3. *part.* 4. *Recent. & cor. Remboldo deciſ.* 420. *n.* 8. Et tamen ſi pertineret hoc jus ſimultaneum ad legem juriſdictionis, haberet Epiſcopus in iis tum intentionem fundatam, tum cauſam, & titulum univerſalem, juxta theoricam *Baldi in Cap. Querelam n.* 23. *de Electione*, cum aliis io *Leodien. Juriſdictionis* 1. *Aprilis* 1698. §. *Prout etiam, coram Reverendiſſ. Molines, &* 29. *Aprilis* 1701. §. *Sublato, cor. R. P. D. Priolo.* 54

» Et ſicuti in hac commonione conferendi nulla poteſt conſiderari Juriſdictio in Capitulo, quod etiam dicitur Ordinarius Collator, quamvis Juriſdictione careat, *Gloſſ. in Clement. prima, verbo Ordinarium, Ut lit. penden. Rebuff. ad tit. de Nominat. quæſt.* 8. *nu.* 2. *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 21. *n.* 34. *Rot. in Palentina Canonicatus* 6. *Februarii* 1696. §. *Minus autem, cor. Illuſtriſſ. D. dell Olmo, & in Tiraſonen. Portionis* 7. *Maii* 1703. §. *Idque procedit, cor. Reverendiſſ. Molines*, & magis præciſe *in dicta Illerden. Juris multandi* §. *Inſubſiſtens, cor. R. P. D. Muto;* 55
Ita nec poteſt conſiderari in Epiſcopo, cujus reſpectu non poteſt regulari hoc jus conferendi diverſo Jure, ac regulatur in Capitulo; nam in hac communione idem Jus eſt individuum, & in ſolidum penes utrumque Sncium remaoet, *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 45. *n.* 69. §. 1. *n.* 65. *&* §. 3. *nu.* 45. *Rota in dicta Tiraſonen. Portionis* 23. *Junii* 1702. §. *Hocque, cor. R. P. D. Anſaldo, &* 7. *Maii* 1703. §. *Ceſſare, coram Reverendiſſimo Molines.* 56

» Fortius in noſtra Eccleſia, juxta cujus conſuetudinem, quæ tanquam fidelis interpres totum in materia ſimultaneæ operatur, ut proſequitur *Rota in d. Tiraſonen. Portionis*, Epiſcopus in 57

Turno

57 „ Turno exiſtens proprie non habet jus conferen-
„ dā; ſed in ſuo Turno nominat, & Collatio fit
„ poſtmodum per Capitulum, ut ex ipſamet con-
„ feſſione Capituli, ibi -- *In eſſecuzione della detta*
„ *Nomina, e mandato di Procura li daſſimo il*
„ *poſſeſſo*, & ibi = *Riconoſcendoſi la giuſtificazione*
„ *dalla Data del Titolo, e della Nomina, con la*
„ *quale Sua Signora Illuſtriſſima operò*; Et ali-
„ bi = *Tutto in conformità della Simultanea, che*
„ *tiene la noſtra Dignità Epiſcopale colli ſopradet-*
„ *ti Signori Decano, e Capitolo, quali in queſta*
„ *maniera la detta Collazione, e Caninica iſtitu-*
„ *zione ordinaranno*; prout etiam in diverſis aliis
„ Eccleſiis Hiſpaniarum; & ſignanter in Palen-
„ tina obſervatur, *ut in Palentina Canonicatus*
„ 14. *Martii* 1698. §. *Quandoquidem cum ſe-*
„ *quenti, cor. R. P. D. Pio.* Si itaque in hac Ec-
„ cleſia nuda nominatio eſt penes Epiſcopum,
„ reperitur vero apud Capitulum Collatio, &
„ Canonica Inſtitutio, quæ totum perficit, quæque
„ dat complementum actui per nominationem in-
„ choato, ut bene *Rot. in dicta Palentina Canoni-*
„ *catus §. Quamobrem, coram R. P. D. Pio, & in*
„ *Romana Clericatus Beneficiati Sancti Petri* 3. *De-*
„ *cembris* 1696. §. *Sed quod magis in fine, coram*
„ *R. P. D. Priolo*, clare ſequitur, quod nomina-
„ tio illa, quam in ſuo Turno facit Epiſcopus,
„ non pertineat ad Juriſdictionem Epiſcopalem;
„ cum jus nominandi exerceri valeat etiam per
„ laicos, & fœminas, ex congeſtis *in dicta Roma-*
„ *na Clericatus Beneficiati Sancti Petri, §. Sed cum*
„ *Scribentes, coram R. P. D. meo Priolo.*

„ Hactenus deducta majus ex ipſo tenore Bre-
„ vis Urbani VIII. robur accipiunt; Duo namque
„ in eo diſponuntur; Primo per viam regulæ ge-
„ neralis decernitur, quod in momento abſolutio-
„ nis vinculi factæ in Conſiſtorio, prior Eccle-
„ ſia vacat; & ſecundo, quod Epiſcopus uſque
„ ad notitiam exerceat Ordinariam Juriſdictionem.
„ Hæc autem ſecunda pars non derogat in totum
„ priori regulæ generali, nec operatur, ut prior
„ Eccleſia non vacet, ſed tantum dictam priorem
„ regulam limitat, & reſtringit, ut nempe induca-
„ tur vacatio in momento abſolutionis a vinculo, &
„ ab ea hora Epiſcopus amittat cæteras omnes
„ prærogativas ſibi competentes ratione prioris Ec-
„ cleſiæ; excipiuntur tamen ea, quæ reſpiciunt
„ exercitium Juriſdictionis Ordinariæ. Et ſic per-
„ mittitur Epiſcopo exercitium hujuſmodi Juriſdi-
„ ctionis, firmis cæteroquin remanentibus aliis
„ effectibus productis a vacatione; alias niſi hæc
„ concordia admittatur, a manifeſta contradictione
„ ſalvari Breve non poſſet; nam decerneret Eccle-
„ ſiam vacare a die abſolutionis a vinculo, & non
„ vacare niſi a die habitæ notitiæ; Et præterea
„ inutilis, & fruſtratoria eſſet prior regula. Ad
„ quid enim decernere, quod vacet Eccleſia a tem-
„ pore abſolutionis factæ in Conſiſtorio, ſi poſſet
„ Epiſcopus omnia ut prius exercere uſque ad noti-
„ tiam? Ideoque ut hæc inſtantanea correctio, &
„ ſuperfluitas in Apoſtolico Brevi evitari poſſit,
„ dici debet, quod ſicuti poſt eam tranſlationem
„ Epiſcopus non facit amplius fructus ſuos, qui
58 „ eſt unus ex effectibus promanans a dicta vacatio-
„ ne; & ſicuti non poteſt exercere ea, quæ ſpec-
„ tant ad Legem Diœceſanam, etiamſi juriſdictio-
„ nem exerceat, *Solorzan. d. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 47.
„ *&* 48. qui eſt alter effectus productus a dicta
„ vacatione: Ita nec poſſit conferre, ſeu nominare
„ ad Beneficia ſimultaneæ collationis, quæ inter
„ fructus computatur, & ad legem Juriſdictionis
„ non pertinet.

„ Accedente maxima differentia, quæ inter Ju- 59
„ riſdictionem Ordinariam, & Jus conferendi in-
„ tercedit. Ideo enim poſt vacationem prioris
„ Eccleſiæ permittit Summus Pontifex Juriſdi-
„ ctionis exercitium uſque ad notitiam, quia aliter
„ practicari non poteſt, cum neceſſe ſit, quod in
„ Provincia adſit aliquis, qui adminiſtret Juriſdi-
„ ctionem, quæ ſtare non poteſt in ſuſpenſo, ſed
„ ſemper debet adeſſe aliquis, per quem negocia
„ explicentur, ad *Text. in l. Meminiſſe, ff. de Offic.*
„ *Proconſul.* qui in neceſſitate peculiari fundatur
„ evitandi publicum damnum, *Fontanell. deciſ.*
„ 496. *n* 15. *Egances de Eccleſ. Cathedr. cap.* 11.
„ *n.* 7. *Valenzuela conſil.* 190. *num.* 24. *Rota in*
„ *Seguntina* penes *Garc. de Benefic. par.* 5. *cap.* 8.
„ *num.* 249. *verſ. Etenim in primo caſu.* Ceſſat
„ autem hæc ratio in Collatione Beneficiorum,
„ quæ non eſt res neceſſaria; & abſque præjudicio
„ Epiſcopatus bene poteſt ſtare in ſuſpenſo, prout
„ videmus, quod Epiſcopi, aliique Collatores poſ-
„ ſunt eam differre per ſex menſes, abſque ullo mi-
„ nimo Eccleſiæ incommodo. Unde ſtante hac re-
„ rum diverſitate, Breve loquens de adminiſtratio-
„ ne Juriſdictionis, non poteſt extendi ad jus con-
„ ferendi; præcipue quia Breve loquitur de exerci-
„ tio Juriſdictionis Ordinariæ tranſmittendæ ad
„ Capitulum a die notitiæ; ideoque ſub ea Juriſdi-
„ ctione comprehendi non poteſt Beneficiorum
„ Collatio, quæ de jure ad Capitulum non tranſ-
„ mittitur.

„ Minus relevat, quod cum agatur de Collatione 60
„ jam facta poſt tres dies ab illa propoſitionis in
„ Conſiſtorio, & ſic tempore, quo ignota erat prio-
„ ris Eccleſiæ vacatio, ratione bonæ fidei, & igno-
„ rantiæ, atque in vim *l. Barbarius, ff. de Offic.*
„ *Prætor.* ſuſtineri debeat collatio jam facta; Et pri-
„ mo, quia cum Urbanus VIII. in dicto Brevi de-
„ creverit prioris Eccleſiæ vacationem a die abſolu-
„ tionis a vinculo, auferendo facultatem aliter judi-
„ candi, ac decernendo irritum quidquid ſcienter,
„ vel ignoranter contra diſpoſita in dicto Brevi con-
„ tigerit attentari; ut videre eſt in dicto Brevi rela-
„ to, ut diximus, *a Barboſ. poſt tom.* 2. *de Epiſc. Bul-*
„ *la* 68. *& a Fraſſ. de Jur. patr. Indiar tom.* 1. *cap.* 24.
„ *ſub n.* 40. Hæc clauſula *decreti irritantis* omnem 61
„ utique inficit poſſeſſionem, & annullat quidquid
„ etiam ignoranter, & bona fide factum eſt. *Cap. Si*
„ *eo tempore, ubi Gloſſ. Verb. Ignoranter, & DD.*
„ *de Elect. in* 6. *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 67. *& n.*
„ 17. *& ſeqq. Rota cor. Burrat dec.* 479. *nu.* 4. *&*
„ *dec.* 578. *n.* 3. *&* 5. *part.* 1. *Diverſ.*

„ Secundo reſpondetur, quod etiam ſecluſo De- 62
„ creto irritanti, adhuc ſolum Decretum Papæ in
„ Conſiſtorio emanatum, quo abſolvit Epiſcopum
„ volentem a vinculo prioris Eccleſiæ, operatur
„ illius vacationem, etiamſi tranſlatus dictam ab-
„ ſolutionem ignoret; nam cum prædictus Epiſco-
„ pus fuerit a Rege præſentatus, & ipſe accep-
„ tando præſentationem, dederit mandatum Pro-
„ curæ ad ſupplicandum Sanctiſſimo pro tranſla-
„ tione, & expeditione Bullarum, nulla amplius
„ requirebatur ſcientia, quia ita a principio conſen-
„ tiendo, ſe ſupponit voluntati Papæ, & omnibus
„ effectibus, qui a tranſlatione proveniunt, etiam-
„ ſi eam ignoret, ut in puncto tenuit *Jo. Andr. in*
„ *Cap. Quod ob gratiam n.* 5. *de Regul. jur. in* 6.
„ ubi quod poſtulatus de ſuo conſenſu, ſtatim
„ poſt tranſlationem perdit Jura prioris Eccleſiæ,
„ etiamſi tranſlationem ignoret; ſufficit enim,
„ quod ſciverit poſtulationem, & ſe ſubmiſerit vo-
„ luntati Papæ; & ſequuntur *Barboſ. de Epiſc.*
„ *part.* 3. *allegat.* 119. *ſub n.* 7. *Maſſobr. in Prax.*

„ *baben. concurſ. requiſ.* 1. *dub.* 9. *num.* 4. & 5.
„ *Fermoſin. de Capit. Sede vacan. quæſt.* 2. *num.* 22.
„ *Gratian. diſcept.* 296. *num.* 24. & 28. *Rota deciſ.*
„ 471. *num.* 5. *part.* 1. *Recent.* ubi pariter proba-
„ tur doctrina *Jo. Andreæ*; & bene etiam in ea-
„ dem Cauſa *Plocen. Canonicatus* 26. *Martii* 1610.
„ §. *Neque, cor. Lancellotto*, his verbis -- *Neque*
„ *hic agendum eſt de ſcientia Epiſcopi ſuæ Trans-*
„ *lationis; tum quia, etiam ipſo ignorante poſt*
„ *translationem abdicatur ab ipſo omnis poteſtas*,
„ *Franc. dict. deciſ.* 1110. *num.* 3. *in fine. Tum*
„ *quia, ſi ſcientia eſſet neceſſaria, requireretur ſo-*
„ *lum ad effectum conſenſus Epiſcopi, qui ſaus*
„ *conſenſit*, & admiſſum fuit in citato caſu *Teru-*
„ *len.* per Gregorium XIII.
63 „ Sic in terminis omnino proximis, ſi Papa
„ Epiſcopum deponat in Conſiſtorio, hæc ſenten-
„ tia depoſitionis afficit etiam ignorantem, *Cap.*
„ *primo, de Conceſſ. præben. in* 6. ibi -- *Adjicieba-*
„ *tur inſuper, quod cum ſententia ſtatim arctet*
„ *etiam ignorantem, quoniam ſi contra Prælatum*
„ *aliquem abſentem depoſitionis ſententia profera-*
„ *tur, contractus quos iniit ignoranter poſtea ut*
„ *Prælatus, nullum robur obtinent firmitatis.* Et
„ ibidem *Geminian.* §. *Dicebat, num.* 7. ubi quod
„ eſt bonus textus: & *ſub num.* 9. *verſ. Scientia*;
„ ubi quod ſcientia, vel ignorantia non eſt cauſa,
„ quare actus valeat, vel non valeat, ſed poteſtas,
„ vel non poteſtas, *Franch. in d.* §. *Dicebat ſub*
„ *num.* 3. *Rota in citata Seguntina* penes *Garc. de*
„ *Beneſ. d. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 249.
64 „ Nec ſubſiſtit replicatio, quod id proveniat
„ ratione delicti. Tum quia ob ſolum delictum
„ non amittitur Epiſcopatus, ſed id provenit a ſen-
„ tentia, quæ afficit partem etiam ignorantem, ut
„ generaliter de ſententia, quod afficiat etiam igno-
„ rantes, *Gemin. in d cap.* 1. §. *Ex parte n.* 7. *de*
„ *Conceſſ. Præbend. in* 6. Et multo magis, quando
„ agitur de Decreto emanato cauſa cognita ab ipſo
„ Principe, qui per appoſitionem manus ligat In-
„ ferio rem etiam ignorantem, *Rota deciſ.* 516. *n.* 5.
„ & *ſeqq. part.* 5. *tom.* 2. *Recen.* Tum quia ſicuti
„ delinquens ſe ſupponit omnibus effectibus, qui
„ naſcuntur ex ſententia depoſitionis, etiamſi eam
„ ignoret, pari ratione is, qui conſenſit translatio-
„ ni, ſe ſubjicit omnibus effectibus, qui ex dicta
„ translatione reſultant, etiam ſi eam ignoret.
65 „ Atque hinc eſt, quod dans mandatum Pro-
„ curæ ad pure reſignandum, ſtatim admiſſa re-
„ ſignatione perdit titulum, & poſſeſſionem, &
„ non facit amplius fructus ſuos, etiamſi non ha-
„ buerit notitiam admiſſionis reſignationis, cum
„ facto ſuo, & de ſoo mandato abdicetur a poſ-
„ ſeſſione Beneficii, *Garc. de Beneſ. par* 2. *cap.*
„ *primo num.* 126. & *ſeqq.* & præſertim *num.* 136.
„ ubi optimas reddit rationes, *de Marinis Reſol.*
„ 103. *num.* 6. *Gratian. diſcept.* 127. *num.* 36. &
„ *ſeqq.* ubi quod non poteſt conſerre etiam ante
„ notitiam admiſſionis, quia quemadmodum amit-
„ titur poſſeſſio, ita amittitur jus conſerendi, quod
„ eſt fructus Epiſcopatus, & *diſcept.* 159. *nu.* 26.
„ *Rota in dicta Seguntina* penes *Garc. part.* 5. *cap.*
„ 1. *n.* 249. *verſ. Nam cum poſt.* Id autem, quod
66 „ diſponitur in reſignatione, procedit etiam in
„ tranſlatione de conſenſu facta, quæ in effectu eſt
„ vera renunciatio. Qui enim dat conſenſum pro
„ translatione, dat etiam conſenſum ad renunciatio-
„ nem, & dimiſſionem Eccleſiæ, a qua transferri
„ debet, *Solorzan. de jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 13.
„ *num.* 90. *Gratian. diſcept.* 296. *num.* 16. *Frances*
„ *de Eccleſ. Cathedr. cap.* 7. *num.* 120. cum aliis
„ apud *Fraſs. dict. cap.* 24. *de jurepatr. Indiar. num.*
„ 10. *Rota in d. Plocen. Canonicatus* 26. *Martii*
„ 1610. §. *Per dictam in fine, coram Lancellotto.*
„ Et tertio conſiderandum eſt, quod hic non 67
„ agitur ad expellendum poſſeſſorem Beneficii,
„ qui utique poſſet allegare ignorantiam, & bo-
„ nam fidem, ex quo ipſe nec conſenſit transla-
„ tioni, nec eam ſcivit; unde omnis æquitas aſ-
„ ſiſtere debet ita poſſidenti, qui neque facto, ne-
„ que conſenſu cooperatus eſt ad translationem;
„ Sed agitur res cum ipſo Collatore, & ſolum
„ diſputatur, an aſſerta collatio facta ab Epiſcopo
„ anno 1699. tempore quo jam lubens, & volens
„ abſolutus erat a vinculo prioris Eccleſiæ, po-
„ tuit præjudicare Epiſcopo Succeſſori: in quibus
„ terminis aſſerta ignorantia Epiſcopum ita conſen-
„ tientem juvare noo poteſt, quia ſibi imputandum,
„ quod conſenſit, ut bene diſtinguendo *Bellamera*
„ *in d. Can. Si quis jam translatus num.* 12 *verſ.*
„ *Quid dicendum* 21. *quæſt.* 2. Scire enim debebat,
„ quod a tempore *Fiat* Sanctitatis Suæ, & propo-
„ ſitionis factæ in Conſiſtorio, poteſtas ab eo abdica-
„ batur, *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.* 11. *num.* 20.
„ Eædemque rationes evincunt, quod diſpoſitio 68
„ *l. Barbarius* caſui noſtro non applicatur; Et pri-
„ mo, quia illa locum non haber contra Conſtitu-
„ tiones Pontificias decteto irritanti roboratas,
„ prout talibus clauſulis munitum eſt Breve Ur-
„ bani VIII. decernens illico prioris Eccleſiæ va-
„ cationem, *Garc. de Beneſic. part.* 1. *cap.* 4. *num.*
„ 278. *Rota coram Buratto, deciſ.* 479. *num.* 14.
„ Secundo quia cum lex illa requirat titulum ſal-
„ tem putativum, minime locum habet, quando 69
„ titulus reducitur ad non titulum, *Ferrett. conſ.*
„ 9. *num* 3. prout vere in caſu noſtro prior titulus
„ reductus eſt ad non titulum, dum per abſolutio-
„ nem a vinculo prior Eccleſia vacavit. Tertio,
„ quia dicta lex locum habet, quando agitur ad
„ expellendum proviſum a Beneficio, *Ferrett. dicto* 70
„ *conſ.* 9. *num.* 1. Et tamen noſtra quæſtio non
„ verſatur contra proviſum poſſidentem ex colla-
„ tione ſimultanea Epiſcopi, & Capituli; ſed
„ tantum quæritur, an hæc proviſio, & ſubſe-
„ quuta poſſeſſio ſuſtineatur potius ex collatione
„ Capituli, quam ex collatione Epiſcopi jam ab-
„ ſoluti; & quando duo concurrunt, receptum
„ eſt, quod titulus verus præfertur putativo, qoia 71
„ titulus præſumtus non debet præjudicare Tertio,
„ nec veritati, ut proſequitur *Ferret. dict. conſ.* 9.
„ *num.* 1. & *ſeqq.* Et ſicuti quando duo concur-
„ runt, quorum unus ſit proviſus a putativo, alter
„ a vero Collatore, tunc præſumtio cedit verita-
„ ti, ut poſt *Ferret. dict. conſ.* 9. *Rot. deciſ* 17.
„ *num.* 6. *part.* 2. *deciſ.* 176. *num.* 7. & 8. *part.*
„ 13. & *deciſ.* 79. *num.* 13. poſt *Ponden. tom.* 1.
„ Ita quando unus habet collationem a duobus
„ diverſis Collatoribus, dici debet, quod remaneat
„ in poſſeſſione vigore illius, quæ promanat a ve-
„ ro Collatore, non autem a putativo. Et quarto
„ demum, quia ejuſdem *Textus* diſpoſitio locum 72
„ habet in iis, quæ ratione publici Officii gerun-
„ tur, ſecus vero in iis, quæ geruntur, ut a priva-
„ to, nam tunc communis error quidquam non
„ operatur, *Innocen in Cap. Cum dilectus num.* 4.
„ *in fine*, & *num.* 5. *de Conſuetud. Maſcard. de*
„ *Probat. concluſ.* 618. *num.* 35. & 46. & *concluſ.*
„ 705. *num.* 20. & *ſeqq.* cum aliis apud *Sanchez de*
„ *Matrim. lib.* 3. *diſput.* 22. *num* 26. *Garc. de Be-*
„ *neſic. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 314. Collatio autem,
„ ſive nominatio Beneficiorum Cathedralis, ut ſu-
„ pra dictum eſt, non pertinet ad Epiſcopum ra- 73
„ tione publici Officii Epiſcopalis, ſed uti pri-
„ vatum, & uti præſumtum fundatorem earum
„ Præben-

„ Præbendarum; ideoque in ſuſtinenda illius prn-
„ viſione, ſeu nnminatione communis error nihil
„ prodeſt, prout non prodeſt ſingulis Canonicis
„ ratione privati Officii eligentibus, ex deductis
„ per *Garc. d. cap. 5. num. 14.*
74 „ Everſis his duobus objectis, facillima ratinne
„ tolluntur reliqua ex adverſo opponi ſolita; Nam
„ concluſio, quod Epiſcopo tranſlato adhuc te-
„ neant geſta Vicarii ante nntitiam tranſlationis,
„ aut in jure nnn ſubſiſtit, aut non applicatur; Et
„ quidem etiam hoc caſu geſta Vicarii ignorantis
„ translationem non ſuſtinrri, poſt *Text. in dict.*
„ *Cap. Quia cunctis §. Adjiciebatur, de Conceſs.*
„ *præbend. in 6.* tenent *Calderin. conſ. ultimo de*
„ *ſententiis, & re judicat. Felin. in Cap. Ex parte*
„ *num. 20. de reſcript. Franc. Marc. tota deciſ.*
„ 1098. advertens, quod decretum abſolutionis
„ factæ in Conſiſtorio afficit etiam ignorantes,
„ cum ab eo inſtanti tollat quamcumque Epiſco-
„ pi, & conſequenter Vicarii poteſtatem, *Gra-*
„ *tian. diſcept. 296. num. 29. Solorzan. de jur. In-*
„ *diar. lib. 3. d. cap. 13. n. 81. Maſcard. de Pro-*
„ *bation. concluſ. 183, n. 16. Dian. Oper. coordin.*
„ *tom. 5. Reſolut. 6. §. 2.* & late *Fraſſo* diſtinguens
„ inter Vicarium revocatum, & Vicarium Epiſ-
„ copi tranſlati *de Regio patronatu Indiar. dict.*
„ *cap. 24. n. 34. & ſeqq.* & ideo rem dubiam dixit
„ *Rot. in d. Seguntina* penes *Garc. de Beneſic. part.*
75 „ *5. cap. 1. n. 249. poſt med.* Atque in omnem
„ caſum de Vicario ad Epiſcopum tranſlatum non
„ valet argumentum, quia Vicarius ſcire non po-
„ tuit, nec divinare Epiſcopi tranſlationem, ſeu
„ revocationem; ſed Epiſcopus, qui conſenſit tranſ-
„ lationi, potuit id ſuſpicari, poſtquam conſenſit,
„ & factæ præconizationis jam pleniſſimam habe-
„ bat notitiam, *Rot. in dicta Seguntina dict. num.*
„ *249. verſ. Et nihilominus*, ideoque an bene, vel
„ male contulerit ex futuro eventu dependet.
76 „ Minus relevat, quod cum Epiſcopus uſque ad
„ notitiam tranſlationis poſſideat, debeat habere
„ jus conferendi, quod eſt ſequela poſſeſſionis.
„ Quia ſtatim ac eſt abſolutus a vinculo primæ
„ Eccleſiæ deſinit eſſe poſſeſſor illius, & eo medio
„ tempore a tranſlatione uſque ad poſſeſſionem
„ ſecundæ Eccleſiæ, nullum actu poſſidet Epi-
„ ſcopatum, *Hoſtien. in Summ. de Tranſlat. n. 6.*
„ ibi -- *Dico, quod ex quo abſolutus eſt a priore*
„ *vinculo, nihil commune habet cum priore, quam-*
„ *vis ſecundam adeptus non ſit; eſt ergo Epiſco-*
„ *pus, nullum tamen Epiſcopatum poſſidens ſpe-*
„ *cialem -- Bellamera in d. Can. Si quis ſub num.*
„ 12. *cauſ. 21. quæſt. 2.* -- ibi -- *Et ſic erit Epiſco-*
„ *pus, nullum Epiſcopatum poſſidens ſpecialem --*
„ *Fraſſo de Reg. patronatu dict. cap. 24. num. 45.*
„ Perdit enim a tempore abſolutionis jura primæ
„ Eccleſiæ, & poſſeſſionem, ita ut non dicatur ab-
„ ſolute poſſeſſor, ſed ſecundum quid, nempe
„ ad effectum exercendi ea, quæ ſunt neceſſitatis,
„ & ad legem Juriſdictionis pertinent, cujus ra-
„ tione ſolum habet retentionem, ob quam nec
77 „ fructus ſuos facit, nec amplius conferre poteſt,
„ dum omnem poſſeſſionem tam civilem, quam
„ naturalem amiſit, *Gratian. diſcept. 127. num.*
„ *37. Garc. de Beneſic. part. 5. cap. 1. num. 126.*
„ *& num. 136. Capon. diſcept. 105. num. 33. Rot.*
„ *in d. Seguntina* penes *Garc. part. 5. cap. 1. num.*
„ *249. circa med.* ſtante præſertim Decreto irri-
„ tanti appoſito in dicto Brevi Urbani VIII.
„ quod & titulum, & poſſeſſionem inficit.
„ Pariter non refragatur, quod agatur de provi-
„ ſione jam facta ſuum effectum ſortita, & pro-
„ viſo jam ab anno 1699. poſſidente, & conſe-
„ quenter non veniat amplius retractanda: exem-
„ plo fructuum, qui quando ſunt conſumti bona
„ fide, & eos conſumens non eſt factus locuple-
„ tior, non veniant amplius reſtituendi. Quia,
„ cum, ut ſupra diximus, hic non agatur de ex-
„ pellendo poſſeſſore habente proviſionem etiam
„ a Capitulo; ſed ſolum quæratur, an tunc tem- 78
„ poris exiſteret in Turno Epiſcopus, qui jam de-
„ ſierat eſſe Epiſcopus, vel potius collatio unice,
„ & in ſolidum ſpectaret ad Capitulum, hæc diſ-
„ cuſſio quocumque tempore fieri poterit. Re-
„ ceptum namque eſt in hac materia, quod omni
„ tempore poterit diſcuti, an collatio ſpectaret,
„ vel non ad Epiſcopum, ad effectum videndi ſi
„ Turnus exiterit conſumtus, vel non, ut futu-
„ rus declaret eventus; ut ſunt verba *Gonzal. ad*
„ *Reg. 8. Cancell. gloſ. 45. §. 3. num. 36. Achill.*
„ *de Graſſ. deciſ. 1. in fine, de Conceſſ. præbend.*
„ Non obſtante quod ita proviſus remanſerit in
„ poſſeſſione; quia videndum eſt an remanſerit ex
„ jure valido ſibi collato per Epiſcopum, vel po-
„ tius ex conſenſu Capituli, quod ſi noluit con-
„ ferre, cum poſſet, nec litigare, ſed conſenſum
„ præſtitit collationi nulliter factæ per Epiſcopum,
„ & fecit de ſuo quod volebat, id non debet præ-
„ judicare Epiſcopo ſucceſſori, *ut in deciſ. 179. cor.*
„ *Puteo in fine verſ. Non obſtat quod Joannes re-*
„ *manſerit in poſſeſſione lib. 3.* Quamobrem dum
„ ſemper diſcuti poteſt an collatio illa ſit referen-
„ da ad Epiſcopum, vel potius ad Capitulum,
„ non applicatur exemplum de fructibus ab unico
„ poſſeſſore conſumtis; quod etiam ex alio capite
„ non ſubſiſtit, quia nempe quando, prout in præ-
„ ſenti, titulus reducitur ad non titulum, & non 79
„ agitur de fructibus acceſſorie, ſed principaliter
„ petitis, tunc veniunt reſtituendi etiam bona fide
„ conſumti, ut præter generaliter deducta *per Rot.*
„ *in Florentina Penſionis 11. Januarii 1699. fere*
„ *per tot. cor. Illuſtriſſ. dell Olmo*, in proximis ter-
„ minis *Solorzan. dict. lib. 3. cap. 6. num. 49.* ibi --
„ *Titulus antiquioris Epiſcopi, qui nitebatur in*
„ *conceſſione Romani Pontificis, reducitur ad non*
„ *titulum, ſine quo perceptio fructuum non cauſatur.*
„ Nec ſubſiſtit aſſerta conſuetudo vigens in Hiſ-
„ paniis; Quia nullum ex adverſo affertur exem-
„ plum, quod in iis Regnis Epiſcopi ſoleant con-
„ ferre, & nominare ad Beneficia Cathedralis va-
„ cantia poſt tranſlationem, & ante habitam illius
„ notitiam; & tamen, ut relevet conſuetudo, de- 80
„ bet probari in individuo, & in ſpecie caſus, de
„ quo agitur, ut in his terminis *Gratian. dict. diſ-*
„ *cept. 296. num. 39.*
„ Neque hanc conſuetudinem probant Hiſpani
„ DD. ex adverſo allegari ſoliti, dum referunt,
„ in Regnis Hiſpaniarum vigere conſuetudinem,
„ quod tranſlatus exerceat juriſdictionem primæ
„ Eccleſiæ *quouſque accepit poſſeſſionem ſecundæ*;
„ Primo quia hæc aſſertio ita generaliter ſumta 81
„ non eſt vera, nam juxta reſolutionem Sac. Con-
„ gregationis Concilii confirmatam in Brevi Ur-
„ bani VIII. quod in Hiſpania ſervari ait *Fermo-*
„ *ſin. de Capit. Sede vacan. dict. cap. 2. num. 22.*
„ etiam ante adeptam poſſeſſionem ſecundæ, de-
„ bet abſtinere Epiſcopus a quacumque admini-
„ ſtratione prioris Eccleſiæ; Et quamvis quando-
„ que ibi praxis fuerit, ut ita tranſlati remaneant
„ in prima uſque ad poſſeſſionem ſecundæ, tamen
„ id evenit in caſibus particularibus ob ſtatus pu-
„ blici tranquillitatem, ut bene conſiderat *Solorzan.*
„ *dict. lib. 3. cap. 13. num. 86.* Secundo quia iidem
„ Hiſpani Doctores referentes hanc conſuetudinem
„ exercendi juriſdictionem in prima Eccleſia, aperte

V 4 fatentur,

„ fatentur, quod hoc medio tempore, nec confe-
„ runt Beneficia, nec fructus percipiunt, & ſi for-
„ te p rcipiant eos reſtituere debeant, *Solorzan. lib.*
„ *3. d. cap.* 13. *num.* 77. quem refert *Diana Oper.*
„ *coord. tom.* 6. *Reſol.* 6. §. 1. *poſt med. Garc. de*
„ *Beneſ. part.* 11. *cap.* 6. *num.* 41. & 42. *Caſtropal.*
„ *Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 18.
„ *n.* 6. *Barboſ. de Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 57. *num.*
„ 92. *Fraſſo de Jurepatr. dict. cap.* 24 *num.* 21. Et
„ tertio in omnem caſum reincidit reſponſio, quod
„ cum Breve Urbani emanatum ad tollendas con-
„ troverſias in Hiſpaniarum Regnis exoriri ſolitas,
„ decernat priorem Eccleſiam vacare in ipſo mo-
„ mento abſolutionis factæ in Conſiſtorio, cum
„ clauſula *irritanti*; hæc tollit quamcumque con-
„ ſuetudinem, & obſervantiam contrariam.
„ Demum non obſtat, quod omnes auctorita-
„ tes per nos allegatæ, & præſertim exemplum
„ *Gregorii XIII.* & deciſiones coram *Lancelloto*,
„ & *Cocceno* in Cauſa *Plocen. Canonicatus* loquan-
82 „ tur in terminis *Regulæ II. Cancellariæ* munitæ
„ decreto irritanti, quod afficit etiam ignorantes.
„ Quia præterquam quod & ſimili decreto robo-
„ ratum eſt Breve Urbani, ſuper quo præcipue
„ inſiſtimus; adhuc reſpondetur, quod licet cir-
„ cumſtantiæ ſint diverſæ, tamen rationes ſunt eæ-
„ dem, & Nos vim facimus non ſuper caſu De-
„ ciſionum, ſed ſuper concluſionibus legalibus ibi-
„ dem firmatis, quæ adaptantur quoque caſui no-
„ ſtro, ad tradita per *Rot. cor. Seraphin. deciſ.* 364.
„ *num.* 13. & *deciſ.* 378. *ſub num.* 7. & *in Recent.*
„ *deciſ.* 424. *num.* 5. *in fine part.* 3. *Recent. Lara*
83 „ *de Anniverſ. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. & *ſeqq.* Ideo
„ enim Gregorius reſolvit, quod Epiſcopus Te-
„ rulen. non potuit conferre Beneficium poſt tres
„ dies a propoſitione facta in Conſiſtorio, & ſic
„ tempore quo ignorabat tranſlationem, quia ab
„ eo tempore acquirebat fructus ſecundæ Eccleſiæ,
„ unde non erat amplius Epiſcopus primæ; quæ
„ ratio militat etiam in caſu noſtro; Rurſus *in dd.*
„ *Deciſionibus Plocen.* firmatum fuit, quod ille
„ Epiſcopus non potuit conferre, quia juxta le-
„ galia principia, & præcipue doctrinam *Jo.*
„ *Andreæ* ſupra deductam, in ſpecie loquentis de
„ Epiſcopo ignorante tranſlationem, agnitum fuit,
„ quod a momento tranſlationis vacabat prior Ec-
„ cleſia, nulla de cætero facta mentione decreti ir-
„ ritantis appoſiti in Regula, de quo nec etiam fa-
„ cere poterant mentionem, quia tunc temporis in
„ *Regula ſecunda* tale Decretum non aderat, ſicuti
„ recognoſci poteſt tam in Regulis Cancellariæ
„ ipſius Gregorii XIII. impreſſis in ejus Bullario
„ antiquo *Conſtitut.* 1. quam in iis Gregorii XV.
„ apud *Queſadam*, & in illis Urbani VIII. in Bul-
„ lario novo *Conſt.* 7. in quibus omnibus deficit tale
„ decretum, quod primum clar. mem. Cardinalis
84 „ Corradus ſub Alexandro VII. in Regulis appo-
„ ni fecit. Et vere reſervatio nihil operatur in hac
„ materia, dum regula reſervat Beneficia vacantia
„ poſt *tranſlationem*, unde ut intret reſervatio, ne-
„ ceſſarium eſt, juxta terminos juris communis,
„ prius indagare a quo tempore talis tranſlatio in-
„ cipiat operari; Cumque indubitatum ſit, quod
„ de jure communi tranſlatio incipiat operari a
„ puncto propoſitionis factæ in Conſiſtorio, hæc
„ juris regula æque militat ſive Beneficium ſit re-
„ ſervatum, ſive non; nec ulla alia dignoſcitur diſ-
„ ferentia inter Beneficia liberæ, & ſimultaneæ
„ collationis, quam quod Beneficia libera rema-
„ neant ad diſpoſitionem Papæ, illa vero ſimulta-
„ neæ collationis ſpectent ad Capitulum, *Corrad.*
„ *in Prax. Beneſic. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 73.

„ Hactenus Diſcurſus in ſecunda Cauſæ propo-
„ ſitione exaratus. In tertia vero comprobando
„ fundamenta amplexa per *Rotam in Deciſione* 11.
„ *Aprilis* 1704. & latius reſpondendo rationibus,
„ quæ in antecedenti propoſitione ex parte Capi-
„ tuli ponderatæ fuerunt, ſic dicebam.
„ PERSISTENDUM in deciſis: Quia provi- 85
„ ſio nulla, turnum non conſumit: ut præter rela-
„ tos in Deciſione, quæ revidetur, firmavit *Rota*
„ *in Salamantina fructuum cor. Gypſio*, de qua
„ *Theodoſ. Rubeus ſingul. part.* 1. *fol. mihi* 562. *n.*
„ 3. ubi ita fuiſſe pluries reſolutum.
„ Proviſio autem facta ab anteceſſore Epiſcopo 86
„ *die* 4. *Junii* 1699. fuit nulla, dum poſita ante-
„ cedenti tranſlatione ſequuta ſub die prima ejuſ-
„ dem Menſis, ab eo momento Segobienſis Ec-
„ cleſia vacaverat, & Epiſcopus ſic tranſlatus ab
„ ea hora omnia jura prioris Eccleſiæ perdiderat,
„ perinde ac ſi quoad illam mortuus eſſet: juxta
„ *deciſ.* 475. *part.* 1. *Recent.* quam ultra adductus
„ in deciſione nobis favorabili, ſequuntur *Lavor.*
„ *de Elect. tit.* 2. *cap.* 25. *a num.* 17. *uſque ad* 21.
„ *Maſſobr. in Prax. haben. Concurſ. Requiſit.* 1.
„ *dub.* 9. *Rovit. conſ.* 32. *per tot.* ibique *Altimar.*
„ *Fermoſin. de Poteſt. Capitul. Sede Vacan. tract.*
„ 1. *quæſt.* 2. *num.* 22. & *ſeqq. Diana Oper. co-*
„ *ordin tom.* 6. *Reſol.* 6. §. 2. *Fraſſo de Reg. patron.*
„ *tom.* 1. *cap.* 23. *num.* 47. & *ſeqq.* & *cap.* 24. *n.*
„ 31. 39. & *ſeqq. Contr. diſcept.* 37. *num.* 25. *Va-*
„ *lenz. conſ.* 190. *num.* 1. & *ſeqq. lib.* 2. *Pirhing.*
„ *in libr.* 1. *Decret. tit. de Tranſlat. Epiſc. num.*
„ 17. *Matt. de Cauſ. Conſiſtor. ſect.* 8 *num.* 15.
„ Non obſtat quod uſque ad notitiam Tranſla- 87
„ tionis vacat quidem titulus, ſed remanet poſſeſ-
„ ſio, cujus ratione competit jus conferendi: Quia
„ dum inter Eccleſiam, & Epiſcopum contrahitur
„ ſpirituale conjugium, ſtatim ac Summus Pontifex
„ illud diſſolvit petente, & ſupplicante Epiſcopo,
„ ab eo inſtanti ceſſat titulus, & poſſeſſio; nam
„ dum vigore hujus diſſolutionis *deſinit eſſe ſponſus*
„ *prioris Eccleſiæ, perdit omnia jura,* & *dicitur ci-*
„ *viliter mortuus*, ut concorditer firmant omnes
„ Doctores, qui hujuſmodi loquendi formulis utun-
„ tur, utique perdit etiam poſſeſſionem, *Hoſtienſ.*
„ *in Summa de Tranſlat. num.* 6. -- ibi -- *Dico,*
„ *quod ex quo abſolutus eſt a priore vinculo, nihil*
„ *commune habet cum prima* &c. *Eſt ergo Epiſcopus,*
„ *nullum tamen Epiſcopatum poſſidens ſpecialem* --
„ *Bellamera in Can. Si quis ſub n.* 12. *cauſ.* 21.
„ *quæſt.* 2. -- ibi - *Et ſic erit Epiſcopus, nullum*
„ *Epiſcopatum poſſidens ſpecialem* -- *Fraſſo de Reg.*
„ *patron dict. cap.* 24 *num.* 44. & *ſeqq. Franciſc.*
„ *Marc. deciſ* 1098. *ſub num.* 6. *Rota deciſ* 79.
„ *num.* 5. poſt *Bonden. collect. leg. tom.* 1. ubi quod
„ ceſſante titulo, ceſſat etiam poſſeſſio, præſer-
„ tim *ſtante expreſſo conſenſu ex ſpecifica Epiſco-*
„ *patus petitione,* & *ſpeciali procura mandato re-*
„ *ſultante.*
„ Confirmatur, ex quo tranſlatus a die abſolu- 88
„ tionis a vinculo factæ in Conſiſtorio, non facit
„ amplius ſuos fructus prioris Eccleſiæ; ſed ab eo
„ tempore conſequitur fructus ſecundæ, *Bella-*
„ *mer. in d. Can. Si quis n.* 12. *verſ. ex tribus*
„ *autem*, *Solorzan. de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.*
„ 5. *n.* 46 & 56 & *cap.* 13. *n.* 77. *Dian. Oper.*
„ *coord. tom.* 6. *reſol.* 6 §. *primo poſt med. Garc. de*
„ *Beneſ. part.* 11. *cap.* 6 *n.* 41. *Fraſſo de Jurepa-*
„ *tronatus d. cap.* 24. *num.* 21. 22. & 47. & admiſit
„ Gregorius XIII. *in Decreto Terulen.* in altero
„ Diſcurſu allegato. Si itaque a momento propo-
„ ſitionis factæ in Conſiſtorio, non facit amplius
„ fructus ſuos, profecto ab eo momento deſinit
poſſidere,

„ poſſidere, quia alias lucraretur fructus tamquam
„ ſequelam propriæ poſſeſſionis; proindeque ſicuti
„ non poſſidet ad effectum perceptionis fructuum,
„ ita nec poſſidet quoad Beneficiorum collatio-
„ nem, quæ & ipſa inter fructus computatur.

89 „ Præterea Epiſcopus translatus, ab ipſo ab-
„ ſolutionis inſtanti amplius non confert Benefi-
„ cia libera *juxta d. deciſ.* 475. *part.* 1. *Recent.*
„ ex adverſo in his terminis non controverſam, cu-
„ jus concluſionis ea eſt ratio, quod ex dicta hora
„ perdit titulum, & poſſeſſionem Eccleſiæ; nam ſi
„ non perderet ex tunc poſſeſſionem, conferre
„ etiam poſſet beneficia libera, quorum proviſio
„ abſque difficultate pertinet ad Eccleſiæ poſſeſſo-
„ rem. Neque in hac materia quidquam operatur
„ *Regula ſecunda Caucellariæ*, quia *Regula* reſer-
„ vat beneficia vacantia *poſt translationem*, unde
„ ſi juxta ſenſum DD. ex adverſo ſcribentium,
„ translatio inciperet operari a die notitiæ, & a
„ dicta die Epiſcopus perderet poſſeſſionem Epiſ-
„ copatus, a dicta die, & non antea intrare debe-
„ ret reſervatio; quis alias eſſet incompatibile,
„ quod Epiſcopus ſit verus, & abſolutus poſſeſſor
„ Epiſcopatus, & Summus Pontifex conferat Be-
„ neficia in menſe Ordinario vacantia.

90 „ Atque in ipſo Brevi Urbani VIII. generali-
„ ter ſtatutum eſt, Eccleſiam *vacare* a tempore
„ quo fit abſolutio in Conſiſtorio: Si autem diſtin-
„ guere non debemus, ubi lex non diſtinguit, fie-
„ ri non poteſt hæc præciſio, & ſegregatio, ut
„ vacet quoad titulum, ſed non vacet quoad poſ-
„ ſeſſionem, quia generaliter lex illa intelligenda
„ eſt, ita ut juxta proprietatem ſermonis compre-
91 „ hendat vacationem tam tituli, quam poſſeſſio-
„ nis, cum tunc dicatur Eccleſia proprie vacans,
„ quando a nemine poſſidetur, *Feliu. in cap. In*
„ *noſtra num.* 34. *verſ.* 7. *nota de Reſcript. Ancha-*
„ *ran. in Cap. Cum noſtris num. primo, de Conceſſ.*
„ *Prebend. Panvinus de Poteſt. Capit. Sede vacan.*
„ *prælud.* 7. *num.* 17. *Jo. Selva de Benef. part.* 3.
„ *quæſt.* 11. *num.* 110. *& ſeqq.* & adnotavit *Imola*
„ *in d. cap. cum noſtris num.* 7. *de conceſſ. Prabend.*
„ his verbis = *Nota bene, quod non dicitur ſim-*
„ *pliciter beneficium vacare, ſi vacat tantum de*
„ *jure, & de facto: Et ex hoc etiam nota, quod*
„ *verba, qua poſſunt verificari de jure, & de fa-*
„ *cto, non videntur verificari in ſola juris intelle-*
„ *ctu, ſed requiritur utrumque: & ex prædictis*
„ *etiam nota, quod dicens ſimpliciter beneficium*
„ *vacare, intelligitur dicere quod vacat de jure,*
„ *& de facto, & per hoc etiam nota, quod indi-*
„ *ſtincte, & generaliter dictum, indiſtincte, & ge-*
„ *neraliter debet intelligi.*

„ Nec relevat, quod ad formam hujuſmodi Bre-
„ vis Epiſcopus uſque ad notitiam Translationis
„ remaneat in exercitio actuum Juriſdictionalium:
„ Etenim Breve duas continet partes. In prima
„ per modum regulæ generalis ſtatuit, quod prior
„ Eccleſia vacet in ipſo momento abſolutionis a
„ vinculo: In ſecunda, quod Epiſcopus poſſit exer-
„ cere Juriſdictionem uſque ad notitiam, qua de-
„ mum perventa, eadem Juriſdictio tranſit in Ca-
„ pitulum. Hæ duæ diſpoſitiones non ſunt con-
„ fundendæ, nec per ſecundam tollitur prima, ſed
„ utraque facit ſuas diverſas, atque inter ſe omnino
„ diſtinctas operationes. Vigore primæ, Epiſco-
92 „ pus jam translatus a die translationis non facit
„ amplius fructus ſuos, ut dictum eſt: non exer-
„ cet ea, quæ ſpectant ad legem Diœceſanam,
„ *Solorzan. de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 47.
„ *&* 48. non exercet ea, quæ ſpeciali jure, & ex
„ ſpeciali delegatione ſibi commiſſa ſunt: *Alberic.*
„ *in l. Meminiſſe num.* 1. *&* 4. *ff. de Offic. Proconſ.*
„ non confert Beneficia liberæ collationis juxta ſæ-
„ pe dictam *deciſ.* 475. *part.* 9. *Recent.* & conſe-
„ quenter nec etiam illa, quæ ſunt ſimultaneæ pro-
„ viſionis, cum nullam inter illa differentiam agnoſ-
„ cat *Deciſio quæ revidetur* §. *Quæ quidem.*

„ Vigore ſecundæ partis exercet ea, quæ per- 93
„ tinent ad Juriſdictionem uſque ad notitiam
„ Translationis, ne interim careat Diœceſis ſupe-
„ riore, qui pro neceſſitate rerum occurrentium
„ Juriſdictionem adminiſtret, exemplo Proconſulis,
„ qui finito officio manet in Provincia ratione pu-
„ blicæ utilitatis, ad explicanda negotia publica,
„ quæ non poſſunt ſtare in ſuſpenſo, ad *Tex. in L.*
„ *Meminiſſe ff. de Offic. Proconſul.* qui fundatur in
„ præcipua neceſſitate evitandi publicum damnum,
„ *Fantanell. dec.* 496. *n.* 15. *Franceſ. de Eccl. Ca-*
„ *thedr. cap.* 11. *num.* 7. *& n.* 21. ubi bene firmat,
„ quod dicta lex habet locum in gubernio ſpiritua-
„ li, ſecus quoad perceptionem fructuum, *Valenz.*
„ *conſ.* 190. *num.* 24. *Rota in Segnutin. penes Garc.*
„ *part.* 5. *cap.* 1. *num.* 249. *verſ. Etenim.*

„ Ex permiſſione autem exercitii Ordinariæ 94
„ Juriſdictionis, nec Epiſcopus jam translatus po-
„ teſt dici verus, & abſolutus poſſeſſor Eccleſiæ,
„ quæ jam vacavit, ſed habet nudam, & ſimpli-
„ cem retentionem ad effectum exercendi hanc
„ Juriſdictionem, quæ in ſuſpenſo ſtare non po-
„ teſt: eamque exercet potius ex ſpeciali commiſ-
„ ſione, vel quaſi delegatione Summi Pontificis,
„ quam jure proprio Epiſcopi, a quo omne jus ab-
„ dicatum fuit in ipſo momento abſolutionis a
„ vinculo Prioris Eccleſiæ: Nec ex permiſſo hujus
„ juriſdictionis exercitio Beneficia conferre poteſt; 95
„ primo, quia in Beneficiis ceſſat ſupra dicta ra-
„ tio, dum illorum proviſio abſque ullo præjudi-
„ cio boni publici poteſt ſtare in ſuſpenſo: unde
„ de jure poteſt differri collatio uſque ad ſex men-
„ ſes, ac tota Sede vacante remanet in ſuſpenſo; &
„ in noſtris terminis, Legatus finita Legatione ma-
„ net in Provincia ad effectum exercendi Juriſdi-
„ ctionem uſque ad adventum Succeſſoris, & ta- 96
„ men Beneficia non confert, juxta doctrinam *Bal-*
„ *di in d. leg. Meminiſſe num.* 3. *ff. de Offic. Pro-con-*
„ *ſul.* pluribus comprobatam in præcedenti propoſi-
„ tione; Secundo quia alias Breve eſſet ſibi contra-
„ rium, dum decerneret vacare, & non vacare Ec-
„ cleſiam, ut perpendit *noſtra deciſio* §. *Nec etiam,*
„ & tertio quia collatio nihil commune habet cum
„ juriſdictione, ſed eſt facultas extrinſeca, & diver-
„ ſa, quæ ſtat, & ſtare poteſt ſine juriſdictione,
„ quamvis eodem tempore imprimatur; & non
„ omnia, quæ competunt Epiſcopo, competunt ju-
„ re Magiſtratus, & in vim Juriſdictionis; ſed quæ-
„ dam pertinent ratione ſimplicis poteſtatis a lege
„ ſibi demandatæ, abſtrahendo a quacumque Ju-
„ riſdictionis conſideratione, ut contingit in jure
„ conferendi, quod demandatur a lege citra ullam 97
„ Juriſdictionis contemplationem, ut egregie proba-
„ tur *in eadem Deciſione*, pluribus allegatis auctori-
„ tatibus, quibus additur *Geminian. in cap.* 1. *num.*
„ 7. *de inſtit. in* 6. ubi poſt *Joannem de Lignano* di-
„ ſtinguens inter Jus inſtituendi, & conferendi, di-
„ cit, quod inſtitutio, & non collatio ſpectat ad Ju-
„ riſdictionem, ibique etiam *Francus ſub num.* 3.
„ ubi ex *Jo. Andrea* infert, quod Beneficiorum
„ collatio non eſt Juriſdictionis, *Fermoſin. d. Cap.*
„ *Sede vacant. tract.* 1. *quæſt.* 23. *num.* 4. ubi ſe-
„ quendo *Lotterium alias allegatum* firmat, quod
„ inſtitutio pertinet jure Magiſtratus, & Juriſdi-
„ ctionis, non vero libera collatio; *Spada conſ.*
„ 39. *num.* 1. *lib.* 2. -- ibi -- *Ex quibus apparet, quod*
iſta

Digitized by Google

„ iſta juriſdictio, quæ præſervatur per dictum Bre-
„ ve, erat Juriſdictio, quam habebat in Canonicos,
„ & in dictam Eccleſiam, non autem circa jus con-
„ ferendi. Jus enim conferendi eſt quid diverſum
„ a Juriſdictione, ut per Butr. in cap. Noſti in 2.
„ notabili de Elect. unde videmus, quod etiam Ca-
„ pitulum habet Jus conferendi &c. & eleganter
„ bon. mem. Paulutius, Sacræ Rotæ Auditor, Ju-
„ riſprud. Sacr. tom. 2. lib. 6. tract. 10. cap. 4. n.
„ 4. pag. mihi 401. ubi poſtquam probavit, nec
„ Juriſdictionis, nec ordinis eſſe collationem Be-
„ neficiorum, ita concludit -- Rationabilius eſt com-
„ petere a Lege citra Juriſdictionem, & Impe-
„ rium, ſicuti de Tutoris datione loquitur I. C. in
„ leg. Muto 9. Tutoris datio, ff. de Tutelis, quam
„ (ait) neque Imperii, neque Juriſdictionis eſſe,
„ ſed ei ſoli competit, cui nominatim hoc dedit,
„ vel Lex. vel Senatus Conſultum, vel Princeps,
„ quod quidem ipſum ſenſit Antonius de Butr.
„ dum dixit, collationem Beneficiorum in Epiſco-
„ pis non eſſe proprie Juriſdictionis, ſed accidenta-
„ lis poteſtatis eodem tempore impreſſa, quo impri-
„ muntur juriſdictionalia, ſed ex legis conceſſione
„ ſpeciali, dicto Can. Omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7.
„ Neque enim implicat. ut aliquid competat jure
„ Magiſtratus. & ſimul Lege, puta illa ipſa lege
„ qua Magiſtratus conſtitutus eſt: quæ ratio eſt, ut
„ quamvis Juriſdictionalia omnia tranſeant in Ca-
„ pitulum Sede vacante, non tranſeat tamen Bene-
„ ficiorum collatio. Atque in ipſis terminis ſimulta-
98 „ neæ, de qua modo res eſt, ut non competat in vim
„ Juriſdictionis, neque ex generali Officio Epiſco-
„ patus, reprobato Abbate alias ex adverſo allegato,
„ Rot. dec. 683. num. 3. in fine part. 3. Recent. Bich.
„ dec. 467. num. 3. & 4. in Hiſpalen. Diviſionis
„ ſimultaneæ 4. Junii 1700. §. Verum, & §. Sed
„ talis coram R. P. D. Priolo, & in Illerden. Ju-
„ ris nuhandi ſuper remiſſoria 23. Januar. 1703.
„ §. Inſubſiſtens coram R. P. D. Muto.
99 „ Multoque minus Collatio poteſt dici de ju-
„ riſdictione, cum in jure noſtro dicatur donatio,
„ & connumeretur inter fructus Epiſcopatus Cap.
„ finali de Offic. Vicar. in 6. Jo. Andreas in Cap.
„ Cum olim ſub num. 10. de major. & obed. ibi-
„ que Imola num. 6. Geminian. in cap. 1. num. 7.
„ verſ. Alta eſt ratio, & ibidem Franc. num. 3. de
„ Inſtitut. in 6. Milis in Repertor. verb. Beneficio-
„ rum Collatio num. 14. Dartes de Benefic. ſect. 3.
„ cap. 9. §. Sed utraque, Pirhing. in Jus Canon.
„ lib. 1. tit. 33. ſub. num. 44. num. 54. & lib. 3.
„ tit. 9. de Præben. num. 9. & 11. Peregrin. in Prax.
„ Vicar. part. 1. ſect. 4. ſubſect. 3. num. 16. Barboſ.
„ de Canon. cap. ult. num. 109. verſic. Ratio, Pau-
„ lutius Juriſp. Sacr. tom. 2. lib. 6. tract. 10. cap. 4.
„ pagin. mihi 412. §. Certum, Rota cor. Puteo dec.
„ 396. n. 2. lib. 1. ultra alios relatos in Dec. §. Altera.
100 „ Quibus ita firmatis, non obſtat, quod tunc
„ ſub conceſſione juriſdictionis non veniat jus con-
„ ferendi, quando conceditur juriſdictio de novo,
„ ſecus quando permittitur continuatio juriſdictio-
„ nis, quæ præcedenter habebatur: Quia ſi ſub ju-
„ riſdictione non comprehenditur jus conferendi,
„ utique Papa decernendo, quod vacet Eccleſia,
„ & præſervando juriſdictionem, intelligit præſer-
„ vare ea, quæ ſunt juriſdictionis, non autem jus
„ conferendi, quod eſt diverſum a juriſdictione, &
„ quo Epiſcopus antea gaudebat, non quia erat de
„ juriſdictione, ſed quia erat facultas extrinſeca ſibi
„ competens ex vi legis id demandantis; & præſer-
„ vatio numquam poteſt comprehendere ea, quæ
„ nihil commune habent cum re præſervata, ut
101 „ in ſpecie, quod præſervata juriſdictione, non
„ præſervetur jus conferendi, Spada d. conſ. 39.
„ num. 1. lib. 2. & in iiſdem terminis Merlin. de-
„ ciſ. 140. num. 4. Id quod clarius deducitur ex
„ ipſo Brevi, in quo mandavit Summus Pontifex,
„ Epiſcopum poſt notitiam ceſſare debere ab exer-
„ citio Ordinariæ Juriſdictionis, eamque in Capi-
„ tulum tranſire; quamobrem dum permiſit eam
„ in individuo juriſdictionem, quæ debet tranſire
„ in Capitulum, nunquam potuit præſervare jus
„ conferendi, quod non tranſit in Capitulum Sede
„ vacante, ex plene relatis per Rot. in Tiraſonen.
„ Portionis 23. Junii 1703. §. Quin ullo cor. R. P. D.
„ Anſaldo.
„ Nec etiam relevat, quod Collatio ſit fructus 102
„ præeminentiæ, & juriſdictionis; Quia quate-
„ nus aſſeritur eſſe fructum præeminentiæ, ſeu cum
„ præeminentia, id concedimus cum Lotterio lib.
„ 2. quæſt. 2. num. 17. Fermoſin. de Poteſt. Capitu-
„ li Sede vacan. quæſt. 23. num. 4. Lagunez de Fru-
„ ctibus part. 1. cap. 31. num. 9. & ſeq. ſed non
„ exinde quod eſt fructus cum præeminentia per-
„ tinet ad juriſdictionem, cum præeminentia ſtare
„ poſſit ſine juriſdictione, ut videmus in Capitu-
„ lo, quod habet hanc præeminentiam, licet ca-
„ reat juriſdictione: Quatenus vero aſſeritur eſſe
„ fructum juriſdictionis, id eſt petere principium,
„ & ſupponere pro indubitato, id quod eſt in quæ-
„ ſtione. Eſt quidem Collatio fructus juris con-
„ ferendi, ut ait Imola in Cap. Cum olim num. 6.
„ verſic. Ex prædictis de major. & obed. ſed quod
„ jus conferendi pertineat ad juriſdictionem, eſt
„ id quod prius probari debet ad inferendum, quod
„ Collatio ſit fructus juriſdictionis.
„ Et quamvis non deſint Doctores, qui re nul- 103
„ latenus examinata, attribuant jus conferendi ju-
„ riſdictioni voluntariæ, illudque extra Territo-
„ rium ex hac ratione exerceri poſſe affirment;
„ attamen eorum opinio juxta animadverſa in De-
„ ciſione procedere poteſt in ea Collatione, quæ
„ petitur jure actionis, ut in Præſentato, Electo 104
„ &c. quæque vere (non dato Contradictore)
„ pertinet ad juriſdictionem voluntariam: Bald. in
„ leg. Omnes Proconſules 2. num. 1. verſ. Nota er-
„ go ff. de Offic. Proconſul. Barbat. in Cap. Novit
„ ſub num. 17. verſic. Mirandum de Offic. Legat.
„ Lambertin. part. 2. lib. 2. quæſt. princip. 2. ar-
„ tic. 2. & 3. At quando agitur de Collatione
„ libera, & gratioſa, quæ ſonat in puram dona-
„ tionem; hæc libera Collatio nullo modo ſpecta- 105
„ re poteſt ad juriſdictionem voluntariam; & ra-
„ tio eſt, quia etiam juriſdictio voluntaria pertinet
„ jure Magiſtratus, ut ait Bald. in d. l. Omnes Pro-
„ conſule n. 4. diciturque voluntaria, quia non
„ redditur in invitos, ſed quoad ipſum Judicem eſt
„ neceſſaria: Bald. ibidem n. 3. & idem Bald. in
„ Addit. ad Speculat. lib 1. part. 1. tit. de Juriſ-
„ dict. omn. Judic. verſ. Sed an iſta pag. mihi 140.
„ Cum autem id applicari non poſſit Collationi li- 106
„ beræ, quæ non competit jure Magiſtratus, ut
„ dictum eſt, nec reſpectu Epiſcopi eſt actus ne-
„ ceſſarius, dum tota radicatur in mera illius vo-
„ luntate, & poteſt abſtinere ab illa, permitten-
„ do, ut per lapſum temporis fiat devolutio ad
„ Superiorem, Rota in Abulen. Parochialis co-
„ ram Blancheto, apud Garc. de Benefic. part. 5.
„ cap. 5. num. 39. verſ. Collatio autem, hinc eſt,
„ quod nec etiam juriſdictioni voluntariæ attribui
„ poſſit, ita ut vera ratio propter quam hoc jus exer-
„ ceatur extra Territorium ea ſit, quod non pertinet
„ ad juriſdictionem, ſed eſt mera donatio, puruſ-
„ que fructus, qui ubicumque colligi poteſt:
„ Bald. in Cap. Novit num. 4. verſic. Sed numquid 170

„ extra

„ *extra de Offic. Legat. Lotter. & Solier. in Decis.*
„ *allegati.*
„ Neque ſubſiſtit, quód á die notitiæ Transla-
„ tionis Sedes Epiſcopalis incipiat vacare: Etenim
„ retemo ſupra dicto themate, quod Breve duas
„ habet partes inter ſe compatibiles, & non con-
„ fundendas, elarum eſt, quod in prima parte de-
„ cernit Sedem *vacare* a momento abſolutionis
„ factæ in Conſiſtorio: in ſecunda vero demandat,
„ quod a die notitiæ Capitulum *publicare* debet
„ Sedem vacantem, ad effectum nempe regu-
„ landi ordinariæ juriſdictionis exercitium, quod
„ a die notitiæ devolvitur ad Capitulum: Non di-
„ cit itaque Breve, quod Sedes vacet a die habitæ
„ notitiæ Translationis, cum jam in ſuperiori par-
„ te generaliter ſtabilitum fuerit, vacare a die ab-
„ ſolutionis in Conſiſtorio, ſed dicit, quod Capi-
„ tulum *publicare* debeat Sedem vacantem: Et
108 „ ſicuti aliud eſt reſignare, aliud publicare reſigna-
„ tionem; ita aliud eſt vacatio Sedis, quæ incipit
„ quoad effectum Collationis a puncto propoſi-
„ tionis in Conſiſtorio, aliud quod publicetur ad
„ effectum regulandi exercitium juriſdictionis Or-
„ dinariæ inter Epiſcopum, & Capitulum. Quod
„ ſi contrarium argumentum eſſet attendendum,
„ nimis probaret; nam Beneficia liberæ Collatio-
„ nis non poſſet Papa conferre, niſi a die publi-
„ cationis, ſi verum eſſet, quod tunc inducitur
„ Sedis Epiſcopalis vacatio: & tamen cum a die
„ propoſitionis in Conſiſtorio Summus Pontifex
„ conferat, clare emergit, quod ex tunc Sedes
„ vacat, & quod ex tunc Epiſcopus deſinit eſſe
„ prioris Eccleſiæ ſponſus, non expectata publica-
„ tione Sedis vacantis.
„ Pariter non relevat, quod Urbanus in dicto
„ ſuo Brevi rem reliquerit ſub diſpoſitione juris
„ communis, juxta quod (ut ex adverſo aſſeritur)
„ data tranſlationis ignorantia de tempore Colla-
„ tionis, iſta ſuſtineri debet ſive ratione bonæ fi-
„ dei, in qua reperitur Epiſcopus, ita ignoranter
„ conferens, ſive ratione publicæ exiſtimationis,
„ & communis erroris: Tum quia dum Pontifex
„ decernit vacare Eccleſias in Hiſpaniis ab eo tem-
„ pore, quo Epiſcopi in Conſiſtorio abſolvuntur,
109 „ jam præſupponit aperte, quod vacatio inducatur
„ etiamſi tranſlationem ignoraverint Epiſcopi, ſtan-
„ te præſertim *Decreto irritanti*, quod legitur in
„ fine Brevis dicti Pontificis, quod inficit omnia,
110 „ quæ contra eam Conſtitutionem geruntur, ſine
„ ulla diſtinctione inter ſcientem, & ignorantem,
„ ut bene probat *Lotter. lib. 1. quæſt. 24. num. 76.*
„ Tum quia etiam in ſolis terminis juris communis,
„ & præſcindendo tam a Decreto Urbani, quam
„ a Regula II. Cancellariæ, quando Epiſcopus
„ prævio ſuo conſenſu transfertur, ſtatim perdit
„ jura prioris Eccleſiæ, ſive ſciat, ſive ignoret
111 „ tranſlationem; nam ita a principio conſentiendo,
„ acceptando præſentationem a Rege factam, &
„ petendo ſe transferri, ſe ſupponit voluntati Pa-
„ pæ, cujus ratione ſtatim ac transfertur, deſinit
„ eſſe Epiſcopus, etiam ſi ignoraverit translatio-
„ nem, juxta Doctrinam *Joannis Andreæ*, de qua
„ in noſtra *Deciſione §. Decretum*: & præter ibi
„ relatos, *Abbas conſil.* 101. *num.* 4. *verſic. Et*
„ *Joannes Andreas, Franciſc. Marcus dict. deciſ.*
„ 1098. *ſub num.* 3. & 11. *Maſſob. in Praxi ha-*
„ *ben. conc. Requiſ.* 1. *dub.* 9. *num.* 4. & confe-
„ runt tradita per *Solorzan. de Jur. Ind. cap.* 13. *num.*
„ 81. *Fraſſo dict. cap.* 24. *num.* 34. cum ibi relatis.
112 „ Et præmiſſorum ratio eſt, quia ad effectum va-
„ cationis prioris Eccleſiæ Doctores non requi-
„ runt in Epiſcopo ſcientiam, ſed conſenſum: Diſ-
„ putarunt enim quæſtionem in Epiſcopo Floren-
„ tino in abſentia ad Cardinalatum promoto, &
„ dubium vertebatur: An Eccleſia vacaverat a
„ tempore, quo fuit pronunciatus Cardinalis, vel
„ à tempore conſenſus? in quo articulo varii fue-
„ runt Doctores, ut poſt *Abbat. in cap. fin. num.*
„ 13. *de Poſtulat. Prælat.* advertit *Fagnan. in Cap.*
„ *Quanto num.* 11. *de Translat.* At quando præ-
„ ceſſit Epiſcopi conſenſus etiam tacitus, & de-
„ ductus ex eo, quod ipſe ſciverat poſtulationem,
„ & non contradixit, ſubmittendo ſe voluntati
„ Pontificis, tunc ſtante dicto priori conſenſu, nul- 113
„ la alia requiritur ſcientia, quia ad vacationem
„ Eccleſiæ aliud non requiritur, quam conſenſus
„ Epiſcopi etiam tacitus, & præſumtus, *Fagnan.*
„ *in dict. Cap. Quanto num.* 96. *Abbas dicto conſil.*
„ 101. *Maſcard. de Probation. concluſ.* 183. *num.*
„ 20. & *ſeq.* Nihilque refert, an conſenſus iſte
„ præcedat, vel ſubſequatur, ex relatis per *Gra-*
„ *tian. diſceptat.* 296. *num.* 17. quem ſequitur
„ *Marchet. de Vic. Capit. part.* 1. *tit.* 1. *num.* 34.
„ Unde cum in caſu noſtro præceſſerit iſte conſen-
„ ſus, & quidem expreſſus, alia non requiritur
„ ſcientia, nec aliud expectandum ad inducendam
„ Eccleſiæ vacationem, & ad tollendam omnem
„ poteſtatem ab Epiſcopo, *Rota in Plocen. Canoni-*
„ *catus* 26. *Martii* 1610. §. *Neque coram Lancel-*
„ *lotto*, ubi quod etiam ab Epiſcopo ignorante ab-
„ dicatur omnis poteſtas, *aut ſi ſcientia eſſet neceſ-*
„ *ſaria, requireretur ſolum ad effectum conſenſus*
„ *Epiſcopi, qui ſatis conſenſit.*
„ Hinc egregie dixit noſtra *Deciſio in §. Decre-* 114
„ *tum*, quod non eſt ſcientia, vel ignorantia,
„ quæ facit valere, vel non valere Collationem,
„ ſed eſt poteſtas; quod & prius generaliter dixe-
„ rat *Geminian. in cap. 1. §. Sciebat ſub num. 9.*
„ *verſ. Scientia, de Conceſſ. Præben. in ſexto*, cum
„ in humanis quibuſcumque actibus non ſufficiat
„ voluntas, ſed æque requiratur poteſtas faciendi,
„ *Rota in Nullius, ſeu Legionen. Juriſdictionis ſu-*
„ *per bono Jure* 23. *Martii* 1703. §. *Huic quippe*,
„ *cor. R. P. D. Anſaldo*: Sublata autem poteſta-
„ te, illa ſuppleri non poteſt ex ignorantia, quæ
„ non immutat ſtatum poteſtatis, ad validitatem
„ actus requiſitæ: Unde ſequitur, quod aut Epiſ-
„ copus de tempore Collationis poteſtatem habet,
„ & Collatio erit valida, etiam ſi ignoret talem
„ poteſtatem habere: Aut tempore Collationis non
„ habet talem poteſtatem, & Collatio erit nulla,
„ etiam data in ipſo ignorantia. Ab exemplis
„ utraque pars diſtinctionis vera apparebit; Epiſ-
„ copus mittit ad Urbem pro habenda alternati-
„ va: ea acceptatur a Datario, ſed acceptationis
„ notitia nondum pervenit ad Epiſcopum; ſi ni-
„ hilo minus ipſe hoc medio tempore conferat in
„ Menſe alternato, valida erit illius Collatio,
„ etiam ſi ignoret habere talem poteſtatem: ſuffi-
„ cit enim, quod tunc revera talis poteſtas in eo
„ concurreret, *Gonzalez ad Regul. 8. gloſſ. 65. num.*
„ 20. Rurſus ſi Epiſcopus conferT Beneficium in
„ Menſe reſervato, Sede Apoſtolica vacante,
„ quamvis non habuerit ſcientiam Sedis vacantis,
„ adhuc Collatio ſuſtinetur, *Gonzal. dicta gloſſ.*
„ 65. *num.* 22. *Tondut. part.* 2. *cap.* 3. §. 3. *n.* 47.
„ ea ratione, quia revera tali tempore concurre-
„ bat in Epiſcopo poteſtas, etiamſi hoc ignoret:
„ Et ecce quomodo in his caſibus nihil operatur
„ ſcientia, vel ignorantia, ſed totam operatio-
„ nem facit poteſtas, quam Epiſcopus habebat
„ de tempore præcipuo illius actus.
„ È converſo ſi Epiſcopus cedat in manibus
„ Summi Pontificis, ceſſione admiſſa, ſtatim ab-
„ dicatur

„ dicatur ab ipſo poteſtas conferendi, nec facta
„ Collatio ſuſtineretur, etiam ſi ignoraret admiſ-
„ ſionem ceſſionis, *Garc. de Benef. part.* 2. *cap.* 1.
„ *num.* 126. *& ſeqq. & n.* 136. *Gratian. diſceptat.*
„ 127. *n.* 36. *& ſeqq. & diſcept.* 159. *n.* 26. *Rota*
„ *in dicta Seguntin.* penes *Garc. part.* 5. *cap.* 1.
„ *num.* 249. *verſic. Nam cum poteſt.* Manifeſtum
„ argumentum, quod totum pendet a poteſtate,
118 „ non vero a ſcientia, vel ignorantia. Quod au-
„ tem evenit in ceſſione, procedit etiam in tranſla-
„ tione, quæ cum illa germana eſt, de qua modo
„ agitur; nam cum in ipſo momento tranſlationis
„ Epiſcopus Ocampo deſierit eſſe Epiſcopus Se-
„ gobien. & amiſerit facultatem conferendi; uti-
„ que Collatio quantumvis ab ignorante, & bona
„ fide facta, eſt nulla, quia deficit poteſtas, in
„ qua jus conferendi radicabatur.
„ Exemplum vero de Epiſcopo depoſito, alias
„ a parte adverſa adductum, contra eamdem
„ retorquetur, & oſtendit verum eſſe noſtrum
„ aſſumtum, quod tota vis in hac materia reſi-
„ deat in poteſtate, non in ignorantia: Etenim
„ receptum eſt, quod ſententia depoſitionis afficit
„ etiam ignorantem, ita ut actus ab eo ita ignoran-
„ ter geſti non teneant, propter ceſſationem po-
119 „ teſtatis, *Text. eſt in Cap.* 1. *verſ. Adiiciebatur*
„ *inſuper, de Conceſſ. Præben. in* 6. ibique *Gemi-*
„ *nian. in §. Docebat n.* 7. *&* 9. *verſ. Scientia, &*
„ *Francus num.* 3. *Rota in dicta Seguntin.* penes
„ *Garc. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 249. *verſic. Ad præ-*
120 „ *miſſa facit.* Et hoc præciſo *Textu* utuntur Doc-
„ tores ad probandum, quod Epiſcopus tranſlatus
„ etiam ignorans, non poteſt amplius conferre,
„ & ſignanter *Franciſcus Marc. decif.* 1098. *num.*
„ 3. *Gratian. diſcept.* 296. *num.* 18. *& Rot. in mox*
„ *citata Seguntin.* penes *Garciam*: Urgeute etiam
„ paritate rationis; nam ſicuti qui delinquit, ſe
„ ſupponit omnibus effectibus, qui naſcuntur ex
„ Sententia depoſitionis, etiam ſi eam ignoret; ita
„ qui conſentit tranſlationi, & pro ea ſupplicat,
„ ſe ſupponit omnibus effectibus, qui a Decreto
„ Conſiſtoriali Tranſlationis proveniunt, etiam ſi
„ illud ignoret.
121 „ Eodemque modo nec tenent geſta Vicarii
„ poſt Tranſlationem Epiſcopi etiam ignoratam;
„ quia cum in ipſo momento Tranſlationis tolla-
„ tur ab Epiſcopo poteſtas, abdicatur etiam a Vi-
„ cario; & ſublata poteſtate, actus ſuſtineri non
„ poteſt, etiam bona fide factus, ut per *Text. in*
„ *dicto Cap.* 1. *verſic. Adiiciebatur*, tenent *Calde-*
„ *rin. conſ.* 10. *de Sentent. & re judicat. Felin. in*
„ *Cap. Ex parte num.* 20. *de Reſcrip. Franciſ.*
„ *Marc. dicta decif.* 1098. *per tot. Gratian. dict.*
„ *diſcep.* 196. *num.* 29. *Solorzan. lib.* 3. *dicto cap.*
„ 13. *num.* 81. *Maſcard. dicta concluſ.* 183. *num.*
„ 19. *Diana Oper. coord. tom.* 6. *reſol.* 6. §. 2.
„ *Fraſſo dicto cap.* 24. *num.* 34. *& ſeqq.* & in ter-
„ minis decreti appoſiti in promotione, quod affi-
„ ciat Vicarium illum ignorantem, *De Luca ad*
„ *Gratian. diſcept.* 18 *num.* 10. *Rota decif.* 73. *num.*
„ 12. *& decif.* 79. *num.* 17. poſt *Bonden.* Et in
122 „ omnem caſum de Vicario ad Epiſcopum non
„ procedit argumentum, quia Vicarius ſcire non
„ potuit, nec divinare Epiſcopi tranſlationem; ſed
„ Epiſcopus, qui conſenſit Tranſlationi, & dedit
„ mandatum procuræ ad eam petendam, potuit
„ id ſuſpicari, ut diſtinguit *Rota in dicta Segun-*
„ *tina* penes *Garc. dicta part.* 5. *cap.* 1. *num.* 249.
„ *verſ. Et nihilo minus.* Scire enim debebat, quod
„ a die propoſitionis in Conſiſtorio omnis poteſtas
„ ab eo abdicabatur, *Franceſ. de Eccleſ. Cathedral.*
„ *cap.* 11. *num.* 20. & in proximis terminis *Gon-*
„ *zalez ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 65. *verſ. Maxime.*
„ Ex his promanat, quod non poterit ſuffra- 123
„ gari Epiſcopo error communis; nedum quia
„ Decretum *irritans* appoſitum in Brevi Urbani
„ inficit in radice quemcumque actum contra-
„ rium: in quibus terminis non habet locum error
„ communis, *Lotter. lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 75. *&*
„ *ſeqq.* ſed etiam quia diſpoſitio *leg. Barbarius*,
„ *ff. de Offic. Præſ.* procedit, quando movetur 124
„ quæſtio contra Proviſum de Beneficio, *Ferrett.*
„ *conſil.* 9. *il* 2 *num.* 1. Prætoris enim putativi ra-
„ ta *eſt juriſdictio propter utilitatem eorum, qui-*
„ *bus ille jus dixit, ſimul ne rerum judicatarum*
„ *reſciſſione turbetur res publica*, ut ait *Goveanus*
„ *Lect. Var. jur. civil. lib.* 1. *cap.* 6 *paulo ante fi-*
„ *nem*, & patet ex verbis ipſius *leg. Barbarius* -
„ ibi -- *Propter utilitatem eorum, qui apud eum*
„ *egerunt, vel lege, vel quo alio jure*; ideoque re-
„ ceptum eſt, quod communis error admittatur in
„ iis, quæ alios reſpiciunt, non autem ipſum Præ-
„ latum putativum, ejuſque commodum, ut an- 125
„ tiquioribus relatis docent, *Maſcard. de Probat.*
„ *concluſ.* 648. *num.* 62. *Rot. in Ilerden. juris vo-*
„ *tandi ſuper Attentatis* 24. *Novembr.* 1704. §.
„ *finali coram R. P. D. Scotto.* Hic autem non
„ agitur de reſcindenda proviſione jam facta, nec
„ de expellendo Proviſum a poſſeſſione Beneficii,
„ ſed ſolum, an turnus ſit imputandus ipſi Præla-
„ to putativo, vel potius Capitulo, quod ſimul-
„ tanee contulit: quo caſu nec aliquod incommo-
„ dum Proviſo naſcitur, nec ullus concurrit pu-
„ blicus favor, ſuper quo fundata eſt diſpoſitio *d.*
„ *legis*, ut pluribus allegatis *concordant.* notat *Maſ-*
„ *card. d. concl.* 648. *num.* 88. & utrumque caſum
„ diſtinguendo *Card. de Luca de Paroch. diſc.* 4.
„ *num.* 5. *verſ. Dicebam, & num.* 9. *cum ſeqq.*
„ alter *de Luca ad Gratian. diſcurſ.* 18. *num.* 10.
„ Et ſicuti Prælatus tranſlatus non facit fructus 126
„ ſuos, etiam ſi adſit communis error, quia in
„ hoc verſatur ſolus favor Prælati, abſque ulla
„ mixtura publicæ utilitatis: ita eadem Regula
„ militare debet reſpectu Collationis, referendæ
„ potius ad Capitulum, quam ad Epiſcopum.
„ Accedit, quod quando duo concurrunt, 127
„ quorum alter habet titulum a Prælato putati-
„ vo, alter a vero Prælato, tunc veritas præ-
„ valet opinioni; *Ferrett. dict. conſil.* 9. *il ſecon-*
„ *do num.* 1. *& ſeqq. de Luca ad Gratian. dict.*
„ *diſc.* 18. *num.* 9. *Rota decif.* 17. *num.* 6. *part.*
„ 2. *decif.* 176. *num.* 7. *&* 8. *part.* 13. *Recent. &*
„ *decif.* 79. *num.* 13. poſt *Bonden.* Si itaque
„ quando concurrunt duo Proviſi, præfertur Pro-
„ viſus a vero, idem dicendum, quando concur-
„ runt ad eundem actum explendum duo Colla- 128
„ tores; quia actus *gratiæ* a Prælato putativo
„ exercitus in præjudicium veri Collatoris non
„ tenet; *de Luca ad Gratian. dict. diſc.* 18. *num.*
„ 9. *verſ. Collatio, Cardin. de Luc. de Paroch.*
„ *dict. diſc.* 4. *num.* 9. *&* 10. Quamobrem cum
„ in præſenti ad faciendam Collationem, tem-
„ pore quo jam Sedes Epiſcopalis vacabat, con-
„ currerent, & Epiſcopus jam abſolutus, & Ca-
„ pitulum ad quod ſpectabat Collatio: in his
„ terminis proviſio attribuenda erit vero, & non
„ putativo Collatori.
„ Sibique imputet Capitulum, ſi prælio ne-
„ quidem tentato, voluit palmam Epiſcopo abeunti
„ concedere: Capitulum enim conſideravit, quod
„ ſtante Tranſlatione, ad ipſum ſpectabat Colla-
„ tio; ſed errans in jure credidit Epiſcopum uſque
„ ad notitiam eſſe Poſſeſſorem Epiſcopatus, &
„ habere jus conferendi. Hujuſmodi autem erronea
credu-

„ credulitas non debet nocere Epiſcopo ſucceſſo-
„ ri, qui quocumque tempore diſcutere poteſt,
„ an bene, vel male fuerit ſumus conſumtus, ut
„ firmat *Deciſio §. Minus obſtat:* Quod ſi Capitu-
„ lum, quod in præſenti acerrimam litem ſuſti-
„ net contra proviſionem moderni Epiſcopi, ner-
„ voſius ſe oppoſuiſſet anteceſſori, utique potuiſ-
„ ſet eum excludere cum iiſdem legalibus princi-
„ piis, quæ luculenter in noſtra magiſtrali Deci-
„ ſione adducta fuerunt.
„ Nec ſpernendum eſt exemplum Gregorii
„ XIII. qui bis definivit, Epiſcopum Terulenſem
„ de ſuo conſenſu translatum, non potuiſſe am-
129 „ plius ſe immiſcere in Collatione Beneficii, quod
„ vacaverat poſt tres dies a propoſitione facta in
„ Conſiſtorio; hæcque definitio fundata minime
„ fuit in Decreto *irritanti* appoſito in *Regul. II.*
„ *Cancellariæ*, ſed in pertinentia fructuum, & in
„ ſtylo Curiæ: Decretum enim ita incipit -- *Epi-*
„ *ſcopus Terulen. fuit à S. D. N. ad Eccleſiam*
„ *Cæſaraugustanam translatus die* 29. *Aprilis*
„ 1579. *& litteræ tunc fuerunt expeditæ cum ſolito*
„ *decreto, quod tunc Prior Eccleſia vacare cenſe-*
„ *retur, & ipſe ab ejus vinculo eſſet ſolutus, &*
„ *gaudere inciperet fructibus ſecundæ Eccleſiæ,*
„ *juxta abſervatum ſtylum Curiæ*; & allegabatur-
„ *notaria conſuetudo Hiſpanorum, quod Epiſcopi*
„ *ſtatim litteris expeditis translationis, incipiunt*
„ *gaudere fructibus Eccleſiæ, ad quam translati*
„ *ſunt, & ſtylus Romanæ Curiæ, ut patet ex Cedu-*
„ *la Conſiſtoriali, & Bulla Translationis, quibus*
„ *declaratur vacare Eccleſiam Terulen.* -- ab iſta
„ perceptione fructuum, non autem ab aſſerto
„ Decreto *Irritanti*, appoſito in *Regul. II. Can-*
„ *cellariæ*, argumentum ſumſit Gregorius ad de-
„ cernendum, quod Epiſcopus Terulen. non po-
„ tuit amplius ſe immiſcere diſpoſitioni Beneficio-
„ rum illius Diœceſis.
„ Et revera nulla aderat tempore Gregorii re-
„ ſervatio Beneficiorum vacantium Sede Epiſco-
„ pali vacante: fecerat quidem B. Pius ſimilem
130 „ reſervationem, ut in ejus *Conſtit.* 55. verum quia
„ reſervatio illa facta fuerat *diſpoſitione ſua*, & non
„ Sedis Apoſtolicæ, cum ſuo Conditore expira-
„ vit, *Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 3. *cap.* 6. *n.*
„ 52. *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 224.
„ *Barboſ. de Canon. cap.* 42. *num.* 109. *verſ. Et*
„ *quamvis, Zerola in Prax. Epiſcopal. part.* 2.
„ *verb. Beneficium, poſt principium, & in verbo*
131 „ *Epiſcopus verſ.* 23. Succeſſit Gregorius XIII. ſed
„ hanc reſervationem minime fecit, *Corrad. &*
„ *Garc. locis mox allegatis*, & bene *Rota in Abu-*
„ *len. Parochialis* 19. *Novembris* 1593. penes
„ eumdem *Garciam part.* 5. *cap.* 5. *n.* 90. *in fine* --
„ ibi -- *Accedit, quod de tempore Gregorii XIII.*
„ *quo Capitulum quæſivit quaſi poſſeſſionem confe-*
„ *rendi, nulla aderat Regula reſervatoria Benefi-*
„ *ciorum vacantium Sede Epiſcopali vacante* -- &
„ patet ex Regula ipſa Gregorii XIII. *la* 2. in ejus
„ veteri Bullario, in qua fit ſola reſervatio Eccle-
„ ſiarum Epiſcopalium, & Monaſteriorum; de
„ Beneficiis vero vacantibus Sede Epiſcopali va-
132 „ cante, altum ſilentium. Tandem Sixtus V. hanc
„ reſervationem fecit, eamque addidit Cancellariæ
„ Regulis, nullo cæteroquin appoſito Decreto *Ir-*
„ *ritanti*; & proinde hujus Regulæ reſervatoriæ
„ auctorem in hac parte Sixtum V. agnoſcunt
„ *Lotter. lib.* 2. *quæſt.* 34. *num.* 6. *Garc. de Bene-*
„ *fic. dict. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 228. *Corrad. in Prax.*
„ *Benefic. dict. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 52. *Barboſa de E-*
„ *piſcop. part.* 3. *alleg.* 57. *n.* 84. *in fine, Rota in*
„ *Abulen. Parochialis* penes *Garc. part.* 5. *cap.* 1.

„ *n.* 798. *& part.* 5. *cap.* 5. *n.* 90. *verſ. Nec refrà-*
„ *gatur*; adeout exinde evincatur, Gregorium non
„ potuiſſe ſe fundare in Regula reſervatoria; non
„ quidem in illa Pii V. quia jam expiraverat; non
„ in ſua, quia ipſe hanc reſervationem non fecit;
„ nec in illa Sixti, quia nondum edita; & quan-
„ do iſta edita fuit, *Decreto Irritanti* carebat.
„ Neque obeſt, quod Gregorius motus fuerit
„ erroneo fundamento, arguendo a fructibus ad
„ Collationem; & tamen translatus ante poſſeſ-
„ ſionem percipit fructus ſecundæ Eccleſiæ, ſed
„ non confert: Etenim argumento de pertinentia 133
„ fructuum ad pertinentiam Collationis paſſim u-
„ tuntur Doctores relati in noſtra *Deciſione §. Al-*
„ *tera cum ſeq.* Ideo autem translatus percipit ſta-
„ tim ac cepit poſſeſſionem, fructus primæ Eccle-
„ ſiæ decurſos ante poſſeſſionem, quia extat ſpe-
„ cialis conſuetudo in Hiſpaniis, quod fructus ſe- 134
„ cundæ Eccleſiæ, qui currunt a die translationis,
„ reſervantur futuro poſſeſſori; unde ſive ſciat, ſi-
„ ve ignoret translationem, ſive ceperit poſſeſſio-
„ nem, ſive non, gaudet iſtis fructibus ſibi debitis
„ *deſde el fiat de Su Santidad*, ut loquuntur Hiſ-
„ pani Doctores: id quod eſt de jure, ſecundum
„ quod fructus debentur Proviſo a die vacationis;
„ fingitur enim uſque a momento vacationis facta
„ proviſio, ut conſiderat *Lotter. lib.* 3. *quæſt.* 20.
„ *n.* 117. Econtra vero Collatio non ſervatur fu-
„ turo Poſſeſſori, quia aut agitur de Beneficiis li-
„ beris, & iſtorum proviſio uſque ad poſſeſſio-
„ nem novi Epiſcopi reſervatur Summo Pontifici;
„ aut de Beneficiis ſimultaneæ Collationis, & illa
„ ſpectant ad Capitulum; unde cum tempore poſ-
„ ſeſſionis Epiſcopus invenit Collationem jam al-
„ teri legitime applicatam, nil mirum ſi amplius
„ ille conferre non poteſt, licet percipiat fructus,
„ qui alteri non ſunt applicati. Cum autem hu-
„ juſmodi rationes non militent quoad Collatio-
„ nem in prima Eccleſia, de qua modo agitur,
„ non poteſt de uno ad alium caſum inferri, ſed
„ attendenda eſt ratio generalis, quod ſicuti in
„ prima Eccleſia non percipit fructus, ita nec con-
„ fert. „ Hactenus ſecundus Diſcurſus.

Cæterum concluſio, de qua ſupra *n.* 27. *& ſe-*
quen. quod Epiſcopus conferre non poſſit Benefi-
cia in priori ſua Eccleſia vacantia, poſtquam ab
illius vinculo in Conſiſtorio fuit abſolutus, locum
ſibi non vindicat, quando concurrit immemorabi- 135
lis conſuetudo ea conferendi, quouſque ſecundæ
Eccleſiæ, ad quam translatus extitit, pacificam
poſſeſſionem adeptus fuerit; prout hanc conſuetu-
dinem extare in Regno Poloniæ, atque ad hunc ef-
fectum dandam eſſe Remiſſoriam, cum Regula ſe-
cunda non deroget immemorabili, cenſuit *Rot. de-*
ciſ. 864. *&* 974. *coram Coccino.* Et quamvis a non-
nullis ex Dominis in dicta Cauſa opponeretur, 136
quod Regula reſervat Beneficia *quomodolibet perti-*
nentia &c. quorum verborum natura eſt compre-
hendere non ſolum Collationem, quæ ſpectat de
jure communi, ſed etiam de jure ſpeciali, aut ex
præſcriptione, conſuetudine, vel Privilegio Apo-
ſtolico; ideoque cum immemorabilis, & Privile-
gium Apoſtolicum pari paſſu ambulent, ſatis fuit,
quod Regula reſervet Beneficia *quomodolibet perti-* 137
nentia ad effectum, ut dicatur, ea quoque reſerva-
re voluiſſe, quæ ex immemorabili ad Collationem
alicujus ſpectarent, æque ac ſi pertinerent ex Privi-
legio Apoſtolico. Nihilominus reſponſum fuit, ver-
ba illa *quomodolibet pertinentia*, apta non eſſe 138
comprehendere immemorabilem, quæ indiget ſpe-
ciali mentione, nec includitur ſub verbis generali-
bus; Et licet Privilegium Apoſtolicum ambulet pari

paſſu cum immemorabili; tamen hæc eſt majoris
139 virtu is, & efficaciæ, cum illius ope poſſit quis
allegare meliorem titulum de Mundo; Et licet ha-
bens immemorabilem allegare valeat Privilegium,
non tamen econtra habens Privilegium allegare
poteſt immemorabilem, ut fuit dictum in præfato
decif. 794. caram Coccino.

Et hoc jure vivitur in Gallia; Non enim inibi
140 cenſetur prima Eccleſia vacare, niſi adepta ſit poſ-
ſeſſio ſecundæ, & interim Epiſcopus tranſlatus
continuat in collatione Beneficiorum primæ Eccle-
ſiæ, *Tondut. Quæſt. Beneficial. part. 2. cap. 4. §. 6.
n. 6. Cabaſut. in Thear. Juris Canon. lib. 2. cap. 3.
n. 4.* ubi etiam poſt quamplures Gallicanos Prag-
maticos ait, Epiſcopum, qui ſuæ ceſſit Eccleſiæ,
jure adhuc conferendi illius Beneficia potiri, donec
Succeſſor juridicam poſſeſſionem Epiſcopatus reſi-
gnati adeptus fuerit.

Non comprehendit igitur Regula immemorabi-
141 lem, quamvis de cætero, dum reſervat Beneficia
quomodolibet pertinentia &c. afficiat etiam Benefi-
cia, quæ conferuntur de jure ſpeciali, nempe ex
Privilegio Apoſtolico, præſcriptione, aut conſue-
tudine, ut in dictis Deciſionibus *cor. Coccino 864.
& 974.*

Quemadmodum ſub Reſervatione Regulæ com-
142 prehenduntur etiam Beneficia liberæ collationis,
quæ ob negligentiam inferioris Collatoris, jure
devoluto, ad Epiſcopum, ſi vivus fuiſſet, vel ſi
Eccleſiæ non ceſſiſſet, aut ad aliam translatos non
fuiſſet, ſpectaſſent. Verbum enim *quomodolibet*,
quo Regula utitur, afficit nedum pertinentiam col-
lationis ex jure proprio, ſed etiam ex jure devo-
luto, *Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 256. Ca-
ſtropal. Oper moral. tam. 2. tract. 13. diſput. 2. part.
18. n. 7. Marchett. de Vicar. Capitul. tit. 32. n. 7.
& 8. Piton. diſcep. 124. n. 32. Rota in Cremonen.
Præpoſituræ 5. Aprilis 1683. §. Hoc poſita, cor.
bon. mem. Urſino.*

Et quamvis non deſint DD. exiſtimantes, poſſe
143 Capitulum, ſeu ejus Vicarium Capitularem hu-
juſmodi generis Beneficia conferre, ea ratione,
quod devolutio pertinet ad Epiſcopum ratione ju-
riſdictionis Epiſcopalis, in qua Capitulum Sede
vacante ſuccedit, *Joann. Andr. in Cap. Quam-
quam, de Elect. in 6. Abas in cap. 2. n. 3. Ne Se-
de vacant. Lambertin. de Jurepatr. lib. 2. part. 3.
Quæſt. 2. art. 8. n. 6. Malin. de Juſtit. & Jur. tam.
6. Tract. 5. diſput. 11. n. 12. Andr. Vallen. in Pa-
ratitl. ad Decret. lib. 3. tit. 9. num. 4. Zyp. de Jur.
Pontific. nov. lib. 3. tit. Ne Sede vacant. n. 6. & 7.
Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 1. ſect. 4. ſubſect. 2.
n. 30.* cum aliis *apud Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 1.
cap. 32. ſub n. 110.*

Nihilominus verior eſt ſententia, quod Capitu-
lo, ſeu ejus Vicario interdicta ſit facultas conferen-
144 di Beneficia liberæ collationis devoluta. Collatio
enim Beneficiorum, etſi jure devoluto, eſt ſemper
liberalitas, & gratia erga Perſonam, arbitrio con-
ferentis eligendam, non ſecus ac illa, quam facit
Epiſcopus jure proprio, & non devoluto: quæ
145 eſt una ex rationibus, ob quas Capitulum Sede
vacante conferre non poteſt Beneficia ad ordina-
riam Epiſcopi collationem ſpectantia, juxta *Text.
in Cap. 2. Ne Sede vacante.* Et ita firmant *Abas*,
ſibi contrarius *in Cap. Cum Olim ſub n. 2. de Major.
& obedient. Jo. Monach. in dicto Cap. Quamquam n.
7. & ibi in addit. de Elect. in 6. Roman. conſ. 311.
Milit. in Repertor. Verb. Capitulum licet ſuccedat,
Rebuff. in Prax. Benefic. tit. de Devolut. num. 93.
Pirhing. in Jus Canon. lib. 3. tit. 9. Ne Sede vacant.
num. 10. Barboſ. de poteſt. Epiſc. part. 3. allegat.*
*126. n. 7. Cuccus Inſtit. lib. 3. tit. 9. n. 92. Garc.
de Benefic. part. 5. cap. 7. n. 53. Panvin. de poteſt.
Capit. part. 2. quæſt. 2. num. 10. Azor. Inſtitut mo-
ral. part. 2. lib. 3. cap. 38. quæſt. 6.* Et huic ſen-
tentiæ adhæret etiam *Diana*, licet more ſolito con-
trariam etiam putet probabilem, *Oper. Coordinat.
tom. 3. tract. 5. reſolut. 53. Marchett. de Vicar.
Capitular. tit. 32. n. 5. Antonell. de Regimin. Eccleſ.
lib. 4. cap. ultim. n. 46. Rot. dec. 276. n. 14. part.
19. Recent.* Proindeque cum non poſſit Capitulum 146
Sede vacante Beneficia devoluta conferre, ſed eo-
rum collatio de jure reſervari deberet Epiſcopo
ſucceſſori, *Pirhing in Jus Canon. loco citato*: De-
volutio vigore hujus Regulæ ſecundæ fit ad Pa-
pam, *Marchett. dict. tit. 32. n. 7. & 8. Rot. in Cre-
monen. Præpoſituræ 5. Aprilis 1683. §. Hoc poſito* 147
cor. Urſina.

Sed quid dicendum de Beneficiis de Jurepatro-
natus laicorum tempore Sedis Epiſcopalis vacan-
tis devolutis, an eorum collatio ſpectet ad Capitu-
lum, vel potius ad Papam vigore hujus Regulæ? 148
Tres caſus ſunt diſtinguendi. Primus eſt, quan-
do jus inſtituendi ad dicta Beneficia vivente etiam
Epiſcopo, pertinet ex lege fundationis ad Capitu-
lum, & in hoc caſu, negligentibus Patronis intra
legitima tempora præſentare, collatio jure devo-
luto ſpectat ad idem Capitulum, quia devolutio 149
datur ad illum, qui habet jus inſtituendi, *Gloſ. in
Clem. unic. Verb. Diſpoſitionem, de Supplend. ne-
gligentia Prælat. Rocch. de Curt. de Jurepatr. Verb.
Honorificum n. 64. pag. mihi 111. Campanil. in Di-
verſ. Rubr. 11. cap. 13. n. 466. Piton. diſcept. 124.
n. 34.* cum aliis relatis *à Vivian. de Jurepatr. lib.
12. cap. 3. n. 4. & ſeqq.* & in hiſce terminis *Rot. in
dict. Cremonen. Præpoſitura 5. Aprilis 1683. §. Ob-
jectum, cor. Urſino, & 10. Januarii 1684. §. Non
probatur, cor. eodem.*

Secundus caſus eſt, quando Inſtitutio ad Patro-
norum præſentationem competebat Epiſcopo; Et
in hoc pariter caſu dicendum, quod ſequuta Be- 150
neficii de Jurepatronatus devolutione tempore Se-
dis vacantis, collatio ſpectet ad Epiſcopum, ſeu
ejus Vicarium Capitularem. Licet enim Capitulum
Sede vacante non ſuccedat in collatione Benefício-
rum, quæ ſunt de libera Epiſcopi collatione, quia
libera collatio inter meras gratias, & donationes
numeratur, ut mox diximus; Succedit tamen in 151
jure recipiendi præſentationem, & inſtituendi præ-
ſentatum, ſi ſit idoneus, qui eſt actus juſtitiæ, &
neceſſitatis, juxta *Text. in Cap. 1. de Inſtit. in 6.*
Proindeque competere ei debet exercitium cujuſ-
cunque facultatis a dicto jure inſtituendi dependen-
tis, & ſic etiam conferendi Beneficium de Jurepa-
tronatus devolutum: quæ devolutio, ut diximus,
non ad alterum dari poteſt, quam ad illum, cui jus 152
inſtituendi competit; Alias ſequeretur abſurdum,
quod ob negligentiam Patronorum in præſentando,
Capitulum amitteret jus inſtituendi a Jure ſibi de-
bitum: quo tamen abſque culpa privari non debet,
ut egregie ponderat *Rocch. de Curt. de Jurepatr.* 153
Verb. Honorificum ſub num. 64. pag. mihi 101. &
pag. 113. ſubdit, quod Capitulum, conferendo
jure devoluto Beneficium de Jurepatronatus, ali-
quid de novo non acquirit, ſed ſolummodo jus,
quod habebat non liberum, inſtituendi ſcilicet præ-
ſentatum, ſed exercet actum liberum per viam li-
beræ collationis jure devoluto: adducendo exem-
plum hominis vinculis ligati, qui ſi diſſolvatur, &
ſolutus ambulet, certe non ambulat per poteſtatem
novam ſibi acquiſitam, ſed per eamdem, quam
prius habebat, late *Zabarell. in Clement. Unic.
num. 9. & ſeqq. de ſupplen. negligent. Prælat. Lam-
bertin.*

Berrin. de Jurepatr. lib. 2. p. 3. quæſt. 7. art. 11. n.
2. & ſeqq. Garc. de Beneſic. part. 5. cap. 7. n. 76.
Fermoſin. de Capitul. Sede vacant. quæſt. 23. n. 10.
in fine, late poſt hæc ſcripta *Piton. diſcept.* 124. *n.*
34. *& ſeqq.*

Tertius caſus eſt, quando Beneficium de Jure-
patronatus ex lege fundationis conferri debet uni
ex Conſanguineis, Concivibus, ſeu Perſonis ex
154 certo Collegio: tunc enim quemadmodum non
poteſt Capitulum Sede vacante in illius collatione
ſe ingerere, quia collatio non eſt neceſſaria, ſed
libera, & Collator in conferendo, gratiam, &
liberalitatem exercet, dum potius uni, quam alte-
ri Beneficium conferre poteſt, *Wameſ. conſ.* 260.
n. 3. *Fermoſin. de Capitul. Sed. vacant. quæſt.* 33.
n. 5. *& ſeqq. Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.*
2. *num.* 21. *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 9. §. 1. *n.* 75.
& 77. *Marchett. de Vicar. Capitul. tit.* 32. *n.* 45.
& ſeqq. Dian. Oper. Coordinat. tom. 3. *tract.* 5. *re-*
ſolut. 5. *per tot.* ubi poſt *Merollam* reprobat *Gar-*
ciam, & allegat Concordantes. Ita ſequitur, quod
data hujuſmodi Beneficii devolutione, collatio ex
155 tali jure non ſpectat ad Capitulum, ſed ad Sedem
Apoſtolicam vigore Regulæ. Et ita in una *Cala-*
ritana Beneficii fuit in Curia judicatum per binas
ſententias conformes *de anno* 1687. *ab R. P. D. de*
Aſte, & 1688. *a R. P. D. de Effectibus.*

Rurſus cum Regula loquatur de Beneficiis ad
collationem *aliorum quorumcunque Collatorum Se-*
cularium, & Regularium &c. pertinentibus, com-
prehendit Beneficia; quorum collatio ſpectat ne-
156 dum ad Dignitatem majorem poſt Pontificalem in
Cathedrali, vel principalem in Collegiata, ſed e-
tiam ad alias Dignitates inferiores; cum verba illa
aliorum quorumcunque Callatorum, appoſita poſt
plures ſpecies ſuperius enumeratas, tanquam ge-
neraliſſima, & valde effrenata, ex ſui propria ſi-
gnificatione congruant cuicumque habenti jus con-
ferendi, & comprehendant omne genus perſona-
rum, etiam diverſum ab iis, quæ ſupra deſigna-
tæ fuerant, *ad Text. in leg. Qui autem §. Final.*
ff. de Conſtitut. pecun. cum concordantibus penes
Rot. deciſ. 1280. *num.* 9. *cor. Coccin.* Non obſtan-
te, quod dictioni *quarumcumque*, adnexa repe-
157 riatur dictio *aliorum*; Nam licet dictio præfata
ex ſui natura importet ſimilitudinem, attamen ſtan-
158 te ſubſequenti verbo *quorumcumque*, porrigitur ad
omne genus diverſum, & nullam patitur reſtri-
ctionem, ut in terminis Regulæ *Piton. diſcept.* 12.
n. 38. & præſupponitur *a Rota in Ceſaraugustana*
Beneficii 20. *Novembris* 1686. *cor. clar. mem.*
Card. Caccia, ubi agebatur de Beneficio, cujus
collatio ſpectabat ad Archidiaconum, qui erat
ſexta Dignitas, & *in Wormatien. Cuſtodiæ* 11. *De-*
cembris 1684. *§. Tum denique, cor. Urſino, & in*
Legionen. Beneficii 18. *Februarii* 1701. *coram dell'*
Olmo. Sed quomodo id ſit intelligendum, dice-
mus infra *num.* 255. *& ſeqq.*

Iſti ſunt caſus, in quibus Regula locum habet.
Econtra vero non comprehendit Beneficia, quo-
159 rum collatio eſt Epiſcopo communis cum Capitu-
lo, vel cum alio, ſeu quæ provideri debent ad
alterius præſentationem, vel electionem, ſeu ſup-
plicationem; Nam ea Beneficia vacantia Sede E-
piſcopali vacante, ſunt reſervata Sedi Apoſtolicæ,
quorum collatio eſt libera, & ad ſolam diſpoſitio-
nem Ordinarii, abſque alterius collatione, ele-
ctione, præſentatione, ſeu ſupplicatione ſpectant;
& ſic loquitur dicta Regula, per quam Papa non
intelligit tertio præjudicare, ſed tantum occurrere
diuturnæ vacationi Beneficiorum, ut diximus ſupra.
160 Quod ſane diutinæ vacationis periculum timeri non
poteſt in Beneficiis ſimultaneæ collationis, in qui-
bus, defuncto uno Collatore, totum jus conſoli-
datur in ſuperſtite; ideoque noluit ſub Regula
comprehendere ea Beneficia, quæ cum alio ſunt
communia, *Van Eſpen in Jus Eccleſ. univerſ. part.*
2. *tit.* 23. *cap.* 4. *num.* 15. *Corrad. in Prax. Bene-*
ficial. lib. 3. *cap.* 6. *num.* 71. *& ſeq.* ubi etiam te-
ſtatur de ſtylo Cancellariæ, quæ hujuſmodi verba
conſuevit latiſſime extendere *Garc. de Beneſic.*
part. 5. *cap.* 1. *n.* 229. *& ſeqq.* ubi idem procedere
ait in præſentatione, & ſupplicatione *Gabriel. conſ.*
197. *num.* 1. *Lotter. de re Beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 34.
num. 9. 17. *& ſeqq. Tondut. Quæſt. Beneſic. part.* 2.
cap. 3. §. 3. *num.* 4. *Rot.* poſt eumdem *de Penſion.*
deciſ. 64. *num.* 13. *deciſ.* 184. *num.* 1. *&* 2. *& deciſ.*
897. *num.* 15. *&* 16. *cor. Molines, & in Cremonen.*
Præpoſituræ 5. *Aprilis* 1683. *§. Reſervatio, & §.*
ſequen. in fine, & 10. *Januarii* 1684. *§. Non pro-*
batur, cor. Urſino, & in Cæſaraugustana Beneficii
20. *Novembris* 1686. *§. Argumentum, cor. clar.*
mem. Caccia, & in Segobien. Canonicatus 11. *A-*
prilis 1704. *§. Quæ quidem cor. clar. mem. Card.*
Scotti.

Idque procedit etiamſi collatio ſimultanea inter
Epiſcopum, & Capitulum ſit diviſa per Turnum; 161
Stante enim hujuſmodi diviſione Regula locum
ſibi non vindicat, ſive vacatio contingat in Turno
Capituli, ſive etiam in Turno Epiſcopi, quia per
hujuſmodi diviſionem cenſetur ſolum diviſum ex-
ercitium Juris conferendi ad evitandas diſſentio-
nes, quæ regulariter oriri ſolent inter plurimos in-
ſolidum habentes conferendi facultatem, indiviſa
cæteroquin remanente proprietate, quæ Sede va- 162
cante, per jus non decreſcendi, tota conſolidatur
in Capitulo, *Garc. de Beneſic. part.* 5. *cap.* 1. *n.*
234. *& ſeqq. Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 45. §. 3. *n.*
43. *& ſeqq. Caſtropal. Oper. moral. tom.* 2. *diſput.* 2.
punct. 18. *n.* 5. *Barboſ. de Epiſcop. allegat.* 57. *n.*
90. *& de Canonic. cap.* 14. *Marchett. de Vicar.*
Capitular. part. 2. *tit.* 32. *n.* 30. *Corrad. in Prax.*
Beneſic. lib. 3. *cap.* 6. *n.* 72. *Kochier. ad hanc Re-*
gul. ſub n. 13. *Tondut. dict.* §. 3. *num.* 6. *Antonell.*
de Regimen. Eccleſ. lib. 4. *cap. ultim. n.* 47. *Rot.*
poſt *Tondut. de Penſ. deciſ.* 64. *n.* 13. *& deciſ.* 173.
& 184. *fere per tot. cor. Millino, & deciſ.* 897. *n.*
12. *&* 13. *cor. Molines.*

Quod ſi conſtet in diviſione ſimultaneæ per Tur-
num, fuiſſe etiam diviſam proprietatem, & ſub-
ſtantiam Juris conferendi, itaut Epiſcopus, & Ca-
pitulum, aut alius inferior Collator conſiderentur
in collatione Beneficiorum tamquam duo corpora
diſtincta, & ſeparata, quorum unumquodque ju-
re proprio collationes Beneficiorum in proprio
Turno vacantium expleat; tunc Beneficia in Tur- 163
no Epiſcopi vacantia, Sede Epiſcopali vacante,
quæ alias ad liberam illius diſpoſitionem, ſi viveret,
ſpectaſſent, obnoxia remanent diſpoſitioni Regulæ,
ut in terminis firmant *Gonzal. dict. Gloſſ.* 45. §. 3.
num. 49. *verſ. Ex quibus, Caſtropal. loco citat. n.*
5. *in fine, Barboſ. de Epiſcop. alleg.* 57. *n.* 90. *in*
fine, Rot. dec. 257. *n.* 16. *& ſeqq. part.* 12. *recent.*
& dec. 184. *n.* 5. *cor. Millino.*

Fuit tamen quandoque propoſitum, licet non
reſolutum, quod Capitulum, ſede Epiſcopali va-
cante, Beneficia in Turno Epiſcopi etiam vacan-
tia conferre poſſit, non obſtante, quod diviſa ſit
proprietas Juris conferendi, quia talis diviſio in- 164
telligi debet Sede plena; ea autem vacante, cum
ceſſet ratio diſcordiæ, in qua fundatur diviſio,
præſumitur relicta collatio in terminis Juris com-
munis, quod ſimultaneam impertitur Capitulo,
Rot. deciſ. 173. *num.* 5. *cor. Millino. Garc. de Beneſic.*

part. 5. *cap.* 1. *n.* 239. Sed cum *Gonzales* quoque
viderit dictam Deciſionem *Mellini*, eamque alle-
gaverit in *Gloſſ.* 45. §. 3. *n.* 38. tamen poſtea hunc
articulum examinando a n. 39. ad 52. perſtitit in
165 diſtinctione ſuper diviſione ſolius exercitii, vel etiam
juris, & proprietatis conferendi, & cum ſuppoſi-
to diviſionis ſolius exercitii, proprietate remanen-
te indiviſa, loquitur *Garc. d. cap.* 1. *n.* 239. 241. &
242. propptereaque ex juſtificatione diviſionis etiam
proprietatis pendere videtur reſolutio articuli, an
Beneficia Sede Epiſcopali vacantia in Turno Epi-
ſcopi ſubjaceant Reſolutioni Regulæ: Et ita in una
Colimbrien. ſub Alexandro VII. reſolutum in Con-
gregatione Datariæ, & pluries ſervatum.

Ex quibus autem per diviſionem Simultaneæ
166 cenſeatur diviſa proprietas, & ſubſtantia Juris con-
ferendi, vel ſolum nudum illius exercitium, tra-
dunt *Piton. controv.* 39. & *controverſ.* 100. *a n.* 5.
Rot. deciſ. 278. 296. & 347. *cor. Peutinger.* & *de-
ciſ.* 241. *cor. Bichio*, *deciſ.* 33. *cor. Herrera*, *de-
ciſ.* 836. *cor. Molines*, & *in Parmen. Beneficii* 25.
Februarii 1717. *coram bon. mem. Anſalde.* Ex oc-
caſio fecit id plene examinare in diviſione ſimulta-
neæ Beneficiorum collationis ſpectantis in tribus
Patriarchalibus Eccleſiis Urbis ad Eminentiſſimos
DD. Cardinales Archipreſbyteros, & earumdem
Capitula. Et primo loco de anno 1702. quoad
Beneficia Baſilicæ Sanctæ Mariæ Majoris, occaſio-
ne vacationis in Hebdomada Capituli Beneficiatus
obtenti per Nicolaum *Giani*, qui dum viveret fue-
rat Familiaris Cardinalis Roſpilioſi, & quem Be-
neficiatum, ad excluſionem Datariæ, conferre præ-
tendebat Eminentiſſimus D. Cardinalis Otthobonus
Baſilicæ præfatæ digniſſimus Archipreſbyter, eo
præſertim ſub fundamento, quod inter ipſum, &
Capitulum adeſſet ſolummodo diviſio exercitii con-
ferendi; unde impedito Capitulo in ſua Hebdoma-
da conferre propter reſervationem Beneficiatui in-
hærentem, totum jus penes ipſum, ampliſſimo
gaudentem Indulto conferendi Beneficia reſervata,
etiam ex capite familiaritatis Cardinalitiæ, conſo-
lidatum remanſerat. At Datariæ Miniſtris contra-
rium exiſtimantibus, quod nempe inter Eminen-
tiſſimum Archipreſbyterum, & Capitulum eſſet
etiam diviſa proprietas, & ſubſtantia Juris confe-
rendi, quodque proinde Beneficia vacantia in Tur-
no Capituli, & alicui reſervationi obnoxia ſpecta-
re deberent ad Pontificis collationem: hinc ad con-
troverſiam hanc, non adhuc prius diſcuſſam, di-
rimendam, ſan. mem. Clemens XI. deputavit Con-
gregationem particularem doctiſſimis Viris com-
poſitam, nempe cl. me. Cardinali *Sacripantes* Pro-
datario, & RR. PP. DD. *Priolo*, *Scotto*, *Anſal-
do*, *Lancetta*, *Sac. Rotæ Auditoribus*, nec non
Corradino Subdatario, & *D. Perobitum*; Sed cum
poſt diſtributas ab Eminentiſſimo Archipreſbytero
Informationes in ſcriptis, & expletas etiam a doctis
illius Defenſoribus Informationes in voce, laudati
Rotæ Auditores animum ſuum favore Datariæ
pandidiſſent, laudatus Cardinalis juri ſuo ceſſit, &
proviſio Apoſtolica plenarium obtinuit effectum.
Scribens autem pro Dataria, dicebam.

„ BENEFICIATUS, ſuper quo præſens emer-
„ git quæſtio, vacavit in Hebdomada Capituli;
„ ſed cum Nicolaus *Gianus* ultimus illius poſſeſ-
„ ſor, fuiſſet familiaris clar. mem. Cardinalis *Ro-
„ ſpilioſi*; utique Capitulum conferre non poteſt,
167 „ ſed illius proviſio eſt Sedis Apoſtolicæ diſpoſitio-
„ ni reſervata *ex Regula* 4. *Cancellariæ*, *atque ex
„ Conſtitutionibus Gregor. XIV. la* 19. *ac Pauli V.
„ la* 58.

„ Non obſtat, quod in Bulla erectionis hujuſ-
„ modi Beneficiatorum ſequutæ ex ſuppreſſione
„ nonnullarum antiquarum Cappellaniarum in ea-
„ dem Baſilica exiſtentium, proviſio reſervetur
„ Capitulo, ex quorumcumque perſonis, etiamſi
„ apud *Sedem vacare* contingerent, & ex *quavis
„ cauſa* reſervati, vel affecti exiſtant; Quia hæc
„ facultas poſtmodum revocata fuit, tum in di-
„ ctis Conſtitutionibus Apoſtolicis Gregorii, &
„ Pauli, per quas in ſpecie tolluntur facultates
„ conferendi Beneficia reſervata ex capite vaca- 168
„ tionis *apud Sedem*, & ex capite familiaritatis
„ Cardinalitiæ, tum in Regula 15. Cancellariæ,
„ cujus vigore generaliter ſublatæ ſunt omnes fa- 169
„ cultates conferendi Beneficia reſervata etiam
„ Capitulis conceſſæ; *Rota deciſ.* 2245. *n.* 23. &
„ *ſeqq.* & *deciſ.* 2252. *n.* 5. *cor. Coccin. deciſ.* 285.
„ *n.* 24. & *ſeqq. part.* 9. *tom.* 3. *Recent.* & *in Ti-
„ raſonen. Prioratus* 29. *Aprilis* 1697. §. *Æque
„ faciliter*, *coram Urſino*, & latiſſime *in Virdu-
„ nen. Abatia* 26. *Jun.* 1699. §. 20. & *quatuor ſe-
„ quentibus*, *cor. Reverendiſſimo Molines*, ubi am-
„ pliatur concluſio, etiamſi privilegium conferen-
„ di fuerit conceſſum ex cauſa oneroſa.

„ Concurrentibus præcipue duabus circumſtan-
„ tiis. Prima nempe, quod Dataria reperitur in 170
„ quaſi poſſeſſione conferendi Beneficiatos dictæ
„ Baſilicæ, non ſolum ratione vacationis apud
„ *Sedem*, ſed etiam ex capite familiaritatis Ponti-
„ ficiæ, & Cardinalitiæ reſervatos; ut ex pluri-
„ bus Collationum exemplis quæ exhibentur. Et
„ tamen ſufficeret ita ſemel fuiſſe ſervatum, ut
„ exinde obſervantia interpretativa deducatur. 171
„ *Rota deciſ.* 316. *num.* 14. & *ſeqq. part.* 9. *de-
„ ciſ.* 300. *num.* 28. *part.* 12. *deciſ.* 385. *num.* 35.
„ *part.* 9. *Recent.* cum aliis *in Auguſtana Canonica-
„ tus* 12. *Januarii* 1703. §. *Ex prædictis cor. Rmo
„ Molines.*

„ Et ſecunda, quod Capitulum, ſeu Hebdo-
„ madarius in Turno exiſtens, non eſt in cauſa,
„ nec prætendit collationem ad ſe ſpectare, agnoſ-
„ ſcens ſibi eſſe ligatas manus ex reſervatione,
„ quæ in præſenti concurrit. Quod ſi ſubſiſteret
„ generalis propoſitio exadverſo inculcata, quod
„ ſuper his Beneficiis non cadat ulla reſervatio,
„ Eminentiſſimus Archipreſbyter conferre non
„ poſſet, ſed collatio ſpectaret ad Capitulum, in
„ cujus Hebdomada controverſus Beneficiatus va-
„ cavit; adeoque non poteſt idem Dominus Car-
„ dinalis ſui Indulti vires experiri, niſi cum hoc
„ certo ſuppoſito, quod Capitulum impeditum ſit
„ conferre.

„ Totum itaque Cauſæ momentum in eo con-
„ ſiſtit, an impedito Capitulo conferre Benefi-
„ cium reſervatum, quod in ſuo Turno vacavit,
„ Jus conferendi ſpectet pro hac vice ad Datariam,
„ vel potius competat Eminentiſſimo Archipreſ-
„ bytero habenti ampliſſimum Indultum conferen-
„ di Beneficia, etiam ex capite familiaritatis Car-
„ dinalitiæ reſervata. Et abſque difficultate reſol-
„ vendum credimus, ſpectare ad Datariam. Po-
„ ſita namque diviſione Turni, & Hebdomada- 172
„ rum inter Dominum Cardinalem Archipreſby-
„ terum, & Capitulum, demandata in Brevi
„ ſan. mem. Pii IV. cum quilibet eorum ad hunc
„ effectum jure, & nomine proprio in ſuo Turno,
„ & in ſuis reſpective Hebdomadis conferat; ſe-
„ quitur exinde, quod Eminentiſſimus Archipreſ-
„ byter non poteſt providere Beneficia alias ad Ca-
„ pitulum ſpectantia, quia nihil commune habe- 173
„ re cenſetur cum Capitulo; ſiquidem hoc caſu
„ tanquam duo corpora diverſa judicantur, jux-
„ ta magiſtralem *Rotæ* deciſionem *in Romana*

„ *Benefi-*

„ *Beneficiatus S. Petri 28. Aprilis 1595. coram*
174 „ *Gyptio.* Et in hoc caſu nullatenus ſuffragari po-
„ teſt Indultum; quoniam ſtante hac diviſione
„ Hebdomadarum cum effectu, dici non poteſt
„ Beneficia ſpectare ad communem collationem,
„ ut bene proſequitur *Rota in d. Romana Bene-*
„ *ficiatus §. Non etiam, & §. Non obſtat cor. Gy-*
„ *ptio.*
„ Eoque magis, quia nullo modo docet Emi-
„ nentiſſimus Archipresbyter ſe reperiri in poſſeſ-
„ ſione conferendi hujuſmodi Beneficia in Turno
„ Capituli vacantia; & tamen Indultum compre-
175 „ hendit ſolum ea Beneficia, in quorum quaſi
„ poſſeſſione conferendi D. Cardinalis reperitur,
„ itaut etiamſi proprietas ad ipſum Dominum Car-
„ dinalem ſpectaret, adhuc quando non eſt in
„ quaſi poſſeſſione conferendi, non poteſt uti In-
176 „ dulto, *Germon. de Indult. Card. §. Regularia*
„ *n. 94. & ſeqq. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 5.*
„ *n. 5. & duab. ſeqq. Lotter. de re Benefic. lib. 2.*
„ *quæſt. 21. n. 144. Maſſobr. in Prax. haben. Con-*
„ *curſ. Prælud. 26. Dub. 10. n. 1. Novar. in Summ.*
„ *Bullar. Comment. 81. n. 3. & 4. part. 2. Argel.*
„ *de Acquir. poſſeſſ. quæſt. 20. num. 22. Adden. ad*
„ *Gregor. deciſ. 99. n. 6. Rota cor. Mohedan. deciſ.*
„ 8. *de Privileg. coram Puteo deciſ.* 200. *lib.* 1.
„ *coram Pamphil. deciſ.* 214. *per tot. deciſ.* 783.
„ *n. 4. part. 3. diverſ. in Recent. deciſ. 63. num.*
„ *32. part. 11.* cum aliis *in deciſ. 523. num. 13.*
„ *part. 19. tom. 2.* & proſequitur *Rota in Romana*
„ *Beneficiatus S. Petri 28. Aprilis 1595. §. Non*
„ *etiam cor. Gyptio.*
„ Quæ concluſio, ſi juxta probabilem *Rotæ* Sen-
177 „ tentiam, procedit etiam in caſu, quo ſolum ex-
„ ercitium eſſet diviſum, firma remanente com-
„ munione proprietatis inter Dominum Cardina-
„ lem Archipresbyterum, & Capitulum, prout
„ in his terminis loquitur *Rota in dicta Romana*
„ *cor. Gyptio*, ubi ſupponitur ſolum exercitium di-
„ viſum -- ibi -- *Nihilominus hujus juris exercitium*
„ *inter præfatos diviſum exiſtit* -- Et in *deciſ.* 377.
„ *ſub num.* 18. *part.* 19. *Recent.* ubi agendo de
„ Beneficio reſervato vacante in Turno Capituli,
„ hæc habentur -- *Quia cum collatio hujus Bene-*
„ *ficii ex dicta concordia, & unione, ſive emana-*
„ *verit ſuper proprietate, ſive ſuper exercitio,*
„ *non ſpectaret ad Cardinalem Archipresbyte-*
„ *rum, ejus Vicarius hoc nomine conferre non po-*
„ *terat &c.*
„ Quanto magis procedere debet in præſenti
„ caſu, in quo inter Dominum Cardinalem Ar-
„ chipresbyterum, & Capitulum nullum in prin-
„ cipio adſuit conſortium in jure conferendi, &
„ diviſum eſt nedum exercitium, ſed ipſum jus,
„ & proprietas collationis; Hoc enim caſu, ſi u-
178 „ nus ex Collatoribus deficiat, vel impediatur con-
„ ferre ob reſervationem, tunc collatio non ſpectat
„ ad ſuperſtitem, ſed reſervatur Datariæ; nam
„ cum nulla adſit communio in proprietate, eo
„ magis cenſentur duo corpora ſeparata, quorum
„ unum nihil commune habet in portione alte-
„ rius, *Gonzal. ad regul. 8. Gloſſ. 45. §. 3. num.*
„ *49. & ſeqq. Caſtropal. Oper. moral. tom. 2. tra-*
„ *ctat. 13. diſput. 2. punct. 18. num. 5. in fine. Ro-*
„ *ta deciſ. 377. num. 9. & 10. deciſ. 257. num.*
„ *17. & ſeqq. part. 12. Recent. & cor. Peutinger.*
„ *deciſ. 341. num. 24. & 25. & in dicta Romana*
„ *Beneficiatus S. Petri 28. Aprilis 1595. cor. Gyp-*
„ *tio.*
„ Et revera reſpectu Beneficiatorum hujus Ba-
„ ſilicæ nullum unquam adſuit conſortium in ra-
„ dice circa jus conferendi, nec fuit poſtmodum

„ ſolum exercitium diviſum, ſed in ipſo actu, in
„ quo ſan. memor. Pius IV. erexit hos Beneficia- 179
„ tus, Portiones diſtinxit, & collationem divi-
„ dendo, jus providendi pro duabus hebdomadis
„ aſſignavit Cardinali Archipresbytero, & pro
„ una Capitulo; per quam diſpoſitionem, cum in 180
„ alterutro ex his corporibus fuerit ſolidata pote-
„ ſtas conferendi, nullum poteſt conſiderari con-
„ ſortium, ut advertit *Rota dicta deciſ. 377. n. 9.*
„ *part. 9. Recent.* Supradicta enim diviſio colla-
„ tionum, & hebdomadarum diſtincta reſervatio,
„ ne dum præſeferunt diviſionem uſus, & exerci-
„ tii, ſed & ipſius juris conferendi, itaut in ſuo
„ Turno quilibet jure proprio, non autem com- 181
„ muni conferat, *Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1.*
„ *n. 709. verſ. Et quod ſtante, & part. 11. cap. n.*
„ *39. in fine*, & melius *Rota in Salamantina cor.*
„ *Robuſterio* penes eundem *Garciam dicta parte 5.*
„ *cap. 1. n. 708.* quam ſequitur *Rot. cor. Comitul.*
„ *deciſ. 129. n. 5. & 6.* & in dicta *Romana Bene-*
„ *ficiatus S. Petri coram Gyptio.*
„ Atque hinc non obſtat illa juris Regula, quod
„ in dubio præſumatur diviſum potius exercitium, 182
„ quam proprietas. Quoniam hujuſmodi præſum-
„ tio fortaſſe admitti poſſet, quando ageretur in-
„ ter Epiſcopum, & Capitulum Cathedralis con- 183
„ tendentes ſuper collatione Canonicatuum, ea
„ ratione, quia cum de jure illorum collatio ſit
„ ſimultanea, ſi poſtea per Concordiam pro ma-
„ jori commoditate eadem ſimultanea dividatur,
„ cenſetur diviſio facta quoad ſolum exercitium,
„ ut quanto minus fieri poſſit, recedatur a ju-
„ ris communis diſpoſitione; & in his terminis
„ loquitur *Rota in Tiraſonen. Portionis 7. Maii*
„ 1703. & 14. *Aprilis* 1704 *cor. Reverendiſ. Ma-*
„ *lines*, quæ ulterius non deduxit diviſionem ex-
„ ercitii ex juris præſumtione, ſed ex tenore ip-
„ ſo Concordiæ. Agebatur enim inter Epiſco-
„ pum, & Capitulum Cathedralis, inter quos a
„ principio aderat ſimultanea, quæ poſtmodum
„ fuit diviſa per *Concordiam* pro bono pacis, &
„ pro tranquillo Eccleſiæ ſtatu, & in quamplu-
„ rimis ſucceſſivis collationibus dictum fuerat, jus
„ conferendi eſſe ſimultaneum; Et ita Epiſcopus
„ contra ſe ipſum teſtimonium præbebat, ut vide-
„ re eſt in *Deciſione 7. Maii 1703. §. Objectum*
„ *cum ſeqq.* & altera 14. *Aprilis* 1704. *§. Hac au-*
„ *tem cum ſeqq.*
„ In præſenti non agitur inter Epiſcopum, &
„ Capitulum, qui allegare poſſint collationem
„ eſſe de jure ſimultaneam, & utrique pro medie-
„ tate communem, ſed agitur cum Archipresby- 184
„ tero Collatore extraordinario, & inferiore, ut
„ dicitur *in dicta Romana Beneficiatus S. Petri*,
„ qui de jure non habet ſimultaneam, ſed tan-
„ tum unicam vocem, tanquam unus de Capitu-
„ lo *Rota deciſ. 300. n. 2. & per tot. part. 12. Re-*
„ *cent.* Nec probat inter ipſum, & Capitulum
„ adfuiſſe ab initio ſimultaneam ſuper his Bene-
„ ficiis, nec quod poſtmodum pro bono pacis, &
„ melioris uſus gratia fuerit facta diviſio per Heb-
„ domadas; ſed caſus eſt, quod in ipſo limine
„ erectionis Summus Pontifex unicuique portio-
„ nes ſuas diſtributive attribuit, abſque eo quod
„ in ſucceſſivis collationibus unquam appareat
„ facta mentio de hac prætenſa ſimultanea: In
„ quibus circumſtantiis ſilet juris præſumtio,
„ quod diviſum ſolum fuerit exercitium confe-
„ rendi.
„ Quin præmiſſorum efficacia elidi poſſit ex
„ Brevi Pii IV. in quo Pontifex §. 3. declarando
„ velle ſupprimere Cappellanias, ita diſpoſuit --

„ *Ita tamen, quod habentes juſpatronatus ad Cap-*
„ *pellanias ipſas, idem juſpatronatus ad Beneficia*
„ *erigenda habeant, & Archipresbyter, & Ca-*
„ *pitulum prout de iis Cappellaniis diſponebant,*
„ *de Beneficiis loco illarum erigendis diſponere*
„ *poſſint*, quaſi exinde inſerri poſſit, quod ſicuti
„ erat ſimultanea, & communis proviſio Cappel-
„ laniarum, pari modo deberet eſſe ſimultanea, &
„ communis proviſio Beneficiatorum, illarum lo-
„ co ſubrogatorum.

„ Diſcurſus enim iſte omnimoda laborat inſub-
„ ſiſtentia; ſiquidem Pius IV. licet ſupprimendo
„ Cappellanias voluerit in dicto §. 3. præſervare
„ juſpatronatus ſavore eorum, qui illud habe-
„ bant, & reſpective proviſionem competentem
„ Capitulo, & Archipresbytero: Attamen præ-
„ ſupponit quidem collationem ad Capitulum, &
„ Archipresbyterum ſpectare; ſed non diſponit,
„ nec exprimit, quod proviſio Cappellaniarum eſ-
„ ſet communis quoad ſubſtantiam inter utrumque
„ Corpus: & tamen ut coottatium atgumeotum
„ procederet, ptubandum principaliter eſſet, quod
„ proviſio Cappellaniatum antiquitus fuiſſet com-
„ munis, & ſimultanea; quodque adfuiſſet divi-
„ ſio per Hebdomadas in ſolo uſu, & exercitio,
„ ut exinde per legitimam conſequentiam inſerri
„ poſſet, quod ſicut erat diviſum exercitium in
„ Cappellaniis, ita cenſeri debeat diviſum idem
„ exercitium io Beneficiis de novo poſtea erectis.

„ Reflectendo etiam, quod exadverſo nulla o-
„ ſtenditur uſque ab initio dictarum Cappellania-
„ rum collatio inita per Archipresbyterum ſimul-
„ tanee cum Capitulo. Ex quo argumento negati-
185 „ vo recte deprehenditur, non adfuiſſe inter illos
„ ullam communionem reſpectu antiquarum Cap-
„ pellaniarum, quæ influere poſſit in Beoeficia,
„ illarum loco erecta, ut conſiderat *Rota in Tira-*
„ *ſonen. Portianis* 23. *Junii* 1702. §. *Profecto, co-*
„ *ram R. P. D. Anſaldo.* Et hodie etiam in hac
„ eadem Eccleſia plurimæ adſunt Cappellaniæ,
„ quarum collatio ſimultanea non eſt, ut etiam ad-
„ notavit *Rota deciſ.* 98. *n.* 40. *part.* 19. *Recent.*

„ Sed quod ſavore Emineotiſſ. Archipresbyteri
„ non eruitur ex Brevi Piano in *dict.* §. 3. clariſſi-
„ me ſavore Datariæ præſentis Cauſæ reſolutio e-
„ mergit *ex* §. 7. ejuſdem Brevis, io quo Pontiſex
„ poſtquam Cappellanias ſuppreſſit, & Beneficia-
186 „ tus de novo erexit, voluit, *quod collatio, pro-*
„ *viſio, & qualibet diſpoſitio Beneficiorum hujuſ-*
„ *modi ad Archipresbyterum pro duabus tertiis,*
„ *& alia partibus ad idem Capitulum ſpectent, &*
„ *pertineant*, ut legitur *in eodem* §. 7. Quæ ver-
„ ba reſtrictionem ooo patiuntur ad ſolum exer-
„ citium, ſed omnia collimant, & ſonant etiam in
„ aſſignationem proprietatis pro diviſo, juxta ta-
„ tas unicuique partium diſtributas; cum juxta
„ proprietatem verborum, ille, ad quem ſpectat,
„ & pertinet Beneficiorum pro duabus ex tribus
„ partibus *collatio, proviſio*, atque *diſpoſitio*, uti-
„ que habere cenſeatur etiam proprietatem pro
187 „ duabus tertiis partibus. Verbum enim *diſpone-*
„ *re* procul dubio proprietatem importat, & ver-
188 „ bum *providere* relatum ad perſonas Eccleſiaſti-
„ cas, ſignificat plenam collationem, *Rota cor.*
„ *Bichio deciſ.* 110. *n.* 1. Et dum dixit *ſpectare,*
189 „ *& pertinere*, dominium quoque, & proprieta-
„ tem denotare voluit, ut in terminis ponderat
„ *Rota in deciſ.* 377. *n.* 13. *part.* 9. *& deciſ.* 300.
„ *n.* 1. *part.* 12. ubi quod hæc verba *ſubſtantiam,*
„ *& proprietatem juris conferendi Capitulo attri-*
„ *buunt.*
190 „ Et licet quandoque verbum *pertinere* indicet
„ poſſeſſionem, *ad text. in l. Verbum illud* 181.
„ *ff. de Verbor. ſignificat, Gloſſ. in l. Si quis inten-*
„ *tione, ff. de Judic. Gratian. diſcept. forenſ. cap.*
„ 157. *ſub num.* 20. Attamen in ſuo proprio, &
„ primario ſignificatu ſumitur pro *proprietate*; &
„ nulla concurrit ratio, ob quam in præſenti ca- 191
„ ſu reſtringi debeat ad ſolum uſum, & exerci-
„ tium, quando verbum eſt ampliſſimum, & ca-
„ pax transferendi etiam proprietatem; atque ra-
„ tio ſubjectæ materiæ non reſiſtit, cum non im-
„ plicet poſſe inter plures perſonas dividi proprie- 192
„ tatem collationis. Ideoque cum verba ex ſui
„ genuina ſignificatione importeot etiam proprie-
„ tatem, iſtam quoque conceſſam, & aſſignatam
„ fuiſſe cenſendum eſt, *Rota deciſ.* 264. *num.* 5.
„ *part.* 8. *Recent.*

„ Nec ſubſtantiæ, & proprietatis juris confe-
„ rendi diviſionem, ex dicta verbis §. 7. Brevis
„ Piani elicitam, evitat reſpooſio, quod de pro-
„ prietate conferendi jam Papa diſpoſuerat in ſupe-
„ riori §. 3. io quo voluit, quod Archipresbyter,
„ & Capitulum diſponere poſſent de novis Bene-
„ ficiis, ſicuti diſponebant de Cappellaniis; &
„ proinde dum *in* §. 7. attribuit collationem, diſpo-
„ ſitionem, & proviſionem de iiſdem Beneficiis
„ pro duabus, & reſpective tertia partibus, cen-
„ ſendum eſt loqui de exercitio. Quoniam in dicto
„ §. 3. Papa præſervando collationem, ut prius
„ competentem Capitulo, & Archipresbytero, ni-
„ hil præciſe diſpoſuit, cum ſimilia verba ſtent con-
„ ditionaliter, *Rota deciſ.* 69. *n.* 24. *part.* 19. Et in
„ iis oon determinavit pro qua rata diſpoſitio ad
„ illos ſpectaret, & an Archipresbyter conſideran-
„ dus eſſet tanquam unus de Capitulo, juxta fir-
„ mata *in deciſ.* 300. *part.* 12. *Recent.* vel potius
„ tanquam corpus ſeparatum. Hoc autem decla-
„ rare volens, diſpoſuit per orationem ſeparatam
„ *in* §. 7. quod ad Archipresbyterum pro duabus
„ partibus diſpoſitio ſpectaret, & pro altera ad
„ Capitulum. Sicut enim, juxta contrarium ſen-
„ ſum, verbum *diſpoſitio*, quo uſus eſt Papa in
„ dicto §. 3. importat proprietatem, ita quoque 193
„ dicendum eſt, quod idem verbum *diſpoſitio*, de
„ quo *in* §. 7. proprietatem etiam ſignificet; cum
„ hac ſolum differentia, quod ubi in priori §. 3.
„ in coofuſo Papa aſſignavit proprietatem, in §. 7.
„ magis clare procedendo, declaravit, hanc eam-
„ dem proprietatem diſtributive ad utrumque ſpe-
„ ctare, & pertinere.

„ Et quamvis Pontiſex poſt relata verba §. 7.
„ ſubjunxerit, *ita quod pro duabus per Archipres-*
„ *byterum, & pro alia Hebdomadis per Capitulum*
„ *collationes fieri debeant*; non exinde bene infer-
„ ri valet, quod hæc ſecunda pars intelligenda
„ ſit de nudo exercitio; quia in his ultimis verbis
„ Papa explicare voluit, quomodo intelligenda
„ eſſent illa verba *pro duabus partibus*, quæ cum
„ poſſent importare plures ſenſus, declaravit ille,
„ quod collationes fierent per Hebdomadas, non
„ per diſtributionem ipſarum Cappellaniarum. Et
„ quatenus ſupradicta verba intelligenda eſſent
„ de nudo exercitio: adhuc ex hoc ſolum infer-
„ ri poſſet, quod Papa voluerit ſuper utroque
„ providere, nempe aſſignando proprietatem in
„ priori parte §. 7. cum iis verbis -- *Diſpoſitio ſpe-*
„ *ctet, & pertineat*, & denotando exercitium in
„ iis verbis -- *fieri debeat* -- quæ in ſecunda parte
„ leguntur.

„ Sed quando etiam verba Bullæ Pianæ ali-
„ quam præſeferrent dubietatem; adhuc ea ceſſa-
„ ret ex modo conferendi, quo hactenus tam Ar-
„ chipresbyter, quam Capitulum uſi ſunt. Qui
„ modus

„ modus conferendi præcipue in ſubjecta materia
„ attenditur ad dignoſcendum, an fuerit diviſum
„ ſolum exercitium, an vero etiam jus conferen-
194 „ di. Quando enim ille, ad quem ſpectat Tur-
„ nus, confert communi nomine, tunc ſolum ex-
„ ercitium diviſum cenſetur. At quando uterque
„ ex Collatoribus ſeparatim, jure, & nomine
„ proprio confert, eo caſu dicitur diviſum etiam
„ jus conferendi, ut adamuſſim explicant *Gonzal.*
„ *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 45. §. 1. *n.* 20. allegando in-
„ ter alios *Rotam in Romana Beneficiatus S. Petri*
„ *cor. Gypria*, & illum ſequitur *Peutinger. dec.* 296.
„ *n.* 6. & bene etiam explicatur *in Romana Cleri-*
„ *catus Beneficiatus S. Petri* 3. *Decembris* 1696.
„ *coram R. P. D. Priolo* impreſſ. poſt *Card. de Luc.*
„ *ad materiam Benefic. deciſ.* 24. *n.* 12. §. *Ad co-*
„ *gnoſcendum.*
„ In Baſilica Liberiana voluit Pius IV. quod Ar-
„ chipresbyter in duabus Hebdomadis, & Capi-
„ tulum in una conferret; Has collationes unuſ-
195 „ quiſque nomine, & jure proprio, ac indepen-
„ denter ab alio facit, abſque eo quod in colla-
„ tione, quæ ab uno fit, nomen alterius adhibea-
„ tur, prout quoad D. Cardinalem Archipresby-
„ terum firmavit *Rot. deciſ.* 98. *n.* 41. *& ſeqq. part.*
„ 19. *Recent.* -- ubi *quod Eminentiſſimus Archi-*
„ *presbyter independenter a Capitulo habet jus pro-*
„ *prium, & ſuas Hebdomadas collationis diſtinctas*
„ *ab Hebdomada, & jure Capituli.* Et quoad
„ Capitulum reſultat ex ipſa formula collationis,
„ in cujus principio ſimpliciter habetur -- *Capitu-*
„ *lum, & Canon et Sacroſanctæ Baſilicæ S. Mariæ*
„ *Majoris de Urbe* --, quæ verba demonſtrant,
„ ſubſequentem actum collationis fieri nomine ſo-
„ lius Capituli, *Rot. deciſ.* 377. *n.* 15. *par.* 9. *Re-*
„ *cent.* Et in corpore, nulla facta mentione Emi-
„ nentiſſimi Archipresbyteri, enunciatur, colla-
„ tionem ſpectare ad Capitulum, prævia nomina-
„ tione, ſeu præſentatione Canonici turnatii; &
„ ipſum Capitulum confert, & mandat, ut ſua
„ vice, & auctoritate Proviſus inducatur in poſ-
„ ſeſſionem: quæ omnia demonſtrant, fieri colla-
„ tionem nomine ipſius Capituli, independenter
„ a D. Cardinali Archipresbytero, *Lotter. de re*
„ *Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 21. *n.* 92. *Rota deciſ.* 377.
„ *n.* 16. *part.* 9. *deciſ.* 300. *n.* 10. *part.* 12. *& de-*
„ *ciſ.* 121. *n.* 7. *part.* 19. *Recent.* Ergo ſtantibus
„ his collationibus nomine proprio expletis, non
196 „ eſt diviſum ſolum, & nudum factum exerci-
„ tii, ſed ipſa proprietas collationis.
„ Videmus id ipſum ſervari in Baſilica Vatica-
„ na, in qua Dominus Cardinalis Archipresby-
„ ter ſe non ingerit in Beneficiis reſervatis vacan-
„ tibus in Hebdomada Capituli, ſed poſita reſer-
„ vatione, proviſio ad Papam libere ſpectat; prout
„ cum pluribus exemplis comprobatur. Non ob-
„ ſtante reſponſione, quod exemplis non ſit judi-
197 „ candum, & a conſuetudine unius Eccleſiæ non
„ poſſit ad aliam inferri; *quia hoc non procedit*
„ *in præſenti, ubi tale jus conceſſum legitur ab*
„ *eodem Pio Quarto Capitulo S. Mariæ Majoris*
„ *ad formam Baſilicæ Vaticanæ*, ut totidem
„ verbis ait *Rota in dicta Romana Clericatus Be-*
„ *neficiatus* 3. *Decembris* 1696. *cor. R. P. D.*
„ *Priolo* poſt *de Luc. ad materiam de Beneficiis*
198 „ *deciſ.* 24. *n.* 18. *Et demum.* Et licet exemplis
„ non ſit judicandum; attamen in rebus dubiis
„ exempla declarant, & pro declaratione atten-
„ dentur, ut inquit *Text. in l. Præter alias Ju-*
„ *lianus* §. *Quatis*, *ff. de Collat. bonorum* -- ibi --
„ *Quod dica exempla ut manifeſtius fiat* -- *Oldrad.*
„ *conſ.* 224. *num.* 14. *verſ. Quinta*, *Bald. conſ.* 358.
„ *num.* 4. *verſ. Sed quid eſt num.* 1.
„ Rurſus non tam urget exemplum, quam ur-
„ gent rationes, quibus exemplum nititur. Quod
„ enim proviſio Beneficiorum Baſilicæ Vaticanæ
„ vacantium in Turno Capituli, ſpectet ad Sum-
„ mum Pontificem, ſi ſunt reſervata, non pro-
„ venit ex conſuetudine, quia vix credibile eſt,
„ quod Cardinales Archipresbyteri paſſi fuiſſent
„ introduci hanc conſuetudinem adeo præjudicia-
„ lem eorum dignitati; Sed vera, & genuina ra-
„ tio eſt illa, quam reddidit *Rota coram Cyptio*,
„ & coram *R. P. D. Priolo*, quod ſcilicet Emi-
„ nentiſſimus ille Archipresbyter, & Capitulum
„ ſunt duo corpora diverſa; & quia unus nihil
„ commune habet in Hebdomada alterius, & u-
„ nuſquiſque jure, & nomine proprio confert in-
„ dependenter ab altero. Cumque hujuſmodi ra-
„ tiones adamuſſim in caſu noſtro militent; nil re-
„ levat, quod agatur de Eccleſiis diverſis, cum
„ vis ſtet ſuper rationibus, & regulis legalibus ab
„ iiſdem Deciſionibus adductis, & æque applica-
„ bilibus etiam præſenti hypotheſi, ad tradita per
„ *Rotam deciſ.* 364. *n.* 13. *& deciſ.* 378. *ſub n.* 7.
„ *cor. Seraphino*, *in Recent. deciſ.* 424. *n.* 4. *in fine*
„ *part.* 3. *& in Segobien. Canonicatus* 11. *Aprilis*
„ 1704. §. *Quæ quidem coram R. P. D. Scotto.*
„ Hæc quoque juris diſpoſitio vigebat in Eccle-
„ ſia Lateranenſi, antequam ſan. mem. Innocen- 199
„ tius XII. anno 1698. ſuo particulari Brevi col-
„ lationem Beneficiorum dictæ Baſilicæ commu-
„ nem, & ſimultaneam fecit; nam antea, cum
„ adeſſet inter illos plenaria Turni diviſio, & u-
„ nuſquiſque nomine, & jure proprio conferret,
„ Dominus Cardinalis Archipresbyter non confe-
„ rebat Beneficia vacantia in Turno Capituli, *ex*
„ *dicta deciſ.* 377. *part.* 9. *Recent.* Et adnotavit
„ inſignis Beneficialiſta *Armindus Riccius* in libro,
„ qui in Datariæ Archivio aſſervatur ſub titulo --
„ *Caſus diverſi ſuper collatione Beneficiorum deciſi,*
„ *& practicati ſub Pontificatu Alexandri VII.*
„ his verbis -- *Beneficia vacantia in Turno Capi-*
„ *tuli Lateranenſis eſſe reſervata, neque Cardi-*
„ *nalem Columnam Archipresbyterum potuiſſe con-*
„ *ferre, attenta omnimoda diviſione Turni inter*
„ *ipſum, & Capitulum, pronunciatum fuit a R. P.*
„ *D. Ariolo A. C. Locumtenente, in Urbinaten.*
„ *Beneficii contra Abatem Amaldum de anno*
„ 1664. Quamobrem cum in Baſilica Liberiana
„ adſit quoque plenaria Turni diviſio, nedum
„ quoad exercitium, ſed etiam quoad proprieta-
„ tem, eadem militare debet juris diſpoſitio, *ad*
„ *Text. in l. Illud*, *C. de Sacroſ. Eccleſ. leg. Illud*
„ *ff. ad leg. Aquil. Abbas in Cap. Nihil n.* 5. *de*
„ *Elect. Dec. conſ.* 15. *n.* 2. *& conſ.* 301. *num.* 6.
„ *&* 8.
„ Hinc ſuperfluum eſt diſputare, an hypothe-
„ ſi applicetur jus accreſcendi, ſeu non decreſcen-
„ di, juxta terminos civiles, qui in materia hæ-
„ reditatum, & Succeſſionum adhibentur; Quia
„ in hac re Beneficiali habemus peculiares regu- 200
„ las, ut non detur hoc jus accreſcendi, ſeu non
„ decreſcendi, quando collatio eſt diviſa per
„ Turnum inter plures Collatores; præcipue quan-
„ do cum exercitio eſt diviſa ipſa proprietas, &
„ quando habemus doctrinas punctuales ſuperius 201
„ deductas, regulæ generales, & argumenta ge-
„ neralia non attenduntur, *Beccius conſ.* 2. *n.* 51.
„ *Magon. deciſ. Florentin.* 66. *num.* 21. *& ſeqq.*
„ *Rota deciſ.* 721. *n.* 5. *verſ. Ideo omnis part.* 2.
„ *Recent.*
„ Quinimo etiam juxta terminos profanos
„ Succeſſionis, & Legati, non poſſet dari jus ac-

X 4 „ creſcen-

„ creſcendi, quia dum Pius IV. voluit, collatio-
„ nem ſpectare pro duabus Hebdomadis ad Ar-
„ chipresbyterum, & pro una ad Capitulum,
„ jam collationem in certas, & diſtinctas partes
„ diviſit, & diſtribuit; Et ſtante hac partium aſ-
202 „ ſignatione, jus accreſcendi non datur, ut poſt
„ *Bellon. de Jur. accreſcendi cap. 5. quæſt. prima*
„ *n. 5. & 6. & quæſt. 7.* n. 1. *& per tot.* firmat *Car-*
„ *din. de Luc. de Fideicom. diſc.* 111. *n.* 3. Et in
203 „ caſu, quo jus nominandi ad dotale ſubſidium
„ fuerat diſtributum in certas, & diſtinctas par-
„ tes, *Rota in Romana nominationis Dotium* 11.
„ *Aprilis* 1704. *§. In nihilo cum ſeqq. coram R.*
„ *P. D. Lancetta.*

„ Atque in terminis magis proximis, ſi duo-
„ bus ejuſdem Prædii uſusfructus alternis annis
204 „ legetur, ad hoc nempe ut unus in uno anno,
„ alter altero anno fruatur: uno ex uſufructuariis
„ defuncto, plena erit apud hæredem proprietas,
„ *neque enim accreſcere alteri quicquam poteſt,*
„ *quoniam per propria quiſque tempora, non con-*
„ *currente altero, fructus integros habuit*, ut ſunt
„ verba *Text. in l. 2. ff. Quibus modis uſufruct. a-*
„ *mittat.* cum aliis apud *Bellon. de Jur. accreſcen.*
„ *cap. 5. quæſt. 17. n. 5. §. 2.*

„ Et hic eſt caſus noſter. Collatio enim, &
205 „ Jus turnandi eſt in fructu, *Rota dec. 603. n. 2.*
„ *part. 4. diverſ. & in dicta Romana Clericatus* 13.
„ *Maii* 1695. *in fine cor. R. P. D. Priolo* poſt *de*
„ *Luc. dec. 23. & 24. ad materiam de Benefic. &*
„ *in Segobien. Canonicatus* 2. *Aprilis* 1704. *§. Al-*
„ *tera*, confirmata 9. *Martii* 1606. *§. Cum ita-*
„ *que cor. R. P. D. Anſaldo:* Jus percipiendi hos
„ fructus, per partes diſtinctas aſſignatum eſt al-
„ ternative in ſuis reſpective Hebdomadis Emi-
„ nentiſſimo Archipresbytero, & Capitulo; U-
„ nuſquiſque per propria tempora hos fructus in-
206 „ tegre percipit, abſque alterius concurſu; Ergo
„ accreſcere alteri quidquam non poteſt, ſi unus
„ ex illis deficiat, juxta diſpoſitionem dicti *Text.*
„ qui loquendo de uſufructu, eſt omnino appli-
„ cabilis Juri conferendi, quod eſt cauſa fructuum
„ productiva, *Cardinalis de Luca de Jurepatr.*
„ *diſc. 41. n. 6.*

„ Minuſque obſtat exemplum Juriſpatronatus,
„ in quo uno ex Patronis impedito, totum Jus
207 „ conſolidatur, & reſidet penes illum, qui præ-
„ ſentare poteſt. Primo, qoia in Jurepatronatus
„ ſolum exercitium diviſibile eſt, & proprietas
„ ſemper inſolidum remanet penes omnes Patro-
„ nos; ideoque uno impedito, per jus non decre-
„ ſcendi, rotum exercitium remanet penes alium,
„ prout in his terminis loquuntur Doctores, qui
208 „ in contrarium allegantur. Proprietas autem col-
„ lationis, licet de Jure communi ſit individua,
„ tamen poteſt dividi de Jure ſpeciali, ſeu ſingu-
„ lari, nempe ex Concordia, Conſuetudine, &
„ facto Summi Pontificis, juxta omnes Auctorita-
„ tes ſupra adductas; & ideo nil mirum, ſi in Ju-
„ repatronatu detur Jus non decreſcendi, cum ſit
„ individuum quoad ſui ſubſtantiam penes omnes
„ Patronos inſolidum reſidens, & ſolum quoad
„ voces ſit dividuum, ad firmata per *Bellon. de*
„ *Jure accreſcendi cap. 6. quæſt. 48. n. 5. & 20.*

„ Rurſus tunc in Jurepatronatus, cujus exerci-
209 „ tium per Turnum diviſum eſt, habet locum Jus
„ non decreſcendi, quando diviſio exercitii jam
„ expiraverat, vel quando unus ex Patronis præ-
„ ſentare non vult; Sed quando diviſo uſu, &
„ exercitio, unus ex Patronis præſentare non po-
„ teſt, quia habet manus ligatas concurrente re-
„ ſervatione, tunc non intrat Jus conſolidationis,
„ ſeu non decreſcendi; ut exemplum habemus in
„ Jurepatronatus mixto, quod licet ſtante com-
„ munione exercitii non cadat ſub reſervationibus
„ Apoſtolicis, ſed in totum reputetur laicale: at-
„ tamen ſi poſtea fiat diviſio per Turnum inter 210
„ Laicum, & Capitulum, ſi Capitulo in Turno
„ exiſtente, contingat vacatio in Menſe reſervato,
„ aut alias Beneficium ſit affectum, collatio ſpe-
„ ctat ad Datariam, nec Patronus laicus per viam
„ conſolidationis poteſt præſentare, ſtante dicta
„ diviſione per Turnum, cujus vigore exercitium
„ ipſum reſervatione afficitur, ut concordan. re-
„ latis reſpondit *Rota cor. Priolo deciſ. 362. n.* 11.
„ *& 12. & dec. 383. n. 15. & ſeqq. ac deciſ. 432.*
„ *n.* 18. cum aliis *in Aprutina Beneficii* 19. *Junii*
„ 1705. *§. Viſum cor. R. P. D. Scotto.* Adeoque
„ clarius ſemper apparet, quod ſtante diviſione
„ Turni etiam in ſolo exercitio, Jus non decre-
„ ſcendi locum minime habeat.

„ Neque etiam refragatur, quod ideo Pius IV.
„ diviſit Jus conferendi, & diſtributionem partium
„ fecit, quia duas hebdomadas Archipresbytero,
„ & unam Capitulo aſſignare intendebat. Etenim
„ vis non ſtat in majori numero Hebdomadarum, 211
„ potius uni, quam alteri corpori conceſſarum,
„ ſed in ipſa diviſione, & in modo, quo fuit fa-
„ cta hæc diſtributio, nempe an fuerit facta *etiam*
„ *quoad proprietatem*: quod non arguitur ex ma-
„ jori numero hebdomadarum, ſed a modo con-
„ ferendi, & ex eo, an collationes communi no-
„ mine fiant, vel potius unuſquiſque jure, & no-
„ mine proprio conferat. Cum cæteroquin nulla
„ adſit repugnantia, quin poſſit proprietas col- 212
„ lationis uni aſſignari pro duabus partibus, & al-
„ teri pro reliqua tertia parte, ſicuti factum fuit
„ in Regul. IX. Cancellariæ, in qua Jus conferen-
„ di pro duabus partibus reſervatur Summo Pon-
„ tifici, & pro tertia Epiſcopo; & in Cardinalibus 213
„ dimittentibus Eccleſias Cathedrales, quibus aſ-
„ ſignantur pariter octo menſes, & reliqui qua-
„ tuor Epiſcopo ſucceſſori; & tali caſu cum nul-
„ lum inter eos adſit conſortium, ſed ſit diviſa
„ ipſa proprietas per menſes; Epiſcopo impedito
„ conferre, utpote quia ſit mortuus, Cardinalis
„ non providet, ſed collatio ſpectat ad Datariam,
„ *Adden. ad Gregor. deciſ.* 291. *n* 8. *in fine.* Quam-
„ obrem non attento majori, vel minori numero
„ partium, baſis hujus controverſiæ in eo reſidet,
„ an proprietas hujuſmodi collationis eſſet diviſa,
„ vel adhuc remaneat communis.

„ Simili modo non officit, quod in Baſilica Li-
„ beriana correctio, viſitatio, & facultas conden-
„ di Statuta ſit indiviſa inter Eminentiſſimum Ar-
„ chipresbyterum, & Capitulum. Quia cum in
„ conceſſione Juriſdictionis Pius IV. partium di-
„ ſtributionem non fecerit, prout ſpecialiter fecit
„ circa collationem, & Jus conferendi; hinc eſt,
„ quod a Juriſdictione communi in proprietate,
„ inferri nequit ad communem proprietatem in 214
„ Jure conferendi, circa quod facta fuit ſpecialis
„ proviſio, ut reſpondit *Rota deciſ. 300. num. 33.*
„ *part.* 12. *Recent.* Et nunquam cenſentur pariſi-
„ cata ea, ſoper quibus particulariter, & diver- 215
„ ſimode fuit proviſum, *Rota dec. 98. n. 22. par.*
„ 19. *Recent.* Eoque magis, quia in facultate con-
„ dendi Statuta ad praxim deduci non poterat di- 216
„ ſtributio per hebdomadas, ſed inſolidum con-
„ cedi debebat, cum e converſo jus, & proprie-
„ tas conferendi per Turnos, Menſes, & Heb-
„ domadas diſtribui poſſit.

„ Demum quoad obſervantiam, ea aſſiſtit Da-
„ tariæ, juxta exempla, quæ exhibentur; & licet 217
„ in

„ in iis non exprimatur, quod vacationes ſucceſ-
„ ſerint in Hebdomadis Capituli; attamen aliter
„ evenire non potuit, præſertim quoad duos ca-
„ ſus in praxi ſub Innocentio X. & Alexandro
„ VII, tempore, quo Archipresbyter Baſilicæ e-
„ rat clar. mem. Cardinalis *Antonius Barberinus*.
„ In his namque caſibus providit Dataria, ex
„ quo ultimi Poſſeſſores fuerant familiares Pauli
„ V. Gregorii XV. & Urbani VIII. jam præde-
„ functorum: & tamen ſi vacaſſent in Hebdoma-
„ dis clar. me. Cardinalis *Antonii*, Collatio ad
„ ipſum ſpectaſſet, quia uti Pontificis Nepos, ha-
„ bebat facultates ampliſſimas conferendi Beneficia
„ etiam multiplici reſervatione affecta, & etiam
„ ea, quæ vacabant ex capite familiaritatis cum
„ Pontifice defuncto, eodem modo, quo annis
„ elapſis ipſe Emus Card. Otthobonus contulit Ca-
„ nonicatum Baſilicæ SS. Laurentii, & Damaſi
„ per obitum *Tempeſtini*, quamvis fuiſſet Dapi-
„ fer, & familiaris gl. me. Alexan. VIII. Ergo
„ dum in his caſibus contulit Dataria, dicendum
„ eſt pernecesse vacaſſe in Hebdomada Capituli,
„ non autem Cardinalis Archipresbyteri. Idem-
„ que dicendum erit in alio caſu ſervato ſub Pau-
„ lo V. ubi concurrebat reſervatio ex capite Of-
„ ficii Scutiferatus; nam a Cardinali Archipreſ-
„ bytero expleta fuiſſet Collatio, ſi Beneficiatus
„ in ejus Hebdomada vacaſſet, cum dicta reſerva-
„ tionis ſpecies cadat ſub Indulto, *Rota deciſ.*
„ *169. n. 6. & ſeqq. coram Priolo.*

„ Eoque magis hujuſmodi obſervantia favore
„ Datariæ magnam ſibi in hypotheſi vindicat au-
„ ctoritatem, ex quo ſpatio 150. annorum, nul-
„ lus ex parte Eminentiſſimi Otthoboni adduci-
„ tur caſus, in quo Cardinales Archipresbyteri
„ contulerint Beneficia reſervata vacantia in Heb-
„ domada Capituli; abſque eo, quod contraria
„ obſervantia deduci poſſit ex caſu diverſo, ex eo
„ nempe, quod Archipresbyteratu vacante, om-
„ nes Hebdomadæ ſpectant ad Capitulum: quod
„ tamen nullius eſt momenti, nedum quia, ut re-
218 „ levet obſervantia, debet illa probari in caſu præ-
„ cipuo, de quo agitur, & adduci caſus indivi-
„ duus, *Rota dict. deciſ. 98. n. 39. part. 19. Re-*
„ *centior.* Verum etiam, quia cum hæc aſſignatio
„ Hebdomadarum, alias ad Archipresbyterum vi-
„ ventem ſpectantium, proceſſerit ex privato fa-
„ cto Capituli, nullum inferri potuit præjudicium
„ Summo Pontifici, qui ex facto Capituli liga-
„ ri non poterat, ut in debilioribus terminis *Ro-*
219 „ *ta d. deciſ. 98. num. 42. part. 19. Recent.* Cum
„ enim vacante Archipresbyteratu, Beneficia ad
„ collationem Archipresbyteri ſpectantia, ſint re-
„ ſervata vigore Regulæ II. Cancellariæ, de qua
„ *Rota in Cæſarauguſtana 20. Novembris 1686.*
„ *cor. clar. mem. Cardinal. Caccia*, penes *D. Pi-*
„ *ton. Tom. 1. pag. 250. n. 39.* hinc eſt, quod non
„ poterat Capitulum vacantes Hebdomadas, de-
„ functo Archipresbytero, & de ſcientia Summi
„ Pontificis non docto, in proprium commodum
„ reſervare, & jus conferendi ſibi ipſi applicare,
220 „ cum inferior quidquam facere non poſſit, per
„ quod reſervationes Apoſtolicæ tollantur, & ab-
„ rogentur, *Gonzal. ad Regul. 8. Gloſſ. 45. §. 1.*
„ *n. 69. & 56. Rota cor. Merlino deciſ. 140. n. 6.*
„ *& in Hiſpalen. Diviſionis Simultaneæ 4. Junii*
„ *1700. §. Et demum cum ſeqq. cor. Priolo, & in*
„ *Cæſarauguſtana Portionis 2. Julii 1703. §. Et de-*
„ *mum cor. bon. mem. Muta.*

„ Fortius, quia reſpectu unici caſus, qui in
„ contrarium enunciatur de Collatione facta per
„ Capitulum ad nominationem R. P. D. *Anſaldi*,
„ tempore, quo vacabat Archipresbyteratus, in
„ facto non conſtat, quod Beneficiatus ille vacaſ-
„ ſet in Hebdomada, quæ alias ad Archipresby-
„ terum viventem ſpectaſſet, nec ad hunc effe-
„ ctum ſufficit ſola enunciativa emiſſa in atteſta-
„ tione D. Secretarii, ſed id probandum eſt per
„ ipſam exhibitionem tituli, ſeu litterarum paten-
„ tium cum hac expreſſione factarum; cum alias
„ potuiſſet R. P. D. *Anſaldus* nominare cum ſup-
„ poſito, quod illa eſſet propria Hebdomada Ca-
„ pituli, tamquam Capituli, non autem tamquam
„ ſubrogati loco Archipresbyteri.

„ Ceſſatque in hoc puncto omnis difficultas, ex 221
„ quo etiam in his terminis Dataria reperitur in
„ quaſi poſſeſſione conferendi; nam defuncto an-
„ no 1689. Auguſtino *Faſcina*, Archipresbytera-
„ tu Baſilicæ tunc *vacante*, & in turno Archi-
„ presbyteri, Collatio facta fuit a ſan. mem. Ale-
„ xandro VIII. ſub Datum apud *Sanctam Mariam*
„ *Majorem decima Kalendas Decembris Pontifica-*
„ *tus anno Primo.* Unde in concurſu horum a-
„ ctuum, aut prævalere debet Collatio Principis,
„ (ad quem unice ſpectat ſuas interpretari Con-
„ ſtitutiones) collationi Capituli, quod in ſui fa-
„ vorem Pianum Indultum (quamvis eſſet dubium)
„ interpretari non poterat; Aut actus ipſi ad invi-
„ cem ſe deſtruunt, & elidunt; ideoque nulla po-
„ teſt dici efformata obſervantia pro Capitulo, e-
„ tiam in hoc extraneo caſu obitus Archipresby-
„ teri; cum obſervantia debeat eſſe omnino incon- 222
„ cuſſa, uniformis, & non eliſa ex actibus con-
„ trariis, *Gabriel. conſil. 46. n. 52. lib. 1. Rota de-*
„ *ciſ. 285. n. 6. deciſ. 288. n. 1. part. 6. deciſ. 235.*
„ *n. 14. 22. & 23. part. 13. deciſ. 492. num. 18.*
„ *part. 19. Recent.*

„ Ea quoque accedente notabili differentia in-
„ ter unum caſum, & alterum, quod quando
„ ſan. mem. Alexander VIII. contulit Beneficia-
„ tum poſt obitum Archipresbyteri tunc in turno
„ exiſtentis, Capitulum ſcivit proviſionem Apo-
„ ſtolicam, nec reclamavit; paſſuſque eſt Provi-
„ ſum Apoſtolicum pacifice frui Gratia Pontificia
„ clare exprimentis totam rei ſeriem in Literis A-
„ poſtolicis; Econverſo vero, quando Capitulum
„ contulit, Dataria nec vacationis, nec collatio-
„ nis, nec Hebdomadæ, in qua vacatio evenit,
„ notitiam habuit; & ſine hac ſcientia nullum ei 223
„ irrogari potuit (etiam in eo caſu, quod agere-
„ tur cum Capitulo) præjudicium, ut in his ter-
„ minis *Coccin. & Lancellott.* apud *Amayden. de*
„ *ſtylo Datariæ lib. 1. cap. 34. pag. 220. §. Quin-*
„ *to, ante finem, Rot. deciſ. 436. n. 9. cor. eodem*
„ *Coccina*, cum ibi allegatis.

„ Iſtaque omnia eo magis favore Datariæ mi-
„ litant, quia non agitur cum Ordinario, & pro-
„ prio Collatore, conferre volente jure proprio,
„ nativo, & Epiſcopali; ſed agitur cum Collato- 224
„ re extraordinario, conferente ex privilegio, &
„ jure dativo, & accidentali, ac ex facultate ſibi
„ delegata in Eccleſia, cujus Epiſcopus eſt ipſe
„ Summus Pontifex, *Cardinalis de Luca de Bene-*
„ *fic. diſc. 1. n. 20. Rota coram Achille de Graſſis*
„ *deciſ. 1. de Offic. Ordinar. & in dicta Romana*
„ *Beneficiatus Sancti Petri coram Gypſio §. Maxime.*
„ Adeoque dum jus conferendi illi conceſſum, le-
„ gitur reſtrictum ad duas Hebdomadas, hæc fa-
„ cultas dictos terminos egredi non debet, nec
„ comprehendere Beneficia vacantia in tertia Heb-
„ domada, ex Regula, quod poteſtas delegata 225
„ ſtricte eſt intelligenda, nec extenditur ad res,
„ & caſus in delegatione non ſpecificatos, *ad Text.*
„ *in Cap. Cui 27. de Præbend. in 6. Rota deciſ. 400.*
num. 36.

Digitized by Google

„ *num.* 36. *part.* 18. *Recent. deciſ.* 14. *n.* 18. *poſt*
„ *Novar. in Summ. Bull. & in Carduben. Beneſi-*
„ *ciorum* 18. *Februarii* 1704. *§. Pro non compre-*
„ *henſione, cor. Reverendiſſimo Molines, & in Ba-*
„ *nonien. Hoſpitalis* 6. *Junii* 1707. *§. Fortius,*
„ *coram R. P. D. Lancetta, &* 6. *Decembris ejuſ-*
„ *dem anni §. Nullitatem in fine, cor. R. P. D.*
„ *Omanna.*

Hactenus Diſcurſus. Sed cum anno 1704. pla-
cuerit ſan. mem. Cardinali Sacripantes meum pro
veritate exquirere ſenſum, an vacante in Baſilica
S. Joannis Lateranenſis Beneficio reſervato, Ca-
pitulo in Turnn exiſtente, illius Collatio ſpecta-
re deberet ad Datariam, vel potius ad Cardinalem
Archipresbyterum gaudentem Indulto conferendi
Beneficia reſervata; Reſpondi contra Datariam ex
fundamento, quod in Baſilica præfata proprietas,
& ſubſtantia juris conferendi eſt indiviſa inter
Capitulum, & Cardinalem Archipresbyterum,
inter quos ſolum diviſum reperitur nudum, & ſim-
plex ejuſdem juris exercitium; unde impedito
Capitulo Beneficia reſervata in ſuo Turno vacan-
tia conferre, tota conferendi facultas, per quoddam
jus non decreſcendi, remanet penes Cardinalem
Archipresbyterum, qui proinde vigore Indulti ea
conferre poterit. Tenor autem Diſcurſus, eſt qui
ſequitur.

„ VACAVIT nuper ſimplex Beneficium in ſo-
„ lo Lateranenſi ſitum; Sed cum Canonicus, in cu-
„ jus Hebdomada vacavit, nominare non poſſit,
„ nec Capitulum conferre, quia ultimus Benefi-
„ ciatus erat Protonotarius, in controverſiam ve-
„ nit, an dicti Beneficii Collatio ſpectet ad Data-
„ riam, vel potius ad D. Cardinalem Archipres-
„ byterum habentem Indultum conferendi Benefi-
„ cia, etiam ex capite Protonotariatus, reſervata.

„ In ſenſu veritatis exiſtimarem, ſpectare ad
„ D. Cardinalem Archipresbyterum ex noviſſima
226 „ Conſtitutione ſan. memor. Innocentii XII. anno
„ 1698. emanata ſuper modo conferendi Benefi-
„ cia Lateranenſis Eccleſiæ tam intra, quam ex-
„ tra Urbem conſiſtentia. In ea namque, ſubla-
„ tis antiquis Concordiis, & Conſuetudinibus,
„ quæ in Collationibus hujuſmodi Beneficiorum
„ ſervabantur, ſtatutum fuit, quod imposterum,
„ omnium Beneficiorum indifferenter Collatio ſi-
„ ſimultanea ſit inter Archipresbyterum, & Ca-
„ pitulum: diviſo inter eoſdem per Hebdomadas
„ Collationis ſimultaneæ hujuſmodi exercitio;
„ Quo poſito, cum fuerit nudum exercitium di-
„ viſum, & ipſa proprietas, ac ſubſtantia juris con-
„ ferendi tamquam individua inter utrumque So-
„ cium indiviſa permanſerit: ſequitur, quod im-
„ pedito Capitulo conferre, tota facultas per quod-
„ dam jus non decreſcendi remanſerit penes D.
227 „ Cardinalem, qui vigore Indulti poteſtatem ha-
„ bet conferendi Beneficia reſervata; ex recepta
„ Concluſione, quod quando unus ex habentibus
228 „ ſimultaneam deficit, vel impeditur conferre,
„ totum jus perſeverat in ſuperſtite, ſeu in illo,
„ qui conferre non eſt impeditus, *Gonzal. ad Re-*
„ *gul. VIII. Cancell. Gloſſ.* 45. *§.* 3. *n.* 44. *& ſeqq.*
„ *Garc. de Beneſic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 234. *&*
„ *plurib. ſeqq. Corrad. in Prax. Beneſic. lib.* 3. *cap.*
„ 6. *num.* 72. *Rota cor. Millino deciſ.* 184. *num.* 1.
„ *& ſeqq. & in Tiraſonen. Portionis* 23. *Junii* 1702.
„ *§. Attamen cum ſeq. cor. R. P. D. Anſaldo, &*
„ 7. *Maii* 1703. *§. Juſtificatio*, & latius in *§. Ceſ-*
„ *ſare, coram Reverendiſſimo Molines.*

„ Præſertim cum in Indulto concedatur expreſ-
„ ſe facultas D. Cardinali, ut ſolus conferre poſ-
229 „ ſit Beneficia pertinentia ad ſuam, etiam cum
„ alio, vel aliis, collationem, juxta formulam
„ apud *Germon. de Indult. Cardinal. §. Tibi pag.*
„ *mihi* 430. Unde dubitari non poteſt, quod im-
„ pedito Capitulo, poſſit D. Cardinalis Archipres- 230
„ byter ſolus conferre Beneficia communia cum
„ Capitulo Lateranenſi, quorum Collatio eſt in
„ ſolidum apud utrumque, licet exercitium ſit di-
„ viſum, ut admiſſum fuit in *deciſ.* 366. *num.* 16.
„ *& ſeqq. & num.* 36. *part.* 11. *Recent.* in qua ideo
„ dictum fuit prævalere Apoſtolicam Proviſio-
„ nem, quia Collatio facta fuerat a ſolo Capitu-
„ lo, non autem ab Archipresbytero, quem po-
„ tuiſſe conferre ibidem expreſſe admittitur ratio-
„ ne ſolidalis pertinentiæ utrique competentis.

„ Non obſtat, quod ſi Collatio hujus Beneficii
„ fieret Capitulariter, D. Cardinalis haberet uni-
„ cam tantum vocem, ſicuti quilibet ex Canoni-
„ cis; unde cum modo habeat ſuam Hebdoma-
„ dam, ſicuti habent cæteri Canonici, non pote-
„ rit in Hebdomada aliorum uti Indulto, quod
„ non intrat, quando in Collatione ad Capitulum 231
„ ſpectante, Prælatus unicam tantum habet vo-
„ cem, ea ratione, quia Indultum datur Cardi-
„ nali uti Prælato, & non uti perſonæ de Capi-
„ tulo, *Mohedan. deciſ.* 1. *de Privileg.* & latius
„ in eadem Cauſa *Rota deciſ.* 783. *per tot. part.* 3.
„ *diverſ. Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 24. *n.* 71. Et
„ in terminis de Beneficiis Lateranenſibus *deciſ.*
„ 377. *num.* 18. *verſ. Secundo part.* 9. *Recen.* &
„ clarius deciſum fuit anno 1664. *ab A. C. A-*
„ *reoſta in Urbinaten. Beneficiorum* contra Aba-
„ tem Antaldum a Cardinali Columna proviſum,
„ ſcribente pleniſſime, & egregie pro Dataria *bon.*
„ *mem. Arminda Riccio*; Accedente etiam praxi 232
„ Baſilicæ Vaticanæ, in qua, ſi vacet Beneficium
„ reſervatum in Turno Canonici Hebdomadarii,
„ illud confertur a Dataria, & non a D. Cardi-
„ nali Archipresbytero illius Eccleſiæ, quamvis
„ Indulto conferendi munito, ut in præterito Pon-
„ tificatu ſervatum fuit in Beneficiatu vacante
„ per obitum Protonotarii Apoſtolici, quem Sum-
„ mus Pontifex contulit D. Cavono, excluſo
„ nominato a bon. mem. Buratto in Turno exi-
„ ſtente.

„ Etenim hæc omnia bene procedebant juxta
„ Conſuetudinem, & Concordias antiquas hujus
„ Eccleſiæ Lateranenſis, in qua olim proprietas 233
„ ipſa plenarie erat diviſa, nullumque inter Archi-
„ presbyterum, & Canonicos aderat conſortium,
„ ut ait *Rota dict. deciſ.* 377. *num.* 9. *part.* 9. *Re-*
„ *cent.* erantque duo Corpora ſeparata, quæ ad
„ invicem non confundebantur, *Rot. deciſ.* 366.
„ *num.* 29. *part.* 9. & Cardinalis Archipresbyter
„ jure proprio, & ſingulari conferebat Beneficia
„ Urbis, Capitulum autem pariter jure proprio
„ conferebat Beneficia Forenſia; & in his Ar-
„ chipresbyter, tamquam unus de Capitulo, uni-
„ cam vocem obtinebat, ut habetur in eadem
„ *Conſtitut. num.* 4. In his namque terminis appli-
„ cabatur Concluſio, quod Archipresbyter in Be- 234
„ neficiis ad Collationem Capituli privative ſpe-
„ ctantibus, uti non poterat Indulto, quod ſuf-
„ fragatur Cardinali, qui tamquam perſona priva-
„ ta de Capitulo, unicam vocem habebat. Sed hæc
„ forma per Innocentium XII. immutata fuit; Et
„ hodie ſublatis antiquis Concordiis, & Conſue-
„ tudine, & ſublata quacumque differentia inter
„ Beneficia Urbis, & Forenſia, jus, & proprie- 235
„ tas conferendi æqualiter, & indifferenter ſpectat
„ ad Archipresbyterum, & Capitulum ſolo exer-
„ citio inter eos diviſo. Unde cum in proprietate 236
„ hujus juris conferendi, Archipresbyter habeat in-
tegram

„ tegram medietatem, & tanta ſit portio Archi-
„ presbyteri, quanta portio totius Capituli, locum
„ utique habere debet Indultum, quod præſervat
„ dimidiam Cardinali competentem, ut diſtin-
„ guendo firmat *Mohedan. dict. deciſ. 1. in fine*,
„ *verſic. Si tamen Epiſcopus haberet dimidiam*,
„ *de Privileg. & d. deciſ. 783. num. 7. & 8. part.*
„ *3. diverſ.*
„ Et quod in ipſa proprietate juris conferendi
„ Eminentiſſimus Archipresbyter habeat integram
„ medietatem, nec dici debeat nominatus ratione
„ ſolius præeminentiæ, & tamquam prima Di-
„ gnitas in Capitulo, deducitur nedum ex diſpo-
„ ſitione juris communis, juxta quod reſervato
237 „ promiſcuo jure conferendi Epiſcopo, & Capi-
„ tulo, tantam partem habet Epiſcopus, quantam
„ Capitulum, ea plene congeſtia per *Gonzal. ad*
„ *Regul. 8. Gloſſ. 45. n. 51.* ubi dat etiam exem-
238 „ plum de Patronatu reſervato Petro, & Colle-
„ gio, ut tantam portionem habeat Petrus, quan-
„ tam Collegium, *Garcias de Benefic. part. 5.*
„ *cap. 4. num. 27. §. Cum autem, & ſeq. Card. de*
„ *Luca de Benefic. diſc. 1. n. 30. & diſc. 30. n. 6.*
„ *ac de Jurepatr. diſc. 34. n. 3. Rota coram Peñia*
„ *deciſ. 754. n. 4. & deciſ. 993. num. 1. & ſeqq.*
„ & in terminis Beneficiorum Lateranenſium,
„ *Rota deciſ. 366. n. 34. part. 9. Recent.* Verum
„ etiam ex ipſa Conſtitutione Innocentiana evi-
„ denter demonſtratur, tum in ea Summus Pon-
„ tifex *n. 5.* vult *ſervari æqualitatem* inter Archi-
239 „ presbyterum, & Capitulum, quæ æqualitas
„ utique non adeſſet, niſi uterque haberet jus con-
„ ferendi pro medietate. Rurſus diſpoſuit, quod
240 „ jus conferendi impoſterum pertineat, *tam ad*
„ *Archipresbyterum, quam ad Capitulum*; quæ
241 „ dictio *tam, & quam* attribuit æqualiter actum
„ utrique copulato, ut ultra relatos per *Barboſ.*
„ *Diction. 400. Rota deciſ. 109. n. 9. part. 7. Re-*
„ *cent.* cum aliis *in Majoricen. Beneficii 26. Ja-*
„ *nuarii* 1703. *§. Non obſtante in fine, cor. R. P.*
242 „ *D. Lanccita.* Et demum, quia in exercitio juris
„ conferendi, tot Hebdomadas attribuit Archi-
„ presbytero, quot attribuit Capitulo, quod pa-
„ riter denotat ipſum jus conferendi æqualiter,
„ & pro medietate penes utrumque Corpus reſi-
„ dere.
„ Hinc non applicatur exemplum *Urbinaten.*
„ quia fundatur in ratione, quod ſolida poteſtas,
„ & proprietas conferendi Beneficia Forenſia reſi-
243 „ deret integre, & inſolidum penes Capitulum,
„ & Archipresbyter unicam tantum vocem habe-
„ ret, excluſa quacumque ſimultanea inter eos;
„ Hæc enim fuit cauſa motiva decidendi, ut ha-
„ betur ex ipſis Informationibus *Armindi Ricci*,
„ præcipuum fundamentum in eo conſtituentis,
„ quod Capitulum in ſuo Turno libere conferebat
„ cum plena, & omnimoda juriſdictione privati-
„ ve quoad Archipresbyterum, ac etiam ex ad-
„ notatione per ipſum facta inter caſus diverſos
„ ſub Alexandro VII. deciſos, & regiſtratos an-
„ te Volumen ſuarum Informationum, his ver-
„ bis — *Beneficia vacantia in Turno Capituli La-*
„ *teranenſis eſſe reſervata, neque Cardinalem Co-*
„ *lumnam Archipresbyterum potuiſſe conferre, at-*
„ *tenta omnimoda diviſione Turni inter ipſum, &*
„ *Capitulum, pronunciatum fuit a R. P. D. A-*
„ *reaſto A. C. Locumtenente in una Urbinaten.*
„ *Beneficii contra Abatem Antaldum anno* 1664. —
244 „ Unde cum hodie hæc plenaria, & omnimoda
„ diviſio Turni fuerit ſublata, & inductum jus ſi-
„ multaneum, & promiſcuum, diviſo ſolo exer-
„ citio inter Archipresbyterum, & Capitulum,
„ minime applicantur dicta Sententia, & Infor-
„ mationes prædictæ, uti ſuper diverſa ratione
„ fundatæ.
„ Et in iiſdem pariter terminis procedit *Deciſio*
„ *377 part. 9. Recent.* quæ clare utrumque caſum
„ diviſionis proprietatis, & ſolius exercitii diſtin-
„ guendo *n. 9. & 10.* hæc habet — *Stante Concor-*
„ *dia inter Archipresbyterum, & Canonicos, quod*
„ *illi Beneficiatus intra Eccleſiam, Canonicis Be-*
„ *neficia extra Urbem conferendi jus competat,*
„ *nullum adeſt Conſortium, quia per Concordiam*
„ *in alterutra ſolidatur poteſtas conferendi &c. li-*
„ *cet ſecus eſſet, ſi ſolum eſſet diviſum exercitium*
„ *conferendi per Turnum, aut per genera Benefi-*
„ *ciorum, quo caſu adhuc proviſiones omnes repu-*
„ *tantur ſimultaneæ, cum etiam diviſo exercitio,*
„ *maneat individuum jus illud poteſtatis conferen-*
„ *di* — Et licet poſtea *ſub n. 18.* dicat, quod ſive
„ proprietas, ſive exercitium diviſum fuiſſet, Col-
„ latio non ſpectaſſet ad Archipresbyterum: tamen
„ incidenter loquitur; & nulla allegata, aut ra-
„ tione, aut doctrina, tranſit ad aliud motivum,
„ quod in eo caſu Vicarius non contulerat tam-
„ quam talis, ſed tamquam Canonicus, ſe-
„ quendo motivum latius in prima *deciſ. 366.* fir-
„ matum.
„ Praxis itidem Eccleſiæ Vaticanæ non officit,
„ quia etiam in ea diviſum eſt ipſum jus, & ip- 245
„ ſa proprietas conferendi inter Archipresbyte-
„ rum, & Capitulum, quilibet eorum jure pro-
„ prio confert, & Archipresbyter nihil commune
„ habet cum Capitulo, ſed tamquam duo diſtin-
„ cta Corpora conſiderantur, ut in *Romana Be-*
„ *neficiatus Sancti Petri 28. Aprilis* 1595. *cor.*
„ *Gypſio.* Sed in Eccleſia Lateranenſi ſimultanea
„ eſt Collatio, & hodie ſimultanee, & non aliter 246
„ conferri poſſunt Beneficia, licet exercitium ſit
„ diviſum.
„ Abſque eo quod relevet, quod etiam hodie
„ Eminentiſſimus Lateranenſis Archipresbyter in
„ Collatione Capituli habeat unicam vocem, ut
„ prius habebat, & ſuam Hebdomadam, ſicuti
„ cæteri Canonici; primo quia id reſpicit ſolum
„ exercitium ipſius portionis Capitularis, non au-
„ tem infringit ipſum jus conferendi, quod reſi-
„ det penes utrumque inſolidum, & in quo jure
„ conferendi non habet Archipresbyter unicam
„ vocem, ſed integram medietatem; Duas enim
„ perſonas repræſentat in hoc caſu Archipresby-
„ ter, & dupliciter conſiderandus eſt, nempe uti 247
„ Archipresbyter, & Prælatus, & uti talis habet
„ in ipſa proprietate medietatem; Rurſus conſide-
„ randus eſt uti unus de Capitulo, & uti talis in
„ exercitio juris conferendi, habet unicam vocem,
„ Hæc autem duplicitas perſonarum non eſt con-
„ fundenda, ſed unaquæque ex ipſis ſuam facit o-
„ perationem diverſam, itaut Capitulo impedito,
„ D. Cardinalis non conferat tamquam unus de Ca-
„ pitulo, ſed tamquam Archipresbyter, & vigo-
„ re juris ſolidalis, quod, uti tali, ei competit ſu-
„ per his Beneficiis, nec implicat in jure, quod
„ una, eademque Perſona in eadem Societate du- 248
„ plicem repræſentet perſonam, & duplicem fa-
„ ciat ex diverſis reſpectibus figuram; argumento
„ *Text. in l. Tutor. 22. ff. de his quib. ut in indign.*
„ *Rota dec. 516. n. 7. & ſeq. deciſ. 595. n. 18. &*
„ *deciſ. 622. n. 3. part. 19. tom. 2. Recent.* & in his
„ terminis *Card. de Luca diſc. 30. num. 17. circa*
„ *fin. de Benefic. Rota in Lauden. Canonica-*
„ *tus 27. Junii 1696. §. Ceſſare in fine, coram*
„ *Emerix.*
„ Secundo reſpondetur, quod attento tenore
„ Innocen-

Digitized by Google

„ Innocentiani Indulti, in Turno Capituli nullam
„ vocem habet D. Cardinalis Archipresbyter,
„ nec ultra medietatem Hebdomadarum ſibi, uti
„ Archipresbytero aſſignatarum, poteſt aliam Heb-
„ domadam habere uti unus de Capitulo; Volens
„ enim Pontifex omnimodam *æqualitatem* inter
„ Archipresbyterum, & Capitulum ſervari, at-
„ tribuit unam Hebdomadam uni, & alteram
„ Hebdomadam alteri, & in Hebdomadis Capi-
„ tulo aſſignatis, voluit fieri nominationem a
„ *Canonicis, juxta eorum antianitatem*, ut in ea-
„ dem *Conſtitutione num.* 7. Si itaque in Heb-
249 „ domadis Capituli nominatio facienda eſt a Ca-
„ nonicis, juxta antianitatem, jam exinde emer-
„ git, quod Cardinalis Archipresbyter nullam in
„ talibus Hebdomadis habet vocem, quia ipſi non
„ applicantur verba Indulti *inter ipſos Canonicos*,
„ *juxta eorum antianitatem*, nam licet ſit unus
250 „ de Capitulo, non tamen eſt Canonicus, & jus
„ nominandi eſt inter *ipſos Canonicos*, ſervata an-
„ tianitate, diviſum; alias non ſervaretur æquali-
„ tas principaliter volita, & deſiderata a Pontifi-
„ ce, nam ita plures Hebdomadas haberet ſolus
„ Archipresbyter, quam totum Capitulum, &
„ poſtquam Archipresbyter ſuam conſequutus eſt
„ portionem, æquum non eſt, ut ſalva hac ſua
„ medietate, vocem in Capitulo habeat, & Heb-
„ domadam, uti unus de Capitulo, *Cardin. de*
„ *Luc. de Benefic. diſc.* 30. *num.* 6. & 17. *circa*
„ *finem.*

„ Cum itaque proprietas ipſa conferendi ſit pe-
„ nes utrumque in ſolidum, diviſo ſolum, gratia
„ majoris commoditatis ipſius exercitio, nihil cu-
„ randum eſt de modo, cum quo exercitium ip-
251 „ ſum fuit diviſum, & ſubdiviſum inter Archi-
„ presbyterum, & Capitulum, ſeu Canonicos re-
„ ſpective, cum in hac materia unice proprietas
„ ipſa ſit ſpectanda, quæ ubi eſt pluribus commu-
„ nis, operatur hunc effectum, quod uno ex So-
„ ciis nolente, aut non valente conferre, totum
„ jus conſolidatum remaneat penes alium confe-
„ rentem; Sic in fortioribus terminis cautum eſt
252 „ in jurepatronatus, cujus exercitium, ſi pro rata
„ inæquali diviſum eſt, ita ut unicam vocem ha-
„ beat Titius, & tres Martinus, ſi iſte præſen-
„ tare, aut non vult, aut non poteſt, totum jus
„ reſidet penes Titium unicam tantum vocem ha-
„ bentem, quia licet in actu exercito, & in ex-
„ ercitio, voces Martini abſorbeant voces Titii;
„ attamen cum proprietas ipſa penes omnes ſit in-
„ ſolidum, hujus proprietatis ratione poteſt unus,
„ etſi unicam vocem tantum habens, integre præ-
„ ſentare, ſtante impedimento in cæteris Com-
„ patronis, ex relatis per *Ciarlin. lib.* 1. *Controv.*
„ *cap.* 1. *num.* 98. & *ſeq. Card. de Luca de Jure-*
„ *pat. diſc.* 31. *num.* 3. ubi quod non eſt curan-
„ dum de diviſione vocum, cum id percutiat tan-
„ tum exercitium, & *diſc.* 42. *num.* 6. & 7. *Rota*
„ *in Compoſtellana Beneficiorum* 13. *Junii* 1698.
„ §. *Quemadmodum, coram Reverendiſſ. Molines*,
„ & 5. *Junii* 1699. §. *Neque ulla cum ſeq. cor.*
„ *R. P. D. Priolo.*

„ Nec demum obſtant verba Conſtitutionis ibi-
„ *Salvis reſervationibus Apoſtolicis*; Quia reſer-
„ vatio in præſenti non negatur; ſed poſita reſer-
„ vatione, aperitur via D. Cardinali conferendi
„ hoc Beneficium reſervatum vigore Indulti, quod
253 „ comprehendit reſervata, & Beneficia, quorum
„ collatio eſt etiam cum aliis communis, *Rot. co-*
„ *ram Dunoz. deciſ.* 483. *num.* 8. & 9.

Hactenus Diſcurſus. Sed denuo opus fuit anno
1711. materiam hanc examinare, & quidem præ-
ciſe in terminis Regulæ Secundæ occaſione vaca-
tionis Clericatus Beneficiati in Baſilica Vaticana,
ſequutæ tempore quo Archipresbyteratus vacabat,
& in Turno ad Archipresbyterum, ſi vixiſſet,
ſpectante. Excitata enim a Capitulo prætenſione,
quod dicti Beneficiatus Collatio ad ipſum pertine-
ret, ex quo Beneficia omnia præfatæ Baſilicæ ſint
de ſimultanea collatione cum Archipresbytero, di-
viſo ſolum inter eos exercitio juris conferendi, un-
de inferebatur, quod Archipresbyteratu vacante,
locum ſibi vindicare non poterat reſervatio Re-
gulæ Secundæ, aperte excludentis Beneficia ad
collationem cum alio, vel aliis pertinentia, etiam
ſi collatio ſimultanea diviſa eſſet per Turnum,
quoad exercitium, ex ſupra firmatis. Cum hu-
juſmodi prætenſioni ſe oppoſuiſſent Miniſtri Data-
riæ, contendentes inter Capitulum, & Cardina-
lem Archipresbyterum adeſſe diviſionem ſimulta-
neæ, etiam quoad proprietatem, & ſubſtantiam
juris conferendi; unde Archipresbyteratu vacan-
te, locus erat Reſervationi Regulæ Secundæ; hinc
Datariæ jura tuendo, in Congregatione particula-
ri, ſic dicebam.

„ CLERICATUS BENEFICIATUS Baſili-
„ cæ Vaticanæ per obitum Joannis Antonii *Bat-*
„ *taglini* vacans, qui ad Collationem Cardinalis
„ Archipresbyteri, ſi viveret, ſpectaret, Archi-
„ presbyteratu vacante, pertinere debet ad Sanctiſ-
„ ſimi D. N. proviſionem ex vi Regulæ Secundæ
„ Cancellariæ, reſervantis Beneficia poſt obitum
„ quorumcumque Collatorum, uſque ad promo-
„ tionem Succeſſorum vacantia, *Rot. deciſ.* 257.
„ *n.* 15. *part.* 12. *Recentior.* cum aliis *in Legionen.*
„ *Beneficii* 18. *Februarii* 1701. §. *Nec ſubſiſtit*,
„ *cor. Reverendiſſ. Olmo.*

„ Et quamvis Regula excipiat Beneficia *ad*
„ *collationem cum alio, vel aliis pertinentia*: At-
„ tamen cum in Vaticana Baſilica diviſum fuerit
„ jus conferendi, etiam in proprietate, inter Ar- 254
„ chipresbyterum, & Capitulum, verſamur in ca-
„ ſu Regulæ, & non limitationis, *Gonzal. ad*
„ *Regul.* 8. *Gloſſ.* 43. §. 3. *num.* 49. *Rot. dict. deciſ.*
„ 257. *n.* 17. & *ſeqq. part.* 12. *Recent.*

„ Ad probandum, quod inter ſupradictos Col-
„ latores nulla adſit communio in jure conferendi,
„ præmitto, quod licet Nicolaus III. tribuerit Be-
„ neficiatorum inſtitutionem, & deſtitutionem Ar-
„ chipresbytero, & Capitulo: Attamen a tempo-
„ re, cujus initii memoria non extat, facta fuit
„ duplex diviſio Turnorum, una inter Archipres-
„ byterum, & Capitulum, altera inter ipſos Ca- 255
„ nonicos. Cum autem ignotum ſit quo modo,
„ & qua de cauſa facta fuerit iſta diviſio, & nul-
„ lum ſuper ea extet documentum; recurrere de-
„ bemus ad ſubſequutam obſervantiam: Nam ſic-
„ uti ex obſervantia deſumitur ipſa ſubſtantia, &
„ præexiſtentia diviſionis Turni, ita pariter deſu-
„ mi debent illius qualitates, & conditiones,
„ *Rot. deciſ.* 190. *n.* 5. & 6. *cor. Cerro, deciſ.* 173.
„ *n.* 5. *part.* 18. *deciſ.* 354. *n.* 3. & *ſeq.* & *n.* 39. &
„ 40. *part.* 19. *Recent.*

„ Obſervantia in caſu noſtro, diviſam fuiſſe pro-
„ prietatem, demonſtrat: Siquidem a longiſſimo
„ tempore in hac Baſilica ſervatum eſt, quod quan-
„ do vacavit in Turno Capituli aliquis Clerica- 256
„ tus, ſeu Beneficiatus unica reſervatione affe-
„ ctus, ſemper Dataria contulit, excluſis tum
„ Capitulo, tum Cardinali Archipresbytero,
„ quantumvis vigore notorii Indulti Cardinalitii
„ iſte haberet facultatem conferendi *reſervata ad*
„ *unam, etiam cum alio, vel aliis, collatio-*
„ *nem, proviſionem, præſentationem, ſeu quamvis*

aliam

„ *aliam ſimilem, vel diſſimilem diſpoſitionem per-*
„ *tinentia*, ut ex formula apud *Germon. de Indult.*
„ *Cardinal. §. Tibi pag.* 430. *Card. de Luc. de*
„ *Benefic. diſc.* 1. *numer.* 6. *Rot. deciſ.* 444. *num.*
„ 34. *par.* 5. *Recent.*
„ Ex hoc aperte colligitur, diviſam fuiſſe pro-
„ prietatem, nam ſi fuiſſet diviſum ſolum exerci-
257 „ tium, in caſu unicæ reſervationis, collatio ſpe-
„ ctaſſet ad Cardinalem Archipresbyterum vigo-
„ re ſupradicti Indulti, Dataria excluſa: Nam hic
„ eſt effectus diviſionis ſolius exercitii, ut ſi unus
258 „ ex Conſociis conferre ſit impeditus, totum jus
„ conſolidetur penes Conſocium ligatas manus non
„ habentem, juxta *Text. in Cap. Unic. Ne Sede va-*
„ *cante in* 6. ibique communiter Scribentes relati
„ per *Paſſerin. num.* 2. 8. *&* 17. *Barboſ. num.* 1.
„ *&* 2. *Pirhing. in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 9. §. 2.
„ *numer.* 12. *Fagnan. in Cap. Illa numer.* 1. *Ne*
„ *Sede vacante*, *Ferrat. conſ.* 382. *num.* 4. *Spad.*
„ *conſ.* 45. *num.* 2. *lib.* 3. Dum igitur Cardinalis
„ Archipresbyter in his terminis numquam contu-
„ lit, concludens elicitur argumentum, quod inter
„ ipſum, & Capitulum nullum prorſus adeſt con-
„ ſortium.
„ Factum hoc, quod Dataria ſemper contulit
„ in caſu etiam unicæ reſervationis Beneficia va-
„ cantia in Turno Capituli, utpote notorium, cre-
„ dimus non eſſe controvertendum: Expendere
„ tamen juvat duos caſus in contradictorio judicio
259 „ diſcuſſos, & deciſos. De Menſe reſervato Apri-
„ lis 1663. obiit *Flaminius de Maximis*, Vatica-
„ næ Baſilicæ Beneficiatus, cum Torrentem *del*
„ *Mignone* pertranſiret, exiſtente in Turno Cano-
„ nico *Mignanella*. Capitulum ſub die 9. Aprilis
„ Beneficiatum contulit *Marcella Begna*, & in
„ principio Literarum collationis legitur -- *Archi-*
„ *presbyter*, *Capitulum*, *&* *Canonici* -- Se oppo-
„ ſuit Dataria propter reſervationem Regulæ 9.
„ cui illa vacatio ſubjecta erat; & inter varias tunc
„ promotas quæſtiones, excitata fuit etiam ex
„ parte Capituli prætenſio, quod ratione conſor-
„ tii inter ipſum, & Cardinalem Archipresbyte-
„ rum vigentis, collatio ad Datariam non ſpecta-
„ bat; ſed a Congregatione particulari tunc de-
„ putata, cui interfuerunt laudatiſſimi Viri *Taya*,
„ *Baranzonus*, *Bulgarinus*, *&* *Fagnanus*, *proviſio-*
„ *nem ad Datariam pertinere*, unanimiter *deciſum*
„ *fuit*, illius jura propugnante bo. mem. *Armin-*
„ *do Riccio* Sub-Datario, & Beneficialiſta inſi-
„ gni; in cujus Reſolutionis ſequelam Alexander
„ VII. Beneficiatum contulit Abati *Gregorio Ane-*
„ *træ*. Et eodem *Anetra* in Menſe Auguſti 1700.
260 „ extra Romanam Curiam pariter defuncto, San-
„ ctiſſimus D. N. prævio Voto alterius Congre-
„ gationis particularis, eumdem Beneficiatum con-
„ tulit *Julio Cæſari de Bernardinis*, excluſo *Pe-*
„ *tro Franciſco Buſſi* a Capitulo proviſo, qui etiam
„ Beneficiatus poſſeſſionem adeptus fuerat. Hi
„ autem caſus ſunt plurimum conſiderandi, quia
„ Dataria contulit vigore Regulæ 9. quæ littera-
„ liter excipit Cardinales Ordinarios Collatores;
„ & tamen ſi conſortium inter Archipresbyterum,
„ & Capitulum adeſſet, nullo modo Dataria con-
„ ferre potuiſſet.
„ Accedit, quod Alexander VII. in proviſio-
„ ne Beneficiatus, quam explevit favore *Anetræ*,
„ motu proprio, quem ſucceſſive Sanctiſſimus
„ D. N. confirmavit occaſione alterius controver-
„ ſiæ cum *Buſſio*, generaliter declaravit, quod
„ Regula 9. comprehendit Beneficia Urbis, &
„ Baſilicæ Vaticanæ, ad collationem Inferiorum
„ Collatorum ſpectantia, quando extra Urbem va-

„ cant. Hæc autem declaratio eſſet erronea, ſi in-
„ ter Cardinalem Archipresbyterum, & Capitu-
„ lum adeſſet conſortium; quia Cardinales Ordi-
„ narii Collatores habentes ſimultaneam conjun-
„ ctim, vel diviſim cum Capitulo, libere conferunt
„ ex *Conſtitutione* 59. *Urbani VIII.* nec illi diſ-
„ poſitione Regulæ 9. ligantur. Dum igitur de-
„ claratum fuit, Beneficia ad collationem Cano-
„ nicorum ſpectantia, comprehendi ſub Regula 9.
„ perneceſſe ſupponendum eſt, Cardinalem Archi- 261
„ presbyterum nullam habere participationem, aut
„ mixturam cum Capitulo; qua poſita, Regula 9.
„ locum non haberet.
„ Non obſtat, ut alias dicebatur a Defenſori-
„ bus Capituli, quod etiam diviſo exercitio, Car-
„ dinalis Indultarius conferre non valet, quia non
„ poteſt ſe intromittere in Turno alterius; Nam
„ Concluſio procedit, quando ille, qui eſt in Tur-
„ no, non eſt impeditus conferre, tunc enim alter
„ Socius, quamvis ſolidam proprietatem habeat,
„ non poteſt ſe ingerere in præjudicium illius, qui
„ ea vice jus habet conferendi; ſed quando ille,
„ qui eſt in Turno, ex aliquo impedimento ma-
„ nus habet ligatas, tunc Conſocius manus habens 262
„ liberas, conferre poteſt, & debet ex jure ſolida-
„ li, quod habet, juxta claram diſpoſitionem *Text.*
„ *in Cap. Unic. Ne Sed. vacant. in* 6. *& ibidem*
„ *DD. ſupra laudati.*
„ Haud refragante reſponſione, quod tunc Con-
„ ſocius confert, quando alter eſt impeditus impe-
„ dimento *Juris*, utpote quia ſit ſuſpenſus, ut in
„ dicto *Cap. Unico*; ſecus quando eſt impeditus
„ ex appoſitione Manus Papæ per reſervationem.
„ Quia quidquid ſit de ſubſiſtentia dictæ diſtinctio-
„ nis: etiam reſervatio eſt impedimentum *Juris*,
„ & nihil aliud eſt, quam ſuſpenſio collationis, 263
„ quam per ſuam Conſtitutionem generalem facit
„ Papa, qui pro ea vice ſuſpendit facultatem Or-
„ dinario competentem, ut bene explicat *Paulut.*
„ *Juriſprud. Sacr. tom.* 2. *lib.* 6. *tract.* 10. *cap.* 4.
„ *pag. mihi* 402. *& ſeqq.* Quamobrem ſicuti Car-
„ dinalis Archipresbyter conferret, ſi Capitulum
„ *ab ipſa collatione ſuſpendi contingat*, ut ſunt ver-
„ ba *Text. in dicto Cap. Unico*, *Ne Sede vacante*
„ *in* 6. ita conferre deberet, Capitulo impedito
„ propter reſervationem, quæ nil aliud eſt, quam
„ partialis ſuſpenſio collationis.
„ Atque ſunt valde extranei termini appoſitio-
„ nis manus Papæ: Hæc enim inducit affectio-
„ nem, & actum realem; Reſervatio vero gene- 264
„ ralis eſt actus verbalis, & multum differt ab af-
„ fectione, *Rot. deciſ.* 30. *num.* 20. *&* 21. poſt *Na-*
„ *var. in Summ. Bullar.* & ultra ibi relatos *Capon.*
„ *diſcept.* 10. *num.* 24. *Tondut. Reſolut. Benefic.*
„ *part.* 1. *cap.* 13. §. 1. *num.* 2. *Pirbing. in Jus*
„ *Canon. tom.* 3. *de Præben. num.* 317. *verſ. Notan-*
„ *dum*, *Murg. de Beneſ. Quæſt.* 3. *num.* 325. *Pau-*
„ *lut. dicto cap.* 4. *num.* 4. *verſ. Prima eſt*, *pag. mi-*
„ *hi* 405. *tom.* 2. Si itaque Archipresbyter ratione
„ conſortii conferret, quando Pontifex per actum
„ verbalem ſuſpenderet Capitulum a collatione; ita
„ ratione ejuſdem communionis conferre deberet,
„ dum per actum verbalem dicit = *Reſervamus* =
„ Dum autem hoc caſu Archipresbyter non con-
„ fert, ſequitur, quod nullum adeſt conſortium.
„ Minuſque obeſt, quod Regula 9. afficit favo-
„ re Datariæ exercitium, ſuper quo ſubſtantiatur
„ reſervatio, juxta exemplum Juriſpatronatus, cu- 265
„ jus exercitium per Turnum diviſum ſit inter Lai-
„ cum, & Eccleſiaſticum; nam eo vacante in Men-
„ ſe Apoſtolico, Patrono Eccleſiaſtico in Turno
„ exiſtente, remanet Beneficium dictæ Regulæ ob-
noxium.

„ noxium. Concluſio enim vera eſt, ſed non ap-
266 „ plicatur, quando concurrit Cardinalis habens In-
„ dultum conferendi reſervata, quia hoc caſu
„ reſervatio non cedit favore Datariæ, ſed in uti-
„ litatem Cardinalis conferentis vice, & nomine
„ Pontificis, ex plene deductis *Rot. dec.* 298. *num.*
„ 17. *& ſeqq. & decis.* 329. *num.* 2. *& ſeqq. part.* 9.
„ *Recent.*
267 „ Et de Jurepatronatus alternis vicibus diviſo
„ inter Laicum, & Summum Pontificem, quod
„ nihilominus in Turno Pontificis ejus nomine con-
„ ferat Cardinalis habens Indultum, *Rot. in Ferra-*
„ *rien. Cappellania* 10. *Julii* 1695. *§. Intruſio, & §.*
„ *Verum, cor. R. P. D. Priolo:* Et hæc eſt differentia
„ inter Cardinalem Indultarium, & Patronatum lai-
„ cum; nam iſte non habet Indultum conferendi
„ reſervata; adeoque intromittere ſe non poteſt,
„ quando exercitium Jurispatronatus eſt ex Regu-
„ la 9. reſervatum; Contra vero Cardinalis Indul-
„ tarius confert etiam reſervata in excluſionem Da-
„ tariæ, non obſtante dictæ Regulæ 9. diſpoſitio-
268 „ ne: Adeoque cum in Baſilica Vaticana reſerva-
„ tio Beneficiorum vacantium in Turno Capituli
„ cedat favore Datariæ, excluſo Cardinali Archi-
„ presbytero, firmum, immotumque manet argu-
„ mentum, quod iſte in Turno Capituli nullum
„ jus habet, neque actu, neque habitu, & in po-
„ tentia, & nullam prorſus communionem, neque
„ in exercitio, neque in proprietate.
269 „ Clarius id ipſum elucet ex dicta Conſtitutione
„ 59. Urbani VIII. cujus vigore Cardinales In-
„ dultarii habentes collationem *conjunctim, vel di-*
„ *viſim* cum Capitulis, ſoli per ſe conferunt, Da-
„ taria excluſa, *Latter. de re Benefic. lib. 2. quæſt.*
„ 21. *num.* 122. *& ſeqq. Rot. decis.* 10. *num.* 16.
„ *part.* 8. *decis.* 298. *num.* 20. *& decis.* 329. *num.* 4.
„ *part.* 9. *Recent.* Iſta enim Conſtitutio non ema-
270 „ novit favore Datariæ, ſed ipſorum Cardinalium,
„ ut habentes ſimultaneam conjunctim, vel divi-
„ ſim cum Capitulis, poſſent libere conferre, *Card.*
„ *de Luc. de Benefic. diſc.* 1. *num.* 38. & conſequen-
„ ter, cum Cardinalis Archipresbyter vigore hu-
„ jus Conſtitutionis non conferat in Baſilica Va-
„ ticana Beneficia reſervata in Turno Capituli
„ vacantia, ſequitur, quod nullam habeat ſimul-
„ taneam, nec *conjunctim*, nec *diviſim* cum Ca-
„ pitulo.
271 „ Sed ceſſat quæcumque ambigendi ratio: nam
„ etiamſi nulla concurreret reſervatio, adhuc
„ Cardinalis Archipresbyter ſe ingerere non po-
„ teſt in collatione Beneficiorum in Turno Capi-
„ tuli vacantium, tametſi Capitulum nollet con-
„ ferre, aut nulliter conferret, ut deciſum fuit per
„ *Rot. in Romana Beneficiatus S. Petri* 28. *Apri-*
„ *lis* 1595. *cor. Gypſio, & cor. Penia decis.* 959.
„ Pro intelligentia harum Deciſionum obſervan-
„ dum eſt, quod vacante in Turno Capituli Be-
„ neficio, tres fuerunt factæ collationes; primo
„ intra ſemeſtre a Canonico *Verallo* vero Hebdo-
„ madario; Secunda intra idem ſemeſtre a Cardi-
„ nali Archipresbytero, tum ratione devolutio-
„ nis, tum *jure proprio, & ratione Indulti*; Tertio
„ poſt ſemeſtre a Dataria. Inter has collationes præ-
„ valuit illa, quæ a Pontifice facta fuerat ratione
„ devolutionis. Excluſus fuit proviſus a *Verallo*,
„ quia Clericus non erat; ideoque collatio Capitu-
„ laris erat notorie nulla, *Penia decis.* 959. *num.* 5.
„ Excluſus quoque fuit Proviſus per Cardinalem
„ Archipresbyterum, *tunc conferendi poteſtate ca-*
272 „ *rentem, cum Archipresbyter nec jure proprio*
„ *nec jure devoluto conferre potuiſſet, ut in Deci-*
„ *ſionibus in hac Cauſa factis late fuerat dedu-*
„ *ctum*, ſunt Verba *Penia dict. decis.* 959. *nu-*
„ *mer.* 8. Ratio autem ob quam poſita nullitate
„ collationis Capituli, jure proprio Archipresby-
„ ter conferre non poterat, ea eſt, quod nulla ade-
„ rat communio, ut in *decis.* 28. *Aprilis* 1595. 273
„ *§. Final. cor. Gyptio* = ibi = *Non obſtat, quod*
„ *in Indulto exprimantur ea Beneficia, quæ ad*
„ *communem collationem ſpectabunt; quoniam*
„ *ſtante diviſione Turni cum effectu, amplius*
„ *dici non poteſt ſpectare ad communem colla-*
„ *tionem.*
„ Hinc jure merito obſervavit *Armindus Ric-*
„ *cius*, quod in Deciſione *Gyptii* firmatur di-
„ viſio nedum exercitii, ſed etiam juris conferen-
„ di inter Cardinalem Archipresbyterum, & Ca-
„ pitulum, quia in ea dicitur, quod jure proprio 274
„ uterque confert; quod etiam Capitulo nulliter
„ conferente, Archipresbyter nihil commune ha-
„ bet cum Capitulo; quod ſunt duo corpora di-
„ verſa; quodque ſtante diviſione plenaria Turni,
„ collatio non eſt communis. Et revera ſi ſolum
„ exercitium fuiſſet diviſum, Archipresbyter, qui
„ eo caſu contulit etiam jure proprio intra ſeme-
„ ſtre, excludi non potuiſſet; dato enim nullitate
„ proviſionis Capitularis factæ ad favorem laici, 275
„ & Perſonæ incapacis, totum jus conſolidabatur in
„ Conſocio, ſi conſortium in proprietate habuiſſet.
„ Nec momenti eſt, quod in *Deciſione* 959. *co-*
„ *ram Penia* dictum fuerit, diviſum fuiſſe exer-
„ citium; id enim dictum fuit ad effectum exclu-
„ dendi devolutionem, quam in eo caſu præten-
„ debat Archipresbyter ad ſe factam fuiſſe, & ad
„ hunc effectum ſatis erat diviſio exercitii, quæ non
„ immutat jus devolutionis, cum hæc non detur
„ ad parem, ſed ad Superiorem; Et tamen cum
„ in eo caſu, ultra devolutionem, Archipresby-
„ ter prætenderet conferre jure proprio, & vigore
„ Indulti concedentis facultatem conferendi Be-
„ neficia, etiam ad collationem communem cum
„ Capitulo, *Rot. cor. Gyptio* duobus verbis ſe ex-
„ pedivit, reſpondendo, *quod ſtante diviſione*
„ *Turni cum effectu, amplius dici non poteſt ſpe-*
„ *ctare ad communem collationem.* Igitur *Rota*
„ agnovit Beneficia non ſpectare ad communem
„ collationem, nam poſita communione, collatio 276
„ Archipresbyteri jure proprio facta de Benefi-
„ cio, quod tunc reſervatum non erat, valida
„ fuiſſet, ut pote quia Capitulum nulliter con-
„ tulerat.
„ Hæc exuberant ad effectum demonſtrandi di-
„ viſionem juris conferendi inter Archipresbyte-
„ rum, & Capitulum; ſed ex alio etiam funda-
„ mento diviſio præfata manifeſte probatur, ex eo
„ nempe, quod Cardinalis Archipresbyter in ſuo
„ Turno conferre conſuevit nomine, & jure pro- 277
„ prio, non autem jure communi: quod arguit
„ diviſum fuiſſe jus ipſum, & ipſam proprieta-
„ tem, ut bene diſtinguit *Gonzalez Gloſſ.* 45. *§.* 1.
„ *num.* 20. *Rot. cor. Peutinger. decis.* 196. *num.* 2.
„ *& ſeqq. & in Salamantina Portionis* 16. *Maii*
„ 1603. *cor. Juſto*; cujus Deciſionis verba ſunt --
„ *Et dum dicebatur, diviſum eſſe exercitium, non*
„ *autem jus conferendi, ſtatuit collatio facta cen-*
„ *ſeatur communi nomine, Cap. final. de Præ-*
„ *bend. in antiq.* -- *reſpondebatur procedere, quan-*
„ *do ille ad quem Turnus ſpectat, confert com-*
„ *muni nomine*; & ita intelligit *Rota cor. bon.*
„ *mem. Gyptio in Romana Beneficiatus S. Petri* 28.
„ *Aprilis* 1595. & in *Romana Clericatus Bene-*
„ *ficiatus S. Petri* 3. *Decembris* 1696. *cor. R. P. D.*
„ *Priolo* poſt *Cardinal. de Luc. ad mat. de Bene-*
„ *fic. decis.* 24. *num.* 12. *§. Ad dignoſcendum.* Et
melius

Digitized by Google

,, melius in altera *Romana Beneficiatus S. Petri* 5.
,, *Nov.* 1596. *car. Carduba*, ubi firmatur, quod
,, Archipresbyter, & Capitulum habeaot diviſum
,, ioter ſe *jus*, *& exercitium* collationis; & conſi-
,, deratur ratio, qund uuuſquiſque confert *jure*
,, *proprio in ſuo Turno*, abſque eo quod alter ullo
,, modo ſe intromittere poſſit, ut in §. *Sed cum.*

,, Neque ſubſiſtit, quod etiam diviſo exercitio,
,, Turnarius conferat nomine proprio. Quoniam
,, hæc duo ſunt inter ſe incompatibilia, quod pro-
278 ,, prietas ſit communis, & quod collatio, ſeu in-
,, ſtitutio tituli collatoria fiat nomine ſingulari
,, uoius. Quando enim diviſum eſt exercitium,
,, Turnarius confert nomine, vice, & jure com-
,, muni, ut eſt *Text. in Cap. final. de Prabend.*
,, *in 6.* -- ibi -- *Sive dentur in cammuni, ſive per*
,, *Canonicos ejuſdem Eccleſiæ ſingulares vice, &*
,, *auctoritate Capituli, aut ipſius jure* -- & ibi *Glaſſ.*
,, *magna* in figuratione Caſus, *Spad. canſ.* 81. *n.* 7.
,, *lib.* 2. -- ibi -- *Tantum dividitur exereitium, &*
,, *uſus confereudi, & ideo ille, qui confert, non*
,, *dicitur conſerre nomine proprio, ſed nomine com-*
,, *muni* -- *Cardinal. de Luc. de Beneſic. diſc.* 1. *nu-*
,, *mer.* 33. *Rot.* poſt eundem *ad mat. de Beneſic. diſc.*
279 ,, 33. *num.* 6. At quando Turnarius ſolus confert,
,, & abſolute Litteras expedit jure proprio, at-
,, que indepnedenti, tunc non dicitur diviſus uſus
,, tantum, ſed jus ipſum, & ipſa proprietas, *Rot.*
,, *car. R. P. D. Prialo dict. deciſ.* 24. *num.* 12. §.
,, *Ad dignoſcendum*, & prius *in Salamantina Por-*
,, *tionis cor. Robuſterio*, penes *Garc. de Beneſic. part.*
,, 5. *cap.* 1. *num.* 708. -- ibi -- *Totum jus conſerendi*
,, *pro illa vice dicitur translatum in illum ſolum,*
,, *qui eſt in Turno, & non dicitur diviſus uſus ſo-*
,, *lus, ſed totum jus conferendi eſt penes ipſum ſo-*
,, *lum, etiam jure proprio, & non communi*: Et
,, per collationem hoc modo ſactam, Turnarius
,, ſibi ſoli proprietatem attribuit, nec præſervat
,, partem Conſocii, de quo nullam facit mentio-
,, nem *Rot. deciſ.* 296. *numer.* 1. *part.* 1. *diverſ.*
,, quam ſequuntur *Garc. de Beneſic. part.* 5. *cap.* 5.
,, *num.* 117. *Vivian, de Jurepatr. lib.* 5. *cap.* 4. *nu-*
,, *mer.* 49. *Adden. ad Burrat. deciſ.* 805. *numer.*
,, 14. cum aliis apud *Manſ. conſult.* 148. *num.* 17.

,, Quodque Cardinalis Archipresbyter ſolus,
,, abſolute, independenter, & nomine, ac jure
,, proprio titulum collationis expedire conſueverit,
280 ,, probatur ex illius formula, circa quam tres fa-
,, cti circumſtantiæ ſunt adnotandæ. Prima eſt,
,, quod Cardinalis Archipresbyter ita literas di-
,, rigit, ibi -- *Franciſcus miſeratione Divina Ar-*
,, *chipresbyter &c.* quæ cum ſint proœmialia, oſten-
,, dunt nomine ſolius Archipresbyteri actum col-
,, lationis fieri *Rot. deciſ.* 377. *num.* 15. *part.* 9. *Re-*
,, *cent.* Secunda, quod exprimit, *ratione Archi-*
281 ,, *presbyteratus ſibi competere collationem omnimo-*
,, *dam &c.* quæ ſola expreſſio *omnimodæ collatio-*
,, *nis*, oſtendit privative ad Capitulum ſibi ſpe-
,, ctare jus conferendi, & nullum adeſſe conſor-
,, tium, *Lotter. de re Beneſic. lib.* 2. *qu.* 21. *num.* 91.
,, *Rot. deciſ.* 39. *num.* 5. *part.* 3. *deciſ.* 300. *num.*
,, 11. *part.* 12. *deciſ.* 44. *num.* 8. *part.* 13. *Recent.*
,, *deciſ.* 377. *num.* 5. *cor. Duran. dec.* 241. *num.* 20.
,, *cor. Bichio, deciſ.* 448. *num.* 7. *cor. Eodem, & in*
,, *Gerunden. Beneficii* 26. *Aprilis* 1697. §. *Quoniam*
,, *in fine*, *cor. R. P. D. Priolo*, confirmata 21. *Apri-*
,, *lis* 1698. §. *Prædicta*, *cor. Reverendiſſ. Olmo.*
282 ,, Et tertia, quod ipſe ſolus ſubſcribit, ſuo ſigillo
,, litteras munit, atque teſtatur ſibi conſtitiſſe de
,, idoneitate proviſi; neque Capitulum in aliquo ſe
,, ingerit. Ex quibus circumſtantiis bene conclu-
,, dit *Rota* (poſt factam maturam comparationem
,, inter Litteras patentes Archipresbyteri, & Ca-
,, pituli) quod inter illos diviſum fuerit jus con- 283
,, ferendi, ut in dicta Deciſione *Romana Clerica-*
,, *tus Beneficiati cor. R. P. D. Priolo* poſt *de Luc.*
,, *ad mat. dec.* 24. *ſub num.* 12.

,, Nil relevante, quod poſt Sententiam *R. P. D.*
,, *Prioli*, Signatura reſcripſerit -- *Dilata* --, &
,, Cauſa fuerit per Concordiam terminata: Quia
,, ex his non infringitur veritas harum facti cir-
,, cumſtantiarum, quæ etiam hodie vigent. Et
,, ex actu etiam per appellationem ſuſpenſo, imo 284
,, etiam revocato, bene comprobari poteſt veritas
,, facti, *Rot. dict. deciſ.* 24. *ſub num.* 9. poſt *Card.*
,, *de Luc. de Beneſic.*

,, Unica ex parte Capituli datur collatio a clar.
,, mem. Cardinali *Nerlio*, & Capitulo unitim fa-
,, cta anno 1705. de Beneficiatu dictæ Baſilicæ:
,, Verum hæc recens immutatio antiquæ formulæ,
,, forſitan factæ ad eludendam vim *Deciſionis cor.*
,, *R. P. D. Priolo*, nec elidit vim obſervantiæ in-
,, terpretativæ ex actibus antiquioribus deductæ,
,, nec ullum præjudicium irrogare potuit Data- 285
,, riæ, in hoc articulo principale intereſſe haben-
,, ti; & ad ſummum ipſi ſoli Cardinali præjudi-
,, care potuit, *Rot. dict. deciſ.* 241. *ſub num.* 15.
,, *&* 16. *cor. Bichio.* Creſcitque exorbitantia di-
,, ctæ recentiſſimæ immutationis, ex quo contra
,, ſtylum antiquiſſimum fuit Capitulum admiſſum
,, ad ſubſcribendam collationem Archipresbyteri:
,, quando vice verſa Capitulum nunquam voluit
,, admittere Archipresbyterum ad ſubſcribendas
,, Collationes Capitulares, ut infra oſtendetur.

,, Aliæ vero Collationes, quæ exhibentur fa-
,, ctæ nomine communi, imo ad nominationem
,, Archipresbyteri, reſpiciunt Beneficia extera, 286
,, in quibus viget natura, & ratio diverſa. Si-
,, quidem Nicolaus III. tribuit æqualiter Archi-
,, presbytero, & Capitulo jus conferendi Bene-
,, ficiatus Urbis: At illa Beneficia extera fuerunt
,, unita Menſæ Capitulari in genere, abſque ulla
,, Archipresbyteri mentione; adeoque jus confe-
,, rendi adjudicatur Capitulo, excluſo Cardinali
,, Archipresbytero, niſi quatenus ipſe venit appel-
,, latione Capituli, tanquam illius caput, *Rot. de-*
,, *ciſ.* 377. *num.* 14. *part.* 9. *Recent.* repetita *cor.*
,, *Bich. deciſ.* 241. *num.* 18.

,, Ponderando præſertim, quod dictæ Collatio-
,, nes factæ fuerunt ad nominationem Archipres-
,, byteri: quod demonſtrat, agi de Beneficiis di-
,, verſæ naturæ, & de Beneficiis Capitulo unitis;
,, Nam ad Beneficiatus, & Clericatus Urbis, Car-
,, dinalis Archipresbyter non habet jus nominan-
,, di, ſed illos confert, & quidem abſolute. Ul-
,, tra quod non deſunt antiquiora exempla, quod
,, etiam hæc Beneficia extera collata fuerint ab
,, Archipresbytero in ſuo Turno independenter,
,, & nomine proprio.

,, Hactenus de Collationibus expletis ab Archi-
,, presbytero. Quod vero attinet ad Collationes
,, Capitulares, licet ab anno 1631. in nonnullis
,, adſit titulus -- *Archipresbyter, Capitulum, &*
,, *Canonici* -- Attamen illis opponimus longiorem,
,, & antiquiorem Catalogum centum, & ultra
,, Collationum factarum, aut ſub ſolo nomine Ca-
,, nonici Hebdomadarii, & cum ſubſcriptione, & 287
,, ſigillo Capituli, aut ſub nomine Capituli, & Ca-
,, nonicorum, abſque ulla prorſus mentione Archi-
,, presbyteri; imo cum expreſſa declaratione, quod
,, omnimoda collatio ſpectat ab Hebdomadarium,
,, ſeu Capitulum: quæ exempla prævalere de-
,, bent, tum quia numero plura; & in obſer-
,, vantia interpretativa attenditur, quod magis

» fuit obſervatum. *Rot. deciſ.* 265. *n.* 11. *cor. Du-*
» *noz. Jun.* tum quia ſunt antiquiora, utpote inci-
» pientia ab anno 1501. & conſequenter magis
» apta ad explicandam naturam antiquæ diviſionis
» Hebdomadarum, cujus memoria non reperitur,
» ex relatis per *Rot. deciſ.* 674. *n.* 22. *part.* 19. *Re-*
» *cent.* Tum quia ſtylus Capituli in ſuis Collatio-
» nibus, ſaltem fuit varius, & difformis, & ad
» libitum immutatus; cum autem Archipresbyteri
» in proprio Turno conſtanter, & inconcuſſe con-
» tulerint Clericatus, & Beneficiatus abſolute, &
» independenter a Capitulo, quod nunquam nomi-
» navit; hic ſtylus univocus præferri debet ad oſ-
» tendendum, quod in collationibus expletis ab
» Archipresbytero de his Beneficiis Urbis, nullam
» participationem habuit Capitulum, & conſe-
» quenter in iis ceſſat Conſortium.
288 » Præterea, ut reſpondebat *Armindus Riccius*
» in dicta *Romana Beneficiatus S. Petri* §. *Tan-*
» *dem*, nominatio Archipresbyteri facta in non-
» nullis Capitularibus Collationibus, cenſetur fa-
» cta ratione Dignitatis Perſonæ, & adhuc tunc
» ipſe habetur tanquam unus de Capitulo *ex dec.*
» 377. *n.* 19. *&* 20. *part.* 9. *Rec.* & cenſetur Ar-
» chipresbyter nominatus, non uti habens medie-
» tatem in ipſo jure conferendi, ſed tanquam Per-
» ſona nobilior, & clarior ipſius Capituli, *Rot.*
» *coram Cerro deciſ.* 450. *&* in *Recent. deciſ.* 44.
» *n.* 2. *part.* 13. in *Leodien. ſeu Aquiſgranen. De-*
» *canatus* 10. *Martii* 1702. §. *Minus*, *cor. clar.*
» *mem. Card. Caprara*, *& in Vicen. Juriſdictionis*
» 26. *Januarii* 1703. §. *Quod autem*, *coram R. P.*
» *D. Scotto.*
» Decretum anni 1556. determinat dumtaxat
» tempus a quo incipere debeant Hebdomadæ, non
» autem aliquid ſtatuit ſuper puncto de quo agitur.
» Nec quidquam relevat enunciativa, quod Be-
» neficia ſpectent *ad collationem Archipresbyteri*,
» *& Capituli*, quia nullus unquam negavit, Bene-
» cia Baſilicæ Vaticanæ in genere ſpectare ad Col-
» lationem Archipresbyteri, & Capituli, ſed vis
» ſtat, an ſtante diviſione Turni, pertineat colla-
» tio jure communi, & indiviſo, vel diviſo, etiam
» quoad proprietatem.
» A præcepto quod fecit Cardinalis Archipreſ-
» byter anno 1591. ut collationes Capitulares de-
» beant omnes ſubſcribi etiam ab ipſo, *Reverendiſſi-*
» *mi Canonici ſentientes ſe gravatos*, *appellarunt*,
» ut legitur in *Summariis* datis in Rota *cor. R. P.*
» *D. Priolo*; fuitque poſtea revocatum, ut dicitur
» in Deciſione *Romana Clericatus Beneficiati co-*
» *ram R. P. D. Priolo*, *dict. deciſ.* 24. poſt *de Luc.*
» *de Benefic. ſub n.* 9. & revera nullum habuit ef-
» fectum.
» Enunciativa vero ibidem emiſſa, quod colla-
» tiones Capitulares expediebantur, etiam ſub no-
» mine Archipresbyteri, quæ pariter legitur *in*
» *deciſ.* 959. *cor. Penia*, deſtruitur nedum ex re-
» vocatione dicti præcepti, ſed etiam ex ipſa evi-
» dentia facti, & tot Collationum factarum ſine
» ulla expreſſione Archipresbyteri, inter quæ con-
» derabilis eſt illa, quæ poſt triennium evenit;
289 » nam vacante Beneficiatu anno 1594. Capitulum
» contulit cum hoc Titulo -- *Capitulum*, *& Cano-*
» *nici &c.* ſine ulla mentione, aut ſubſcriptione
» Archipresbyteri.
» Minus reſiſtit altera enunciativa, quod Heb-
» domadæ diviſæ fuerint commoditatis cauſa, &
» ad evitandas diſſentiones; Quia cum tunc tem-
» poris Inſtrumentum Diviſionis eſſet ignotum,
» erat mera divinatio aſſerere, quod diviſio emana-
» verit ad evitandas diſcordias; & ſi quæ diſſentio-
» nes oriebantur, non contingebant inter Archi-
» presbyterum, & Capitulum, ſed inter ipſos Ca-
» nonicos, ut legitur in eodem præcepto. Et in
» omnem caſum, ex quo facta ſit diviſio per Tur-
» num commoditatis cauſa, & ad evitandas diſ-
» cordias, inferri non poteſt, quod ſit diviſum
» exercitium dumtaxat, quia triplici modo poteſt
» conſuli diſcordiis. Primo per diviſionem tam pro-
» prietatis, quam exercitii; Secundo per diviſio-
» nem exercitii dumtaxat; & Tertio per transla- 290
» tionem juris nominandi, firmo remanente con-
» ſortio; tam ſuper proprietate, quam exercitio,
» adeoque cum diſcordiis conſuli poſſit, etiam per
» diviſionem proprietatis, recurrendum erit ad ob-
» ſervantiam, ad effectum dignoſcendi, quomodo
» facta ſit diviſio. Hinc *Lotterius* agens de hujus 291
» Baſilicæ Beneficiis *lib.* 2. *quæſt.* 33. *ſub num.* 16.
» ait, quod ad evitandas diſcordias diviſum ſit
» jus iſtud per Turnum, hoc eſt proprietas, & non
» ſolus uſus.
» Proteſtatio demum facta a Capitulo de anno
» 1601. nihil continet, quod trahi poſſet ad deci-
» ſionem hujus Cauſæ. Siquidem cum in proviſio-
» ne Apoſtolica tunc facta de conſenſu Archipreſ-
» byteri nulla facta fuerit mentio de jure conferen-
» di, quod habet Capitulum in ſuis reſpective Heb-
» domadis alternatim cum Archipresbytero, pro-
» teſtatur Capitulum, quod nullum exinde ipſi
» præjudicium illatum intelligatur propter poſſeſ-
» ſionem datam Proviſo Apoſtolico. In præſenti
» vero non diſputatur, an in Litteris Apoſtolicis
» facienda ſit mentio de Hebdomadarum diviſione
» inter Archipresbyterum, & Capitulum, ſed an
» dicta diviſio facta ſit quoad proprietatem, vel
» quoad exercitium tantum; cum de cætero in Pro-
» viſionibus Apoſtolicis de hac Turnorum diviſio-
» ne, & Alternativa hodie mentio fiat.
» Favet etiam noſtræ intentioni praxis, quæ vi-
» get in Baſilica S. Mariæ Majoris, cujus Archi-
» presbytero, & Capitulo attributum eſt jus confe-
» rendi a Pio IV. ad formam Baſilicæ Vaticanæ;
» unde de una ad aliam valet argumentum, ut be- 292
» ne innuit *Rot.* in dicta *Romana Clericatus Bene-*
» *ficiati*, *cor. R. P. D. Priolo* poſt *de Luc. de Bene-*
» *fic. dec.* 24. *n.* 18. §. *Demum.* In ea ſiquidem Ar 293
» chipresbyter habet ſuas hebdomadas omnino in-
» dependentes ab hebdomadis Capituli; ille non
» ſe ingerit in Beneficiis, quæ vacant in Turno
» Capituli, etiamſi Capitulum ſit conferre impedi-
» tum, ut late, me ſcribente favore Datariæ, pro-
» batum fuit, & obſervatum *anno* 1702. in Bene-
» ficio, quod vacaverat per obitum *Nicolai Jani*,
» ipſo Eminentiſſimo Archipresbytero tunc infor-
» mante in voce, & in ſcriptis, & poſtmodum
» prætenſo juri ſuo cedente, ex quo Illuſtriſſimi
» DD. *Priolus*, *Scottus*, *Anſaldus*, & *Lancetta*
» tunc pro Congregatione particulari habenda de-
» putati, jam animum proprium favore Datariæ
» patefecerant. Contra vero Capitulum non con-
» fert Beneficia vacantia in Turno Archipresbyte-
» ri, poſt ipſum Archipresbyteri obitum, ſed in
» contingentia vacationis confert Sedes Apoſtoli-
» ca, quemadmodum ſervatum fuit anno 1690.
» nam Beneficiatum in dicta Baſilica vacantem in
» Turno, qui alias ad Archipresbyterum, ſi vixiſ-
» ſet, ſpectabat, ſan. mem. Alexander VIII. contulit
» *Hermanno Guillelmo Thorien.* ſub Datum apud
» *S. Mariam Majorem Decimo Kalendas Decem-*
» *bris Anno primo.*
» Non obſtat, quod in Baſilica S. Mariæ Ma-
» joris Pius IV. in ipſamet Bulla diviſit proprie-
» tatem Juris conferendi, tribuendo duas Heb-
» domadas

294 „ domadas Archipreſbytero, & unam Capitulo;
„ quia ſi jus conferendi tribuit, & diviſit ad
„ inſtar Archipreſbyteri, & Baſilicæ S. Petri,
„ jam agnovit, etiam in hac S. Petri Baſilica, in
„ qua tunc quoque vigebat uſus Turnorum, divi-
„ ſam fuiſſe proprietatem: Nec verificari poſſet
„ paritas inter utrumque Archipreſbyterum, &
„ utramque Eccleſiam, niſi admiſſa in utraque pa-
„ riformi proprietatis diviſione, prout occaſione di-
„ ctæ diſputationis anno 1702. præfati S. Rotæ
„ Auditores agnoverunt.
„ Minuſque reſiſtit ponderatio, quod Sedes A-
„ poſtolica reperiebatur in poſſeſſione conferendi
295 „ Beneficiatus S. Mariæ Majoris vacantes poſt obi-
„ tum Archipreſbyteri, in præſenti vero Dataria
„ nullam habeat poſſeſſionem: Primo, quia non
„ alia ratione ſa. me. Alexander VIII. contulit
„ illum Beneficiatum poſt obitum Archipreſbyte-
„ ri, quam quia Archipreſbyter Sanctæ Mariæ
„ Majoris nihil commune habet cum Capitulo; &
„ quia uterque jure, & nomine proprio confert;
„ unde in caſu reſervationis collatio ſpectat ad
„ Datariam, Archipreſbytero excluſo. Cum au-
„ tem hæ rationes in præſenti caſu militent, eadem
„ debet millitare diſpoſitio, ad Text. in *leg. Illud*
„ *C. De Sacroſ. Eccleſ. leg. Quidam Nummularios*,
„ *ff. De Eden. leg. Illud*, *ff. Ad leg. Aquil. leg. A*
„ *Titio*, *ff. de Furt.*
„ Secundo quia hæc eadem obſervantia con-
296 „ currit in ſpecie in Vaticana Baſilica. Siquidem
„ anno 1709. Beneficiatum tunc vacantem per
„ obitum cognominati de *Abatibus*, Sanctiſſ. Do-
„ minus Noſter contulit *D. Salæ*, Archipreſbytero
„ in Turno conferendi exiſtente, Archipreſbytera-
„ tu tamen vacante, ut ex Supplicatione ſub Da-
297 „ tum apud *S. Mariam Majorem quinto Kalen-*
„ *das Decembris Pontificatus anno IX.* Cumque
„ agatur de obſervantia interpretativa pro indu-
„ cendo ſtylo, ſufficit ſemel ita ſervatum fuiſſe,
„ *Rota deciſ. 326. n. 14. & ſeqq. part. 9. deciſ. 300.*
„ *n. 28. part. 12. Recent.* cum aliis in *Auguſtana*
„ *Canonicatus* 12. *Jannarii* 1703. §. *Ex prædictis*
„ *cor. Reverendiſſimo Molines.* Et licet ultimus
„ dicti Beneficiatus poſſeſſor eſſet etiam familiaris
„ Cardinalis; nihilominus illum Pontifex contulit
„ non ex capite familiaritatis Cardinalitiæ, ſed ex
„ quo Archipreſbyteratus vacabat, ut legitur in
„ *Summariolo* Supplicationis, quod juxta ſtylum
298 „ omnibus notum, dat normam, & Regulam in
„ his materiis, quia illud unice legitur Summo
„ Pontifici, & ex illo deprehenditur, quid vere
„ Summus Pontifex intellexerit, aut ex quo capi-
„ te providere voluerit, *Rot. in Romana Emphy-*
„ *tenſis 6. Martii* 1684. §. *Probatur tertio*, *cor.*
„ *Albergato*, *in Romana Penſionis* 12. *Februarii*
„ 1685. §. *Non obſtante*, *coram Paulutio*, *in Me-*
„ *levitana Penſionis* 28. *Junii* 1698. & latius 22.
„ *Januarii* 1699. *cor. Eminentiſſimo Tremoille*, &
„ 25. *Aprilis* 1701. §. *Nec Pontifex*, *cor. Reve-*
„ *rendiſſimo Molines*, & *in Aſculana Beneficii*, *ſeu*
„ *Abatiæ 6. Aprilis* 1699. §. *Et ob id*, *coram R.*
„ *P. D. Anſaldo.*
„ Cæterum data etiam hypotheſi, quod diviſum
299 „ ſit exercitium juris conferendi inter Capitulum,
„ & Archipreſbyterum: adhuc Capitulum conferre
„ non poterit Beneficiatus poſt obitum Archipreſ-
„ byteri vacantes; Quia (ut dicebamus in dicta
„ cauſa S. Mariæ Majoris) reſervatio etiam afficit
„ exercitium; ut in fortioribus terminis de jurepa-
300 „ tronatus mixto, cujus exercitium diviſum fuit
„ inter Patronum Eccleſiaſticum, & Laicum, di-
„ xit *Rot. coram Priolo deciſ. 362. n. 11. & ſeqq.*

„ *deciſ. 383. n. 15. & ſeqq. & deciſ. 432. n. 18.* cum
„ aliis *in Aprutina Beneficii* 19. *Junii* 1705. §.
„ *Viſum cor. R. P. D. Scotto.* Et hic caſus eſt lon-
„ ge fortior, quia data reſervatione, quando va-
„ cat in Turno Eccleſiaſtici, excluditur Patronus
„ laicus habens ex cauſa oneroſa proprietatem in
„ ſolidum.
„ Hinc cum in Eccleſia Lateranenſi vacaſſet Be-
„ ficium reſervatum in Turno Capituli, deciſum
„ fuit, Collationem ſpectare ad Datariam, nec
„ Cardinalem *Columnam* Archipreſbyterum potuiſ-
„ ſe conferre, ſtante diviſione, ſive emanaverit ſuper
„ proprietate, ſive ſuper exercitio, *ut in deciſ. 377.*
„ *ſub n. 18. part. 9. Recent.* Quamobrem pro in-
„ ducenda reſervatione ſat eſt, quod diviſum fuerit
„ exercitium.
„ Et in Baſilica Vaticana res caret difficultate,
„ nam ut dictum eſt in principio, quando in Turno 301
„ Capituli vacat Beneficiatus, aut Clericatus reſer-
„ vatus, Dataria confert: ex quo infertur, quod
„ etiam admiſſa ſolius exercitii diviſione, locum
„ habent Reſervationes; & ſicuti hoc exercitium
„ cadit ſub aliis Regulis Cancellariæ, ita etiam
„ comprehendi debet ſub Regula Secunda, dum 302
„ ſtante rationis identitate, una Regula aliam de-
„ clarat, *Roman. conſ. 345. n. 22. verſ. Quando*, &
„ *ibi Adden. litt. L. Mandoſ. ſuper Regul. in Pro-*
„ *œm. quæſt. 3. n. 2. in princip.*
„ Præcipue quia Dataria ſacere conſuevit hu- 303
„ juſmodi Collationes, etiam excluſo Cardinali
„ Archipreſbytero habente Indultum conferendi
„ reſervata ad Collationem cum alio, vel aliis
„ communem, ea ratione, quia etiam diviſo exerci-
„ tio, Collatio non eſt communis: ergo a pari,
„ in caſu Regulæ Secundæ, Collatio non eſt com-
„ munis, etiamſi diviſum ſit ſolum exercitium, quia
„ Indultum, & Regula ſunt fere iiſdem verbis con-
„ cepta.
„ Deciſiones vero *in Tiraſonen. Portionis* non
„ applicantur, *cum certe in eo caſu Portionis vaca-* 304
„ *tio ſucceſſerit e vivis prærepto Pontifice; adeoque*
„ *cum ipſo pariter obierant quæcumque reſervatio-*
„ *nes*, & *Regulæ Cancellariæ*, *liberis undique rema-*
„ *nentibus manibus Ordinariorum*, *aliorumque In-*
„ *feriorum Collatorum*, ut ſunt verba *R. P. D.*
„ *Anſaldi in deciſ. 23. Junii* 1703. §. *Certe*, & *in*
„ *principio Deciſionis*, & 27. *Maii* 1704. §. *Idque*,
„ & §. *Cæterum*, & 14. *Aprilis ejuſdem anni* §. *Id-*
„ *que*, & §. *final. cor. Reverendiſſimo Molines.* Un-
„ de exercitium cadere non poterat ſub reſervatio-
„ ne, quæ non aderat.
Hactenus Diſcurſus; Perpenſiſque rationibus in
eo expoſitis, Congregatio Particularis, cui inter- 305
fuerunt clar. mem. Cardinalis *Sacripantes Pro-*
datarius, & RR. PP. DD. *Corradinus*, *Lancet-*
ta, *Aldrovandus*, *Criſpus*, *Anſideus*, & *Becchet-*
tus Subdatarius, *die* 30. *Septembris* 1711. cen-
ſuit, *Collationem ſpectare ad Datariam*; Et ſuc-
ceſſive ſan. mem. Clemens XI. Votum laudatæ
Congregationis *Motu proprio* confirmando, Cle-
ricatum Beneficiatum contulit *Franciſco Colignono*,
ut ex Supplicatione ſub Datum apud *Sanctam Ma-*
riam Majorem quarto decimo Kalendas Novembris
Pontificatus anno XI. Cujus quidem Supplicationis
Summariolum ita conceptum erat.
S. V. approbando Votum unanimiter emanatum
a Congregatione particulari, quod Clericatus Baſi-
licæ Principis Apoſtolorum de Urbe in Turno Ar-
chipreſbyteri, *Archipreſbyteratu tamen vacante*,
per obitum vacans, *attenta plenaria*, & *omnimo-*
da diviſione juris, & *proprietatis conferendi inter*
Archipreſbyterum, *ac Capitulum*, & *Canonicos*

dicta Baſilicæ per Turnum ſtabilita, juxta S. V. & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulam ad S. V. pertineat, quaſcumque Cauſas deſuper ad ſe avocando, eumdem Clericatum 24. cum Diſtributionibus, & aliis incertis 120. dicto Motu proprio confert Franciſco Colignono Presbytero Romano, obtinente alium ſimilem Clericatum in dicta Baſilica, cum Indulto remanendi in eodem Turno, Stallo, Antianitate, aliiſque juribus, in quibus reperitur; ac non capiendi novam poſſeſſionem; & abſque ſolutione jurium illius ratione debitorum, cum Decreto vacationis Clericatus per eum obtenti.

Animadvertendum tamen eſt, quod dum in ſupradicto Diſcurſu *a num.* 299. *& ſeqq.* diximus, ſufficere etiam diviſionem ſolius exercitii juris conferendi inter Collatores ſimultaneam habentes, ad effectum ut intret reſervatio Regulæ Secundæ,
306 id diximus ad exuberantiam, inſerviendo opportunitati Cauſæ; cum verior magiſque recepta ſit Sententia, requiri diviſionem proprietatis, & ſubſtantiæ ipſius juris conferendi, nam diviſo ſolum exercitio, adhuc commune remanet, & individuum jus illud poteſtatis conferendi, quod in ſolidum reſidet penes utrumque Collatorem; & ideo cum per obitum alterius ex illis ceſſet diviſio exercitii, & remaneat Collatio tam in proprietate, quam quoad exercitium ipſum communis, & ſimultanea, ut antea, ceſſat reſervatio Regulæ, quæ in littera excludit Beneficia ad Collationem cum alio, vel aliis pertinentia; ut dictum eſt ſupra *n.* 161.
307 *& ſeqq.* Eo prorſus modo, quo in jurepatronatus mixto, ſi Patroni dividant inter ſe per Turnum exercitium, ſeu uſum præſentandi, defuncto Patrono Eccleſiaſtico, juſpatronatus redit ad ſuam priſtinam mixturam; quia per obitum Conſocii totum exercitium in Conſocii Perſona ſolidatur, nec ideo Beneficium ſubjacet Reſervationibus Apoſtolicis, ſi vacare contingat in Turno, qui alias ad Conſocium defunctum, ſi viveret, ſpectaſſet, *Rota deciſion.* 383. *num.* 20. *coram Priolo*, & dicemus in *Commentar. in Regul. IX.* In tantum vero ſuperſtite
308 Patrono Eccleſiaſtico Beneficium, quod in illius Turno vacat, eſt obnoxium Reſervationibus, quia præexiſtit penes ipſum exercitium juris præſentandi, ſuper quo ſubſtantiatur Reſervatio; quod ſecus eſt in terminis Regulæ Secundæ, nam defuncto Epiſcopo, vel Cardinali Archipresbytero, exercitium juris conferendi, quod antea ipſis quoad medietatem competebat, totum, & integrum ſolidatur penes Capitulum; unde deficit ſubjectum capax Reſervationis.

Quid autem dicendum, ſi diviſo exercitio juris conferendi Capitulo competentis inter Canonicos per Turnum, prout in dictis Baſilicis Lateranenſi, Vaticana, & Sanctæ Mariæ Majoris obſervatur, Canonicus Turnarius ſit perpetua dementia detentus,
309 abſque lucidis intervallis, an poſſit per medium ſui Curatoris exercere jus Turni in caſu vacationis Beneficii, vel potius Collatio ſpectet ad Capitulum? Et videtur reſpondendum, poſſe Canonicum Turnarium per organum Curatoris exercere jus Turni; quippe jus turnandi computatur inter fructus Beneficii, quibus non privatur lapſus in dementiam; ideoque ſicuti cæteros fructus Canonicatus colligit, & colligere poteſt ejus Curator, ita
310 etiam eidem permitti debet facultas nominandi, præſentandi, aut conferendi, cum jus iſtud ſit fructus, vel dicatur eſſe in fructum Canonicatus, *Piton. de Controverſ. Patron. allegat.* 90. *nu.* 125. *Rot. in Hildeſimen. Canonicatus* 3. *Junii* 1702. *§. At redeundo, cor. bon. mem. Anſaldo, & in Segobien. Canonicatus* 11. *Aprilis* 1704. *§. Altera vero, cor. clar. mem. Card. Scotto, & in altera Segobien. Canonicatus* 28. *Martii* 1707. *cor. eodem.* Exem- 311
plo Adminiſtratoris Hæreditaris, qui præſentat ad Patronatum exiſtentem in hæreditate, quam adminiſtrat, *Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 34. *n.* 46. *Piton. de Controverſ. Patron. allegat.* 38. *n.* 3. *Rot. in Barchinonen. Beneficii* 2. *Decembris* 1681. *cor. clar. mem. Card. Maubejo.*

Nec non Tutoris, qui nomine Pupilli ad Bene- 312
ficia juriſpatronatus ei competentis rite præſentare valet, *Garcias de Benefic. part.* 5. *cap.* 9. *n.* 198. *in fine, Lambertin. de Jurepatron. lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 2. *art.* 10. *n.* 1. *Piton. dict. alleg.* 38. *n.* 2. *Gutierez de Tutel. part.* 3. *cap.* 29. *n.* 7. *Rot. deciſ.* 727. *n.* 2. *cor. Ubaldo.*

Sed contraria verior eſt Sententia. Turnus ſiquidem præſumitur inductus ad tollenda diſſidia 313
illa, quæ in Proviſionibus Beneficiorum capitulariter faciendis, plerumque exoriri ſolent; unde inducit tantummodo diviſionem exercitii, non 314
proprietatis juris conferendi, ad *Text. in Cap. Dudum §. Nos igitur, de Præbend. Piton. de Controv. Patron. allegat.* 90. *nu.* 44. *Rot. in Hiſpalen. Juris præſidendi in Choro* 2. *Julii* 1700. *§. Tota, & §. Neque his omnibus, cor. dell'Olmo.* Et in laudatis 315
Urbis Baſilicis conferendi proprietas reſidet penes Capitula, dum etſi Canonici in ſuis reſpective Turnis nominationem ad Beneficiatus expleant, eorumdem tamen Collationes fiunt nomine Capituli. Proindeque cum juris conferendi proprietas ſemper remaneat penes Capitulum, ſequitur, quod impedi- 316
to Canonico Turnario ob ſui dementiam nominare, reaſſumit Capitulum ſuam proprietatem, & ad illud pertinet nominatio, quaſi in cauſam Caduci, *ad Text. in Cap. Irrefragabili, §. Exceſſus, de Offic. Ordinar. Card. de Luc. de Benefic. diſc.* 1. *n.* 9. *& ſeqq. Piton. de Controv. Patron. allegat.* 90. *n.* 39. *Rot. in Parmen. Beneficii* 5. *Februarii* 1717. *coram bon. mem. Anſaldo.*

Non obſtat, quod mentecaptus non amittat fructus ſui Canonicatus, & eo colligat per medium ſui Curatoris. Quoniam diſtinguendum eſt inter fructus Burſales, & fructus dependentes a mentis induſtria. In primis ſiquidem vera eſt Concluſio; 317
ſecus in ſecundis. Cum enim ad nominandum, & eligendum requiratur induſtria mentis, quæ non cadit in demente, ipſe non poteſt actum hujuſmodi explicare per alium; prout non poteſt per organum 318
ſui Curatoris ſuffragium ferre in actibus Capitularibus, quamvis jus votandi, & ipſum dicatur eſſe 319
in fructu.

Exempla vero de Tutore, & Adminiſtratore hæreditatis, non applicantur; illi enim eatenus præſentant, quatenus jus præſentandi venit acceſ- 320
ſorie ad Univerſitatem Bonorum quæ cadit ſub eorum Adminiſtratione; ſed in caſu Curator eſt datus ad temporalia, & burſalia tantum, non vero ad jura Canonicalia, dependentia ab induſtria Mentis, qualia ſunt jus Turnandi, Votandi, & ſimilia, quæ non poſſunt conſiderari tamquam acceſſoria, ſed ſunt quid principale.

Cæterum in caſu, quo Canonicus ſit perpetua dementia irretitus, poteſt ei a Pontifice impetrari Gratia Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione, 321
& cum Indulto, quod Coadjutor admittatur ad jus Turni: quod in Coadjutoriis Germaniæ practicari ſolet.

Sed ad ſemitam, unde non inopportune digreſſi ſumus, revertentes, jam diximus ſupra *n.* 559. *& ſeqq.* quod Regulæ diſpoſitio locum ſibi vindicat in caſu, quo in collatione Præbendarum adſit ſimultanea inter Epiſcopum, & Capitulum; ſed id modo limi-

Digitized by Google

322 limitatur in Præbenda Pœnitentiaria ſpectante ad
communem Epiſcopi, & Capituli collationem;
quam Sede vacante, non poteſt Capitulum pro-
videre, & Pœnitentiarium eligere; hujuſmodi
enim electio ad ſolum Epiſcopum pertinet vigore
Concilii Tridentini *Seſſion.* 24. *cap.* 8. eoque defun-
cto, privative competit Papæ vigore hujus *Regulæ
II. Garc. de Beneſic. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 145. *&
ſeqq. Corrad. in Prax. Beneſic. part.* 3. *cap.* 6. *nu-
mer.* 54. Niſi aliter cautum eſſet in illius funda-
tione, prout fieri poſſe, reſolvit *Rot. cor. Emer. Jun.
deciſ.* 553.

Cæterum ſi proviſus de Beneficio tamquam de
reſervato vigore Regulæ II. expediat Litteras in
323 forma Brevis cum clauſula *Conſtito*, probare de-
bet non ſolum vacationem ſequutam fuiſſe Epiſco-
pali Sede vacante, ſed etiam, quod Beneficium
ſit liberæ collationis Epiſcopi, ſi in illius poſſeſſio-
ne reperiatur alter, qui illud oppoſuerit, cum tali
caſu ſit legitimus Contradictor, & exceptio hæc
reſultet ex ventre Brevis, *Gonzal. ad Regul.* 8.
Gloſſ. 51. *num.* 54. *Lotter. de re Beneſic. lib.* 2.
quæſt. 34. *num.* 11. *& ſequentib. Rot. deciſ.* 365.
num. 2. *&* 3. *coram Remboldo.*

Maxime ſi agatur de Præbendis, & Dignitati-
bus in Cathedralibus, quæ regulariter non ſunt
324 liberæ collationis Epiſcopi, ſed ſimultaneæ cum
Capitulo, ſive ex eo, quod Epiſcopus unum cor-
pus conſtituere dicatur cum Capitulo, ſive ratio-
ne præſumtæ earum fundationis de bonis commu-
nibus, Capituli ſcilicet, & Epiſcopi, *Cap. Cum
Eccleſia Vulterana, de Elect.* & ibidem *Abas ſub
n.* 8. *Fagnan. n.* 14. *& ſeqq. Lotter. de re Beneficiar.
lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 8. *& ſeqq. Gonzal. ad Regul.*
8. *Gloſſ.* 45. *a n.* 36. *Garc. de Beneſic. part.* 5. *cap.*
14. *num.* 5. *Rot. deciſ.* 274. *num.* 9. *part.* 19. *Re-
cent. & deciſ.* 238. *n.* 1. *cor. Cavaler. & deciſ.* 805.
n. 1. *cor. Buratt. deciſ.* 365. *n.* 4. *cor. Rembold.* &
pleoe *deciſ.* 33. *num.* 8. *& ſeqq. coram Herrera.*

Remaneret autem excluſa juſtificatio liberæ Col-
lationis, ſi in Eccleſia adeſſet Statutum, quod va-
leant antiquiores Canonici gradatim optare Digni-
325 tates, & Præbendas; quia tantum dici non poſſet
tali caſu earum collationem libere ad Epiſcopum
pertinere, ut potius emergat Epiſcopi excluſio a
collatione, cujus vim obtinet ipſamet optio. Et
quamvis Indultum optandi non impediat, quomi-
nus libera Collatio pertineat ad Epiſcopum; ta-
men id locum ſibi vindicat in terminis Regulæ IX.
326 reſervantis Beneficia ratione Menſium, in qua ex-
preſſe derogatur juri optandi; ac propterea, ut in-
tret Reſervatio, recte dici poteſt, quod optio non
operatur, quominus Dignitatum, & Præbendarum
Collatio libere pertineat ad Epiſcopum; Aliter ta-
men dicendum eſt ad effectum Regulæ II. nam in
327 ea non derogatur juri optandi; nec clauſulæ Re-
gulæ IX. trahuntur ad Regulas antecedentes, *Rot.
deciſ.* 767. *num.* 4. *& ſeqq. part.* 2. *Recent. & deciſ.*
365. *num.* 5. *& ſeqq. cor. Remboldo*, ubi quod id
328 magis procederet, ſi in Indulto expreſſe tribuere-
tur facultas optandi etiam reſervata, & diſponere-
tur, quod optio vim collationis haberet, nam tunc
impoſſibile eſſet, quod Collatio poſſet libere perti-
nere ad Epiſcopum.

Sed proſequendo caſus, in quibus hæc Regula
locum non habet; *Secundo* ea non procedit, ubi Col-
latio Beneficiorum, quæ ad Epiſcopum dum vivit
ſpectat, Sede Epiſcopali vacante, ex Privilegio,
Conſuetudine, aut alio legitimo titulo, alteri com-
329 petat, nec Succeſſori, ſi Regula non adeſſet, reſer-
varetur; quia illa no intendit tertio præjudicare,
ut reſolvit *Rot. in Gerunden. Beneficii cor. Cordu-
ba*, quam refert, & ſequitur *Garcias de Beneficiis
part.* 5. *cap.* 5. *num.* 244.

Quod ſi Epiſcopo ſolum competat electio, no-
minatio, ſeu præſentatio Perſonæ, quamvis Col-
latio, ſeu inſtitutio ad alium pertineat, ſeu ſit com-
munis Epiſcopo, & aliis, tunc locum ſibi vindi- 330
cat hæc reſervatio, quia attendenda eſt prima diſ-
poſitio Beneficii, *Garc. dict. part.* 5. *cap.* 1. *num.*
230. *Caſtropal. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſ-
put.* 2. §. 18. *ſub num.* 4. Nec Vicarius Capitula- 331
ris, ſive Capitulum Sede vacante poterit eligere,
nominare, ſeu præſentare, ut poſt *Cardinal. Joan.
Andr. & Rebuff.* firmat, *Azor. Inſtit. moral. part.*
2. *lib.* 3. *cap.* 38. *quæſt.* 10. ubi duas reddit ratio-
nes, primam, quod Capitulum non poteſt Sede
vacante conferre: ſub verbo autem *conferre* con-
tinetur præſentatio, nominatio &c. & alteram,
quia præſentare eſt in fructibus Beneficii, qui Suc-
ceſſori reſervantur, *Garc. de Beneſic. part.* 5. *cap.*
7. *numer.* 52. *Caſtropal. part.* 2. *diſput.* 2. *punct.*
29. *numer.* 8. *verſ. Supradicta doctrina*, *Murga
de Beneficiis quæſt.* 3. *numer.* 235. Et hodie id
revocari non poteſt in dubium propter clara verba
Regulæ reſervantis diſpoſitioni Papæ Beneficia, 332
quæ vacant poſt obitum Epiſcoporum, & Aba-
tum, quæque ſpectabant ad illorum *collationem,
præſentationem, electionem, & quamcumque aliam
diſpoſitionem.*

Tertio Regula locum non habet, niſi in illis Be-
neficiis, quæ vacant Sede Epiſcopali, vel Abatia-
li vacante uſque ad proviſionem Succeſſoris, & 333
adeptam ab eo pacificam poſſeſſionem, & in hoc
Regula eſt clara, & emanavit ad evitandam diffi-
cultatem, quæ oriri poſſet de jure communi, ad 334
cujus tramites Sedes Epiſcopalis, ſeu Abatialis de-
ſinit vacare per confirmationem, inſtitutionem, ſeu
proviſionem a Sede Apoſtolica factam, quarum vim
hodie habet Præconizatio, ſeu pronunciatio, quæ
a Papa fit in Conſiſtorio; in tantum ut Epiſcopus 335
electus, & confirmatus, ſeu præconizatus in Con-
ſiſtorio plenam conſequatur de jure communi admi-
niſtrationem Bonorum, & jurium Eccleſiæ ante 336
adeptam illius poſſeſſionem, exceptis iis, quæ reſ-
piciunt ordinem, ſeu conſecrationem, *Cap. Tranſ-
miſſa* 15 *de Elect.* & *Cap. Noſti* 9. *eod. tit.* ibique
communiter Canoniſtæ, *Paſſerin de Elect. cap.* 33.
num. 25. *Germon. de Indult. Cardinal.* §. *Nec non
quarumcumque num.* 29. *& ſeqq. Pariſ. conſil.* 141.
num. 31. *&* 32. *lib.* 4. cum concordantibus relatis
a Pilon. diſcept. 74. *num.* 5. *&* 6. ubi plures reddit
hujuſmodi principii rationes, *Rot. deciſ.* 475. *num.*
17. *part.* 1. *Recent. & in Corduben. Beneficiorum
coram Emerix deciſ.* 1215. *num.* 5. *&* 6. *&* 3. *De-
cembris* 1696. *cor. Urſino.*

Verum, ne poſſet dubitari de Eccleſiarum, &
Monaſteriorum proviſione, & quod electus, &
confirmatus ſit vere Prælatus, utque etiam tolle-
rentur abuſus aliquorum Prælatorum, qui volebant
ſibi oretenus credi ſuper eorum proviſionibus, abſ-
que eo quod oſtenderent Litteras Apoſtolicas, quas
aliquando in magnum præjudicium intereſſe burſa-
lis Datariæ expedire non curabant, ideo emanavit
primum a Bonifacio VIII. *Extravagans Injuncta,
de Elect.* inter *communes*, qua cavetur, quod Præ- 337
lati ad *commiſſas eis Eccleſias, & Monaſteria abſ-
que Sanctæ Sedis Litteris hujuſmodi, eorum pro-
motionem continentibus, accedere, vel Bonorum
Eccleſiaſticorum adminiſtrationem, accipere non
præſumant; nullique eos abſque dictarum Litte-
rarum oſtenſione recipiant, aut eis pareant &c.*
Cujus *Extravag.* vigore, ab aliis ſucceſſive Ponti-
ficibus confirmatæ, ad plene relata per *Fagnan. in*

Cap. Qualiter ſub num. 7. de Elect. Fermaſin. ad Ru-
bric. de Elect. Quaſt. 15. num. 12. & ſeqq. proro-
gata ſuit vacatio Eccleſiæ uſque ad expeditionem
Litterarum, earumque præſentationem Capitulis
338 faciendam; Deindeque prodiit Regula Secunda
Cancellariæ, quæ inhærendo laudaræ Extrav. eam
ulterius ampliavit, prorogando Eccleſiarum vaca-
tiones uſque ad adeptam a Succeſſoribus pacificam
illarum poſſeſſiooem, Corrad. in Prax. Benefic. lib.
3. cap. 6. num. 60. verſ. Cum autem, & num. 68.
& ſeqq. ubi etiam de Epiſcopo tranſlato, Piton. diſ-
cept. 74. num. 29. & ſequen. Gonzal. ad Regul. 8.
glaſſ. 15. §. 2. num. 80. & ſeqq. & num. 87. & 89.
refert deciſum, quod ante oſtenſas litteras, & ca-
ptam per Epiſcopum poſſeſſionem Eccleſiæ, pro-
339 viſio Canonicatuum de ſimultanea Collatione inter
ipſum, & Capitulum, ſpectat ad Capitulum, Rot.
in Hiſpalen. Beneficii cor. Juſto, impreſſ. apud Pi-
ton. diſcept. 12. num. 32. & in Wormatien. Cuſtodiæ
11. Decemb. 1684. §. Quibus cum ſeqq. cor. Urſino.

Sed hæc Concluſio duplicem recipit limitatio-
nem: primo, quando Epiſcopus impeditur poſſeſ-
340 ſionem Eccleſiæ adipiſci, itaut per ipſum non ſtet,
quominus eam adipiſcatur; nam cum tali caſu lu-
cretur fructus Eccleſiæ, poteſt etiam Beneficia con-
ferre. Beneficiorum etiam Collatio inter fructus
computatur, Lotter. dict. lib. 2. quaſt. 34. num. 26.
& ſeqq. Ventrigl. in Prax. tom. 2. annot. 2. §. 2.
num. 23. ubi allegat Rot. in Auguſtana cor. Sacrato,
impreſſ. in Recent. part. 3. deciſ. 155. Sic etiam
Extravag. Injuncta, de Elect. ex qua trahit origi-
341 nem hæc Regulæ reſervatio, Piton. diſcept. 12. n.
12. & ſeqq. non habet locum in caſu neceſſitatis,
quia ubi non adeſt culpa, nec pœna infligi poteſt,
ut ibidem Gloſſ. verb. Non præſumant, Fermaſin.
de Capitul. Sede vacante quaſt. 15. num. 24. &
quaſt. 6. num. 20.

Inſuper non habet locum in Cardinalibus, qui
342 poſſunt Beneficia conferre etiam ante adeptam Ec-
cleſiæ poſſeſſionem, & a die, quo ſunt præconizati
in Conſiſtorio, nam quoad ipſos firma remanſit diſ-
poſitio juris communis, ut eſt opinio non contro-
verſa; Cherubin. ad Conſtitut. 55. S. Pii V. Schol. 1.
Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 24. num. 6. & 7. Pax Jor-
dan. tom. 2. lib. 8. tit. 2. n. 23. verſ. Ita etiam, Ca-
ſtropal. Oper. moral. tom. 2. tract. 13. diſput. 2.
punct. 18. ſub num. 4. Dian. Oper. moral. Coordinat.
tom. 9. tract. 7. reſolut. 53. & 54. Matta de Cauſ.
Conſiſtor. ſect. 20. num. 41. Cobell. de Notis. Cardin.
cap. 16. Privil. 14. §. Collationem, ubi quod in ſuis
Titulis poſſint conferre etiam ante adeptam poſſeſ-
ſionem, Barboſ. de Epiſcop. part. 3. alleg. 57. n.
93. Capon. diſcept. 10. num. 12. ubi de proviſione
343 facta a Cardinali Filomarino ante adeptam Archie-
piſcopatus Neapolitani poſſeſſionem, a tunc tem-
poris Datario approbata, Piton. diſceptat. 12. n.
9. & ſeq. & diſcept. 74. num. 5. & ſeqq. Rub. in
Singular. Rot. ad Deciſion. Accarambon. num. 3.
pag. 131. eadem Rota coram Seraphin. deciſ. 1144.
num. 2. & 3. & deciſ. 1148. & in Hiſpalen. Bene-
ficii 19. Aprilis 1602. cor. Juſto, impreſſ. apud Pi-
ton. dict. diſcept. 12. & pleniſſime in Carduben. Be-
neficiorum cor. Emerix deciſ. 1215. num. 3. confir-
mata 3. Decemb. 1696. cor. Urſina. Quemadmo-
344 dum non eſſe Cardinales obnoxios diſpoſitioni ſu-
pradictæ Extravagant. Injuncta, præter DD. &
Rotæ Deciſiones mox laudatas, Lotter. de re Be-
neficiar lib. 1. quæſt. 27. num. 32. Corradus in
Prax. Benefic. lib. 3. cap. 6. num 63. Fermoſin. in
Cap. Tranſmiſſa quæſt. 6 num 1. & ſeqq. de Elect. Rot.
deciſ. 46. num. 13. & ſeqq. & ſub num. 31. part. 5.
Recent.

Hinc, cum de anno 1715. ſequuta fuiſſet va-
catio Canonicatus in Cathedrali Albanen. ante- 345
quam clar. mem. Cardinalis de Abdua dictæ Eccle-
ſiæ poſſeſſionem adeptus fuiſſet; etſi a nonnullis
contenderetur, illius Collationem ſpectare ad Da-
tariam; hæc nihilominus ſuæ ceſſit prætenſioni, &
Canonicatum contulit laudatus Cardinalis. Et rur-
ſus ſub Pontificatu ſan. memor. Innocentii XIII.
Eminentiſſimus D. Cardinalis Corradinus tunc Pro-
Datarius retractavit Proviſionem Canonicatus Ec-
cleſiæ Cathanien. quam Dataria expleverat ſub fun-
damento illius reſervationis vigore Regulæ Secun-
dæ, ex quo vacaverat ante adeptam præfatæ Ec-
cleſiæ poſſeſſionem ab Eminentiſſimo D. Cardinali
Cienfuegos; & effectum habuit proviſio a laudato
Cardinali expleta; Quod poſterius exemplum re-
fert etiam Piton. diſcept. 74. num. 35.

Geminæ autem ſunt rationes, ob quas Cardi-
nales ſunt exemti ab hac Regula. Prima, & prin- 346
cipalis eſt, quod ipſa eo præſertim intuitu edita fuit,
ut diutinæ Beneficiorum vacationi occurreretur,
Lotter. de re Benefic. lib. 2. quaſt. 34. num. 8. &
diximus ſupra num. 8. Hæc autem ratio applicatur
quidem ſimplicibus Epiſcopis, qui promoti ad Ec-
cleſias, cum adminiſtrare non poſſint, niſi poſt ex-
hibitionem Litterarum eorum proviſionis, recte Pa-
pa Beneficia tempore Sedis Epiſcopalis vacantia
confert, quia tunc nullus adeſt, qui poſſit jure Or-
dinario providere; & ſic Papa nemini præjudicat,
ut diximus ſupra dict. num. 8. poſt Rot. in Hiſpa-
len. cor. Juſto §. Quare, ubi quod hæc eſt unica ra-
tio, quæ veroſimiliter movit Papam ad hanc Re-
gulam edendam. At ſecus eſt in Epiſcopis Car-
dinalibus; Cum enim non comprehendantur ſub
cenſura Extravagantis Injunctæ, ſed ſtatim poſt 347
eorum præconizationem in Conſiſtorio poſſint Ec-
cleſias ſibi commiſſas adminiſtrare, & Beneficia
conferre, ut dictum eſt; ſequitur inde, quod eo-
rum reſpectu conſiderari non valet ratio diutinæ
vacationis Beneficiorum, quæ Papa vigore Regu-
læ ſibi reſervaret; & cæteroquin reſervatio maxi-
mum eis inferret præjudicium, quia tolleret colla-
tionem eis de jure competentem, contra mentem
Pontificis, qui per hanc Regulam non intendit ali-
cui præjudicare, dum excipit Beneficia ad alterius
præſentationem, electionem, aut collationem perti-
nentia, quorum jus lædere non intendit, Lotter.
dict. quaſt. 34. num. 11.

Altera ratio eſt, quod prorogatio Sedis vacan-
tis uſque ad adeptam a Succeſſore illius poſſeſſio-
nem, demandata fuit a Regula ad ſarta tecta tuen-
da jura Datariæ circa intereſſe in expeditione Bul- 348
larum, & taxam Officialibus perſolvendam; quam
ob cauſam, ut diximus, prodiit Extravagans In-
junctæ, Rot. deciſ. 1148. num. 3. cor. Seraphin. &
deciſ. 1215. num. 4. cor. Emerix. Sed nec minus
ratio iſthæc applicatur Cardinalibus, qui de Epiſco- 349
patibus, proviſi, ſunt immunes a taxis pro expe-
ditione Litterarum Apoſtolicarum ſolvi conſuetis,
Corrad. in Prax. Benefic. libr. 3. cap. 6. num. 63.
Piton. diſcept. 12. num. 12. §. Probabam, & diſcept.
74. num. 32.

Hinc attendi non meretur Garc. de Benefic. part.
5. cap. 1. num. 253. ubi dubitat de reſolutione Ro-
tæ in laudata deciſ. 1148. cor. Seraphin. qua firma-
tur, Cardinales ſub hac Regula non comprehendi.
Ipſe enim vim conſtituit in eo, quod Regula non re-
ſpicit expeditionem Litterarum, cum procedat etiam
poſt earum expeditionem uſque ad adeptam a Succeſ-
ſoribus pacificam poſſeſſionem: & in hoc non ma-
le loquitur; ſed non advertit ad rationem occur-
rendi diutinæ vacationi Beneficiorum, ſuper qua 350
Regula

Regula principaliter fundatur; quæque modo ad-
351 aptatur Cardinalibus. Quatenus vero firmat Car-
dinales comprehendi ſub Regulis Cancellariæ, ubi
non ſunt ſpecialiter excepti, locum id ſibi vindicat
in iis Regulis, quarum ratio Cardinalibus con-
gruit; ſecus vero quando, prout in caſu, ratio Re-
gulæ illos non afficit, ut bene reſpondet eadem
Rota deciſ. 1148. *num.* 3. *coram Seraphin.* & *deciſ.*
121. *n.* 7. & 8. *coram Emerix*, plene *Piton. diſcep-
tat.* 12. *n.* 21. & 22.

Sed quod diximus, Cardinalem conferre poſſe
352 Beneficia etiam ante adeptam Eccleſiæ poſſeſſio-
nem, intellige de Beneficiis, quæ vacarunt poſt il-
lius promotionem ad eamdem Eccleſiam, ut ait
Filluc. Oper. moral. tract. 41. *cap.* 3. *n.* 37. & erat
caſus in dicta *Hiſpalen. coram Juſto*, & in *Cordu-
ben. cor. Emerix*, & *Uſino*; ſecus de Beneficiis an-
353 te proviſionem vacantibus; iſtorum enim collatio
ſpectat ad Papam ratione reſervationis eis a prin-
cipio infixæ, *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 24. *n.* 108.
Garc. de Beneſic. part. 5. *cap.* 1. *nu.* 633. & latius
dicemus infra. Et in his terminis procedunt, quæ
firmat *Tondut. Reſolut. Beneſic. part.* 2. *cap.* 3. §. 5.
354 *n.* 27. quod ſcilicet Indultum Cardinalis non com-
prehendat Beneficia vacantia ante adeptam Epiſco-
patus poſſeſſionem; nam intelligitur de vacantibus
ante promotionem, prout in his terminis loquitur
Gonzal. ab ipſo allegatus *gloſſ.* 24. *n.* 108.

Sic etiam intelligitur Concluſio, dummodo
355 Cardinalis ante adeptam Eccleſiæ poſſeſſionem,
fidelitatis juramentum, vigore Decreti, quod in
Litteris Apoſtolicæ proviſionis apponi ſolet, præſti-
terit. Cum enim in Litteris præfatis adjici conſue-
verit Decretum = *Volumus autem, quod tu, ante-
quam Regimini, & adminiſtrationi dictæ Eccleſia
N. te in aliquo immiſceas, in manibus Epiſcopo-
rum N. N. ſeu alicujus eorum, noſtro, & S. R. E.
nomine, fidelitatis debitæ ſolitum praſtes juramen-
tum, juxta formam, quam ſub Bulla noſtra mit
timus introcluſam; ac formulam juramenti, quod
praſtabis, Nobis de verbo ad verbum, per tuas
patentes Litteras, tuo ſigillo munitas, per proprium
Nuncium, quanto citius deſtinare procures &c.* =
Hinc vigore hujus ſpecialis Pontificii Decreti, per
modum conditionis adjecti, quemadmodum ſuſ-
penſa remanet facultas, quam de jure habet Cardi-
nalis Epiſcopus adminiſtrandi, & regendi Eccle-
ſiam ante adeptam illius poſſeſſionem; ita penden-
te implemento ejuſdem conditionis, antequam ſci-
licet præſtetur juramentum, intrat ratio Regulæ
Secundæ, occurrendi diutinæ vacationi Beneficio-
rum; & per conſequens illorum collatio ad Ponti-
ficem ſpectat, *Piton. diſcept.* 12. *n.* 27. & *ſeqq.* ubi
etiam de alio juramento fidelitatis præſtando ab
Epiſcopo ante Eccleſiæ adminiſtrationem vigore
Conſtitutionis XXV. Sixti V.

Quarto ſub Reſervatione Regulæ non compre-
356 henduntur Beneficia, quæ vacarunt Sede plena, ſed
durante adhuc tempore ad conferendum, non fue-
runt per Epiſcopum collata, ob ſupervenium ejus
obitum; Cum enim dicta Beneficia vacaverint
tempore congruo, tunc quando nulla aderat reſer-
vatio, locum ſibi vindicat Regula, quod Benefi-
cium ſemel poſt vacationem liberum, ſemper debet
remanere tale, quia inſpicitur tempus vacationis. Et
licet Regula reſervet Beneficia *quomodocumque va-
cant, & vacabunt in futurum*; intelliguntur tamen
hujuſmodi verba tam de quacumque vacatione,
quæ tempore datæ Regulæ Secundæ jam contigerat
poſt obitum Epiſcoporum, quam de illis vacationi-
bus, quæ in futurum eventuræ eſſent, non autem
de vacationibus contingentibus ante obitum Colla-
torum, quia alias repugnarent alia verba ejuſdem
Regulæ *poſt ipſorum obitum*, quæ reguntur a dicto
verbo *vacant, & vacabunt.* Ita *Gonzal. ad Regul.*
8. *gloſſ.* 24. *a n.* 114. & *ſeqq.* quem ſequuntur *Maſ-
ſobr. in Prax. haben. Concurſ. Prælud.* 26. *dub.* 4. &
Requiſit. 1. *dub.* 10. *n.* 26. *Monet. de Option. cap.* 3.
quæſtion. 3. *nu.* 92. *Caſtropal. Oper. moral. tom.* 2.
tract. 13. *diſput.* 2. *punct.* 22. §. 4. *n.* 7. *Dian. Oper.
coordinat. tom.* 9. *tract.* 7. *de Poteſt.* & *Privileg. Car-
dinal. Reſolut.* 55.

Sed contrariam ſequuntur Sententiam *Garc. de* 357
Beneſic. part. 5. *cap.* 1. *n.* 634. & *ſeqq. Tondut. Reſo-
lut. de Beueſic. part.* 2. *cap.* 3. §. 5. *nu.* 28. & *ſeqq.*
ubi licet cogitandum relinquat, inclinat tamen in
Sententiam *Garciæ*, *Rot. in Abulen. cor. Herrera
deciſ.* 18. *n.* 3. confirmata *cor. Lancetta deciſ.* 1044.
n. 4. Et ratio depromitur tum ex verbis illis Regu-
læ *quomodocumque vacaverint, & vacabunt in futu-
rum*, quæ apta ſunt comprehendere, ne dum Bene-
ficia vacatura, quamdiu Sedes Epiſcopalis remanet
Paſtore viduata, ſed etiam Benefi.ia ante obitum
Epiſcopi vacantia, ut ponderat *Tondut. dict.* §. 5.
n. 32. Tum ex ſpiritu, & ratione fundamentali Re-
gulæ, quæ alia non fuit, quam occurrere diutinæ
vacationi Beneficiorum, quæquæ potiori jure con-
gruit Beneficiis jam vacantibus, tempore quo de-
ceſſit Epiſcopus, quam iis, quæ ipſa Sede vacan-
te, vacare poſtea contigerint. Et cæteroquin in-
congruum prorſus eſt, quod Papa diſponere debeat
de Beneficiis poſt obitum Epiſcopi vacantibus, &
ea, quæ antea vacaverant, remanere debeant in
ſuſpenſo, expectantia proviſionem Succeſſoris in
Epiſcopatu, ut de illis diſponere valeat. Et huic
Sententiæ inhærendo, anno 1732. in Proviſione
Apoſtolica Beneficii, quod vacaverat in Menſe Or-
dinarii, de quo idem Ordinarius morte præventus
non diſpoſuerat, data fuit per Cancellariam reſer-
vatio ex Regula Secunda, ut ex ſequenti tenore
Literarum Apnſtolicarum.

„ Clemens Epiſcopus &c. Dilecto Filio Joan-
„ ni Lagunilla Presbytero perpetuo Beneficiato
„ in Parochiali, ſeu alia Eccleſia loci de Tama-
„ ra Palentin. Diœceſis, ſalutem &c. Vitæ &c.
„ Dudum ſiquidem omnia Beneficia Eccleſiaſtica,
„ ad liberam Epiſcoporum quorumlibet, non ta-
„ men cum alio, aut aliis Collationem, Proviſio-
„ nem, Præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſi-
„ tionem pertinentia, quæ *poſt ipſorum Epiſcoporum
„ obitum*, aut Eccleſiarum ſuarum dimiſſionem,
„ vel amiſſionem, uſque ad promotionem ſuorum
„ Succeſſorum ad eaſdem Eccleſias Apoſtolica
„ Auctoritate faciendam, & adeptam ab eiſdem
„ Succeſſoribus pacificam ipſarum Eccleſiarum poſ-
„ ſeſſionem, quomodocumque extra Romanam
„ Curiam tunc vacantia, & in antea vacatura,
„ collationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus,
„ decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus
„ ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcien-
„ ter, vel ignoranter contigerit attentari. Cum
„ itaque poſtmodum perpetuum ſimplex Benefi-
„ cium Eccleſiaſticum in Parochiali, ſeu alia Ec-
„ cleſia loci de Tamara Palentin. Diœceſis, cujus
„ dum pro tempore vacat collatio, proviſio, &
„ omnimoda alia diſpoſitio ad pro tempore exi-
„ ſtentem Epiſcopum Palentin. ceſſantibus reſerva-
„ tionibus, & affectionibus Apoſtolicis ſpectare, &
„ pertinere dignoſcitur, quod quondam Antonius
„ Rezio Clericus, ſeu Presbyter in dicta Eccleſia
„ perpetuus Beneficiatus dum viveret obtinebat,
„ per obitum dicti Antonii, qui extra dictam
„ Curiam de menſe Decembris p-oxime præterito
„ diem clauſerit extremum vacaverit, & vacet ad
præ-

„ præſens; & tunc exiſtens Epiſcopus Palentin. de
„ Beneficio hujuſmodi, ut præfertur vacante, per
„ eum non diſpoſito, ſicut Domino placuit, ab
„ humanis deceſſerit; nullusque de illo præter Nos
„ hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit reſerva-
„ tione, & Decreto obſiſtentibus ſupradictis. Nos
„ tibi Presbytero dictæ Diœceſis aſſerenti te &c.
„ nec non perpetuum ſine cura &c. obtinere,
„ præmiſſorum &c. cenſentes. Beneficium præſa-
„ tum, quod reſidentiam non requirit, ac cujus
„ fructus &c. 24. una vero cum incertis 40. &c. ſi-
„ ve præmiſſo &c. dummodo ejus diſpoſitio ad Nos
„ hac vice pertineat &c. Non obſtan. Bonifacii
„ Papæ VIII. &c. Datum Romæ apud Sanctam
„ Mariam Majorem anno &c. Milleſimo ſeptin-
„ genteſimo trigeſimo ſecundo, decimo ſeptimo
„ Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri anno tertio.

Sed quamvis hæc poſterior ſententia videatur,
hodie in praxi magis recepta, prior tamen mihi ma-
358 gis arridet. Ut enim diximus, Reſervatio hæc Re-
gulæ ſecundæ dicitur ratione temporis; proindeque
ad effectum, ut locum ſibi vindicet, requiritur,
quod Beneficium vacet poſt Ordinariorum Colla-
torum *obitum*, aut Eccleſiarum dimiſſionem &c. &
per conſequens afficere nequit ea Beneficia, quo-
rum vacatio ſequuta fuit ante obitum Collatorum,
359 quamvis & iſtorum reſpectu eadem militet Reſer-
vationis ratio; nam Regulæ Cancellariæ ſunt ſtri-
cti Juris, intelligendæ in præciſis terminis in qui-
bus loquuntur, nec ob identitatem, aut rationis
majoritatem extenduntur de caſu ad caſum. Quin
Beneficia prædicta in eorum vacatione libera inci-
dere valeant poſt obitum Ordinariorum Collatorum
in nexum reſervationis Regulæ, ob ea verba *quo-
modocumque vacaverint, & vacabunt in futurum*;
360 Siquidem verba præfata intelliguntur tum de qua-
cumque vacatione, quæ tempore editionis Regulæ
jam contigerat poſt obitum Collatorum, quam de
illis vacationibus, quæ io futurum eventuræ eſ-
ſent, non autem de vacationibus contingentibus
ante eorum obitum, quia alias repugnarent alia
verba ejuſdem Regulæ, poſt *illorum obitum*, quæ
reguntur a dictis verbis *vacaverint, & vacabunt*,
ut recte ponderant *Gonzal. d. gloſſ.* 24. *n.* 119. alii-
que ſupra citati *n.* 243.

Quatenus vero idem *Gonzal.* hujus opioionis
Anteſignanus, quæſtionem hanc proponendo in
terminis Beneficii in Menſe Apoſtolico vacantis,
& ad Collatorem Epiſcopi Cardinalis ſpectantis,
ſed ab eo ante obitum non collati, firmet, poſſe
361 illud conferri à Succeſſore Epiſcopo non Cardi-
nali, ſi a Papa præventus non ſit, ea ratione,
quod Beneficium præſatum vacavit tempore con-
gruo, quando nulla aderat reſervatio; ſicque ſemel
liberum poſt vacationem effectum, ſemper remanet
liberum: Non meretur hodie attendi, procedit enim
cum Sententia, quæ olim in Curia vigebat, quod
Cardinalis Epiſcopus conferendo vigore exceptio-
nis a Regula IX. Beneficia in Menſe Apoſtolico va-
cantia, ea conferat non jure delegato Pontificis, &
cum præexiſtentia Reſervationis, ſed uti libera, &
ab illius nexu exemta; Verum cum hodie poſt
Conſtit. 59. Urbani VIII. alio jure vivamus, dum
Beneficia vacaoria in Menſibus Apoſtolicis, & ad
collationem Cardinalis Epiſcopi ſpectantia, rema-
nent adhuc reſervata, & uti reſervata conferuntur
ab eodem Cardinali Epiſcopo vigore Indulti, in
quo ei expreſſe impertitur facultas diſponendi de
hujuſmodi generis Beneficiis, ut late dicemus in
Comm. in Reg. IX. §. 3. Sequitur exinde, ut quem-
admodum Beneficium, quod vacavit in Menſe
Apoſtolico tempore Cardinalis Epiſcopi Anteceſſo-
ris, remanſit adhuc obnoxium Reſervationi Regu-
læ, ita eadem durante reſervatione, quæ ab initio
ei infixa fuit, nequeat amplius conferri à Succeſ-
ſore Epiſcopo non Cardinali.

Quinto, ex eadem ratione, quod Regula ſe-
cunda reſervat Beneficia vacantia, ſeu vacatura
Sede Epiſcopali vacante, non autem Sede plena,
infertur, quod ſequuta vacatione Beneficii in Men-
ſe Ordinario, Epiſcopo vivente, & poſtmodum
ante proviſionem extra Diœceſim in remotis par- 362
tibus decedente, ſi illius Vicarius facultate Bene-
ficia conferendi munitus, illud contulerit poſt obi-
tum Epiſcopi, ante tamen obitus præfati notitiam,
collatio erit valida, *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 15.
§. 2. *nu.* 90. *verſ. ſimiliter, cum duobus ſeqq. Gra-
tian. diſcept. forenſ. cap.* 18. *n.* 46. *& ſequen. ibi-
que de Luc. & cap.* 127. *num.* 22. *&* 23. *Rot. deciſ.*
176. *n.* 16. *& ſeqq. part.* 13. *recent.* Licet diſſentiat
Garc. de Benefic. dicta part. 5. *cap.* 1. *n.* 636.

Sexto quæritur: An locum ſibi vindicet reſerva-
tio Regulæ, ſi vacet Beneficium Sede Epiſcopali va-
caote una cum Papali? Negative reſolvit *Rot. in* 363
Abulen. Parochialis penes *Garc. dict. part.* 5. *cap.*
1. *n.* 790. *& ſeqq.* in cujus themate primo mortuus
fuerat Epiſcopus, deinde Papa, & demum Bene-
ficium vacaverat; Et reddit rationem, quod Re-
gula reſervat Beneficia vacantia poſt obitum Epi-
ſcopi, & ſic duo requirit, obitum nempe, & vaca-
tionem; quæ geminæ qualitates concurrere debent
vivente Papa. Unde cum Beneficii vacatio ſequu-
ta fuerit tempore quo Papa obierat, & Regulæ
jam ceſſaverant, non inducitur reſervatio; quæ
cum ſit ratione temporis, pro ea inducenda inſpi-
citur tempus vacationis Beneficii.

Sed præfata *Deciſio Abulen.* in ſuis terminis
pari videtur difficultatem, quia ante proviſionem
Epiſcopatus, & promotionem Epiſcopi, creatus 364
fuerat novus Pontifex, qui hanc Regulam evulga-
verat reſervantem Beneficia *quomodocumque vaca-
verint, & vacabunt in futurum*; unde ante pro-
motionem novi Epiſcopi infixum jam fuerat Bene-
ficio vinculum reſervationis, quod a principio non
aderat. Eademque Deciſio loquitur in terminis 365
Regulæ Sixti V. quæ Decreto irritanti munita oon
erat.

Quod ſi Epiſcopus jam eſſet electus, & Eccle-
ſiæ poſſeſſionem adipiſceretur ante creationem oovi 366
Pontificis, poſſet hoc caſu conferre Beneficium,
quod vacaverat, Sedibus Papali & Epiſcopali va-
cantibus; & ita alias interrogatus reſpondi. Cum
enim die 7 Martii 1724. obiiſſet ſan. mem. In-
nocentius XIII. die ſequenti vacavit Canonicatus,
& paulo poſt Epiſcopus Eccleſiæ poſſeſſionem ad-
eptus fuit: Dixi poſſe Epiſcopum conferre Cano-
nicatum, quia cum reſervatio Regulæ Secundæ ſit
ratione temporis, & tempore vacationis mortuus
eſſet Papa, nulli obnoxius remanſerat reſervationi,
ſed ſervandum erat jus commune.

Sed in alio caſu *Hieracen.* cum vacaſſet Primi-
ceriatus Sede Epiſcopali, ac etiam Apoſtolica 367
vacante per obitum ſan. mem. Benedicti XIII.
Quamvis Epiſcopus adepta ſubinde poſſeſſione Ec-
cleſiæ, Primiceriatum contuliſſet Marco Antonio
Vitali, nihilominus iſte proviſionem Apoſtolicam
ex integro reportavit a Sanctiſſimo D. N. Cle-
mente XII. cum Decreto renunciandi Proviſioni
Ordinarii. Et in Litteris Apoſtolicis expeditis *An-
no Incarnationis* 1730. *Pridie Kalendas Martii
Pontificatus Anno Primo* expreſſum fuit, Provi-
ſionem Ordinarii a nonnullis aſſeri nullam, eo quod
Beneficia poſt Epiſcoporum obitum, uſque ad adep-
tam a Succeſſore pacificam Eccleſiæ poſſeſſionem,
ſunt

Digitized by Google

ſunt reſervata. Verum hujuſmodi Apoſtolica provi-
ſin obtineri potuit ad majorem cautelam.
Septimo licet Regula comprehendat etiam Bene-
ficia ad alicujus Dignitatis collationem ſpectantia,
368 ut diximus ſupra *num.* 156. Attamen id procedit,
quando vel Dignitas ipſa eſt reſervationi obnoxia:
quia nempe ſit major poſt Pontificalem in Ca-
thedrali, aut principalis in Collegiata, vel quo-
cumque alin modo ad proviſionem Apoſtolicam
ſpectet; Nam ſi nec reſervata ſit, nec ejus pro-
369 viſio a Papa expleri debeat, tunc Beneficia ad il-
lius collationem pertineotia, licet vacantia ea-
dem Dignitate vacante, exemta ſunt a Reſervatio-
ne Regulæ; Hæc enim utitnt verbis illis = *Uſ-
que ad Proviſionem Succeſſorum auctoritate Apoſto-
lica faciendam* = & ſic requirit Reſervationem in
ipſa Dignitate, ut ponderando verba illa — *auctori-
tate Apoſtolica*, firmant *Garcias de Benefic. part.
5. cap.* 1. §. 4. *num.* 255. *& ſeqq. Caſtropal. Oper.
moral. tom. 2. tract. 13. diſput. 2. punct. 18. num.
8. Rot. deciſ. 25. num. 12. & ſeqq. & deciſ. 115.
part. 10. Recent. & in Colonien. Parochialis 16. Ju-
nii 1684. §. Nec viſa, coram clar. mem. Card.
Caccia, in Cæſarauguſtana Beneficii 20. Novem-
bris 1686. §. Non obſtat, coram Eodem, & 5. Ju-
lii 1688. coram Hervault*, impreſſ. poſt *Piton.
diſcept. 12. Et in Pampilonen. Beneficii de Alqui-
za 26. Aprilis 1720. §. Porro, cor. bon. mem. Ce-
ro*, ubi, quod non intrat Reſervatio Regulæ quo-
ad Beneficia pertinentia ad collationem Dignita-
tis de jurepatronatus laicorum. Et in terminis Aba-
tiæ, quæ ſimiliter erat de jurepatronatus laicali, ut
quemadmodum ipſa non pertinebat ad collationem
S. Sedis, ita non erant obnoxia reſervationi Re-
gulæ Beneficia, ad ejuſdem Abatis collationem
ſpectantia, *Rota in Pampilonen. Beneficii 23. Apri-
lis 1731. §. Unde infertur, cor. Reverendiſſimo Al-
drovando.*
Fuit tamen alias in controverſiam revocatum,
an Regula comprehendat Beneficia, quæ ſpectant
370 ad Dignitates, quarum proviſio non ſit pleno ju-
re per Papam, nec ipſe liberè confert, ſed ad al-
terius nominationem. Caſus erat. Clemens VIII.
in Bulla Seculariƶationis Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ
diſpoſuit, ut occurrente Dignitatum, Præbenda-
rum, & Canonicatuum vacatione, ſi in Menſe
Martii, & Septembris, collatio pertineret ad Epiſ-
copum, & Capitulum ſimul, ſi in menſibus *Junii,
& Decembris*, ad Epiſcopum ſolum; in reliquis
verò Menſibus eorum collationem Sedi Apoſtolicæ
reſervavit: Indulſit tamen Regibus Hiſpaniarum
jus nominandi ad eaſdem Dignitates, Canonicatus,
& Præbendas vacantes in Menſibus *Februarii,
Maii, Auguſti, & Novembris.* Cumque contigiſſet
in Menſe Novembris vacatio Archidiaconatus, ad
quem, ut diximus, Rex habebat jus nominandi,
& Papa conferendi, & adhuc eo vacante, ſequuta
fuiſſet vacatio nonnullorum Beneficiorum ad præ-
ſentationem Archidiaconi pro tempore exiſtentis
ſpectantia, orta fuit quæſtio, an Beneficia præfa-
ta eſſent Reſervationi Regulæ obnoxia: Et pro ne-
371 gativa dicebatur, quod Regula expoſcit diſpoſitio-
nem Dignitatis jure *Reſervationis*, ex *Garcia*, aliiſ-
que mox laudatis; itaut ſub ea comprehendantur
Beneficia de collatione illius Dignitatis, quæ ſpe-
ctet ad plenam, & liberam Sedis Apoſtolicæ diſ-
poſitionem, per quam actus proviſionis tribuatur
ipſimet Apoſtolicæ Sedi, non autem de collatione
Dignitatis, ad nominationem Regis perneceſſe
conferendæ nominato, cum in iſto caſu Papa non
dicatur libere providere, ſed inſtituere nominatum;
hocque important Verba illa *uſque ad proviſionem
auctoritate Apoſtolica faciendam*; cum alias colla-
tio, quæ fit ad nominationem, ſeu præſentatio-
nem, non dicatur proviſio, ſed proprius inſtitutio,
ad notata per *Lotter. de re Beneficiar. lib. 2. quæſt.
1. nu. 8. cum ſeqq.* Præcipue quia verba *uſque ad
proviſionem* ſunt directa ad Sedem Apoſtolicam
habentem facultatem conferendi; quo caſu plenam,
& liberam proviſionem important; ut in fortiori-
bus terminis, quando verbum *proviſio* dirigitur ad
ſolas Perſonas Eccleſiaſticas, *Rota coram Bickio
deciſ. 110. n. 1.*
Addebatur, quod ſicuti Regula in prima par- 372
te, ubi reſervat Eccleſias Cathedrales, & Mona-
ſteria, non comprehendit Eccleſias de jure Patro-
natus, vel de nominatione Regum, licet nominati
teneantur recipere inſtitutionem à Papa, & ab eo
ſit facienda proviſio, ut jam ſupra diximus, & no-
tat *Garc. de Benefic. par. 5. cap. 1. n. 209. & ſeqq.*
Ita nec in ſecunda parte comprehendere debet Be-
neficia vacantia, Dignitate vacante, ſi Dignitas
ipſa ſit de Regia nominatione; nam licet collatio
fiat a Papa, id tamen intelligi debet retento eodem
themate primæ partis Regulæ; & quemadmodum
ſub hac prima parte non comprehenditur Dignitas
ipſa Archidiaconatus, ita nec ſub altera compre-
hendi debent Beneficia, quæ Archidiaconatu ipſo
vacante, vacare contigerit.
Fortius, quia agitur de privando Ordinario ju-
re conferendi, quo caſu Regulæ Cancellariæ, uti 373
odioſæ, ſunt ſtricte interpretandæ; adeoque ſuffi-
cit, quod caſus ſit mixtus, nempe quod Dignitas
ſit de collatione Papæ, & de nominatione Regis,
ad hoc ut Beneficia ad ejuſdem Dignitatis præ-
ſentationem, vel collationem ſpectantia, ſint exem-
ta a reſervatione Regulæ; Eo prorſus modo, quo
eidem reſervationi obnoxia non ſunt Beneficia ad
Ordinariorum collationem cum alio, vel aliis, aut
etiam ad alterius præſentationem, vel electionem
pertinentia; adeout Regula ſemper veniat intelli-
genda, quando Dignitates ad plenam, & liberam
proviſionem Papæ ſpectant.
Demum non obſtare dicebatur, quod Beneficia 374
vacantia vacantibus Epiſcopatibus, qui ſunt ad
Regiam præſentationem, vel nominationem, ſub
reſervatione Regulæ comprehendantur. Nam di-
verſa militat ratio, ex quo Sede Epiſcopali va-
cante, nullus adeſt Collator; non quidem Capitu-
lum, quia illud non ſuccedit in jure conferendi
Beneficia liberæ collationis Epiſcopi, *Cap. 1. Ne
Sede vacant.* minuſque conferre poteſt Metropoli-
tanus, aut Nuncius Apoſtolicus, ſed reſervatur col-
latio futuro Succeſſori; unde quia Beneficiorum
vacatio diu protraheretur, ad huic malo occurren-
dum, merito ſtatutum fuit, ut Pontifex diſpone-
ret de Beneficiis ſpectantibus ad collationem Epiſ-
copi; & licet Epiſcopatus non conferatur libere per
Papam, ſed ad Regis nominationem, adhuc præ-
ſtat occurrere diutinæ vacationi Beneficiorum. Hæc
autem ratio non militat quoad Beneficia ſpectantia
ad collationem Dignitatum inferiorum; nam illis
vacantibus, adeſt Collator, nempe Epiſcopus, qui
Beneficia præfata congruo tempore conferendo,
ceſſare facit inconveniens illud, ad quod Regula
principaliter reſpexit, & cui per reſervationem pro-
ſpicere voluit.
Sed his non obſtantibus contrarium fuit reſolu-
tum, & merito; nam Regula non requirit præ-
ciſe, quod Dignitates ſint libere Sedi Apoſtoli- 375
cæ reſervatæ, ſed ſatis ſibi eſt, quod provideantur
auctoritate Apoſtolica. Verbum enim *providere*
magis late patet, quam conferre ex ſimplici reſer-
vatione: multis enim modis proviſio Beneficiorum
fit

ſit auctoritate Apoſtolica, etiam ultra caſum,
376 quo Dignitates, & Beneficia ſint reſervata, veluti cum Electi juxta Concordata, aliaſque particulares leges, & diſpoſitiones per Sedem Apoſtolicam confirmantur, ſive cum præſentati inſtituuntur; prout in terminis hujus Regulæ durare reſervationem Beneficiorum, quæ vacant tempore vacantis Prælaturæ, vel Dignitatis, uſquequo Electi, vel Præſentati ad eaſdem, Litteras Apoſtolicas confirmationis, vel inſtitutionis expediverint, firmat *Kochier ad hanc Regulam num.* 2. & videtur ſentire *Rot. deciſ.* 25. *num.* 5. *part.* 10. *Recent.* ubi ait, eſſe reſervata Beneficia ſpectantia ad collationem Dignitatum, nedum quando Dignitates ipſæ ſunt reſervatæ, ſed etiam quando illarum proviſio ſpectat ad Sedem Apoſtolicam. Et in Beneficiis juriſpatronatus Regii auctoritate Apoſtolica providendis, notat *Covarr. Pract. reſolut. cap.* 36. *n.* 5.

Idque confirmatur primo ex obſervantia, quæ inconcuſſe viget reſpectu Epiſcopatuum de jurepatronatus Regio, qui licet a Sede Apoſtolica, non pleno jure, ſed ad Regum præſentationem, vel nominationem provideantur; nihilominus Beneficia, quæ vacant, illis vacantibus, ſunt reſervationi Regulæ obnoxia.

Secundo ex ratione finali Regulæ in eo conſiſtente, ut diutinæ Beneficiorum vacationi occur-
377 ratur; quæ ſane ratio æque militat in Dignitatibus pleno jure reſervatis, ac in iis, quarum proviſio quomodolibet facienda eſt a Sede Apoſtolica: iſto namque caſu Epiſcopus conferre non poteſt jure devoluto, quia nulla datur negligentia in Collatore, qui non adeſt, *Cap. final. Ne Sede vacant.* minuſque jure Ordinario, quia collatio ſpectat ad Succeſſorem a Papa de Dignitate providendum; ergo Papa conferendo, nemini facit injuriam, & utitur jure ſuo, ita occurrendo longiori vacationi, quod nimium laudabile eſt, ut ex *Lotter. lib.* 2. *quæſt.* 34. *n.* 8. *&* 16. diximus ſupra *n.* 8. 333. *&* 337.

Et demum concurrit proprietas verborum Re-
378 gulæ. Verba enim --*uſque ad Proviſionem Succeſſorum &c.* præſertim relata ad Papam, non reſtringuntur ad ſolam collationem *pleno jure* a Sede Apoſtolica faciendam, ſed continent quemcumque providendi modum, ſive per Inſtitutionem, ſive per confirmationem, ſive per liberam collationem, juxta *Gloſſ. in Clementin. final. verb. Proviſioni, de Elect. Barboſ. Appellat.* 228. *n.* 1. *Rot. deciſ.* 638. *n.* 10. *part.* 4. *diverſ.*

Hinc non obſtat, quod Regula uti præjudicialis Ordinariis, & per conſequens odioſa, non ſit amplianda, ſed reſtringenda, itaut quo minus fieri poſſit, eorum jura lædat. Nam quidquid ſit, an
379 odioſa dici valeat hæc Regula, quæ unice conſulit Eccleſiarum indemnitati, occurrendo diutinæ vacationi Beneficiorum: quod ſane laudabile, & rationabile eſt, *Cap. Quam ſit, de Elect. in* 6. Reſpondetur, quod extenſiva dici non poteſt reſervatio illa, quæ deſumitur ex literali tenore Regulæ, & ex propria verborum ſignificatione, & proprietate: quæ ſane interpretatio in qualibet materia, etiam exorbitanti, & pœnali, fuit per leges Civi-
380 les, & Canones admiſſa; ideoque cum verba Regulæ ſint lata, & indiſtincta, & verificari poſſint etiam de proviſionibus ad aliorum nominationem per Sedem Apoſtolicam faciendis, indiſtincte ſunt intelligenda, nec contra earum proprietatem, rationem, & veroſimilem Legiſlatoris voluntatem, coarctanda ad proviſiones Dignitatum libere, & pleno jure explendas.

Similiter momenti non eſt, quod ſicuti Regula excipit Beneficia, quæ ſpectant ad ſimultaneam collationem Epiſcopi, & Capituli, ſeu ad alterius præſentationem &c. ita pariter excipere voluiſſe dicendum eſt Beneficia de collatione Dignitatis, non alias per Sedem Apoſtolicam providendæ, quam ad alterius nominationem. Quandoquidem par in utroque caſu non militat ratio. Si enim Pa- 381
pa reſervaret primi generis Beneficia, utique læderet jus tertii, ad quem ſpectat ſimultanea collatio, ſeu præſentatio, quod Pontifex facere non intendit, ut diximus ſupra. At reſervando ſibi Beneficia, quæ ſunt liberæ collationis, vel præſentationis Dignitatum vacantium uſque ad proviſionem Succeſſorum Apoſtolica auctoritate faciendam, utitur jure ſuo, & neminem lædit, ut dictum eſt. Ac ita per has rationes, videntibus omnibus DD. reſolutum fuit per *Rot. in Cæſarauguſtana Beneficii* 27. *Junii* 1685. *cor. clar. mem. Card. Caccia, &* 20. *Novembris* 1686. *cor. Eodem, &* 15. *Julii* 1688. *cor. Hervault.*

Hæc quæ diximus de Beneficiis ſpectantibus ad collationem Dignitatis, cujus proviſio expleri debet a Sede Apoſtolica ad alterius præſentationem, vel nominationem, locum quoque ex iiſdem rationibus ſibi vindicant quoad Beneficia de colla- 382
tione Abatis Monaſterii, quod ſit de Regio Jurepatronatus, a Pontifice tamen providendi, & Sede Abatiali vacante, vacantia; Et ita obſervatum fuit a Dataria de anno 1696. Cum enim vacante Abatia Monaſterii *Rivipulli*, quæ a Sede Apoſtolica providetur ad præſentationem Regis Catholici, vacaſſet Vicaria, quæ ad nominationem pro tempore exiſtentis Abatis ſpectabat, & Vicarius Abatialis ad eamdem nominare prætenderet, prout de facto nominavit; rejecta fuit ſupplicatio ex parte nominati exhibita, & dictum, quod Vicariæ proviſio libere ſpectabat ad Pontificem vigore Regulæ Secundæ; juxta laudatas Deciſiones *in Cæſarauguſtana Beneficii*; quas in iiſdem terminis Beneficiorum vacantium Sede Abatiali vacante, quamvis Abatia ſit de Regio jurepatronatus, noviſſime ſequuta fuit *Rot. in Granaten. ſeu Toletana Beneficii* 12. *Decembris* 1721. §. *Et tamen cor. Herrera*, inter impreſſ. *deciſ.* 187. *n.* 11.

Octavo quæritur, an Cardinalis ad Eccleſiam promotus cum ſolito Indulto conferendi Beneficia reſervata, conferre poſſit ea Beneficia, quæ Sede vacante ante illius promotionem jam vacaverant; vel potius eorum collatio pertineat ad Papam? Et quidem ſecluſo Indulto, nulla eſſet am- 383
bigendi ratio, quod Proviſio ad Papam ſpectaret. Cum enim Beneficia vacaverint de tempore, quo nullus aderat Collator, & illico in nexum reſervationis Regulæ Secundæ inciderint, obnoxia ſemper remanſerunt Reſervationi, quamvis ejus cauſa per Eccleſiæ proviſionem ceſſaverit *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 24. *n.* 108. *Garc. de Beneſic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 633. *Dian. Oper. Coordinat. tom.* 9. *tractat. de poteſt. & Privileg. Cardinal. Reſolut.* 55.

Poſito vero Indulto conferendi Beneficia reſervata, quo Cardinales omnes fruuntur, diſtinguendum eſt, quod aut Papa facultatem indulſit conferendi Beneficia reſervata, & vacantia, etiam de præterito, & collatio ſpectabit ad Cardinalem; aut 384
in Indulto hujuſmodi facultas conceſſa non fuit, & proviſio explenda erit a Pontifice, ad cujus favorem in ipſo momento vacationis eorumdem Beneficiorum quæſitum fuit jus, quod non tollitur per ſubſequentem promotionem Cardinalis Indultarii ad Eccleſiam, *Tondut. Quæſt. Benef. part.* 2. *cap.* 2. §. 5. *n.* 27. *Gonzal. dict. Gloſſ.* 24. *n.* 109. *Maſſobr.*

in Prax. habend. Concurſ. Prælud. 26. dub. 3. Garc.
de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 633.
385 Attenta autem ordinaria formula Indultorum,
poteſtas conferendi reſervata reſtricta videtur ad
Beneficia poſt Indultum vacatura, non ad ea,
quæ antea vacarunt; in illis enim Papa pluries uti-
tur verbis -- *vacare contigerit*, quæ utpote reſpi-
386 cientia tempus futurum, & Beneficia vacatura,
non comprehendunt Beneficia ante Indultum jam
vacantia, *Rot. dec. 566. num. 2. & ſeqq. coram Ca-
valerio*, ubi, quod verbum -- *contigerit* -- neceſſa-
rio reſtringendum venit ad vacationem contingen-
tem poſt Indultum; & in eadem cauſa, *Spad.
conſ. 65. lib. 2. Oldrad. conſ. 310. fere per tot. Gon-
zal. ad Regul. 8. Gloſſ. 11. num. 74. & ſeqq. Lotter.
de re Benefic. lib. 3. quæſt. 8. n. 90. Fagnan. in Cap.
Sicut unire n. 44. de Exceſſib. Prælator.* plene Au-
ctor libri cui titulus -- *De exceſſibus Lovanienſium
Quæſt. 1. per tot. Rot. deciſ. 3. de Privileg. coram
Mohed. & deciſ. 10. ante n. 4. part. 13. Recent.* id-
que in his terminis ſentire etiam videtur *Cardinal.
de Luc. de Benefic. diſc. 143. n. 10. verſ. Atque
in hoc conſiderabam.* Adeo ut cum Indultum ex
recto, & proprio Verborum ſenſu poſſit eſſe ope-
rativum in Beneficiis poſt illius conceſſionem va-
caturis, nullo modo verba futuri temporis, con-
tra propriam ſignificationem, trahenda ſunt ad
tempus præteritum, ut conſiderat *Spad. conſ. 65. n.
387 2. verſ. Neque obſtat, quod aliquando lib. 2.* Quem-
admodum e converſo ſub Indulto de vacantibus,
non veniunt vacatura, *Rot. deciſ. 520. n. 10. part.
4. tom. 3. Recent.*
388 Non obſtat, quod Indultum loquens de Benefi-
ciis vacaturis, comprehendat etiam Beneficia va-
cantia de tempore Gratiæ, eo prorſus modo, quo
verbum *oportebit*, tam præſens, quam futurum ſig-
389 nificat, *l. Verbum oportebit ff. de Verborum ſignifi-
cat.* & idem de verbo *erit l. Verbum erit ff. eod. tit.*
390 Et in terminis verbi futuri temporis *vacabit*, vel
vacaturis quod trahatur etiam ad Beneficia vacan-
tia, quia ex quo vacant tempore conceſſionis Indul-
ti, dicuntur etiam in futurum vacare, eſt *Gloſſ.*
communiter recepta *in Clement. Unica, verb. No-
titia, de Conceſſ. Præb.* concordat altera *Gloſſ. in
Cap. Si poſtquam 12. verb. Poſtmodum, & verb. Va-
catura, de Præbend. in 6.* & ibi *Gemin. n. 6. Franc.
n. 4. Paſſerin. Quæſt. 34. per tot. Mandoſ. ad Re-
gul. 36. in Proœm. n. 4. Gonzal. ad Regul. 8. §. 5.
Proœm. nu. 64. & ſeqq. & gloſſ. 11. nu. 49. & ſeqq.
Mohed. deciſ. 5. de Conceſſ. Præben.* & admittit
391 *Rot. cor. Cavaler. dict. deciſ. 566. n. 1.* quæ ſolum
in eo caſu limitat, propter dictionem *deinceps* ibi-
dem appoſitam: cum quo ſenſu proceditur etiam
in deciſionibus confirmatoriis *cor. Manzaned. de-
ciſ. 762. & 766.*
392 Etenim ultra reſponſionem, quam laudatæ *Gloſſ.
4. in Clementin. Unic.* dat *Spada dict. conſ. 65.
n. 6.* quod ſcilicet illa fundatur in notitia vacatio-
nis, non autem in vacatione; advertendum eſt,
quod in hac materia, an verbum *vacatura* com-
prehendat etiam tunc vacantia, ante omnia inſpici-
enda eſt mens, & intentio Papæ concedentis In-
dultum, ut adnotavit eadem *Gloſſ.* in verbis illis =
*& hoc convenit huic Menti, ſcilicet ſi mens reſiſte-
ret* = *Vital. in dict. Clementin. num. 38. Gonzal. ad
Regul. 8. §. 5. Proœm. n. 67. & Gloſſ. 11. num. 74.*
393 Quemadmodum verbum *erit* comprehendit tem-
pus tam præſens, quam futurum, non ex vi, &
propria illius ſignificatione, ſed ex interpretatio-
ne, & mente legis, *Oldrad. dict. conſ. 310. ſub
394 num. 4.* Et in generali conceſſione ea ſolum ve-
niunt, quæ veriſimile eſt concedentem ſpecialiter
conceſſurum, *Oldrad. ibidem numer. 1.* Atten-
ta autem veroſimili Papæ voluntate, videtur ſo-
lum conceſſa Cardinalibus facultas conferendi Be-
neficia reſervata poſt Indultum vacatura, non au-
tem ea, quæ antea vacaverant. In Beneficiis nam- 395
que vacantibus erat jam quæſitum jus conferen-
di Sedi Apoſtolicæ, propter reſervationem a mo-
mento vacationis eis infixam; proindeque veri-
ſimile prorſus non eſt, quod Pontifex tali Jure
ſe, Apoſtolicamque Sedem privare voluerit. At
in Beneficiis poſtea vacaturis, locum ſibi non
vindicat hujuſmodi ratio, cum eorum reſpectu
nullum inferatur præjudicium Sedi Apoſtolicæ,
quæ tempore conceſſionis Indulti ſuper dictis
Beneficiis nullum jus acquiſiverat. Et ſicuti Or-
dinario Collatori Papa in dubio præjudicare non
intendit per ſimilia Indulta, ita potiori ratione
dicendum, quod nec intendat juribus S. Sedi quæ-
ſitis præjudicium irrogare, *Oldrad. dicta conſ. 310.
lib. 1. Spad. conſ. 65. numer. 2. verſ. neque etiam
lib. 2.*
Accedit, quod in Indultis Cardinalibus Nepoti- 396
bus, aliiſque Perſonis Pontifici dilectis concedi ſo-
litis, fit expreſſa mentio de Beneficiis, quæ vacare
contigerit, *& de nunc*, id eſt tempore conceſſionis
Indulti, *vacantibus*; ex quo colligitur, quod ubi
Papa concedere intendit facultatem conferendi Be-
neficia ante Indultum vacantia, id expreſſe decla-
rare ſolet: ergo dum Indultum ſolummodo loqui-
tur de *vacaturis*, ſignum evidens, quod diverſa
fuerit mens Pontificis illud non extendendi ad ea,
quæ prius vacaverant, & nondum fuerant provi- 397
ſa, *Gonzalez ad Regul. 8. Gloſſ. 11. n. 75. Rot. de-
ciſ. 632. nu. 11. coram Dunoz. & deciſ. 883. n. 22.
cor. bon. mem. Molines.*
Præterea Beneficiorum collatio numeratur inter 398
fructus Epiſcopatus, adeo ut valeat argumentum a
perceptione fructuum ad collationem Beneficio-
rum, *Gabriel. conſ. 197. ſub n. 12. & 14. lib. 1. Lot-
ter. de re Benefic. lib. 2. quæſtion. 34. n. 25.* & dixi-
mus ſupra *n. 9. 18. 20. 40. & 103.* Unde quemad-
modum diſpoſitio fructuum Epiſcopatus, ſede
Epiſcopali vacante, ſpectat ad Papam, nec tran-
ſit in Cardinalem noviter promotum ad Eccle-
ſiam; ita nec veriſimile eſt, quod voluerit in eum
Papa transferre collationem Beneficiorum, quæ
vacarunt Sede Epiſcopali deſtituta Paſtore: quæ
collatio, ut diximus, eſt pars fructuum Epiſcopatus.
Quamobrem concludendum, proviſionem ſimi- 399
lium Beneficiorum ſpectare ad Papam, & ſub In-
dulto ea ſolum comprehendi, quæ in futurum vaca-
verint, cum id ſuadeant Indulti verba, quorum pro-
prietas, & recta ſignificatio huic ſententiæ non re-
pugnat, & congruit voluntas concedentis, ut ait
Oldrad. dict. conſ. 310. n. 4. in fine.
Et ſecundum præmiſſa conſuluit etiam *Armin-
dus Riccius* in una Neapolitana Rectoriæ de *anno*
1638. Caſus erat, quod promoto N. Tamburrel-
lo ad Epiſcopatum *Soranum* cum in actu pro-
motionis appoſitum fuiſſet Decretum vacationis ip-
ſo Jure Beneficii, Rectoriæ nuncupati, quod in
Diœceſi Neapolitana obtinebat, conceſſa tamen il-
lius retentione quoad viveret; hinc quærebatur,
an Cardinalis, qui deinde Eccleſiæ Neapolitanæ
præfectus extiterat cum Indulto conferendi Benefi-
cia, *quæ extra dictam Curiam vacare contigerit*,
conferre potuerit Beneficium prædictum, etſi ante
conceſſionem Indulti præfati vacantem. Et *Armin-* 400
dus Riccius negative reſpondit, nedum ex funda-
mento quod Indultum præfatum, veluti reſtrictum
ad Beneficia *extra Curiam* vacantia, comprehen-
dere non poterat ſupra dictum Beneficium, quod

vigore Decreti adjecti in actu promotionis ad Epiſ-
copatum, vacaverat in Curia, *& apud Sedem*; ve-
rum etiam ex eo, quod *illud Indultum* (ſunt verba
401 Armindi Riccii) *non habet vim comprehenſivam,*
neque retrotractivam ad Beneficia per prius vacan-
tia, ut in ſpecie contra Cardinalem Indultarium
prætendentem conferre Beneficia vacata in Menſe re-
ſervato de tempore Epiſcopi ſui Anteceſſoris, dixit
Gonzal. gloſſ. 24. num. 108. & ſeqq. quem ſequitur
Garc. par. 5. cap. 1. num. 633. Maſſobr. de Concurſ.
Prælud. 26. n. 3. Tondut. de Benefic. part. 2. cap. 3.
§. 5. n. 27. addens idem Tondut. & alii præfati, quod
402 *ad hunc effectum neceſſarium eſt, quod Indultum*
exprimat etiam Beneficia vacantia de præterito, cum
tamen in præſenti ad vacatura tantummodo litterali-
ter fuerit reſtrictum, ut ex lectura ibi = Quæ ex-
tra dictam Curiam vacare contigerit; *Eſtque re-*
gulare etiam in aliis diſpoſitionibus, ut appellatione
vacaturorum, non veniant Beneficia vacata per
prius, ut late, Doctoribus hinc inde adductis, pro-
bat Gonzal. gloſſ. 11. a n. 48. ad 79. & ſignanter n.
67. 68. & 76. *Conſuevit namque Romanus Pontifex*
diſtinctam utrorumque mentionem facere, ſicuti pro-
403 *bat Gonzal. ibidem n. 74. Hincque in caſu conver-*
ſo, ſub Indulto de vacantibus, non venire vaca-
tura, dixit Rota deciſ. 520. nu. 10. part. 4. tom. 3.
Recent.

Verum quod diximus, & innuit etiam *Armindus*
Riccius, ſub Indultis concedi ſolitis Cardinalibus
Nepotibus comprehendi etiam Beneficia vacantia
ante illorum conceſſionem, cum in iiſdem Indultis
fiat mentio etiam de Beneficiis tunc vacantibus,
locum ſibi non vindicat quoad Beneficia vacantia
404 juxta *Decretum* appoſitum in promotione poſſeſſo-
rum ad Eccleſias Cathedrales; Cum enim hujuſ-
modi Beneficia vacare dicantur in Curia, *Simo-*
405 *net. de Reſervat. quæſt. 27. n. 4. Germon. de Indult.*
§. Si vero illa n. 19. & late probat *Armind. Ricc.*
in dicta *Neapolitana Rectoria §. Ulterius*, & nos
diximus *in Comment. in Regul. I. §. 1.* ſequitur, quod
comprehenſa non ſint ſub Indultis conceſſis etiam
Cardinalibus Nepotibus, quæ expreſſe excipiunt
406 Beneficia vacantia *in Curia, & apud Sedem.* Et
ita cenſuit Congregatio particularis in una *Carpen-*
ctoraten. contra D. Cardinalem *Otthobonum*, con-
ferre prætendentem poſt obitum bon. mem. R. P.
D. Nicolini nonnulla Beneficia, quæ per Decre-
tum appoſitum in illius promotione ad Epiſcopa-
tum, ipſo jure vacaverant, ſuſpenſo tamen vacatio-
nis effectu uſque ad obitum; Dictaque Beneficia
per ſan. mem. Innocentium XII. collata fuerunt
cl. mem. Cardinali *Cavellerino*, tunc Nuncio Apo-
ſtolico apud Regem Chriſtianiſſimum.

407 *Nono* in controverſiam revocatur: ſi Cardinalis
dimittat Eccleſiam cum Indulto conferendi illius
Beneficia in octo Menſibus Apoſtolicis, aliis qua-
tuor Epiſcopo ſucceſſori reſervatis, an mortuo E-
piſcopo poſſit Cardinalis Beneficia conferre in di-
ctis quatuor Menſibus, vel potius collatio ſpectet
ad Papam vigore Regulæ? Et ad Papam ſpectare
dicendum eſt. Primo, quia inter Cardinalem, qui
Eccleſiam cum dicto Indulto dimittit, & Epiſco-
pum ſucceſſorem, nullum adeſt conſortium in Jure
conferendi, quod inter eos, Pontificis auctoritate,
diviſum fuit per Menſes, quoad proprietatem,
& ſubſtantiam; unde ſequitur, quod Epiſcopo de-
functo, & ſic impedito conferre in ſuis quatuor
Menſibus, non poſſit Cardinalis Indultarius Benefi-
cia tunc vacantia conferre, ſed eorum collatio ſpe-
ctat ad Pontificem: exemplo Cardinalium Archi-
presbyterorum Baſilicarum S. Petri in Vaticano, &
S. Mariæ Majoris, qui diviſam habentes cum Capi-
tulis proprietatem, & ſubſtantiam Juris confe-
rendi Beneficia in dictis Baſilicis exiſtentia, in-
gerere ſe non poſſunt in collatione Beneficio-
rum vacantium in Turnis Capitulorum, & quæ
ab ipſis Capitulis vel ratione Reſervationum, vel
aliis ex cauſis conferri non poſſunt, ut late ſupra
firmatum fuit.

Secundo, quia Indultum conferendi Beneficia 408
Eccleſiæ dimiſſæ, in octo Menſibus Apoſtolicis va-
cantia, dicitur novum, & ſuperinductum; &
Cardinalis ſemper remanet extraordinarius Colla-
tor; ejuſque facultas non eſt ita favorabilis, & am-
pla interpretatione digna, ſicuti erat in ſtatu veri
Ordinarii, dum Eccleſiæ præerat, ut in his termi-
nis *Germon. de Indult. Cardinal. §. Per quæ ſubla-*
tis num. 92. & ſeqq. præſertim num. 95. & §. Com-
mendare num. 35. & 36. Gonzal. ad Regul. 8. gloſ.
21. num. 35. & ſeqq. Rebuff. ad Concordat. tit. de
Mandat. Apoſtol. verſ. Unum Collatorem, Loüet ad
Regul. de Infirm. n. 214. Socin. Sen. conſ. 260. lib.
2. per tot. Spad. conſ. 50. n. 8. lib. 2. Gabriel. conſ.
187. lib. 1. ubi quod Cardinalis poſt dimiſſam Ec-
leſiam cum Indulto conferendi in octo Menſibus 409
reſervatis, non poteſt admittere Reſignationes,
quia non eſt amplius Ordinarius. Quod Gabrie-
lis Conſilium ſequuntur *Pariſ. de Reſign. lib. 7.*
quæſt. 12. n. 24. & ſeqq. Dian. Oper. Coordin. tom.
9. tract. 7. reſolut. 60. n. 6. Card. de Luc. de Beneſ.
diſc. 2. per tot. præſertim n. 5. & 6. Leuren. in for.
Benefic. tom. 2. ſect. 3. cap. 2. §. 1. quæſt. 640. Et eſt
optima Deciſio *cor. Puteo la 164. lib. 3. Coccin.*
deciſ. 870. n. 19. & 20. Achill. de Graſſ. dec. 1. tit.
de Offic. Ordinar.

Idque locum ſibi vindicat, non obſtante quod 410
in novo Indulto concedatur facultas conferendi *ut*
prius, ſeu relative ad antiquum Indultum, quia
adhuc talis facultas eſt extraordinaria, ſuperindu-
cta, & odioſa, *nam prius poteſtas conferendi erat*
cauſalis, poſtea ex gratia nova manet cujuſdam ſer-
vitutis formalis, ſunt verba *Rot. dict. deciſ. 1. cor.*
Achill. de Graſſ. quam ſequitur *Germon. dicto §.*
Per quæ ſublatis num. 95. & dixerunt in eorum
Votis, tranſcribendis in *Commentar. in Regul. 9. §.*
3. ſan. mem. *Card. Otthobonus, & Hercules Ron-*
conius. Sapit enim quamdam exorbitantiam, quod
Cardinalis, dimiſſo Epiſcopatu, adhuc retineat Jus
conferendi; quemadmodum Juri repugnat, quod
ſoluto Matrimonio, adhuc Maritus fructus dotales
percipiat, ut in propoſito advertunt *Thomaſſin.*
tom. 2. lib. 3. cap. 5. n. 11. Bouchel. in Bibliotb. Ca-
non. verb. Reſignation. pag. mihi 506. & ſeqq. Loüet.
ad Regul. de Infirm. num. 213. Brodeau in addit.
ad eumdem litt. P. num. 34. relat. *in Tractat. de*
Regalia impreſſo de ordine Epiſcopi *Appamia-*
rum Anno 1580. pag. mihi 48. Rot. in Segobien.
Canonicatus 17. Martii 1706. §. Non poſſe, & ſeqq.
§. Verum, & §. Nequaquam, coram bon. mem. An-
ſaldo.

Ex quo principio ſequitur, quod habente Cardi-
nale Indultario limitatam facultatem conferendi
Beneficia, quæ vacare contigerit in octo Menſi-
bus ei relictis, nullatenus ſe intromittere poteſt in
collatione Beneficiorum vacantium in aliis qua-
tuor Menſibus relaxatis Epiſcopo ſucceſſori, ſed
Sede Epiſcopali vacante, collatio ſpectat ad Sum-
mum Pontificem, tanquam Ordinarium Ordina-
riorum, & in ejuſdem Ordinarii locum ſubroga-
tum, etiam in vim hujus Regulæ ſecundæ, ut fir-
mavit *Rot. deciſ. 422. num. 2. 3. & 4. part. 1. di-* 411
verſ. quam ſequuntur *Gonzal. ad Regul. 8. §. 4. pro-*
œmial. n. 24. Adden. ad Gregor. deciſ. 291. n. 8.
Armindus Riccius in Voto, quod edidit in quadam

Cauſa

Cauſa Novarien. ubi *in §. His præmiſſis*, adver-
tit, quod licet *Rot. in dicta deciſ.* 442. loquatur de
Indulto præſentandi ad reſervata conceſſo Magnati
laico; attamen principalis ratio, in qua fundatur
Deciſio, nempe quod Indultum talis generis ſtri-
ctam recipit interpretationem, ita ut minus, quam
fieri poteſt, corrigat diſpoſitionem Juris commu-
nis ad favorem Ordinariorum vigentis, & quod
propterea capiat ſolummodo illa Beneficia, quæ
privative ad ipſius Pontificis collationem perti-
nent, non autem quæ ad ipſum cumulative cum
Ordinario ſpectare poſſunt, ut ibi *num.* 1. *&* 2.
Ratio inquam præfata militat etiam in Eccleſia-
ſtico Collatore; & propterea in terminis Indul-
ti conferendi, eamdem Deciſionem, & rationem
ibi adductam de coarctatione ad privativam colla-
tionem Beneficiorum vacantium in Menſibus Apo-
ſtolicis, procedere, dixerunt *Gonzal. & Adden. ad
Gregor. locis citatis.*

412 Hinc attendi non merentur Doctores illi, qui
aſſerunt, Indultum conceſſum Cardinali, poſtquam
renunciavit Eccleſiæ, non poſſe dici extraordina-
rium, quippe præſervat portionem antiquæ facul-
tatis ei competentis; adeo ut Cardinalis Indulta-
rius adhuc in Menſibus ſibi reſervatis remaneat
Ordinarius Collator, *Card. de Luc. de Beneſic. diſc.*
31. *Clericat. Diſcord. forenſ.* 96. *par.* 1. *Leuren. in
for. Beneficial. tom.* 2. *ſect.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 643.
Paſet. conſ. 37. *num.* 2 *& ſub n.* 5. *Tondut. de Penſ.
cap.* 2. *n.* 12. *& ſeqq.* Siquidem *Cardinalis de Luca*
eſt ſibimet contrarius, nam in præcedenti *diſc.* 2.
de Beneficiis ſequitur *deciſionem Achill. de Graſſis*
413 ponderantem differentiam inter Indultum Cardi-
nalis Ordinarii Collatoris poſſidentis Eccleſiam,
& aliud Indultum conferendi, quod aſſequitur poſt
Eccleſiam dimiſſam, ut primum dicatur favorabi-
le, tanquam præſervativum facultatis de jure com-
muni alias competentis, ſive remotivum acciden-
talis obſtaculi per Regulas reſervatorias ſuperve-
nientis; alterum vero dicatur ſuperinductum, & ex-
traordinarium, tanquam inductivum formalis ſer-
vitutis, ut in *n.* 6. & *n.* 11. ait, quod hujuſmodi
Indulta a Dataria conceduntur per viam *novæ, &
particularis gratiæ* Cardinalibus dimittentibus Ec-
cleſias; iterumque ſub *numero* 17. adhæſive ad di-
ctam deciſionem *Achillis* eadem Indulta vocat
*extraordinaria, particularia, atque conceſſa per
viam novæ Gratiæ.* Ultra quam quod in caſu quo
ſcripſit *Cardinalis de Luc. dict. diſcurſ.* 31. contra-
rium fuit ſervatum, ut dicemus infra in Commen-
tar. *in Regul.* 9. §. 3.

Clericatus dict. Diſcord. 96. ſcripſit quoque fa-
vore recolendæ mem. Card. *Odeſcalchi*, in eadem
Cauſa, in qua ſcripſerat *Card. de Luc. dict. diſc.* 31.
& ſcripſiſſe fatetur *abſque librorum copia*, dum
in Conclavi poſt obitum Clementis IX. moraba-
tur, addictus ſervitio cl. mem. Cardinalis Barba-
rini; & cæteroquin rationes per ipſum expoſitæ
non ſubſiſtunt, ut in examine Quæſtionis, ſuper qua
ſcripſit laudatus Auctor, & de qua ſermo erit in
Comm. in Regul. 9. §. 3.

Leuren. in for. Beneficiali dict. quæſt. 643. eſt
ſimplex, & nudus Tranſcriptor rationum, quas
deduxit Cardinalis *de Luc. dict. diſc.* 31. ſuamque
ſententiam non aperiens, Lectorem remittit ad ea,
quæ idem *Cardinalis de Luca* firmaverat in præ-
cedenti *diſc.* 2. Et cæteroquin ipſemet *Leuren.* in
antecedenti *quæſt* 640. hæc ait = *Indultum extraor-
dinarium communiter reputatur illud, quod concedi
ſolet Cardinalibus Epiſcopis poſt Epiſcopatum dimiſ-
ſum, conferendi vacantia in eo Beneficia in Menſi-
bus Papalibus. Porro hoc ipſum Indultum extraordi-
narium ſuperinductum, utpote inductivum forma-
lis ſervitutis, odioſum eſſe &c.*

Paſeth. conſ. 35. quatenus ait, Cardinalem *Ex-
tenſem*, qui Eccleſiæ Ferrarien. renunciaverat cum
reſervatione fructuum, & facultatis conferendi Be-
neficia, remanſiſſe adhuc ordinarium Collatorem,
ſine ulla ratione loquitur, ſed innititur ſolum au-
ctoritati *Cardin. in Clement.* 1. *Ut lit. pendent. Quæſt.*
14. qui examinando, quis dicatur ordinarius Col-
lator ad effectum diſponendi de Beneficiis in ter-
minis ejuſdem *Clement.* firmat, quod talis dicitur
non ſolum Epiſcopus, ſed quilibet alius Inferior
Collator, qui ſuo jure, vel Principis Privilegio juriſ-
dictionem habet in loco: quod ſane nil commune
habet cum Epiſcopo, qui renunciando Eccleſiæ,
obtinet ex ſpeciali Pontificis gratia Indultum con-
ferendi illius Beneficia.

Tondut. de Penſ. d. cap. 2. proponit Quæſtio-
nem, an Pontifex, qui vigore Concordatorum
Franciæ poteſt ſemel in ejus vita gravare Mandato
Apoſtolico quemlibet illius Regni Collatorem, va-
leat iterato mandato gravare illum, qui Abbatiæ
renunciavit cum reſervatione juris conferendi. Et
negative reſpondet contra *Rebuff. Concordat. tit. de
Mandat. Apoſtolic.* §. 1. *Verb. Unum Collatorem*;
ea ratione, quod Renuncians Beneficia confert
jure ordinario, propter reliquias veteris poſſeſſionis.
Sed rationem hanc tuti inſubſiſtentem, præventive
eliſerat *Rebuff.* loco citato bene ajens, quod Col-
latio a dicto Renunciante non aliter explетur, quam
jure novo, hoc eſt vigore reſervationis juris con-
ferendi, ſub qua renunciavit. Cum enim per Be-
neficii renunciationem amittatur titulus & poſſeſ-
ſio, *Cap. Inter*, & ibi *Gloſſ.* ac DD. *de Præben.* jus
conferendi, quod facta renunciatione acquiritur,
ex novo jure, novoque titulo acquiſitum dicitur
cap. 2. *de Renunciat.*

Minuſque Cardinales Indultarios pro vindican-
do ſibi jure conferendi in quatuor Menſibus ordi-
nariis dum vacat Sedes Epiſcopalis, juvare poſſunt
verba illa, quæ leguntur in ſolito Indulto Cardi-
nalitio, ad quod refertur ſecundum poſt dimiſſam
Eccleſiam obtentum = *Quatenus Beneficia hujuſ-* 414
*modi ratione Menſium Apoſtolicorum &c. ſeu ex
quavis alia cauſa diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervata
conferre, & de illis providere libere poſſis &c.*
quæ ſane Verba indulgentia Cardinalibus facul-
tatem conferendi Beneficia nedum reſervata ra-
tione Menſium, ſed etiam *ex quavis Cauſa*, com-
prehendere videntur etiam Cauſam reſervationis ex
Regula 2.

Siquidem non ſubſiſtit, quod clauſula illa *ſeu ex* 415
quavis Cauſa in primo Indulto adjecta, comprehen-
dere valeas reſervationem ex cauſa Sedis Epiſcopa-
lis vacantis, quia Indultum præfatum eſt reſtri-
ctum ad Beneficia pertinentia ad collationem ipſius
Cardinalis Indultarii; & propterea non porrigitur
ad ea, quæ ſpectant ad aliam Perſonam, vel alium
Ordinarium, juxta deciſiones cumulatas per *Ad-
den. ad Gregor. deciſ.* 99. *n.* 6. *& deciſ.* 183. *nu-
mer.* 4. *part.* 3. *diverſ. & deciſ.* 453. *num.* 42. *&*
43. *coram Biebio.* Immo cum de tempore vaca- 416
tionis, & collationis Beneficii intervenire debeat
talis pertinentia juris conferendi ad Collatorem,
impoſſibile eſt, quod primum Indultum capere
poſſit caſum Sedis Epiſcopalis vacantis, vel per li-
beram renunciationem, vel per obitum, quia per
renunciationem omnia jura amittuntur, & ſic etiam
jus conferendi Beneficia, *Pariſ. de Reſignat. lib.* 1.
Quæſt. 7. *num.* 18. & relatis concordantibus *Rot. in
Segobien. Canonicatus* 11. *Aprilis* 1704. §. *Qua-
propter, & ſeqq. &* 9. *Martii* 1705. §. *Nulla autem,*

cor. clar. memor. Card. Scotto, & in altera *Segobien. Canonicatus* 17. *Martii* 1706. §. *Non poſſe*, *& ſeqq.* §. *Verum*, *&* §. *Nequaquam*, *cor. bon. mem. Anſaldo*, *& in Monaſterien. Canonicatus* 9. *Decembris* 1722. §. *Quod etiam*, *cor. Reverendiſſimo Aldrovando.* Et poſt mortem, quæ omnia ſolvit, ceſſat omnis pertinentiæ titulus, omniſque poſſibilitas conferendi in Indultario; ut bene ratiocinatur *Armindus Riccius* in laudato Voto edito *in Cauſa Novarien.* §. *Dumque habemus.*

417 Idque ex eo clarius emergit, quod ubi Summi Pontifices in Indulto conferendi Beneficia in aliena Diœceſi, comprehendere voluerunt etiam caſum Sedis Epiſcopalis vacantis, illum expreſſe ſpecificarunt, prout factum fuit a ſan. mem. Urbano VIII. in Indulto, quod Cardinali *Antonio Barberino* ejus Nepoti, & Protectori Almæ Domus Lauretanæ, conceſſit ad effectum conferendi Beneficia reſervata, quæ Epiſcopus *Lauretanus*, propter impedimentum Reſervationum conferre non poterat. In præfato namque Indulto expedito ſub datum *in Arce Gandulphi Albanen. Diœceſis ſub Annulo Piſcatoris die* 6. *Octobris* 1633. *Pontificatus anno XI.* expreſſe decernebatur, illud *ſuum ſortiri debere plenarium effectum omni tempore, tam vacante, quam plena exiſtente præfata Sede Epiſcopali Lauretana.*

418 Ex quo proinde difformi Indultorum tenore difformis etiam elicitur voluntas Pontificum, qui ſi voluiſſent ſub conſueto Indulto Cardinalium comprehendere etiam Beneficia vacantia Sede Epiſcopali vacante, id clare expreſſiſſent, quemadmodum expreſſerunt, quando eis placuit facultatem hanc Cardinalibus impertiri, *ad vulgat. text. in leg. Unic.* §. *Sin autem*, *C. de Caduc. tollend. Rot. deciſ.* 873. *n.* 22. *coram Molines.*

419 Et ita ſub Alexandro VII. & Clemente IX. ſervatum fuit cum recolendæ mem. Cardinali *Odeſcalcho*, poſtea Innocentio XI. gaudente Indulto conferendi in octo Menſibus Apoſtolicis Beneficia Eccleſiæ *Novarienſis*, cui ceſſerat; Nam Sede Epiſcopali vacante, collatio Beneficiorum, quæ alias ad Epiſcopum, ſi vixiſſet, ſpectaſſet, expleta fuit a laudatis Pontificibus, cum expreſſione *quod proviſio, & omnimoda alia diſpoſitio ad Sanctiſſimum, uti Ordinarium univerſalem, ante adventum Succeſſoris ad Epiſcopatum Novarien. ſpectat, & pertinet &c.*

420 An autem, ſi Beneficiorum vacatio contingat Apoſtolica Sede vacante, quando ceſſat Reſervatio Regulæ 9. & omnes Menſes efficiuntur Ordinarii, collatio Beneficiorum in Menſibus alias Apoſtolicis vacantium ſpectet ad ordinarium Collatorem, vel potius ad Cardinalem, qui Eccleſiæ ceſſit cum Indulto conferendi in octo Menſibus reſervatis, examinabimus infra *in Comment. in Regul.* 9. §. 4.

421 *Decimo* locum ſibi non vindicat hæc Regula ſtante Pontificio Indulto excluſivo omnium, & quarumcumque Reſervationum. Accidit hic caſus anno 1703. In ſeculariꝫatione Eccleſiæ *Cephaluden.* facta a ſan. mem. Clemente X. per Breve *ſub datum Decimo Kalendas Octobris*, *Pontificatus anno* 2. & regiſtratum *lib.* 3. *Secret. pag.* 193. duæ primæ Dignitates ſemper, & quandocumque vacaverint, fuerunt diſpoſitioni S. Sedis reſervatæ; Cantoratus, & Theologalis Præbendæ fuerunt ſubjectæ Regulis Cancellariæ; & quoad octo Canonicatus ita diſpoſitum = *Ita tamen, quod ſingulorum Canonicatuum, & Præbendarum collatio, quaviſque alia diſpoſitio, quandocumque, quotieſcumque, ſimul, vel diviſim vacaverint, ſub reſervationibus, & affectionibus Apoſtolicis, tam ſpecialibus, quam generalibus, tam ex Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis editis, & de cætero edendis, quam ex quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis reſultantibus, nullo umquam tempore, & in quocumque caſu, comprehendantur, ſeu comprehendi poſſint, præterquam in vacationibus apud Sedem præfatam; ſed perpetuis futuris temporibus, ad pro tempore exiſtentem Ordinarium loci, intra tamen tempus ad providendum, ſeu conferendum a Jure præfixum, ſub pœna devolutionis, juxta ſacros Canones, & Conſtitutiones Apoſtolicas faciendæ, ſpectet, & pertineat &c.*

Cum autem dicto anno 1703. Sede Epiſcopali *Cephaluden.* vacante, contigiſſet vacatio Canonicatus, quem uti vigore hujus Regulæ reſervatum, a Dataria impetraverat quidam *Angelus Lombarda*; hinc in Congreſſu habito cum DD. Subdatario, & Præfecto Vacationibus per obitum, dicebam: Canonicatum prædictum conferri non potuiſſe uti reſervatum vigore Regulæ Secundæ, attenta ſupra dicta Clementis X. diſpoſitione, qua in ordine ad Canonicatus præfatæ Eccleſiæ præventive tolluntur omnes reſervationes ex quocumque tempore, & in quocumque caſu, unico excepto vacationis apud Sedem, & conſequenter ſublata etiam fuit reſervatio Regulæ Secundæ; & licet poſtmodum eorumdem Canonicatuum collatio tribuatur Ordinario: Attamen eo mortuo, non ſubintrat reſervatio jam præcedenter ſublata, ſed remanet regulanda proviſio ad terminos juris communis, ut ſcilicet futuro Epiſcopo reſervetur. Et in hunc quoque ſenſum deſcenderunt laudati Datariæ Mi-
niſtri. At quoniam ponderabam, quod Papa li- 422
cet non jure reſervationis, conferre tamen poterat dictos Canonicatus jure præventionis, & tamquam ſubrogatus in locum Ordinarii, quem etiam viventem prævenire valuiſſet; hinc conceſſa fuit dicto *Lombardo* nova Canonicatus proviſio ex capite *præventionis*, ſeu *Concurſus*. Et id ipſum reſpectu alterius Canonicatus ejuſdem Cathedralis ſervatum fuit anno 1719. Sede Epiſcopali denuo vacante.

An autem Nuncii Apoſtolici facultate gauden- 423
tes conferendi Beneficia reſervata, non excedentia annuum valorem ducat. 24. auri de Camera, conferre valeant ea Beneficia, quæ, Sede Epiſcopali vacante, vacare contigerint, Negative reſpondendum eſt. Quia eorum facultas non eſt ampla, & indefinita omnium, & quarumcumque reſervationum complexiva, ſed limitata, & reſtricta
ad Beneficia reſervata ratione Menſium, *Cardinal.* 424
de Luc. de Benefic. diſc. 26. *num.* 5. *Paſſerin. in cap.* 1. *num.* 5. *&* 6. *de Offic. Legat. in* 6. *Rot. deciſ.* 298. *num.* 4. *part.* 17. *deciſ.* 189. *num.* 2. *&* 3. *part.* 18. *Recent. deciſ.* 760. *num.* 4. *& deciſ.* 872. *nu.* 2. *cor. Molines*, *& in Hiſpalen. Beneficii* 6. *Junii* 1703. §. *Juſtificatio*, *cor. cl. me. Card. Scotto*; proindeque extendi, & ampliari nequit ad Beneficia vacantia Sede Epiſcopali vacante, & vigore
Regulæ reſervata, ut de Nuncio Hiſpaniarum fa- 425
cultatem habente conferendi Beneficia, *dummodo illa alias quam ratione Menſium Apoſtolicorum reſervata non fuerint*, juxta Indultum quod refert *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 3. *num.* 84. firmavit *Rot. deciſ.* 832. *n.* 10. *& ſeqq. cor. Cerro*, *& in Burgen. Beneficii* 5. *Februarii* 1706. §. *Non obſtante*, *coram cl. mem. Card. Scotto*, *&* §. *Quidquid aſſerat*, ubi quod licet *Garcias dicta cap.* 3. *num.* 142. teſtetur, de facto aliquando vidiſſe collationes expletas a Nunciis Hiſpaniarum de Beneficiis vacantibus poſt viduatam Eccleſiam; nihilo minus collationes præfatæ de jure ſuſtineri non poterant, nec tribuere titulum validum contra Proviſum Apoſtolicum,

tum, ob defectum facultatis, quæ reſtricta ad certum caſum, non poterat ad alium extendi, *&* in *Compoſtellan. Beneficii de Zea* 27. *Junii* 1729. §. *final. cor. bon. mem. de Valemibus.* Et de Nuncio Poloniæ, quod conferre non poſſit Beneficia vacantia Sede Epiſcopali viduata Paſtore, eadem *Rot. in Cracovien. Parochialis* 28. *Junii* 1702. §. *Nullitas, cor. bon. mem. Muto.*

426 Quemadmodum Univerſitas, ſeu facultas Artium Lovanienſis, quæ ex diverſorum Pontificum Indultis gaudet in Provinciis Belgicis, & Civitate, Patria, & Diœceſi Leodienſi facultate nominandi ad Beneficia in quocumque Menſe vacantia, quibuſcumque Collegiis, Capitulis, & Conventibus, ſemel ſingulis decem annis, Prælatis vero, & aliis ſingularibus Perſonis bis, ſeu duabus diſtinctis vicibus *vita, Prælatura, & adminiſtratione eorum durante* : quæ facultas abrogata poſtea fuit a Paulo V. quoad Beneficia Civitatis, Patriæ, & Diœceſis Leodienſis tantum, ejuſque loco ſubrogatum jus conferendi Canonicatus, Dignitates, & Beneficia, quæ inibi vacaverint in Menſibus *Januarii*, & *Novembris* currente anno diſpari, nempe 1617. & in Menſe *Novembris* ſolum in anno pari, nempe 1618. & ſic ſucceſſione de anno in annum perpetuis futuris temporibus; de quibus Indultis late ſermonem habebimus in *Commentar. in Re-*

427 *gul. IX.* §. 3. Univerſitas, inquam, *Lovanienſis*, nec nominare, nec reſpective conferre poteſt Beneficia vacantia Prælatura vacante, quia facultas præfata eſt reſtricta ad Beneficia vacantia durante *vita, & Prælatura* : quæ verba, per ablativum abſolutum concepta, eam præ ſe ferunt conditionem, ſi Prælatus vivat, & Prælatura duret; unde Prælato mortuo, ſuſpenſa remanet dicta facultas, do-

428 nec eligatur Succeſſor. Id enim quod in uno tempore permittitur, cenſetur in alio prohibitum, ad *Text. in leg. ſi unum §. 1. ff. de Pact. & leg. Imperator ff. de Poſtulando.* Et inutiliter adjectum eſſet in Indultis tempus illud *Vita, & Prælaturæ* durantis, ad effectum nominandi, ſeu conferendi Beneficia, ſi poſt illud permiſſa eſſet nominatio, ſeu collatio, *l. ſi quando* 109. *ff. de legat.* 1. *Auctor libri de Exceſſibus Lovanienſium, impreſſi Romæ anno* 1671. *quæſt.* 8. *pag. mihi* 224.

429 *Undecimo*, Reſervatio Regulæ non complectitur Beneficia Germaniæ, ubi vigent concordata, ſed eorum proviſio Succeſſoribus reſervatur, ut poſt *Vecl er ad hanc Regul. nu.* 17. *Lotter. de re Beneficiali lib.* 2. *quæſt.* 34. *num.* 7. *Fitting. in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 5. *de Præbend. n.* 257. *in fine*, *Van Eſpen in Jus Eccl. univerſ. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 17. *Rot. in Colonien. Parochialis* 16. *Junii* 1684. §. *Nec viſa, cor. cl. mem. Card. Caccia, & in Monaſterien. Decanatus* 9. *Julii* 1713. *cor. Reverendiſſimo Criſpo inter impreſſ. deciſ.* 215. *n.* 32. *& ſeqq.* ubi, quod Beneficia poſt obitum Collato- 430
rum vacantia, conferre non poteſt Adminiſtrator a Pontifice in aliqua Eccleſia Germaniæ deputatus, etſi talis deputatio facta fuerit cum omnimoda juriſdictione Epiſcopali, & facultate percipiendi fructus, perinde ac ſi eſſet Epiſcopus; cum in eum, cæteroquin facultate conferendi Beneficia jure proprio carentem, translatum non cenſeatur jus ſingulare eo, quod exercere poſſet ipſemet Pontifex, cui, Concordatis obſiſtentibus, hujuſmodi generis Beneficia non confert. Et diximus *in Proœm. Regular. n* 101.

Quemadmodum locum ſibi non vindicat hæc 431
Regulæ Reſervatio in Gallia, tum propter Concordata, tum ob nonnulla Jura a Regibus prætenſa Sedibus Epiſcopalibus vacantibus, *Van Eſpen d.c. cap.* 4. *n.* 17. *Burſat. conſ.* 126. *n.* 40. *& ſeqq. Kochier. ad hanc Regul. num.* 13. *Tondut. Quæſt. Beneſic. part.* 2. *cap.* 3. §. 3. *a num.* 2. *Thomaſſin. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 11. *& tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 15. Beneficia tamen Curata dicto tem- 432
pore vacantia, providentur a Capitulis, *Bengaus de Mod. acquir. Beneſ.* §. 16. *num.* 18. *& plurib. ſeqq. Chenu. in Collect. Decret. part.* 1. *cap.* 4. *Cabaſſut. in Theor. Juris Canon. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 12. Et quod attinet ad Beneficia a Monaſteriis dependentia, ea in dicto Regno praxis obſervatur, quod decedente Abbate Commendatario, Beneficia, quæ 433
Sede Abbatiali vacante vacare contigerit, ſpectant ad collationem Ordinarii, ſi Abbas vivens ſolus, non conjunctim cum Monachis, providebat, *Blondeau in Addit. ad Bouchel in Bibl. Canon. Verb. Collation. pag.* 173. *& Verb. Curez pag.* 374. *& ſeqq. Hieronym. a Coſta de Abbate Commendatar. pag.* 267. Idemque ſervari in Britannia, ut Ordinarius, excluſo Monachorum Capitulo, conferat Beneficia vacantia, dum vacat Sedes Abbatialis, tradit idem *Blondeau dict. Verb. Collation. prope finem pag.* 247.

R E G U L A III.

Extenſio Reſervationis Beneficiorum per aſſequutionem pacificam vacaturorum.

ITem, ſi qui de Beneficiis Eccleſiaſticis, præſertim Curam Animarum habentibus, ſeu alias perſonalem reſidentiam requirentibus, dum pro tempore vacant Apoſtolica auctoritate proviſi, ſeu providendi, ante illorum aſſequutionem alia cum eiſdem incompatibilia Beneficia Eccleſiaſtica per eos tunc obtenta in fraudem Reſervationis ſuæ reſignarent, ſeu dimitterent, voluit, decrevit, & declaravit, quod ſi impoſterum quibuſvis perſonis de aliquibus Beneficiis Eccleſiaſticis, tunc vacantibus, ſeu vacaturis per Sanctitatem Suam, aut ejus auctoritate provideri, ipſoſque providendos intra vacationis, & proviſionis, ſeu aſſequutionis eorumdem

Beneficiorum tempora, quæcumque alia cum illis incompatibilia Beneficia Eccleſiaſtica Secularia, vel quorumvis Ordinum, ac etiam Hoſpitalium Regularia per eos tunc obtenta nulla ſpeciali, & expreſſa de eiſdem in proviſionibus prædictis facta mentione ſimpliciter, vel cauſa permutationis, ac alias quomodolibet, ſive in Sanctitatis Suæ, vel alterius Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, aut Legatorum, vel Nunciorum dictæ Sedis, ſive Ordinariorum, vel aliorum Collatorum quorumcumque manibus reſignare, ſeu dimittere, aut juribus ſibi in illis, vel ad illa competentibus cedere contigerit, omnes, & ſingulæ conceſſiones, collationes, proviſiones, & quævis aliæ diſpoſitiones de Beneficiis, ſeu juribus ſic reſignandis, dimittendis, & cedendis pro tempore faciendæ cum inde ſequutis quibuſcumque, caſſæ, & irritæ, nulliuſque roboris, vel momenti exiſtant, nec cuiquam ſuffragentur, ſed Beneficia, & Jura, ut præfertur, reſignata, dimiſſa, & ceſſa eo ipſo vacent, ac ſub reſervatione prædicta, quam Sanctitas Sua, etiam quoad hoc extendit, & ampliavit, comprehenſa cenſeantur. Ita quod de illis per alium, quam per eamdem Sanctitatem Suam, vel pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem nullatenus diſponi poſſit, in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi per pacificam aſſequutionem Beneficiorum aliorum hujuſmodi vere, ac realiter vacaviſſent. Ac ulterius voluit Beneficium, de quo Reſignans fuerit auctoritate Apoſtolica proviſus, ac per cujus aſſequutionem Beneficia vacare debebant, ut prius vacare, perinde, ac ſi collatio favore Reſignantis facta non fuiſſet, ſalvis tamen quibuſcumque juribus competentibus alteri parti, ad cujus favorem facta eſſet reſignatio, etiam ex cauſa permutationis, ſummarie, ſimpliciter, & appellatione remota exercendis. Decernens irritum &c. attentari.

ARGUMENTUM.

Beneficia reſignata intra tempus vacationis, & Proviſionis Apoſtolicæ aliorum incompatibilium, ſunt reſervata, ad evitandas fraudes, quæ in præjudicium Reſervationis inductæ per *Extravag. Ad regimen, de Præbend.* committi ſolebant. Reſervationem hanc a Paulo V. editam, primus inter Regulas Cancellariæ poſuit Gregorius XV. & ſucceſſive Innocentius X. eam extendit ad Beneficia incompatibilia poſtea obtenta. Aliam quoque additionem Regulæ fecit Alexander VII. Examinatur quæſtio, an Regula decernens vacationem, & reſervationem ſecundi Beneficii incompatibilis obtenti, comprehendat nedum Beneficia inferiora, ſed etiam Majora, Abbatias nempe, & Prælaturas. Locum ſibi vindicat Regula non ſolum quando collatio ſecundi incompatibilis fit a Papa, verum ſi ab alio de ejus auctoritate, nempe ab Indultario; & procedit tametſi Reſignatio primi fiat bona fide, & abſque fraude imminentis reſervationis, vel ſi expleatur ab eo, qui eſt omnino incertus de obtinendo ſecundum incompatibile; & quid ſi ignoret vacationem ſecundi incompatibilis, de quo poſtea fuerit a S. Sede proviſus? Regula non procedit in Reſignatione expleta ab eo, qui deputari ſperat in Coadjutorem obtinentis aliud Beneficium incompatibile; nec quando ſecundum incompatibile confertur auctoritate Ordinaria. Sed quid dicendum, ſi primum eſſet reſervatum, & Papæ reticita fuerit reſervatio? Itidemque ceſſat diſpoſitio Regulæ, ſi poſſeſſio ſecundi incompatibilis non ſit pacifica, vel ſi quis reſignet cum clauſula *provideri ſperans* de altero incompatibili.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia reſignata ab iis, qui poſtea Apoſtolica auctoritate proviſi fuerunt de altero incompatibili, ſunt reſervata vigore hujus Regulæ Tertiæ.*

2 *De fraudibus, quæ in hac materia committi ſolebant.*

3 *Hujuſ-*

3 *Hujuſmodi Reſervationis Auctor Paulus V. eamque primus inter Regulas inſeruit Gregorius XV.* & num. 21. & 22.

4 *Proviſio ex cauſa Reſignationis taliter expletæ, nec titulum coloratum tribuit.*

5 *Regula in ſui origine decernebat ſolum vacationem, & reſervationem primi Beneficii reſignati; ſed Innocentius X. addidit pœnam vacationis, & reſervationis ſecundi incompatibilis obtenti.* & num. 23.

6 *De additione Regulæ facta per Alexandrum VII.*

7 *Regula eſt ſolum favorabilis in parte irritante reſignationem primi Beneficii.* & num. 57.

8 *Odioſa vero in altera decernente pœnam vacationis, ut primi, & reſervationis alterius incompatibilis obtenti.* & num. 58. 65.

9 *Regula in hac ſecunda parte comprehendit Beneficia inferiora, non autem Epiſcopatus, Abbatias, aliaque Beneficia majora, pro quibus emanavit Regula 26.*

10 *Refertur ſtatus famigeratæ Cauſæ* in Nullius; ſeu Senonen. Abbatiæ *in Tribunali Sac. Rotæ agitatæ.*

In Congregatione habita pro revocandis Regulis Cancellariæ ſub Benedicto XIII. reſolutum fuit, addendam non eſſe Regulæ III. expreſſionem Abbatiarum Conſiſtorialium, quæ extra Conſiſtorium provideri ſolent. ibid.

11 *Diſcurſus Auctoris pro veritate editus in dicta Cauſa* Nullius, ſeu Senonen. Abbatiæ.

12 *Regula 3. & 26. Cancellariæ, ſunt inter ſe diſtinctæ, & diverſos caſus percutiunt.*

13 *Regula 26. loquitur de Promovendis ad majores Prælaturas, & unicam decernit pœnam, vacationis ſcilicet Beneficii intra tempus illarum vacationis, & Promotionis reſignati.* & num. 18.

14 *Regula vero 3. loquitur de proviſis Apoſtolica auctoritate de Beneficiis inferioribus, duplicem imponendo pœnam, vacationis nempe Beneficii reſignati, & alterius poſtea obtenti.*

15 *Reſultat hæc differentia ex utriuſque Regulæ origine; ex diverſis formulis, & verbis quibus conceptæ ſunt; & ex diverſitate rationum inter eas militantium.*

16 *Per hæc media interpetrantur Conſtitutiones Pontificiæ, & Regulæ Cancellariæ.*

17 Extravag. Ad regimen *reſervat quinto loco Beneficia, quæ promoti ad Eccleſias Epiſcopales, & Monaſteria tempore promotionis obtinebant; & ſexto loco Beneficia vacantia per aſſequutionem pacificam aliorum, per Summum Pontificem conferendorum.*

19 *Regula 26. emanavit ad declarationem* Quintæ *reſervationis contentæ* in Extravag. Ad regimen.

20 *De controverſia olim inter DD. an Regula 26. comprehendat Prælaturas inferiores, & improprias.*

21 *Conſtitutio 62. Pauli V. Beneficiorum reſervationem* Sexto *loco contentorum* in Extravag. Ad regimen, *extendit etiam ad Beneficia reſignata ante aſſequutionem incompatibilis.*

22 *Regula 3. efformata fuit ex dicta Conſtitutione Paulina, & a Gregorio XV. inſerta inter ſuas Regulas in ordine la 2. a Succeſſoribus vero in ordine la 3.*

24 *Regula 3. non emanavit ad extenſionem Regulæ 2. Et de ratione* num. 25. & 26.

27 *In declarandis Regulis Cancellariæ non attenditur materialis ordo Regularum, ſed ſubjecta materia, de qua loquuntur.*

28 *Regula 26. utitur Verbis, quæ proprie non congruunt niſi Prælaturis majoribus.* Et num. 33.

29 *Regula vero 3. loquitur per Verba ſolum convenientia proviſis de Beneficiis inferioribus*, & num 32.

30 *Beneficii appellatione non veniunt Prælaturæ majores, & præſertim Abbatiæ Regulares in libris Cameræ taxatæ.*

31 *Maxime quando agitur de materia pœnali.*

34 *Regula 3. etſi loquatur per Verba generalia* = quæcunque *Beneficia* = *adhuc reſtringenda eſt ad quæcumque Beneficia inferiora. Et de ratione* num. 35. 36.

37 *Lex generaliter loquens non tollit aliam legem in ſpeciali caſu emanatam.*

38 *Præſertim quando reſpectu illius caſus particularis viget diverſa ratio.*

39 *Regula 26. ſuperflua eſſet, ſi Regula 3. comprehenderet proviſos de majoribus Prælaturis.*

40 *In Regulis Cancellariæ nihil ſuperfluum reperitur, & nullum Verbum ſtat ſine myſterio.*

41 *De duplici pœna contenta in Regula 3.*

42 *Duplex hæc pœna non eſt exorbitans in proviſis de Beneficiis inferioribus, ſecus in promotis ad Epiſcopatus, & Abbatias.*

43 *Aſſignatur ratio ob quam a Pontificibus addita non fuit in Regula 26. pœna privationis Eccleſiæ, vel Abbatiæ.*

44 *In materia correctiva juris communis, nec ex identitate rationis admittitur extenſio de caſu ad caſum.*

45 *Conjugium ſpirituale inter Prælatum, & Eccleſiam, non diſſolvitur niſi ex cauſis in jure approbatis.* & num. 69.

46 *Eccleſiæ Epiſcopales, & Abbatiæ numquam fuerunt impetratæ ex capite, quod Epiſcopus, vel Abbas præventive Beneficia, quæ obtinebant, intra tempus earum vacationis, & promotionis reſignaſſent.*

47 *Nec reperitur Doctor, qui affirmet Regulam 3. habere locum in promotis ad Epiſcopatus, & Monaſteria.*

48 *De diverſis formulis quibus concipiuntur ſupplicationes, quando qui provideri ſperans de ſecundo Beneficio incompatibili, vult reſignare primum abſque incurſu in pœnam Regulæ 3. & quando aſpirat ad Prælaturam jam vacantem, & vult reſignare Beneficium incompatibile, quod obtinet evitando diſpoſitionem Regulæ 26.*

49 *Papa Beneficia confert, quatenus vera ſit vacatio, & collatio ad ipſum pertineat.*

50 *Dataria regulariter numquam denegat Beneficiorum impetrationes, quarum merita per Judices competentes poſtea diſcutiuntur.*

51 *Regula 3. eſt extenſiva* Extravag. Ad regimen, *quæ comprehendit, nedum Beneficia inferiora, ſed etiam Prælaturas Majores.*

Intellige, quod ſit extenſiva Sextæ *Reſervationis, non* Quintæ *ex contentis in dicta* Extravag. num. 52.

52 Extravag. Ad regimen *licet materialiter una, continet tamen diverſas, & diſtinctas reſervationes, de quibus ſupra* num. 17

54 *Relatio eſt facienda ad congrua.*

55 *Explicatur* Queſada, *qui aſſerit, Regulam III. concordare cum Regula XXVI. & unam alteri adnecti poſſe.*

56 *Leges, etſi in aliquo concordent ad invicem, non exinde tollitur diverſitas ſpecierum in eis comprehenſarum.*

59 *Regulæ Cancellariæ ſunt ſtricti Juris; nec ob majoritatem rationis extenduntur de caſu ad caſum.*

60 *Abbatiæ, quæ providentur extra Conſiſtorium, ſubjacent Conſtitutioni Gregorianæ* de Publicandis, *& Regulis Cancellariæ* de Annali, & de Infirmis.
Redditur ratio num. 63.

61 *Benedictio Abbatis non eſt Conſecratio, ſed mera Orationum ſolemnitas.*
Sed largo modo dicitur etiam Conſecratio. num. 66.

62 *Abbatia, quæ taxata reperitur in Libris Cameræ, dicitur Conſiſtorialis, etiam ſi per Datariam, & extra Conſiſtorium provideatur.*

64 *Abbatia, ex quo comprehenduntur ſub una, vel altera ex Regulis Cancellariæ, non exinde comprehendi etiam debent ſub Regula III. & aſſignatur ratio.*

67 *Abbas per Benedictionem acquirit Jurisdictionem in Monachos, & quamplura praeminentialia, ob quæ Epiſcopo comparatur.*

68 *Abſurdum eſt, quod Abbas in gratiam odioſi Impetrantis dictis Praeminentiis deſtitutus remaneat.*

70 *Regula III. locum habet, etiam ſi Proviſio ſecundi incompatibilis fiat ab alio, quam a Papa, de ejus tamen auctoritate.*

71 *Hujuſmodi opinio revocatur in dubium, & declaratur in quibus terminis procedere poſſit.* & num 73.

72 *Epiſcopi Alternativa gaudentes, Beneficia vacantia in Menſibus Apoſtolicis, illius vigore effectis Ordinariis, non conferunt auctoritate propria, ſed Papæ.*

74 *Regula procedit, etiamſi Reſignatio primi incompatibilis facta fuerit bona fide, & abſque fraude imminentis Reſervationis.*

75 *Fraus tamen colligitur ab eventu; maxime ſtante actuum vicinitate, reſignatione nempe primi, & proviſione ſecundi Beneficii incompatibilis.* & num. 82.

76 *Senatus Conſultum Macedonianum irritat contractum mutui, etſi bona fide celebratum cum filio familias.*

77 *Regula III. procedit quamvis Reſignans ſit incertus de obtinendo ſecundum Beneficium incompatibile.*

78 *Secus ſi ignorans ſecundi vacationem, de eo, poſt reſignationem primi, provideatur.*

79 *Intellige, ut ignorans vacationem ſecundi non incurrat pœnam illius privationis, non autem, quod ſubſiſtat reſignatio primi, &* num. 81.

80 *Regula III. concordat cum Regula XXVI. ſolum quoad pœnam vacationis, ut prius, & Reſervationis Beneficii reſignati.*

83 *Regula III. non impedit quominus deputari ſperans in Coadjutorem, reſignet Beneficium incompatibile cum Coadjutoria.*
Amplia, etiam ſi Gratia Coadjutoriæ ſit a Papa ſignata. num. 88.
Aſſignantur rationes, & referuntur Reſolutiones Congregationis Datariæ. num. 89. 90. & 91.

84 *Regula III. uti correctoria juris communis eſt ſtricte interpretanda, nec ex identitate rationis extendenda de caſu ad caſum.* & numer. 65.
Provideri ſperans de Epiſcopatu, etiam ſi ad illud ſit examinatus, Beneficium incompatibile, quod obtinet, reſignare non prohibetur.

86 *Coadjutor non habet jus perfectum ad Beneficium, ſed tantum in ſpe, & ad rem.*

87 *Regula III. ut locum habeat, requiritur, quod proviſio ſecundi Beneficii incompatibilis ſit perfecta, cum ſubſequuta pacifica illius poſſeſſione.* & num. 107.

92 *Regula III. procedit, quamvis proviſio ſecundi Beneficii incompatibilis, fiat auctoritate Ordinaria, ſi illius poſſeſſio in Menſe Apoſtolico adipiſcatur.*
Et aſſignatur ratio. num. 93.

94 *Contrarium, quod Regula non afficiat Reſignantem poſtea ab Ordinario de incompatibili proviſum. Et ponderantur verba Conſtitutionis Pauli V.* num. 95. & 96.
Limitatur hæc Sententia in duplici caſu, ut num. 102. & 103.

97 *Regula III. expreſſe loquitur de Reſignantibus, qui poſtea auctoritate Apoſtolica proviſi fuerint de Beneficiis incompatibilibus.*

98 *Et tam ipſa, quam Conſtitutio Paulina ſolum conſiderant fraudem Reſervationis generalis contentæ* in Extravag. Ad regimen.

99 *Beneficium prius obtentum vacans ob adeptam poſſeſſionem in Menſe Apoſtolico ſecundi incompatibilis ab Ordinario collati, eſt Papæ reſervatum vigore* Regulæ IX. *& non* Extravag. Ad regimen.

100 *Aſſignatur differentiæ ratio, quæ intercedit inter Proviſum de incompatibili auctoritate Apoſtolica, & Proviſum auctoritate Ordinaria.*

101 *Proviſus ab Ordinario de Beneficio incompatibili, poteſt illius poſſeſſionem adipiſci in Menſe Ordinario ad evitandam reſervationem Regulæ IX.*

104 *Concluſio, de qua ſupra* num. 94. *eo magis procedit, ſi Beneficium reſignatum, ſeu dimiſſum ſit de Jurepatronatus Laicorum.*

105 *Videtur aliter dicendum, ſi Proviſio ſecundi Beneficii incompatibilis ſit expleta auctoritate Apoſtolica. Et de ratione.*

106 *Contrarium, quod Regula non comprehendat Reſignantem Beneficium de Jurepatronatus laicali, & poſtea auctoritate Apoſtolica proviſum de altero incompatibili.*

108 *Regula locum non habet, quando in proviſione Apoſtolica de ſecundo incompatibili ſit mentio primi Reſignati intra tempus illius vacationis, & proviſionis.*

109 *In praxi non ſervatur, quod fiat dicta mentio; ſed ſtylus eſt, quod in Reſignatione primi exprimatur, quod Reſignans provideri ſperat de alio incompatibili.*

110 *Reſignationes cum dicta Clauſula* provideri ſperans, *olim erant magnæ Gratiæ, & raro admittebantur.*

111 *Et hac erat praxis in Pontificatibus ſan. mem. Alexandri VIII. ſan. mem. Innocentii XII. ac ſan. mem. Clementis XI.* & laudatur clar. mem. Card. Pan..aticus.
Referuntur nonnulla exempla. ibidem.

112 *Paſſim tamen admittuntur, quando Reſignans primum, provideri ſperat de ſecundo incompatibili auctoritate Ordinaria, vel quando primum Beneficium eſt de Jurepatronatus laicorum.*
Referuntur exempla. ibidem.

113 *Refertur caſus ſingularis reſignationis Parochialis admiſſa cum clauſula, quod Reſi-* gnans

gnent provideri ſperabat auctoritate Ordinaria de Beneficio incompatibili Juriſpatronatus laicorum.

114 *Beneficium poſſeſſum non vacat, niſi poſt adeptam pacificam poſſeſſionem alterius incompatibilis obtenti.*

115 *Proviſus ab Ordinario de Beneficio cum decreto dimittendi alterum obtentum, poteſt iſtud reſignare ad favorem; ſecus ſi proviſo expleta fuerit a Papa cum Decreto præfato.*

116 *An reſignatio Beneficii jam reſervati, reticita reſervatione, expleta intra tempus vacationis, & proviſione alterius incompatibilis Ordinaria auctoritate facta, ſubjaceat cenſuræ Regulæ?*

117 *Reſolvitur affirmative, & aſſignatur ratio.*

118 *Licet paſſim Pontifices admittant reſignationes Beneficiorum reſervatorum, id procedit in terminis Reſignationis ſimplicis, ſecus quando Reſignatio fit ab eo, qui provideri ſperat de alio incompatibili.*

Aſſignantur geminæ rationes differentiæ, num. 119. & 120.

121 *Ex clauſula generali:* etiam ſi devolutum, affectum, reſervatum &c. *in Litteris Reſignationis apponi ſolita, non colligitur, Papam certam habuiſſe ſcientiam, quod Beneficium reſignatum eſſet reſervationi obnoxium.*

122 *Clauſula præfata adjicitur de ſtylo, etiam in reſignatione Beneficii non reſervati, & quamvis adſit narrativa, quod reſervatum non ſit.*

1 REServatio Beneficiorum vacantium ob pacificam aſſequutionem aliorum incompatibilium, inducta per *Extravagant. Ad regimen, de Præbend.* extenditur per hanc Regulam ad caſum, quo eadem Beneficia reſignantur, ſeu dimittuntur intra tempus vacationis, & proviſionis aliorum incompatibilium. Cum enim Summi Pontifices in craſtinum eorum aſſumtionis ad Pontificatus apicem, innovando per Regulam primam Cancellariæ laudatam *Extravag. Ad regimen*, ſibi reſervarent omnia Beneficia Eccleſiaſtica vacatura per pacificam aſſequutionem quorumcumque Beneficiorum incompatibilium a Sede Apoſtolica,
2 vel ejus auctoritate providendorum, invaluit malitia, quod ii, qui de Beneficiis incompatibilibus providendi erant, ante illorum aſſequutionem, reſignabant, vel dimittebant, in fraudem Apoſtolicæ Reſervationis, Beneficia, quæ tunc obtinebant; hinc, ut huic malo occurreret ſan. mem. *Paulus V.* per ſuam Conſtitutionem in ordine *la*
3 *62.* irritas, ac nullas declaravit dictas præventivas Reſignationes, ſeu dimiſſiones, atque decrevit, quod Beneficia ſic reſignata, ac dimiſſa intra tempus vacationis, & proviſionis alterius Beneficii incompatibilis Apoſtolica auctoritate faciendæ, ſub dicta Reſervatione comprehendantur: Quam *Pauli* Conſtitutionem, ſan. mem. *Gregorius XV.* ejus Succeſſor, primus inter Regulas Cancellariæ inſeruit, ut refert *Queſada ad hanc Regulam, Barboſ. de Epiſcop. part. 3. allegat. 57. num. 82. Lotter. de re Beneficiar. lib. 2. quæſt. 27. num. 37. Garc. de Beneficiis part. 11. cap. 5. num. 64. Piton. diſceptat. 72. num. 63.* & poſt hæc ſcripta *Rot. in Nullius, ſeu Senonen. Abbatiæ 23. Januarii* 1722. §. *Congruentius, cor. bon. mem. Cerro, &* 12. *Januarii* 1725. §. *Et ſane*, confirmat. 8. *Aprilis* 1726. §. *Inde, cor. R. D. P. Corio.*

4 Et eſt adeo nulla proviſio interim facta ex cauſa talis præventivæ reſignationis, ſeu dimiſſionis, ut deſervire non poſſit pro titulo colorato, ſtante decreto irritanti appoſito tam in Conſtitutione ſan. mem. *Pauli V.* quam in Regula Cancellariæ, *Barboſ. in dict. part. 3. allegat. 57. num. 83. in fine, Lotter. dict. quæſt. 27. num. 42. Ventrigl. in Prax. tom. 2. annot. 2. §. 2. num. 5. Rota cor. Ubago deciſ. 251. num. 7.*

Non erat autem hæc Regula in ſui origine tam ampla, prout hodie eſt; Prius enim ſolum in ea diſponebatur, quod reſignatio Beneficii expleta intra tempus vacationis, & aſſequutionis incompatibilis, nulla eſſet, ipſumque Beneficium reſignatum, ſeu dimiſſum Reſervationi Apoſtolicæ ſubjaceret. Poſtea vero ſan. memor. *Innocentius X.* 5
ad magis compeſcendam hominum malitiam, ſuperaddidit pœnam, ut Beneficium, de quo auctoritate Apoſtolica Reſignans fuerit proviſus, vacare deberet, ut prius, perinde ac ſi collatio favore Reſignantis facta non fuiſſet, ut liquet ex combinatione Regulæ editæ ab eodem *Innocentio*, cum illis ſuorum Prædeceſſorum, & animadvertit *Rot. in dicta Nullius, ſeu Senonen. Abbatiæ 12. Januarii §. Et ſane, & 8. Aprilis §. Inde autem.* Succeſſive vero ſan. mem. *Alexander VII.* Regulæ ad- 6
didit verba illa = *Salvis tamen quibuſcumque juribus competentibus alteri Parti, ad cujus favorem facta eſſet reſignatio, etiam ex cauſa permutationis, ſummarie, ſimpliciter, & appellatione remota, exercendis* =

Favorabilis eſt Regula in prima parte, in qua 7
ſolum irritatur Reſignatio primi Beneficii, ejuſque diſpoſitio Sedi Apoſtolicæ reſervatur, prout non ſequuta Reſignatione, certo reſervatum eſſe deberet, ob aſſequutionem incompatibilis vigore *Extravag. Ad regimen* in Regula prima innovatæ. Per hanc enim diſpoſitionem evitantur fraudes in præjudicium reſervationis; quod & conforme eſt juri naturali, ad cujus tramites, quæcumque fraus prohibita eſt, ut in noſtris terminis notat *Cherubin. in annot. ad dictam Conſtitutionem LXII. Pauli* 8
V. At in ſecunda parte per *Innocentium X.* Regulæ adjuncta, in qua imponitur pœna vacationis, ut prius, Beneficii incompatibilis, de quo reſignans fuerit Apoſtolica auctoritate proviſus, Regula veluti pœnalis eſt odioſa, ac ſtricte proinde interpretanda, *Parif. de Reſignat. lib. 2. quæſt. 1. n. 26. Simonett. de Reſervat. quæſt. unic. per tot. Rot. in dict. Nullius, ſeu Senonen. Abbatiæ 12. Januarii 1725. §. A fortiori coram R. P. D. Corio.*

Diſpoſitio hujus Regulæ decernens vacationem utriuſque Beneficii, illius nempe, quod fuit reſignatum, & alterius incompatibilis, de quo reſignans fuerit Apoſtolica auctoritate poſtea proviſus, locum ſibi vindicat tantummodo in Beneficiis inferioribus. Nam quoad Reſignantes Be- 9
neficia intra tempus vacationis, & proviſionis alterius, quod ſit de majoribus, nempe Epiſcopatus, Abbatiæ, vel alterius Prælaturæ Conſiſtorialis, extat *Regula XXVI.* quæ tantummodo infringit reſignationem primi Beneficii, illud Sedi Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervando, ſed non imponit pœnam vacationis, ut prius, Epiſcopatus, Abbatiæ, vel alterius Prælaturæ Conſiſtorialis, ad quam Reſignans fuerit a Sancta Sede promotus, ut articulo mature diſcuſſo, firmavit *Rota* in laudatis Deciſionibus *Nullius, ſeu Senonen. Abbatiæ cor. R. P. D. Corio.*

Celebris ſane, & famigerata fuit in Romana 10
Curia Cauſa, ſuper qua dictæ Deciſiones prodierunt. Impetraverat a Sede Apoſtolica Comes *Claudius de Buzeii* Abbatiam *S. Petri Senonen.* Ordinis Sancti Benedicti ex tribus vacationis mediis

alternative

alternative expoſitis, ſed ex eo præſertim, *quod Pater Matthæus Petitdier de eadem Abbatia præcedenter per Datariam proviſus, Prioratum forſan Conventualem S. Calixti de Harreville, cum Monaſterio incompatibilem, infra tempus vacationis, & proviſionis dicti Monaſterii, in manibus Ordinarii Collatoris, contra formam Regulæ III. Cancellariæ Apoſtolicæ, dimiſit.* Obtinuitque Litterarum hujuſmodi impetrationis executionem per tres Sententias conformes, quarum poſtremæ emanarunt in Sacra Rota coram *bon. mem. Foſcaro*, præviis geminis Deciſionibus editis ſub *diebus* 31. *Januarii*, *&* 14. *Julii* 1721. & coram *bon. mem. Cerro*, præcedentibus pariter duabus Deciſionibus promulgatis *die* 23. *& die* 25. *Maii* 1722. Et ſucceſſive res judicata ex dictis tribus Sententiis orta, canonizata fuit per Signaturam Juſtitiæ cum clauſula = *ſine præjudicio* = Fuit enim in poſtremis Deciſionibus emanatis *cor. bon. memor. Cerro*, firmatum, quod Regula afficit nedum Beneficia inferiora, ſed etiam Monaſteria, & Abbatias, ad quas Reſignantes alia Beneficia incompatibilia intra tempus earum vacationis, & proviſionis fuerunt Apoſtolica auctoritate promoti, quamvis ageretur de Monaſteriis, & Abbatiis Conſiſtorialibus, provideri tamen ſolitis extra Conſiſtorium, ad formam aliorum Beneficiorum non Conſiſtorialium, quorum propterea naturam ſortiuntur, eiſdemque legibus ſubjacent; Ad differentiam Monaſteriorum, & Abbatiarum vere, & proprie Conſiſtorialium, quæ nonniſi Conſiſtorialiter provideri conſueverunt. Cum enim earum proviſio ſolemniter expleatur, adhibita plena Cauſæ cognitione, prævia Proceſſus compilatione coram Summo Pontifice, & Cardinalium Senatu: excellentia modi, quo fit talis proviſio, omnem doli, & fraudis ſuſpicionem purgat, atque eximit a Regulæ pœna.

Et hæc Rotæ diſtinctio arridebat quampluribus ex Dominis, qui interfuerunt Congregationi habitæ in Ædibus Datariæ *die* 29. *Maii* 1724. in craſtinum nempe aſſumtionis ad Pontificatum ſa. me. Benedicti XIII. pro novis Cancellariæ Regulis conficiendis, & quorum nomina recenſuimus ſupra in *Comment. in Proœm. Regul. ſub num.* 21. Cum enim propoſitum fuiſſet, an in Regula III. exprimenda eſſent Beneficia Conſiſtorialia, quæ tamen extra Conſiſtorium providebantur, juxta reſoluta in ſupra dictis Rotæ Deciſionibus coram bon. memor. *Foſcaro, & Cerro*; Conveniebant omnes, quod procedi non poterat per viam declarationis, quia cum Cauſa ſuper hoc articulo adhuc ſub Judice eſſet, congruum non erat præjudicium afferre litis pendentiæ, & amplecti caſus præteritos; Major tamen DD. pars erat in ſenſu, quod juridica eſſet *Rotæ* diſtinctio inter Monaſteria Conſiſtorialia, quæ providebantur in Conſiſtorio, & alia, quæ extra Conſiſtorium provideri conſueverunt, ut nempe prima non ſubjacerent Cenſuræ Regulæ; ſecus poſteriora; unde concludebant, quod in fine Regulæ, per viam novæ diſpoſitionis exprimi poſſet, *Regulam habere locum, etiam in Monaſteriis, & Abbatiis Conſiſtorialibus extra Conſiſtorium provideri ſolitis.*

Exiſtimabam Ego nihil innovandum eſſe, ſed totum relinquendum diſpoſitioni juris; attento præſertim more, quod a ſexaginta annis nihil a Prædeceſſoribus Pontificibus innovatum fuerit in renovatione Regularum Cancellariæ; Et adducebam exemplum ſan. mem. Alexandri VIII. qui nihil in ſuis Regulis innovari mandavit. Placuit Conſilium Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinali Corradino Pro-Datario, qui addidit prudentiale motivum, ne ſcilicet Ultramontani conquererentur, additis novis pœnis ad favorem Datariæ, præſertim reſpectu Abbatum, qui juriſdictionem quaſi Epiſcopalem exercebant; quique poſtquam erant inſtallati, & benedicti, & poſt conſiderabiles expenſas, utroque Beneficio privandi erant; & ita concluſum fuit, non expedire in Regula inſerere expreſſionem Monaſteriorum Conſiſtorialium, quæ extra Conſiſtorium provideri ſolent.

Et jure meritoque ita reſolutum fuit; nam ad trutinam revocatis in gradu reſtitutionis in integrum Deciſionibus emanatis *cor. bon. mem Foſcaro, & Cerro*, *Rota* in contrariam abiit Sententiam, reſponditque *die* 12. *Januarii* 1725. *cor. R. P. D. Corio* = *Conſtare de Cauſis* = Indultaque Comiti de *Buzeii* nova Audientia, perſtitit in deciſis *ſub die* 8. *Aprilis* 1726. Nec Cauſa, quod ſciam, ulteriorem habuit progreſſum. Poſt editam primam Deciſionem *in tertia inſtantia cor. bon. mem. Cerro*, requiſitus in ſenſu veritatis ſuper illius viribus, reſpondi fundamenta in ea deducta non parum nutare (ut exitus poſtea comprobavit) ex rationibus recenſitis in ſequenti Diſcurſu.

„ AD COMPESCENDAM malitiam illo 11
„ rum, qui ſperantes a S. Sede promoveri ad Ec-
„ cleſiarum Epiſcopalium, & Monaſteriorum regi-
„ mina, vel provideri de aliquo alio Beneficio in-
„ compatibili cum iis, quæ obtinebant, Beneficia
„ obtenta reſignabant intra vacationis, & promo-
„ tionis, ſeu proviſionis tempora, in fraudem futu-
„ ræ reſervationis, duæ emanarunt inter ſe diſtin-
„ ctæ Regulæ Cancellariæ, nempe III. & XXVI. 12
„ quæ duos diverſos caſus determinant. Siquidem
„ Regula XXVI. loquitur de aſſumendis, & pro- 13
„ movendis ad Cathedrales, Monaſteria, & Præ-
„ laturas; & in hoc caſu, in quo hodie verſamur,
„ unica tantum imponitur pœna, quod ſcilicet irri-
„ ta ſit reſignatio Beneficiorum facta intra tempus
„ vacationis, & promotionis ad Prælaturam. Re- 14
„ gula vero tertia loquitur de illis, qui de Bene-
„ ficiis inferioribus a S. Sede providentur; & in
„ his terminis duplex pœna ſtatuitur; Prima, quod
„ ſit irrita reſignatio jam facta Beneficii; Altera,
„ quod ſecundum Beneficium incompatibile, de
„ quo reſignans fuerit proviſus, vacare, ut prius,
„ cenſeatur.

„ Hunc autem eſſe verum ſenſum duarum ha- 15
„ rum Regularum, demonſtratur. Primo ex ori-
„ gine, & hiſtorica enarratione utriuſque ex illis.
„ *Secundo* ex verbis, & formulis diverſis, quibus
„ conceptæ ſunt. *Tertio* ex diverſitate rationum,
„ quæ inter utrumque caſum concurrunt; Et *Quar-*
„ *to* ex praxi. Hæc enim ſunt media, quibus ad
„ interpretandas Sanctiones Pontificias, & Can- 16
„ cellariæ Regulas uſa fuit Rota, me ſcribente, in
„ celebri *Virdunen. Abbatiæ* 3. *Aprilis* 1702. §.
„ *Planum*, *cor. bo. me. Molines* inter impreſſas *de-*
„ *ciſ.* 777. *tom.* 3.

„ Exordiendo ab origine, & hiſtoria Regula- 17
„ rum, in memoriam revocare juvat, quod Be-
„ nedictus XII. in famigerata *Extravag. Ad regi-*
„ *men*, per Regulam primam Cancellariæ innova-
„ ri ſolita, inter cæteras Beneficiorum reſervatio-
„ nes, *quinto loco* reſervavit Beneficia, quæ pro-
„ moti ad Epiſcopalium Eccleſiarum, & Monaſte-
„ riorum regimina, tempore eorum Promotionum
„ obtinebant = ibi = *Rurſus Monaſteria, Priora-*
„ *tus, &c. cæteraq; Beneficia Eccleſiaſtica &c. quæ*
„ *Promoti per d. Prædeceſſorem, vel ejus auctoritate*
„ *ad Patriarchalium, Archiepiſcopalium, & Epiſ-*
„ *copalium Eccleſiarum, necnon Monaſteriorum re-*
„ *gimina, obtinebant tempore promotionis de ipſis*
„ *factarum*,

„ *factarum, nunc vacantia, & qui per Nos, ſeu*
„ *auctoritate noſtra impoſterum ad eadem regimi-*
„ *na promovendi, tempore promotionis hujuſmodi*
„ *obtinebant* = *Sexto vero loco* reſervavit Bene-
„ ficia vacantia per aſſequutionem pacificam alio-
„ rum a Summo Pontifice conferendorum = ibi =
„ *Nec non etiam, quæ per aſſequutionem pacificam*
„ *quorumcumque Prioratuum, Dignatum, Perſona-*
„ *tuum, Officiorum, Canonicatuum, & Prabenda-*
„ *rum Eccleſiaſticarum, & Beneficiorum aliorum*
„ *per Nos, vel per eumdem Prædeceſſorem &c. col-*
„ *latorum, & conferendorum impoſterum tunc va-*
„ *cantia, & in antea vacatura &c. Ordinationi,*
„ *diſpoſitioni, & proviſioni noſtris, auctoritate Apo-*
„ *ſtolica reſervamus &c.*

18 „ Cum autem per præventivas reſignationes
„ Beneficiorum obtentorum, utrique reſervationi
„ fraudes fierent; hinc Summi Pontifices per duas
„ diſtinctas Regulas his fraudibus obviam ire ſata-
„ gerunt. Initium ſumſerunt ab iis, qui ad Cathe-
„ dralium & Monaſteriorum regimina, ſeu Præ-
„ laturas promovendi erant; irritaſque declararunt
„ reſignationes per eoſdem factas intra tempora
„ vacationis, & promotionis ad eaſdem Eccleſias,
„ & Monaſteria. Ita fecerunt *Joannes XXIII.* in
„ Regulis publicatis *Bononia* 1410. Ita *Martinus*
„ *V.* in Regulis publicatis *Conſtantia* anno 1418.
„ quæ leguntur impreſſæ in *Hiſtoria Concilii Con-*
„ *ſtantienſis Hermanni Von der hart tom.* 1. *part.* 2.
„ *pag. mihi* 962. *& pag.* 985. Idemque habetur in
„ Succeſſorum Pontificum Regulis impreſſis *Sixti*
„ *IV. Innocentii VIII.* aliorumque, uſque ad præ-
19 „ ſens; Et hæc Regula, nunc in ordine *la* 26. reſ-
„ picit *quintam reſervationem Extravag. Ad regi-*
„ *men*, in qua ſermo eſt de Beneficiis Promoto-
„ rum ad Cathedrales, & Monaſteria; ac emana-
„ vit ad ejuſdem *Extravagantis* declarationem.
„ Cum enim *Extravagans* reſervet Beneficia, quæ
„ *tempore Promotionum* obtineantur: Regula de-
„ clarat verba illa = *tempore Promotionum* = in-
„ telligi debere, etiam de Beneficiis illis, quæ quis
„ obtinet, dum Promotio inſtat, ut bene explicat
„ *Mareſcott. Variar. reſolution. lib.* 2. *cap.* 94. *num.*
„ 51. *verſ. Et quatenus cum ſeqq. Kochier. ad Re-*
„ *gul.* 24. *nu.* 23. *Rota in Paderbornen.* penes *Bran-*
„ *den. ad Concordat. German. pag.* 90. *num.* 11.

20 „ Hanc ſolam Regulam reſtrictam ad illos, qui
„ antequam aſſumuntur ad Prælaturas jam vacan-
„ tes, Beneficia, quæ obtinent, reſignant, edide-
„ runt antiqui Pontifices. Quæſtio autem erat
„ inter Doctores, an Regula præfata amplecterre-
„ tur Prælaturas inferiores, & improprias, ut ſunt
„ *Præpoſitura, Decanatus, Archidiaconatus, Pa-*
„ *rochiales*, & ſimiles, quibus aliqua adnexa erat
„ Juriſdictio. In qua quæſtione *Pariſ. de Reſignat.*
„ *lib.* 3. *quæſtion.* 6. *num.* 12. cenſuit, comprehen-
„ di. In contrariam abivit Sententiam *Kochier. ad*
„ *dictam Regulam* 24. *num.* 13. *&* 14. *& Mandoſ.*
„ qui *ad Regul.* 26. *quæſt.* 6. nimium ſe involvit,
„ & concludit ante *num.* 8. *a Summo Pontifice de-*
„ *clarationem petendam eſſe.*

21 „ Diu expectata fuit in Beneficiis inferioribus
„ Pontificis proviſio; donec tandem Cardinalis
„ *Tontus*, ſao. mem. Pauli V. Pro-Datarius, ab
„ eodem Pontifice obtinuit, reſervationem Bene-
„ ficiorum per aſſequutionem pacificam vacaturo-
„ rum, (de quibus in *Sexta* reſervatione *Extra-*
„ *vag. Ad regimen*) extendi etiam ad illa, quæ
„ ante aſſequutionem reſignata, ſeu dimiſſa fue-
„ rant, ut adnotavit *Barboſ. de Epiſcop. allegat.*
„ 57. *num.* 82. & ſuper iſta extenſione idem *Pau-*
„ *lus V.* ſpecialem edidit Conſtitutionem impreſ-
„ ſam in Bullario *tom.* 3. *Conſtitut.* 62. repetitam
„ apud *Barboſ. d. alleg.* 57. *num.* 63. & apud *Garc.*
„ *de Benefic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 64.

„ Ex hac Conſtitutione ſan. memor. *Gregorius* 22
„ *XV. Pauli* Succeſſor, efformavit Regulam Can-
„ cellariæ, quæ inter ſuas Regulas eſt in ordine *la*
„ 2. ut apud *Queſad. in Regul. II. Cancellar. Bar-*
„ *boſ. dict. allegat.* 57. *num* 81. *Lotter. de re Be-*
„ *neficiaria lib.* 2. *quæſtion.* 27. *num.* 38. intacta
„ cæteroquin, & firma remanente Regula XXVI.
„ & id ipſum egerunt *Urbanus VIII.* aliique ſuc-
„ ceſſores Pontifices, cum duplici tamen differen-
„ tia; Prima eſt, quod ubi *Gregorius XV.* inſeruit
„ inter ſuas Regulas, *ſecundo loco* hanc Regulam,
„ eamque nuncupavit *Regulam Secundam*: Succeſ-
„ ſores Pontifices appoſuerunt *tertio loco*, & fe-
„ cerunt Regulam in ordine *tertiam*. Altera diffe-
„ rentia eſt, quod ubi *Paulus V. Gregorius XV.* &
„ *Urbanus VIII.* unicam impoſuerunt pœnam,
„ nempe irritarunt reſignationem, & collationem
„ prioris Beneficii dimiſſi intra tempora vacatio-
„ nis, & aſſequutionis alterius incompatibilis, *In-* 23
„ *nocentius X.* & ſucceſſores Pontifices ſecundam
„ pœnam addiderunt, quod ſcilicet, ſecundum Be-
„ neficium, de quo Reſignans fuerit proviſus, ut
„ prius vacaret; veluti liquet ex earumdem Regu-
„ larum combinatione.

„ Atque ex his erronea detegitur aſſertio illa 24
„ quod Regula Tertia emanaverit ad extenſionem
„ Regulæ Secundæ, in qua cum reſerventur Ec-
„ cleſiæ Epiſcopales, & Monaſteria Virorum, va-
„ lorem 200. florenorum excedentia, voluerint
„ Pontifices in ſubſequenti Regula extendere hanc
„ reſervationem ad Beneficia, quæ Epiſcopi, &
„ Abbates reſignaverint ante Promotionem. Ete- 25
„ nim Paulus V. in ſupra dicta *Conſtitutione LXII.*
„ (quæ in Regulam Cancellariæ tranſiit) apertiſſi-
„ me fatetur extendere, non Regulam Secundam,
„ ſed *Extravag. Ad regimen* innovatam in Regu-
„ la Prima Cancellariæ; aſſerit enim, quod cum
„ ipſe, inhærendo veſtigiis *Benedicti XII.* reſer-
„ vaſſet in dicta Regula Prima Beneficia per pa-
„ cificam aſſequutionem vacatura; proinde hanc
„ reſervationem extendit ad illa vacatura, quæ an-
„ tea fuerunt dimiſſa, & reſignata in fraudem fu-
„ turæ reſervationis; adeoque clare eluceſcit mens
„ Pontificis, extendendi ſolum reſervationem con-
„ tentam in *ſexta* parte *Extravagant. Ad regimen*,
„ ut etiam innuit *Lotter. lib.* 2. *quæſt.* 27. *num.* 37.
„ *&* 38. *Rot. dec.* 257. *num.* 4. *cor. Ubaldo.*

„ Idque evincitur ex ipſa *Rubrica* Regulæ III. -- 26
„ ibi -- *Extenſio reſervationis Beneficiorum per aſſe-*
„ *quutionem pacificam vacaturorum* -- Reſervatio
„ autem per aſſequutionem pacificam non contine-
„ tur in Regula Secunda, ſed in *Extrav. Ad re-*
„ *gimen*, innovata in Regula Prima Cancellariæ.
„ Quamobrem *Gregorius XV.* qui primus inter Re-
„ gulas hanc extenſionem poſuit, illam, ut ſupra
„ diximus, poſuit immediate poſt Regulam pri-
„ mam. Et licet poſtea ſub aliis Pontificibus poſi- 27
„ ta fuerit in ordine *tertia*: attamen non materia-
„ lis ordo Regularum, ſed ſubſtantia, & ſubjecta
„ materia, de qua loquitur, inſpicienda eſt; hæc-
„ que adaptatur *Extravag. Ad regimen*, & non
„ Regulæ Secundæ. Sic etiam videmus, quod
„ Regula de Beneficiis reſignatis a Promotis ad
„ Epiſcopatus, & Monaſteria, poſita eſt in ordine
„ *la* 26. & tamen hæc Regula magis convenit ma-
„ teriæ Regulæ ſecundæ, in qua reſervantur Epiſ-
„ copatus, & Monaſteria.

„ Attentis itaque origine, progreſſu, & hiſtoria
„ ambarum Regularum, perſpicuum fit, quod ſicuti
Bene-

„ Benedictus XII. in *Extravag. Ad regimen*,
„ duas diſtinctas reſervationes fecit; ita ſucceſſo-
„ res Pontifices duobus caſibus providere volue-
„ rint, mediante duplici Regula; occurrendo a
„ temporibus Joannis XXIII. & Martini V. re-
„ ſignationibus, quæ præventive fiebant a promo-
„ vendis ad Monaſteria, & Prælaturas, cum Re-
„ gula XXVI. & deinde ſub *Paula V. & Grego-*
„ *rio XV.* providendo cum Regula III. quoad re-
„ ſignationes, quæ fieri contigerit a Providendis
„ de Beneficiis inferioribus. Cumque in præſenti
„ agatur de reſignatione facta ab Aſſumto ad re-
„ gimen Monaſterii, petenda eſt controverſiæ re-
„ ſolutio a Regula XXVI. quæ hujus materiæ pro-
„ pria Sedes eſt.

28 „ Hanc etiam diſtinctionem caſuum evincunt
„ diverſæ verborum formulæ, cum quibus utraque
„ Regula concepta legitur. Siquidem Regula 26.
„ in *Rubrica* hæc habet -- *De Beneficiis vacaturis*
„ *per pramotiones ad Eccleſias, & Monaſteria* --
„ Et in corpore -- *Per promotionem ad Eccleſia-*
„ *rum, & Monaſteriarum regimina*, & ibi -- *Per*
„ *Promovendos, vel aſſumendos ad quaſcumque*
„ *Prælaturas* -- Et alibi -- *Hujuſmodi Promotianis*,
„ *vel aſſumtionis tempora* -- Quæ demonſtrant,
„ quod in Regula 26. vere, & proprie agitur de
„ Beneficiis reſignatis ab illo, qui poſtea promo-
„ tus, & aſſumtus fuit ad regimen Eccleſiæ, vel
„ Monaſterii. Verba enim per *Promotionem*, per
„ *Promovendos*, vel *aſſumendos*, proprie non con-
„ gruunt niſi majoribus Prælaturis, ad *Textum* lit-
„ teralem *in Can. 2. diſtin. 63.* = ibi = *Aut Pro-*
„ *motionem Patriarchæ, Metropolita, aut cujuſli-*
„ *bet Epiſcopi.* Et in terminis Regulæ 26. tradit
„ *Mandoſ. ad eamdem Regulam num 7. & per tot.*

29 „ Contra vero, Verba Regulæ 3. ſolummodo
„ conveniunt proviſis de Beneficiis inferioribus,
„ qui ante per eos obtenta reſignarunt, ibi -- *Qui*
„ *de Beneficiis Eccleſiaſticis &c. Apoſtolica aucto-*
„ *ritate proviſi, vel providendi &c. ſi in poſterum*
„ *de aliquibus Beneficiis Eccleſiaſticis provideri*,
„ *ipſoſque providendos &c.* & ubi agit de ſecunda
„ pœna, videlicet vacatione ſecundi Beneficii, de
„ quo reſignans providetur, voluit *Beneficium de*
„ *quo reſignans fuerit Apoſtalica auctaritate provi-*
30 „ *ſus &c.* Appellatione autem *Beneficii*, tam ſæpe
„ in hac Regula repetiti, non veniunt Prælaturæ
„ majores, & præſertim Abbatiæ Regulares taxatæ
„ in libris Cameræ, quæ ſunt de majoribus Digni-
„ tatibus, & ſpeciali indigent mentione, *ad Text. in*
„ *Cap. Final de Præbend in 6. Cap. Cum alim. eo-*
„ *dem Tit.* ibique *Panormitan. num. 1. Lapus alle-*
„ *gat. 84. num. 11. Bellet. Diſquiſit. Cleric. part.*
„ *1. tit. de Diſciplin. Cleric. §. 2. num. 38. Pariſ.*
„ *de Reſignat. lib. 3. quæſt. 1. num. 98. & ſeqq.*
„ *Tamburin. de Jur. Abbat. diſput. 5. quæſt. 19.*
„ *num. 8. tam. 1. Rot.* poſt eumdem *deciſ. 41. num. 2.*

31 „ Eoque minus appellatione Beneficii venire poſ-
„ ſunt hæ majores Prælaturæ, dum agitur de ma-
„ teria pœnali. Regula enim tertia duplicem pœ-
„ nam imponit, unam ſcilicet vacationis primi Be-
„ neficii, quod fuit reſignatum, alteram vero va-
„ cationis ſecundi, de quo reſignans fuit proviſus;
„ proindeque eo minus appellatione Beneficii com-
„ prehendere valet majores Prælaturas, *Simonett.*
„ *de Reſervat. quæſt. 11. per tot. Mandoſ. ad Regul.*
„ *32. Cancell. quæſt. 15. per tot. & ad regul. 20.*
„ *quæſt. 6. num. 4. & quæſt. 20. num. 7. Gambar.*
„ *de Offic. & poteſt. Legat. lib. 2. num. 41. & ſeqq.*
„ *& lib. 7. num. 222. & ſeqq. Hojed. de Incompa-*
„ *tibilit. Beneſ. part. 1. cap. 24. num. 64.*

32 „ Accedit, quod Regula 3. ſemper utitur ver-
„ bis *Proviſi, Providendi, Proviſus.* Verbum
„ autem *Proviſio* adaptatur Beneficiis inferioribus,
„ non autem Eccleſiis Epiſcopalibus, & Abbatiis 33
„ Regularibus, quæ ſui natura ſunt electivæ, *Rot.*
„ *in Virdunen. Abbatiæ 3. Aprilis 1702. §. Si-*
„ *quidem, cor. Molines* inter impreſſ. *deciſ. 777.*
„ Cathedralibus vero, & Monaſteriis adaptatur, 34
„ ut diximus, verbum *Promotio*, *Mandoſ. ad re-*
„ *gul. 26. num. 7.* Et habetur in *Extravag. Ad re-*
„ *gimen* juxta verba, quæ ſupra adduximus §. *Exar-*
„ *dendo*, ibi -- *Quæ Promoti &c. ad Patriarcha-*
„ *lium, Archiepiſcopalium tempore Promotionis de*
„ *ipſis &c.* & infra, *tempore promotionis hujuſmo-*
„ *di obtinebat &c.*

„ Non obſtat, quod Regula 3. per verba gene- 35
„ ralia exprimat *quæcumque* Beneficia, ſub quibus
„ comprehendi etiam poſſunt Epiſcopatus, & Ab-
„ batiæ. Quia dictio hæc appoſita legitur ubi agi- 36
„ tur de reſignatione Beneficiorum obtentorum,
„ & reſpicit ipſa Beneficia reſignata, ibi = *Quæ-*
„ *cunque alia cum ipſis incompatibilia per eos tunc*
„ *abtenta, reſignari contigerit*; non autem ubi agi-
„ tur de proviſione ſecundi Beneficii; cum Re-
„ gula non dicat, quod proviſi de quibuſcumque
„ Beneficiis reſignare non poſſint, ſed quod pro-
„ viſi de aliquibus Beneficiis, *quæcumque* per eos
„ obtenta, dimittere, & reſignare non valeant, &
„ in hoc legitur prædicta dictio *quæcumque.*

„ Præterea etiam ſi dicta Regula 3. per verba 37
„ generalia diſponeret de proviſis de *quibuſcum-*
„ *que* Beneficiis: adhuc reſtringenda eſſet ad *quæ-*
„ *cumque* Beneficia inferiora, nec locum habere
„ poſſet in promotis ad Eccleſias, & Monaſteria,
„ pro quibus efformata fuit, & viget adhuc Re-
„ gula 26. cum Lex generaliter loquens, non tol- 38
„ lat aliam Legem in ſpeciali caſu emanatam: præ-
„ ſertim quando in caſu illo particulari viget ratio
„ diverſa, *ad Text. in cap. 1. de Reſignat. & Cap.* 39
„ *Propoſuiſti, de Offic. Delegat. Mandoſ. ad reg 2.*
„ *Cancellar. quæſt. 3. num. 4. Rot. deciſ. 960. num.*
„ *15. coram Dunoz. & in Virdunen. Abbatiæ 3.*
„ *Aprilis 1702. §. Minuſque coram Molines*, inter
„ impreſſ. *deciſ. 777. & in Leodien. ſeu Aquiſgra-*
„ *nen. Canonicatus 2. Julii 1719. §. Nec contra-*
„ *rium cor. bo. me Foſcara.*

„ Deſcendendo nunc ad rationes, ob quas Re- 40
„ gula 3. non applicatur Promotis ad Eccleſias
„ Epiſcopales, & Monaſteria; Primo loco ſe of-
„ fert, quod ſi Regula 3. hunc caſum comprehen-
„ deret, cur intacta relicta eſt, & ut prius inter
„ cæteras impreſſa Regula 26? Nonne hæc ſuper-
„ flua eſſet, dum abundantius, & cum graviori-
„ bus pœnis jam proviſum erat in Regula 3. Et
„ tamen cum dicta Regula 26. innovata, & reten-
„ ta etiam poſt tempora *Pauli V. & Gregorii XV.* 41
„ ſuperflua dici non poſſit, quia in Regulis Cancel-
„ lariæ nihil ſuperfluum reperitur, & nullum ver-
„ bum ſtat ſine myſterio, prorſuſque abſurdum eſt
„ credere, id per errorem factum fuiſſe, *Gonzal.*
„ *ad regul. 8. Gloſſ. 30. num. 16. & ſeqq. Caſſador.*
„ *deciſ. 3. ſub num. 1. de Reſervat. Rot. deciſ. 281.*
„ *num. 17. part. 9. Recent.* utique concludendum
„ erit, utramque Regulam eſſe in ſuo proprio, &
„ diſtincto caſu operativam, & per conſequens Re-
„ gulam 26. habere locum in Promotis ad Eccle-
„ ſias Cathedrales, & Monaſteria; Regulam vero
„ *tertiam*, in proviſis de Beneficiis inferioribus.

„ Concurrit & alia efficaciſſima ratio. In Re- 42
„ gula 3. (ut ſupra diximus) duplex pœna con-
„ tinetur, ſcilicet irritatio reſignationis Beneficii
„ obtenti, expletæ intra tempora vacationis, &
„ aſſequutionis alterius incompatibilis, ac inſuper

„ pœna

„ pœna privationis dicti ſecundi Beneficii, de quo
„ reſignans proviſus fuit. Hæc duplex pœna non
„ eſt exorbitans in proviſis de Beneficiis inferiori-
43 „ bus, cum in aliis quoque caſibus eveniat, quod
„ quis careat utroque. At eſſet nimis aſperum,
„ & durum, quod Epiſcopus poſtquam conſecra-
„ tus fuit, & Abas Regularis poſtquam fuit ſo-
„ lemniter benedictus, & poſt tot expenſas in ex-
„ peditione Bullarum, ultra privationem prioris
„ Beneficii, quod præventive dimiſit, debeat e-
44 „ tiam privari Epiſcopatu, ſeu Abatia; Et hæc
„ videtur ratio, ob quam Summi Pontifices in
„ Regula 26. ulteriorem hanc pœnam privationis
„ Eccleſiæ, ſeu Abatiæ non addiderunt, quia
„ agnoſcebant his perſonis non congruere. Et ſic-
„ uti non congruit Epiſcopo, ita nec etiam Aba-
„ ti Regulari, cum in jure Epiſcopatus, & Aba-
„ tiæ æquiparentur, *ad Text. in Can. Si qui dein-*
„ *ceps*, 16. *quæſt.* 7. *Gloſſ. in Cap. Ne pro defectu*
„ 41. §. *Statuimus*, *in Verba Regulari*, *Rebuff. de*
„ *Mandat. Apoſtolic.* §. *Statuimus*; *Pariſ. de Reſi-*
„ *gnat. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 97. *Later. de re Benefi-*
„ *ciar. lib. primo quæſt.* 26. *n.* 41. *Rot. decif.* 584.
„ *n.* 2. *part* 3. *diverſ.*

„ Quod ſi in materia correctoria juris commu-
45 „ nis fieri debet ſtricta interpretatio, nec admit-
„ titur extenſio de caſu ad caſum, etiam ſi rationis
„ identitas concurrat, ut in individuo Regulæ 26.
„ firmavit *Rot. decif.* 328. *n.* 1. *part.* 3. *Recent.*
„ Profecto nullo modo pœna privationis ſecundi
„ Beneficii contenta in Regula 3. extendi poteſt
„ ad contenta in Regula 26. pro qua longe diver-
46 „ ſa ratio militat, diſſolvendi ſcilicet ſpirituale
„ Conjugium, quod intercedit inter Prælatum, &
„ Eccleſiam, pro qua diſſolutione urgentiſſimæ
„ cauſæ, ac in jure probatæ requiruntur, *Cap.*
„ *Niſi cum pridem*, *de Renunciat. Matta de Cauſ.*
„ *Conſiſtor. ſect.* 11. *n.* 1. *& per tot.*

„ Denique in praxi numquam viſum, auditum,
„ aut lectum, quod Epiſcopatus, & Abatiæ fue-
47 „ rint impetratæ ex hoc capite, quod Epiſcopus,
„ aut Abas præventive aliquod Beneficium reſi-
„ gnaſſet. In Germania frequenter, de facto hu-
„ juſmodi præventivæ reſignationes fiunt, & Do-
„ ctores eaſdem invalidas eſſe affirmant, ob reſi-
„ ſtentiam Regulæ 26. *Kochier. ad regul.* 24. *n.*24.
„ *Nicolarts ad Concordat. German. tit. primo de*
„ *reſervat. dub.* 1. §. 23. *pag. mihi* 66. *Wagnareck*
„ *in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 5. *de Præben. in notis*
„ *ad regul.* 26. Sed tamen numquam auditum,
„ quod taliter reſignans ſubieſit etiam pœnam va-
„ cationis Eccleſiæ. Inſuper nullus Doctor affir-
48 „ mavit, quod Regula 3. locum habeat in Pro-
„ motis ad Epiſcopatus, & Monaſteria, cum
„ quotquot Auctoritates, & deciſiones extent in
„ terminis dictæ Regulæ 3. loquantur de Benefi-
„ ciis inferioribus; adeout hujus Abatiæ *Piſcator*
„ rem omnino novam aggreſſus fuerit.

„ Idipſum ſuadet diverſa formula ſupplicatio-
„ num, qua practici *Expeditionarii* utuntur, tam
49 „ in caſu, quo quis aſpiret ad proviſionem ſecun-
„ di inferioris Beneficii incompatibilis, & velit
„ reſignare primum, abſque incurſu in pœnam
„ Regulæ 3. quam in altero, quo aſpiret ad Præ-
„ laturam jam vacantem, & interim velit reſigna-
„ re Beneficium, quod obtinet, evitando diſpo-
„ ſitionem Regulæ 26. In primo enim caſu expri-
„ mitur in ſupplicatione, quod reſignat, *provide-*
„ *ri ſperans de alio incompatibili.* In ſecundo
„ vero caſu fit alia narrativa, nempe quod reſi-
„ gnat, *ſperans promoveri ad Epiſcopatum*, *vel*
„ *Abatiam.* Si ergo diverſa eſt praxis, & diverſæ
„ ſunt formulæ ſupplicandi, quarum una correſpon-
„ det ad Regul. 3. altera vero ad Regulam 26. cla-
„ re emergit, prædictas Regulas eſſe inter ſe di-
„ ſtinctas, & continere quid diverſum; alias enim,
„ ſi Regula 3. eſſet etiam complexiva Regulæ 26.
„ unica tantum, & non diverſa foret formula ſup-
„ plicandi, correſpondens ad ſolam Regulam 3.

„ Neque obſtat, quod innotuerit Pontifici agi
„ de impetratione Monaſterii, eo quia Abas *Pe-*
„ *titdier* præventive Prioratum reſignaverat: &
„ nihilominus dum contulit vigore Regulæ 3. cen-
„ ſetur declaraſſe, quod eadem Regula locum ha-
„ bet in Promotis ad Monaſteria. Quia cum
„ Summus Pontifex conferat, ſi & quatenus nar- 50
„ rata in facto, & in jure ſubſiſtant, & quatenus
„ vera ſit vacatio, ac ad ipſum collatio pertineat,
„ non prohibentur Partes rem coram ſuis Judici-
„ bus diſcutere, & oſtendere, quod impetratio
„ viribus non ſubſiſtat. *Piſcatores* Beneficiorum
„ viventium, numquam deſunt, *Rot. dec.* 328.
„ *num.* 3. *part.* 3. *Recent.* & impetrationes Be-
„ neficiorum nulli a Dataria denegantur. Ad Ju- 51
„ dices vero pertinet examen, an ſubſiſtant, nec
„ ne, cum Dataria partes Judicis non aſſumat,
„ nec merita Cauſæ diſcutiat, ex relatis per
„ *Rot. in Auximana Juriſpatronatus* 20 *Junii*
„ 1718. §. *Final. cor. bon. mem. Gamaches*, &
„ 8. *Martii* 1720. §. *Fruſtra*, *cor. bon. mem. Ma-*
„ *rymon.*

„ Tot igitur mediis demonſtrata diverſitate in-
„ ter Regulam 3. & 26. quodque Regula III. con-
„ fecta ſit pro Beneficiis inferioribus, Regula au-
„ tem 26. pro majoribus Prælaturis: non ſubſi-
„ ſtit, quod prædictæ Regulæ non percutiant Be-
„ neficia diverſæ ſpeciei, ſed una alteri cohæreat;
„ & ubi deficit anterior, videlicet 36. ſuppleat
„ poſterior nempe 3. ut tradit *Queſad. in Not. ad*
„ *regulam* 26. *verb. Ac quibuſvis*: idque propter
„ rationem, quod Regula III. cum ſit extenſiva 52
„ reſervationis contentæ in *Extravag. Ad Regimen*
„ innovata in Regula prima Cancellariæ, ſequi-
„ tur, ut quemadmodum dicta *Extravagans* com-
„ prehendit nedum Beneficia inferiora, ſed etiam
„ Majora, hoc eſt Epiſcopatus, & Monaſteria;
„ ita pariter omnia prædicta Beneficia compre-
„ hendere debet Regula 3. ut late ratiocinatur de-
„ ciſio *coram bon. mem. Cerro* §. *Quoniam diſtin-*
„ *cte.*

„ Siquidem diſpoſitio laudatæ *Extravag. Ad re-*
„ *gimen* licet ſit materialiter una, continet tamen 53
„ diverſas, & diſtinctas reſervationes; nam ibi
„ per *Benedictum XII.* inter cætera, ut diximus,
„ *quinto loco* reſervantur Beneficia, quæ promoti
„ ad Epiſcopalium Eccleſiarum, & Monaſterio-
„ rum regimina, tempore promotionum obtine-
„ bant; *ſexto vero loco* reſervantur Beneficia, per
„ aſſequutionem pacificam aliorum incompatibi-
„ lium a Summo Pontifice conferendorum, va-
„ cantia: quæ ſunt inter ſe diverſæ, & diſtinctæ
„ reſervationes, prout hanc diverſitatem, & di-
„ ſtinctionem agnoverunt *Pirbing. lib.* 3. *Decret.*
„ *tit. de Præbend. n.*343. *Wagnareck. ibidem pag.*
„ 508. *verſ. Quinto*, & *verſ. Sexto denique*, *Ca-*
„ *ſtrapal. Oper. moral. tit.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 2.
„ *punct.* 17. *n.* 3. §. *Quinto reſervat.* & §. *Sexto re-*
„ *ſervat. Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 51. *n.* 35. &
„ 36. *Vivian. de Jurepatronat. part.*3. *lib.*14. *cap.*
„ 1. *n.* 18. & 19. *Tondut. Quæſt. Beneficial. tom.*
„ 1. *part.* 2. *cap.* 3. §. 3. *n.* 18. & 21. Poſita au-
„ tem hac diſtinctione, & diverſitate reſervatio-
„ num contentarum in dicta *Extravag. Ad regi-*
„ *men*, ſequitur, quod Regula 3. utpote loquens 54
de

„ de Beneficiis inferioribus, nequeat ſeſſe exten-
„ ſiva, niſi *ſextæ* reſervationis inter contentas in
„ præfata *Extravag.* non autem *quinta* reſervatio-
„ nis quoad Beneficia obtenta per promotos ad
„ Epiſcopatus, & majores Prælatutas, de quibus
„ loquitur Regula 26. Quoties enim habemus
„ Regulas diſtinctas, & diverſas, ac diverſas e-
„ tiam, & diſtinctas reſervationes contentas in
„ *Extravag. Ad regimen*, relatio eſt facienda ad
55 „ congrua, & ſic Regula 3. referenda eſt ad *ſex-*
„ *tam* reſervationem prædictæ *Extravag.* cui co-
„ hæret, Regula vero 26. ad *quintam* reſervatio-
„ nem ejuſdem *Extravag.* cui de directo, & uni-
„ ce correſpondet *ad Text. in leg. Quoties, C. Fam.*
„ *Erciſcun. Rot. deciſ.* 2140. *n.* 8. *cor. Coccin. &*
„ *deciſ.* 603. *n.* 4. *cor. Bichio, & deciſ.* 128. *n.* 14.
„ *& deciſ.* 386. *n.* 6. *part.* 6. *Recent.*

„ Nec applicatur auctoritas *Queſadæ* firmantis
56 „ Regulam 3. & Regulam 26. inter ſe concorda-
„ re, & unam alteri poſſe adnecti; Quia Auctor
„ iſte ſuas Notas ſcripſit tempore *Gregorii XV.*
„ quando Regulæ 2. quæ eſt hodie 3. nondum
„ adjecta fuerat pœna privationis ſecundi Benefi-
„ cii incompatibilis obtenti; & in hoc themate
„ ait, ſecundam partem Regulæ 26. inducentem
„ nullitatem reſignationis, utpote factæ in frau-
„ dem, concordate cum Regula 3. ibi -- *Hæc eſt*
„ *ſecunda pars hujus Regulæ, quæ concordat cum*
„ *Regula ſecunda* (hodie 3.) quod verum eſt; ſed
57 „ non per hoc, quod leges in aliquo concordant
„ ad invicem, tollitur diverſitas ſpecierum in eis
„ comprehenſarum.

„ Ejuſdemque irrelevantiæ eſt, quod Regula 3.
„ emanavit ad evitandas fraudes eorum, qui ſpe-
58 „ rantes provideri de Beneficio incompatibili,
„ priora, quæ obtinebant, reſignabant in præju-
„ dicium Apoſtolicæ Reſervationis; proindeque
„ cenſeri debet favorabilis, lateque interpretanda,
„ etiam pro comprehenſione majorum Prælatura-
„ rum. Licet enim Regula præfata ſit favorabilis
„ quoad primam ejus partem, ubi irritat reſigna-
„ tionem Beneficii obtenti; in ſecunda tamen
„ parte, in qua ſuperaddit novam pœnam priva-
„ tionis alterius Beneficii, de quo fit per Papam
„ proviſio, Regula eſt pœnalis, & odioſa, ideo-
„ que non late, ſed ſtricte interpretanda, *Lap.*
„ *allegat.* 84. *n.* 11. *verſ. Contrarium puto*, ibique
„ late *Mandoſ. litt. B. pag.* 278. *Pariſ. de Reſignat.*
„ *lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 26. *Simonett. de Reſervat.*
„ *quæſt.* 11. *per tot. Murg. de Beneficiis quæſt.* 3.
„ *Tamburrin. de Jure Abat. tom.* 1. *diſp.* 1. *quæſt.*
59 „ 2. *n.* 21. Maxime quia Regulæ omnes Cancel-
„ lariæ ſuapte natura ſunt ſtricti Juris, & non ex-
„ tenduntur de caſu ad caſum, neque ob identi-
„ tatem, neque ob majoritatem rationis, *Pariſ.*
„ *conſ.* 19. *n.* 3. *& ſeqq. lib.* 2. *Rota deciſ.* 396. *n.* 1.
„ *part.* 1. *diverſ. deciſ.* 16. *n.* 5. *dec.* 23. *n.* 6. *de*
„ *Præbend. cor. Caſſad. & deciſ.* 246. *n.* 1. *lib.* 1.
„ *cor. Put. & in Monaſterien. Canonicatus* 5. *Ju-*
„ *nii* 1716. *§. Sed Domini, coram R. P. D. Ga-*
„ *maches.*

„ Demum pari inſubſiſtentia laborat poſtremum
„ fundamentum, quod Abatia, de qua agitur,
60 „ ſit una ex illis, quæ providentur extra Conſiſto-
„ rium; & quemadmodum ſimiles Abatiæ ſubja-
„ cent Conſtitutioni Gregorianæ de *Publicandis*,
„ & Regulis Cancellariæ de *Valore*, *de Annali*, & *de Infirmis*, ita ſubjacere quoque poſſunt
„ cenſuræ Regulæ tertiæ; maxime quia nullum
61 „ adeſt abſurdum, ſeu inconveniens, quod Abas,
„ etiam benedictus deſtituatur, & Abatiam amit-
„ tat; cum Benedictio Abatis non ſit niſi mera
„ Orationum ſolemnitas, nihil commune habens
„ cum Conſecratione Epiſcopi.

„ Ad primam enim objectionis partem plana oc-
„ currit reſponſio, quod Abatia ſemel ac excedit
„ 200. florenos, ſicque taxata reperitur in libris 62
„ Cameræ, prout eſt Abatia, de qua agitur,
„ ſemper eſt vere, & proprie Conſiſtorialis, ut
„ dixit *Rot. in Valentina Abatiæ cor. Coccin. deciſ.*
„ 2023. *per tot. & in Virdunen. Abatiæ* 26. *Junii*
„ 1699. *§. Maxime, cor. bon. mem. Molines*, in-
„ ter impreſſ. *deciſ.* 626. *tom.* 2. Et hanc quali-
„ tatem non amittit, etiam quod fiat expeditio
„ per Datariam, non autem Conſiſtorialiter per
„ Cedulam, quia ſtat in arbitrio Partium Abatias
„ expedire, ſive per Conſiſtorium, ſive per Da-
„ tariam; nec modus iſte expediendi, ſive per u-
„ nam, ſive per alteram viam, in minimo diver-
„ ſificare facit ſpeciem earumdem Abatiarum Con-
„ ſiſtorialium, quæ proinde nunquam deſinunt
„ eſſe tales; ſive expediantur Conſiſtorialiter, ſive
„ per Datariam, *Cartiad. deciſ.* 253. *num.* 31. &
„ 32. *Rota dicta deciſ.* 1027. *& dec.* 1239. *per tot.*
„ *cor. Coccin. & in dict. Virdunen. Abatia §. Ma-*
„ *xime.*

„ Quod vero Abatiæ Conſiſtoriales non Conſi-
„ ſtorialiter provideri ſolitæ, ſubjaceant Conſtitu-
„ tioni Gregorianæ *de Publicandis*, & Regulis
„ Cancellariæ *de Valore*, *de Annali*, *& de Infir-* 63
„ *mis*, hoc ideo evenit, quia Conſtitutio *de Pu-*
„ *blicandis* litteraliter comprehendit Abatias, &
„ Monaſteria ibi -- *De quibuſcumque Eccleſiis,*
„ *Monaſteriis, Prioratibus &c.* Prædictæ vero Re-
„ gulæ Cancellariæ, vel concernunt intereſſe
„ Datariæ, & materiam favorabilem, vel non im-
„ portant niſi modum vacandi per obitum, &
„ non per reſignationem, ut diſponitur in *Regul.*
„ *de Infirmis*, vel demum quia earumdem Regu-
„ larum ratio bene adaptabilis eſt Abatiis non
„ Conſiſtorialiter provideri ſolitis, quibus tamen,
„ ut ſupra diximus *n.* 40. *& ſeqq.* non applicantur
„ rationes, ob quas emanavit Regula III. Ideo-
„ que a comprehenſione Abatiarum Conſiſtoria- 64
„ lium ſub dictarum Regularum, cæteroquin fa-
„ vorabilium, diſpoſitione, non recte infertur ad
„ earumdem comprehenſionem ſub cenſura Regu-
„ læ III. quæ veluti odioſa in ea parte, qua de- 65
„ cernit pœnam vacationis ut prius Beneficii, de
„ quo Reſignans fuerit Apoſtolica auctoritate pro-
„ viſus, ſtricte eſt intelligenda, nec extenſionem
„ ex identitate, aut ex majoritate rationis admit-
„ tit a minoribus Beneficiis ad Prælaturas majo-
„ res, ut bene tradunt *Gomez ad Regul. de Annal.*
„ *quæſt.* 11. *n.* 3. *Rota in Monaſterien. Canonicatus*
„ 5. *Junii* 1716. *§. Sed Domini, cor. R. P. D.*
„ *Gamaches.*

„ Abſurdum vero, & inconveniens, quod A-
„ bas benedictus deſtitutus, & privatus remane-
„ ret Abatia, non removetur ex motivo, quod
„ benedictio characterem non imprimat, prout
„ Conſecratio Epiſcopi; nam licet Conſecratio E-
„ piſcopi quid majus ſit benedictione Abatis, hæc
„ tamen largo modo dicitur etiam *Conſecratio*, 66
„ ut late probat *Tamburin. de Jure Abat. Tom.* 1.
„ *diſput.* 11. *quæſt.* 1. *n.* 6. *& quæſt.* 2. *per tot.* Et
„ per hanc benedictionem Abas acquirit Juriſdi- 67
„ ctionem in ſuos Monachos, & Perſonas degen-
„ tes intra ſepta Monaſterii, necnon uſum Mitræ,
„ ac facultatem ſolemniter celebrandi, aliaque Ju-
„ ra præeminentialia, propter quæ æquiparatur E-
„ piſcopo, ut in terminis Regulæ XXVI. tradit
„ *Pariſ. de Reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 47. Propter-
„ eaque monſtruoſum eſſet, quod Abas ſolemni- 68
ter

„ ter benedictus, hujuſmodi prærogativis, &
„ præeminentiis deſtitutus remaneret in gratiam
„ odioſi impetratoris, & ſolutum vinculum illud
„ ſpirituale, quod inter Abatem, & Monaſterium
69 „ intercedit, ad quem effectum urgentiſſimæ cau-
„ ſæ Cannnicæ requiruntur, ad *text. in Can. Nul-*
„ *lum* 18. *quæſtion.* 72. *& in Cap. Monaci in fine.*
„ *de Stat. Monach.* & ibidem *Abas n.* 8. *Oldrad.*
„ *Conſ.* 14. *n.* 13. *Suarez de Relig. tom.* 4. *tract.* 8.
„ *lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 25. *Tambur. de Jure Abat. tom.*
„ 1. *diſp.* 19. *quæſt.* 2. *a n.* 3. *ad finem.* Hactenus
„ diſcurſus.

Eſt igitur hæc Regula reſtricta ad Reſignantem
proviſum de Beneficio inferiori incompatibili, &
70 locum ſibi vindicat, nedum quando collatio ſe-
cundi incomparibilia fit a Papa, ſed etiamſi ab alio
de ejus auctoritate, nempe ab Indultario, qui non
conferat Jure proprio, & ordinario, ſed uti Pa-
pæ delegatus. Conſtitutio enim *Pauli V. &* Regu-
la pluries utuntur verbis *Auctoritate Apoſtolica*,
quæ etiam ad hunc caſum adaptari videntur, ut
firmavit *Rota deciſ.* 503. *cor. Emerix Jun.*

Sed hanc Rotæ opinionem tutam non exiſtima-
71 bat, in materiis Beneficialibus apprime verſatus
bon. mem. *Antoninus de Flore* Dataria Officialis,
ea ratione, quod etiam Epiſcopi Alternativa gau-
dentes, dum Beneficia conferunt in Menſibus alias
Apoſtolicis, & vigore Alternativæ effectis Ordi-
72 nariis, nempe in Menſibus *Februarii*, vel *Aprilis*,
conferunt auctoritate Papæ, quemadmodum In-
dultarii, ut late diximus in *Comment. ad* 2. *par-*
tem Regulæ 9. §. 4. *n.* 40. *&* 48. & nihilominus Be-
neficium vacans per aſſequutionem alterius incom-
patibilis, de quo in dictis Menſibus quis fuerit
proviſus, non remanet reſervatum, & de illo E-
piſcopus bene diſponere poteſt: nec prohibetur Poſ-
ſeſſor præventive illud dimittere tempore vacatio-
nis, & aſſequutionis alterius incompatibilis, de quo
fuerit poſtea ab Epiſcopo proviſus. Ideoque aſſe-
73 rebat, quod hæc concluſio intelligenda ſit de Be-
neficiis vacantibus per aſſequutionem vigore Lite-
rarum Apoſtolicarum, cum ſcilicet Papa in forma
dignum committit Executori, quod -- *Auctoritate*
noſtra conferas, & aſſignes -- ſeu Executoribus in
forma rigoroſa, ibi - *conferre, & aſſignare Aucto-*
ritate noſtra curetis -- ut ſcilicet hoc caſu, poſt-
quam Executor auctoritate Papæ contulerit ſecun-
dum Beneficium incompatibile, primum cenſeatur
reſervatum, & ita intelligebat verba illa Regulæ -
Auctoritate noſtra.

Cæterum ad effectum ut intret cenſura Regulæ,
ſufficit quod reſignatio Beneficii fiat intra tempus
vacationis, & proviſionis alterius incompatibilis,
74 etiamſi bona fide, & abſque fraude imminentis
Reſervationis expleta contendatur; Regula enim
licet emanaverit ad evitandas fraudes, nullam ta-
men fraudis probationem requirit, ut inquit *Rot.*
deciſ. 117. *n.* 5. *& ſeqq. part.* 14. *Recent.* Colligit
75 tamen fraudem ab eventu, & a vicinitate actuum,
videlicet a ſcientia, quam Reſignans habuit vaca-
tionis ſecundi Beneficii incompatibilis, & ab il-
lius aſſequutione poſt expletam reſignationem al-
terius, quod prius obtinebat. Ideoque prætex-
tum bonæ fidei non reddere immunem a cenſura
Regulæ Reſignantem contra legem ab ea præſcri-
ptam, tradunt *Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcop.*
part. 3. *allegat.* 57. *num.* 83. *in fine*, *Lotter. de*
re Benef. lib. 2. *quæſt.* 27. *a num.* 39. *Pitton. diſ-*
cept. Eccleſ. 12. *num.* 62. *Rot. dec.* 117. *num.* 5.
& ſeqq. part. 14. *Recent. & dec.* 194. *num.* 2. *&*
ſeqq. poſt *Torr. de Pact. futur. ſucceſſ. & in Com-*
poſtellana Portionis 23. *Junii* 1702. §. *Quod au-*
tem, cor. Caſſarello. & in Tirulen. Parochialis
15. *Junii* 1703. §. *final. cor. Muto, & in Tarra-*
conen. Parochialis 15. *Junii* 1703. §. *Quin dubi-*
tari cor. Ommaña, & 2. *Martii* 1705. §. *Non ob-*
ſtat, & 24. *Aprilis ejuſdem anni* §. *Abſque eo, co-*
ram Muto. Exemplo Senatus Conſulti Macedo- 76
niani, quod emanavit ad evitandas fraudes fieri
conſuetas in Contractibus Mutui initis cum filiis fa-
milias; & nihilominus Contractus præfati, ſive
dolo, ſive bona fide initi fuerint, ſuſtineri non
poſſunt, *Rot. dec.* 194. *n.* 2. *& ſeqq.* poſt *Torr. de*
pact. futur. Succeſſion.

Hinc ex eadem ratione incurritur cenſura Regu-
læ, etiamſi quis ſit omnino incertus de obtinendo 77
ſecundo Beneficio incompatibili, quia nempe a-
gatur de Parochiali providenda per Concurſum,
cujus exitus eventualis, & incertus eſſe ſolet; eo
ipſo enim quod Beneficium incompatibile obten-
tum reſignavit intra tempus vacationis Parochia-
lis, quam poſtea tanquam in Concurſu approba-
tus, & prælectus, a Sede Apoſtolica obtinuit,
Beneficii reſignati, & obtenta Parochialis jactu-
ram lugere cogitur, *Rot. deciſ.* 241. *part.* 12. *& de-*
ciſ. 117. *n.* 13. *part.* 14. *Recent. & deciſ.* 251. *per*
tot. cor. Ubald. & deciſ. 194. *n.* 8. poſt *Torr. de Pact.*
futur. Succeſſion.

Sed an Regula locum habeat, quando quis ig-
norans vacationem ſecundi Beneficii incompatibi-
lis, alterum quod obtinet, reſignat, & poſtea de 78
dicto ſecundo Beneficio a Sede Apoſtolica provi-
deri obtinet? Negative reſpondet *Sot. Gloſſator*
antiquus ad Regul. 26. *n.* 7. *&* 8. qui conſultus in
caſu ſimili de eo, qui reſignaverat poſt vacatio-
nem Eccleſiæ, ad quam fuerat ignoranter promo-
tus, ait, reſignationem præfatam factam non fuiſ-
ſe in fraudem legis, & per conſequens non ſubja-
cere diſpoſitioni Regulæ, quæ emanavit ad fraudes
evitandas; ſicque intellexiſſe pronunciatum *in Rot.*
ſequitur *Pariſ. de Reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 6. *n.* 54. *&*
ſeqq. ubi teſtatur, audiviſſe a peritiſſimis Viris pra-
cticis, hujuſmodi reſignationes factas ab ignoran-
tibus provideri de alio Beneficio incompatibili, non
eſſe irritas; & concludit, ab hac opinione non
eſſe recedendum, nec in conſulendo, nec in ju-
dicando.

Verum diſtinguendum eſt. Aut agitur de incur-
renda pœna in ſecunda parte Regulæ contenta, 79
nempe quod ſecundum Beneficium incompatibile
a reſignante obtentum vacet ut prius, perinde,
ac ſi collatio facta non fuiſſet, & in hoc caſu,
conſtito quod Reſignans ignoraverit vacationem
dicti ſecundi Beneficii, quæ cæteroquin ignoran-
tia non præſumitur, ſed probanda erit, Regula
non procedit, quia, ut diximus, in hac parte eſt
pœnalis, & odioſa, ac proinde afficere nequit re-
ſignantem illum, in quo nulla fraus, & nullum
delictum conſiderari poteſt. Aut agitur ſuper nul-
litate jam factæ reſignationis Beneficii incompatibi-
lis prius obtenti, & de inducenda illius reſervatio-
ne favore Sedis Apoſtolicæ, juxta primam partem
Regulæ, quæ in hoc concordat etiam cum Regula
26. ſuper qua ſcripſerunt *Gomes*, & *Paris*, dum 80
eorum tempore Regula 3. adhuc edita non erat, &
locum ſibi vindicat præſens Regula, quæ veluti præ-
ſervativa jurium S. Sedi competentium ſuper col-
latione Beneficiorum vacantium per aſſequutionem
pacificam incompatibilium, afficit etiam Reſignan- 81
tes, qui eorumdem incompatibilium, de quibus
poſtea proviſi fuerunt, vacationem ignorant, *Rot.*
dec. 791. *n.* 13. *part.* 1. *diverſ.* Et licet Conſtitutio
ſa. me. *Pauli V.* ſuper qua fundata eſt dicta prima
pars Regulæ, emanaverit ad occurrendum mali-

tiæ Reſignantium in fraudem futuræ reſervationis,
ibi -- *Cupiens ſuper his opportunum adhibere reme-*
82 *dium &c.* -- nihilominus fraudem hanc præſumit,
ſemel ac Beneficium reſignatum fuit intra tempus
vacationis, & proviſionis alterius incompatibilis;
unde licet per Reſignantem ignoretur vacatio ſe-
cundi Beneficii, quod poſtea obtinuit, talis igno-
rantia apta quidem eſt eum excuſare a pœna, ſed
non eſt apta validam reddere reſignationem poſt
quam irrogatum fuit præjudicium reſervationi, quæ
re ipſa per reſignationem præcedentem fraudata
remanſit, *Piton. diſcept. Eccleſ.* 12. *n.*63. *pag.*256.
& confert *Rota deciſ.* 194. *n.* 4. §. *Quidquid* poſt
Torr. de Pactis, quæ merito dubitavit de opinione
Pariſii.

Sed in terminis Regulæ de ſequenti caſu a non-
83 nullis Datariæ Officialibus conſultus fui. Titius
ſperans poſſe deputari a Papa in Coadjutorem cum
futura ſucceſſione ſuper Canonicatu, intendit re-
ſignare alium Canonicatum, quem ipſe actu poſ-
ſidet ad favorem Sempronii. Quæritur, an Re-
ſignatio ſit admittenda, vel potius ei obſtet Re-
guls 3. tanquam in fraudem futuræ Reſervationis,
& collationis faciendæ a Summo Pontifice?

Reſpondi, Regulam non obſtare, quia loquitur
de Reſignatione Beneficii, quæ fit intra tempora
vacationis, & proviſionis alterius incompatibilis;
Unde cum de tempore, quo fit Reſignatio Cano-
nicatus obtenti, adhuc non vacet ille, de quo Ti-
tius per Coadjutoriam provideri ſperat: hinc eſt,
84 quod ceſſet diſpoſitio Regulæ, quæ, uti correcto-
ria Juris communis, ſtrictiſſime eſt interpretan-
da, nec extendenda de caſu ad caſum, etiam ſtan-
te identitate rationis, ut in fortioribus terminis
85 reſolvit *Rot. deciſ.* 328. *part.*3. *Recent.* ubi ageba-
tur de eo, qui provideri ſperans de Epiſcopatu,
& ad illum jam examinatus, reſignavit Canoni-
catum, quem poſſidebat.

Fortius, quia licet Coadjutoria inducat incom-
patibilitatem cum alio Beneficio reſidentiam requi-
rente, Coadjutor tamen non habet perfectum Jus
86 ad Beneficium illud, ſed tantum in ſpe, & ad
rem, adeout ſolum Jus habere incipiat poſt obi-
tum Coadjuti, quo tempore adipiſcitur Beneficii
poſſeſſionem, *Tondut. Quaſt. Beneficial. part.* 3.
cap. 194. *num.* 3. *Barboſ. de Canon. & Dignitat.*
cap. 29. *n.* 7. *Eſcobar. de Hor. Canon. part.*3. §. 5.
n. 20. *Rot. deciſ.* 648. *num.* 4. *par.* 3. *Recent. dec.*
102. *n.* 9. *cor. Martin. Andr. deciſ.* 746. *n.*13. *co-*
ram Merlino, *& in Olomucen. Canonicatus* 29.
Martii 1694. §. *In propoſito*, *&* 25. *Junii ejuſdem*
anni §. *In hypotheſi*, *coram Muto.* Unde non ſunt
87 applicabiles termini Regulæ, quæ loquitur de pro-
viſione perfecta, per quam quis pacifice aſſequa-
tur ſecundum Beneficium, ad firmata per *Card. de*
Luc. diſc. 120. *de Benefic. in ſupplem.* Imò cum
poſſit dari caſus, quod Coadjutor numquam aſſe-
quatur Canonicatum, utpote quia prædecedat
Coadjuto; hinc non poteſt dici perfecte proviſus
de eo Canonicatu, quem certò aſſequi non poteſt,
ſed tantum habet expectativam in caſu, quo Coad-
jutus moriatur.

Nec obſtare dicebam, quod Reſignatio Cano-
88 nicatus expleri intendebatur tempore, quo gratia
Coadjutoriæ reperiebatur jam ſignata, & ſic Ti-
tius certus erat de vacatione, & reſervatione Cano-
nicatus, quem obtinebat.

Vel quia ante præſtitum a Coadjuto conſenſum,
multa accidere poſſunt apta impedire exequutio-
nem gratiæ, & poteſt dari caſus, quod Coadju-
tus pœnitentia ductus, amplius conſenſum non præ-
89 ſtet; unde ceſſat ea certitudo proviſionis novi Be-
neficii, quem Regula requirere videtur, *Rot. de-*
ciſ. 328. *n.* 2. *part.* 3. *Recent.* Vel quia cum Re-
gula loquatur de reſignatione intra vacationis, &
proviſionis tempora, & gratia Coadjutoriæ etiam
ſignata, aliud non ſit, quam expectativa futuræ 90
vacationis, & neque vacationem, neque perfectam
inducat acquiſitionem Canonicatus: hinc eſt, quod
neque hoc caſu Regula locum habere poſſit, e-
tiamſi rationis identitas concurrat, *Rota dict. dec.*
328. *part.* 3. *Recent.*

Et ita negotio in Congregatione Datariæ prius
diſcuſſo, ſervatum fuit in caſu *Ignatii Ciampè*, 91
qui ſperans deputari Coadjutor in Cappellania Inno-
centiana Baſilicæ Vaticanæ, reſignavit Prioratum
reſidentialem, quem obtinebat in Diœceſi Came-
rinen. ad favorem ejus Fratris de Anno 1697.
Et rurſus Anno 1698. cum Canonico *Riccio*,
qui ſperans deputari in Coadjutorem *Raphaelis*
Fabretti Canonici ejuſdem Baſilicæ Vaticanæ, re-
ſignavit Canonicatum Cathedralis Florentinæ ad
favorem N. *Marucelli*, reſervata ſibi penſione ſcu-
tor. 100.

Ulterius quæro, an diſpoſitio hujus Regulæ lo-
cum habeat, quando ſecundum Beneficium incom-
patibile non confertur auctoritate Apoſtolica, ſed
ab Ordinario; itaut poſſit providendus, antequam
de eo provideatur, reſignare primum, quod ob-
tinet, & contingat ejus vacatio in Menſe reſerva-
to, ſi poſſeſſionem ſecundi dicto Menſe adipiſca- 92
tur? Et in hac quæſtione Regulam habere locum,
& reſignationem, ſeu dimiſſionem primi eſſe nul-
lam, quando poſſeſſio ſecundi, de quo fuit reſig-
nans ab Ordinario proviſus, adepta fuit in menſe
reſervato, pluries firmavit *Rota* præſertim *deciſ.*
242. *n.* 4. *cor. Buratt. deciſ.* 33. *n.* 5. *& deciſ.* 54.
n. 11. *cor. Priolo*, *& in Tarraconen. Parochialis* 15.
Junii 1703. §. *Licet cum ſeqq. cor. Omaña*, *&*
2. *Martii* 1705. §. *final. cor. Muto*, *& in Burgi*,
ſeu Sancti Sepulchri Canonicatus 4. *Decembris* 1705.
§. *Potiſſimum*, *cor. bon. mem. Anſaldo.* Cujus Sen-
tentiæ ratio eſt, quod licet verba Conſtitutionis
Pauli V. & Regulæ ſe referant ad collationem ſe-
cundi Beneficii expletam auctoritate Apoſtolica;
earum tamen ratio fundamentalis reſidet in quali- 93
tate reſignationis factæ in fraudem futuræ reſerva-
tionis; quæ cum ſit conſiderabilis tam ſi collatio
fieri contingat a Summo Pontifice, quam ſi ex-
pleatur ab Ordinario, quando poſſeſſio ſecundi
adipiſcitur in Menſe Apoſtolico: ſequitur, quod
in utroque caſu earum diſpoſitio ex identitate ratio-
nis admittenda venit, ut præ cæteris ratiocinatur
Rota in dict. Tarraconen. Parochialis cor. Omaña
§. *Licet enim.*

Sed contraria opinio mihi verior videtur. Diſ-
poſitio enim hujus Regulæ percutit illum finem, 94
ne fraus fieret futuræ reſervationi, privando Sum-
mum Pontificem collatione primi Beneficii incom-
patibilis, quod per aſſequutionem ſecundi ab eo-
dem collati, certo certius ejuſdem diſpoſitioni va-
care deberet; ac proinde cum reſervatio primi non
intret, quando ſecundum incompatibile confertur
auctoritate ordinaria, juxta ea, quæ diximus in
Commentar. in Regulam I. §. 8. hinc eſt, quod ceſ-
ſat ratio Regulæ, quæ fundatur in præjudicio Apo-
ſtolicæ reſervationis -- ibi -- *In fraudem reſervatio-*
nis ſua reſignarent -- & firmant *Maſobr. in Prax.*
haben. concurſ. Requiſit. 7. *dub.* 22. *a n.* 1. *& ſeqq.*
Roſ. de Executor. cap. 5. *num.* 89. *&* 90. *D. de*
Sanctis in Examin. Conſiſtorial. cap. 4. *n.* 12. *Card.*
de Luc. de Benefic. diſc. 120. *num.* 2. *& ſeq. in*
ſupplem. Piton. diſcept. 12. *num.* 64. *Gonzal. ad*
Regul. 8. *Gloſſ.* 15. *num.* 13. *&* 14. *& Gloſſ.* 51.
num. 36.

num. 36. & 37. *Garc. de Benefic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 51. & *ſeqq. Barboſ. de Jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 52. *Rot. deciſ.* 619. *n.* 5. *cor. Otthobon. deciſ.* 462. *n.* 4. & 5. *cor. Emerix Jun.* Et in hanc Sententiam inclinare quoque videtur *Rot. in Manaſterien. Canonicatus* 9. *Decembris* 1712. §. *Accedit*, *cor. Reverendiſſ. Aldrovanda.*

Idque clare evincitur ex dicta Conſtitutione
95 *Pauli V.* poſtea regiſtrata in Regula Cancellariæ. In illa enim ſemper Papa loquitur de proviſione ſecundi facta *auctaritate Apoſtolica*, nam poſtquam in Proœmio dixit, ſe in craſtinum ſuæ aſſumtionis reſervaſſe Beneficia vacantia per aſſequutionem Beneficiorum conferendorum *per Sanctitatem Suam*, *ſeu ejus auctoritate*, ſubjungit, innotuiſſe ex relatione fide dignorum, quod plerique de Beneficiis *Apoſtalica authoritate Proviſi*, *ſeu providendi*, ante illorum aſſequutionem, alia cum iiſdem incompatibilia, per eos tunc obtenta, in fraudem *reſervationis*, & *decreti de dimittenda* reſignabant; & proinde volens huic fraudi obviare, decrevit, ut eſſent nullæ reſignationes factæ de Beneficiis tunc obtentis ab iis, quos de aliquibus Beneficiis tunc vacantibus, ſeu vacaturis per *Sanctitatem Suam*, *ſeu ejus auctoritate* provideri contigerit; volens, quod Beneficia ſic dimiſſa eo ipſo vacare cenſeantur, & ſub reſervatione, & priori Decreto de dimittendo, comprehendantur. Sola itaque lectura hujus Conſtitutionis oſtendit, quod Papa intellexerit inducere reſervationem Beneficiorum dimiſſorum, quando incompatibilia per ipſum, vel ejus auctoritate conferrentur, non au-
96 tem quando collatio fieret ab Ordinario, quia tunc nulla adeſt reſervatio, nec per conſequens dici poteſt, quod reſignatio expleta fuerit in illius fraudem, *Maſſobr. in Prax. haben. Concurſ. dict. Requiſit.* 7. *dub.* 22. *n.* 14. & *ſeqq. Raſ. de Executor. dict. cap.* 5. *n.* 89.

Et cohærenter ad laudatam Conſtitutionem, expreſſe etiam Regula III. loquitur de Reſignan-
97 tibus, qui de Beneficiis Eccleſiaſticis incompatibilibus *Apoſtalica auctoritate proviſi*, *ſeu providendi fuerint*, & infra - *Quod ſi impoſterum quibuſvis perſonis de aliquibus Beneficiis Eccleſiaſticis tunc vacantibus*, *ſeu vacaturis per Sanctitatem Suam*, *aut ejus auctaritate provideri &c.* Et demum eadem Regula in ſecunda parte, in qua imponit pœnam vacationis ſecundi Beneficii incompatibilis obtenti, loquitur de Reſignante, qui de eo fuerit *Apoſtolica auctaritate proviſus.* Hinc inſurgit dilemma: Aut Reſignans, proviſus ab Ordinario de Beneficio incompatibili, affici etiam debet pœna illius vacationis, ut prius; & valde durum eſſet, quod ipſe, qui potuit ſecundi poſſeſſionem adipiſci in Menſe Ordinario, remanere debeat ſpoliatus nedum primo, quod jam reſignavit, ſed etiam ſecundo, quod obtinuit; maxime quia Regula in hac parte eſt pœnalis, & odioſa; ac proinde eo ipſo, quod loquitur de Reſignante, qui fuerit auctoritate Apoſtolica proviſus, extendi non debet, nec ex rationis identitate, ad Proviſum ab Ordinario; Vel dicendum, ut quemadmodum reſpectu proviſi ab Ordinario, qui antea alterum Beneficium incompatibila reſignavit, non intrat pœna vacationis, ut prius, dicti ſecundi Beneficii, ita nec etiam locum ſibi vindicare debet prima pars ejuſdem Regulæ, irritans reſignationem primi Beneficii, ejuſque Collationem Apoſtolicæ Sedi diſpoſitioni reſervans.

Accedit, quod tam Conſtitutio Paulina, quam
98 Regula in illis verbis *in fraudem reſervationis ſuæ*, conſiderant ſolum præjudicium illud, quod Sanctæ Sedi deventurum erat ex defraudatione reſervationis generalis contentæ in *Extravag. Ad regimen*, ad cujus ampliationem Paulina Conſtitutio, matrix Regulæ, emanavit; ut ex earum hiſtorica origine ſupra demonſtravimus. Adepta autem in Menſe Apoſtolico poſſeſſione ſecundi Beneficii incompatibilis, de quo fuerit reſignans ab Ordinario proviſus, primum non remanet Papæ reſervatum ex reſervatione generali contenta in dicta *Extravag. Ad regimen*, ſed ob aliam longe diverſam,
inductam per Regulam IX. unde ſequitur, quod 99
reſignatio, ſeu dimiſſio primi Beneficii præcedenter facta a Proviſo per Ordinarium de altero incompatibili, numquam dici poterat expleta in fraudem Regulæ Tertiæ, quæ ſolum præſervans reſervationem, certo eventuram vigore diſpoſitionis laudatæ *Extravag.* non reſpexit ad reſervationem accidentalem, haud aliter primo Beneficio imprimendam, quam in fortuito caſu, quo poſſeſſio ſecundi incompatibilia adipiſcatur in Menſe reſervato, *Pitan. diſceptat.* 12. *n. final.*

Atque hinc non ſubſiſtit fundamentum, cui innititur contraria Sententia, quod nempe ſive proviſio ſecundi Beneficii incompatibilis fiat auctoritate Apoſtolica, ſive Ordinaria, ſemel ac primum vacat in Menſe Apoſtolico, ſemper adeſt præjudicium reſervationis, quæ defraudata remanet per dicti primi Beneficii dimiſſionem. Tum quia, ut diximus, futuræ reſervationis præjudicium fuit a Conſtitutione Paulina, & a Regula unice conſideratum in ordine ad reſervationem contentam in *Extravag. Ad regimen*, non ad alteram vigore Re-
gulæ IX. Tum etiam, quia non eadem, ſed diver- 100
ſa militat ratio inter Proviſum de Beneficio incompatibili auctoritate Apoſtolica, ac Proviſum ab Ordinario. Quoties enim ſecundum Beneficium confertur a Sede Apoſtolica, tunc certum, & infallibile eſt, quod primum incompatibile ramanet reſervatum, nec ab alio, quam a Papa provideri poteſt; unde reſignatio de dicto primo Beneficio facta intra tempus vacationis, & proviſionis alterius incompatibilis, præſumitur unque expleta in fraudem illius reſervationis, cui certo ſubjectum remanere debebat. Non ſic autem eſt, quando ſecundum Beneficium incompatibile providetur ab Ordinario, nam tali caſu certa non eſt reſervatio primi, ſed pendet a Menſe, in quo contingat adipiſci poſſeſ-
ſio Secundi; Cumque ſit in libertate proviſi illius 101
aſſequi poſſeſſionem in Menſe Ordinario, & ſic evitare reſervationem primi, ut dicemus infra in *Commentar.* ad primam partem *Regul. IX.* non eſt cur de fraude erga Apoſtolicam reſervationem, non adhuc præexiſtentem, redargui debeat, ſi præventive ante aſſequutionem Secundi, primum Beneficium dimittat; ut bene ratiocinatur *Roſ. de Executor. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 90. ubi licet profiteatur cedere auctoritati Sacræ Rotæ, aliter ſententis in *Regien. Diptbereatus* 28. *Maii* 1657. quæ eſt *deciſ.* 54. *cor. Priola*, ait nihilominus, quod ſecundum ſanitas juris, verba Regulæ, & Conſtitutionem Paulinam, contrarium eſſet dicendum; & primam *Roſa* Sententiam approbat, & ſequitur *Piton. diſcept.* 12. *in fine.*

Poſſet autem contraria Sententia ſuſtineri in du-
plici caſu. Primo, quando proviſus auctoritate 102
Ordinaria de ſecundo incompatibili, obſtringeretur omnino illius poſſeſſionem adipiſci in menſe reſervato. Figuremus caſum, quod adſit Beneficium de Jurepatronatus laicali ea lege erectum, quod conferri debeat intra decem, aut quindecim dies ab obitu Poſſeſſoris; quodque inſtitutus ſtatim poſt inſtitutionẽ, illius poſſeſſionem nanciſci teneatur.

Si de tali Beneficio vacante in principio Menſis
Apoſtolici ſit ab Ordinario inſtitutus, qui aliud
incompatibile poſt illius vacationem reſignaverat,
locus erit Regulæ, quia primum ſi dimiſſum non
fuiſſet, neceſſario vacare debebat io Menſe Apo-
ſtolico, dum in facultate Proviſi de ſecundo non
erat, illius poſſeſſionem ultra Menſem Apoſtolicum
protrahere, eamque adipiſci in Menſe Ordinario;
& ſic reſignatio dicti primi Beneficii facta præſu-
mitur in fraudem reſervationis certo obventuræ,
ob neceſſitatem adipiſcendi poſſeſſionem ſecundi in
Menſe Apoſtolico.

In altero vero caſu, quando non ageretur de li-
103 bera dimiſſione primi, ſed de reſignatione facta ex
cauſa permutationis cum alio Beneficio compatibili
cum eo, de quo reſignans erat auctoritate Ordina-
ria providendus. Sapiunt enim permutationes
quamdam mercaturam Beneficiorum Sacris Cano-
nibus exoſam: quod utique turpe mercimonium
ſolet, & debet conſiderari ad effectum, ut intret
diſpoſitio Regulæ III. per ea, quæ firmat *Card.
de Luc. de Benefic. diſcurſ.* 120. *n.* 5. *in ſupplem.*
quem laudat, & ſequitur *Rot. in Tarraconen. Pa-
rochialis 24. Aprilis* 1705. *§. Tum etiam, cor. Muto.*

Quod diximus, Regulam noo afficere reſignan-
tem Beneficium, qui poſtea auctoritate Ordinaria
de ſecundo incompatibili proviſus fuerit, eo cer-
104 tius locum ſibi vindicat, quando primum Benefi-
cium dimiſſum eſt de Jurepatronatus Laicorum.
Cum enim hujuſmodi generis Beneficia immunia
ſint, & exemta a quibuſcumque reſervationibus, e-
tiam ab ea, quæ eſt clauſa *in Corpore Juris*, ut dixi-
mus in *Comment. in Regul. I.* §. 1. ſequitur exinde,
quod eorum reſpectu ceſſat ratio Regulæ, unice,
ut diximus, repoſita in eo, quod reſignatio, ſeu
dimiſſio fuerit prævenrive expleta in fraudem futu-
ræ reſervationis, *Piton. diſcept. Eccleſ.* 12. *n.* 60.

Aliqualis tamen emergit difficultas in caſu, quo
105 collatio ſecundi incompatibilis ſit expleta auctorita-
te Apoſtolica: poſſet enim conſiderari fraus, ex
quo reſignatio primi Beneficii de Jurepatronatus
tendit in præjudicium ejuſdem Sedis; nam ſi præ-
cedenter dimiſſum non fuiſſet, illius collatio utique
ſpectaſſet ad Papam, *licet accedento conſenſu Pa-
tronorum*, ob decretum in proviſione ſecundi in-
compatibilis apponi ſolitum, *quod de primo nemo
alius præter Pontificem diſponere poſſit*; Sed nihi-
106 lominus nec tali caſu locum ſibi vindicat Regula,
quæ velut edita in extenſionem, ſeu declarationem
Extravag. Ad regimen, conſiderat ſolum fraudem
reſervationis generalis in dicta *Extravag.* contentæ;
Papa autem conferendo Beneficium Juriſpatrona-
tus vacans vigore *Decreti de dimittendo*, illud non
confert vigore dictæ reſervationis generalis, ſed re-
ſervationis ſpecialis ex dicto Decreto reſultantis, ut
firmant cumulati per *Rot. dec.* 211. *num.* 4. & 5. &
dec. 227. *n.* 2. *cor. Caprara.* Proindeque Reſignan-
ti primum Beneficium de Jurepatronatus Laicali
imputari nequit, quod illud reſignaverit in frau-
dem illius reſervationis, ad quam Regula reſpexit,
& cujus indemnitati unice præcavere voluit, ut
firmat *Piton. dict. diſcept.* 12. *n.* 61.

Cæterum evitatur diſpoſitio hujus Regulæ. Pri-
mo, quando proviſus de ſecundo Beneficio incom-
107 patibili illud pacifice noo obtineat, nec Jus ſuum
proſequi curet; nam tunc ceſſat ratio prohibitionis.
Primum enim Beneficium non aliter vacare cenſe-
tur per ſecundum incompatibile, quam ſi illud pa-
cifice poſſideatur; ut in his terminis pro veritate
conſultus, reſpondit *Cardinalis de Luca de Benefic.*
108 *diſc.* 120. *in ſupplement.* Secundo, quando in Provi-
ſione Apoſtolica de ſecundo Beneficio fit menſio
alterius incompatibilis reſignati intra tempus vaca-
tionis, & proviſionis dicti ſecundi, ut habetur in
Regula, ibi -- *nulla ſpeciali, & expreſſa de eiſdem
in proviſionibus prædictis facta mentione.* Et adver-
tit *Rot. deciſ.* 251. *num.* 4. & 5. *cor. Ubaldo, & in
Tarraconen. Parochialis* 24. *Aprilis* 1705. *§. Tum
etiam, cor. Muto.*

Sed circa hoc advertendum in praxi, quod num-
quam obtinens a Sede Apoſtolica ſecundum incom-
patibile, mentionem facit de alio Beneficio reſi-
gnato intra illius vacationis, & proviſionis tempo-
ra; ſed ſtylus eſt, quod in præcedenti reſignatio- 109
ne primi fiat mentio, quod Reſignans *provideri
ſperat* de alio incompatibili; Et ita mihi retulit
ſummus practicus bonæ. *Antoninus de Flore*, quod
ſemper obſervaverat uſque a temporibus Pontifica-
tus ſan. mem. *Urbani VIII.* Solebat ipſe tamen 110
hujuſmodi gratias, *magnas gratias* nuncupare;
& revera olim ſatis raro indulgebantur in Benefi-
ciis liberæ collationis, prout teſtari poſſum pro to-
to tempore Pontificatuum *ſan. mem. Alexandri* 111
VIII. & *ſan. mem. Innocentii XII.* eorumdem
Pontificum Pro-Datarii munere fungente num-
quam ſatis laudando celeberrimo illo Viro clar.
mem. Cardinali *Panciatico*; Et in ſupplicatione re-
ſignationis Archidiaconatus *Cathedralis Aſten.* quam
de alio Beneficio incompatibili provideri ſperans,
exaravit Abas *Boerius* ſub datum 8. *Kal. Martii*
1697. appoſita fuit clauſula *ex gratia ſpeciali, quæ
non tranſeat in exemplum*; Et in Pontificatu ſan.
mem. *Clementis XI.* cum quidam præſentatus ad
Parochialem de Jurepatronatus Laicorum Diœceſis
Aſculan. vacantem juxta Decretum in proviſione
Apoſtolica alterius incompatibilis appoſitum, reſi-
gnare intenderet alteram Parochialem liberæ col-
lationis, quam obtinebat, cum conſueta clauſula
provideri ſperans, clar. mem. Cardinalis Sacripan-
tes *die* 21. *Januarii* 1707. inſtantiam rejecit.

Paſſim vero admittuntur hujuſmodi reſignatio-
nes, quando quis provideri ſperat auctoritate ordi- 112
naria de ſecundo Beneficio incompatibili, ſive li-
beræ collationis, ſive de Jurepatronatus Laico-
rum, quia in illius libertate repoſitum erit dicti ſe-
cundi incompatibilis poſſeſſionem adipiſci, vel in
Menſe Apoſtolico, vel ordinario. Et multo fa-
cilius, quando primum Beneficium eſt de Jurepa-
tronatus Laicorum, quod, ut diximus, eſt a
quacumque reſervatione exemtum; in hiſce enim
caſibus admittitur reſignatio primi cum expreſſio-
ne, *quod ordinaria auctoritate provideri ſperat de
alio incompatibili, neque reſervato, neque affecto.*
Ita ſervatum vidi in *Aurien.* apud *S. Petrum* 1705.
Kalend. Februarii Pontificatus ſan. mem. *Clemen-
tis XI. anno ſexto*; Sic enim Summariolum ſuppli-
cationis conceptum erat -- *Antonius Trigo Falcon
poſſidens Parochialem Eccleſiam S. Juſti de Igleſa-
rio Juriſpatronatus Laicorum, provideri ſperans
auctoritate ordinaria de Canonicatu, & Prebenda
Magiſtrali Collegiatæ loci de la Coruña Compoſtel-
lan. Diœceſis, neque reſervatis, neque affectis, re-
ſignat dictam Parochialem Juriſpatronatus favore
Hiacynthi Emanuelis Zabrares &c.* Et in Litte-
ris Apoſtolicis Reſervationis penſionis favore Re-
ſignantis ſub eadem Data, eadem expreſſio facta
legitur.

Et in terminis reſignationis Parochialis expletæ
cum clauſula *provideri ſperans* auctoritate ordina-
ria de Beneficio incompatibili Juriſpatronatus Lai-
corum, ſingularem vidi caſum per Datariam ad- 113
miſſum in una *Piſtorien. Bartholomæus de Alpha-
rolis* Eccleſiam Parochialem obtinens liberæ col-
lationis, præſentatus fuit ad Dignitatem Eccleſiæ
Piſtorien.

Piſtorien. ſub conditione, quatenus Dignitas, ac
Parochialis non eſſent incompatibiles, data autem
incompatibilitate, præſentatus fuit cumulative *Bar-*
tholomæus de Serratis. Inde *Alpharolus* acceptata
in partibus præſentatione, fuit ab Ordinario inſti-
tutus ad Dignitatem; cum hoc tamen, quod di-
ctam Parochialem intra duos Menſes dimittere te-
neretur; quibus elapſis, & Parochiali non dimiſſa,
inſtituo deberetur *Bartholomæo de Serratis.* Du-
rante adhuc termino duorum Menſium, *Alpharo-*
lus propoſuit Parochialem reſignare favore *Inno-*
centii de Ippolitis, & reſignatio fuit per ſa. me.
Innocentium XII. admiſſa, facta expreſſione facti
mox enarrati, & additis his verbis -- *Dictus Bar-*
tholomæus de Alpharolis, qui infra terminum di-
ctarum duorum Menſium adhuc exiſtit, & in dicta
Sacriſtia &c. ad præſentationem de ſui perſona, ut
præfertur, intra legitima tempora facta, inſtitui,
& de illa, ſeu illis ordinaria auctoritate provideri
ſperat; aliunde commode vivere valens &c. ut ex
ſupplicatione *ſub Datum apud S. Mariam Majorem*
14. Kal. Julii Pontificatus ejuſdem ſan. mem. Inno-
centii XII. Anno Secundo.

Conſiderabatur enim, nihil obſtare admiſſioni
præfatæ ſupplicationis; non quidem hanc Regulam,
quia illa non procedit, quando primum incompa-
tibile eſt de Jurepatronatus, & debet auctoritate
114 ordinaria conferri. Nec quod inſtitutio ad Digni-
tatem jam eſſet facta; nam quoties, prout in caſu,
adepta non fuerat ejuſdem poſſeſſio, non vacabat
Parochialis; unde bene poterat *Alpharolus* admit-
ti ad reſignandum cum clauſula *provideri ſperans.*
Nec demum Decretum Epiſcopi, quod intra duos
Menſes teneretur dimittere Parochialem, quia E-
piſcopus per hujuſmodi Decretum, quod etiam
non appoſitum, provenit ex Legis diſpoſitione,
non poterat ligare *Alpharolum*, quin adiret Sum-
mum Pontificem, ac Curam, & Parochialem re-
ſignaret. Licet enim proviſus de aliquo Benefi-
115 cio cum Decreto dimittendi obtenta, debeat libere
dimittere, nec poſſit ea ad favorem renunciare:
tamen id ſolum procedit in proviſione, quæ fit a
Papa, propter ſpecialem clauſulam apponi ſolitam
in litteris Apoſtolicis, nempe -- *quod in manibus*
Summi Pontificis pro tempore exiſtentis tantum, li-
bere, cum ſpecifica mentione præſentis Decreti,
nec alias dimittere omnino teneatur, alioquin &c.--
Ex his igitur rationibus fuit admiſſa ſupplicatio.
Et quamvis quidam Officialis, in Datariæ mate-
riis bene verſatus, eſſet in ſenſu, quod admitti
deberet reſignatio ad favorem in forma ſolita, o-
miſſa tota illa narrativa facti, ac etiam clauſula *ſpe-*
rans provideri, uti ſuperflua, ex quo ſecundum
Beneficium incompatibile conferri debebat aucto-
ritate ordinaria; placuit tamen Summo Pontifici
ſincere factum enarrare, ad evitandas omnes con-
troverſias, quæ in Litterarum executione coram
Ordinario oriri potuiſſent, ob non expreſſas facti
circumſtantias, & qualitates.

Sed quid dicendum, ſi Protonotarius Apoſtoli-
cus, vel Subcollector Spoliorum, Canonicatum 116
obtinens, ſperans de Dignitate non reſervata, ne-
que affecta auctoritate ordinaria provideri, retici-
ta ſui qualitate, & ſic reſervatione Canonicatui in-
fixa, illum reſignet ad favorem Titii, & reſigna-
tio admittatur cum ſolita clauſula *etiamſi devolu-*
tum, affectum ſpecialiter, vel alias ex quavis Cau-
ſa in Litteris, etiam diſpoſitive exprimen. genera-
liter reſervatum &c. an reſignatio hujuſmodi ſub-
jaceat cenſuræ Regulæ?

Alias ſuper hac facti ſpecie conſultus, affirma-
tive reſpondendum cenſui; quia reſignatio facta fuit 117
intra tempora vacationis, & aſſequutionis alterius
Beneficii incompatibilis, eamque Papa admiſit,
quia exiſtimavit Canonicatum conferendum eſſe
auctoritate ordinaria, ſicuti eadem auctoritate con-
ferebatur Dignitas, de qua provideri ſperabat.
Quod ſi Papa ſciviſſet Canonicum fuiſſe Subcolle-
ctorem, aut Protonotarium, & ſic Canonicatum,
quem obtinebat, reſervationi obnoxium, aut nul-
latenus, aut ſaltem difficilius reſignationem admi-
ſiſſet in præjudicium ſuæ Reſervationis.

Nec obſtat, quod paſſim Papa admittat reſigna-
tiones Beneficiorum reſidentialium, etiamſi ſint 118
reſervata. Quia id procedit in terminis ſimplicis
reſignationis, ſecus vero in reſignatione, quæ fit
ab eo, qui provideri ſperat de alio Beneficio in-
compatibili. Et ratio differentiæ eſt, quia in primo 119
caſu nulla adeſt Regula prohibens reſignationes Be-
neficiorum reſidentialium reſervatorum, cum mo-
dernus ſtylus Datariæ ſolummodo locum habeat
in reſignatione Beneficiorum ſimplicium reſervato-
rum. In ſecundo vero caſu adeſt Regula III. quæ
prohibet hujuſmodi reſignationes in fraudem mox
futuræ Reſervationis, & diſpoſitionis ad liberum
Papæ beneplacitum. Ex quo etiam inſurgit altera 120
differentia, quod ſcilicet primo caſu parum, aut
nihil intereſt Datariæ admitti illam reſignationem,
cum incertum ſit, quando contingere debeat va-
catio, & an Reſignatarius, vel Reſignans ſit prius
moriturus. In ſecundo vero caſu vacatio eſt cer-
ta, & de brevi ſperatur; unde præjudicium, quod
Reſervationi irrogatur, eſt magis certum, & in-
dubium.

Prout etiam non relevat, quod Papa admittere
voluerit reſignationem Canonicatus, etiamſi *devo-* 121
lutum, affectum, vel reſervatum exiſteret &c. Quia
ex dicta clauſula generali non colligitur, Papam
certam habuiſſe notitiam, quod Canonicatus eſſet
reſervatus. Quinimo etiamſi fieret expreſſa narra- 122
tiva, quod Beneficium reſignandum non ſit affe-
ctum, neque reſervatum; adhuc in litteris reſigna-
tionis adjicitur clauſula generalis *etiamſi devolutum*
&c. Unde patet ex dicta clauſula non induci in
Pontifice certam ſcientiam, quod Canonicatus eſ-
ſet reſervatus, prout requiritur ad hoc ut ceſſet
diſpoſitio Regulæ III.

Cætera, quæ hanc quoque Regulam reſpi-
ciunt, tractabimus in Commentariis in Regulam
XXVI.

R E G U L A IV.

Reſervatio Dignitatum; necnon ſuorum, & S. R. E. Cardinalium familiarium Beneficiorum.

Item Reſervavit generaliter diſpoſitioni ſuæ omnes Dignitates majores poſt Pontificales in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, necnon valorem decem Florenorum auri communi æſtimatione excedentes principales in Collegiatis Eccleſiis. Reſervavit etiam Prioratus, Præpoſituras, Præpoſitatus, ac alias Dignitates Conventuales, & Præceptorias generales Ordinum quorumcumque (ſed non Militiarum) ac quæcumque Beneficia, quæ ſui, etiam, dum Cardinalatus fungebatur honore exiſtentes, ac Sanctæ R. E. viventium nunc, & qui erunt pro tempore Cardinalium familiares continui Commenſales obtinent, & impoſterum obtinebunt eorum familiaritate durante, ac in quibus, ſeu ad quæ jus eis competit, aut competierit, etiamſi ab ipſa familiaritate per obitum Cardinalium eorumdem, vel alias receſſerint. Declarans Dignitates, quæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis poſt Pontificales, non majores exiſtunt, quæ ex Apoſtolicæ Sedis indulgentia, vel Ordinaria auctoritate, aut conſuetudine præſcripta, vel alias quovis modo in quibuſcumque Collegiatis Eccleſiis principalem præeminentiam habere noſcuntur, ſub reſervatione prædicta comprehendi debere. Decernens irritum &c.

§. I.

De Reſervatione Dignitatum poſt Pontificales majorum in Cathedralibus.

ARGUMENTUM.

Per hanc Regulam, cujus Auctor fuit Joannes XXII. reſervantur primo Dignitates, quæ ſunt majores poſt Pontificales in Cathedralibus. Ratio hujus reſervationis; quid proprie ſit Dignitas; & quomodo probetur, quod ſit major poſt Pontificalem? Intrat reſervatio non obſtante contraria conſuetudine, & comprehendit Dignitates poſt Pontificales majores etiam in Cathedralibus Eccleſiis Germaniæ, & eas quæ fuerunt erectæ poſt editionem Regulæ; & quid ſi in Cathedrali unica tontum adſit Dignitas, vel duæ majores æque principales? Dignitas debet eſſe major actu; idque declaratur. Si in Cathedrali major non ſit, habeat tamen principalem præeminentiam in Collegiata actu diſtincta a Cathedrali, locus erit reſervationi. Et an primæ Dignitates ſubjaceant conſuetudini optandi?

SUMMARIUM.

1 *Reprobatur opinio eorum, qui exiſtimant Auctorem Regulæ fuiſſe Innocentium III. vel Paulum II.* & n. 4.
Et aſſignantur rationes. n. 2. & 4.
3 *Auctor Regulæ fuit Joannes XXII.*
5 *Regula reſervat Dignitates poſt Pontificales majores in Cathedralibus; & hæc eſt reſervatio ratione rei.*
6 *Ratio hujus reſervationis quæ proprie ſit?*
7 *Omnis juriſdictio eſt de Regalibus Principis.*
8 *Dignitas eſt adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum cum præeminentia in gradu; & ex quibus cauſis hæc præeminentia oriri ſolet.*
9 *Dignitas, quæ præter nudum nomen nullam habet adminiſtrationem, non dicitur proprie Dignitas.*
10 *Et hujuſmodi Dignitas ventoſa venit appellatione Beneficiorum ſimplicium.*
11 *Habens adminiſtrationem cum juriſdictione, dicitur habere Dignitatem.*
12 *Sed ad effectum reſervationis non eſt neceſſaria juriſdictio, ſed ſufficit præeminentia.*
13 *Habens juriſdictionem habet Dignitatem, ſed non omnis qui habet Dignitatem, habet juriſdictionem.*
14 *Regula eſt odioſa, & ſtricte intelligenda.*
15 *Non afficit niſi veram, & propriam Dignitatem in Collegio; unde Archipresbyteri Rurales non dicuntur habere Dignitatem.*
16 *Dignitas, quod ſit major poſt Pontificalem in Cathedrali, debet concludenter probari.*
17 *Et ad hunc effectum primo inſpiciendum, quid cautum ſit in fundatione.*

18 *Deſertur plurimum in hoc antiquis libris Eccleſiæ, maxime adminiculatus ex dictis Hiſtoricorum.*

19 *Item conſuetudini Eccleſiæ, aut ea deficiente, Provinciæ, in qua ſita eſt.*

20 *In Hiſpania, & Luſitania* Decanatus *dicitur major Dignitas in Cathedrali poſt Pontificalem.*

Et in Collegiatis Prioratus, *vel* Abatia. numer. 21.

22 *In Germania regulariter eſt* Præpoſitura; *Maxime ſi Præpoſitus ſedeat in Choro a parte dextera.*

23 *In Italia ut plurimum* Archidiaconatus, *qui etiam de jure eſt Dignitas major in Cathedrali.* & n. 24.

25 *Attenditur etiam ad hunc effectum communis exiſtimatio, & fama; nec non proprietas nominis.* & n. 26.

27 *Inſuper Proviſiones Apoſtolicæ effectum ſortitæ de aliqua Dignitate tanquam majori poſt Pontificalem.*

28 *Maxime ſi concurrat ultimus ſtatus.*

29 *Deficientibus his probationibus, Dignitas, quod ſit major, quibus ex circumſtantiis evincatur?*

30 *An* Primiceriatus, *ſeu potius* Cimiliarcatus *ſit Dignitas major in Cathedrali Eccleſia Neapolitana?*

31 *Dignitas, ut ſit Major, neceſſe non eſt, quod in omnibus prævaleat cæteris Eccleſiæ Dignitatibus, ſed ſufficit quod prævaleat in ſubſtantialibus.*

32 *Regula irritat, & infringit contrarias Conſuetudines, & poſſeſſiones.*

33 *Comprehendit Dignitates majores in Cathedralibus Germaniæ, etiam electivas.*

34 *Reprobatur* Kochier *contrarium exiſtimans.*

35 *Recenſentur exempla nonnullorum Capitulorum Germaniæ gaudentium Apoſtolico Indulto eligendi ad Dignitates Majores in Cathedralibus, & Principales in Collegiatis.*

36 *Legati Avenionenſes conferre poterant Dignitates majores in Cathedralibus; & an hodie id facere poſſint Vice-Legati?*

37 *Apoſtolicum Indultum præſentandi ad Dignitates Eccleſiarum in ſuo Ducatu & Marchionatu exiſtentium. conceſſum Duci* Albæ, & Cauri &c. *Marchioni, an comprehendat Decanatum majorem in Cathedrali* Caurien.

38 *Cardinales vigore eorum ordinarii Indulti conferre non poſſunt Dignitates in Cathedralibus majores, & Principales in Collegiatis.*

39 *De Indulto a ſan. mem. Benedicto XIII. elargito D. Cardinali* Pereyra *conferendi Decanatum Dignitatem majorem in ſua Cathedrali Pharaonen. Sed Dataria illud attendere noluit.* & n. 40.

41 *Regula locum ſibi vindicat, etiam ſi in Cathedrali non adſit niſi unica tantum Dignitas.*

42 *Dummodo tamen adſint alia Beneficia; nam Dignitas Monocularis Reſervationi Regulæ non ſubjacet.*

43 *Si Dignitas poſt Pontificalem major in Cathedrali ſit unita Capitulo, Regula habebit locum in ſecunda Dignitate.*

44 *Intellige, quando eſt unita acceſſorie, ſecus ſi æque principaliter.*

45 *Secunda Dignitas in Cathedrali non cadit ſub reſervatione Regulæ, quando Dignitas major eſt de jurepatronatus laicali.*

46 *Sed contrarium eſt verius.*

47 *Regula non reſervat niſi unam tantum Dignitatem in Cathedrali.*

48 *Si in Cathedrali adſunt duæ Dignitates majores coæquales, ambæ ſunt reſervatæ.*

49 *Æqualitas eſt concludenter probanda; cum etiam in Dignitatibus detur majus, & minus.*

50 *In praxi ſatis difficile eſt, quod in eadem Cathedrali dari poſſint duæ Dignitates coæquales, ambæ poſt Pontificalem majores.*

51 *Refertur reſolutio Sac. Congregationis Concilii ſuper ſimili Controverſia.*

52 *Unicus Doctor in eadem Cauſa repertus fuit qui aſſerit, dari poſſe in eadem Cathedrali duas Dignitates majores coæquales.*

53 *De alia ſimili Controverſia agitata in Rota.*

54 *Regula Quarta comprehendit Dignitates majores in Cathedralibus erectas, etiam poſt illius editionem.*

55 *Dignitas, ut ſit obnoxia reſervationi Regulæ, debet eſſe* actu Major *poſt Pontificalem in Cathedrali.*

56 *Et Dignitas minor erecta in Majorem ſub aliqua conditione, tempore illius vacationis nondum purificata, non cadit ſub Regula.*

57 *Si tamen ante proviſionem efficeretur actu major, eſſet reſervationi Regulæ obnoxia.*

58 *Dignitas actu major in Cathedrali cadit ſub Regula, quamvis legitima auctoritate ſit diſpoſitum, quod ſequuta illius vacatione, deſinat eſſe talis.*

59 *Dignitas, quæ eſt ſecunda, vel tertia in Cathedrali, comprehenditur ſub Regula, quando eſt etiam principalis in Collegiata.*

60 *Intellige, ſi Collegiata actu ſit diſtincta a Cathedrali, ſecus ſi adſit in Cathedrali Collegium, cui aliqua Dignitas minor ejuſdem Cathedralis principaliter præſit.*

61 *An ſtante Statuto, & Conſuetudine optandi, Dignitas major in Cathedrali, vel Principalis in Collegiata ſubjaceat optioni.*

62 *Sententia magis recepta eſt, quod primæ Dignitates ſint exemtæ ab optione, & obnoxiæ Regulæ 4. Et redditur ratio.*

63 *Limita, ſi adſit Indultum Apoſtolicum, quod ad Primam Dignitatem ſemper aſſumi debeat antiquior Canonicus abſque Ordinaria, vel Apoſtolica deputatione.*

64 *Maxime ſi id indultum fuerit, etiam ſi ultimus Primæ Dignitatis poſſeſſor eſſet familiaris alicujus Cardinalis.*

65 *Aut ſi concurrat obſervantia, quod numquam prima Dignitas fuerit a Sede Apoſtolica collata.*

AUctorem hujus Regulæ fuiſſe *Innocentium III.* qui ſedit in Cathedra D. Petri anno 1198. exiſtimat *Rot.* apud *Dunozzet. Jun. deciſ.* 664. *n.* 1. *verſ. Primo namque in fine*, quam refert *ead. Rot. dec.* 180. §. *Nec ad deſtruendum cor. Molines:* ſed abſque ullo prorſus fundamento; nam *Sotus* Gloſſator antiquus in Deciſione *Dunozzetti* citatus, in meo Libro hoc non dicit; & licet *Kochier* ad eumdem ſub *num.* 16. loquatur de tertia Regula *Innocentii:* tamen ibi eſt ſermo de ordine Regulæ, quæ eſt *tertia* inter illas *Innocentii VIII.* a *Soto* gloſſatas. Eo enim tempore, nempe anno 1198. uſus reſervationum generalium nondum invaluerat, (excepta vacatione apud Sedem, juxta unam opinionem) cum conveniant Auctores, quod originem ſum ſerint, quando Sedes Apoſtolica in Civitate Avenionenſi reperiebatur, ut diximus

us

in Commentar. in Proœm. Regularum. Et poſt hæc
ſcripta, merito ſupradictam opinionem rejecit
Rot. in Colonien. Præpoſituræ 17. *Januarii* 1729.
§. Oppoſitioni, & ſeqq. cor. Reverendiſſ. Calcagnino.

Melius itaque ad *Joannem XXII.* de an. 1316.
3 eam referunt *Gomes ad Regul. de Triennal. quæſt.*
28. *num.* 4. ubi ait, eſſe de antiquioribus reſervationibus
per eumdem Pontificem introductis, *Burſat. conſ.* 126. *num.* 95. *Rot. in Novarien. Canonicatus*
1. *Decembris* 1690. *§. Et quæ circa, cor.
Manuel. & dict. deciſ.* 180. *cor. Molines §. Nec ad*
4 *deſtruendum in fine*, ubi reprobatur *Card. de Luc.
diſc.* 177. *num.* 9. *de Benefic. in Supplem.* exiſtimans,
Auctorem dictæ Regulæ fuiſſe *Paulum II.*
qui ſedit anno 1464. Et merito, nam hæc Regula
impreſſa legitur inter illas editas in Concilio Conſtantienſi
a *Joanne XXIII. & Martino V.* qui longe
præceſſerunt *Paulum II.* qui proinde Auctor
Regulæ dici non poteſt. Præterea in Concordatis
Germaniæ publicatis anno 1447. præſervatur favore
Sedis Apoſtolicæ reſervatio Dignitatum poſt
Pontificales Majorum in Cathedralibus, & Principalium
in Collegiatis Eccleſiis; quæ ſane præſervatio
Reſervationis dictis Dignitatibus vigore hujus
Regulæ infixæ, aperte denotat illius exiſtentiam,
& uſum eodem anno 1447. & ſic ante Pontificatum
Pauli II.

Plures continet hæc Regula 4. Reſervationes.
Primo enim reſervantur in ea Dignitates, quæ ſunt
5 majores in Cathedralibus poſt Pontificales; & hæc
eſt reſervatio ratione rei, ut ait *Rot. cor. Coccin. deciſ.*
1524 *n.* 1. *& deciſ.* 476. *n.* 3. *part.* 18. *Recent.
Roſ. de Executor. cap.* 6. *in Addit. n.* 169. *Tondut.
Quæſt. Benef. part.* 3. *cap.* 152. *num.* 18. fuit-
6 que inducta, non quia Pontifici reſervari debet facultas
conferendi Dignitates, ut cenſuit *Mandoſ.
ad hanc Regul. n.* 1. quem refert *Rot. in dicta Colonien.
Præpoſituræ* 17. *Januarii* 1729. *§. Et in
ſpecie, cor. Reverendiſſ. Calcagnino:* Hæc enim ratio
magis convenit Epiſcopatibus, quam his ſubalternis
Dignitatibus; ſed quia poteſtas juriſdictionis,
vel adminiſtrationis Dignitatibus conjuncta,
non movetur in Epiſcopo, ſed in Capitulo, a quo
in Dignitates refluit; proindeque nonniſi per electionem
Capituli provideri deberent; ſublata autem
hac poteſtate Capitulo, earum libera proviſio
reſervanda erat Papæ propter cohærentiam juriſdictionis,
quæ cum neque in Epiſcopo, neque
in alio inferiori moveretur, præterquam in Capitulo,
a ſolo Papa poterat in hoc caſu mandari,
7 cum omnis juriſdictio ſit de Regalibus Principis,
ut bene explicat *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.*
33. *n.* 7. *Corrad. in Prax. Beneficiar. lib.* 2. *cap.* 13.
n. 1.

Eſt autem Dignitas adminiſtratio perpetua re-
8 rum Eccleſiaſticarum cum præeminentia in gradu;
hæcque præeminentia in gradu ex quatuor potiſſimum
cauſis oriri poteſt, nempe ex Juriſdictione,
Inſtitutione, Conſuetudine, & ex Denominatione,
ut late definitionem, & ſupradictas quatuor
Cauſas explicat *Fagnan. in Cap. Ad hæc num.* 31.
de Præben. Diciturque adminiſtratio, ad exclu-
9 dendam eam Dignitatem ventoſam, quæ præter
nudum nomen, nil aliud habet in Eccleſia; hæc
enim abuſive dicitur Dignitas, & ejus effectus alius
non eſt, quam ut invidiam generet in fratribus,
ut ait *Bald. in Cap. Cum olim, de Conſuetud. Fagnan.
in dict. Cap. Ad hæc n.* 22. *de Præben. Lotter. de
re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 48. *Van Eſpen. in
Jus Eccleſ. univerſ. par.* 2. *tit.* 18. *cap.* 2. *num.* 11.
Magis enim ſubſtantia, quam ampulloſa nomina
debent attendi, *Abb. in Cap. De multa ſub num* 21.
& 22. de Præbend. Hoſtien. ibidem n. 11. *Fagnan.
in dict. Cap. Ad hæc n.* 47. *Lotter. dict. quæſt.* 16.
n. 55. *& lib.* 2. *quæſt.* 33. *n.* 38. *Cyriac. contr.* 202.
n. 35. *Pacian. de Probat. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 12.
Barboſ. de Canon. cap. 4. *num.* 13. *Rot. deciſ.* 852.
in fine. cor. Burat. ubi, quod Archidiaconatus nullam
habentes adminiſtrationem, Curam, vel reſidentiam,
veniunt ſub nomine Beneficiorum ſim- 10
plicium, licet appellentur Dignitates, & in *Nullius,
ſeu Urgellen. Præpoſituræ* 8. *Junii* 1685. *§.
His omnibus, cor. Paulutio.*

Sufficit autem ſola adminiſtratio, nec eſt neceſſaria
juriſdictio; Licet enim Dignitas probetur eſſe
talis, ubi eam obtinens habeat adminiſtrationem 11
rerum Eccleſiæ cum Juriſdictione, ex relatis per
Barboſ. de Canon. cap. 5. *n.* 12. *Kockier. ad Regul.*
2. *num.* 20. *Azor. Inſtit. Moral. part.* 1. *lib.* 3. *cap.*
13. *quæſt.* 2. *&* 5. *Leuren. in for. Beneficial. tom.* 2.
quæſt. 546. *num.* 9. *Monet. de Conſervator. cap.* 5.
num. 84. *Lotter. lib.* 1. *quæſt.* 36. *a num.* 47. *Rot.
dec.* 30. *num.* 4. *part.* 19. *Recent.* Tamen quidquid
ſit ad alium effectum, certe ad hunc Reſervationis
non eſt neceſſaria Juriſdictio, ſed ſufficit 12
adminiſtratio aliqua, cui cohæreat ſimplex præeminentia;
hæc enim præeminentia ita cohærens,
vere, & proprie dicitur Dignitas, *Hoſtien. in Sum.
de Præben. ſub n.* 2. *verſ. Quid ſit Dignitas, & in
cap.* 14. *de Reſcript. in* 6. *Ab. in dicto Cap. De multa
ſub num.* 23. ibique etiam *Innocen. n.* 7. *de Præben.
Oldrad. conſ.* 150. *ſub n.* 3. *verſ. Dignitas eſt
quædam præeminentia, Barboſ. dicto cap.* 5. *n.* 13.
Van Eſpen. dict. part. 2. *titul.* 18. *cap.* 2. *n.* 10. *&*
11. *Piton. diſcept.* 99. *num.* 73. *Ceccoper. lucubrat.
Canon. lib.* 1. *n.* 139. *Pignatell. conſult.* 130. *n.* 5.
cum aliis penes *Rot. in Craccovien. Canonicat.* 15. *Januarii*
1725. *§. Neque ad eſſentiam, coram Reverendiſſimo
Calcagnino.* Et in terminis Regulæ,
Lotter. lib. 2. *quæſt.* 33. *n.* 23. *cum ſeqq.* ubi etiam
obſervat, quod licet habens Juriſdictionem habeat
Dignitatem, non tamen omnis habens Digni- 13
tatem, habet Juriſdictionem, quippe quia eſſe poteſt
vera Dignitas abſque Juriſdictione, ut etiam
tenent *Zabarell. conſ.* 30. *n.* 7. *Aretin. conſ.* 23. *n.*
2. *Selva de Benefic. par.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 59. *&* 60.
Boer. deciſ. 306. *n.* 13. *Hojed. de Incompatib. part.*
1. *cap.* 7. *n.* 4. *Azor. Inſtit. Moral. part.* 2. *lib.* 3.
cap. 13. *quæſt.* 2. *in fin. & quæſt.* 5. *etiam in fin. Maſcard.
de Probat. concluſ.* 515. *n.* 26. *Pignatell. tom.*
4. *conſult.* 30. *n.* 5. *verſ. Has prærogativas etiam
ſine juriſdictione, Ventrigl. in Prax. tom.* 2. *annot.*
2. *§.* 2. *num.* 25.

Cumque Regula ſit odioſa, & ſtricte intelli-
genda, requirit proinde veram, & propriam eſſen- 14
tiam Dignitatis in Collegio exiſtentis, & unum 15
corpus cum eo conſtituentis. *Cap. Statutum de Elect.
in* 6. *Cap. Dilecto. ubi Gloſſ. verb. Nec ſint unum
Corpus, de Exceſſ. Prælat. Fagnan. in Cap.
Cum ſit ars, n.* 27. *de Ætat. & qualit.* quam propriam,
& qualificatam Dignitatem non habent
Archipresbyteri Rurales, ſine juriſdictione, &
Collegio exiſtentes, late *Rot. deciſ.* 195. *n.* 17. *&
dec.* 297. *n.* 5. *part.* 17. *Recent.*

Non tamen Regula omnes reſervat Dignitates,
ſed illam ſolum, quæ in Cathedrali ſit major poſt
Pontificalem, vel Principalis in Collegiata; & 16
ideo non ſufficit probare Dignitatem, ſed probandum
eſt, quod ſit major, aut principalis, & quidem
per probationes plenas, & concludentes,
Adden. ad Gregor. deciſ. 411. *num.* 5. *in fin. Rot.
dec.* 99. *n.* 4. *&* 5. *par.* 10. *& dec.* 331. *n.* 2. *part.*
12. *Recent.*

Ad

Ad dignoſcendum autem qualis ſit Dignitas ma-
jnr, ſeu principalis, inſpiciendum eſt, quid fuerit
17 ab initio conſtitutum; nam ſi de hoc conſtet, non
eſt recedendum ab eo, quod fuit in primæva crea-
tione diſpoſitum, *Abas in Cap. De multa ſub n.
22. de Prabend. Van Eſpen. dict. part. 2. tit. 18.
cap. 2. n. 14. Caſſan. in Catalog. Glor. Mund. punct.
4. conſiderat. 41. Leuren. in for. Benefic. tom. 2.
quæſt. 546. num. 8. Ventrigl. in Prax. tom. 2. an-
not. 2. §. 2. n. 26. Lotter. lib. 2. quæſt. 33. n. 31.*
18 *& ſeq.* ubi ad hunc effectum ſtandum eſſe libris
antiquis Eccleſiæ, maxime adminiculatis ex Hi-
ſtoricis, & Chronicis, *Rota deciſ. 546. num. 3.
part. 18. Recent. & in Monaſterien. Decanatus 17.
Junii 1718. §. Et quidem, coram bonæ memoriæ
Foſcaro.*

Secundo inſpicienda Conſuetudo Eccleſiæ, aut
19 ea deficiente, Provinciæ, in qua ſita eſt, *Barboſ.
de Epiſcop. part. 3. allegat. 57. num. 8. Lotter. dict.
quæſt. 33. num. 36. Pinſon. de Benefic. cap. 4. §. 20.
num. 7. Ventrigl. in Prax. loco cit. Van Eſpen. dict.
cap. 2. num. 14. Pariſ. de Reſignat. lib. 2. quæſt. 1.
numer. 82. & 83. Caſtropal. Oper. moral. tom. 2.
tract. 13. diſput. 2. punct. 19. n. 2. Adden. ad Greg.
deciſ. 311. numer. 5. Rot. deciſ. 334. numer. 20.
punct. 12.*

Sic in Luſitania, & fere tota Hiſpania *Decanus*
20 in Eccleſia Cathedrali, poſt Epiſcopum majorem
dignitatem obtinet. In Collegiatis vero, qui præ-
21 eſt toti Canonicorum Collegio, & quandoque
Prior, quandoque *Abas* vocatur; *Pirhing. in Jus
Canon. tit. de Præben. n. 349. Pariſ. de Reſignat.
lib. 2. quæſt. 1. n. 83. Barboſ. & Caſtropal. ubi ſu-
pra, Azor. Inſtitut. moral. part. 1. lib. 3. cap. 34.
quæſt. 10. Leuren. in for. Beneficial. tom. 2. quæſt.
546. n. 8.* De Conſuetudine vero totius Germaniæ,
22 in omnibus fere Eccleſiis *Præpoſitura* eſt prima
Dignitas, *Leuren. ubi ſupra, Kochier. ad Regul.
3. n. 20. Layman. Theolog. moral. lib. 4. tract. 2.
cap. 10. num. 1. Adden. ad Burat. deciſ. 809. num.
21. Rota deciſ. 572. n. 5. coram Cerro*, cum aliis *in
deciſ. 540. n. 8. part. 18. tom. 2. Recent. & in Co-
lonien. Canonicat. 16. Junii 1687. §. Qua funda-
menta, cor. Hervaul.* Maxime ſi Præpoſitus ſedeat
in Choro in parte dextera, a Cornu nempe E-
vangelii, ut contra Decanum ſedentem ad ſini-
ſtram, firmavit *Rota in Leodien. ſeu Aquiſgranen.
Decanatus coram clar. mem. Card. Caprara deciſ.
593. n. 17.* ubi quod nec actus juriſdictionales ex-
erciti a Decano nomine Capituli, præſeferunt qua-
litatem Dignitatis majoris, ſeu principalis. In Ita-
lia vero ut plurimum *Archidiaconus* Dignitatem
23 obtinet poſt Pontificalem Majorem in Cathedrali,
ut teſtatur *Cardinal. de Luc. de Canonic. diſc. 30.
num. 9.* Quemadmodum *Archidiaconatus* de jure
24 communi eſt major Dignitas in Cathedrali poſt
Pontificalem; *Cap. 1. & Cap. Ad hæc, de Offic.
Archidiacon. Gloſſ. in Cap. Deliberatione, de Offic.
Legat. in 6. Germon. de Indult. Card. pag. mihi 450.
n. 18. Fagnan. in Cap. Ad hæc num. 30. de Offic.
Archidiac. Adden. ad Gregor. deciſ. 411. num. 5.
Rot. deciſ. 192. n. 3. cor. Merlino, & in Cæſarau-
guſtana Beneficii 27. Junii 1685. in fine, cor. clar.
mem. Card. Caccia, & in Cracovien. Canonicatus
15. Januarii 1725. §. Nihil relevante, cor. Re-
verendiſſ. Calcagnino.*

Tertio, majoritatem Dignitatis operatur tum
25 communis exiſtimatio, & fama, ut in terminis
Regulæ *Rot. deciſ. 572. n. 4. cor. Cerro, & deciſ.*
26 *411. ibique Adden. n. 1. cor. Gregorio.* Tum pro-
prietas nominis, quo reperitur Dignitas inſignita,
ut ſi in aliqua Eccleſia quis appelletur primus Dia-
conus, vel Archidiaconus, *Lotter. de re Benefi-
ciar. dict. quæſt. 33. n. 37. & ſeqq.*

Quarto id ipſum evincunt Proviſiones Apoſto-
licæ de aliqua Dignitate tanquam majori poſt Pon-
tificalem, quæ tamen effectum ſortitæ fuerint, 27
*Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib. 9. cap. 3. ſub n. 15.
verſ. Probaretur Dignitas, Barboſ. de Jur. Eccleſ.
univ. lib. 1. cap. 21. n. 19. Panimoll. deciſ. 1. an-
not. 6. n. 16. Rota deciſ. 465. n. 2. part. 4. Recent.
& deciſ. 463. n. 6. cor. Burrat. & deciſ. 312. n. 8.
cor. Bichio, & deciſ. 275. n. 4. cor. Emerix, &
in Romana Præpoſituræ 4. Aprilis 1729. §. Subinde
cor. R. P. D. Aldrovando.* Eoque fortius, ſi con-
currat ultimus ſtatus, qui valde prodeſt ad oſten- 28
dendum, an Dignitas ſit talis, quæ cadat ſub diſ-
poſitione Regulæ 4. *Rot. deciſ. 465. num. 1. deciſ.
633. num. 4. part. 4. deciſ. 143. num. 2. & 10. part.
7. deciſ. 331. n. 7. part. 12. deciſ. 596. n. 8. part.
18. recent.*

Quinto, his omnibus deficientibus, attendun-
tur circumſtantiæ, quæ magis conſpicuam reddunt
ipſam Dignitatem in concurſu alterius; & iſtæ 29
circumſtantiæ deſumuntur, vel ex modo aſſiſtendi
Divinis, vel ex majoritate adminiſtrationis. Et
quidem ſi aſſiſtat Divinis cum majori ornatu Ve-
ſtium: ex qualitate enim ornamentorum deſumi-
tur majoritas Dignitatis ad *Text. in Cap. Ut Apo-
ſtolicæ, de Privileg. in 6. Rota cor. Herrer. deciſ.
154. num. 11. & ſeqq.* Item conſideratur locus,
in quo ſedet; nam Sedes nobilior aſſignatur ei,
qui majorem obtinet Dignitatem. Ut etiam ex
præſtantia muneris, quod ibidem exercet, & ex
honore, qui ſibi exhibetur, ſive conſiſtat in obſe-
quiis, ſive in majori emolumento, ſive in aliis;
ut has omnes circumſtantias perpendunt *Caſſan. in
Catalog. glor. Mund. part. 7. conſid. 24. Van Eſpen.
in Jus Eccleſ. univerſ. part. 2. tit. 18. cap. 2. n.
15. Leuren. in for. Beneficial. quæſt. 546. num. 8.
Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 33. num. 46. &
ſeqq. Barboſ. allegat. 57. num. 97. Rot. deciſ. 99.
n. 12. part. 10. Recent. Adden. ad Gregor. deciſ.
411. n. 5.*

Deſumitur quoque majoritas Dignitatis, ut di-
ximus, ex majoritate adminiſtrationis, ut ſi habeat
juriſdictionem, conſervet Sigillum, aliquam vir-
gam præ manibus geſtet, ſeu aliquod aliud munus
actu exerceat, *Leuren. d. quæſt. 546. n. 8. in fine,
Fagnan. in Cap. Ad hæc, de Præb. num. 34. Rot. in
Monaſterien. Decanatus 17. Junii 1718. §. Et qui-
dem cor. bon. mem. Foſcaro, Lotter. dict. Quæſt. 33.
n. 53. & ſeqq.* ubi licet ex his ſuſtinuerit, in Ca-
thedrali Neapolitana *Cimiliarcatum* eſſe primam 30
Dignitatem poſt Pontificalem, Rota tamen ab e-
jus opinione recedendo, firmavit *Primicerium* ibi-
dem majorem obtinere Dignitatem, *ut in deciſ.
312. cor. Bichio*, repetit. *in Recent. deciſ. 99. part.
10.* Placet hic tamen obiter advertere, quod in-
ſtaurata anno 1719. in Tribunali Sac. Rotæ con-
troverſia, an in præfata Cathedrali Neapolitana
Primiceriatus ſit Dignitas major poſt Pontifica-
lem, non ſolum *negative* reſponſum fuit, verum
Rota cenſuit, in dicta Eccleſia nullam adeſſe Di-
gnitatem, *ut in deciſ. 536. coram Reverendiſſ.
Criſpo*; & licet ſub die 17. *Julii* 1720. omiſſa diſ-
putatione an Primiceriatus ſit prima, vel ſecun-
da Dignitas, firmaverit eſſe Dignitatem in gene-
re, recedendo in hac parte a Deciſis, *ut in de-
ciſ. 606. coram eodem Reverendiſſ. Criſpo*; nihilo-
minus utriuſque Deciſionis fundamentis maturiori
examini ſubjectis *cor. bo. me. Lancetta, die 11. De-
cembris* 1722. redit Rota ad primo loco deciſa,
iterum exiſtimando, nullam in Cathedrali Neapoli-
tana

tana adeſſe Dignitatem, ut ex *deciſ.* 1354. *cor. Eodem.*

Demum ad hunc effectum advertendum eſt,
quod ad ſuſtinendam majoritatem Dignitatis, non
31 eſt neceſſarium, quod ex. gr. Præpoſitus in omni-
bus prævaleat Archidiacono, ſed ſufficit, quod
prævaleat in ſubſtantialibus; & ideo etiamſi
Archidiaconus gauderet aliquibus prærogativis mi-
noribus, non eſſet ex hoc dicendus major Præ-
poſito, *Rot. deciſ.* 331. *n.* 23. *part.* 12. *Recent. &
deciſ.* 312. *n.* 29. *cor. Bichia.*

Ubi igitur conſtiterit, quæ ſit Dignitas major
poſt Pontificalem in Cathedrali, ea eſt reſervata
32 vigore hujus Regulæ 4. non obſtante contraria con-
ſuetudine, ſeu poſſeſſione, nam illa redditur in-
fecta ex Decreto irritanti, quo eadem Regula
munita reperitur, *Card. de Luc. de Benefic. diſc.*
12. *num.* 14. *&* 15. *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancel-
lar. Gloſſ.* 67. *n.* 1. *& ſeqq. Rubeus Singular. Rot.
part.* 4. *de Brev. Apoſt. Obſervat.* 1. §. 4. *& Ob-
ſervat.* 20. §. 5. *Latter. de re Benefic. lib.* 2. *Quæſt.*
20. *num.* 196. *Rota deciſ.* 234. *n.* 2. *&* 29. *part.* 16.
& deciſ. 540. *num.* 11. *& ſeqq. part.* 18. *tom.* 2.
Recent.

Afficit hæc Regula etiam Dignitates Majores
poſt Pontificales in Cathedralibus Germaniæ, nam
33 Concordata non ſolum non capiunt hanc Regulæ
Reſervationem, ſed eam aperte excipiunt in illis
verbis -- *Majoribus Dignitatibus poſt Pontificales,
& Principalibus in Collegiatis Eccleſiis exceptis,*
& communiter firmant *Card. de Luc. de Benefic.
diſc.* 13. *num.* 3. *Nicolarts ad Concord. German.
tit.* 1. §. 9. *pag. mihi* 15. *Piton. diſcept.* 111. *num.*
1. *& ſeqq. Mareſcott. Var. reſolut. cap.* 94. *num.*
65. *& ſeqq.* ubi etiam ſi prima Dignitas ſit Ele-
ctiva, *Rot. deciſ.* 580. *num.* 2. *part.* 2. *deciſ.* 540.
num. 9. *&* 10. *part.* 18. *Recent. & deciſ.* 572. *nu-
mer.* 7. *cor. Cerro, & in Tridentina Archipresby-
teratus* 3. *Decembris* 1723. §. *Hinc tranſeundo,
coram bon. memor. Gamaches, & in Calonien. Præ-
poſituræ* 17. *Januarii* 1729. §. *Certatur, cor. Re-
verendiſſ. Calcagnino.* Quidquid in contrarium,
34 non bene Concordata interpretando, dixerit *Ka-
chier ad Regul.* 3. *Cancellar. ſub n.* 16. *& ad Re-
gul.* 8. *Gloſſ.* 11. *num.* 3. quod exceptio ſupradicta-
rum Dignitatum facta ſit in Concordatis ad favo-
rem inferiorum Collatorum, qui proinde jure or-
dinario de illis diſponere poſſunt. Talis enim aſ-
ſertio nedum erronea evincitur ex inveterata ob-
ſervantia, & ſtylo inconcuſſe ſervato a die Con-
cordatorum uſque ad præſens, demonſtrantibus
Dignitates præfatas ſemper proviſas fuiſſe per Se-
dem Apoſtolicam; verum & ex verbis ipſis Con-
cordatorum, quæ late reprobando *Kochier*, expen-
dit *Piton. diſceptat.* 111. *n.* 6. *& ſeqq. Leuren. in
For. Beneficial. tom.* 2. *Quæſt.* 546. *n.* 7.

Gaudent tamen nonnulla Capitula Germaniæ
35 Apoſtolico Indulto eligendi Præpoſitos, qui ini-
bi, ut diximus, regulariter obtinent Dignitatem
majorem poſt Pontificalem, vel Principalem in
Collegiatis. Sic enim Capitulum Cathedralis *Hil-
demenſis*, ex Indulto Clementis VIII. facultate
potitur eligendi Præpoſitum, teſte *Card. de Luc.
de Benefic. diſc.* 13. *in princip. Piton. diſcept.* 25.
num. 4. Sic Præpoſituram Eccleſiæ *Salisburgen.*
ſemper eſſe ad electionem Capituli ex Indulto Pii
II. aiunt *Hermes Faſcic. Jur. cap.* 29. *a pag.* 337.
& ſeq. Pirbing. ad Jus Canon. lib. 3. *de Præb. n.*
362. §. *Notandum ſecundo*, ubi etiam de Indul-
to, quo gaudet Capitulum Cathedralis *Auguſta-
næ* eligendi Præpoſitum, *Rot. in Salisburgen. Præ-
poſitura* 7. *Junii* 1621. *coram Veroſpio* impreſſ. poſt
diſcept. 10 *Caponi.* Eodemque modo Præpoſitu-
ras, ſeu Dignitates Principales Eccleſiarum Civi-
tatis, & Diœceſis *Leodien.* ex Indulto Sixti V.
eſſe electivas, & provideri a Sede Apoſtolica ad
Capitulorum electionem, teſtantur *Nicolarts ubi
ſupra, Kochier ad hanc Regul. n.* 16. *Amayd. de
Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 15. §. 6. *n.* 24. *& ſeqq.* Et
ita ſervatum fuit in Præpoſitura Collegiatæ S. Pau-
li Leodien. pro *Comite de Berlo Epiſcopo Namur-
cen.* ſub *datum Quarta Kalendas Decembris* 1709.
quamvis ageretur de Præpoſitura Dignitate Prin-
cipali, quæ vacaverat in Menſe Julii. Prout e-
tiam reſpectu Præpoſituræ Eccleſiæ Cathedralis
Baſileen. quæ ibi Dignitas poſt Pontificalem ma-
jor exiſtit, ſervatum fuit eodem anno 1709. de illa
namque proviſus fuit *Hartmannus Antonius Bla-
zerde Waſtenſe* a Capitulo, & Canonicis electus
vigore Apoſtolici Indulti, ut ex Litteris Apoſto-
licis expeditis *Idibus Martii* 1709. *Pontificatus
ſan. mem. Clementis XI. anno Decimo.*

Sic etiam Legati Avenionenſis facultate potie-
bantur conferendi Dignitates poſt Pontificales ma- 36
jores in Cathedralibus, prout illam Juliano Car-
dinali de *Ruvere* conceſſit Sixtus IV. anno 1475.
& ſucceſſive obtinuerunt omnes alii Legati. Quam
facultatem transfuſam quoque fuiſſe in Vice-Le-
gatos, præſertim ab ipſo Summo Pontifice imme-
diate deputatos, probat *Tondut. Quæſt. Benefic.
part.* 3. *reſolut.* 152. *n.* 2. *& ſeqq.*

Diſputatum quoque fuit tempore *Gregorii XIII.*
an Indultum a ſan. mem. Pio IV. Duci *Alvæ*, *&* 37
Cauriæ Marchioni, ejuſque Succeſſoribus conceſ-
ſum die 15. Julii 1565. præſentandi *ad Canonica-
tus, ac Præbendas, & Dignitates, integras, &
dimidias Portiones &c. & alia quæcumque Beneficia
Eccleſiaſtica quomodolibet, & qualitercumque no-
minata, & qualificata in Ducatu, & Marchiona-
tu præfata exiſtentia &c.* An, inquam, hujuſmo-
di Indultum ſucceſſive confirmatum a S. Pio V.
comprehenderet Decanatum Dignitatem poſt Pon-
tificalem majorem in Cathedrali Eccleſia *Caurien.*
de qua uti reſervata vigore Regulæ IV. jam idem
Gregorius XIII. libere diſpoſuerat. Prætende-
bat Dux *Alvæ*, Indultum Pii IV. & S. Pii V. e-
tiam ad Decanatum præfatum extendi ea forte ra-
tione, quod licet in mandato, & impetratione ad
Dignitates non veniat Dignitas major poſt Pon-
tificalem, *Kochier. de Primar. Precib. ſect.* 2. *lit.
M. pag. mihi* 4. *Germon. de Indult. Cardinal. pag.
mihi* 449. *num.* 10. *& ſeqq. & pag.* 510. *num.* 50.
Gonzalez ad Regul. 8. *Gloſſ.* 9. §. 1. *num.* 29. *Rot.
deciſ.* 275. *n.* 7. *&* 8. *cor. Emerix.* Attamen cum
Indultum loquatur de Dignitatibus, & aliis qui-
buſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis *quomodolibet,
& qualitercumque nominatis, & qualificatis*, ver-
ba hæc apta videbantur, quaſcumque Dignitates
majores, & minores comprehendere, *Gonzalez
dict. gloſſ.* 9. *num.* 31. Maxime quia in Indulto
alia exceptio non legebatur, quam Beneficiorum
vacantium ex Reſignatione in manibus Romani
Pontificis, & vacationis *apud Sedem*; unde cæte-
ræ aliæ reſervationes aptæ non erant præpedire
Ducis præſentationem, ad *Text. in leg. Quæſitum
§. Denique, ff. de Fundo inſtruct. Gloſſ. in Rubr. de
Regul. Jur. in* 6.

Verum ad tollendam quamcumque diſputationis
materiam, laudatus Pontifex Gregorius XIII. ei-
dem Duci, & Succeſſoribus indulſit, ut firma re-
manente Decanatus collatione ab ipſo jam expleta,
deinceps *quandocumque occurrerit extra Romanam
Curiam vacatio dicti Decanatus*, Dux, & Succeſ-
ſores *Perſonam idoneam ad eum præſentare libere*,
&

& licite valerent, & Perſona ſic præſentata in Decanatu præfatæ Eccleſiæ, ad hujuſmodi præſentationem licite inſtitui poſſet, perinde ac ſi in Prædeceſſorum Litteris de dicto Decanatu ſpecialis, & expreſſa mentio, & conceſſio facta fuiſſet, ut ex Litteris Apoſtolicis *apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ* 1577. *Kalendis Martii anno VI.*

An autem hujuſmodi Indulta eligendi, aut præſentandi ad Dignitates poſt Pontificalem majores in Cathedralibus, vel ad Principales in Collegiatis, adhuc hodie ſubſiſtant, vel ſint revocata per Regulam XV. Cancellariæ, examinabimus infra in Commentariis in dictam Regulam.

Quod attinet ad Cardinales, licet, ut notorium eſt, gaudeant ipſi Indulto conferendi Beneficia, & Dignitates Sedi Apoſtolicæ reſervatas; exci-
38 piuntur tamen in Indulto *Dignitates in Cathedralibus poſt Pontificales majores, aut Collegiatis Eccleſiis principales*, quam exceptionem vidi etiam in ampliſſimo Indulto a ſan. mem. Urbano VIII. Cardinali Franciſco *Barberino* ejus Nepoti conceſſo. Nec de facili Pontifices hanc ſpecialem Gratiam conferendi hujuſmodi Dignitates Cardinalibus in-
39 dulgent. Adeſt tamen exemplum Eminentiſſimi D. Cardinalis *Pereyra* Epiſcopi Pharaonen. qui cum ſan. mem. Benedicto XIII. ſupplicaſſet, *ut illi liberam ad conferenda quæcumque Beneficia, & Dignitates, etiam primas poſt Epiſcopalem, in qualibet Diœceſi, ubi Præſul exiſtat, facultatem concedere dignetur, attentis non parvis S. Sedi Apoſtolicis famulatibus, & obſequiis ab eo factis &c.* obtinuit per organum Eminentiſſimi D. Card. Lercari Secretarii Status ſupplici Libello reſcribi - *Ex audientia Sanctiſſimi die prima Aprilis* 1728. - Sanctiſſimus Annuit -- *N. M. Cardinalis Lercari.* Sed cum vigore præfati Reſcripti idem Eminentiſſ. Cardinalis *Pereyra* contuliſſet Decanatum Cathedralis *Pharaonen.* Dignitatem inibi poſt Pontificalem majorem *Joſepho Pereyra de Lacerda* ejus ex Sorore Nepoti, & Dataria Decanatum præfatum al-
40 teri deſtinaſſet; re tandem compoſita, placuit Sanctiſſimo D. N. Clementi XII. de eo ex integro providere præfatum *Joſephum*, nulla in Litteris Apoſtolicis facta mentione Proviſionis laudati Cardinalis, ut ex eiſdem Litteris expeditis *anno* 1732. *tertio Idus Maii Pontificatus anno Secundo.*

Sed redeundo ad Regulæ explanationem, vindicat ea ſibi quoque locum in Cathedralibus, &
41 Collegiatis, in quibus adeſt una tantum Dignitas; hæc enim etſi unica, ſemper eſt major, vel principalis, quia talis reputatur reſpectu aliorum Beneficiorum de Cathedrali, vel Collegiata; & ſufficit, quod in eis nemo adſit, qui ratione ſuæ Præbendæ præcedat, vel ſuperiorem locum obtineat, aut ſedeat ſupra Poſſidentem illam unicam Dignitatem, *Leuren. in For. Benefic. tom. 2. quæſt. 546. num. 2. & 3. Mandoſ. ad hanc Regul. quæſt. 5. Simonet. de Reſervat. quæſt. 85. Barboſ. allegat. 57. num. 502. Caſtropal. Oper. moral. tom. 2. tract. 13. diſput. 2. punct. 19. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. numer. 267. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 9. §. 4. numer. 18. Lotter. lib. 2. quæſt. 33. num. 30. Nicolaris ad Concord. German. tit. 2. dub. 2 §. 4. De Magiſtris in Sylv. Eccleſ. tom. 1. pag. 561. nu. 56. Clericat. de Benefic. diſcord. 77. nu. 4. Eminentiſſ. Petra ad Conſtitut. Apoſtol. tom. 5. pag. 39. numer. 54. Ventrigl. in Prax. tom. 2. annot. 2. §. 2. nu. 30. Rot. in Turritan. Archipresbyteratus* apud *Garc.* ubi ſupra, *& dec. 165. num. 9. part. 18. Recent.* ubi de unica Dignitate in Collegiata.

Quod tamen intelligendum, quando in Eccle-
ſia adſunt alia Beneficia: nam ſi unica tantum exi- 42
ſtat Dignitas ſine aliis Beneficiis, itaut tota Ordinarii facultas in conferendo reſtringatur, & alligetur dictæ unicæ Dignitati, hæc tamquam *Monocularis*, non comprehenditur ſub Regula; ut inter utrumque caſum diſtinguendo, explicat *Corrad. in Prax. Beneficiar. lib. 2. cap. 13. numer. 24. & ſequen.* ubi reddit rationem, *Clericat. de Benefic. diſcord. 78. numer. 4. Rot. deciſ. 219. numer. 5. cor. Durano.*

Sed ſi prima Dignitas eſſet unita Capitulo, tunc
quia in illa non caderet vacatio, ac proinde nec di- 43
ci poſſet Reſervationi obnoxia, ad *Text. in Cap. Cum ad Monaſterium §. Talis, de Stat. Monach. Clement. Unic. §. Præmiſſa, de ſupplen. neglig. Prælat. Leuren. in For. Benefic. tom. 2. quæſt. 546. num. 4. Rot. dec. 545. n. 8. cor. Molin. & in Ugellen. Canonicatus 4. Maii 1703. §. Injuſtificabilitas, cor. Kaunitz:* Regula habebit locum in ſecunda Dignitate, ut firmavit *Rota* penes *Garc. dict. cap. 1. num. 269. Barboſ. allegat. 57. num. 102. Leuren. ubi ſupra, Caſtropal. dict. punct. 19. num. 5. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 2. cap. 13. num.* 25. ubi tamen id intelligit in unione acceſſoria, ſe- 44
cus in æque principali, in quibus terminis proceſſit etiam *Rot. in Feltren. Decanatus 9. Martii 1580. cor. Lancelloto.*

Quid autem, ſi prima Dignitas ſit de jurepatronatus Laicorum? Videtur tali caſu dicendum non eſſe reſervatam ſecundam. In tantum enim eſt
hæc ſecunda Dignitas reſervata, quando prima eſt 45
unita, quia Beneficium unitum cenſetur ſuppreſſum, & eſſe penitus nihil, habito reſpectu ad ſuum ſtatum primævum; hinc eſt, quod nihil ei manet, in quo verſetur Papæ collatio, & ratio præeminentiæ, in qua Regula fundatur; unde merito firmant DD. hoc caſu reſervatam eſſe ſecundam Dignitatem cum prima præexiſtere non videatur; At ceſſat hæc ratio, quando prima Dignitas eſt de jurepatronatus laicali, quia tunc non ceſſat finis Regulæ, & ratio præeminentiæ reſpectu Papæ, cum ille poſſit inſtituere Præſentatum, & ſuper tali Dignitate Penſionem imponere; unde deſtruitur Beneficium, ſicut in Unione.

Sed in contrarium ſtat veritas, & ratio eſt cla-
ra, quia cum propter impedimentum, quod oritur 46
ex jurepatronatus, Papa non poſſit primam Dignitatem libere conferre: Beneficia namque de jurepatronatus laicali Reſervationibus non ſunt obnoxia, ut pluries diximus; ſequitur exinde, quod Regula locum habere debeat in ſecunda Dignitate, *Barboſ. dict. allegat. 57. num. 102. in fine, Leuren. in For. Benef. dict. quæſt. 546. num. 5. Antonell. de Regimin. Eccleſ. lib. 3. cap. 6. §. 3. Lotter. de re Benef. lib. 2. quæſt. 23. num 43. Corrad. in Prax. Benefic. cap. 13. num. 31.* & admittit *Rot. deciſ. 99. num. 24. part. 10. Recent.*

Sciendum ulterius, quod per hanc Regulam
IV. una tantum Dignitas major in qualibet Cathe- 47
drali, & una tantum Principalis in qualibet Collegiata reſervata intelligitur, non obſtante, quod Regula loquatur in plurali = ibi = *Reſervavit &c. omnes Dignitates majores poſt Pontificales in Cathedralibus &c. nec non valorem &c principales in Collegiatis Eccleſiis*; quia pluralitas illa reſolvitur in ſingularitatem, & reſpicit pluralitatem Eccleſiarum, non autem pluralitatem Dignitatum Majorum, vel principalium ejuſdem Eccleſiæ, *Mandoſ. hic quæſt. 3. Monach. conſil. 190. num. 5. & ſeqq. Leuren. dict. quæſt. 546. num 2. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. num. 262. Caſtropal. dict. punct. 19. num. 3. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 2. cap. 13. num. 23.*

Barboſ. alleg. 37. n. 100. Rot. deciſ. 99. n. 4. part. 10. Recent.

48 Verum ſi in aliqua Cathedrali duæ adeſſent Dignitates poſt Pontificalem majores, & in Collegiata duæ principales æquales, ambæ eſſent reſervatæ, *Mandoſ. hic quæſt. 4. Garc. dict. cap. 1. nu. 265. & ſeqq. Leuren. in For. Benefic. dict. quæſt. 546. n. 2. in fine, Caſtropal. ubi ſupra n. 3. in fin. Barboſ. allegat. 57. n. 101. Corrad. in Prax. Benefic. cap. 13. n. 23.* ubi ponit exempla duarum Dignitatum æque majorum, vel principalium, *Pirhing. in Jus Canon. tit. de Præbend. n. 349. Ventrigl. in Prax. tom. 2. annot. 2. §. 2. n. 29. Card. de Luc. de Beneſ. diſc. 110. numer. 8. Rot. dec. 99. numer. 4. part. 10. Recent.*

Et ad effectum, ut ambæ Dignitates ſint reſervatæ, non ſufficit, quod una ſit altera ex majoribus
49 Dignitatibus, ſed eſt probandum, quod ſit æqualis alteri, cum in majoritate detur magis, & minus; & tunc demum æqualitas locum habet, quando non poteſt cognoſci, quænam abſolute ſit major, *Rot. dec. 331. n. 18. part. 12. Recent.* Unde pro obtinenda Apoſtolica Proviſione alterius ex dictis Dignitatibus, concipi ſolet Supplicatio his verbis = *Altera ex duabus Dignitatibus æqualiter majoribus* = ut in dicta *deciſ. 331. ſub n. 2.*

50 Difficile tamen erit id ad praxim reducere, cum monſtruoſum videatur, dari duo Capita in eadem Eccleſia, vel Collegio, *Rot. apud Nicolarts ad Concard. German. pag. 43. n. 2.* Hinc alias delata ad Sacram Congregationem Concilii controverſia inter Archidiaconum, & Præpoſitum Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ Civitatis *Cremen.* ſuper eo, quod uterque prætendebat ſe primam obtinere Dignitatem in eadem Collegiata, unicum tantum exemplum apud DD. inveniri potuit exiſtentiæ duarum æque majorum in Cathedrali, vel principalium Dignitatum in eodem Collegiato, ut ex ſequenti Decreto.

51 *Delata eſt ad Congregationem Concilii controverſia inter Archidiaconum, & Præpoſitum Cremen. ſuper eo, quod uterque prætendat, ſe primam Dignitatem eſſe in Eccleſia Collegiata; & cum Præpoſito faveret erectio antiquior, & juriſdictio in Canonicos ante erectionem Archidiaconatus, nec non nominatio prior in omnibus fere actibus, & duæ Sententiæ; pro Archidiacono vero ipſa erectio Archidiaconatus, jus commune, & quadam atteſtationes antiquæ; multaque alia hinc inde allegata, & deducta eſſent pro utraque parte.*

Die 9. Auguſti 1582. *Sacra Congregatio laudavit Concordiam inter ipſos. Ratio autem Concordiæ ineundæ hæc proponebatur. Ut in actibus Capitularibus, & aliis ad Officium Præpoſiti ſpectantibus Præpoſitus præcederet; In illis vero functionibus, quæ Archidiacono, uti Archidiacono incumbere noſcuntur, præferatur Archidiaconus; in reliquis utraque Dignitas habeatur æque principales. Quibus ad Sanctiſſimum relatis, placuit Sanctitati Suæ controverſiam hanc componi; ſed ſciendum prius, an eſſet reperire, quod in eadem Eccleſia duæ Dignitates æque principales exiſterent; & cum nullum aliud exemplum eſſet repertum præter id, quod ha-*
52 *betur apud* Jo. Andr. in Cap. Deliberatione, de Offic. legat. in 6. *ubi ſupponit, poſſe dari in eadem Cathedrali duas Dignitates, quæ majoritatem ita habeant in Capitulo æqualem, ut apparere non poſſit, quæ ſit major, puta quia quælibet in ſolidum, vel ambo conjunctim majoritatem exercent, vel forſan alternis vicibus utantur majoritate Sedis, ſubſcriptionis &c. Iſtaſque Dignitates ſic unitas, cenſuit* Jo. Andreas, *eo caſu habendas eſſe pro una; ſpes Concordiæ evanuit, reſque iterum ad Judicium Congregationis deducta eſt. Quæ, die 23. Auguſti 1582. pro majori parte, nempe quinque ex ſeptem Cardinalibus, cenſuit, Præpoſituram eſſe primam Dignitatem, & majorem in Eccleſia Sancta Mariæ Majoris Civitatis Cremen.; proinde ad ipſum Præpoſitum ſpectare omnes illas prærogativas, præeminentias, & munia, quæ ad ipſam primam Dignitatem pertinere noſcuntur tam in Capitulo, quam in Choro, tam in Eccleſia, quam extra: reſervatis tamen Archidiacono omnibus illis muniis, & functionibus, quæ de jure communi, & Pontificali Romano ad Archidiaconum ſpectant.* Quam Sententiam *ad ſe relatam Sanctiſſimus approbavit, & Litteras dedit in forma Brevis.*

Similis orta fuit controverſia de anno 1658. in 53
Rota ſuper coæquali majoritate Dignitatis *Archidiaconatus Eccleſiæ Placentinæ cum Præpoſitura* inibi quoque dignitate exiſtente; ſed prodiit reſolutio favore Præpoſituræ, quæ declarata fuit Dignitas major poſt Pontificalem, & Archidiaconatus Dignitas quidem, ſed non major, ut in *dec. 331. part. 12. Recent.*

Comprehendit inſuper Regula etiam Dignitates 54
poſt illius editionem erectas, cum a Papa reſtricta non fuerit ad Dignitates tempore editionis jam exiſtentes; cumque generaliter loquatur de Dignitatibus ſic qualificatis, omnes etiam de novo erectas amplectitur, *Mandoſ. ad hanc Regul. quæſt. 7. per tot. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 2. cap. 13. n. 18. Gonzalez ad Regul. 8. gloſſ. 9. §. 5. n. 47.*

Intelligitur tamen hæc Regula de Dignitatibus 55
majoribus, & principalibus actu, neque ſufficit eſſe tales in potentia; Si enim erigatur aliqua Dignitas in Majorem in Cathedrali, vel in Principalem in Collegiata ſub conditione, quæ tempore vacationis non ſit purificata, talis Dignitas non 56
erit vigore Regulæ reſervata, quia eo tunc non eſt major, ſed erit; idque procedit etiam ſi erectio facta fuerit cum clauſula *ex nunc prout ex tunc. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. a num. 256. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 51. num. 58. Leuren. in For. Benefic. tom. 2. quæſtion. 546. num. 6. Barboſ. allegat. 57. n. 98. Caſtropal. dict. punct. 19. n. 2. Corrad. in Prax. Beneſ. lib. 2. cap. 13. n. 19. Rot. deciſ. 247. cor. Millino,* in cujus themate agebatur de Decanatu erecto in primam Dignitatem poſt obitum Prioris, vel illius Coadjutoris; Cumque mortuo Priore, & ſupervivente Coadjutore evenerit Decanatus vacatio, deciſum fuit, illius proviſionem non ſpectaſſe ad Sedem Apoſtolicam vigore Regulæ IV. quia adhuc Decanatus erat in ſuo ſtatu, nec effectus fuerat prima Dignitas. Quod ſi tempore vacationis Dignitas non eſſet actu major, 57
ſed ante proviſionem talis effecta fuiſſet, intraret Reſervatio, nam eo ipſo, & in eodem momento, quo effecta fuit major, obnoxia remanſit Reſervationi Regulæ, *Corrad. ubi ſupra num. 20. Leuren. dict. n. 6. Koebier. ad Regul. 3. n. 22. Garc. dict. cap. 1. n. 258.*

Prout econtra Regula comprehendit Dignita- 58
tem actu majorem, aut principalem, licet legitima auctoritate ordinatum jam fuiſſet, ut cum primum vacaret, deſineret eſſe major, aut principalis, quia tempore vacationis jam erat talis, & conſequenter Regulæ obnoxia, *Barboſ. allegat. 57. nu. 98. Garcias de Benefic. part. 5. cap. 1. nu. 257. & ſeqq. Caſtropal. dict. punct. 19. nu. 2. & ſeqq. Leuren. in For. Benefic. tom. 2. quæſtion. 546. nu. 9. in fine.*

Quod ſi contingat Dignitatem aliquam Eccleſiæ 59
Cathedralis non eſſe majorem, habere tamen præeminentiam, & eſſe principalem in Collegiata, ratione

Digitized by Google

tione hujus præeminentiæ, ſub Reſervatione Regulæ comprehenditur, quia abſolute illa Dignitas eſt principalis in Collegiata, licet in Cathedrali non ſit major, ut declarat Regula in verbis illis -- *Declarans Dignitates, quæ in Cathedralibus &c.* = uſque ad finem, & tradunt *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 260. *Barboſ. allegat.* 57. *ſub num.* 98. *Caſtropal. dict. punct.* 19. *ſub num.* 2. *Lotter. de Re Benefic. dict. quæſt.* 33. *num.* 2. & 22. *Monet. de Option. cap.* 3. *ſub num.* 59. *Kochier. ad Regul.* 3. *num.* 15. *Rot. in Monaſterien. Decanatus* 17. *Junii* 1718. §. *Multoque minus, cor. bon. mem. Foſcara, Corrad. in Prax. Benefic. cap.* 13. *num.* 21. & 22. ubi meminit de Abate Collegiatæ Oppidi *Medinæ Celi*, qui habet Sedem in Cathedrali *Seguntina*; & ſubdit praxim eſſe in Dataria, quod ubi ſupplicatur pro dicta Abatia, apponitur clauſula -- *Quæ in aliqua Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia Dignitas non eſt* -- Hocque obſervari incæpit poſtquam in Regula appoſita fuerunt ſupradicta verba *Declarans Dignitates, quæ in Cathedralibus &c.* quæ primus Regulæ inſeruit *Julius III.* teſte *Kochier loco citat.*

Hoc tamen intellige, quando Eccleſia Colle-
60 giata eſt actu diſtincta a Cathedrali: in quibus terminis loquitur Regula, & loquuntur DD. mox relati; non autem quando agitur de Collegio exiſtente in ipſa Cathedrali, cui præſit Dignitas ejuſdem Cathedralis, quæ non ſit major, quia Papa non reſervavit Dignitates principales in Collegiis, ſed in Collegiatis Eccleſiis; unde, ut locum ſibi vindicet reſervatio, inſpiciendum tantummodo eſt, an Eccleſia ſit Cathedralis, vel Collegiata, non attento, an in Cathedrali ultra Collegium Canonicorum, adſit etiam Collegium Beneficiatorum, cum Papa per Regulam, in eadem Eccleſia uno tantum lumine privare voluerit Ordinarios Collatores, *Rot. cor. Bich. deciſ.* 312. repetit. *in Rec. deciſ.* 99. *num.* 26. *par.* 10.

An autem ſtante Statuto optandi in Eccleſiis,
61 primæ Dignitates ſubjaceant optioni, vel potius uti reſervatæ cadant ſub diſpoſitione hujus Regulæ 4. res fuit varie deciſa per *Rot.* in una *Meſſanen. Decanatus cor. Dunozet.* Nam primo loco reſpondit pro optione ad favorem cujuſdam *Giurbæ*, ut in *deciſ.* 599. deinde receſſit a deciſis, & reſpondit ad favorem Proviſi Apoſtolici, ut in *deciſ.* 616. Tertio rediit ad primo loco deciſa ad favorem optantis, ut in *dec.* 644. & *deciſ.* 678. cor. eodem *Dunozet.* & demum recedendo ab his ultimis Deciſionibus, iterum reſpondit favore Proviſi Apoſtolici, pro Reſervatione vigore hujus Regulæ, ut in *deciſ.* 281. *part.* 9. *Recent.*

Et hæc ſententia verior eſt, præſertim modernis
62 temporibus, propter Decretum irritans, quo Regula munita fuit. Ratio autem eſt clara, nam in reſervatis non intrat optio, ſive agatur de reſervatione ob vacationem in Curia, ſive de quibuſcunque aliis reſervationibus motu proprio factis, quia Papa latiſſimam habens poteſtatem in Beneficiis, reſervando afficit ipſa Beneficia, inficit id, quod diſponitur in contrarium, derogat omnibus Juribus, & Statutis, & adimit omnem poteſtatem conferendi, ſicque tollit Jura, quæ dant poteſtatem optandi, ut bene ratiocinatur *Rot. dec.* 616. *cor. Dunozet. & deciſ.* 285. *n.* 1. *& ſeqq. part.* 9. *Recent.* ubi explicantur contrariæ Auctoritates, & reſpondetur contrariis rationibus, *Piton. diſcept.* 111 *n.* 40.

Quod ſi per concordiam a Sede Apoſtolica ap-
63 probatam cautum fuerit, ut quoties prima Dignitas vacaverit, debeat ad illam aſſumi antiquior Canonicus, abſque *alia ordinaria, ſeu Apoſtolica deputatione, aut poſſeſſionis adeptione*, tunc hujuſmodi diſpoſitio ſit cum Regula incompatibilis, dicendum erit, fuiſſe per eam Regulæ derogatum, ut firmavit *Rot. in Urgellen. Plebaniæ* 25. *Aprilis* 1712. §. *Advertebant, cor. bon. mem. Priolo, & in altera Urgellen. Plebaniæ* 23. *Junii* 1727. §. *Nec meretur, cor. R. P. D. Cincio, &* 16. *Februarii* 1728. §. *Atque hinc, cor. Reverendiſſimo Aldovrando.* Præſertim ſi Pontifex mandaverit, quod Canonicus antiquior aſſumatur ad primam Dignitatem, etiamſi
ultimus illius poſſeſſor fuerit familiaris alicujus Car- 64
dinalis; nam eo magis conſeretur adverſative ad dictam Regulam, reſervantem quoque Beneficia vacantia per obitum Familiarium Cardinalium, diſponere voluiſſe, ut erat caſus laudatæ Deciſionis *Urgellen. Plebaniæ cor. cl. mem. Card. Priolo* §. *Præ-*
terea, Fortius vero ſi concurrat obſervantia, quod 65
nunquam fuerit prima Dignitas per Sedem Apoſtolicam collata vigore Regulæ 4. Hæc enim obſervantia efficeret, ut quamvis Regula per expreſſa verba Indulti dici non poſſet excluſa, adhuctamen quælibet facienda eſſet pro illius excluſione interpretatio, ut proſequitur *Rota in dicta Urgellen.* §. *final.*

Cæterum in Commentariis ad *Regul.* 15. lo-
cus erit examinandi, an hujuſmodi Apoſtolica In- 66
dulta optandi majores, & principales Dignitates in Cathedralibus, & reſpective Collegiatis Eccleſiis remanſerint per eandem Regulam revocata.

§. II.

De Reſervatione Dignitatum Principalium in Collegiatis Eccleſiis valorem decem Florenorum auri communi æſtimatione excedentium.

ARGUMENTUM.

AGitur de Reſervatione Dignitatum Principalium in Collegiatis excedentium valorem decem Florenorem; & quæ dicatur Principalis Dignitas. Valor Decem Florenorum requiritur in Dignitatibus tantum Collegiatarum, & non Cathedralium; & an requiratur in Dignitatibus Collegiatarum Germaniæ. Collegialitas eſt plene probanda; & ex quibus ſignis, & circumſtantiis, ubi deficit erectionis Inſtrumentum, evincatur. Et num Reſervatio Regulæ locum habeat Sede Apoſtolica vacante.

SUMMARIUM.

1 *Dignitates principales in Collegiatis ſunt vigore Regulæ reſervatæ.*

2 *Prima Dignitas in Cathedrali vocatur major poſt Pontificalem, in Collegiata vero principalis.*

3 *Qui Collegio Canonicorum præeſt, dicitur habere primam Dignitatem, & ſolet denominari Abas, Prior, vel Archipresbyter.*

4 *Principalis Dignitas illa dicitur, quæ eſt prima inter Canonicos, licet adſit alia major cum Juriſdictione quaſi Epiſcopali.*

Et in Collegiatis habentibus Dignitatem cum dicta Jurisdictione, prout ſunt illæ Altamuræ, Carpii &c. *qua veniat appellatione principalis ad effectum Regulæ.*

Regula, ut locum habeat, requiritur, quod Dignitas principalis excedat valorem decem Florenorum *auri*.

7 *In Regulis Joannis XXIII. & Martini V. non ſit expreſſio valoris; legitur tamen in Regulis Sixti IV. Innocentii VIII. & Succeſſorum.*

8 *Florenus auri quid importet?*

9 *Valor decem Florenorum conſtitui, & regulari debet ex fructibus certis.*

10 *Emolumenta provenientia ex legatis, & piis diſpoſitionibus, non numerantur inter fructus certos Præbendæ.*

11 *Si Dignitati principali in Collegiata adnexus ſit Canonicatus, corruente Gratia Dignitatis, corruit & illa Canonicatus.*

12 *Dignitates principales in Collegiatis Germaniæ ſunt reſervatæ, etiamſi non excedant valorem decem Florenorum.*

13 *Contrarium verius; & redditur ratio.*

14 *Per Concordata Nicolaus V. favere voluit, & non præjudicium inferre Ordinariis Germaniæ.*

15 *Dignitates poſt Pontificalem majores in Cathedralibus, & principales in Collegiatis Germaniæ, providentur a Papa vigore Regulæ IV. & non Concordatorum. Et traditur exemplum.* num. 16.

17 *In Concordatis Germaniæ nil de novo diſpoſitum fuit circa dictas Dignitates; ſed jus eas providendi relictum ſub diſpoſitione Regulæ.*

18 *Caſus exceptus non recipit innovationem a diſpoſitione, a qua excipitur, ſed remanet in eodem ſtatu, in quo prius reperiebatur.*

19 *Valor decem Florenorum ad effectum Reſervationis requiritur etiam in Dignitatibus poſt Pontificalem majoribus in Cathedralibus.*

20 *Contrarium verius; & aſſignantur rationes,* num. 21. & 22.

23 *Dignitates principales in Collegiatis, etſi Curatæ, ſubjacent Reſervationi Regulæ.*

24 *Sed immunes ſunt a Concurſu.*

25 *Regulariter tamen Pontifices demandare ſolent Concurſum pro eorum animi inſtructione.*

26 *Reſervatio Regulæ tacite etiam excludi poteſt in limine fundationis, quando Dignitas major in Cathedrali, vel principalis in Collegiata ex propriis Bonis laicalibus fundatur.*

Et ad hunc effectum ſufficiunt verba minus ampla iis, quæ requiruntur pro excluſione reſervationis Regulæ IX. num. 27.

28 *Secus ſi Epiſcopus tamquam Executor Apoſtolicus illas erexerit cum redditibus Beneficiorum ſuppreſſorum, niſi expreſſe, & ſpecifice impertita ei fuerit poteſtas excludendi reſervationem Regulæ.*

29 *Nec ad hunc effectum ſufficiunt clauſulæ, licet ampliſſimæ, contentæ in Litteris Apoſtolicis Delegationis.*

30 *Erecta Eccleſia de Jurepatronatus laicali in Collegiatam, Patronus amittit jus præſentandi ad primam Dignitatem.*

31 *Privilegia conferendi Dignitatem majorem in Cathedrali, vel principalem in Collegiatam, revocantur per Regulam XV. Cancellariæ.*

32 *Reſervatio Regulæ non habet locum Sede Apoſtolica vacante.*

33 *Contrarium verius, & redditur ratio.*

Amplia etiamſi Dignitas major in Cathedrali, vel principalis in Collegiata fuerit Curata, nam adhuc ſi vacaverit Sede Apoſtolica vacante, remanet favore novi Pontificis reſervata, num. 35.

34 *Sede Apoſtolica vacante licet expirent Regulæ Cancellariæ, non expirant tamen reſervationes vivente Papa earum vigore jam Beneficiis infixæ.*

36 *Collegialitas Eccleſiæ non præſumitur, ſed probanda eſt per allegantem. Et quibus mediis probari ſoleat?* & num. 37.

38 *Ad probandam Collegialitatem neceſſe non eſt, quod concurrant omnia ſigna eam præſeferentia, ſed ſufficit, quod aliqua adſint.*

39 *Et leviores probationes ſufficiunt, quando incidenter agitur de Collegialitate; concludentes vero requiruntur, ubi agitur de ſtatu Eccleſiæ in petitorio.*

Maxime ſi probetur Eccleſiam ab initio fuiſſe ſimplicem Parochialem, & diu in eodem ſtatu permanſiſſe. num. 40. & 42.

41 *In Beneficialibus mutatio ſtatus non inducitur niſi concurrant quadragenaria cum bona fide & voluntas Superioris ad id poteſtatem habentis.*

43 *Pro dignoſcendis ſignis univocis Collegialitatis, tradi non poteſt certa Regula, ſed totum remittitur arbitrio Judicis.*

44 *Rota Romana in hac materia ſæpe variavit, modo admittendo, modo nonnulla ſigna reprobando.* & num. 45.

Et proceditur cum Regula, ut ſingula, quæ non proſunt, unita juvent. ibidem.

46 *Collationes Apoſtolicæ pluries expletæ de Dignitate, uti principali in Collegiata vigore Regulæ IV. univocum præſeferunt Collegialitatis argumentum.*

47 *Maxime ſi fuerint ab Ordinariis executioni demandatæ.*

48 *Ipſique nunquam de dicta Dignitate diſpoſuerint.*

49 *Omiſſio Concurſus in proviſione Eccleſiæ Curatæ eſt ſignum, quod ſit Collegiata, & non ſimplex Parochialis.*

50 *Narrativa, quæ legitur in Litteris Apoſtolicis* = Dudum ſiquidem omnes Dignitates principales &c. *denotat, Papam diſponere de Dignitate, uti principali in Collegiata.*

51 *Amplia etiamſi in Litteris præfatis adeſſet expreſſio Menſis reſervati.*

52 *Et quid ſtante clauſula* ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo &c. & num. 54. 55. & 56.

57 *Ex quo Eccleſia Collegium habet Beneficiatorum, qui Canonici nuncupantur, quique a Pontifice, & Ordinario in ſuis reſpective Menſibus providentur, arguitur illam eſſe Collegiatam.*

Maxime, ſi convenire ſoleant in certo loco ad pertractanda negocia Collegii, & capitulariter congregari occaſione Viſitationis, & Synodi. ibidem.

58 *Contrarium, quod ſigna hujuſmodi non præſeferant Collegialitatem Eccleſiæ.* & n. 59. 60. & 65.

Sed declara, ut in num. 66. & 67.

60 *Collationes expletæ ab Ordinariis de Canonicatibus cum enunciativa, quod ſint Canonicatus Collegiatæ, recte probant Eccleſiam eſſe talem.*

61 *Ordinarii præſumuntur informati de ſtatu Eccleſiarum ſuæ Diœceſis.*

62 *Nec ipſis expedit in eorum præjudicium canonizare Collegialitatem Eccleſiæ.*

63 *Poſſeſſio Canonicatuum tradi ſolita capitulariter cum aſſignatione Stalli in Choro, & loci in Capitulo, arguit Collegialitatem.*

64 *Quemadmodum hujuſmodi circumſtantiarum defectus præſefert argumentum Collegialitatis excluſivum.*

68 *Ex Sigillo, Arca communi, & deputatione Syndici de Gremio arguitur Collegialitas,* & num. 70. *& e converſo eorum defectus Collegialitatem excludit.* num. 69.

Signa

Signa tamen præfata, ſi aliis ſignis ſint deſtituta, nihil operantur. num. 71.

72 *Exiſtentia Sigilli communis tunc coadjuvat probationem Collegiatis, quando Canonici eo utuntur in negociis communibus, & Capitularibus, & quidem privative quoad alios uſus.* & num. 73.

74 *Arca itidem communis non debet eſſe formalis, ſed materialis, ut in ea cuſtodiantur Jura, Scriptura, & Pecunia Collegii; nec ſufficit, quod particularis aliqua ſumma in ea reponatur.* num. 75.

76 *Quoties Arca communis retineri ſolet etiam ab Eccleſiis Parochialibus Diœceſis, ea non eſt ſignum Collegialitatis.*

77 *Deputatio Syndici pro Collegialitate arguenda, debet eſſe vera, & propria, nec ſufficit quod aliquis deputetur in Oeconomum pro exigendis fructibus Maſſæ communis.*

78 *Ex quo Capitulum Statuta pro recto Collegii regimine exarare ſolet, eruitur argumentum, quod Eccleſia ſit Collegiata.*

Sed quomodo hoc ſit intelligendum? num. 79. & 80.

81 *Enumerantur quamplurima alia ſigna Collegialitatem evincentia.*

82 *Communis reputatio, & fama, etiam immemorabilis, regulariter non probat Collegialitatem.*

83 *Præſertim ſi concurrant circumſtantiæ in contrarium.*

84 *Deſervit tamen pro aliquali Collegialitatis adminiculo.*

85 *Prout deſerviunt antiquæ enunciativæ.*

86 *Hiſtorici de Collegialitate alicujus Eccleſiæ fidem perhibentes tunc attenduntur, quando ſunt antiqui, ac probatæ fidei, & formiter, & non perfunctorie de Collegialitate loquuntur.*

87 *Teſtibus ſuper Collegialitate non creditur, niſi referant ſigna eam neceſſario concludentia. Et redditur ratio* num. 88.

89 *Referuntur, & reprobantur quamplurima ſigna, ex quibus nonnulli exiſtimant erui poſſe Collegialitatis probationem.* & num. 90. & 91.

92 *Collegialitas excluditur, ſi Presbyteri ſervitio Eccleſiæ adſcripti numquam titulo Canonicorum, & Inſignibus gaviſi ſunt.*

93 *Item ſi in Relationibus Status Epiſcopatus ab Epiſcopis ad S. Sedem tranſmitti conſuetis, numquam mentio facta ſit de Eccleſiæ Collegialitate.*

94 *In dubio magis attendi debent ſigna excluſiva Collegialitatis, cum habeant pro ſe aſſiſtentiam juris.*

95 *Epiſcopi ante annum 1623. ſimplices, ſeu Parochiales Eccleſias in Collegiatas, ad omnes juris effectus erigere poterant.*

96 *Regula ad effectum, ut locum ſibi vindicet, ſufficit, quod Eccleſia ſit Collegiata habitu, licet actu talis non ſit.*

97 *Et ſufficit probare, quod ab initio fuerit Collegiata, cum Proviſiones Ordinariorum de Dignitate Principali in ea exiſtente, aptæ non ſint illius ſtatum immutare.*

98 *Prout nec illius ſtatum immutare valent Proviſiones Apoſtolicæ, ſi emanaverint ex cauſa reſignationis:* ibidem.

1 POſt Reſervationem Dignitatum in Cathedra-
libus poſt Pontificales majorum, reſervantur
in Regula Principales in Collegiatis; & hæc eſt dif-
ferentia in nomine harum Dignitatum, quia in Ca-
thedralibus prima Dignitas denominatur major
2 poſt Pontificalem, in Collegiatis vero nuncupatur
principalis, ut colligitur ex hac Regula, & adver-
tunt DD. relati *per Rot. in Uratiſlavien. Canoni-
catus* 13. *Maii* 1697. *§. Haud turbante, cor. Ur-*
ſino, ubi etiam notatur, quod verbum *Principales*
nunquam referri poteſt ad Canonicatus, ſed tan-
tum ad Dignitates in Collegiata.

Ille autem, qui toti Canonicorum Collegio præ- 3
eſt, præcipuam dicitur habere Dignitatem in Colle-
giata; quippe quandoque vocatur *Abas*, non raro
Præpoſitus, & aliquando *Prior*, *Caſtropal. Oper.
moral. tom. 2. tract. 13. diſputat. 2. punct. 19. ſub
num. 2. Rot. in Treviren. ſeu Limburgen. Præpoſitu-
ra 17. Januarii 1729. §. Quod ſane cor. R. P. D. Cen-
cio*, ubi quod ex generali conſuetudine Germaniæ,
Præpoſiti, in Collegiatis Eccleſiis principalem obti-
nent Dignitatem, & in Italia dicitur *Archipresby-
ter*, *Card. de Luc. de Canon. diſc.* 30. *num.* 9. & di-
nimus in *§. Præcedenti a num* 20. *& ſeqq.*

Principalis vero Dignitas illa dicitur, quæ eſt pri-
ma inter Canonicos, quamvis adſit alia Dignitas 4
major cum Juriſdictione, ut accidit in illis Prælatis
inferioribus, juriſdictionem quaſi Epiſcopalem ha-
bentibus, qui magis Epiſcoporum, quam Dignita-
tum, & Capitularium figuram faciunt, ut ſunt Ar-
chipresbyteri *Carpii*, & *Altamuræ*, & olim erat 5
Præpoſitus *Piſcien.* antequam illius Eccleſia erige-
retur in Cathedralem. In hoc enim caſu, appella-
tione primæ Dignitatis in Collegiata non venit ipſe
Archipresbyter Prælatus, ſed alia Dignitas princi-
palis ipſius Capituli; ut de facto uſus docet in Col-
legiata *Altamuræ*, nam illius Archidiaconus repu-
tatur principalis Dignitas ad effectum Regulæ,
quamvis, ut diximus, adſit Archipresbyter, qui
Prælati figuram gerit, *Card. de Luca de Beneſic.
diſc.* 46. *ſub num.* 5. *&* 6.

Sed ad effectum, ut Reſervatio Regulæ affi-
ciat Dignitates principales in Collegiatis, neceſſe
eſt, quod Dignitas ipſa excedat valorem decem 6
Florenorum auri. Etſi enim nonnulli Pontifices
poſt Joannem XXII. qui, ut diximus, fuit Au-
ctor Regulæ, de hac valoris expreſſione in eorum
Regulis mentionem non fecerint, prout inter cæte-
ros eam omiſiſſe *Joannem XXIII.* & *Martinum V.* 7
patet ex eorum Regulis impreſſis penes *Hermann.
Vonderhardt in Hiſtoria Concil. Conſtantienſ. tom.* 1.
part. 21. *pag.* 954. *&* 967. Legitur tamen hujuſmo-
di valoris expreſſio in Regulis *Sixti IV.* & *Inno-
centii VIII.* quarum primæ ſunt impreſſæ poſt De-
ciſiones Rotæ antiquas primæ Editionis, & alia *In-
nocentii* apud *Sot. Gloſſatorem Antiquum*; poſtea-
que adjecta ſemper fuit in Regulis Pontificum Suc-
ceſſorum, *Corrad. in Prax. Beneſic. lib.* 2. *cap.* 13.
num. 2. *Card. de Luc. de Beneſic. diſc.* 12. *n.* 16. *Rot.
in Urgellen. Canonicatus* 4. *Maii* 1703. *§. Neque,
cor. Kannitz.* Florenus autem, de quo in Regu- 8
la, importat unum ducatum de Camera, quod con-
ſtituitur ex uno ſcuto auri in auro, & uno julio ar-
genteo, ut notat *Corrad. loco cit.* & Nos ſupra *ad
Regul.* 2. *§.* 2. *num.* 8. & infra *in Commentar. in
Regul.* 25.

Valor autem iſtorum decem Florenorum debet
ex fructibus certis conſtitui, & regulari; unde ſi 9
in ſolis diſtributionibus quotidianis, aut aliis incer-
tis conſiſtat, Dignitas non erit reſervata, quia emo-
lumenta provenientia a Legatis, aliiſque piis diſpo- 10
ſitionibus, non conſtituunt fructus certos Præben-
dæ, *Felin. in Cap. Ad aures num.* 14. *in* 13. *Concluſ.
de Reſcript. Card. de Luc. de Beneſic. diſc.* 190. *n.* 14.
& diſc. 107. *num.* 4. *& de jurepatr. diſc.* 69. *num.* 8.
Rota deciſ. 40. *num.* 7. *cor. Pamphil. & in Urgellen.
Canonicatus* 4. *Maii* 1703. *§. Neque in hoc cor.
Kannitz.* Quod ſi Dignitati ſit annexus Canonica-
tus, corruente gratia principalis Dignitatis expreſſæ 11
tanquam Principalis excedentis valorem decem
Florenorum, corruit etiam Gratia Canonicatus,

ui accessorie considerati, *Rot. in dicta Urgellen. Canonicatus §. Carruente.*

Sed quid dicendum in terminis Concordatorum Germaniæ, in quibus favore S. Sedis excipiuntur etiam in Mensibus Ordinariis Dignitates principales
12 in Collegiatis, an intelligendum id veniat in casu, quo excedunt decem Florenos, vel etiam si minus reddant? Et Rota in una *Meten. Præpositure* 25. *Novembris* 1529. *coram Capizuchio*, quam refert, & sequitur *Gomes decis.* 6. *lib.* 2. censuit, Ordinarios Germaniæ conferre non posse Dignitates Principales in Collegiatis, etiam si earum fructus decem Florenos non excedant, ea ratione, quia Concordata vim habent specialis contractus inter Sedem Apostolicam, & Nationem Germanicam, & in eis declinatum est a Regulis Cancellariæ, cum quibus nihil commune habent; & dum indistincte, & absolute excipiunt easdem Dignitates, talis exceptio indistincte servari debet, nullo habito respectu ad Regulam IV.

Sed contraria opinio mihi probabilior videtur.
13 Siquidem Concordata excipiendo favore S. Sedis Dignitates post Pontificalem majores in Cathedralibus, & Principales in Collegiatis, non inducunt novam, & diversam reservationem distinctam ab ea, quæ in Regula IV. jam tunc præexistente, continetur; neque illam ampliorem reddunt, sed eam relinquunt in eodem statu, & qualitate, qua favore Pontificis in Regula continebatur; unde si Pontifici non aliter reservantur in Regula IV. Dignitates principales in Collegiatis, quam in casu, quo excedant annuum valorem decem Florenorum; sequitur exinde, quod sub hujusmodi quoque valoris excessu reservata censeri debeant, dum in Concordatis excipiuntur ad excludendos Ordinarios Collatores Germaniæ ab earum collatione, *Piton. discept.* 111. *nu.* 5. Et innuere videtur *Engel. in jus Canon. lib.* 3. *tit.* 5. *de Præbend. nu.* 50. *vers. Reservat. Rot. in Monasterien. Decanatus* 17. *Junii* 1718. §. *Multoque minus, cor. ba. me. Foscaro*, quam refert *Eminentiss. Petr. ad Constit. Apostol. tom.* 5. *pag.* 39. §. *Verum in fine.*

Accedit quod san. mem. Nicolaus V. voluit qui-
14 dem per Concordata favere Ordinariis Nationis Germanicæ, sed non illorum conditionem deteriorem reddere, eisque plus detrahere, quam per Regulas Cancellariæ aliarum Provinciarum Ordinariis detractum fuit, *Branden. ad Concord. German. quæst.* 12. *n.* 13. *Engel. loco cit. nu.* 49. *Eminentissimus Petr. dict. tom.* 5. *pag.* 7. *nu.* 2. *Rota in Monasterien. Decanatus* 26. *Aprilis* 1709. §. *Nec subsistit, cor. bon. mem. Caffarella.* Favor autem iste in eorum detrimentum cederet, si ut cæteri aliarum Provinciarum Collatores conferre non possent Dignitates illas principales in Collegiatis, quæ annuum redditum decem Florenorum non excedunt, ad regulam *Text. in Cap. Quod ob Gratiam* 61. *de Regul. Jur. leg. Nulla Juris ratia* 24. *ff. de Legat. leg. Quod favore, C. eadem tit. Piton. dict. discept.* 111. *num.* 5. *in fin.*

Et demum adstipulatur stylus Cancellariæ Apo-
15 stolicæ, juxta quem Dignitates majores in Cathedralibus, & principales in Collegiatis Germaniæ providentur a S. Sede ex generali Reservatione Regulæ IV. absque ulla mentione Concordatorum; de quo stylo testatur etiam *Piton. discept.* 111. *n.* 9. Et
16 vidi practicatum anno 1727. in Provisione Præposituræ Dignitatis principalis in Collegiata Ecclesia S. Andreæ Civitatis *Colonien.* favore Hermanni *Werneri Bassart*, qui illius collationem a S. Sede reportavit tanquam de Dignitate principali reservata vigore Regulæ IV. fueruntque expeditæ Litteræ Apostolicæ cum solita clausula = *Dudum siquidem omnes Dignitates in Collegiatis Ecclesiis principales, ac valorem annuum decem Florenarum auri communi æstimatione excedentes tunc vacantes &c.* sub Datum *apud S. Petrum* 1727. *Tertia Nonas Februarii Pontificatus san. mem. Benedicti XIII. Anno Quarto.* Et nihilominus si Concordata inducerent respectu Dignitatum hujusmodi reservationem vel ampliorem, vel distinctam ab ea, quæ continetur in Regula IV. Provisiones Apostolicæ fieri de illis deberent vigore *Concordatorum*, & non Regulæ; quemadmodum vigore Concordatorum, & non Regulæ IX. fiunt Provisiones Apostolicæ de Beneficiis Germaniæ reservatis ratione Mensium, & vacantibus in Mense *Januarii*, vel *Julii*, qui sunt etiam in dicta Regula reservati, quia eorum respectu Concordata continent Reservationem distinctam a Regula IX.

Nec subsistit, quod in Concordatis redolentibus specialem contractum inter Sedem Apostolicam, & Nationem Germanicam, declinatum sit a Regula IV. Quandoquidem in Concordatis nihil de novo
dispositum fuit circa Dignitates majores in Cathe- 17
dralibus, & principales in Collegiatis; dum Papa eas non reservavit in se ipso, sed a se ipso excepit; unde inferri nequit, quod in iis declinatum fuerit a Regula; sed potius dici debet, quod virtute exceptionis ab ipso contractu Concordatorum, jus providendi dictas Dignitates relictum fuerit sub dispositione Regulæ. Casus enim exceptus nullam recipit inno-
vationem, aut ampliationem a dispositione, a qua 18
excipitur, sed remanet in iisdem statu, & terminis, in quibus antea reperiebatur, *leg. Præcipimus in fine, C. de Appellat.* & prosequitur *Piton. dict. allegat.* 111. *num.* 5.

An autem restrictio ad decem Florenos procedat
non solum in Dignitatibus principalibus in Colle- 19
giatis, sed etiam in majoribus post Pontificales in Cathedralibus, controversa Quæstio est. Siquidem verba illa *decem Florenarum*, cum tali orationis structura sunt posita in Regula, ut referri videantur nedum ad Dignitates principales in Collegiatis, verum etiam ad majores post Pontificales in Cathedralibus antecedenter expressas, ex quo sub unico verbo *reservavit* apposito in principio Regulæ, comprehenduntur Dignitates majores post Pontificales in Cathedralibus, & principales in Collegiatis, ac inter utrasque leguntur illa verba: *necnon valorem decem Florenorum auri communi æstimatione excedentes &c.* Quæ dictio *necnon*, resolvitur in copulativam. Et ex prædicta ratione hanc sententiam tuentur *Sarnen. in Tract. de Expectat. n.* 25. *vers. Sed istud, Staphil. in simili Tract.* in 2. *form. n.* 10. quos sequitur *Mandos. super hac Regul. quæst.* 6. *Gonzal. in Regul.* 8. *n.* 55. & videtur tenere *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 33. *num.* 21.

Verum contrarium est verius, tum attentis ver- 20
bis, tum ratione Regulæ. Et quoad verba patet ex eo, quod reservantur *omnes* Dignitates majores post Pontificales in Cathedralibus; & deinde volens Papa similiter reservare Dignitates principales in Collegiatis, non utitur verbo universali *omnes*, sed addit solummodo qualitatem excessus decem Florenorum. Patet igitur, quod si qualitatem hanc exoptasset etiam in Dignitatibus majoribus post Pontificales in Cathedralibus superius expressis, opus utique non erat in reservatione illarum addere dictionem *omnes*, quæ est dictio latissima, quarumcumque Dignitatum comprehensiva, *ad Text. in l. Julianus, & l. Testatorem, ff. de Legat.* 3. *l. Labeo ff. de aur. & argent. legat. Rat. decis.* 256. *n.* 16. & 17. *& decis.* 256. *n.* 11. & 12. *part.* 7. *Recens.* Assistit
etiam ratio differentiæ inter utrumque casum; Ete- 21
nim

nim Dignitas Cathedralis major poſt Pontificalem; etiam ſine ſructibus, magis æſtimatur, quam principalis Collegiatæ decem Florenorum auri valorem excedens, ratione majoris præeminentiæ, *Joannes Andreas in Cap. Deliberatione n. 1. de Offic. Legat. in 6. Rota deciſ. 236. n. 15. 16. & 19. & deciſ. 256. n. 13. part. 7. Recent.*

Nec refert quod Verbum *Reſervavit* poſitum in principio Regulæ, determinet utramque Dignitatem, majorem nempe poſt Pontificalem in Cathedrali, & principalem in Collegiata; nam ea determinatio reſpicit quodlibet determinatum cum ſua qualitate; proindeque non eſt inconveniens, quod illa inæqualiter determinet, propter diverſam utriuſque naturam, vel diverſam rationem; & ita firmavit *Rot. deciſ. 256. n. 9. & ſeqq.* & prius *deciſ. 246. part. 7. Recent.* ubi etiam de obſervantia Can-
22 cellariæ Apoſtolicæ; ſequitur *Corrad. in Prax. Benefic. lib. 2. cap. 13. n. 15. verſ. At vero*, ubi quod hic eſt notorius ſtylus, & praxis Romanæ Curiæ, ut limitatio illa decem Florenorum non intelligatur de Dignitatibus majoribus in Cathedralibus; quodque ab hoc intellectu numquam recedit Dataria, a qua obtinentur primæ Dignitates in Cathedralibus, etiam cum expreſſione, quod nulli ſint fructus, aut minores decem Florenis.

Cæterum locum ſibi vindicat reſervatio Regulæ, etiam ſi Dignitas principalis in Collegiata annexam
23 habeat Curam Animarum. Collegialitas enim, & Parochialitas ſunt compatibiles in eadem Eccleſia, etiam ad effectum reſervationis præſentis Regulæ, *Lotter. de re Beneficiar. lib. 1. quæſt. 14. n. 93. Piton. diſcept. 116. n. 12. Gonzal. ad Regul. 8. Gloſſ. 6. n. 71. Rot. deciſ. 211. n. 4. coram Bichio, deciſ. 839. n. 4. coram Seraphino, deciſ. 35. n. 10. cor. Celſo, deciſ. 333. n. 16. cor. Molines, & in Mediolanen. Præpoſitura 18. Martii 1695. §. Minus in fine, coram Muto.* Nec neceſſe eſt, quod in ejus
24 Proviſione præcedat Concurſus, *Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 24. cap. 18. de Reformat. n. 15. Gonzal. ad Regul. 8. Gloſſ. 6. n. 162. Piton. diſcept. 116. n. 43.*
25 Solent tamen aliquando Datarii ordinare tantummodo pro inſtructione animi Summi Pontificis, ad effectum ut ex Actis Concurſus ad Datariam tranſmittendis, certiores reddi poſſint de ſcientia, & idoneitate Concurrentium, prout ſæpius vidi laudabiliter practicatum a clar. memor. Card. *Panciatico* Pro-Datario *ſa. mem. Alex. VIII. & ſa. me. Innocentii XII.* necnon a *clar. mem. Card. Sacripantes* Pro-Datario *ſa. mem. Clementis XI.* & modo ſervatur de ordine Sanctiſſ. D. N. feliciter Regnantis Clementis XII. ab Eminentiſſ. *D. Cardinali Gentili* ejus emeritiſſimo Pro-Datario.

Erit tamen a reſervatione Regulæ exemta Dignitas principalis in Collegiata, vel major in Cathedrali, ſive ſimplex, ſive curata, ſi in limine il-
26 lius erectionis appoſita fuerit conditio, quod ea ſemper ab Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus conferenda ſit toties, quoties vacare contigerit; dummodo tamen agatur de fundatione Dignitatis ab aliquo de ſuis propriis bonis expleta, cum permiſſum ſit fundatoribus in limine fundationis, nedum expreſſe quaſcumque reſervationes excludere, ſed etiam tacite, per verba, & diſpoſitiones cum illa incompatibiles, ut late dicemus infra in *Commentar. ad Part. 1. Regul. IX. §. 2. a numer. 167. & plur. ſeq.* Ea tamen intercedente diſcriminis ratione inter tacitam excluſionem reſervationis diſcontinuæ, quæ provenit ex Regula IX. & reſerva-
27 tionis fixæ, & perpetuæ, qualis eſt illa, quæ oritur ex Regula IV. quod prima requirit verba prægnantia, & efficaces conjecturas, cum cæteroquin fundatoris deſiderium, quod Beneficium conferatur ab Ordinario *ſemper, toties quoties, & quandocumque vacaverit*, incompatibile non ſit cum reſervatione Regulæ IX. dum mox recenſita verba, & ſimilia ſuum operari valeant effectum contingente vacatione in Menſibus Ordinariis. Secunda vero levioribus contentatur circumſtantiis, nam ſufficit, quod Dignitatis fundator mandet, quod ea *ſemper* ad Ordinarii collationem ſpectet: quod incompatibile eſt cum reſervatione Regulæ IV. Dignitates Majores, vel Principales *ſemper* favore Sedis Apoſtolicæ reſervantis, ut appoſite diſtinguit *Rot. in Urgellen. Plebania 25. Aprilis 1712. cor. cl. me. Card. Priolo*, & in altera *Urgellen. Plebaniæ 23. Junii 1727. §. Nec meretur, coram Reverendiſſ. Cincio, & 16. Februarii 1728. §. Atque hinc, cor. Reverendiſſ. Aldrovando.*

Quod ſi Epiſcopus nihil de bonis ſuis Patrimonialibus contribuendo, ſed ſolum tanquam Executor a Papa Delegatus, prævia ſuppreſſione Beneficiorum alicujus Eccleſiæ Parochialis, eam in Collegiatam erigeret, haud ei permiſſum erit conditionem excluſivam reſervationis contentæ in Re- 28
gula IV. apponere ſine expreſſa, & clara facultate Pontificis; Nec ad hunc effectum ſufficerent clauſulæ, quantumvis amplæ, & effrænatæ in Litteris Apoſtolicis Delegationis contentæ, cum numquam
cenſeatur, quod Summus Pontifex voluerit ſub in- 29
volucro verborum ſibi præjudicare, ac inſolitum Indultum elargiri, ut magiſtraliter deciſum fuit a Rota *in Tiraſonen. Prioratus 19. Novembris 1691. a num. 8. per tot. cor. Molines* inter impreſſ. *deciſ. 180.* confirmata 29. *Aprilis 1697. cor. Urſino.* Et licet tali caſu Epiſcopus perpetuo privatus remaneret jure conferendi Beneficia ſuppreſſa pro erectione primæ Dignitatis, non inde tamen ſuſtineri poterit facultas, quam ſibi reſervavit eam conferendi ad excluſionem Regulæ IV. nam in jure
novum non eſt, quod erecta Eccleſia Patronata in 30
Collegiatam, Patronus amittat jus præſentandi ad primam Dignitatem, remanente ſolum hoc jure quoad alia Beneficia de Collegio, *Cap. Nobis 25. de Jurepatron* & ibi *Barboſ. n. 4.* & proſequitur *Rot. in d. Tiraſonen. cor. Molines §. Tandem*, & in altera *cor. Urſino §. Eoque facilius*, ubi ulterius firmatur, quod in omnem caſum tale Privilegium conferendi primam Dignitatem, revocatum rema-
neret per Regulam XV. Cancellariæ: quod tamen 31
non arriſit *bo. me. Pitonio*, qui in eadem Cauſa pro Proviſo ab Epiſcopo ſcripſit, ut in *diſcept. 25. n. 6.*

Sed an Dignitas poſt Pontificalem major in Cathedrali, ſeu principalis in Collegiata comprehendatur ſub reſervatione hujus Regulæ, ſi illius va-
catio contingat Sede Apoſtolica vacante? Vide- 32
tur dicendum, non comprehendi, quia cum tunc ceſſent Regulæ Cancellariæ, poteſt Ordinarius uti jure ſuo conferendi omnia, & quæcumque Beneficia propriæ Diœceſis, prout Patri ſuo reſpondiſſe ait *Campanil. Diverſ. jur. Canon. Rubr. 11. cap. 15. num. 26. & 27.* Verum contrarium eſt omnino te-
nendum; nam licet, ubi agitur de Beneficiis vigo- 33
re Regulæ IX. reſervatis, & vacandis Sede Apoſtolica vacante, eorum proviſio ſpectet ad Ordinarios, quia ad effectum eorum reſervationis attenditur tempus obitus, quo tempore Regula præfata expiravit; Tamen quando agitur de reſervatione, quæ inducitur ratione Perſonæ, vel ratione ipſius Beneficii, tunc quia reſervatio fuit infixa a principio, ſtatim ac Beneficiatus fuit Familiaris, Subcollector, Protonotarius &c. vel Beneficium fuit prima Dignitas, quo tempore Regulæ Cancellariæ vigebant; ideo quocumque tempore vacent, ſunt

34 reſervata. Et licet Regulæ Cancellariæ Sede va-
cante expirent; non inde tamen expirant reſerva-
tiones vivente Papa, & Regulis vigentibus indu-
ctæ, imo Beneficium ſemel affectum, ſemper re-
manet affectum, prout diſtinguendo firmant *Cor-
rad. in Prax. Beneficiar. lib. 2. cap. 13. a num. 54.*
ubi contrarium procedere poſſe ait, quando ipſa-
met prima Dignitas eſſet de jurepatronatus laico-
rum: tunc enim ad præſentationem Patronorum po-
teſt Epiſcopus præſentatum inſtituere, *Barboſ. de
Epiſc. allegat. 57. n. 62. Gonzal. ad Regul. 8. §. 5.
Proœmial. n. 93. Piton. tom. 4. diſcept. 111. num. 8.
Garc. de Benefic. part. 5. cap. 3. n. 789. & ſeqq.
Gambar. de Offic. Legat. lib. 3. numer. 180. & ſeqq.
Card. de Luc. de jurepatron. diſc. 69. num. 7. & de
Benefic. diſc. 107. Rot. deciſ. 121. num. 10. & ſeqq.
part. 19. Recen. & deciſ. 192. a num. 4. cor. Mer-
lino*, & diximus in Comment. *in Proœmium Regu-
larum.*

Idque locum ſibi vindicat, etiamſi Majori, aut
35 Principali Dignitati annexa eſſet Cura Animarum,
illiuſque vacatio contingeret, vel Sede Apoſtolica
vacante, vel Sede plena, & Papa de ea ante obitum
non diſponeret; nam nec hiſce caſibus poſſe Ordi-
narium Dignitatem præfatam conferre vigore cele-
bris *Text. in Cap. Si Apoſtolica, de Prabend. in 6.*
late diximus in Commentar. *in Regul. I. §. 1. num.
390. & ſeqq.*

At quoniam ad effectum, ut locum ſibi vindi-
cet reſervatio Regulæ, non ſufficit quod Dignitas
ſit principalis in aliqua Eccleſia, ſed requiritur, quod
talis ſit in Eccleſia Collegiata: hinc ſupereſt agen-
dum, ex quibus probetur, quod Eccleſia ſit Col-
36 legiata. Et quidem Collegialitas tanquam res in fa-
cto conſiſtens, de jure non præſumitur, niſi in Ca-
thedralibus, & Regularibus Eccleſiis, ad tradita per
Hoſtienſ. in Cap. Nobis, ſub n. 2. de jurepatron.
ubi etiam *Joan. Andr. ſub numer. 10. Felin. in
Cap. Accedentes, ſub num. 2. de Præſcript.* cum
concordantibus relatis per *Rot. deciſ. 117. numer.
1. part. 11. Recent. & in Urgellen. Plebania 25.
Aprilis 1712. §. Obreptio, cor. cl. mem. Card.
Priolo, & in Vicen. juris admittendi Presbyteros
ſuper bono jure 29. Aprilis 1729. §. Certoque cer-
tius, cor. R. P. D. Ratto.* Proindeque probari de-
37 bet per eum, qui Eccleſiam Collegiatam eſſe præ-
tendit; & hujuſmodi probatio ex triplici ſonte pro-
manere ſolet, vel nempe ex primæva legitima ere-
ctione, vel ex ſubſequenti Privilegio Apoſtolico, vel
ex ſignis & conjecturis, quæ etiam admittuntur,
quando primæva fundatio, & Apoſtolicum Privi-
legium deficiunt, *Innocent. in Cap. Poſtulaſti n. 1.*
& ibidem etiam *Fagnan. num. 5. de jurepatr. Cor-
rad. in Prax. Benef. lib. 1. cap. 9. nu. 27. Piton. di-
ſcept. 116. num. 4. Adden. ad Burat. deciſ. 455.
num. 5. Rot. deciſ. 147. num. 3. & ſeqq. part. 10.
Recent. & deciſ. 156. num. 5. cor. Molines, & in
Comen. Canonicatus 11. Februarii 1704. §. Viſa,
cor. cl. me. Card. Scotto, & in Matheranen. Archi-
presbyteratus 27. Junii 1707. §. Collegialitatis, cor.
Kaunitz, & in Tridentina Archipresbyteratus 4.
Junii 1723. §. Nec minus, cor. bo. me. Gamachei,
& 3. Decembris ejuſdem anni §. Quamobrem, co-
ram Eodem.*

Neque ad probandam hujuſmodi Collegialita-
38 tem neceſſe eſt, ut omnia ſigna Collegialitatis,
quæ a DD. ſparſim enumerari ſolent, concurrant;
ſed ſufficiunt aliqua, ex quibus id arguatur, &
veriſimiliter prudenti Judicis arbitrio deduci poſſit
Collegialitas, *Fagnan. in dict. Cap. Poſtulaſti num.
5. verſ. Et quamvis, de jurepatr. Eminentiſ. Petra
ad Conſtit. Apoſtol. tom. 3. pag. 70. num. 16. Adden.
de Burat. deciſ. 455. num. 5. verſ. Hujuſmodi, Rot.
deciſ. 147. num. 7. part. 10. Recent. deciſ. 1163.
num. 5. cor. Penia, deciſ. 156. num. 6. cor. Moli-
nes, in Comen. Canonicatus 11. Februarii 1704.
§. Minus, cor. cl. me. Card. Scotto, & in Augu-
ſtana Canonicatus Provinciæ Moguntinæ 26. Ja-
nuar. 1711. §. Cum enim in fine, cor. clar. me. Card.
Falconerio* inter impreſſ. *deciſ. 1. tit. 3. de Benefic.
tom. 1.*

Cum ea tamen differentia, quod ſufficiant le-
viores probationes, quando verſatur ſolummodo
Quæſtio inter Proviſos, incidenter ſuper Collegia- 39
litate contendentes; At ubi agitur de eſſentia, &
ipſo ſtatu Eccleſiæ in petitorio, & ad omnes juris
effectus, tunc actus, ex quibus prætenditur probari
Collegialitas, debent eſſe univoci, ac illam neceſ-
ſario præſeferentes; cum non ſufficiant præſum-
tiones, & ſigna æquivoca, quæ convenire poſſint
etiam ſimplicibus Congregationibus Beneficiato-
rum, *Card. de Luc. de Benefic. diſc. 14. num. 5. &
ſeqq. de Praemin. diſc. 8. num. 8. & diſc. 51. num.
3. Rot. deciſ. 143. num. 10. & plurib. ſeqq. & de-
ciſ. 216. num. 4. & ſeqq. part. 7. & deciſ. 147. num.
10. part. 10. Recent. & deciſ. 357. num. 13. cor. bon.
mem. Lancetta, & in Placentina prætenſæ Collegia-
litatis 19. Novembr. 1703. §. Cum enim, cor. clar.
mem. Card. Scotto, & in Urgellen. Plebaniæ 25.
Aprilis 1712. §. Et quamvis, cor. clar. mem. Card.
Priolo.*

Eoque magis probationes debent eſſe conclu-
dentes, ſi per certas, & legitimas demonſtrationes 40
oſtendatur, Eccleſiam a principio fuiſſe ſimplicem
Parochialem, & diu in ſimplicis Parochialis ſtatu
permanſiſſe; nam his concurrentibus probationi-
bus, ille qui contendit Eccleſiam a Parochiali fuiſſe
evectam ad ſtatum Collegialitatis, probare debet
mutationem ſtatus per ea genera probationum, ex
quibus in Beneficialibus ſtatus mutatio probatur, 41
nempe, quod concurrat quadragenaria cum bona
fide, & cum voluntate Superioris ad id poteſtatem
habentis, *Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 34.
num. 46. 49. & 52. Tondut. Quæſt. Beneficial. part.
3. cap. 166. num. 16. Adden ad Gregor. deciſ. 434.
num. 20. Rot. coram Penia deciſ. 1392. num. 3. &
ſeqq.* Et in terminis Collegialitatis *deciſ. 234. nu- 42
mer. 23. & ſeqq. & cor. Molines deciſ. 156. num.
13. §. Nec tot, & deciſ. 294. num. 6. & in Comen.
Canonicatus 11. Febr. 1704. §. Final. cor. cl. me.
Card. Scotto.*

In perquirendo autem quænam ſint illa ſigna
univoca Collegialitatem præſeferentia, certa, &
ſtabilis Regula dari non poteſt, ſed ſicuti in omni- 43
bus materiis conjecturalibus plurimum defertur Ju-
dicantis arbitrio, penſatis ſingulorum caſuum cir-
cumſtantiis; ita in hac Collegialitatis materia, quæ
a circumſtantiis extrinſecis ſummopere dependet,
& ab examine, & reſpective præponderantia proba-
tionum, totum remittitur judicare debentis arbitrio,
*Barboſa de Canonic. cap. 2. nu. 16. Rot. deciſ. 147.
nu. 7. part. 10. Recent. & in Montis Regalis Prio-
ratus 2. Maii 1701. §. Addito, cor. bon. mem. An-
ſaldo.*

Hinc *Rota Romana* non ſolum in Deciſionibus
jam impreſſis, ſed etiam in aliis recentioribus, quas
manuſcriptas, ſive ſeparatim impreſſas habemus, vul-
go, *Volantes*, nuncupatas, ſæpe in hac materia va-
ria fuit, modo admittendo, modo reprobando aliquot
ſigna, & præſumtiones: quod non eſt Judicantium 44
inconſtantiæ tribuendum, ſed variis ſingulorum
caſuum circumſtantiis, earumque complexui, pro-
pter quam diverſitatem quandoque pro Collegia-
litate, quandoque contra eam reſponſum fuit.
Sic

Sic in *Mediolanen. Præpoſituræ*, licet prima vice reſponſum fuiſſet pro Collegialitate, ut ex *deciſ.* 156. *cor. Molines*; nihilominus poſtmodum ex novis factis circumſtantiis fuit ab ea receſſum, & reſolutum non conſtare de Collegialitate, ut ex *deciſ.* 181. & 237. *cor. eodem*, & 18. *Martii* 1695. & 18. *Junii* 1696. *cor. Muto.* eodemque modo contra Collegialitatem reſolutum *in deciſ.* 357. *cor. bon. mem. Lancetta*, & *in Placentina prætenſæ Collegialitatis* 19. *Novembris* 1703. *cor. cl. mem. Card. Scotto*, & *in Urgellen. Plebaniæ* 25. *Aprilis* 1712. *cor. clar. mem. Card. Priolo.*

Prout econverſo ſtantibus urgentibus ſignis, &
45 conjecturis, pro Collegialitate reſponſum fuit, cæteris omiſſis, in *Celſonen. Præpoſituræ cor. Molines deciſ.* 294. & 333. *cor. R. P. D. Criſpo deciſ.* 243. *cor. cl. mem. Card. Falconerio deciſ.* 1. *tit. de Benefic. tom.* 1. *in Montis Regalis Prioratus* 2. *Maii* 1701. *cor. bon. mem. Auſaldo*, & *in Comen. Canonicatus* 11. *Februarii* 1704. *cor. cl. mem. Card. Scotto*, *in Matheranen. Archipresbyteratus* 27. *Junii* 1707. *cor. Kaunitz*, *in Tridentina Archipresbyteratus* 4. *Junii* 1723. *cor. bon. mem. Gumaches*, & 3. *Decembris ejuſdem anni cor. eodem.* Adeout exinde dignoſcatur, totam hanc materiam regulandam eſſe a circumſtantiarum complexu, cum recepta Regula, ut ſingula, quæ non proſunt, unita, & ſimul ſumta juvent, *Card. de Luc. diſc.* 14. *in fine de Benef.*

Sed deſcendentes ad examen principalium circumſtantiarum, quæ conſiderari ſolent pro evincenda Collegialitate Eccleſiæ; Prima eſt illa, quæ
46 deducitur ex collationibus Apoſtolicis expletis de aliquo Beneficio, tanquam Dignitate principali in Collegiata vigore Regulæ IV. Cancellariæ. Hæc enim circumſtantia valde efficax eſt, plurimumque influit ad probandam Collegialitatem, ſi proviſiones ſunt multiplicatæ, & longo ſpatio quadraginta annorum effectum ſortitæ, *Card. de Luc. de Benefic. diſc.* 14. *num.* 18. ubi quod hoc motivum ſibi inferebat difficultatem, *Piton. diſcept.* 116. *num.* 34. *Eminentiſſimus Petra ad Conſtit. Apoſtolic. tom.* 3. *ad Conſtit.* 7. *Innocentii IV. ſect.* 1. *num.* 8. & 34. *Rota deciſ.* 240. *num.* 15. 20. & 21. *cor. Otthobon. deciſ.* 243. *num.* 17. *coram R. P. D. Criſpo, deciſ.* 156. §. *Tertio, deciſ.* 294. §. *Juſtificatio, deciſ.* 333. §. *Etenim cum ſeqq. cor. Molines*, & *in Montis Regalis Prioratus* 2. *Maii* 1701. §. *Addito*, & §. *Et in omnem caſum, coram bon. mem. Auſaldo*, & *in Matheranen. Archipresbyteratus* 27. *Junii* 1707. §. *Collegialitas, cor. Kaunitz.*

Id quod magis procederet, ſi Proviſiones Apoſtolicæ fuiſſent ab ipſis Ordinariis exequutioni de-
47 mandatæ, aut ſi non conſtaret unquam Ordinarios pro tempore aliquam expleviſſe collationem de di-
48 cta Dignitate; nam id magis oſtenderet eſſe principalem Dignitatem in Collegiata; cum alias inveriſimile prorſus ſit, quod voluiſſent exequutioni Litteras, uti eorum ordinariæ juriſdictioni præjudiciales, demandare, & permittere Proviſos Apoſtolicos Beneficium poſſidere per tantum tempus, *Rot. dec.* 284. *num.* 4. *part.* 14. *deciſ.* 39. *num.* 7. *part.* 15. *deciſ.* 284. *num.* 15. *part.* 16. *deciſ.* 809. *num.* 17. 18. 19. *part.* 18. *Recent.* & *deciſ.* 294. *num.* 4. & 5. *cor. Molines.* Aut ſi Eccleſia eſſet Curata,
49 nullus in illius vacatione habitus fuiſſet concurſus, qui in ſimplici Parochiali omnino neceſſarius fuiſſet, ſive in menſe ordinario, ſive in menſe reſervato vacaſſet, *Rot. dict. deciſ.* 294. *num.* 9. §. *Cæterum, cor. Molines.*

Ex ipſo autem tenore Litterarum Apoſtolicarum facile deprehendi poteſt, quod Sedes Apoſtolica contulerit Beneficium tamquam reſervatum, ex quo eſſet Dignitas principalis in Collegiata. Si 50 enim ibi adeſt hæc expreſſio = *Dudum ſiquidem omnes Dignitates in Collegiatis Eccleſiis* Principales &c. *Diſpoſitioni noſtræ reſervavimus &c.* utique dicendum erit, Proviſionem factam eſſe de Dignitate in Collegiata; etiam ſi adeſſet in Litteris Apoſtolicis expreſſio Menſis reſervati; nam adhuc affirmandum erit, proviſionem emanaſſe ex capite Colle- 51 gialitatis, & non ex reſervatione ratione Menſis, pro qua Litteræ Apoſtolicæ diverſo modo concipiuntur, ut late probat *Rot. deciſ.* 333. *num.* 5. & *ſeqq. cor. Molines*, & *in Montis Regalis Prioratus* 2. *Maii* 1701. §. *Palam, cor. bo. mem. Anſuldo.*

Et licet quandoque *Rota* dubitaverit de hoc requiſito, utpote quia proviſiones Apoſtolicæ erant recentes, & factæ ad ſupplicationem partium, & cum clauſula *ſive præmiſſo*, *ſive quovis alio modo* 52 *&c.* quæ non reſtringit diſpoſitionem ad certam vacationis ſpeciem, ſed generaliter omnes comprehendit, ut poſt *Cavaler. deciſ.* 266. *num.* 1. dictum fuit *in deciſ.* 147. *num.* 20. & 21. *part.* 10. *Recent.* & *in Mediolanen. Præpoſituræ* 18. *Martii* 1695. §. *Inſuper, cor. Muto.* Nihilominus ſufficit, ſi ſpatio 53 quadraginta annorum ſint continuatæ; nam exinde ſufficiens emergit præſcriptio qualitatis Collegiativæ, ut ſupra diximus *num.* 49.

Clauſula vero *ſive præmiſſo*, *ſive quovis alio modo &c.* (quæ ſemper apponitur, quando Papa con- 54 fert Beneficia reſervata) non deſtruit diſpoſitivam, quod eſſet principalis Dignitas in Collegiata, ſuper qua conſtituitur fundamentum Gratiæ; nam licet poſſit capi alia reſervatio; tamen Collegialitas ſaltem de facto probanda erat; Si enim narrativa Collegialitatis fuiſſet omnino falſa, Gratia nullo modo ſubſiſteri potuiſſet ex dicta clauſula generali 55 *ſive præmiſſo &c.* quæ tamquam acceſſoria, nullius fuiſſet momenti, deficiente fundamento principali Gratiæ, *Lotter. de re Benefic. lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 63. & 66. *cum ſeqq. Roſ. de Execut. Litter. Apoſtolic. cap.* 5. *numer.* 33. *part.* 1. *Card. de Luc. de Benefic. diſc.* 36. *num.* 21. *Rot. deciſ.* 152. *num.* 52. *part.* 12. *deciſ.* 223. *num.* 4. & *ſeqq. part.* 13. *deciſ.* 195. *num.* 27. *part.* 17. *Recent.* & *in Anglonen. Archipresbyteratus* 24. *Aprilis* 1654. §. *final. coram Albergato*, & 5. *Julii* 1655. §. *Præterea, cor. Melito*, & *in Toletana Præſtimonii* 30. *Aprilis* 1703. §. *Nec in jure, cor. Muto.* Et ſi contrarium 56 argumentum procederet, numquam ex proviſionibus Apoſtolicis poſſet firmari ſtatus Beneficii, & Eccleſiæ, quia ſemper illæ habent in ventre clauſulam præfatam *ſive præmiſſo, &c.* quod repugnat tot DD. & Deciſionibus ſupra allegatis.

Secunda circumſtantia eſt, ſi Eccleſia ſuum ha- 57 beat Collegium Beneficiatorum, qui Canonicorum nomine nuncupentur, & Manſionariorum, quorum proviſio ad Pontificem, & Ordinarium ſpectet, ſervata Menſium alternativa; Maxime ſi Canonici, & Beneficiati, vel Manſionarii conveniant in certo loco ad peragenda negocia Eccleſiæ, & Capituli, & Capitulariter congregentur occaſione Viſitationis, & dum Synodus celebratur, & ad firmata per *Eminentiſſimum Petra ad Conſtitut. Apoſtolic. tom.* 1. *ad Conſtitut.* 7. *Innocentii IV. ſect.* 2. *num.* 34. *Piton. diſcept.* 116. *num.* 17. *Rot. deciſ.* 482. *num.* 4. *ibique adden. coram Ludoviſ.* & *deciſ.* 274. *num.* 3. *cor. Cavaler.* & *deciſ.* 1163. *num.* 10. *cor. Penia*, & *deciſ.* 234. *num.* 8. *part.* 18. *Recen.* & *deciſ.* 1. *num.* 4. §. *Communes Tractatus, cor. clar. mem. Cardinal. Falconerio, tom.* 1. *tit. de Benefic.*

Verum

58 Verum circumſtantia, quod Canonicatus, & Ec-
cleſiæ provideantur a Papa, & Ordinario in ſuis
reſpective Menſibus, in abſtracto, & in genere
ſumta, non eſt ſignum univocum Collegialitatis,
cum id conveniat quibuſcumque Beneficiis, etiam
in ſimplici Parochiali exiſtentibus, quæ in ſuis re-
ſpective Menſibus a S. Sede, & Ordinario conſe-
runtur. Imo nec eſt ſignum univocum, quod appel-
59 lati fuerint *Canonicatus*, cum tales poſſeot dici abuſi-
ve *Canonici*, eodem modo, quo plurimi dicuntur
Comites abuſive, cum nullum habeant Comitatum,
quo exemplo utitur *Rot. in Placentina Parochialis
27. Junii 1636. §. Sed quod magis eſt, coram Card.
Panzirolo, in Mediolanen. Præpoſituræ 18. Martii
1695. §. Quandoquidem, & 18. Junii 1696. §. De-
nique, cor. Muto, & in Placentina prætenſa Colle-
gialitatis 19. Junii 1703. §. Nec obſtat, cor. clar.
mem. Card. Scotta*, cum aliis in *deciſ. 357. n. 24. §.
Tum quia, cor. bon. mem. Lancetta.*

Diximus, quod in abſtracto hæc circumſtantia
non relevat, ſed inſpiciendum eſt, an Canonicatus,
Manſionariæ, vel Beneficiatus, fuerint proviſi ab
Ordinariis præſertim cum expreſſa enunciativa,
60 quod eſſent Canonicatus, & Manſionariæ in Colle-
giata; nam ſicuti ſi deficeret iſta expreſſio, eſſet
conjectura efficax pro excluſione Collegialitatis,
*Rot. in Mediolanen. Præpoſitura deciſ. 181. §. Cui,
cor. Muto.* Ita econverſo, ſi Ordinarii ab antiquo
tempore conſueverint conferre dictos Canonicatus,
tamquam Canonicatus Collegiatæ, hæc circum-
ſtantia Collegialitatem probaret ex duplici ratio-
61 ne; prima, quia Ordinarii præſumuntur informati
de ſtatu ſuarum Eccleſiarum, *Cap. Præſumitur, de
Regul. jur. in 6. Fagnan. in Cap. Poſtulaſti, n. 14.
& 15. de Jurepatr. Piton. diſcept. 116. n. 6. Adden.
ad Buratt. deciſ. 236. n. 16. Corrad. in Prax. Be-
neſic. lib. 2. cap. 9. Rot. deciſ. 294. n. 4. cor. Moli-
nes, in Comen. Canonicatus 18. Februarii 1704. §.
Hoc ipſum, cor. clar. mem. Card. Scotta, & in Ma-
theranen. Archipresbyteratus 27. Junii 1707. §.
Collegialitas, cor. Kaunitz.* Et ſecunda, quia Epi-
62 ſcopo non expedit canonizare Collegialitatem,
quando in ea reperitur Dignitas, ne in illius præ-
judicium ſemper affecta remaneat Sedis Apoſtolicæ
diſpoſitioni ob reſervationem Regulæ Quartæ Can-
cellariæ, *Fagnan. in Cap. Poſtulaſti a n. 13. de Ju-
repatr. Rot. deciſ. 243. num. 16. coram Reverendiſſ.
Criſpo, & in dicta Comen. Canonicatus §. Hoc ipſum,
cor. clar. mem. Card. Scotto, & in Tranen. Præemi-
nentiarum ſuper Reſervatis 3. Junii 1715. §. Enun-
ciativa, cor. eodem, & in Tridentina Archipresby-
teratus 4. Junii 1723. §. Primo, & 3. Decembris
ejuſdem anni §. Hinc tranſeundo, coram bon. mem.
Gamaches.*

63 Potiſſimum ſi poſſeſſio Canonicatuum tradi con-
ſueverit Capitulariter, cum aſſignatione Stalli in
Choro, & loci in Capitulo; nam traditio poſſeſ-
ſionis hoc modo facta arguit Collegialitatem, *Bar-
boſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib. 2. cap. 6. nu. 7. Ca-
pon. diſcept. 288. n. 6. Piton. diſcept. 116. n. 21. &
n. 25. Rot. deciſ. 243. n. 13. cor. Reverendiſſ. Criſ-
po, & deciſ. 234. num. 12. part. 16. Recent. & dec.
960. n. 6. cor. Penia, & deciſ. 156. num. 17. coram
Molines, & in Tridentina Archipresbyteratus 4.
Junii 1723. §. Accedebat, & 3. Decembris ejuſdem
anni §. Hinc tranſeundo, cor. Gamaches.* Quem-
64 admodum ſi hæc traditio deficeret, id eſſet argu-
mentum dictæ Collegialitatis excluſivum, *Rot. in
Placentina Parochialis 27. Junii 1636. §. Nec rele-
vat, cor. Panzirolo, & in Placentina prætenſa Col-
legialitatis 27. Junii 1703. §. Circumſtantia, coram
clar. mem. Cardinali Scotta.*

Ut etiam circumſtantia, quod Beneficiati, vel
Manſionarii Capitulariter congregentur, vel ad 65
tractanda negotia Eccleſiæ, vel occaſione Viſita-
tionum, & dum Synodus celebratur, nec eſt ſig-
num univocum Collegialitatis, cum id conveniat
etiam ſimplici Collegio Beneficiatorum, ut dixit
*Rot. in Urgellen. Plebaniæ 25. Aprilis 1712 §. Et
quamvis, cor. clar. mem. Card. Priola.* Requiri-
tur igitur ad hunc effectum, quod ab antiquo
tempore conſueverint Capitulariter in loco fixo, 66
& determinato congregari, & nomine totius Ca-
pituli actus Collegialiter explere; nam iſti actus
ſi ſunt antiqui, & ſæpius expleti, probant Colle-
gialitatem, *Rot. deciſ. 234. num. 10. part. 16. Re-
centior. deciſ. 1. numer. 4. §. Communes, cor. clar.
mem. Card. Falconer. tom. 1. tit. de Beneficiis, &
in Comen. Canonicatus 11. Februarii 1704. §. Vi-
ſa, cor. clar. mem. Card. Scotta, & in dicta Triden-
tina Archipresbyteratus, cor. Gamaches, locis ſu-
pra citat.* Quod ſi Capitularis adunantia ſæpius in 67
diverſis locis expleta fuerit, non leve exinde dedu-
citur argumentum pro excluſione Collegialitatis,
ut ait *Rot. in Placentina prætenſæ Collegialitatis 19.
Novembris 1703. §. Rurſus, cor. clar. mem. Card.
Scotto.*

Tertio inter præcipua ſigna Collegialitatis a
Rota, & a DD. numerantur deputatio Syndici de 68
Gremio, Sigillum proprium, Collegi Signum præ-
ſeferens, & Arca communis; nam ſicuti ſi hujuſ- 69
modi ſigna deficerent, excluſa cenſeretur Collegia-
litas, *Rot. deciſ. 356. num. 1. & ſeqq. cor. Lancet-
ta, & in Mediolanen. Præpoſitura deciſ. 181. num.
1. coram Molines, & 18. Martii 1695. §. Simi-
li, & 18. Junii 1696. §. Fortius, cor. Muta, &
in Placentina prætenſa Collegialitatis 19. Novem-
bris 1703. §. Non adeſt, cor. clar. mem. Card. Scot-
to.* Ita ex oppoſito poſitis his ſignis Arcæ com-
munis, Sigilli communis, & deputationis Syndi- 70
ci, dicendum erit, quod exinde Collegialitatis
probatio coadjuvata remaneat, ex plene relatis per
*Eminentiſſ. Petr. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom. 3. pag.
71. num. 24. Adden. ad Buratt. deciſ. 455. num. 5.
Rot. coram Mantica deciſ. 175. cor. Penia deciſ.
960. num. 3. cor. Gregor. deciſ. 482. num. 4. cor.
clar. mem. Card. Falconer. deciſ. 1. §. Electio, &
ſeqq. tom. 1. tit. de Benefic. cor. Reverendiſſ. Criſpo
dec. 243. n. 12. in Montis Regalis Prioratus 2. Maii
1701. §. Conjurabant, cor. bon. mem. Anſalda, in
Tridentina Archipresbyteratus 4. Junii 1723. §.
Accedebat, & 3. Decembris ejuſdem anni §. Tranſ-
eundo, cor. bon. mem. Gamaches.* Cum cætero- 71
quin, hoc requiſitum de per ſe ſumtum, inter fabu-
las quodammodo reponi mereatur, ut ait *Card. de
Luc. diſc. 14. n. 7. de Benefic.* Hinc Sacra Congre-
gatio Concilii in *Trivicana Collegialitatis 1. Sep-
tembris* 1731. declaravit, non eſſe Collegiatas Ec-
cleſias S. Mariæ de Fracta Terræ Caſtelli, & S.
Joannis Baptiſtæ Terræ Cariſii, quamvis hujuſmo-
di ſigna, & alia etiam concurrerent, ut infra *n.* 91.
dicemus; & tolerandum eſſe reſpondit, ut dictarum
Eccleſiarum Parochi, & Presbyteri uti poſſent Si-
gillo cum inſcriptione = *Collegium Terræ Cariſii* =
Collegium Terræ Caſtelli.

Verum ut hæc ſigna relevent, non ſufficit ſola
exiſtentia Sigilli, ſed requiritur illius uſus in nego- 72
ciis communibus, & Capitularibus, ex relatis per
Rot. deciſ. 147. n. 8. part. 10. Recent. Et quod ip- 73
ſum Sigillum ſit unice deſtinatum ad privativum
uſum ipſius Collegii, quodque alteri non deſerviat,
*Eminentiſſ. Petr. ad Conſtitut. Apoſtolic. loco citat.
num. 25.* & firmatum fuit *in deciſ. 10. num. 2. de
Præbend. cor. Achill. de Graſſ. deciſ. 136. num. 17.*

part.

part.7. dec. 216. num. 5. part.7. Recent. deciſ. 357.
num. 1 & ſeqq. cor. Lancett. Eodemque modo
74 reſpectu Arcæ communis, non ſufficit Arca for-
malis, & idealis, ſed materialis omnino requiritur,
ut in ea cuſtodiri valeant Scripturæ, & Pecuniæ
Collegii, *Rot. dict. deciſ. 136. num. 15. & ſequen-
tib. part. 6. Recent. & deciſ. 357. num. 4. cor. Lan-*
75 *cetta.* Et requiritur, ut ſingulis annis introitus om-
nes Eccleſiæ collocentur in eadem Arca, cum
non ſit ſatis, particularem aliquam ſummam ibi-
dem reconditam fuiſſe, *Rot. cor. Lancetta dict.*
76 *deciſ. 357. num. 6.* Eoque minus ſuffragari poſſet
hoc ſignum Arcæ communis, ſi probaretur in
Civitate, & Diœceſi illud eſſe commune, etiam
ſimplicibus Eccleſiis Parochialibus; *Rot. dict. de-
ciſ. 147. num. 9. part. 10. Recent.* Vera quoque,
77 & propria Syndaci deputatio requiritur; neque
enim ad hunc effectum ſufficit, quod deputetur
aliquis Oeconomus, qui Maſſam communem exi-
gat, & dividat; quia id verificari poteſt etiam
de iis, quæ ad plures uti ſingulos ſpectat, nec
exinde concluditur ad Collegialitatem, *Adden.
ad Buratt. deciſ. 455. num. 5. verſ. Item neque,
Addea. ad Gregor. deciſ. 482. num. 9. verſ. Sicut
nec etiam, Rot. deciſ. 192. num. 12. part. 14. Re-
cent.* cum aliis in *dict. deciſ. 357. §. Cateræ, cor.
Lancetta.*

Quarta circumſtantia depromi ſolet ex eo, quod
78 Congregatio, ſeu Cœtus Presbyterorum, ſeu Ca-
nonicorum Eccleſiæ faciat Statuta pro bono il-
lius regimine, *Addea. ad Baratt. deciſ. 455. nu-
mer. 5. verſ. Item manifeſtum*, ubi quod hoc eſt
ſignum manifeſtum Collegiatæ, *Rot. deciſ. 175. &
deciſ. 215. ſub num. 1. cor. Mantica, & deciſ. 1. n.
5. & ſeqq. cor. clar. mem. Card. Falconerio tom. 1.
tit. de Beneſic.* Quod tamen locum ſibi vindicat,
79 quando adeſt Codex Conſtitutionum particula-
rium, de quibus ſervandis in ingreſſu præſtetur ju-
ramentum, *Rot. dec. 181. num. 3. cor. Molines, &
in Placentina pratenſæ Collegiatæ 16. Novembris
1703. §. Circumſtantiæ, cor. clar. mem. Card. Scot-*
80 *to.* Et non ſufficit exhibitio aliquarum ordinatio-
num a dictis Presbyteris factarum, niſi redactæ
fuerint in unum volumen, juxta Collegiorum
morem; nam alias Conſtitutiones particulares non
ſunt aptæ ad inducendum extrinſecum ſignum Col-
legialitatis, *Rot. deciſ. 357. §. Reſpectu, coram Lan-
cetta.*

Quinto non parum Collegialitatis probationem
81 coadjuvant deſcriptio alicujus Eccleſiæ uti Colle-
giatæ in Elencho aliarum Collegiatarum Diœce-
ſis; Litterarum Apoſtolicarum exequutio directa
Præpoſito, aut Abati, vel alicui ex Canonicis;
Enunciativæ antiquæ, pluries in actibus ſeriis, &
proportionatis emiſſæ, vel a Canonicis, vel ab E-
piſcopis, præſertim in viſitationibus, & Relatio-
nibus Status Diœceſis ad Sacram Congregationem,
juxta Conſtitutionem Sixti V. tranſmiſſis; Provi-
ſiones Apoſtolicæ, ſive Ordinariæ de Beneficiis
Eccleſiæ, tamquam de Canonicatibus, ſeu Benefi-
ciis in Collegiata, de quibus omnibus circumſtan-
tiis agunt promiſcue DD. relati per *Rot. deciſ.
156. & dec. 181. cor. Molines, deciſ. 243. n. 14. cor.
Reverendiſſimo Criſpo, deciſ. 1. num. 6. & ſeq. cor.
Eminentiſſ. Falconerio tom 1. tit. de Beneſic. & in
Baren. Primicerіatus 17. Martii 1684. §. Quibus
omnibus cum duobus ſeqq. cor. Paulutio, in Anco-
nitana Canonicatus 20. Junii 1685. §. Maxime,
cum duob. ſeqq. cor. Urſino, in Beneventana Colle-
gialitatis 22. Februarii 1686. coram eodem, in Co-
men. Canonicatus 11. Februarii 1704. §. Viſa fuit,
cum ſeqq. cor. clar. mem. Card. Scotto, & in Mathe-
ranen. Archipresbyteratus 27. Junii 1707. §. Colle-
gialitas, coram Kaunitz.*

Communis etiam, & immemorabilis reputa-
tio, quod Eccleſia habita fuerit ab omnibus uti 82
Collegiata, licet regulariter non probet Colle-
gialitatem, cum iſta materia habeat ſuas certas
probationes, *Tondat. Quæſt. Beneficial. part. 1.
cap. 2. §. 2. num. 6. Adden. ad Buratt. deciſ. 455.
num. 5. verſ. Nec probatur, Adden. ad Gregor.
deciſ. 482. litt. C. verſ. Non etiam, Achill. de Graſſ.
deciſ. 10. num. 3. de Præbend.* Præſertim ſi con- 83
currant circumſtantiæ in contrarium, quia tunc
non poſſet dici conſtans, & inconcuſſa apud om-
nes, *Rot. deciſ. 99. numer. 21. part. 10. Recent.*
Nihilominus ſi fama ſuper hoc eſſet conſtans, & 84
communis omnium reputatio, poſſet exinde deduci
aliquale adminiculum Collegialitatis, ſicuti faciunt,
ut diximus, antiquæ enunciativæ, *Rot deciſ. 143.* 85
*num. 14. part. 7. deciſ. 147. num. 20 part. 10. Re-
cent. deciſ. 245. num. 19. cor. Molines, in Placen-
tina Parochialis 15. Junii 1635. §. Non obſtat cor.
Panzirolo. in Placentina pratenſa Collegialitatis 19.
Novembris 1703. §. Nec obſtat, cor. cl. mem. Card.
Scotto.*

Hiſtoricis vero ſolet circa Collegialitatem Ec-
cleſiarum aliqua adhiberi fides, quando ſunt anti- 86
qui, & probatæ fidei, atque ab omnibus Eruditis
recipiuntur; & quoties formiter, & non curſim per
ſimplices enunciativas de aliquo controverſo facto
loquuntur; cum cæteroquin Hiſtorici, qui perfun-
ctorie, & enunciative ſermonem habent, nullum
referendo probationis genus, regulariter non pro-
bent, *Melchior Canus lib. 11. de locis Theolog.
cap. 3. Pariſ. conſ. 23. numer. 253. Rot. deciſ. 17.
num. 20. & ſeqq. cor. Argaell. deciſ. 784. num. 12.
& 13. & deciſ. 918. n. 6. cor. Molines, & in Juve-
nacen. Juriſdictionis 28. Martii 1732. §. 13. coram
R. P. D. Millino.* Eodem modo, quo dicitur de
Teſtibus, quibus Hiſtorici æquiparari poſſunt: Te-
ſtibus enim ſuper Collegialitate non creditur, niſi re-
ferant ſigna eamdem neceſſario concludentia, *Rot.* 87
*deciſ. 143. num. 19. part. 7. deciſ. 192. n. 20. part.
14. Recent.* dum Collegiata non indicatur a nomi-
ne, ſed a ſubſtantia, & effectu, *Rot. in Placentina* 88
*Parochialis 27. Junii 1636. §. Sed quod in fine, cor.
Panzirolo.*

Connumerari quoque ſolent inter ſigna Colle-
gialitatis, quod in Eccleſia plures adſint Benefi-
ciati, quod iidem habeant denominationem Capi- 89
tuli, Choro continuo aſſiſtant, Miſſam Conven-
tualem celebrent, Diſtributiones habeant quoti-
dianas, & Maſſam communem, pro qua Oeco-
nomum deputent, & ad ſonum Campanæ conve-
niant pro tractandis Eccleſiæ negociis; ſed iſta,
& ſimilia ſunt ſigna valde æquivoca, & dubia, 90
cum recte congruere poſſint etiam Cœtui Presby-
terorum Eccleſiæ Parochiali, & Matrici inſervien-
tium, ut præ cæteris bene advertit *Eminentiſſ. Pe-
tr. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom. 3. pag. 30. num. 22.*
Hinc Sacra Congregatio Concilii in dicta *Trivi-
cana Collegialitatis 1. Septembris 1631.* Collegiali-
tas non eſſe reſolvit Eccleſias *S. Mariæ de Fracta
Terræ Caſtelli, & S. Joannis Baptiſtæ Terræ Cari-
fii*, quamvis Epiſcopus teſtimonium perhibuerit,
ambas Eccleſias habere omnia ſigna Collegialita-
tis: *Antiquiſſimam nempe denominationem, Pri-* 91
*mam Dignitatem Abatialem, ſive Archipresbyte-
ralem, ſub qua tamquam ſub capite cæteri de Col-
legio coadunantur, aliaſque inferiores Dignitates,
pariter collativas, nempe Primicerialem, & Sacri-
ſtæ majoris, ſeu Theſaurarii, Punctatorem, Magi-
ſtrum Cæremoniarum, Oeconomum, ſive Procurato-*

rem

Digitized by Google

rem, Archivum, Sigillum cum Inſcriptionibus, Collegia reſpective exprimentibus, propria Statuta, Curam habitualem cum perceptione omnium emolumentorum Parochialium annexam, continuum Chori ſervitium, & Miſſæ Conventualis celebrationem ≈
92 Concurrebant enim in dicto caſu aliæ validiores
circumſtantiæ Collegialitatis excluſivæ; Abatia
enim, & reſpective Archipresbyteratus præfatarum
Eccleſiarum numquam a Sede Apoſtolica provideri
conſueverant tamquam Dignitates reſervatæ vigore
Regulæ IV. Presbyteri earum ſervitio adſcripti
numquam titulo Canonicorum, & Inſignibus potiti
ſunt. In relationibus Status Eccleſiæ
93 *Trivicanæ* ab Epiſcopis ad Sacram Congregationem
transmiſſis, Eccleſiæ illæ nuncupantur non
Collegiatæ, ſed Parochiales; In Proviſionibus quandoque
factis a Dataria utraque Eccleſia titulo Parochialis
appellata fuit. Et denique quia *Ughell. in Ital. Sacr. de Epiſcop. Trivican. tom.* 8. deſcribens
Diœceſim *Trivicanam*, unam tantum in ea refert
eſſe Eccleſiam Collegiatam, ſcilicet in Terra *Flumari*,
reliquas vero recenſet tamquam Parochiales,
& Receptitias.

Cæterum in concurſu Circumſtantiarum hinc
inde militantium, data æquali earum pondere,
prævalere debent ſigna excluſiva Collegialitatis,
94 quia habent pro ſe aſſiſtentiam juris, quæ pro illius
excluſione militat, ut diximus ſupra *nu.* 36. & in
propoſito animadvertit, *Rot. in Mediolanen. Præpoſituræ* 18. *Martii* 1695. *§ Simili*, & 18. *Junii*
1696. *§. Fortius, cor. Muto, & in dicta Placentina
pratenſæ Collegialitatis* 19. *Novembris* 1703. *§. Fortius, cor. clar. mem. Card. Scotto.*
95 Quod tamen declarandum puto, quoties ageretur
de ſignis Collegialitatis, nullam temporis
vetuſtatem præſeferentibus, nam ſi illa antiqua eſſent,
& ageretur de Eccleſia erecta ante annum
1623. tunc potius inclinari deberet pro vera, &
propria Collegialitate quoad omnes, & quoſcumque
juris effectus, etiam reſervationis primæ Dignitatis,
eo quia antiquitus apud DD. & Tribunalia
communiter vigebat opinio, quod poſſent
Locorum Ordinarii, ſimplices, ſeu Parochiales Eccleſias
in Collegiatas erigere, ut patet ex notatis
per *Gambar. de Poteſtat. legat. lib.* 5. *tit. de Poteſt. legat. in erigend. nov. Benefic. num.* 30. *Faſcb. de
Viſitat. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. & 7. *Piton. diſcept.
Eccleſ.* 116. *num.* 30. *tom.* 4. *Rot. deciſ.* 1578. *nu.*
3. & 4. *cor. Coccin.* & *deciſ.* 1083. *num.* 3. & 4.
coram Emerix Jun. & *deciſ.* 42. *num.* 10. *part.* 14.
Recent. & non niſi quam *anno* 1623. Sacra Congregatio
Concilii declarare cœpit, hujuſmodi Erectiones
Collegiatarum Eccleſiarum Sanctæ Sedi
tantummodo reſervatas eſſe, ut notat *Piton. dict.
diſceptat.* 116. *n.* 30. *tom.* 4.

Pro coronide tandem animadvertendum, quod
ad effectum, ut locum ſibi vindicet reſervatio no-
96 ſtræ Regulæ, exuberat Eccleſiam eſſe habitu Collegialem,
licet actu talis non ſit, *Adden. ad Buratt. deciſ.* 87. *ſu* 2. *num.* 14. *Rot. deciſ.* 376. *num.*
13. *coram Remboldo*, cum aliis in *deciſ.* 156. *§.
Et quidem, coram Molines*, & *deciſ.* 333. *num* 23.
coram eodem. Sufficitque probare ab initio Collegialitatem;
nam ea demonſtrata, ſubſequentes
97 contrariæ proviſiones Ordinariorum non poſſunt,
ex defectu poteſtatis illius, ſtatum mutare, prout
nec etiam Proviſiones Apoſtolicæ, deficiente in
98 Papa voluntate, maxime ſi illæ ex cauſa reſignationis
emanaverint, ut late firmatur in laudatis *Deciſionibus coram Molines.*

§. III.

De Reſervatione Prioratuum, Præpoſiturarum, Præpoſitatuum, aliarumque Dignitatum Conventualium.

ARGUMENTUM.

REſervantur pariter in Regula Prioratus, Præpoſituræ, & aliæ Dignitates Conventuales Regulares, de quibus Regula proprie intelligitur; debent tamen eſſe perpetuæ, ſecus ſi amovibiles ſint, & manuales; & dicuntur perpetuæ, etiam ſi electivæ exiſtant. Procedit diſpoſitio Regulæ in Prioratibus ſolitis dari in Commendam; & etiam in iis, qui Monachos non habent. Examinatur Quæſtio, an Cardinales vigore Indulti conferre poſſint Prioratus Regulares, & alias Dignitates Conventuales exemtas: qua occaſione recenſentur quamplurimæ circumſtantiæ, ex quibus evincitur Prioratum eſſe Regularem, & exemtum. Cardinales conferre non poſſunt vigore Indulti Beneficia erecta in Eccleſiis ædificatis in Solo Lateranenſi, quamvis exiſtentia in Diœceſibus eorumdem Cardinalium Epiſcoporum, dum vacant in Menſibus reſervatis, in quibus Capitulum Lateranenſe conferre non poteſt.

SUMMARIUM.

1 *Prioratus, Præpoſituræ, & aliæ Dignitates Conventuales, ſunt vigore Regulæ reſervatæ.*
2 *In quo differt iſta reſervatio ab ea contenta in Regula II.*
3 *Qui ſe fundat in hac reſervatione, probare debet Prioratum, Præceptoriam &c. eſſe Dignitatem Conventualem.*
4 *Regula intelligitur de Prioratibus, & Dignitatibus Regularium. Et de ratione* num. 6.
5 *Eccleſia Conventualis quandoque ſumitur pro Eccleſia Seculari.*
7 *Sed juxta communem loquendi uſum, Eccleſiæ tantum Regulares dicuntur Conventuales.*
8 *Prior Conventualis quis dicatur.*
9 *Regula procedit, etiam in Prioratibus, qui Monachos non habent.*
10 *Et in Prioratibus Regularibus dari ſolitis in Commendam.*
11 *Regula ſolum afficit Prioratus perpetuos, non autem temporales, & amovibiles ad nutum Superioris.*
12 *Nec Prioratus Obedientiarios, etſi Conventuales.*
Minuſque Præceptorias S. Antonii Viennen. n. 14. Sed contrarium n. 22.
13 *Prioratus Regularis in dubio præſumitur manualis, & amovibilis.*
15 *Quandoque tamen Beneficia Secularia ſunt manualia, & Regularia perpetua.*

16 *Manua-*

16 *Mannalitatis præſumtio non habet locum in Priore Conventuali retinente loco Abatis primam Dignitatem in Monaſterio.*

17 *Ad differentiam Priorum Clauſtralium, qui ad nutum amoveri poſſunt.*

18 *Prioratus electivi cum Superioris confirmatione, ſunt perpetui.*

19 *Beneficia electiva, etſi Regalaria, ſunt perpetaa, & cadunt ſub reſervatione Regulæ.*

Electio tamen ſpectat ad Conventum. num. 20.

21 *Ex quibus probetur Prioratus, Præceptorias, Præpoſituras &c. eſſe Beneficia perpetua.*

22 *Præceptoriæ Ordinis S. Antonii Viennen. ſunt perpetuæ.*

23 *Dignitas major poſt Principalem in Cathedrali Regulari, & Principalis in Collegiata pariter Regulari, cadunt ſub Reſervatione Regulæ.*

24 *Cardinales vigore Indulti conferre non poſſant Monaſteria Conſiſtorialia, vel Conventum habentia.*

25 *Poſſunt tamen conferre Prioratus, Præpoſituras, aliaſque Dignitates non Conventuales, licet vigore Regalæ reſervatas.*

26 *Intellige, qaando Dignitates præfatæ noa ſunt exemtæ, ſecus ſi tales ſint.* & num. 29. 39. 44. & 47.

Et ita quod Cardinales vigore Indulti conferre non poſſint Prioratus, & Dignitates Regalares exemtas, pluries deciſum fait, præſertim anno 1690. *a Coagregatione particalari.* num. 43. & ſeqq.

Refertur Motus proprias ſan. mem. Innocentii XII. ſuper confirmatione Reſolutionis præfatæ. num. 72.

27 *Cardinales vigore Indulti ſolum conferre poſſunt ea Beneficia, quæ ſecluſis reſervatioaibus, ad eorum liberam collationem ſpectarent.* & num. 36. 74. 76.

28 *Beneficia Regalaria exemta non ſunt de collatione Ordinariorum, ſed ſpectant ad Abatis, vel Pontificis diſpoſitionem.* & num. 32. & 33.

30 *Indultum etſi tribuat Cardinalibus facultatem conferendi Beneficia Regularia, intelligitur de iis, quæ pertinent ad eoſdem ratione Monaſteriorum, quæ obtinent in Commendam* & n. 39.

31 *Vel de Beneficiis Regalaribus non exemtis, quæ ſecluſa reſervatione, ad eorum collationem ſpectaſſent.* & num. 39.

34 *Nova proviſio, quæ a Sede Apoſtolica conceditur Proviſis a Cardinalibus vigore Indulti, continet clauſulam,* dummodo Beneficia collata ſub Indulto comprehendantur. & num. 67.

Hinc nullum jus tribuit, ſi talis deficiat comprehenſio. eod. num. 67.

35 *Beneficia ſuppreſſi Ordinis Humiliatorum non poſſunt conferri a Cardiaalibus vigore Iadulti, quia numquam faerunt de eorum collatione.*

37 *Et in limine ſecalarizatioais Ordinis fuerunt per S. Pium V. expreſſe reſervata S. Sedi, & excepta ab Indulto Cardinalium.*

38 *Jus, quod Ordinario favet pro collatione omnium Beneficiorum ſuæ Diœceſis, non percutit Beneficia exemta, ſed ſolum non exemta.* n. 54.

40 *Indulta Cardinaliam non comprehendunt Beneficia per Sedem Apoſtolicam tantum conferri ſolita.*

Etiam ſi alias Jus dicta Beneficia conferendi ad ipſos Cardinales Indultarios ſpectaret. ibidem.

41 *Moderna Indulta Cardinalium, quamvis antiquis magis ampla, adhuc comprehendere nequeunt Beneficia ad eorum collatioaem aon pertinentia.*

42 *Exceptio Regulam declarat, ſed non ampliat ad ea, quæ non ſunt de Regula.*

45 *Ultimus ſtatus Beneficii non attenditur, conſtito de antecedenti ſtatu contrario per rem judicatam canonizato.*

48 *Prioratus qualitas Regularibus probatur ex collatione in Commendam de eo facta a Cardinali.* & num. 65.

49 *Item ex Sententiis Rotalibus in judicatum tranſactis.*

Nec non ex pluribus antiquis enunciativis. n. 51.

50 *Qualitas Regularis levioris exigit probationes, quando agitur ad effectum juſtificandi Gratiam, concludentes vero, ubi agitur de ipſo ſtatu Regulari.*

53 *Prioratus Regularis cenſetur exemtus eo ipſo, quod non cadit ſub Alternativa Epiſcopi, habentis intentionem in jure fundatam pro collatione omnium Beneficiorum ſuæ Diœceſis non exemtorum.*

55 *Prioratus Ordinum S. Benedicti, S. Auguſtini, & S. Antonii Viennen. ſunt exemti.* & numer. 56. & 57.

58 *Recenſentur quamplurimæ circamſtantiæ evincentes Prioratum eſſe Regularem Ordinis S. Antonii Viennen.* & numer. 59.

60 *Conſtito de priori ſtatu Regulari, non cenſetur ille mutatus ex collationibus per* 40. *annos expletis favore Clericorum Secularium, niſi ulterius concurrant actus bona fide geſti ab habente poteſtatem, & voluntatem dictum ſtatum mutandi.* & num. 22. & 52.

61 *Proviſiones Apoſtolicæ, maxime ex caaſa Reſignationis emanatæ, non immutant ſtatam Beneficii.*

62 *Narrativa emiſſa a parte in Supplicatione Pontifici exhibita, non probat, niſi aliunde juſtificetur.*

63 *Pro mutatione ſtatas Beneficii de Regulari in Secularem, requiritar omnino bona fides.*

64 *Papa derogando Regularitati pro una vice, cenſetur illam pro futuris temporibus præſervare voluiſſe.*

65 *Proviſio Beneficii Regularis in Commendam non tollit, ſed magis confirmat Regularitatem.* & num. 48.

66 *Ordinarii facultatem non habent mutandi ſtatum Beneficiorum.*

68 *Quaſi poſſeſſio exurgens ex facto infecto, vel ſaltem dubio, non ſuffragatur.*

69 *Nec attenditur una cum ultimo ſtatu, quando conſtat de ſtatu anteriori per rem judicatam canonizato.*

70 *Itidem nec quando Proviſio efformans ultimum ſtatum eſt ipſo jare nulla, niſi concurrat bona fides ſpatio quadraginta annorum continuata.*

71 *Ultimus ſtatus non ſuffragatur, quando non agitur inter Proviſos ſuper validitate proviſionis, ſed circa ſtatum Beneficii, & pertinentiam Collationis inter Papam, Ordinarium Collatorem.*

73 *Cardinalis vigore Indulti conferre nequit Beneficia erecta in Eccleſiis ædificatis in Solo Lateranenſi, vacantia in Menſibus reſervatis, quamvis exiſtant in Diœceſi Cardinalis Epiſcopi.*

Redditur ratio num. 74. & 79.

77 *Eccleſiæ ædificatæ in Solo Lateranenſi ſunt exemtæ a Juriſdictione Ordinariorum.*

79 *Cardinalis poteſt vigore Indulti conferre Beneficia Juriſpatronatus Eccleſiaſtici vacantia in Menſibus reſervatis, etſi cum alio, vel aliis in collatione, præſentatione, aut quavis alia diſpoſitione Beneficiorum eorumdem participet.*

80 *Reguln non habet locum in Gallia, cum Regi vigore Concordatarum competat facultas nominandi ad Priornius omnes Conventuales electivor.*

81 *Et de Elenco Prioratuum Conventualium in Gallin ad Regis nominationem ſpectantium.* Remiſſive.

1 ITem reſervantur in hac Regula Prioratus, Præpoſituræ, & aliæ Dignitates Conventuales, *Tondut. Quæſt. Beneſic. par. 2. cap. 3. §. 3. n. 8. & 9. Gonzal. ad Reg. 8. Gloſſ. 8. n. 4. & ſeqq. Ventrigl. in Prax. tom. 2. annot. 2. §. 2. n. 31. Rot. in Tiraſonen. Prioratus cor. Benincaſ. decif. 136. §. Etenim, & 28. Junii* 1688. *§. Quod ſane, & 21. Martii 1689. §. Reſponſum, cor. cl. mem. Card. Caccia.* Et iſta re-
2 ſervatio in eo differt ab illa contenta in Regula II. quia Regula II. loquitur de Monaſteriis Abatialibus, & Conſiſtorialibus tantum; hæc vero Regula loquitur de aliis Monaſteriis, quæ reguntur per Priores, vel alias Dignitates Regulares, & Abatiales, *Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 51. n. 61. Garc. de Beneſic. part. 5. cap. 1. n. 271. Leuren. in for. Beneficial. tom. 2. Quæſt. 5.16. numer.* 10.

Actori autem ſe fundanti in reſervatione hujus Regulæ, incumbit onus probandi Prioratum, aut
3 Præpoſituram eſſe Dignitatem Conventualem, cum Actore non probante, reus abſolvatur, *l. Ultim. C. de rei vindicat. l. Qui accuſare C. de edend. l. Actor. C. de Probat. Cap. Inter Dilectos, de fid. Inſtrum. Rot. decif. 259. & decif. 296. cor. Coccin.* ubi habetur, quomodo probetur Dignitas Conventualis, & dicitur eſſe neceſſarium, quod electio ſpectet ad Conventum.

Intelligitur Regula de Prioratibus, & Digni-
4 tibus Regularium, *Gonzal. dict. Gloſſ. 8. n. 5. Ventrigl. dict. annot. 2. §. 2. n. 31. Rot. in Tiraſonen. Prioratus 11. Aprilis* 1687. *coram Urſino.* Licet enim Prioratus Conventualis, & Eccleſia Conventualis
5 quandoque in jure ſumantur pro Eccleſia Seculari; & nomen Conventus congruat etiam Collegio Clericorum Secularium; tamen hic, ſecundum ſubjectam materiam, Regula intelligenda eſt de Conven-
6 tualibus Dignitatibus Regularibus, ad evitandam nempe ſuperfluitatem, quæ alias in Regula reſultaret; ſi enim hæc ſecunda pars Regulæ intelligeretur de Dignitatibus Secularibus, ad quid ſupra in prima parte reſtringere reſervationem ad Dignitates majores poſt Pontificales in Cathedralibus, & Principales in Collegiatis? Ad quam proinde ſuperfluitatem evitandam, hæc ſecunda pars intelligenda venit de Dignitatibus Regularibus, *Mandoſ. hic quæſt. 10. per totam, Gonzal. ubi ſupra, & Gloſſ. 51. n. 59. Leuren. dict. quæſt. 546. n. 10. Rot. in dicta Tiraſonen. Prioratus coram Urſino §. Nullitas.*
7 Attento etiam communi uſu loquendi, juxta quem, Eccleſiæ Regularium tantum vocantur Conventuales, *Fagnan. in Cap. Cum in Cunctis, § Inferiora num. 29. de Elect. & in Cap. Cum Eccleſia Sutrina num. 11. de Cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Et Prior
8 Conventualis dicitur, qui Conventui Religioſorum eſt præfectus, ut Prior Eremitarum S. Auguſtini, Carmelitarum &c. *Pirbing. in jus Canon. lib. 3. tit. 5. de Præben. num.* 13.

Item intelligitur Regula, ut habeat locum etiam
9 in Prioratibus, qui Monachos non habent, juxta ſtylum Romanæ Curiæ, & plures rationes, quas hic perpendit *Mandoſ. num. 9.* Nam licet ceſſaverit Regularitas actualis, non tamen ceſſavit habitualis, *Rot. decif. 587. & 588. num. 4. part. 4. diverſor. dec. 148. n. 11. part. 13. Recent. & decif.* 443. *n. 5. & 6. coram Penin.*

Prout etiam procedit in Prioratibus Regularibus
ſolitis dari in Commendam, *Barboſ. de Epiſcop. allegat. 57. ſub. num. 105. Caſtropal. Oper. Moral.* 10
tom. 2. tract. 13. diſput. 2. ſub numer. 6. Mandoſ. ad Regul. 2. quæſt. 3. num. 2. & 5. Ventrigl. in Prax. tom. 2. annot 2. §. 2. num. 31. Rot. decif. 1305. ſub num. 6. & decif. 1498. num. 2. coram Seraphin. & in Tiraſonen. Prioratus 10. Martii 1689. §. Reſponſum, cor. cl. me. Card. Caccin.

Præterea intelligitur Regula de Prioratibus, &
Dignitatibus perpetuis, non autem de temporali- 11
bus, & amovibilibus, prout ſunt Prioratus Clauſtrales Ordinis S. Franciſci, S. Dominici, aliorumque Mendicantium, nam de his Regula non diſponit, *Mandoſ. hic Quæſt. 9. ſub num. 12. & 13. & Quæſt. 11. Sot pariter hic, verſ. Ex quo, Ferret. conſ. 365. n. 8.* ubi loquitur de Præpoſitura Ordinis Humiliatorum, quæ veluti amovibilis ad nutum Superiorum, non erat obnoxia reſervationi noſtræ Regulæ, *Leuren. in for. Beneſic. quæſt. 546. num. 10. Garc. part. 5. cap. 1. num. 272. Barboſ. dict. allegat. 57. num. 104 Gonzal. ad Reg. 8. Gloſſ. 8. num. 50. & ſeqq. & Gloſſ. 51. num. 60. Caſtropal. tom. 2. tract. 13. diſputat. 2. ſub num. 6. Tondut. part. 2. cap. 3. §. 3. n. 9. Ventrigl. dict. part. 2. annot. 2. §. 2. n. 31. & 32. Pirbing. in jus Canon. lib. 3. tit. 5. num. 349. Rot. decif. 296. n. 2. & ſeqq. coram Coccin. & in dicta Tiraſonen. Prioratus, coram cl. me. Cardinal. Caccia, §. Nec eſt, & §. Ideo nec urget.* Prout non loquitur Regula de Prioratibus obedientiariis, qui, etſi Conventuales ſint, 12
tamen Priores ab Abatibus præponuntur, & ad nutum inſtitui, & deſtitui poſſunt, de quibus *Lotter. de re Beneſic. lib. 1. quæſt. 33. numer. 65. & ſeqq. Van Eſpen. in jus Eccleſ. univ. tom. 1. part. 1. lib. 31. cap. 2. numer. 5. & ſeqq. Tondut. Quæſt. Beneficial. part. 2. cap. 5. §. 10. numer.* 12.

Quamvis autem in dubio Prioratus Regularis
præſumatur manualis, & amovibilis, non autem 13
perpetuus, *Cap. Cum ad Monaſterium §. Talis,* ubi *Fagnan. numer. 31. de Stat. Monach. Clement. unic. §. Præmiſſo, de Supplen. neglig. Prælat. Card. de Luc. de Beneſic. diſcurſ. 8. num. 9. Caſſador. decif. 4. num. 3. & decif. 12. num. 9. de Frab. Rot. decif. 245. n. 14. & ſeqq. part. 6. Recent.* Et in terminis Præceptoriæ S. Antonii Viennen. ad effectum 14
hujus Regulæ, dixit *Coccin. Annot. 252. Rot. coram Eodem decif. 259. & decif. 296.* & *coram Molines decif. 561. numer.* 2. Tamen hæc eſt ſimplex præſumtio, & cedit veritati; cum quandoque Bene- 15
ficia ſecularia ſint manualia, & econtra Regularia perpetua, *Sanchez in Præcept. Decalog. cap. 29. numer. 104. lib. 7. Rota in Cæſarauguſtana Præceptoriæ 24. Novembris 1664. §. Ex quibus, coram Taja.*

Et ideo non habet locum præſumtio illa in pri-
ma Dignitate, quæ præeſt Monaſterio, nullum 16
ſupra ſe habens Superiorem inibi degentem, quique eam obtinens dicitur Prior Conventualis, retinens locum Abatis cum Dignitate, & Juriſdictione in Conventu; & propterea dicitur perpetuus, & non amovibilis: ad differentiam Priorum Clauſtralium, qui ſunt veluti Agentes, & Procurato- 17
res, & poſſunt, ut diximus, ad nutum amoveri, ex relatis per *Tondut. Quæſt. Beneficial. tom. 1. part. 2. cap. 3. §. 10.* ubi late explicat differentiam inter Priorem Conventualem, & Clauſtralem, *Van Eſpen in jus Eccleſ. univ. tom. 1. part. 1. tit 31. cap. 2. numer. 4. & ſeqq. & num. 18. Rot. in d. Tiraſonen. Prioratus 11. Martii 1689. §. Ultraquod. & 3. Junii ejuſdem anni 1689. §. Hæc tamen. cor. cl. mem. Card. Caccin,* & prius *coram Benin.* §. 12.

Decem-

Decembris 1687. inter impreſſ. *decif.* 136. *num.* 4.
& 5. ubi quod non dicitur manualis Prioratus ille,
qui non confertur ad arbitrium Superioris, a quo
Prior dependeat, & ad cujus nutum amoveri poſ-
ſit: quod eſt unicum conſtitutivum manualitatis.

Nec minus procedit in Prioratibus Electivis
18 cum Superioris confirmatione, qui dicuntur per-
petui: Si enim Papa demandat Electionem Ca-
nonicis, & confirmationem Superiori, talis Prio-
ratus dicitur Electivus, ac pro electivo ad omnes
effectus habetur; & proinde cadit ſub Regula, quia
19 Beneficia electiva, etſi Regularia, non ſunt manua-
lia, ſed perpetua, & ſub Reſervatione Regulæ com-
prehenduntur, *Gonzalez ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 19. *n.*
11. *&* 12. *Rot. in dicta Tiraſonen. Prioratus* 11.
Aprilis 1687. *§. Quandoquidem, & ſeqq. coram
Urſino, &* 12. *Decembris ejuſdem anni §. Nec ab-
ſtat, coram Benincaſa, &* 11. *Martii* 1689. *§. Ul-
traquod, coram cl. me. Card. Caccia, &* 3. *Junii ejuſ-
dem anni §. Hæc tamen, coram Eodem,* & admitti-
tur *in decif.* 296. *coram Coccina*, ubi in tantum reſol-
vitur, Præceptoriam eſſe manualem, nec cadere
ſub reſervatione hujus Regulæ, quia non demon-
ſtrabatur Curata, aut Electiva; nec obſtare diceba-
tur, quod degebant tres Fratres cum Præceptore,
unde aderat Collegium ad quod ſpectabat electio
Prælati; nam reſpondebatur, quod cum Abas Ge-
neralis eſſet in quaſi poſſeſſione conferendi illam
Præceptoriam, hoc exuberabat ad effectum, quod
non poſſet dici electiva; & licet Præceptoriæ ſint
perpetuæ, quando ſunt Conventuales: tamen hoc
20 eſt verum, quando electio ſpectat ad Capitulum,
ut in eadem *decif. a num.* 4. *ſeqq.* Idem *Coccin. an-
not.* 252. *num.* 1.

Item non procedit ſtantibus Teſtibus, qui aſ-
21 ſirment de publica voce, & fama, quod talia Be-
neficia, & Præceptoriæ non ſint manuales, ſed
quod conferantur in Titulum perpetui Beneficii, &
quod Proviſiones factæ a Papa de illis tamquam re-
ſervatis, effectum ſortitæ fuerint *Rota coram Penia*
22 *decif.* 1507. *num.* 2. *& ſeq.* ubi de Præceptoriis Or-
dinis S. Antonii, quod ſint perpetuæ, & non ma-
nuales, ex Privilegio Sixti V. necnon ex conjectu-
ris, & præſerim ex ultimo ſtatu; & reſpondetur
Deciſionibus *cor. Coccino*; ſequitur *Rot. in Cæſar-
auguſtana Præceptoriæ* 24. *Novembris* 1664. *§.
Narrata cum ſeqq. coram Taya*, ubi pariter de Præ-
ceptoria S. Antonii, quod ſit perpetua; quodque
in Deciſionibus *coram Coccino* non fuerat perpen-
ſus ultimus ſtatus, nec Actor probabat reſervatio-
nem; proindeque Reo ſufficiebat vincere per non
jus Actoris.

An autem Dignitates exiſtentes in Cathedrali-
23 bus, vel Collegiatis Regularibus ſint obnoxiæ re-
ſervationi noſtræ Regulæ? affirmative reſponden-
dum videtur, ſi Dignitates ſint majores poſt Pon-
tificales in Cathedralibus, & principales in Colle-
giatis, cum & ipſæ Conventuales ſint, & compre-
henſæ ſub verbis illis Regulæ = *Præpoſituras, ac
alias Dignitates Conventuales* = ut in terminis Prio-
ratus Dignitatis Principalis in Collegiata Eccleſia
S. Sepulchri Ordinis Canonicorum Regularium S.
Auguſtini *Tiraſonen.* Diœceſis, quod comprehen-
datur ſub reſervatione Regulæ, reſpondit *Rota* in
laudatis Deciſionibus *Tiraſonen. Prioratus, cor.
Urſino, cl. me. Card. Caccia, & Benincaſa.*

Sed quæro, an Cardinalis vigore Indulti con-
ferre poſſit Prioratus Regulares, & alias Dignitates
Conventuales? In hac Quæſtione diſtinguendum
eſt; aut agitur de Monaſteriis Conſiſtorialibus,
24 vel Monaſteriis Conventum habentibus, & hoc
caſu ex tenore ipſius Indulti, conferre ea minime
poteſt. Aut vero agitur de Prioratibus, Præpoſi- 25
turis, & aliis Dignitatibus non Conventualibus,
& tunc licet ſint vigore hujus Regulæ reſervatæ;
attamen poteſt vigore Indulti Cardinalis illas con-
ferre, ut ex ejuſdem Indulti tenore late *Germon. de
Indult. Card. §. Regularia n.* 63. *&* 85. ubi quod
exceptis Monaſteriis Conſiſtorialibus, & Conven-
tum habentibus, poteſt Cardinalis conferre alia
quæcumque Beneficia Regularia, & Conventuales
Dignitates, nempe Prioratus, Præpoſituras &c.
& n. 91.

Hæc tamen aſſertio *Germonii* in iis tantum Prio-
ratibus procedit, qui non ſunt exemti; nam ſi aga- 26
tur de Prioratibus Regularibus exemtis originatis
in aliquo Ordine, puta Benedictino, vel alio Re-
gulari exemto, eo caſu non poterit Cardinalis vi-
gore Indulti talem Prioratum exemtum conferre,
ut late fuit reſolutum per *Rot. dec.* 523. *& decif.*
580. *part.* 19. *tom.* 2. *Recent.* in quibus Deciſioni-
bus, præſuppoſito hujuſmodi fundamento tanquam
certo, tota vis ſit in Regula de Annali; & facit
eadem *Rota decif.* 33. *num.* 7. *&* 94. *per tot. Royas.*
Ratio autem eſt clara, quia Indultum nil aliud 27
concedit Cardinali, niſi quod conferre poſſit jure
ipſius concedentis omnia Beneficia, quæ ſecluſis
Reſervationibus, & Affectionibus Apoſtolicis, con-
ferre potuiſſet proprio jure ordinario, & quæ alias
ad ejus liberam, vel cum alio collationem ſpectaſ-
ſent, ut probant verba ipſius Indulti, ibi = *Ut
ſublatis impedimentis, poſſis de Beneficiis tuæ diſpo-
ſitioni commiſſis &c.* & ibi = *ad tuam etiam cum
alio, vel aliis collationem quomodolibet pertinen. &c.*
& in fine ejuſdem Indulti, ibi = *ad dicta Beneficia
ad tuam, etiam cum alio, vel aliis collationem, &
diſpoſitionem, ut præfertur, pertinentia &c.* Sed
Beneficia Regularia exemta non ſpectant ad col- 28
lationem, & diſpoſitionem Epiſcoporum, ſed ſunt
de Abatis, vel Summi Pontificis diſpoſitione,
Lotter. de re Benefic. lib. 2. *quæſt.* 24. *a numer.* 47.
cum ſeqq. Tondut. Reſol. Benefic. tom. 1. *part.* 2.
cap. 3. *§.* 9. *numer.* 24. *&* 29. *Gonzal. ad Reg.* 8.
Gloſſ. 23. *numer.* 20. *&* 21. *Rota decif.* 308. *ſub n.*
4. *part.* 1. *Recent.* Ergo non cadunt ſub Indulto,
quod cum loquatur de Beneficiis ad collationem 29
Cardinalis de jure ſpectantis, non poterit compre-
hendere ea, quæ ad alium ſpectant, & in quorum
poſſeſſione alius reperitur, *Ferret. conſ.* 17. *num.* 3.
Germon. de Indult. Cardinal. §. Regularia a n. 24.
Maſſobr. in Prax. haben. Concurſ. Prælud. 26. *nu-
mer.* 70. *Rota decif.* 99. *numer.* 1. *in fine, decif.*
433. *numer.* 42. *&* 43. *coram Bichio, decif.* 30. *n.*
7. *coram Rayas*, ubi quod Indulta non ampliant
facultatem Cardinalium, ſed tollunt obſtacula re-
ſervationum, cum aliis in dicta *decif.* 523. *n.* 13.
part. 19. *Recent.*

Nec obſtat, quod Indultum tribuat facultatem
conferendi etiam Regularia Beneficia; tum quia 30
procedit in ordine ad ea Beneficia Regularia, quæ
pertinent ad Cardinalem Indultarium ratione Mo-
naſteriorum Regularium ei in Commendam aſſi-
gnatorum, vel aſſignandorum, quorum ratione col-
latio ad eum pertinere poterat: ad firmata per *Rot.
decif.* 587. *&* 588. *part.* 4. *diverſor. & decif.* 289.
cor. Penia. Tum quia Indultum reſtringitur a præ-
cedentibus, & ſubſequentibus verbis, ibi = *ad
tuam etiam cum alio, vel aliis collationem*, nempe,
ut ſenſus ſit, quod poſſit ea tantum Regularia con- 31
ferre, quæ ad ſui collationem alias ſpectaſſent, nem-
pe Regularia non exemta. Adſunt enim Beneficia
Regularia, quæ ex lege fundationis, vel ex caren-
tia exemtionis ſubſunt Ordinariis; & de his intelli-
gendum venit Indultum, quia in illorum collatione

Digitized by Google

Ordinarius habet fundatam intentionem in jure,
Salern. conſ. 49. *n.* 221. *& ſeqq.* ubi ex quibus ex-
cludatur exemtio, *Rota deciſ.* 107. *n.* 7. *cor. Coc-
cin.* non autem de iis Prioratibus, qui ſunt de ali-
32 qua Religione exemta, nam in iis nullum jus ha-
bent Ordinarii, ut diſtinguunt *Gonzal. Salern. &
Tondut. mox laudati*, *Rota dicta deciſ.* 523. *n.* 29.
ſeqq. part. 19. *tom.* 2. *Recent.*

Idque locum ſibi vindicat, etiamſi Cardinales
Indultarii Anteceſſores quaodoque contulerint hu-
juſmodi Prioratus, vel approbata fuerit eorum pro-
viſio per Sedem Apoſtolicam; Nam quoad pri-
33 mum, conſtito de ſtatu Regulari antecedenti, Col-
lationes expletæ a Cardinalibus, aptæ non ſunt
illum immutare, niſi accedente legitima præſcrip-
tione, *Rota deciſ.* 1392. *& deciſ.* 1435. *coram Pe-
nia*, cum aliis *in Tiraſonen. Prioratus* 3. *Junii*
34 1689. §. *Et ideo, coram Caccia.* Et quoad appro-
bationem, ſeu novam Proviſionem Apoſtolicam,
cum illa concedi non ſoleat, niſi cum clauſula =
dummodo ſub Indulto comprehendatur =; ſequitur,
quod aliunde ſit hujuſmodi comprehenſio proban-
da, ut cæteris relatis, *Rota* penes *Novar. in Summ.
Bullar. deciſ.* 11. *n.* 8. *&* 9. *& dec.* 12. *n.* 5. *&* 6. *&
in dicta deciſ.* 523. *n.* 33. *& ſeqq. part.* 19. *tom.* 2.
Recent.

Hinc vacante de anno 1663. Præpoſitura Ordi-
35 nis Humiliatorum in Dioceſi *Brixien.* fuit reſolu-
tum, Collationem ſpectare ad Datariam, quæ de
illa providit Germanum Fratrem ſa. me. Alexan-
dri VIII. tunc Cardinalis, & Epiſcopi *Brixien.*
nulla habita ratione Indulti, quo idem Cardinalis
fruebatur. Dicebatur enim ex parte Miniſtrorum
36 Datariæ, quod Indultum præfatum erat reſtrictum
ad Beneficia ſuæ collationis, ex verbis ſupra ponde-
ratis; unde cum Beneficia Ordinis Humiliatorum
nunquam fuerint de collatione Epiſcopi *Brixien.*
ceſſare videbatur omnis diſputatio. Præſertim, quia
in limine ſecularizationis hujus Ordinis, S. Pius
V. *Conſtit.* 119. §. 9. illius Beneficia diſpoſitioni
37 Sedis Apoſtolicæ reſervavit. Et in *Conſtit.* 120. §. 9.
irritum decrevit quidquid a Cardinalibus, prætex-
tu Indultorum, attentari contingeret; ex hoc enim
eluceſcebat mens Pontificis ſuper continuatione
antiquæ exemtionis dictorum Beneficiorum a po-
teſtate collativa Ordinariorum, quamvis Indulta-
riorum, ut late de ſimili ſecularizatione, *Rot. de-
ciſ.* 33. *numer.* 9. *& ſeq. & deciſ.* 94. *per tot. cor.
Koyas.*

Nec relevare ſubdebant iidem Datariæ Miniſtri,
38 quod Ordinarius habeat intentionem in Jure fun-
datam pro collatione omnium Beneficiorum ſuæ
Diœceſis. Quia hoc non procedit in Beneficiis
exemtis, cum illa non cadant ſub Epiſcopi diſpoſi-
tione, *Gonzal. ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 51. *n.* 47. *in fine*,
Mohedan. deciſ. 22. *n.* 2. *de Præben.* Quemadmo-
39 dum momenti non erat, quod Indultum loquatur
etiam de Beneficiis Regularibus, quia, ut ſupra
animadverſum fuit, loquitur in ordine ad ea Regu-
laria, quæ pertinent ad Indultarium ratione Mona-
ſteriorum ſibi commendatorum; & ſemper hujuſ-
modi facultas reſtringitur a verbis præcedentibus,
& ſubſequentibus ejuſdem Indulti, eam coarctantis
ad Beneficia, quæ *pertinent ad ſuam, etiam cum
alio, vel aliis, collationem.* Et quando Indultum
40 non eſſet ita reſtrictum, adhuc nunquam extendi
poſſet ad Beneficia conferri ſolita per Sedem Apo-
ſtolicam tantummodo, *Rota dec.* 438. *n.* 43. *coram
Bichio*, ubi ulterius firmatur, Indultum excludi
ex ſola poſſeſſione Sedis Apoſtolicæ in conferendo,
etiam quod alias Jus de Beneficiis illis diſponendi
ſpectaret ad Indultarium.

Quo vero ad amplitudinem modernorum Indul-
torum, reſpondebatur, quod ea operatur, ut Car-
dinalis Indultarius poſſit conferre Beneficia non 41
ſolum poteſtate ordinaria, ſed etiam delegata,
quando agitur de excludendo alios habentes par-
tem in collatione, non autem ad hoc, ut voluntas
Papæ extendatur ad Beneficia nullo modo pertinen-
tia ad collationem Cardinalis Indultarii, ut erat ca-
ſus præſens. Sicuti etiam exceptio, quæ legitur in
Indultis Beneficiorum vacantium *in Curia, & per
obitum Familiarium*, eſt poſita limitarive ad Bene-
ficia exiſtentia de collatione Indultarii, ſed non eſt
apta comprehendere ea Beneficia, quæ nullo modo
ad illius pertinent collationem. Exceptio enim li-
cet declaret Regulam, illam tamen non ampliat 42
ad ea, quæ non ſunt de Regula, *Roman. conſ.* 498.
in fine, & conſ. 379. *n.* 12. *Surd. conſ.* 352. *n.* 12.
& deciſ. 110. *n.* 9. cum aliis apud *Barboſ. Axiomat.*
85. *n.* 7.

Et ita ex his rationibus deciſum fuit, collationem
ſupra dictæ Præpoſituræ *Brixien.* ſpectare ad Da- 43
tariam. Quod etiam fuit ſervatum de Menſe Octo-
bris anni 1669. cum cl. mem. Cardinali *Litta* ſu-
per Præpoſitura *S. Mariæ Burgi Garulfi* Mediola-
lanen. Diœceſis. Et cum Anno 1692. vacaſſet Ab-
batia *S. Nicolai de Bellano* Ordinis Humiliatorum
Diœceſis Mediolanen. fuit illa per Datariam colla-
ta *Philippo Portæ*, exiſtente Indultario cl. mem.
Card. Vicecomite, cui fuit reſcriptum, nullum Jus
ſuper hujuſmodi Beneficiis ipſi vigore Indulti com-
petere, ſtantibus Conſtitutionibus S. Pii V. & ra-
tionibus expoſitis in Cauſa *Brixien.* contra cl. mem.
Cardinalem Otthobonum.

Idque fuit etiam formiter deciſum *anno* 1690. *in
Ferrarien. Prioratus S. Leonardi* inter Datariam 44
Apoſtolicam ex una, & cl. mem. Cardinalem *Cer-
rum*, ab eoque de dicto Prioratu proviſum *Fran-
ciſcum Cerrum*, partibus ex altera. Dicebatur enim,
quod cum prædictus Prioratus eſſet Regularis Or-
dinis S. Auguſtini, ſeu S. Antonii Viennen. & con-
ſequenter exemtus, comprehendi non poterat ſub
Indulto Cardinalis; non obſtante ultimo ſtatu, &
quaſi poſſeſſione conferendi, in qua reperiebantur
Epiſcopi Ferrarien. quia ſtante antecedenti ſtatu 45
contrario per rem judicatam canonizato, ultimus
ſtatus attendi non merebatur. Proindeque deputata
a ſan. mem. Alexandro VIII. Congregatione parti-
culari quinque Prælatorum, *die* 29. *Decembris* 1690.
unanimis prodiit reſolutio favore Datariæ contra 46
Cardinalem Indultarium, & ſucceſſiva Prioratus
collatus fuit cl. mem. Cardinali Panciatico, præ-
via Pontificia approbatione reſolutionis laudatæ
Congregationis, cum clauſula *ſublata*, & *Decreto
irritanti*; adeout nefas ſit hodie de veritate dictæ
ſententiæ dubitare, ſtante Summi Pontificis ſuper
hoc expreſſa declaratione.

Cumque in dicta Cauſa Ferrarien. late fuerit
examinatum, ex quibus conſtet de Regularitate Be-
neficii; & an illa cenſeatur ſucceſſive mutata: non
incongruum exiſtimo, pro materiæ pleniori intelli-
gentia, hic ſubjicere, quæ in dicta Cauſa tunc ſcri-
pſi favore Datariæ, una cum motu proprio ſan.
mem. *Alexandri VIII.* Sic igitur dicebam.

„ PRIORATUM S. Leonardi Civitatis Ferra-
„ rien. per obitum *Abbatis Donghi* vacantem, clar.
„ mem. Cardinalis *Cerrus* commendavit D. *Fran-
„ ciſco* ejus Pronepoti; Cumque ad formam Indulti
„ novam Proviſionem a Dataria petiiſſet, fuit ei
„ denegata cum fundamento, quod dictus Prio-
„ ratus, utpote Regularis exemtus, non erat ſub
„ Indulto comprehenſus. Ipſo autem D. Franciſco
„ non acquieſcente, fuit deputata hæc particularis
Con-

» Congregatio, a qua ad favorem Datariæ reſ-
» pondendum videtur.
» Etenim Beneficia Regularia exemta, quæ alias
47 » ad collationem Abbatis, & non Ordinarii ſpe-
» ctaſſent, non eſſe comprehenſa ſub Indultis DD.
» Cardinalium, firmavit latiſſime *Rota in Medio-*
» *lanen. Prioratus 16. Junii 1679. coram Bourle-*
» *mont.*
» Quod controverſus Prioratus ſit Regularis,
» probatur, nedum ex quo dictus D. Cardinalis
48 » illum, uti Ordinis Sancti Benedicti, D. Franciſ-
» co commendavit: quæ ſola confeſſio ſufficeret,
» ut in laudata *Dec. Medialanen. Priaratus §.*
» *Qualitas*; Verum etiam manifeſte evincitur ex
» ſeptem Deciſionibus, & tribus ſententiis Rotali-
49 » bus in judicatum tranſactis. Cum enim Alphon-
» ſus Giliolus hunc eumdem Prioratum a Sede
» Apoſtolica impetraſſet cum narrativa, quod eſ-
» ſet Regularis; hinc introducta lite coram *Pe-*
» *nia*, atque pluries inter ipſum, & Proviſum ab
» Ordinario diſcuſſa materia, pluribus hinc inde
» primi nominis ſcribentibus Advocatis, datoque
» etiam formiter particulari dubio = *An conſtaret*
» *de Regularitate* = fuit, utraque parte acriter in-
» formante, *affirmative* reſolutum, ut ex Deciſio-
» nibus 1392. 1435. 1466. 1487. & 1528. inter
» impreſſas ejuſdem *Penia*, repetitis in Recent.
» *deciſ.* 163. 188. 202. 229. & 248. *part.* 1. ad
» quarum Deciſionum formam, lata ſub *die* 7.
» *Julii* 1610. Sententia, fuit ſecundo loco Cau-
» ſa commiſſa *Alphonſi Mantanedo*, qui prævia
» unica *Deciſiane*, inter ejus impreſſ..a *la* 186.
» dictam *Penia* ſententiam confirmavit. Com-
» miſſaque demum in tertia inſtantia Cauſa *Her-*
» *manno Ottembergo Epiſcopo Attrebaten.* iſte pa-
» riter, poſt unicam *Deciſionem* impreſſam inter
» Recentiores *la* 308. *part.* 1. in qua proviſus ab
» Ordinario amplius Regularitatem non impugna-
» bat, tertiam protulit ſententiam ad ſavorem di-
» cti Gilioli; in cujus ſequelam fuerunt taxatæ ex-
» penſæ; relaxatum mandatum de Immittendo in
» poſſeſſionem Prioratus vigore trium confor-
» mium; ac datum Procurationis Mandatum ad
» capiendam poſſeſſionem.
» Nec ſubſiſtit, quod Regularitas fuit in dictis
» Deciſionibus probata ad effectum juſtificandi
50 » Gratiam: quo caſu leviores ſufficiunt probatio-
» nes; ſecus vero quando, prout in caſu, quæſtio
» principalis vertitur ſuper ipſo ſtatu Regolari;
» cum in his terminis requirantur probationes un-
» dique claræ, & evidentes. Quoniam ceſſat ob-
» jectio ex earumdem Deciſionum lectura, in
» quibus, poſt enumeratas plures circumſtantias;
51 » & enunciativas in hac Regularitatis materia ple-
» nam conſtituentes probationem, ut ſequendo
» Deciſiones ſuper hoc Prioratu editas, firmavit
» *Rota in Vaſionen. Vicariæ* 6. *Junii* 1687. §. *Quod*
» *aſſumtum, cor. Hervault*; Et in dicta *Medio-*
» *lanen. Prioratus* §. *Qualitas autem, cor. Bour-*
» *lemont* firmatur, conſtare patenter de certo,
» & firmo ſtatu Regulari; nec illum expugnari
52 » poſſe, niſi concludenter probetur ſtatus mutatio
» de Regulari in ſecularem, ut in *dict. deciſ.* 163.
» *num.* 3. 6. & 7. *deciſ.* 188. *num.* 1. *verſ.* *Cum*
» *ergo, & num.* 20. *in fine verſ.* *Quare cum Do-*
» *minus, & deciſ.* 308. *n.* 3. *part.* 1. *Recent.* Un-
» de patet, Regularitatem fuiſſe plene, & conclu-
» denter probatam, prout neceſſarium erat, cum
» illa eſſet præcipuum, & principale fundamen-
» tum, ſuper quo gratia dicti Glioli impetrantis
» nitebatur; *Rota coram Penia deciſ.* 612. *num.*
» 6. *& in Recent. deciſ.* 32?. *num.* 1. *part.* 2. *de-*

» *ciſ.* 231. *nu.* 3. *& ſeqq. part.* 15. *& dec.* 296. *n.* 9.
» *part.* 16.
» Quod autem dictus Prioratus ſit exemtus, ex
» iiſdem pariter Deciſionibus manifeſte apparet;
» nam cum ibi firmetur, Prioratum prædictum 53
» non cadere ſub Alternativa Epiſcopi, quia erat
» Regularis: neceſſario ſequitur, fuiſſe exemtum;
» nam alias ſi non fuiſſet exemtus, obnoxius re-
» manſiſſet Alternativæ Epiſcopi, qui habet inten- 54
» tionem in jure fundatam pro collatione Bene-
» ficiorum Regularium non exemtorum, ut plu-
» ribus relatis, firmat *Rota in dicta Medialanen.*
» *Priaratus* §. *Nec obſtat, cor. Bourlemont*; proin-
» deque in dicta *deciſ.* 308. *ſub n.* 4. *part.* 1. *Re-*
» *cent.* pro excludendo Epiſcupo a collatione dicti
» Prioratus conſideratur, quod *Epiſcopus non ha-*
» *bet poteſtatem conferendi Beneficia Regularia,*
» *quando ſunt exemta.*
» Fortius, quia aut Prioratus eſt Ordinis S.
» Benedicti, prout in Collatione D. Cerro facta 55
» aſſeritur; & certum eſt, talem Ordinem eſſe ex-
» emtum, *Rot. in dict. Mediolanen. Priaratus* §.
» *Qualitas autem, coram Bourlemon.* aut eſt Ordi-
» nis S. Auguſtini, & pariter talem Ordinem eſſe 56
» exemtum, non ſolum tradit *Tamburin. de Jur.*
» *Abat. tom.* 3. *quæſt.* 11. *n.* 32. ſed expreſſe diſ-
» ponunt plures Summorum Pontificum Conſtitu-
» tiones, impreſſæ in Bullario Auguſtiniano, nem-
» pe *Bonifacii VIII.* in ordine *la* 3. & 10. *Cle-*
» *mentis VI.* in ordine *la prima, Innocentii IV.* in
» ordine *la* 4. §. 8. & *Sixti IV.* in ordine *la* 5. §.
» 46. ubi dicitur *exemtionem præfatam, uti noto-*
» *riam, allegatione, & probatione non indigere.* Aut
» denique eſt Ordinis S. Antonii Viennen. cui *Bo-* 57
» *nifacius VIII.* anno 1297. conceſſit Regulam S.
» Auguſtini, & titulum Canonicorum Regula-
» rium ejuſdem Sancti, & pariter dictus Prioratus
» erit exemtus, attenta dicti Ordinis exemtione,
» de qua *Tamburin. de Jur. Abat. tom.* 3. *diſput.*
» 5. *quæſt.* 11. *n.* 27. *Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib.* 2.
» *cap.* 12. *n.* 38. & alii.
» Eſſe autem Ordinis S. Antonii Viennen. pro-
» batur ex Statutis hujus Religionis, confirmatis 58
» a Sede Apoſtolica *anno* 1471. in quibus Priora-
» tus S. Leonardi dicitur unitus Menſæ Abatis
» S. Antonii Viennen. Ex enunciativis emiſſis de
» annis 1461. & 1479. in quibus Frater Philippus
» de Verrinis, qui erat dicti Ordinis Religioſus, ap-
» pellatur Prior Hoſpitalis, & Præceptoriæ S. Leo-
» nardi. Ex Bulla *Innocentii IV.* in qua aperte di-
» citur, quod Domus S. Leonardi a Monaſterio
» S. Antonii Viennen. dependeret; & ex ſigno T
» hujus Religionis peculiari, quod in pleriſque lo-
» cis dictæ Eccleſiæ conſpiciebatur, ut per has ra-
» tiones latius firmavit *Rota dicta deciſ.* 202. *per*
» *tot. & dec.* 229. *ſub n.* 6. *part.* 1. *Rec.*
» Comprobatur hæc veritas ex pluribus aliis cir-
» cumſtantiis. Et primo ex præfata ſententia co- 59
» ram *Ottembergo*, in qua vocatur *Prioratus Re-*
» *gularis S. Leonardi de S. Antonio.* Secundo ex
» Litteris Apoſtolicis Julii II. de anno 1508. in
» quibus Summus Pontifex commendando Prio-
» ratum S. Leonardi, exprimit illum dependere
» a Monaſterio S. Antonii Viennen.; ſubdens, quod
» ſingulis annis dicto Monaſterio, ſeu Abati
» ex fructibus Prioratus hujuſmodi ſolvebantur
» duodecim ducati; quæ ſolutio ad aliud referri
» non poteſt, quam ad ſubjectionis, & dependen-
» tiæ argumentum. Tertio ex proviſione per *Grego-*
» *rium XV.* facta ad favorem Comitis Franciſci de
» Giliolis, in qua expreſſe, pro illa vice dumtaxat,
» derogatur Statutis, & Conſtitutionibus dictæ

„ Religioois, *a qua forſan dictus Prioratus depen-*
„ *det.* Quæ narrativa io ſupplicatione ab eodem
„ Giliolo facta, licet ſit concepia cum dictione,
„ *forſan*, tamen contra ipſum Exponentem facit
„ adminiculum, *Rota deciſ.* 10. *n.* 5. *part.* 17. *Re-*
„ *cent.* Et quarto demum maoifeſte convincitur
„ ex Compendio *Hiſtoriæ Antoniana Aymari Fal-*
„ *conis*, impreſſo Lugduni anno 1534. ibi enim
„ *cap.* 23. *tit. de Abate Umberto pag. mihi* 94.
„ hæc præciſa verba leguntur = *Circa hæc tem-*
„ *pora Prioratus S. Leonardi Ferrarien. Civitatis*
„ *huic Religioni fuit applicatus, in quo duo hu-*
„ *jus Profeſſionis Juvenes ad Literas capeſſendas*
„ *idonei teneri deberent, ibique Sacris, & Ca-*
„ *nonicis doctrinis imbui.* Idemque repetitur a
„ *Ferdinando Suarez* in verſione dicti Compendii
„ ex latino in hiſpanicum idioma *pag.* 157. juxta
„ impreſſionem *Hiſpalenſem* anni 1603.

„ His firmatis, non obſtat, quod Prioratus per
„ quadraginta, & ultra annos, oempe ab anno
60 „ 1622. uſque ad annum 1684. fuerit collatus Cle-
„ ricis Secularibus. Quia conſtito de priori ſtatu
„ Regulari, non cenſetur ille mutatus, niſi ul-
„ tra quadragenariam concurrant actus bona fide
„ expleti ab eo, qui poteſtatem habeat, & volun-
„ tatem dictum ſtatum mutandi, *Tandut. Reſo-*
„ *lut. Benef. part.* 3. *cap.* 166. *num.* 16. *Adden. ad*
„ *Gregor. deciſ.* 434. *num.* 20. *Rota dict. dec.* 163.
„ *num.* 3. *&* 4. *& dec.* 308. *num.* 3. *& ſeqq. part.* 1.
„ *Recent. & in dicta Mediolanen. Prioratus §. De*
„ *quo tamen, cor. Bourlemont.*

„ Tres autem actus, quos adducunt Scribentes
„ pro D. Cerro, oon ſunt tales; Nam proviſio fa-
„ cta a Gregorio XV. ex cauſa Reſignationis di-
„ cti Alphonſi Gilioli, non potuit alterare ſtatum
„ Regularem, quia receptum eſt principium, quod
„ Proviſiones Apoſtolicæ, maxime illæ, quæ ex
61 „ cauſa Reſignationis emanant, non mutant ſta-
„ tum Beneficii, propter defectum intentionis Pa-
„ pæ, *Adden. ad Gregor. deciſ.* 434. *n.* 20. *Tondut.*
„ *Reſol.* 166. *n.* 7. *Rot. deciſ.* 163. *n.* 5. *& dec.* 188.
„ *n.* 1. *part.* 1. *deciſ.* 421. *nu.* 2. *part.* 4. *Recent. &*
„ *cor. Bich. deciſ.* 59. *n.* 16.

„ Non obſtat narrativa in eadem proviſione fa-
„ cta, quod Prioratus hujuſmodi alias Regularis,
„ per Clericos ſeculares tantn tempore gubernatus
„ fuerit, ut naturam ſecularis Beneficii aſſumſerit.
62 „ Quia dicta narrativa non fuit emiſſa a Papa io
„ Litteris *Motu proprio*, & ex certa ſcientia ema-
„ oatis, ſed fuit emiſſa in Gratia, ad inſtantiam
„ partis conceſſa; imo fuit narrativa ipſius partis,
„ nempe Alphonſi Gilioli, qui in ſupplicatione
„ Papæ porrecta, & ſuper qua poſtea Litteræ A-
„ poſtolicæ extenduntur, hanc fecit narrativam, in
„ quibus terminis illa non probat, niſi aliunde ju-
„ ſtificetur, *Adden. ad Burat. deciſ.* 721. *n.* 19.
„ *Rot. coram Verallo deciſ.* 347. *n.* 1. *part.* 3. *coram*
„ *Pamphil. deciſ.* 518. *n.* 3. *& deciſ.* 154 *n.* 4. *& ſeqq.*
„ *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 433. *n.* 20. *part.* 9. *Recent.*

„ Tantum autem abeſt, ut poſſit aliunde dicta
„ oarrativa juſtificari, quin potius ipſius falſitas
„ illico detegatur. Si enim paucis aote aonis
„ idemmet Alphonſus Giliolus impetraverat hunc
„ eumdem Prioratum tamquam Regularem, &
„ per tres conformes Sententias, præcedentibus
„ ſeptem Rotalibus Deciſionibus, obtinuerat ca-
„ nonizari Regularitatem, & quod illa nec per
„ Apoſtolicas proviſiones, nec per collationes E-
„ piſcoporum fuerat immutata; qua ratione po-
„ ſtea, veniendo contra propriam confeſſionem,
„ re judicata confirmatam, poterat narrare Pa-
„ pæ, fuiſſe tanto tempore per Clericos ſecula-
„ res Prioratum gubernatum, ut naturam Benefi-
„ cii ſecularis aſſumſerit? Deficeret profecto in
„ hoc caſu bona fides, quæ a Rota, & a DD. de- 63
„ ſideratur pro mutatione ſtatus Beneficii de Re-
„ gulari in ſecularem, *Rot. de Execut. Liter. A-*
„ *poſtolic. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 111. *Lotter. de re Bene-*
„ *fic. lib.* 1. *quæſt.* 34. *num.* 45. *& ſeqq. Adden. ad*
„ *Gregor. deciſ.* 434. *n.* 20. *Rot. deciſ.* 340. *n.* 11.
„ *coram Duran. & in dicta Medialanen. Prioratus*
„ *§. De quo tamen.*

„ Accedit, quod ipſemet Giliolus conſcius hu-
„ juſmodi veritatis, voluit ſibi in dicta Proviſione
„ præcavere, petendo a Summo Pontifice, quod,
„ quatenus opus eſſet, pro illa vice dumtaxat de-
„ rogare dignaretur ſtatutis, & ordinationibus
„ Religionis S. Antonii. Ex quo etiam ſequitur,
„ quod ſi Papa pro ea vice dumtaxat Regulari- 64
„ tati derogare voluit, ſtatum Beneficii in totum
„ mutare noluerit, ſed quod in futuris vacatio-
„ nibus Regularitatem a principio infixam præ-
„ ſervaverit.

„ Secunda pariter proviſio Apoſtolica ad favo-
„ rem *Roverelli* emanata, non mutavit ſtatum
„ Beneficii, ex ſopra firmatis: Maxime quia fa-
„ cta fuit in Commendam, quæ non tollit, quin- 65
„ imo magis confirmat Regularitatem, *Tondut.*
„ *dict. part.* 3. *Reſolut.* 166. *n.* 4. *& ſeqq. Rot. co-*
„ *ram Penia deciſ.* 443. *nu.* 7. *deciſ.* 587. *&* 588.
„ *part.* 4. *diverſ. deciſ.* 163. *n.* 1. *deciſ.* 202. *n.* 4.
„ *part.* 1. *deciſ.* 421. *num.* 2. *part.* 4. *Recent.* cum
„ aliis *in d. Mediolanen. Prioratus §. De quo ta-*
„ *men, in fine.*

„ Tertia vero Proviſio, quæ a Cardinali *Don-*
„ *ghio* emanavit, nullius eſt momenti, cum defi- 66
„ ciat in Ordinariis poteſtas mutandi ſtatum Be-
„ neficiorum, *Rot. deciſ.* 163. *n.* 4. *deciſ.* 308. *n.*
„ 7. *part.* 1. *deciſ.* 148. *n.* 17. *part.* 13. *Recent. de-*
„ *ciſ.* 59. *nu.* 19. *coram Bichia, & in Tiraſonen.*
„ *Prioratus* 3. *Junii* 1689. *§. Et ideo, cor. cl. me.*
„ *Card. Caccia, & in dicta Mediolanen. Prioratus*
„ *§. De qua tamen.*

„ Io nihilo refragante ſubſequuta oova Provi-
„ ſione Apoſtolica reportata a proviſo per Cardi- 67
„ nalem *Donghium*; quia illa habet clauſulam =
„ *Dummodo Prioratus hujuſmodi ſub Indulto com-*
„ *prehendatur, & non alias.* Proindeque cum ex
„ ſupradictis Prioratus non comprehendatur ſub
„ Indulto, Gratia remanſit nulla; adeout nullum
„ exinde jus deduci valeat ad partis favorem, ut
„ in puncto *Rot. in dict. Mediolanen. Prioratus,*
„ *coram Bourlemont.*

„ Atque ex his non relevat ultimus ſtatus,
„ & quaſi poſſeſſio, quæ deducitur ex dicta
„ proviſione Cardinalis *Donghii.* Primo, quia,
„ ut mox diximus, fuit illa admiſſa cum clau-
„ ſula = *Dummodo cadat ſub Indulto, & non*
„ *alias &c.* & ſic poſſeſſio ex illa oriens, uti
„ dubia, & oriens ex facto infecto, vel ſaltem 68
„ dubio, non relevat, *Rot. d. deciſ.* 308. *n.* 2. *part.*
„ 1. *Recent.*

„ Secundo, quia quaſi poſſeſſio, & ultimus
„ ſtatus attenditur, quando non conſtat de ultimo 69
„ ſtatu anteriori; quando tamen, prout in caſu,
„ Regularitas remanet probata, & per tres con-
„ formes Sententias canonizata, etiam cum ac-
„ quieſcentia partis, aſſertus ultimus ſtatus ſuf-
„ fragari non poteſt, *Tondut. d. Reſolut.* 166.
„ *num.* 13. *&* 15. *Gratian. diſcept.* 534. *num.* 13.
„ *& ſeqq. Rot. dict. deciſ.* 118. fere per tot. *de-*
„ *ciſ.* 229. *num.* 2. *deciſ.* 308. *num.* 6. *part.* 1. *deciſ.*
„ 421. *num.* 1. *part.* 4. *deciſ.* 148. *n.* 16. *part.* 13.
„ *Recent.*

„ Tertio,

„ Tertio, quia Beneficii Regularis collatio facta
„ ſeculari, eſt ipſo jure nulla. Quando autem
„ proviſio eſt nulla ipſo jure, non ſufficit quaſi
70 „ poſſeſſio, niſi bona fide fuerit ſpatio quadra-
„ ginta annorum continuata, *Tondut. dict. Reſo-
„ lut.* 166. *nu.* 14. *Rot. deciſ.* 308. *num.* 7. *part.* 1.
„ *Recent.*

„ Et denique, quia non agitur inter duos pro-
„ viſos, contendentes circa collationum validita-
71 „ tem, ſed diſceptatur circa *ſtatum* Beneficii, &
„ pertinentiam Collationis inter Papam, & Or-
„ dinarium Collatorem; quo caſu ultimus ſta-
„ tus non ſuffragatur, nec etiam ad effectum
„ ſuſtinendi collationem jam factam, *Rot. deciſ.*
„ 220. *part.* 1. *Recent.* ubi nedum aderat collatio
„ Epiſcopi Ferrarien. ſed etiam poſſeſſio; quam
„ Deciſionem bene diſtinguendo, ſequitur *Adden.
„ ad Gregor. deciſ.* 78. *num.* 12. *Tondut. dict. Re-
„ ſolut.* 166. *num.* 12. *Lotter. de re Beneficiar. lib.*
„ 1. *quæſt.* 34. *n.* 25. *& ſeqq. Rot. in Mediolanen.
„ Præceptoria* 19. *Junii* 1690. §. *Minus urget, cor.
„ R. P. D. Molines*, ubi pariter ultra collationem
„ Epiſcopi adarat ſubſequuta poſſeſſio. „ Hactenus
diſcurſus.

Motus proprius ſan. mem. Alexandri VIII. quo
72 confirmatur Reſolutio Congregationis particularis,
quæ decrevit, *Prioratum S. Leonardi Ferrarien.
Diœceſis* eſſe Regularem Ordinis S. Antonii Vien-
nen. & exemtum; proindeque a cl. mem. Card.
Cerro, prætextu illius Indulti, conferri, ſeu com-
mendari non potuiſſe; illiuſque liberam proviſio-
nem ad Sedem Apoſtolicam ſpectaſſe, cum ſucceſ-
ſiva ejuſdem Prioratus collatione favore cl. mem.
Card. *Panciatici* expleta, eſt qui ſequitur.

FERRARIEN.

MOTU PROPRIO &c. Cum ſicut accepimus
„ Præceptoria, ſeu Prioratus, vel Eccleſia Præ-
„ ceptoria, ſeu Prioratus nuncupat. Sancti Leo-
„ nardi Ordinis S. Antonii de Sancto Antonio
„ Viennen. ſub Regula S. Auguſtini Canonicorum
„ Regularium Ferrarien. Civitatis vel Diœceſis,
„ quæ, ſeu qui habitu forſan, non tamen actu
„ Conventualis exiſtit, ſeu Cura, & Conventu ca-
„ ret, & quem, ſeu quam quondam Thomas
„ Donghius in Commendam ad ſui vitam, ex con-
„ ceſſione Apoſtolica, aut alias, dum viveret, ob-
„ tinebat, Commenda hujuſmodi per obitum dicti
„ Thomæ, extra Romanam Curiam defuncti, ceſ-
„ ſante, adhuc eo, quo ante Commendam ipſam
„ vacabat, aut alias certo modo vacaverit, & vacet
„ ad præſens; & ex eo quod alias, ſicut etiam ac-
„ cepimus, bon. mem. Carolus Cardin. Cerrus nun-
„ cupatus Eccleſiæ Ferrarien. dum viveret Præſul,
„ & Indultum conferendi omnia, & ſingula Benefi-
„ cia Eccleſiaſtica in Civitate, & Diœceſi Ferrarien.
„ pro tempore vacantia, & Sedi Apoſtolicæ reſer-
„ vata ſibi a dicta Sede conceſſum, etiam dum vi-
„ veret habens, prætextu præfati Indulti, aut alias,
„ illam ſeu illum, ut præfertur, vacantem, uti
„ ſecularem, ſeu uti præfati, ſeu alterius Ordinis
„ Regularem, dilecto filio Franciſco Cerro Cle-
„ rico, ſeu Presbytero Romano, illiuſque ex fra-
„ tre, ſeu Sorore Pronepoti, contulerat, ſeu com-
„ mendaverat. *Per felic. record. Innocentium PP.
„ XI. Predeceſſorem noſtrum, & per Nos etiam
„ approbata quadam Congregatione particulari
„ quinque Prælatorum Romanæ Curiæ ad cognoſcen-
„ dum de ſtatu, & natura Præceptoriæ, vel Prio-
„ ratus, ſeu Eccleſiæ hujuſmodi, juraque tam Da-
„ tariæ noſtræ Apoſtolicæ, quam Caroli Cardinalis,
„ & Franciſci præfatorum deſuper diſcutienda, nec
„ non ſuper jure illam ſeu illum conferendi, aut
„ commendandi decidendum, & utraque parte in-
„ formante, per eamdem Congregationem, ſub die
„ vigeſima nona Menſis Decembris anni proxime
„ præteriti re mature diſcuſſa unanimiter, & ne-
„ mine diſcrepante, reſolutum fuerit, Præceptoriam
„ ſeu Prioratum, aut Eccleſiam hujuſmodi fuiſſe,
„ & eſſe Regularem præfati Ordinis Sancti Anto-
„ nii de Sancto Antonio Viennen. & exemtam,
„ ſeu exemtum; proindeque a præfato Carolo Car-
„ dinale, prætextu illius Indulti præfati, aut
„ alias, dicto Franciſco conferri, ſeu commendari
„ non potuiſſe, ſed liberam illius collationem, pro-
„ viſionem, & omnimodam aliam diſpoſitionem ad
„ Nos, & Sedem Apoſtolicam ſpectare, & perti-
„ nere.* Nos, ne deinceps de ſtatu, natura, &
„ eſſentia Regularitate, & exemtione Præcepto-
„ riæ, ſeu Prioratus, vel Eccleſiæ hujuſmodi ullo
„ modo amplius hæſitari contingat. Motu ſimili
„ quacumque litem deſuper quomodolibet motam,
„ extinguimus, & quamcumque Cauſam etiam de-
„ ſuper motam, ſeu quandocumque quomodolibet
„ movendam ad Nos avocantes, *dictam Reſolutio-
„ nem Congregationis particularis præfata Apoſtoli-
„ ca auctoritate præfata perpetuo approbamus, &
„ confirmamus illique perpetuæ, & inviolabilis A-
„ poſtolicæ firmitatis robur adjicimus*; omneſque &
„ ſingulos tam juris, quam facti, & ſolemnitatum
„ defectus &c. ſupplemus &c. *Præfatamque reſo-
„ lutionem Congregat. particularis hujuſmodi*, ac
„ præſentes, & deſuper conficiendas Litteras,
„ nullo etiam umquam tempore, ex quovis capite,
„ aut prætextu, vel ex quavis alia, quantumvis
„ legitima, & juridica cauſa, de ſubreptionis,
„ vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu inten-
„ tionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari,
„ impugnari &c. Et ita per quoſcumque Judices
„ Ordinarios, vel Delegatos &c. judicari, & de-
„ finiri debere: irritumque &c. Decernimus. Et
„ nihilominus dilecto Filio noſtro Bandino Tit.
„ Sancti Thomæ in Parione nuncupati Sanctæ
„ Rom. Eccleſ. Presbytero Cardinali Panciatico
„ nuncupato, ut ſtatum ſuum &c. providere vo-
„ lentes: Motu pari *Præceptoriam, ſeu Prioratum,
„ vel Eccleſiam Regularem, & exemtam, ſeu exem-
„ tum hujuſmodi*, cujus & illi forſan annexorum
„ fructus &c. ſeptuaginta ducatorum auri de Ca-
„ mera, ſecundum communem &c. eidem Cardi-
„ nali Panciatico per eum quoad vixerit &c. Apo-
„ ſtolica auctoritate præfata commendamus &c.
„ Non obſtan. &c. Datum &c. apud S. Mariam
„ Majorem &c. Quarto Idus Janu. Anno Secundo.

Ex iiſdem rationibus Beneficia fundata in Eccle-
ſiis ædificatis in ſolo Lateranenſi de Urbe, quan- 73
tumvis exiſtentia in Diœceſi Cardinalis Epiſcopi,
conferri non poſſunt ab eodem Cardinali vigore
Indulti Apoſtolici, dum vacant in Menſibus reſer-
vatis, in quibus conferre non poteſt Capitulum La-
teranenſe. Et in contingentia facti inter Datariam,
& Cardinalem *Facchinettum* Epiſcopum Spoleta-
num, ſequentes rationes fuerunt per *Arminium
Riccium* Sub-Datarium pro Dataria conſideratæ.

„ Beneficia fundata in Eccleſiis ædificatis in ſolo
„ Baſilicæ Lateranenſis de Urbe, quantumvis exi-
„ ſtentia in Diœceſi Spoletana, non videntur poſ-
„ ſe conferri ab Eminentiſſ. Cardinali *Facchinetto*
„ Epiſcopo Spoletano vigore Indulti Apoſtolici,
„ dum vacant in Menſibus reſervatis, in quibus
„ conferre non poteſt Capitulum Lateranenſe;
„ quia verba Indulti ſunt reſtricta ad Beneficia 74
„ pertinentia ad collationem, vel præſentationem

Digitized by Google

„ Ordinarii etiam cum alio, vel aliis &c. ut ex le-
„ ctura Indulti ibi = *Ad eam, etiam cum alio, vel*
„ *aliis collationem, proviſionem, præſentationem,*
„ *electionem, inſtitutionem, ſeu quamvis aliam diſ-*
„ *poſitionem quomodolibet pertinentia &c.*
„ Et talia dici non poſſunt Beneficia conferri
„ ſolita a Capitulo Lateranenſi, quamvis poſita
„ in Diœceſi Spoletana; ſicuti de Beneficio in cu-
75 „ jus poſſeſſione conferendi erat *Abbas Farfen.*
„ poſito in Diœceſi *Aquilejen.* cujus Epiſcopo con-
„ ceſſum erat Privilegium conferendi Beneficia
„ ſuæ Diœceſis, dixit *Rot. apud Mohedan. deciſ.* 8.
„ *de Prabend.* & conſonat *Puteus deciſ.* 200. *lib.*
„ 1. *& deciſ.* 783. n. 4. *part.* 3. *diverſ. & in Valen-*
„ *tina Rectoria* 22. *Junii* 1650. §. *Sed vere In-*
76 „ *dultum, coram Bichio.* Eſtque regulare, ut In-
„ dultum Ordinario non ſuffragetur ad conferen-
„ dum ea Beneficia, quæ alias, remotis reſerva-
„ tionibus, conferre non poſſet, & collatio ad
„ alios ſpectaret, juxta Deciſiones cumulatas per
„ *Adden. ad Gregor. deciſ.* 99. *n.* 6. ubi ad exclu-
„ ſionem Indulti ampliat, ſufficere ſolum alterius
„ poſſeſſionem conferendi.
77 „ Hocque magis procedit in præſenti, quia Ec-
„ cleſiæ ædificatæ in ſolo Lateranenſi ſunt exemtæ
„ a juriſdictione Ordinarii, & pertinent ad colla-
„ tionem Capituli Lateranenſis ex Privilegio Apo-
„ ſtolico *Bonifacii VIII.* cujus tenorem refert *Sixtus*
78 „ *in ejus Conſtit.* 19. §. 1. & in Beneficiis exemtis
„ Epiſcopus non poteſt ſe ingerere, neque con-
„ ferre, ſed illorum collatio ſpectat ad Prælatos
„ inferiores, ut per *Adden. ad Gregor. deciſ.* 29. *n.*
„ 4. *verſ. Secus autem in exemtis*, & per *Gonzal.*
„ *& Rot.* ibidem allegat.
79 „ Bene verum eſt, quod dum vacant in Menſi-
„ bus reſervatis Beneficia juriſpatronatus Eccleſia-
„ ſtici, quorum collatio, ſive Inſtitutio ſpectat ad
„ Cardinalem Epiſcopum, tunc poterit illa con-
„ ferre ex ſupradictis verbis Indulti, ei talem fa-
„ cultatem indulgentis, etiam quod cum alio, vel
„ aliis in collatione, præſentatione, & quavis alia
„ diſpoſitione participet, ex *deciſ. Gregorii* 83.
„ *num.* 1. *&* 2. & in terminis Cardinalis Indultarii
„ ſuper Beneficio de Patronatu Eccleſiaſtico, di-
„ xit *Rota in Compoſtellana Parochialis, in Recent.*
„ *deciſ.* 298. *n.* 16. *verſ. Firmato igitur, cum qua-*
„ *tuor ſequent. part.* 9. confirmat. in *deciſ.* 329. *n.*
„ 12. *cum duobus ſeqq. eadem part.* 9. & facit quo-
„ que *deciſ.* 10. *n.* 12. *cum tribus ſeqq. part.* 8. *Re-*
„ *cent.* Hactenus Armindus Riccius.
80 Pro Coronide ſciendum eſt, noſtræ Regulæ diſ-
poſitionem non habere locum in Gallia, ubi vigent,
& ſervantur Concordata, quorum vigore ſub *tit. de
Reg. ad Prælat. nominat.* Prioratus omnes Conven-
tuales, qui ſunt Electivi ex fundatione, præſcriptio-
ne, vel Conſuetudine, ad Regia nominationem ſpe-
ctant, *Rebuff. ad hanc Regul. verſ. Quarta, D. de
Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap.* 13. *num.* 241. *&
ſeqq. Tondut. Quæſt. Beneficial. tom.* 1. *part.* 1. *cap.*
89. *n.* 3. *&* 4. ubi quod ſecus dicendum, ſi Priora-
81 tus ſint collativi, *& part.* 2. *cap.* 3. §. 10. *n.* 17. Di-
ctorumque Prioratuum Conventualium in Gallia
ad Regia nominationem ſpectantium Elenchum po-
nit *Bouchel, in Biblioth. Canonic. tom.* 2. *pag.* 246.

§. IV.

De Reſervatione Præceptoriarum Generalium Ordinum quorumcumque, (ſed non Militarum.)

ARGUMENTUM.

PRæceptoriæ Generales quorumcumque Ordinum, qui ex proprio Inſtituto ſunt Hoſpitalitati addicti, comprehenduntur ſub reſervatione Regulæ; a qua tamen excluduntur Præceptoriæ Ordinum Militarium, dummodo tractu temporis Ordines ipſi immutati non fuerint in Religionem Clauſtralem. Præceptoriæ S. Spiritus in Saxia, Prioratus, & Beneficia ab iis dependentia, ad cujus pertineant collationem; an Pontifices de illis diſponere valeant, & an ſubjaceant Concordatis Galliæ? Examinatur natura, & qualitas Beneficiorum dependentium a Præceptoria Generali S. Antonii de S. Antonio Viennen. Civitatis Neapolis; & an, & quibus in caſibus Dataria ſe ingerere valeat in eorum collatione.

SUMMARIUM.

1 *Præceptoriæ Generales Ordinum quorumcumque ſunt reſervatæ.*

2 *Dummodo exiſtant eorum Ordinum, qui ex proprio inſtituto Hoſpitalitati ſint addicti, & non Ordinum Militarium.*

3 *Præceptoriæ Ordinum S. Joannis Hieroſolymitani, S. Jacobi de Spatha &c. non ſunt reſervatæ vigore Regulæ.*

4 *Sunt reſervatæ Præceptoriæ Ordinis, qui ab initio fuit Militaris, ſed poſtea evaſit Monachalis.*

5 *Præceptoria S. Spiritus in Saxia, aliaque dicti Ordinis Beneficia ſpectant ad collationem Præceptoris Generalis S. Spiritus in Saxia.* & num. 12.

6 *Etiamſi vacaverint ex Perſona Officialis, Papæ familiaris, vel apud Sedem.* & num. 11.

7 *An ſint vera Beneficia, & dentur in titulum, ſeu in adminiſtrationem ad nutum Præceptoris?* & num. 10.

Et an Religioſi poſſint de illarum fructibus diſponere? Remiſſive. dict. num. 7.

8 *Papa hujuſmodi Præceptorias S. Spiritus, etſi manuales conferre poteſt. Et referuntur nonnulla exempla.*

9 *Præceptoriæ præfatæ non cadunt ſub Concordatis Galliæ; Et redditur ratio.* & num. 13.

14 *Examinatur natura, & qualitas Beneficiorum dependentium a Præceptoriis Generalibus S. Antonii de S. Antonio Viennen.*

15 *Præceptoria Generalis S. Antonii Viennen. Neapolis, olim unita erat Monaſterio Viennen. in Delphinatu, ſed diſſoluta fuit unio ab Urbano VIII.*

16 *Præ-*

16 *Præceptor Generalis dicta Præceptoriæ eſt Ordinarius collator Beneficiorum omnium ſub titulo S. Antonii in Regno Neapolis exiſtentium, ad excluſionem Ordinariorum in quorum Diœceſibus ſita ſunt.* & n. 48. 53. 56. & 57.

17 *Et jus habet inſtituendi ad Beneficia de jurepatronatus ſub dicta denominatione in præfato Regno exiſtentia.* & num. 49.

Eorumdemque Beneficiorum devolutio non fit ad Ordinarios, ſed ad Præceptorem Generalem.

18 *Sed an Præceptor Præceptoriæ Neapolis poſſit Beneficia a dicta Præceptoria dependentia conferre Clericis Secularibus, vel potius ea conferre teneatur Regularibus ejuſdem Ordinis, etiam in aliis Monaſteriis exiſtentibus?*

Et num. 53. 54. 55.

19 *Beneficia præfata conferri non poſſunt Clericis Secularibus in titulum perpetuum, ſed ad nutum, & amovibiliter.*

20 *Sunt de ſui natura manualia, exceptis Curatis, & Electivis.*

21 *Quemadmodum regulariter ſunt Præceptoriæ ejuſdem Ordinis S. Antonii.*

22 *Beneficia præfata non ſubjacent Reſervationibus Apoſtolicis, nec etiam illi ex vacatione apud Sedem.* & num. 51.

Redditur ratio, quia reſervationes non afficiunt Beneficia Manualia, ne ſequatur abſurdum, quod proviſus a Papa removeatur a Superiore Regulari. num. 23.

24 *Spectant tamen ad Sedis Apoſtolicæ diſpoſitionem, quando ſunt affecta per appoſitionem manus Papæ; cum Beneficia etiam manualia, cadant ſub affectione.*

26 *Et ſic ſpectant ad Papæ collationem ſi vacent juxta Decretum, per reſignationem, per ceſſationem Commendæ &c.*

Limita, ut non cadant ſub affectione, ſi Præceptor Generalis fuerit Cardinalis, gaudens Indulto conferendi etiam affecta. n. 51.

27 *Beneficia præfata pertinent ad Pontificis diſpoſitionem, quando ſunt litigioſa; Et redditur ratio.*

28 *Si per quadraginta annos fuerint in titulum perpetuum collata Clericis Secularibus, poſſunt ab Ordinariis locorum conferri.* & n. 52.

29 *Et ſi alicui reſervationi ſunt obnoxia, ſpectant ad Apoſtolicæ Sedis proviſionem.*

30 *Maxime ſi concurrat ultimus ſtatus pro titulo collativo.*

31 *Beneficiorum Regularium ſtatus non cenſetur immutatus, niſi per proviſiones expletas in titulum perpetuum continuatas bona fide ſpatio quadraginta annorum, & emanatas a Pontifice poteſtatem habente immutandi naturam Beneficiorum.* & n. 35.

Et conſtare debet de expreſſa Pontificis voluntate circa hanc mutationem. n. 33.

Nam in dubio proviſiones Apoſtolicæ non immutant ſtatum Beneficiorum. n. 34.

32 *Ordinariis deficit poteſtas immutandi Beneficiorum ſtatum de perpetuo in manualem, & econtra.*

36 *Poteſt Papa in proviſione Præceptoriæ Generalis S. Antonii Beneficia ab ea dependentia ſuæ diſpoſitioni reſervare.*

37 *Papa poteſt concurrere cum Ordinario Regulari, conferendo Beneficia Regularia per viam deputationis ad vitam.*

Referuntur exempla. num. 38.

39 *Sed an expediat devenire ad hujuſmodi reſervationes, ſeu deputationes ad vitam?*

40 *Dum vacat Præceptoria Generalis S. Antonii in Regno Neapolitano, expedit quod Pontifex tamquam Ordinarius Ordinariorum conferat Beneficia ab ea dependentia, quæ antea vacaverant, & impoſterum vacatura, quouſque Præceptoria commendetur.* & n. 43.

Aſſignantur rationes eod. n. 40. & 41.

Debent tamen hujuſmodi Beneficiorum proviſiones expleri per viam deputationis ad vitam, cum expreſſione manualitatis. n. 44.

Et ob quam rationem. n. 45.

Quemadmodum deputationes præfatæ fieri debent ſine præjudicio Præceptoris in futuris vacationibus. n. 46.

42 *Sede Epiſcopali vacante ſolent aliquando Pontifices, tamquam Ordinariorum Ordinarii, conferre Beneficia, quæ omni tempore, quo vacant, ſpectant ad collationem inferioris Collatoris. Et referuntur exempla.*

47 *Beneficium manuale priſtinam reaſſumit manualitatis naturam poſt obitum proviſi de eo a Papa ad vitam.*

48 *Præceptoriæ S. Antonii Viennen. in Gallia non cadunt ſub Regia nominatione, quia non providentur per Electionem, ſed per Collationem.*

49 *Et nec ſub Regia nominatione comprehenduntur Præceptoriæ illæ, quæ ſunt Electivæ confirmativæ.*

REſervantur etiam in hac Regula Præceptoriæ Generales Ordinum quorumcumque, *Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 8. à num. 4. Lotter. de re Beneficiar. lib. 1. quæſt. 26. n. 38. Rot. deciſ. 1567. ſub n. 6. cor. Penia, & deciſ. 136. n. 3. coram Bevincaſ.* Dummodo tamen non ſint Præceptoriæ Ordinum Militarium; adeout ſub Regula comprehendantur ii Ordines, qui ex proprio Inſtituto Hoſpitalitati adſcribuntur, ut ſunt Præceptoriæ S. Spiritus in Saxia, & S. Antonii Viennen.; ſecus vero dicendum eſt de Præceptoriis eorum Ordinum, qui ex proprio Inſtituto Militiæ ſint adſcripti, & tenentur perſequi Turcas, & cæteros Chriſtiani nominis Hoſtes, ut præcæteris ſunt illi S. Joannis Hieroſolymitani, S. Jacobi de Spatha, S. Stephani &c. Horum enim Ordinum Prioratus, & Commendæ non ſunt reſervatæ, *Caſtropal. Oper. moral. tom 2. Tract. 13. diſp. 2. punct. 19. n. 6. in fine, Azor. Inſtitut. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 34. Verſ. Quæres tertio, Barboſ. de Epiſcop. allegat. 57. nu. 103. Pariſ. conſ. 36. n. 17. lib. 4. Rota in Tiraſonen. Prioratus 11. Martii 1684. §. Nihil pariter, cor. cl. me. Card. Caccia.*

(The margin numbers 1, 2 and 3 of this paragraph stand beside its printed lines 1, 7 and 14.)

Sed ſi Ordo fuerit a principio Militaris, tractu vero temporis, mutata vivendi forma, illius Profeſſi non militaverint amplius uti Equites, ſed deguerint in Clauſtris, uti Monachi, recitando Horas, & Preces, redimendo Captivos, & alia pia opera exercendo ſub Regula alicujus Sancti; tali caſu dicti Ordinis Præceptoriæ eſſent vigore Regulæ reſervatæ, cum non amplius eis congruat ratio Privilegii exceptivi a dicta Regula, quæ in aſſiduo armorum exercitio fundatur, *Pariſ conſ. 44. n. 20. lib. 4. & poſt Mandoſ. & Gonzal. Rot. in dicta Tiraſonen. Prioratus 11. Martii 1698. §. Nihil pariter, cor. cl. mem. Card. Caccia.* 4

Sed quod attinet ad Præceptorias S. Spiritus in Saxia, advertendum eſt, quod earum collatio, ſicuti Hoſpitalium, Prioratuum, & aliorum dicti Ordinis Beneficiorum, ſpectat ad Præceptorem Generalem S. Spiritus in Saxia vigore diverſorum Summorum Pontificum Conſtitutionum, quas refert *Rot. deciſ. 612. cor. Seraphino*, & præſertim 5

Sixti

Sixti IV. cujus verba trranſcripſit *Petrus Saunier*
in Tractatu *dell'Ordine di S. Spirito cap.* 16. ubi
6 etiam ſi vacent apud Sedem, aut ex Perſona Offi-
cialis, familiaris &c. & facit *Azor. Inſtit. moral.*
part. 2. *lib.* 3. *cap.* 26. *Quæſt.* 8. *Barboſ. de Jure*
Eccleſ. univerſ. lib. 3. *cap.* 7. *num.* 1. ubi, an ſint
7 vera Beneficia; an dentur in titulum, ſeu admini-
ſtrationem; & an Religioſi poſſint de fructibus diſ-
ponere; de quo etiam *Rot. deciſ.* 772. *part.* 1. *di-*
verſ. Pignatell. conſult. 9. *num.* 19. *tom.* 7. *Navar.*
conſ. 13. *de Stat. Monach.*

Non en hoc tamen excluditur, quin Sedes Apo-
8 ſtolica poſſit hujuſmodi Præceptorias, etſi manua-
les, conferre; prout nonnullas, præſertim ultra
Montes, contulerunt Summi Pontifices. Sic *anno*
1696. ſub *datum Idibus Maii Pontificatus anno V.*
ſan. me. Innocentius XII. contulit Præceptoriam
Conventualem Sancti Spiritus Oppidi *Divionen.*
Lingonien. Diœceſis a parte Regni Franciæ *Claudio*
Naiſſant Clerico profiteri cupienti, de conſenſu
Præceptoris Generalis Archihoſpitalis S. Spiritus in
Saxia, & cum expreſſione, quod dependebat a
Præceptoria Generali S. Spiritus in Saxia, & prius
ſan. mem. *Clemens X.* contulerat Præceptoriam
Montiſpeſulan. die 29. *Februarii* 1672. *Antonio de*
Columbier.

Non comprehenduntur Præceptoriæ hujuſmodi
9 S. Spiritus in Saxia ſub Concordato Gallico, quia
illæ non conferuntur in titulum, ſed in adminiſtra-
10 tionem ad nutum Præceptoris Generalis, *Azor.*
Inſtit. moral. part. 2. *lib.* 3. *cap.* 26. *quæſt.* 10. &
11 11. *Barboſ. dict. cap.* 7. *num.* 3. unde ſicuti non ſub-
jacent reſervationibus, & Regulis Cancellariæ,
Gonzal. ad Regul. 8. *gloſſ.* 5. §. 6. *a num.* 9. *Rot.*
deciſ. 5. *part.* 16. *Recentior.* & *deciſ.* 541. *num.* 8.
cor. Molines; ita nec cadunt ſub Concordatis, quæ
facta fuerunt pro Collationibus, & jure conferendi,
Nicolartı ad Concordat. German. tit. 1. *dub.* 3. §.
12 4. Accedente etiam, quod in Conſtitutionibus Sum-
morum Pontificum, nempe Sixti IV. & Innocen-
tii VIII. ante ipſa Concordata Gallica emanatis,
jus eligendi Priores in Monaſteriis, ad ipſum Præ-
13 ceptorum Generalem S. Spiritus in Saxia pertinet;
proindeque ſupradictæ Præceptoriæ, & Prioratus
ſunt expreſſe a Concordatis excepti, ut legitur in
§. *Per præmiſſa* eorumdem Concordatorum, & ad-
vertit ibidem *Rebuff.*

Sed cujus naturæ, & qualitatis ſint Beneficia
14 dependentia a Præceptoriis generalibus S. Antonii
de Sancto Antonio Viennen. & an ſubjaceant Re-
ſervationibus Apoſtolicis: ultra ea, quæ ſparſim in
præcedenti §. adnotata reperiuntur, late dixi in Re-
ſponſo, quod anno 1703. edidi, pro veritate con-
ſultus a clar. mem. *Card. Sacripantes* Prodatario:
An vacante tunc temporis Præceptoria generali
ejuſdem Ordinis Civitatis Neapolis, poſſet Data-
ria conferre Beneficia ab eadem dependentia, quæ
dictæ vacationis tempore vacare contingeret. Et
in eodem Reſponſo adduxi Reſolutionem Con-
gregationis particularis quinque Prælatorum edi-
tam anno 1627. ſuper nonnullis Dubiis reſpicien-
tibus eorumdem Beneficiorum naturam, & colla-
tionem, nec non Decreta Sacræ Congregaionia
Cnncilii edita anno 1690. quæ omnia ad materiæ
ornatum, hic inſerenda opportunum duxi. Tenor
autem Reſponſi talis eſt.

„ A PRÆCEPTORIA Generali Sancti An-
„ tonii Viennen. ſita extra Portam Capuanam Ci-
„ vitatis Neapolis, pendent plurima Beneficia ſub
„ Titulo S. Antonii Viennen. in Regno exiſten-
„ tia, Cum autem nonnulla ex his Beneficiis mo-
„ do vacent, vacante etiam ipſa Præceptoria Gene-
„ rali; Quæſitum eſt, an & quo modo poſſit Da-
„ taria ſe ingerere in proviſione hujuſmodi Bene-
„ ficiorum, tam hodie vacantium, quam vaca-
„ turorum pro tempore, quo durabit vacatio dictæ
„ Præceptoriæ. Cujus Dubii reſolutio, etſi pluri-
„ mum dependeat ab iis in Congregatione parti-
„ culari quinque Prælatorum ſub ſan. mem. Ur-
„ bano VIII. examinata fuerunt, & ex nuperis De-
„ ciſionibus emanatis in Cauſa *Neapolitana*, *ſeu*
„ *Tranen. Præceptoriæ*, *coram Reverendiſſimo Mo-*
„ *lines Decano*; Attamen pro congrua ad quæſi-
„ tum reſponſione, opportunum videtur nonnulla
„ præmittere, quæ plurimum ad materiæ diluci-
„ dationem poſſunt deſervire. Et

„ Primo, quod Præceptoria Neapolitana erat
„ olim unita Monaſterio *Viennen.* in Delphinatu, 15
„ quod eſt Caput Ordinis; Sed cum poſtmodum
„ Paulus V. eamdem commendaſſet Joanni Bapti-
„ ſtæ *Victorio*, & lis exorta eſſet inter ipſum, &
„ Abbatem Monaſterii Viennenſis, contendentem
„ non ſubſiſtere unionem; tandem defuncto *Vi-*
„ *ctoria*, & proviſo de Præceptoria Neapolitana
„ Cardinali *Magalotto*, Urbanus VIII. anno 1626.
„ prædictam litem extinguendo, & Abati Gene-
„ rali perpetuum imponendo ſilentium, unionem
„ dictæ Præceptoriæ cum annexis, membris, re-
„ bus, & pertinentiis quibuſcumque diſſolvit, &
„ diſſolutam manere voluit; nec de cætero jus ul-
„ lum dicto Monaſterio Viennen. in dicta Præce-
„ ptoria acquiri poſſe decrevit; Sed ne Monaſte-
„ rium S. Antonii nimium diſpendium pateretur,
„ Præceptoriam S. Antonii *Sarnen.* Civitatis, ei-
„ dem Monaſterio pro manutentione Procuratoris
„ Generalis in Curia Romana, univit. Et de hac
„ diſſolutione meminit ſolum Sacræ Congrega-
„ tionis Concilii *in Neapolitana Collationis Bene-*
„ *ficiorum* 8. *Julii* 1690. *Rot. in Neapolitana*, *ſeu*
„ *Tranen. Præceptoriæ* 20. *Junii* 1696. §. *Nec va-*
„ *let*, & 3. *Martii* 1698. §. *Sed fortior cum ſe-*
„ *quent* & 23. *Junii ejuſdem anni cor. Reveren-*
„ *diſſ. Molines.*

„ Secundo præmittendum eſt, quod Præceptor
„ Præceptoriæ Neapolitanæ eſt Ordinarius Pro- 16
„ viſor Beneficiorum omnium ſub Titulo S. An-
„ tonii in Regno Neapolitano exiſtentium, juxta
„ communem opinionem fundatam *in Conſtitut.*
„ *Clementis VII. la* 2. §. 19. *Corrad. in Prax. Be-*
„ *nefic. lib* 4. *cap.* 7. *num.* 81. *Montan. controv.*
„ 81. *per tot. Rot. deciſ.* 71. *cor. Duran.* quæ am-
„ pliat etiam ad jus inſtituendi in Beneficiis de Ju- 17
„ repatronatus; & in *dicta Neapolitana*, *ſeu Tra-*
„ *nen. Præceptoriæ* 20. *Junii* 1696. §. *Quoniam*,
„ *cor. Reverendiſſ. Molines*; & reſolutum fuit in
„ Congregatione particulari quinque Prælatorum
„ 6. *Julii* 1627. *ad* 1. 2. & 5 Et a Sacra Con-
„ gregatione Concilii in *d. Neapolitana Collationis*
„ *Beneficiorum* 8. *Julii* 1690. *ad* 2. & 9. *Septem-*
„ *bris ejuſdem anni pariter ad* 2.

„ Tertio, quod magna fuit olim in ipſa Rota
„ controverſia, an Præceptores pro tempore poſ- 18
„ ſent conferre Beneficia hujuſmodi Clericis Se-
„ cularibus, vel potius illa conferre tenerentur
„ Regularibus, etiam in aliis Monaſteriis profeſ-
„ ſis. Etenim *in Tranen. Præceptoriæ* 23. *Martii*
„ 1689. §. *Etenim cum ſequen.* & 2. *Junii* 1696.
„ *cor. Urſino*, cenſuit, Clericos Seculares eſſe illo-
„ rum incapaces, obſtante diſpoſitione juris com-
„ munis, & Sac. Concilii Tridentini, ſpeciali Con-
„ ſtitutione Sixti IV. & Statutis Ordinis S. Anto-
„ nii Viennen. prohibentibus Beneficia Ordinis
„ conferri poſſe aliis, quam Regularibus actu Pro-
„ feſſis. Sed poſtmodum re ex integro examinata,
reſpon-

„ reſpondit, Clericos Seculares eſſe hujuſmodi Be-
„ neficiorum capaces, tum attenta dicta Conſtitu-
„ tione *Clementis VII. la 2.* = ibi = *Ac quod Hoſ-*
„ *pitalia, Cappellæ, Oratoria, Beneficia &c. per*
„ *ejuſdem Religioſos Canonicos, non autem per alios*
„ *Eccleſiaſticos, niſi de Abatis expreſſo conſenſu,*
„ *gubernari debent* = Unde accedente conſenſu
„ Præceptoris Collatoris Ordinarii, Conſtitutiones
„ Apoſtolicæ Secularibus non ſolum non reſiſtunt,
„ ſed potius aſſiſtunt. Tum attenta obſervantia
„ pluſquam centenaria, juxta quam a Præcepto-
„ ribus Præceptoriæ Neapolis fuerunt hujuſmo-
„ di Beneficia collata Clericis Secularibus. Tum
„ denique attenta Bulla diſſolutionis Unionis præ-
„ fatæ Præceptoriæ a Monaſterio Viennenſi cum
„ omnibus ſuis membris, juribus, & pertinentiis;
„ qua ſtante, cum dicta Præceptoria nihil com-
„ mune habeat cum Regularibus Sancti Antonii,
„ quorum Ordo ceſſavit in Regno poſt dictam diſ-
„ ſolutionem; hinc eſt, quod Regulares ejuſdem
„ Ordinis prætendere minime valeant Beneficia
„ a dicta Præceptoria dependentia, juxta decla-
„ rationem Sacræ Congregationis 8. *Julii* 1690.
„ *Rot. in dicta Neapolitana, ſeu Tranen. Prace-*
„ *ptoriæ* 20. *Junii* 1696. *§. Et fortius, cum ſeqq.*
„ *& 3. Martii* 1698. *§. Quod autem, cum ſeqq.*
„ *& 23. Junii* 1698. *§. Quin imo, cor. Reveren-*
„ *diſſ. Molines.*

„ Quarto prænotandum eſt, quod etſi Cleri-
„ ci Seculares ſint capaces hujuſmodi Beneficio-
„ rum; attamen ab antiquiſſimo tempore iis non
19 „ conferuntur in titulum perpetuum, ſed amovi-
„ biliter, & ad nutum. Cum enim dubitari non
„ poſſit, quin hæc Beneficia præſumantur ex ſui
„ primæva inſtitutione, & natura Regularia, &
„ dependeant a Præceptoria, quæ & ipſa Regula-
„ ris eſt, locum ſibi vindicat Concluſio, quod Re-
„ gulares non aliter, niſi ad nutum aſſumere poſ-
„ ſint Clericos Seculares ad inſerviendum in eo-
„ rum Eccleſiis, ex relatis in dicta *Tranen. Præ-*
„ *ceptoriæ* 2. *Junii* 1690. *§. Minus cor. Urſino.*
„ Atque ita in praxi ſervatur; nam hujuſmodi Be-
„ neficia conferuntur a Præceptore ad nutum, jux-
„ ta formulam, quam ponit, *Corrad. in Prax. Be-*
„ *nefic. dict. lib. 4. cap. 7. n. 27.* Et reſolutum fuit
„ in dicta Congregatione particulari quinque Præ-
„ latorum ſub Urbano VIII. *ad 3.* = ibi *Eſſe ma-*
20 „ *nualia de ſui natura exceptis Curatis, & Electi-*
„ *vis* = *Rot. in dicta Neapolitana, ſeu Tranen.*
„ *Præceptoriæ 3. Martii* 1698. *§. Quoniam, & 23.*
„ *Junii ejuſdem anni §. Quod autem, cum ſeqq.*
„ *cor. Reverendiſſ. Molines, & 19. Januarii* 1699.
„ *§. Verum etiam coram clar. mem. Card. Capra-*
21 „ *ra inter* impreſſ. *deciſ.* 428. Et generaliter de
„ Præceptoriis Sancti Antonii Viennen. *Abb. Pa-*
„ *normitan. in Cap. Cum deputati, ſub num. 7. de*
„ *Judic. Rot. deciſ. 296. num. 1. & 2. cor. Coccin.*

„ Ex his præmiſſis reſultat, quod regulariter
„ loquendo, non poſſit Dataria conferre, ſeu pro-
„ videre hujuſmodi Beneficia, utpote quia nulli
22 „ ſunt obnoxia Reſervationi. Cum enim ſint de
„ ſui natura manualia, & ad nutum conferri ſo-
„ lita a Præceptore illorum ordinario Collatore,
„ non cadunt ſub ulla Reſervatione, neque ratio-
„ ne Menſis, neque ratione Præceptoriæ vacantia;
„ imo neque ratione obitus in Curia; Papa enim
23 „ in reſervationibus Beneficiorum, intelligit de iis,
„ quæ habent titulum perpetuum, & collativum,
„ ne alias ſequatur abſurdum, quod Superior Re-
„ gularis amoveat proviſum a Papa, ut præter ea,
„ quæ in terminis aliarum Præceptoriarum S. An-
„ tonii Viennenſis tradit *Coccin. deciſ.* 296. Ita in
„ his Beneficiis, de quibus agimus reſpondit di-
„ cta Congregatio quinque Prælatorum ad 4. *Rot.*
„ *in Nolana Beneficii* 21. *Aprilis* 1684. *§. Quo-*
„ *niam, cor. Hervault, & in dicta Neapolitana,*
„ *ſeu Tranen. 3. Martii* 1698. *§. Quoniam, cum*
„ *ſeqq. & 20. Junii ejuſdem anni §. Certum, cor.*
„ *Reverendiſſ. Molines*, quas nuper ſequuta eſt *in*
„ *Cæſarauguſtana Portionis 2. Julii* 1703. *§. Et*
„ *demum, cor. R. P. D. Muto.*

„ Sed quamvis Præceptori Generali Regula aſ-
„ ſiſtat, nihilominus in ſequentibus caſibus crede-
„ rem Proviſionem a Dataria petendam eſſe. Pri- 24
„ mo nempe, ubi ea Beneficia ſint affecta per ap-
„ poſitionem manus Papæ; cum Beneficia etiam
„ manualia cadant ſub affectione, *Tondut. part. 2.*
„ *cap. 3. §. 1. num. 6. Coccin. deciſ.* 1061. *num.* 18.
„ Et in noſtris terminis reſolutum fuit in dicta
„ Congregatione particulari quinque Prælatorum
„ *ad 5.* = ibi = *Non cadere ſub affectione, niſi*
„ *hæc tollatur per Indultum.* Ea quidem ratione,
„ quod indignum videtur, ut collatio Beneficii, 25
„ ſuper quo Papa manum appoſuit, redeat ad In-
„ feriorem, ut ait *Rot.* 470. *num. 1. part. 1. Re-*
„ *cent.* Unde ſi vacaret aliquod ex Beneficiis, 26
„ juxta Decretum, per reſignationem, aut per
„ ceſſationem Commendæ in Beneficio manuali
„ Regulari, collatio ſpectaret ad Summum Pon-
„ tificem, *Rot. cor. Coccin. deciſ.* 1061. *a num.* 12.
„ *cum ſeqq. & in Tiraſonen. Prioratus* 11. *Mar-*
„ *tii* 1689. *§. Ultro cor. clar. me. Card. Caccia.* Et
„ in terminis Reſignationis, *Corrad. in Prax. Be-*
„ *nefic. part. 1. cap. 6. numer.* 294. Et admittitur
„ in dicta *Neapolitana, ſeu Tranen.* 20. *Junii*
„ 1698. *§. Nec ad offuſcandum, cum ſeqq. cor.*
„ *Reverendiſſ. Molines.* Et in terminis vacationis
„ ex Decreto, *Rot. deciſ.* 1507. *§. fin. cor. Pe-*
„ *nia.*

„ Atque eodem modo exiſtimarem, poſſe Data-
„ riam conferre Beneficia, quæ vere ſunt litigio-
„ ſa. Quamvis enim lis non importet proprie aſ- 27
„ fectionem, ſed ſolum inhibitionem temporalem
„ inferiori, ne conferat, *Cap. 1. & 2. ut Lit. pen-*
„ *dent. in 6.* Et Rota noluerit reſolvere articulum,
„ an mox relati *Textus* vindicent ſibi locum in Be-
„ neficiis manualibus S. Antonii, ut in dicta *Nea-*
„ *politana, ſeu Tranen. Præceptoriæ 3. Martii*
„ 1698. *§. fin. cor. Reverendiſſ. Molines.* Attamen,
„ cum etiam in his Beneficiis manualibus verifice-
„ tur præjudicium partis, & contemptus Judicis,
„ ſuper quibus diſpoſitio dictorum Textuum fun-
„ datur; Crederem, ſuper his quoque petendam
„ eſſe Proviſionem a Sede Apoſtolica; & depu-
„ tationem ab Inferiore factam, eſſe attentatam,
„ ut firmavit *Rot.* antiqua, de qua *Lancellott. de*
„ *Attent. part. 2. cap. 4. in præfation. num.* 683.

„ Secundo pertinere poſſet collatio ad Datariam, 28
„ quando adeſſet legitima præſcriptio, & fuiſſet
„ aliquod ex dictis Beneficiis ſpatio quadraginta
„ annorum in titulum perpetuum collatum Cleri-
„ co Seculari; nam tunc poſſet etiam Ordinarius
„ illud conferre; prout reſolvit dicta Congregatio
„ quinque Prælatorum in reſponſione *ad 5.* ac etiam
„ ubi eſſet reſervatum, provideri poſſet a Data- 29
„ ria, ex plene relatis in terminis Beneficii S. An-
„ tonii in *dicta deciſ. 1507. per tot. & deciſ.* 1567.
„ *a num. 6. cor. Penia, deciſ. 349. per tot. part. 3.*
„ *Recent. & in Cæſarauguſtana Præceptoriæ* 24. *No-*
„ *vembris* 1664. *coram Cardin. Taya.* Concur- 30
„ rente præſertim ultimo ſtatu, ut in mox allegatis
„ Deciſionibus firmatum fuit, & in aliis apud *Pe-*
„ *niam deciſ.* 1395. *a num.* 4.

„ Sed vix crederem in praxi in his Beneficiis
„ Regni

31 „ Regni Neapolitani concurrere poſſe circumſtan-
„ tias neceſſarias ad inducendam hanc præſcri-
„ ptionem, ſeu ſtatus mutationem. Requiritur
„ enim, quod proviſiones factæ fuerint in titulum,
„ & quidem perpetuum; quod fuerint continuatæ
„ ſpatio quadraginta annorum cum bona fide, quod
„ emanaverint ab habente poteſtatem immutandi
„ naturam Beneficiorum, nempe ab ipſomet Pon-
32 „ tifice, cum inferiores Collatores careant faculta-
„ te immutandi ſtatum Beneficii, quod nec de per-
„ petuo poſſunt facere manuale, nec de manuali
„ perpetuum, *Rot. in dicta Cæſarauguſtana Portio-*
„ *nis* 2. *Julii* 1703. §. *Fortius etiam R. P. D. Mu-*
33 „ *to*. Et demum neceſſe eſt, quod concurrat ex-
„ preſſa voluntas Summi Pontificis immutandi;
„ cum in dubio proviſiones Apoſtolicæ non immu-
34 „ tent ſtatum Beneficii, nec præſumatur, quod
„ Papa velit illum alterare in tertii præjudicium,
„ niſi expreſſe id exprimat, ut in puncto Benefi-
„ ciorum S. Antonii, *Rot. deciſ.* 308. *per tot. part.*
„ 1. *Recentior. & deciſ.* 1392. 1415. & 1487. *per*
„ *tot. cor. Penia*, in quibus abunde ad ultimum ſta-
„ tum reſpondetur, *& in Tranen. Præceptoriæ* 2.
„ *Julii* 1690. §. *Minus juvat, cum ſeqq. cor. Ur-*
„ *ſino, & in Neapolitana, ſeu Tranen.* 20. *Junii*
„ 1696. §. *Nihilominus, cum ſeqq. cor. Reverendiſſ.*
„ *Molines.* Et diſcuſſum pleniſſime fuit in Con-
„ gregatione particulari 20. *Decembris* 1690. in
35 „ Cauſa *Ferrarien. Prioratus S. Leonardi inter*
„ *Datariam, & clar. mem. Card. Cerrum* Epiſ-
„ copum Ferrarien. (*de qua ſupra in §. Ante-*
„ *cedenti.*)

„ Tertio poſſet Dataria manus apponere, quo-
„ ties jure Concurſus, & tamquam Diſtributor
„ omnium Beneficiorum, vellet Papa conferre,
36 „ ſeu vellet in proviſione Præceptoriæ Generalis
„ ſuæ diſpoſitioni aliquod Beneficium ex illa de-
„ pendens, reſervare, cum non ſint ligatæ manus
„ Summi Pontificis, quin poſſit concurrere cum
37 „ Ordinario Regulari, conferendo Benneficium
„ manuale per viam deputationis ad vitam, *Cor-*
„ *rad. in Prax. Benefic. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 290. &
38 „ *ſeqq.* Et ita vidimus in praxi ſervari a felic. re-
„ cord. Alexandro VIII. nam cum Monaſterium
„ in ſtatu Veneto commendaſſet, ſibi reſervavit
„ omnimodam diſpoſitionem nonnullorum Bene-
„ ficiorum a dicto Monaſterio dependentium, oc-
„ currente illorum vacatione; Cumque poſtmo-
„ dum vacaſſet Beneficium manuale, ad nutum
„ amovibile, ad illud nominavit *R. P. D. Bel-*
„ *lonum* ad ejus vitam, ſine præjudicio jurium
„ Abatis dicti Monaſterii pro futuris vacationi-
„ bus.

„ An vero expediat, & congruum ſit ad hujuſ-
„ modi Reſervationes, ſeu *deputationes ad vitam*
39 „ devenire, concurrendo cum Præceptore Gene-
„ rali, ſeu eum præveniendo, a Pontificis arbitrio
„ dependet. Si Præceptoria jam eſſet proviſa,
„ in præjudicium Præceptoris habentis jus confe-
„ rendi, & amovendi ad libitum Beneficiatos,
„ fortaſſe non expediret, ut Dataria ſe ingereret
„ in hujuſmodi Beneficiis; nam ſicuti providere
„ non ſolet Beneficia perpetua vacantia in Menſi-
„ bus Ordinariis, *Gonzal. ad Regul.* 8. §. 4. *Proœ-*
„ *mial. num.* 1. *& ſeq.* ubi, quod id valde laudabi-
„ le eſt; Ita congruum eſt, ut unicuique ſuum jus
„ ſervetur, nec manus apponantur in hujuſmodi
„ Beneficiis Manualibus, quæ nonniſi raro, &
„ cum maxima difficultate provideri ſolent a Sede
„ Apoſtolica. Et ſan. mem. *Urbanus VIII.* licet in
„ principio ſui Pontificatus ſimiles Gratias conceſ-
„ ſerit; nihilominus poſtea eas denegavit, *Corrad.*
„ *in Prax. Benefic. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 308. *Roſ.*
„ *de Executor. Litter. Apoſtol. lib.* 1. *cap.* 6. *num.*
„ 131. *& ſub num.* 135.

„ Sed cum hodie vacet Præceptoria, crederem
„ expedire, ut Pontifex tamquam *Ordinarius Or-* 40
„ *dinariorum*, & in ejuſdem Ordinarii locum ſub-
„ rogatus, provideat Beneficia a dicta Præcepto-
„ ria dependentia, nunc vacantia, & vacatura,
„ donec fuerit datus novus Præceptor: Nulli enim
„ fit præjudicium; non Ordini, ejuſque Generali,
„ quia Præceptoria Neapolitana eſt ab illa ſepara-
„ ta; Non Epiſcopis, in quorum Diœceſibus ſunt
„ ſita, quia non poſſunt illa conferre, etiamſi ha-
„ beant Indultum conferendi Reſervata, ut in *de-*
„ *ciſ.* 523. *per tot. part.* 19. *Recent.* Et in termi-
„ nis Beneficiorum S. Antonii reſolutum fuit,
„ Pontifice approbante, in dicta Congregatione
„ Prælatorum 29. *Decembris* 1690. *contra clar.*
„ *mem. Cardinalem Cerrum*; Neque demum fit
„ præjudicium Præceptori, qui non adeſt.

„ Et econverſo maxima reſultat ipſis Benefi-
„ ciis utilitas, quorum diuturnæ vacationi ſuccur- 41
„ rere convenit; proindeque hoc caſu Papa nemi-
„ ni injuriam facit, & utitur jure ſuo, ita occur-
„ rendo longiori vacationi: quæ eſt ratio, in qua
„ fundatur Regula II. Cancellariæ reſervatoria Be-
„ neficiorum Sede, vel Dignitate vacante, ut bene
„ ponderat *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 34.
„ *num.* 8. & 16. *Rot. in Cæſarauguſtana Beneficii*
„ 20. *Novembris* 1686. §. *Quorum, cor. clar.*
„ *mem. Card. Caccia, &* 5. *Julii* 1688. §. *In quo,*
„ *cor. Hervault.*

„ Nec novum eſt, quod Epiſcopatu vacante,
„ fiant collationes etiam Beneficiorum, quæ, quo- 42
„ cumque tempore vacent, ad Inferioris Collatio-
„ nem ſpectant; prout nuper a Sanctiſſimo Domi-
„ no Noſtro ſervatum vidimus in Eccleſia *Mata-*
„ *rien.* in qua Canonicatus a quacumque ſunt re-
„ ſervatione excluſi; & quocumque tempore, aut
„ cauſa vacent, ſpectant ad proviſionem Epiſco-
„ pi; & tamen Epiſcopo defuncto, fuit collatus
„ a Sanctitate Sua tamquam Ordinario Ordinario-
„ rum. Rurſus ſub Clemente IX. Sede Epiſco-
„ pali *Novarien. vacante*, fuerunt collata plura,
„ atque plura Beneficia ſub eadem expreſſione,
„ quod providebantur a Papa tamquam *Ordina-*
„ *rio Ordinariorum*, & uti ſubrogato in locum
„ Epiſcopi defuncti, cui fuerant Menſes Ordinarii
„ reſervati, excluſo recolendæ memoriæ tunc Car-
„ dinali *Odeſcalco*, qui in dimiſſione illius Epiſco-
„ patus obtinuerat Indultum conferendi reſervata.
„ Unde eadem ratione providere poterit Summus
„ Pontifex hæc Beneficia manualia, Præceptoria
„ vacante; nam licet ea de jure reſerventur Ordi-
„ nario Succeſſori, tamen non ligantur manus
„ Papæ, qui eſt Ordinarius Ordinariorum, *Rot.*
„ *deciſ.* 442. *num.* 4. *part.* 1. *diverſ. Abas in Cap.*
„ *Illa num.* 3. *Ne Sede vacante*, ubi ait, quod
„ cum defuncto Epiſcopo collatio non ſpectet ad
„ Capitulum, etiam quod magno tempore Sedes
„ vacet, recurrendum erit ad Papam, qui gene-
„ ralis eſt Ordinarius totius Orbis.

„ Duo tamen, quatenus placeat Summo Pontifi-
„ ci in his circumſtantiis providere Beneficia a di-
„ cta Præceptoria dependentia, ſunt advertenda.
„ Primo, quod cum hæc Beneficia non ſint reſer- 43
„ vata, procedendum erit per viam *deputationis*
„ *ad vitam* cum expreſſione Manualitatis, ſicuti
„ fuit reſervatum in dicta Patavina ab *Alexandro*
„ *VIII.* (*& poſt hæc ſcripta ſervatum fuit in pro-*
viſione quorumdam Beneficiorum a dicta Præce-
ptoria dependentium, & exiſtentium in Diœceſi
Saler-

Salernitan. & Caſſanen. Sexto Idus Julii 1705.)
„ & monet *Corrad. in Prax. Beneſic. lib.* 1. *cap.*
„ 6. *n.* 291. §. *Unde Datariæ cum ſeqq.* Id quod
45 „ expedire videtur, tum ad evitandam ſubreptio-
„ nem, tum controverſias, an Inferior poſſit a-
„ movere proviſum a Papa, de quibus idem *Cor-*
„ *rad. dict. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 298. *& ſeqq.* Alte-
46 „ rum, quod hæc deputatio fiat ſine præjudicio
„ Præceptoris in futuris vacationibus, ut pariter
„ ſervatum fuit in dicta Proviſione *Patavina*; id
47 „ quod procedit etiam de jure, nam poſt obitum
„ Proviſi ad vitam, Beneficium reaſſumit ſuam
„ priſtinam naturam, & ad manualitatem rever-
„ titur, *Corrad. dict. lib.* 1. *n.* 305. *& plurib. ſeqq.*
„ *Roſ. de Executor. dict. cap.* 6. *num.* 135. *& ſeqq.*
„ *Rot. cor. Achill. de Graſſ. deciſ.* 9. *n.* 8. *de Præ-*
„ *bend.* cum aliis *in dicta Neapolitana, ſeu Tra-*
„ *nen. Præceptoriæ* 23. *Junii* 1698. §. *Nihilominus*
„ *cor. Reverendiſſ. Molines Decano.* „ Hactenus
Diſcurſus.

Reſolutio Congregationis particularis in Cauſa
Neapolitana Præceptoriæ Sancti Antonii Viennen.
de qua pluries in ſupradicto Diſcurſu mentio facta
fuit, eſt tenoris, qui ſequitur.

Neapolitana Præceptoriæ S. Antonii Viennen.
Martis 6. Julii 1627. Reverendiſſ. PP. DD. Belca-
ſtrenſis, Maraldus, Fagnanus, Paulutius, &
Maſcambrunus, ad appoſitas dubitationes reſpon-
derunt, ut ſequitur.

Primo Dubio. *Se il Precettore habbia fondata l'in-*
tenzione ſopra la Collazione di qualſivoglia Be-
nefizio in tutto il Regno di Napoli eſiſtente ſotto
l'invocazione di S. Antonio Abbate.

48 Ad primum. Habere fundatam intentionem con-
ferendi Præceptorias, & alia Membra Generalis
Præceptoriæ, nec non cætera Beneficia, quæ con-
ceduntur in Conſtitutione Clementis VII. ſive ra-
tione ejuſdem Privilegii, ſive ex diſpoſitione juris
communis.

Secondo Dubio. *E ſe ciò ſi eſtenda anche a quei,*
che ſono de jurepatronatus laicorum?

49 Ad ſecundum. Affirmative quoad Inſtitutiones,
una cum jure devolutivo.

Terzo Dubio. *Se tutti Beneficj ſiano di loro natura*
manuali, o amovibili?

50 Ad tertium. Eſſe manualia de ſui natura, ex-
ceptis Curatis, & Electivis.

Quarto Dubio. *Se ſopra li medeſimi cada riſerva-*
zione Apoſtolica, o affezzione.

Ad quartum. Non cadere ſub Reſervatione; poſ-
51 ſe tamen cadere ſub affectione, niſi hæc tollatur
per Indultum, cujus Copia tranſmittatur.

Quinto Dubio. *Se gl'Ordinarj poſſino metterci le*
mani nel conferirgli.

Ad quintum. Ordinarios non poſſe conferre,
52 niſi obſtet legitima præſcriptio cum requiſitis *Pe-*
ruſinæ I. Benvignati cor. bon. mem. Pamphilio, &
Ferrarien. coram Penia. Et niſi obſtet ultimus
ſtatus cum requiſitis. Tranſmittentur Deciſiones.

Decretum vero Sacræ Congregationis Concilii
53 *de anno* 1690. quo declaratur, Regulares Ordinis
S. Antonii Viennen. nullum jus habere ad Benefi-
cia dependentia a Præceptoria Generali Neapoli-
tana; dictorumque Beneficiorum Collationem ſpe-
ctare ad Commendatarium, ſeu Præceptorem Ge-
neralem privative ad Ordinarios, in quorum Diœ-
ceſibus ſita ſunt; eſt tenoris ſequentis.

„ Neapolitana Collationis Beneficiorum -- Inter
„ cætera membra, quæ poſſidebat antiquitus Or-
„ do Canonicorum Regularium S. Antonii Vien-
„ nen. in Delphinatu, unum erat illud Præcepto-
„ riæ Generalis Neapolis, quæ cum a Summis
„ Pontificibus commendata foret, ſignanter a ſan.
„ mem. Paulo V. qui illam contulit *Jo. Baptiſtæ*
„ *Victorio*; hinc Abas S. Antonii Viennæ in dicto
„ Delphinatu, qui eſt Generalis totius Ordinis,
„ prætendens dictam Præceptoriam Neapolis ne-
„ dum dependentem a Monaſterio Viennenſi, ſed
„ illi unitam pro ſtipendiis Procuræ Generalis Or-
„ dinis in Curia, litem in Rota introduxit contra
„ dictum Victorium, qui morte præventus, eam
„ indeciſam reliquit. Unde ſan. mem. Urbanus
„ VIII. Præceptoriam prædictam contulit Cardi-
„ nali *Magalotto*, litem præfatam extinguendo, u-
„ nionemque prætenſam diſſolvendo; & ſuper
„ petitis a Generali dicti Ordinis ſilentium perpe-
„ tuum imponendo, itaut eidem Abati Generali
„ dicti Ordinis nullum jus amplius remaneret ſu-
„ per dicta Præceptoria Generali Neapolitana, e-
„ juſque annexis, Membris, & Pertinentiis, ut
„ ex Indulto per manus circumferendo.

„ In hoc ſtatu tam in Civitate Neapolis, quam
„ in toto Regno ceſſavit Ordo S. Antonii Vien-
„ nen. & Commendatarii Generales illius Præcep- 54
„ toriæ Beneficia dependentia Secularibus Clericis
„ pro ſuo libito conceſſerunt.

„ Cum autem nuper de eadem Generali Præ-
„ ceptoria commendatus fuerit Eminentiſſimus D.
„ Cardinalis *Cantelmus*, de ſuis juribus agens,
„ exponit, aliquandu ſive Profeſſos dicti Ordinis
„ de Monaſterio S. Antonii Viennæ in Delphina-
„ tu, ſive ad eum ab aliis Ordinibus translatos,
„ derelictis Clauſtris, tentaſſe aliqua Beneficia a
„ dicta Præceptoria dependentia expilari, tam-
„ quam Regularia, Clericiſque Secularibus non
„ concedenda; ac plurimos etiam locorum Ordi-
„ narios, in quibus ſitæ ſunt Granciæ, & membra
„ dictæ Præceptoriæ Generalis, eorum collatio-
„ nem præripere voluiſſe; Hinc dictus Eminentiſ-
„ ſimus Commendatarius, qui in duabus etiam
„ Cauſis coram A. C. agitatis ſuper validitate Col-
„ lationum eorumdem Membrorum factatum a
„ Dataria, & Epiſcopo Cajetano, victor reman-
„ ſit, ut litium expenſis parcat, Jura per manus
„ circumferendo, ſupplicat declarari.

„ Primo, *An Regulares Ordinis S. Antonii*
„ *Viennen. ſive primordjaliter profeſſi, ſive ad eum* 55
„ *translati, aliquod jus prætendere poſſint in Bene-*
„ *ficiis dependentibus ab eadem Præceptoria Gene-*
„ *rali Neapolitana.*

„ Secundo, *An Collatio eorumdem Beneficio-*
„ *rum privative ſpectet ad Commendatarium,* 56
„ *ſeu Præceptorem Generalem, itaut in ea non ſit*
„ *moleſtandus, nec præripiendus ab Ordinariis,*
„ *in quorum Diœceſibus Granciæ, & Membra ſita*
„ *ſunt.*

„ *Die* 8. *Julii* 1690. S. Congregatio Concilii
„ reſpondit. Ad primum *Negative.* Ad ſecundum,
„ *Dilata, & exhibeatur Bulla per extenſum.*

„ Ad formam hujuſmodi Decreti Procurator e-
„ juſdem Eminentiſſimi Commendatarii Bullas,
„ & nova Jura, & Collationes Beneficiorum,
„ quæ ſub annuo Cenſu tenere dicitur, huc uſque
„ factas a Commendatariis Anteceſſoribus, tan-
„ quam Ordinariis ab anno 1575. uſque in præſens
„ circumferendo, prævia reaſſumptione Folii dicta
„ die, ſupplicat reſponderi.

„ Secundo -- *An Collatio eorumdem Beneficio-*
„ *rum privative ſpectet ad Commendatarium, ſeu* 57
„ *Præceptorem Generalem, itaut in ea non ſit mo-*
„ *leſtandus, nec præripiendus ab Ordinariis, in*
„ *quorum Diœceſibus Granciæ, & Membra ſita*
„ *ſunt.*

„ *Die 9. Septembris* 1690. S. Congregatio Con-
„ cilii reſpondit -- *Spectare ad Eminentiſſimum*
„ *Commendatarium.*

Præceptoriæ S. Antonii Viennen. in Gallia im-
58 munes ſunt a Regia nominatione, quia non per electionem, ſed per collationem providentur, ut ex *Coppin. de Sacr. Polit. lib. 2. tit. 2. num. 5. & ſeqq.* referente Arreſtum Senatus Pariſienſis, teſtatur *Tamburin. de Jur. Abat. tom. 1. diſput. 7. quæſt. 1. n. 9.* Adſunt quoque in Gallia nonnullæ Præ-
59 ceptoriæ ejuſdem Ordinis, quæ ſunt *electivæ confirmativæ*, & has nec ſub Regia nominatione eſſe comprehenſas, definitum fuiſſe per *Arreſtum* Conſilii privati anno 1585. refert *Blondeau. in addit. ad Bouchel. Biblioth. Canonic. verb. Elections pag. mihi* 581.

§. V.

De Reſervatione Beneficiorum vacantium per obitum Familiarium Pontificis.

ARGUMENTUM.

Reſervantur inſuper per Regulam IV. Beneficia Familiarium Papæ; & an Cardinales dicantur tales? Enumerantur Familiares Papæ; & de Conſtitutionibus Pauli III. & Julii III. Redditur vera ratio, quare Officiales declarentur etiam Papæ Familiares; & de Familiaritate vera, & ficta. Milites Pii, aliique Officiales licet ſint Familiares, tamen Cardinales Indultarii poſſunt eorum Beneficia conferre, etiam ſi ſint Officiales, ſeu Familiares per Privilegium Pontificis viventis. In Indulto excipiuntur Familiares ipſius Papæ; & diſſeritur, an hujuſmodi exceptio expiret per mortem Pontificis, vel potius poſt eam duret affectio, quæ ſit ab Indulto excluſa? Numerantur inter Papæ Familiares Cantores Cappellæ Pontificiæ, Minutantes Secretariæ Status, Scriptores in Bibliotheca Vaticana, Notarii Pœnitentiariæ, & Secretarius S. Congregationis de Propaganda Fide. An autem Subſecretarius Tribunalis Sanctiſſimæ Inquiſitionis deputatus a Cardinali primo Secretario, ſit Familiaris Papæ, & an dicatur talis ex mente, & dente, itaut ejus Beneficia non cadant ſub Indulto Cardinalium? plene examinatur. Conclaviſtæ ſunt Familiares Papæ; qua ratione eorum Beneficia ſint reſervata; an reſervatio afficiat Beneficia obtenta poſt obitum Pontificis electi in illo Conclavi, cui inſervierunt; & an comprehendantur ſub Cardinalium Indulto? Et quid de Dapiferis, & Cubiculariis honoris? Familiares Familiarium Papæ, an comprehendantur ſub hac Regula? Familiaris Papæ, ſeu Cardinalis poteſt uti Indulto, ſeu conſuetudine optandi; & num Beneficium optatum, ſeu potius dimiſſum cadat ſub reſervatione? Beneficia Familiarium Papæ, etiam in terminis Concordatorum Germaniæ, remanent poſt illius obitum reſervata. Ex ſola aſſertione Pontificis, quamvis emiſſa in Proviſione Beneficii motu proprio facta, non probatur Familiaritas; quæ nec eruitur ex deſcriptione in Rotulo, niſi probentur requiſita *Mentis*, & *Dentis*.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia Familiarium Papæ, vel Cardinalium ſunt reſervata reſervatione perſonali.*

2 *Enumerantur Papæ Familiares.* & num. 66. & ſeqq.

3 *Officiales Sedis Apoſtolicæ ex Conſtit. 3. Pauli III. ſunt veri Familiares, & continui Papæ Commenſales.* & n. 28.

Amplia, ut in n. 6.

4 *Referendarii ſunt veri Papæ Familiares ad effectum, ut eorum Beneficia reſervationi ſubjaceant: quidquid ſit ad effectum exemtionis a juriſdictione Ordinariorum.*

5 *Quemadmodum veri Papæ Familiares ſunt Cubicularii honoris.*

6 *Familiares, & continui Pontificis Commenſales ex Conſtit. Pauli III. ſunt Protonotarii non participantes, Milites Pii, aliique Officiales, licet non habitent in Palatio, partem non habeant, & Pontifici non inſerviant, ſed ſolum percipiant emolumenta ſuorum Officiorum.* & n. 72. & 73.

7 *Protonotarii creati a Legatis, & a Nunciis, non ſunt vigore dictæ Conſtitutionis Papæ Familiares veri.* & n. 23.

Remanent tamen in ſtatu familiaritatis fictæ, prout erant ante Paulinam Conſtitutionem. ibidem. & n. 20. & 21.

8 *Prælati, qui ex Palatio Apoſtolico panem ſolum habent ratione perſonæ, & non Officii, licet in eodem Palatio non habitent, ſunt veri, & indubitati Pontificis Familiares.*

9 *Traditur ex* Lotterio *ratio, cur Officiales effecti fuerint a Paulo III. Familiares Papæ, quando eorum Beneficia jam erant reſervata vigore* Extravag. Ad regimen.

Sed Lotterii *ratio impugnatur.* n. 10.

11 *Aſſignatur vera ratio, quod nempe Officialibus ſuperinducta fuit Familiaritas ad tollendas controverſias cum Germanis, & Cardinalibus, contendentibus primis, Beneficia Familiarium per Privilegium, non eſſe vigore Concordatorum reſervata, & ſecundis, non excludi ab Indultis.* & n. 12. 13. & 19.

Et Cardinales ſæpe conqueſti fuerunt de Conſtitutione Pauli III. num. 15.

14 *Papa indiſtincte conferre poteſt Beneficia Officialium, qui in dicta Conſtitutione declarantur Familiares, in concurſu Concordatorum Germaniæ, & Cardinalium, etiamſi extra Curiam vacent.*

16 *Intellige dummodo Beneficia exiſtant in Eccleſiis con-*

contentis ſub Concordatis per viam extenſionis, ſecus per viam comprebenſionis.

17 Et in iſtis Familiaritas Officialium non excludit Concordata in reſpicientibus ſolum eorumdem Concordatorum præjudicium.

18 Secus quoad alios effectus; unde Indultum Ordinario Germaniæ conceſſum conferendi Beneficia in ſex Menſibus Apoſtolicis vacantia, non comprebendit Beneficia dictorum Officialium, ſi in uno ex dictis Menſibus vacaverint.

20 Officiales ante Conſtit. Pauli III. erant etiam Familiares Papæ, ſed ficte, & per Privilegium. & n. 7. & 21.

22 Ficta familiaritas reſervationem inducit, & Ordinarios excludit a collatione Beneficiorum, quæ ficti Familiares obtinent. & n. 24. 84. & 122.

25 Referuntur verba Indulti concedi ſoliti Cardinalibus Nepotibus, aliiſque de Pontificibus benemeritis, pro conferendis Beneficiis reſervatis.

26 Cardinales ſimili Indulto gaudentes, conferre poſſunt Beneficia Officialium, aliorumque Familiarium, qui tales non ſunt ex mente, & Dente.

Redditur ratio. n. 27. & 29.

28 Contrarium. Sed a priori ſententia non recedendum.

30 Exceptio non deſtruit Regulam, ſed oſtendit de quo genere ipſa loquatur, & declarat concedentis mentem quoad non excepta.

31 Verba in dubio accipi debent in vero, & proprio ſignificatu.

32 Indulta, quæ Cardinalibus Nepotibus conceduntur, late ſunt interpretanda.

33 Cardinalis Indulto gaudens conferendi Beneficia, etiamſi illo obtinentes aliquorum Prædeceſſorum, aut Succeſſorum Romanorum Pontificum defunctorum &c. Familiares continui Commenſales fuerint &c. an conferre poſſit Beneficia Militum piorum, aliorumque Officialium Pontificis viventis, quibus Paulus III. familiaritatem ſuperinduxit.

34 Ponderantur verba Indulti pro negativa.

35 Indultum, quod facultatem tribuit conferendi Beneficia Familiarium Pontificum defunctorum, intelligitur de Familiaribus veris ex Mente, & Dente. & n. 38.

39 Familiaritas Cardinalitia, niſi fuerit vera, & non ficta, reſervationem non inducit.

40 Eadem dictio in oratione poſita, non poteſt diverſum ſenſum habere, & inæqualiter omnia in oratione contenta reſpicere.

41 Papa excipiendo ab Indulto Cardinalium Beneficia ſuorum Familiarium, excipit ſolum Familiares veros ex Mente, & Dente.

42 Conclaviſtæ ſunt Pontificis Familiares ex Privilegio.

43 Exceptio firmat Regulam in contrarium.

44 Facultas conferendi Beneficia omnium Officialium Cardinali tributa, comprehendit etiam Beneficia Officialium, qui ſint Familiares ex Privilegio ipſius Pontificis viventis. & numer. 87.

45 Dictio aut, quando ponitur inter diverſa, reſolvitur in diſjunctivam.

46 Cardinalis Indultum habens conferendi Beneficia, exceptis iis, quæ obtinentur a Familiaribus Pontificis viventis, non poteſt, Pontifice defuncto, eorumdem Familiarium Beneficia conferre.

47 Ratio, quia per mortem Papæ licet extinguatur Familiaritas, & ſic etiam reſervatio ex ea proveniens, durat tamen affectio; & Beneficia, ſemel reſervata, ſemper remanent affecta. & n. 124.

48 Redditur & alia ratio.

49 Ponderantur pro hac ſententia verba Indulti. & n. 51.

50 Relatio fit ad proximiora.

52 Contrarium, quod exceptio ab Indulto Beneficiorum obtentorum per Familiares Pontificis indulgentis, comprehendat ſolum eorumdem Beneficia vacantia vivente Papa.

53 Redditur ratio depromta ex verbis Indulti.

Et explicantur alia verba Indulti, quæ obſtare videntur. n. 58.

54 Ceſſante per obitum Papæ Familiaritate, ceſſat etiam reſervatio.

55 Cardinales vigore Indulti conferre poſſunt Beneficia ex generali reſervatione affecta.

56 Declarantur Deciſiones 154. & 167. coram Durano.

57 In Cardinalium Indultis interpretandis, non verborum cortex, ſed veroſimilis mens Pontificis concedentis eſt attendenda.

59 Cardinales non dicuntur Familiares continui Commenſales Papæ, licet eorum Beneficia ſint reſervata. & n. 61.

Et Cardinalis poteſt vigore Indulti conferre Beneficia per obitum alterius Cardinalis vacantia. n. 60.

62 Contrarium, quod Cardinales comprehendantur ſub Conſtitutionibus loquentibus de veris Familiaribus continuis Commenſalibus Papæ. Eorumque Beneficia conferri nequeant a Cardinalibus Indultariis. n. 63.

64 Conſtitutio, quæ emanavit in declarationem Regularum Cancellariæ, licet per obitum Pontificis conditoris expiret, tamen reviviſcit cum renovatione Regularum.

65 Leges revocatæ, & abolitæ deſerviunt uti doctrinæ Magiſtrales pro interpretatione caſus dubii.

66 Cantores Cappellæ Pontificiæ habentes menſtruum ſalarium a Palatio Apoſtolico, ſunt Familiares Papæ, eorumque Beneficia reſervata vigore Regulæ IV.

67 Sunt etiam veri Papæ Familiares Minutantes Secretariæ Status.

68 Necnon Scriptores in Bibliotheca Vaticana.

69 Subſecretarius Tribunalis S. Inquiſitionis eſt Sedis Apoſtolicæ Officialis, & per conſequens Papæ Familiaris; ejuſque Beneficia reſervata. & n. 71. & 83.

70 Item Notarius S. Pœnitentiariæ.

74 Et nil intereſt ad effectum reſervationis, a quo Officiales deputentur, an a Papa, vel ab alio ejus vices gerente.

75 Beneficia Officialium, qui non ſunt in Extravag. Ad regimen nominati, etiamſi non comprehenderentur ſub reſervatione ejuſdem Extravag. ſubſunt tamen reſervationi ex capite Familiaritatis eis ſuperinductæ a Conſtitutione Pauli III.

76 Reſervatio ratione Officii, & alia ratione Familiaritatis, longe inter ſe differunt.

77 Extravag. Ad regimen comprehendit non ſolum Officiales inibi enumeratos, ſed alios etiam, qui poſtea tales creati fuerunt.

78 Actualis Familiaritas formatur ex ſervitio determinato, & ex ſtipendio.

85 Secretarius S. Congregationis de Propaganda Fide eſt Sedis Apoſtolicæ Officialis, & per conſequens

ſequens Papæ Familiaris, ejuſque Beneficia ſunt reſervata.

86 *Beneficia obtenta per Subſecretarium Tribunalis S. Inquiſitionis an conferri poſſint a Cardinali vigore Indulti, in quo excipiuntur Beneficia Familiarium ipſius Papæ concedentis, & aliorum pro tempore viventium?*

87 *Cardinales vigore Indulti conferre non poſſunt Beneficia Familiarium ex* Mente, *&* Dente *Pontificis viventis.* & n. 44.

88 *Subſecretarius præfatus eſt verus Papæ Familiaris, cum requiſitis* Mentis, & Dentis.

89 *Qualitas* Dentis *in Familiari verificatur ex quo vivit expenſis Domini, ſive victum habeat, ſive pecuniam.*

92 *Mandatum expediendi gratis Litteras Apoſtolicas, non conceditur niſi Officialibus, & ſic veris Familiaribus.*

Solet quandoque ex privilegio indulgeri etiam aliis, qui non ſunt Familiares. n. 99.

93 *Subſecretarius S. Inquiſitionis non eſt verus Familiaris Papæ* ex Mente, *&* Dente.

Illiuſque Beneficia conferri poſſunt a Cardinalibus vigore Indulti. ibid. & n. 95.

96 *Ad conſtituendam veram Familiaritatem, ultra ſtipendium, requiritur certum miniſterium, concernens perſonam Domini, ejuſque privatum ſervitium.* & n. 93.

97 *Vicarius Generalis Epiſcopi Cardinalis, non eſt illius Familiaris, quia inſervit Dignitati, & non perſonæ.*

100 *Conclaviſtæ ſunt Familiares Papæ; eorumque Beneficia reſervata vigore Regulæ IV.*

Et reſervatio non oritur ratione Conclaviſtatus, ſed quia a Pontifice noviter electo Conclaviſtæ declarantur Familiares; quæ declaratio ſi deficeret, ceſſaret reſervatio. n. 101.

102 *Reſervatio tamen non afficit Beneficia obtenta poſt mortem Pontificis electi in illo Conclavi, in quo quis inſerviit uti Conclaviſta.*

104 *Et poſſunt Beneficia præfata a Cardinalibus conferri, non obſtante, quod in Indulto excipiantur Conclaviſtarum Beneficia.* & redditur ratio.

105 *Id quod procedere videtur, etam attenta Conſtitutione 59. Urbani VIII.*

106 *Contrarium, quod vigore dictæ Conſtitutionis Urbanæ Beneficia obtenta a Conclaviſtis, etiam poſt obitum Pontificis, cum quo Familiaritatem contraxerunt, ſint reſervata.* & n. 127.

Eaque a Cardinalibus Indultariis conferri non poſſint, ſed ſpectent ad privativam Pontificis diſpoſitionem. ibid.

107 *Conclaviſtatus, vigore Conſtitutionis Urbanæ, conſtituit novam reſervationis ſpeciem, diverſam ab ea, quæ reſultat ex Familiaritate, quæque prius ſolum inerat Beneficiis Conclaviſtarum.* n. 133.

108 *Dictio* vel *de ſui natura eſt disjunctiva, & ponitur inter diverſa.*

109 *In Indultis poſt dictam Conſtitutionem concedi ſolitis Cardinalibus, etiam Nepotibus, excipiuntur cum dictionibus disjunctivis Beneficia Conclaviſtarum, & Familiarium Pontificis.*

110 *Dictio* Nec *juncta cum dictione* etiam, *eſt disjunctiva, & ampliativa caſus diverſi ab antecedenti.*

111 *In Proviſionibus Apoſtolicis Beneficiorum, quæ Conclaviſtæ obtinuerunt poſt obitum Pontificis, in cujus electione interfuerunt Conclavi, Cancellaria dat ſpecialem reſervationem ex capite Conclaviſtatus.*

112 *Reſervatio ex Conclaviſtatu reſultans, eſt perpetua, & perſonalis.* & n. 117.

113 *Quemadmodum perpetua ſunt Privilegia a Pontifice noviter electo Conclaviſtis concedi ſolita.*

114 *Conclaviſtatus triplicem continet reſervationem, ratione ſcilicet ipſius ſimplicis Conclaviſtatus, ratione Familiaritatis Papæ, & ratione Protonotariatus.*

115 *Non omnes tamen Conclaviſtæ ſunt Protonotarii, ſed illi ſolum, qui tales creantur a tribus Cardinalibus Capitibus Ordinum.*

116 *Si Conclaviſta Cardinali inſerviat, & durante Familiaritate obtinet Beneficia, hæc ſunt reſervata vigore Regulæ.*

117 *Conclaviſtatus, tamquam reſervationis fundamentum, debet concludenter probari.*

119 *Et probatur regulariter ex Bulla Pontificum, quam favore Conclaviſtarum, poſt eorum electionem, edere ſolent, in qua ſingulorum nomina deſcripta leguntur.*

120 *Dapiferi ſunt veri, & indubitati Papæ Familiares.*

121 *Papa efficere poteſt, ut non verus Familiaris, quoad effectum Juris, pro vero, & indubitato Familiari habeatur.*

123 *Beneficia Dapiferorum ſunt reſervata, ſi fuerint obtenta ante, ſeu durante Familiaritate Pontificis, in cujus Conclavi inſervierunt; ſecus ſi poſt illius obitum.* & num. 125. & 127.

128 *Cardinales quemadmodum vigore Indulti conferre non poſſunt Beneficia Conclaviſtarum, ita nec Beneficia Dapiferorum.* Redditur ratio, quia.

129 *Ex Conſtitutione IX. Urbani VIII. Dapiferi vocantur etiam Conclaviſtæ.*

Et iiſdem fere gaudent Privilegiis, quæ Conclaviſtis concedi ſolent. ibid.

130 *Contrarium, quod Indultum excipiens ſolum Beneficia Conclaviſtarum, non excludat Beneficia Dapiferorum.*

Et ita deciſum anno 1699. a Congregatione particulari. n. 142.

Quod ſi Dapifer fuerit familiaris Cardinalis, Beneficia per eum obtenta provideri debent de conſenſu ejuſdem Cardinalis ad tramites Regulæ XXXII. n. 143.

131 *Dapiferi non ſunt Conclaviſtæ, licet iiſdem fere gaudeant Privilegiis.*

132 *Qui proprie dicantur Conclaviſtæ, & qui Dapiferi?*

134 *Reſpectu Dapiferorum nulla fuit inducta ſpecialis reſervatio ratione Dapiferatus, prout ratione Conclaviſtatus inducta fuit ab Urbano VIII. quoad Conclaviſtas.*

135 *Ex quo Pontifices aliquando ſpeciale Indultum pro Dapiferis conceſſerunt, diſtinctum ab altero Conclaviſtarum, eruitur argumentum, quod Dapiferos pro Conclaviſtis non habuerunt.*

Idque etiam eruitur ex eo, quod in eodem Indulto tamquam diſtinctas Perſonas ſpecificarunt Conclaviſtas, & Dapiferos. ibid.

136 *Reſervatio ratione Conclaviſtatus, de ſtylo Cancellariæ, & Datariæ reſtringitur ad Beneficia illorum, qui interfuerunt in Conclavi.*

137 *In Conclaviſtam Cardinalis, juxta Conſtitutionem Pii IV. nemo poteſt aſſumi, niſi qui fuerit per annum verus familiaris, & continuus illius Commenſalis.*

138 *In*

Digitized by Google

138 *In Dapiferos pluries aſſumuntur, qui numquam Cardinalibus inſervierunt.*

139 *Similitudo Privilegiorum operari non poteſt quod Dapiferorum Beneficia ſint reſervata eadem ſpeciali reſervatione Conclaviſtatus, qua Beneficia Conclaviſtarum.*

Alias tali quoque reſervationi eſſent obnoxia Beneficia Militum Piorum, Lauretanorum, S. Petri &c. qui iiſdem fere gaudent Privilegiis, ac Conclaviſtæ. ibid.

140 *Expreſſio emiſſa in Conſtit. 9. Urbani VIII. qua Dapiferi vocantur Conclaviſta, fuit erronea, & de ratione.*

141 *Dapiferi improprio, & largo modo nuncupari poſſunt Conclaviſtæ, quatenus ſcilicet Conclavi inſervierunt.*

144 *Beneficia obtenta per familiares familiarium Pontificis, ſunt vigore Regulæ reſervata.* & n. 80.

Huic reſervationi ſubjacent Beneficia familiaris Auditoris Rotæ, qui eſt verus Pontificis familiaris. n. 145.

Maxime ſi familiares familiarium Pontificis fuerint agniti in familiares ipſius Pontificis, ex quo nempe obtinuerint Mandatum de expediendis Bullis gratis, & ex aliis circumſtantiis, de quibus n. 91. & 92.

146 *Diſtinguitur inter illos ſubfamiliares, qui deſignantur a Pontifice, & illius expenſis vivunt, & alios qui vivunt expenſis familiaris.* & n. 147. & n. 81.

148 *Familiaris familiaris mei, non eſt meus familiaris.*

149 *Si Pontifex aſſignaret alimenta ſuo familiari pro ſe, & duobus Subfamiliaribus, & Familiaris plures, quam duo, retineret, nullius horum Subfamiliarium Beneficia eſſent reſervata.*

150 *Beneficia Familiarium eorum, qui ſunt Familiares Pontificis ex Privilegio, non ſunt obnoxia reſervationi Regulæ.*

151 *Beneficia Cubiculariorum Honoris, non ſunt reſervata.* & n. 152.

153 *Contrarium verius, maxime attenta Conſtitutione Pauli V. & Regula VII. Cancellariæ.* & n. 154.

155 *Familiaritas Papæ, licet ex officiis proveniens, eſt major, & potentior familiaritate Cardinalis.* & n. 163. & n. 173.

156 *Fictio reſpectu alicujus effectus a jure reſultantis, prævalet aliquando veritati.*

157 *Familiaris Papæ, ſeu Cardinalis poteſt optare alterum Beneficium, & dimittere illud, quod obtinet.*

158 *Sed an reſervatum remaneat Beneficium, quod dimittitur, vel potius alterum, quod optatur?* & n. 159.

160 *In dubio non cenſetur per optionem mutatus Titulus.*

161 *Reſervatio ex capite Familiaritatis Papæ non extinguitur per obitum Pontificis.*

162 *Beneficia Familiarium Cardinalium remanent reſervata, etiam ſoluta Familiaritate.*

164 *In terminis Concordatorum Germaniæ, Beneficia Familiarium Papæ, poſt illius obitum, non remanent reſervata, neque affecta.*

Et comprehenduntur ſub Indulto Primariarum precum Imperatori concedi ſolito. n. 165.

166 *Contrarium, quod Beneficia præfata, in terminis Concordatorum, adhuc poſt obitum Pontificis remaneant affecta, & aſſignatur ratio.*

Et reſpondetur decis. 23. coram Mohedan. numer. 167.

168 *Familiaritas Papæ quomodo probetur, & quid requiratur ad illam inducendam? Remiſſive.*

169 *Non probatur ex aſſertione emiſſa a Pontifice in proviſione Beneficii, vocando proviſum familiarem.*

170 *Amplia, etiam ſi proviſio emanaret motu proprio.*

Redditur ratio, quia motus proprius Apoſtolicus ſolum operatur, quod proviſus relevetur ab onere probandi familiaritatem, quod transfunditur in proviſum ab Ordinario. n. 171.

172 *Amplia ulterius, quamvis proviſus eſſet deſcriptus in Rotulo Familiarium Papæ, niſi concurrat requiſitum* Mentis, & Dentis.

REſervat etiam Regula IV. Beneficia eorum, 1
qui fuerunt Familiares Papæ, aut Cardinalium: quæ reſervatio eſt una ex reſervationibus perſonalibus, ut ait *Lotter. lib. 2. quæſt. 32. n. 2 Rot. deciſ. 266. num. 24. part. 13. Recent.* Papæ autem 2
Familiares ſunt Cubicularii, Scutiferi, Milites S. Petri, S. Pauli, Pii, Lauretani, Conclaviſtæ, Commiſſarius Cameræ, Theſaurarius Datariæ, Auditor Confidentiarum, Referendarii, & alii Officiales ex Palatio panem habentes, Subdiaconi, Auditores Rotæ, Acolyti, Secretarii, Literarum Apoſtolicarum Scriptores, nec non Officiales, qui 3
in Conſtitutione *Pauli III.* in ordine *la* 3. ad hunc effectum efficiuntur veri, & communi familiares, & non privilegiati, perinde ac ſi eſſent realiter tales &c. de quibus *Gonzal. ad Regul. VIII. Cancellar. Gloſſ. 51. a num. 16. Barboſ. alleg. 57 n. 106. Simonett. de Reſervat. quæſt. 35 num. 25. & 27. Mandoſ. ad hanc Regul quæſt. 18 Lotter de re Benefic. lib. 2. quæſt. 32 num. 23. Ventrigl. in Prax. tom. 2. annot. 2. §. 2. n 36 & 37. Caſtropal. Oper. moral. tom. 1 tract 13 diſput. 2 punct. 29. num. 7. Novar. in Summ. Bullar. Comm. 141. per tot. Fagnan. in Cap. Ex parte il ſecond n. 34. de Privileg.* ubi quod Referendarii, ex *Conſtitutione prima* in. 4
memor. Pauli III. quæ incipit *Ad perpetuam rei memoriam*, ſunt veri, & proprii Familiares Papæ ad effectum Regularum Cancellariæ, & Reſervationum Apoſtolicarum: quidquid ſit, an tales etiam dicantur quoad effectum exemtionis a juriſdictione Ordinarii; de quo articulo ibidem late diſputat; & in terminis eorumdem Referendariorum, *Rot. deciſ. 476. num. 8. part. 18. Recent. & deciſ. 2173. num. 1. & ſeqq. coram Coccino*, & de Cubicularis honoris *deciſ. 1059. n. 2. & ſeqq. cor. eod. & deciſ. 154. num. 1. & ſeqq cor. Durano.* 5

Verum quia poſt emanatam dictam *Conſtitutionem* Pauli III. controverſia durabat quoad Protonotarios non participantes, & ſupranumerarios, quorum numerus nimis excreverat, & quoad alios Officiales non habitantes in Palatio, ac in eo non comedentes, neque inſervientes Pontifici; ideo de *anno* 1534. *ſub die* 18. *Martii* declaravit idem Pontifex, Familiares, & continuos Commenſales debere cenſeri etiam Protonotarios non participan- 6
tes, & alios Officiales, licet non habitantes in Palatio, nec ab eo partem habentes, neque Pontifici inſervientes; exceptis ſolis Protonotariis creatis 7
a Legatis de Latere, & a Nunciis, ut legitur in Declaratoria impreſſa poſt dictam Conſtitutionem tertiam ejuſdem Pauli Pontificis.

Itidemque Julius III. in ſua Conſtitutione XXI. Bullar. nov. *declaravit, omnes, & ſingulos Ec-* 8

cleſiarum Prælatos, qui ſolum ratione perſonæ ſuæ,
& non alicujus Officii per eos pro tempore obtenti,
panem ex Palatio Apoſtolico quotidie habent, ſeu
habere poſſunt, & impoſterum habebunt, ſeu ha-
bere poterunt, licet in eodem Palatio non habi-
tent, & ultra panem, alia victus humano neceſ-
ſaria non habeant, nec impoſterum habituri ſint,
Sanctitatis Suæ veros, & indubitatos, & non ficte,
aut per Privilegium Prælatos domeſticos, & con-
tinuos Commenſales eſſe, ac impoſterum fore; &
pro talibus, & ut tales cenſeri, & reputari de-
bere; itaut ſub Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ,
& aliis Conſtitutionibus ſuis, tam editis, quam
edendis, de veris familiaribus, continuis Com-
menſalibus Sanctitatis Suæ loquentibus, compre-
henſi, & illis quoad omnia ſubjecti ſint, ipſique
illis uti, potiri, & gaudere poſſint.

Sed ad quid ſupradictos Officiales declarare fa-
miliares, ſi jam eorum Beneficia erant reſervata
per *Extravag. Ad regimen* innovatam per Regu-
9 lam Primam Cancellariæ? Ratio videbatur eſſe,
quod reſervatio Beneficiorum Officialium, non
inducitur ab ipſis Officiis, quia circumſcripto fa-
miliaritatis effectu, nulla unquam fuit injuncta re-
ſervatio Beneficiis Officialium Romanæ Curiæ,
ex quo ſunt Officiales, ſed quia cum ſunt Offi-
ciales, ſunt veri Curiales, ut declarat *Lotter. lib. 2.*
quæſt. 32. n. 25. & ſeqq. ideoque cum iſta reſerva-
tio eſſet nimis anguſta, nam illis decedentibus ex-
tra Curiam, non erant eorum Beneficia reſervata:
quod videbatur indecens in Officialibus Papæ, ut
inquit *Lotter. dict. quæſt. 32. n. 59. & 60.* Hinc
Paulus III. edidit *Conſtitutionem*, vigore cujus,
his Officialibus ſuperinduxit familiaritatem, ex
qua inducitur reſervatio perſonalis, afficiens Be-
neficia omnium Officialium, tam comprehenſo-
rum, quam non comprehenſorum in *Extravag. Ad*
regimen, ubicumque moriantur, ut declarat idem
Lotter. d. quæſt. 32. n. 6. Rota dec. 266. n. 17. part.
15. Rec. ubi quod hæc fuit ratio motiva Pauli III.
declarandi omnes Officiales familiares.

Verum hæc ratio non videtur amplius ſubſiſtere
poſt ſuperventam *Conſtitutionem* ſan. mem. Alexan-
dri VII. editam contra caſum dictæ Deciſionis 266.
part. 13. Recent. De qua Conſtitutione ſermo ha-
betur in *Commentar. in Regulam Primam* §. 4. *n.*
10 198. eademque declaratur, Beneficia Officialium
eſſe reſervata vigore *Extravag. Ad regimen*, etiam
ſi decedant *extra duas Dietas*; & eſſe reſervata
non ſolum ratione familiaritatis, ſed etiam ſolius
Officii.

Veritas itaque eſt, quod finis Pontificis fuit tol-
lere controverſias cadentes in concurſu Concorda-
11 torum Germaniæ, in quibus cum Papa excipiat,
& retineat pro ſe collationem Beneficiorum ejus
Familiarium: Germani prætendebant, quod dicta
exceptio intelligi deberet de veris Familiaribus,
non autem de fictis, & per privilegium, prout
eadem Concordata interpretata fuerat *Rot. deciſ.*
1251. n. 6. cor. Seraphino, & deciſ. 326. n. 9. cor.
Millino, & deciſ. 1069. n. 19. cor. Coccino. Item
12 oriebatur controverſia in concurſu Cardinalium,
qui dicebant familiaritatem veram, & actualem
ſuorum familiarium prævalere debere in concurſu
familiaritatis fictæ iſtorum Officialium, ad effe-
ctum, ut Papa teneretur conferre Beneficia dicto-
rum ſuorum Familiarium, qui inſimul eſſent Of-
ficiales de eorumdem Cardinalium conſenſu, juxta
Regulam XXXII. Cancellariæ. Et demum cum
13 in Indultis DD. Cardinalibus concedi ſolitis, Pa-
pa excipiat Beneficia ſuorum familiarium, dice-
bant DD. Cardinales, iſtam exceptionem intelligi
de veris, & actualibus Commenſalibus, non au-
tem de hujuſmodi fictis, & per Privilegium, ut
per *Gomeſ. ad Regul. de Impetr. Benefic. vacan. per*
obit. famil. quæſt. 13. num. 14. in fine, Rota deciſ.
1251. n. 6. & 7. coram Seraphin. & deciſ. 14. &
174. part. 12. Recent.

Quare Paulus III. ad tollendas iſtas difficulta-
tes, & ad effectum, ut Pontifices poſſent indiſtin-
cte conferre Beneficia iſtorum Officialium in con-
curſu Cardinalium, & Concordatorum Germaniæ,
declaravit, eos veros, & non fictos familiares,
tam ſi in Curia, quam ſi extra Beneficia vacarent, 14
ut in *dicta Conſtitutione III.* & advertit *Gomes in*
Regul. de Impetr. Benefic. vacan. per obit. Famil.
quæſt. 13. verſ. Circa vero alios Officiales, ubi re-
fert, quod de dicta Conſtitutione Cardinales ſæ- 15
pe conqueſti fuerunt, & Papæ ſupplicarunt, ut
eam revocare dignaretur, tamquam illis multum
præjudicialem ratione ſuorum *Servitorum* Officia-
lium: quod tamen Papa numquam fecit. Et in ter-
minis Concordatorum *Lotter. de re Beneficiar. lib. 2.*
quæſt. 28. num. 52. ubi dicit, quod in Concordatis
Germaniæ excipiuntur Beneficia Familiarium; &
ſub *n. 33.* quærit, quid operetur iſta Conſtitutio
Pauli III. quoad ipſa Concordata, *& a n. 61. ad* 16
70. diſtinguit inter Eccleſias contentas in Concor-
datis per viam comprehenſionis, & alias Eccle-
ſias, quæ continentur in Concordatis per viam ex-
tenſionis, prout ſunt Eccleſiæ *Virdunen. & Meten.*
& aliæ ſimiles; firmatque, quod Conſtitutio Pau-
li III. operatur, & facit, quod in iſtis intret re-
ſervatio ex capite familiaritatis vigore dictæ Con-
ſtitutionis; ſecus in primis. Et diximus in *Com-*
mentariis ad Regul. I. §. 4. n. 56. Ubi etiam adno-
tavimus, quod licet familiaritas Officialium, de
qua in laudata Conſtitutione Pauli III. non exclu-
dat Concordata Germaniæ quoad Beneficia exiſten-
tia in illis Eccleſiis, quæ Concordatis præfatis ſunt
ſubjectæ per viam comprehenſionis: id tamen in-
telligitur in iis, quæ concernunt eorumdem Con- 17
cordatorum præjudicium, ne ſcilicet augeantur re-
ſervationes Beneficiorum vacantium in Menſibus
Collatoribus Ordinariis Germaniæ conceſſis; ſecus
tamen dicendum eſt, quoad alios effectus; nam
ſi Papa concedat alicui Epiſcopo illius regionis In- 18
dultum conferendi in ſex Menſibus Pontificiis,
non poſſet talis Indultarius conferre Beneficia ex
dicta familiaritate reſervata, & in uno ex dictis
ſex Menſibus vacantia, cum in ſuis Menſibus poſ-
ſit Papa reſervationes multiplicare, ut in *dict. Com-*
ment. ad Regul. I. §. 4. n. 57.

Non alius itaque fuit Pauli III. Pontificis finis,
quam tollere controverſias oriri ſolitas in terminis 19
Concordatorum Germaniæ, & cum Cardinalibus:
ad quem effectum prædictos Officiales declaravit
veros, & non fictus Commenſales. Antiquitus
autem, & ante tempora Pauli III. omnes dicti
Officiales erant familiares per fictionem, & ex
privilegio, ut de Scriptoribus tradit *Gomez in* 20
Compend. utriuſque Signatur. appoſit. poſt Regul.
de non judic. juxta formam ſupplicat. num. 58. &
de Protonotariis Apoſtolicis refert *Caſſador. in de-* 21
ciſ. 23. n. 1. in fine, de Præbend. & colligitur ex
ipſa Conſtitutione 3. Pauli III. in principio, ubi
dicitur, illos fuiſſe Familiares, & ſolum antiquis
temporibus dubitatum, an eſſent veri, & indu-
bitati familiares; ſed dubitatio cadebat reſpectu
Concordatorum, & Cardinalium, non autem reſ-
pectu aliorum Ordinariorum, in quorum concur- 22
ſu familiaritas, quamvis ficta, ſufficiebat, *Rot.*
deciſ. 42. n. 15. cor. Comitul. & late *deciſ. 1059.*
n. 7. cor. Coccin. ubi declarando Doctores, & De-
ciſiones

Digitized by Google

ciſiones antiquiores, late oſtendit, familiaritatem
fictam ſufficere in concurſu Ordinariorum, &
diſputationem antiquiorum ſolum intrare in con-
curſu Concordatorum.

Atque ex hoc deducitur, quod licet Protono-
tariis creatis a Cardinalibus Legatis non fuerit com-
municata qualitas veræ, & indubitatæ familiarita-
tis, & Commenſalitatis, aliis Protonotariis com-
municata; tamen remanſerunt in ſtatu primævo
23 familiaritatis fictæ, quo erant ante dictam Conſti-
tutionem; adeout eorum Beneficia per obitum va-
cantia, ſint reſervata etiam ex capite familiarita-
tis, *Rot. dict. deciſ.* 1059. *num.* 12. *cor. Coccin.*
Ut enim dixi, Paulus III. declarando nolle com-
prehendere ſub ejus declaratoria Protonotarios crea-
tos a Cardinalibus legatis, effecit quidem, ut in
illis non poſſet dici adeſſe qualitas veræ familiari-
tatis, & Commenſalitatis, ſed non ſuſtulit fami-
liaritatem fictam, & ex privilegio, quæ prius in
illis aderat, ſed illa remanſit in ſuo primævo eſſe;
24 cumque præfata familiaritas ficta ſuffragetur pro
reſervatione in concurſu Ordinariorum; hinc eſt,
quod operetur reſervationem hujuſmodi Protono-
tariorum, qui ſunt familiares ficti, ut in his ter-
minis conſiderat *Franceſ. Var. reſolut.* 3. *num.*29.
& 21.

Præſuppoſito igitur quod Milites Pii, aliique
Officiales ſupra numerati ſint familiares veri, &
non ficti, oritur difficultas in terminis Indultorum,
quæ concedi ſolent Cardinalibus Nepotibus, a-
liique benevolis Cardinalibus, & quibus facultas
impertitur conferendi Beneficia affecta propter
familiaritatem, & non obſtantibus reſervationibus,
25 *ex eo, quod illa obtinentes aliquorum Prædeceſſo-
rum, aut Succeſſorum noſtrorum, Romanorum Pon-
tificum defunctorum, aut S. R. E. Cardinalium tam
viventium, quam defunctorum, ac tam præſen-
tium, quam futurorum familiares, continui Com-
menſales, aut Sedis Apoſtolicæ Notarii, Subdia-
coni, Acolyti, Cappellani, Litterarum Apoſtoli-
carum Abreviatores, Scriptores, Cubicularii,
etiam honoris nuncupati, Nuncii, Gubernatores,
aut fructuum, & proventuum Cameræ Apoſtolicæ
debitorum Collectores, vel unici Subcollectores, aut
quicumque alii Curiæ, & Sedis prædictarum, etiam
ſub diverſis Conſtitutionibus felic. record. Pauli III.
& Pauli V. Romanorum Pontificum prædeceſſorum
noſtrorum declaratoriis familiarium continuorum
Commenſalium ſuorum, & pro tempore exiſten-
tium Romanorum Pontificum, & deſuper editis lit-
teris declaratoriis comprehenſi Officiales præſen-
tes, & futuri quocumque nomine nuncupati exiſte-
rent, & ſint &c. ac etiam ſi illa per mortem Car-
dinalium, aut Epiſcoporum, & quorumcumque
aliorum contentorum in Extravagant. Benedicti
XIII. quæ incipit Ad regimen, ſeu aliarum Con-
ſtitutionum Apoſtolicarum, ſeu ex quavis alia Cau-
ſa diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, ſeu alias ge-
neraliter reſervata, ſeu ex generali reſervatione,
etiam ſi illa multiplex, ac perſonalis, realis, vel
mixta ſimul fuerit, non tamen ratione vacationis
apud Sedem, nec ex perſona cujuslibet Conclavi-
ſtarum, nec etiam ratione familiaritatis continuæ
Commenſalitatis noſtrorum, ſeu Romani Pontificis
pro tempore exiſtentis familiarium continuorum
Commenſalium, qui nunc ſunt, vel alias, dum
Cardinalatus honore fungebatur, fuerant &c. ſpe-
cialiter reſervata, ſeu ex generali reſervatione A-
poſtolica affecta &c.* ut erat Indultum clar. mem.
Cardinalis *Franciſci Barberini*, de quo *Rot. deciſ.*
14. *part.* 12. *Recentior.*

Oritur ioquam in terminis Indulti ita concepti
difficultas, an Cardinalis Induitarius poſſit confer- 26
re Beneficia vacantia per obitum Militis Pii, aut
alterius familiaris, qui non ſit talis *ex mente, &
dente.* Si enim attendatur prima pars Indulti, uti-
que verba ſunt adeo clara ad favorem Cardinalis 27
eo Indulto gaudentis, ut nulla videatur remanere
dubitatio, quin fuerit remotum quodcumque ob-
ſtaculum, perinde ac ſi non adeſſet reſervatio,
cum Papa videatur voluiſſe Indultario tribuere fa-
cultatem providendi Beneficia, nedum ſimplici, &
duplici, ſed etiam multiplici reſervationi obnoxia.
Econtra vero, ſi attendatur exceptio in Indulto 28
contenta, videtur contra Cardinalem reſolvendum,
dum Indultum ſpecifice excipit Beneficia reſerva-
ta ratione familiaritatis, & Beneficia familiarium,
& continuorum Commenſalium; & ad iſtum effe-
ctum dicuntur veri familiares, & continui Com-
menſales Papæ etiam Milites Pii, aliique Officia-
les, de quibus in ſupradicta Conſtitutione Pauli III.

Sed *Rota in Romana Beneficiatus S. Petri, coram
Bevilacqua* impreſſ. *in Recent. deciſ.* 14. *&* 174.
part. 12. ad favorem Cardinalis, & in terminis
hujuſmodi Indulti, reſpondit, ut ſcilicet poſſet con-
ferre Beneficia Militis Pii. Quia cum Papa in ſu- 29
pradictis verbis Indulti prius loquutus fuerit diſpo-
ſitive, & certitudinaliter, tribuendo Cardinali fa-
cultatem conferendi Beneficia reſervata ex capite
familiaritatis, & continuæ Commenſalitatis: ſi ver-
ba ſequentia = *Non tamen ratione familiaritatis,
& continuæ Commenſalitatis* reſpicerent Beneficia
reſervationi ex eodem capite obnoxia, reſultaret
inevitabilis implicantia, & contradictio, quod vi-
delicet Pontifex dederit Cardinali facultatem con-
ferendi, & incontinenti eam abſtulerit; Ad quam
contrarietatem evitandam, ita dixit Rota, accipien-
da eſſe ea Indulti verba, ut in facultate conceſſiva,
intellexerit de familiaribus, & continuis Commen-
ſalibus fictis, & ex *privilegio* Summorum Pontifi-
cum, quales ſunt inter alios Milites Pii; in excep-
tione vero, intellexerit de familiaribus, & conti-
nuis Commenſalibus *actualibus*, & veris, ea ſci-
licet familiaritate, quæ *mente*, & *dente* contrahi-
tur, ut bene *Rota deciſ.* 14. *n.* 8. *deciſ.* 174. *n.* 30.
part. 12. *& deciſ.* 33. *n.* 4. *& ſeqq. part.* 17. quam
laudando ſequitur *Cardinalis de Luc. de Beneſic.
diſc.* 142. *n.* 5. *in ſupplemen.*

Et quamvis per Pontificias Conſtitutiones Mili-
tes Pii, & alii Officiales declarentur ad effectum
reſervationis *veri* familiares, & continui Commen-
ſales Papæ: attamen non efficiuntur tales, ut com-
prehendantur in illa exceptione Indulti, dum ipſi
ſpecifice comprehenduntur in facultate conceſſiva
exceptioni contraria, cum exceptio non deſtruat
Regulam; imo ex qualitate exceptionis dignoſci- 30
tur, de quo genere ipſa loquatur, & declaratur
intentio Concedentis, quoad reliqua non excepta,
ut proſequitur *Rota dicta deciſ.* 33. *n.* 12. *& ſeqq.*
ubi reſpondet contrariis, *& dicta deciſ.* 174. *n.* 35.
& ſeqq. n. 47. *&* 54. dicitur, quod quando excep-
tio non ſpecificat qualitatem familiaritatis, ſemper
intelligitur de ſola familiaritate vera, non autem 31
de ficta, vel privilegiativa; quia verba in dubio
ſemper accipi debent in vero, & proprio ſignifi-
catu.

Idque eo magis procedit, attenta inſigni Perſo-
na Cardinalis Induitarii, qui ſit Nepos Indulgen-
tis; nam cenſendum eſt, Papam voluiſſe illum
gratificare uberiori, & favorabiliori modo, quo 32
potuit, *ut in dicta deciſ.* 14. *n.* 20. *& deciſ.* 174.
n. 49. *&* 50. *part.* 12. ubi conſiderantur abundan-
tiores gratiæ in ipſo Indulto conceſſæ, *& deciſ.* 33.
n. 15. *part.* 17. *Recent.*

Altera in terminis hujuſmodi Indultorum ſucce-
33 dit dubitatio, an ſcilicet, poſito quod Cardinalis
poſſit vigore Indulti conferre Beneficia Militis Pii,
aliorumque Officialium, qui familiares declaran-
tur, facultas hæc reſtringatur ad familiares Ponti-
ficum defunctorum, vel comprehendat etiam Offi-
ciales, & familiares Pontificis viventis?

Ratio dubitandi oritur ex verbis Indulti, quæ
34 ſolum dant facultatem conferendi in caſu, quo Be-
neficia obtinentes *aliquorum Prædeceſſorum, aut
Succeſſorum Romanorum Pontificum defunctorum
familiares continui Commenſales &c.* Quæ verba
reſtricta ad familiares Prædeceſſorum, & Succeſ-
ſorum defunctorum, excludere aperte videntur
Beneficia vacantia per obitum familiarium Ponti-
ficis viventis.

Verum circa hoc animadvertendum eſt, quod
Indultum comprehendit plures caſus. Primo enim
35 dat facultatem conferendi Beneficia per obitum
eorum, qui fuerunt familiares Prædeceſſorum, &
Succeſſorum defunctorum Romanorum Pontifi-
36 cum, & Cardinalium. Secundo dat facultatem illi-
mitatam conferendi Beneficia omnium Officialium
Curiæ, & Sedis Apoſtolicæ, quamvis compre-
henſorum ſub Conſtitutionibus Pauli III. & Pauli
V. -- ibi -- *Aut Sedis Apoſtolicæ Notarii, Subdia-
coni &c. aut quicumque alii Curiæ, & Sedis Apo-
ſtolicæ, etiam ſub diverſis Conſtitutionibus Pauli III.
& Pauli V. declaratoriis familiarium continuorum
Commenſalium ſuorum, & pro tempore exiſtentis
Romani Pontificis, ac editis litteris declaratoriis
comprehenſi Officiales præſentes, & futuri quocum-
que nomine nuncupati exiſterent, & ſint &c.* Ter-
37 tio vero excipit ab Indulto Conclaviſtas, & fa-
miliares ipſius Pontificis, ſeu alterius pro tempore
exiſtentis.

His poſitis, quando in primo caſu Pontifex fa-
38 cultatem reſtrinxit ad familiares Pootificum defun-
ctorum, intellexit ſolum de illis familiaribus, qui
effective ſunt tales ex *mente*, & *dente*; ibidem
enim loquitur nedum de familiaritate Pontificis,
ſed etiam Cardinalium -- ibi -- *Aut Sanctæ Roma-
næ Eccleſiæ Cardinalium, tam viventium, quam
defunctorum familiares continui Commenſales &c.* --
39 unde cum in Cardinalibus familiaritas debeat eſſe
vera, nec admittatur ficta; de vera pariter, quoad
Pontifices defunctos intelligi debet Indultum, ne
contra Juris Regulas, una eademque dictio ſub
40 eadem oratione poſita, diverſum ſenſum reddat,
& inæqualiter omnia determinet, *ad Text. in leg.
Nam hoc jure, leg. Lucius, ff. de Vulgar. & Pu-
pil. ſubſtit.* cum concordantibus relatis per *Barboſ.
Axiomat.* 69. *n.* 6.

In tertio pariter caſu, in quo excipit familiares
41 ipſius Pontificis, exceptio de aliis intelligi non po-
teſt, quam de veris, & actualibus familiaribus ex
mente, & *dente*. Tum quia inibi excipiuntur tan-
tum Conclaviſtæ; qui ſunt familiares ex privile-
42 gio, quæ exceptio oſtendit, reliquos alios fami-
43 liares ex privilegio fuiſſe comprehenſos, *ad Text.
in leg. Quæſitum ff. de fund. Inſtruct. Decian. in
cap. cum Dilecta n.* 6. & 7. *de Confirm. util. Afflict.
deciſ.* 45. *n.* 2. *Pariſ. de Reſignat. lib.* 5. *Quæſtion.*
6. *n.* 186. *Rot. deciſ.* 144. *num.* 9. *part.* 1. *Recent.*
Tum quia ſatis incongruum fuiſſet tribuere Indul-
tario collationem Beneficiorum familiarium actua-
lium Papæ viventis.

Sed in ſecundo caſu, ubi Papa dat facultatem
conferendi Beneficia quorumcumque Officialium
comprehenſorum ſub diverſis Conſtitutionibus de-
claratoriis familiarium continuorum Commenſa-
44 lium, loquitur illimitate, & indiſtincte, & ſic in-
telligi debet de omnibus, & quibuſcumque fami-
liaribus ex privilegio, etiam Pontificis viventis,
ut clare indicant tam verba, *& pro tempore exiſten-
tis Romani Pontificis*, quæ exponuntur, *qui nunc
eſt, & pro tempore erit*; quam ſubſequentia verba --
Officiales præſentes exiſterent, & ſint -- quæ prædi-
cari non poſſunt, nec de Officialibus præteritis,
nec de futuris.

Nec reſtrictiva *Pontificum defunctorum* appoſita
in primo caſu, aut exceptuatio Pontificis viven-
tis, de qua in tertio, extendi poſſunt ad ſecundam
facultatem intermedie poſitam loquentem de aliis
Perſonis, nempe de Officialibus, & ſic familiari-
bus ex privilegio, ſed illæ qualificant tantum ca-
ſus, in quibus appoſitæ fuerunt; in nihilo obſtan- 45
te dictione *Aut* appoſita in principio ſecundi caſus,
quia reſolvitur in disjunctivam, quando ponitur
inter diverſa; Et ita reſolvit *Rot. deciſ.* 174. *a n.*
37. *uſque ad* 46. *part.* 12. *Recent.*

Tertia nunc ſuccedit dubitatio in terminis dicto-
rum Indultorum, in quibus traditur facultas con- 46
ferendi Beneficia reſervata, etiam ratione familia-
ritatis Prædeceſſorum, & futurorum Pontificum,
cum exceptione, *ut non comprehendant Beneficia
familiarium ejuſdem Papæ*; An ſcilicet hujuſmo-
di exceptio expiret per obitum ejuſdem Pontifi-
cis, itaut tunc familiaritas diſſolvatur; vel potius
duret affectio Beneficiorum dictorum familiarium,
reſultans ex præcedenti reſervatione.

Et quidem in hujuſmodi difficultate præmitti-
mus verba Indulti, quæ ſunt hujuſmodi -- *Tibi &c.
decernimus &c. & quorumcumque aliorum conten-
torum in Extravaganti &c. ſeu ex quavis alia cau-
ſa diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias &c.
ſeu ex generali reſervatione Apoſtolica, non ta-
men ratione vacationis apud Sedem, nec ex perſo-
na cujuslibet Conclaviſtarum, nec etiam ratione
familiaritatis continuæ Commenſalitatis noſtrorum,
ſeu Romani Pontificis pro tempore viventis conti-
nuorum Commenſalium, qui nunc ſunt, ſeu alias,
dum Cardinalatus honore fungebamur, ſeu reſpe-
ctive pro tempore fungebatur, fuerunt, aut quam-
diu regimini militantis Eccleſiæ præfuerimus, ſeu
præfuerit, erunt generaliter reſervata, ſeu ex ge-
nerali reſervatione Apoſtolica affecta*, prout tale
erat Indultum Cardinali *Hieronymo Columnæ* ab
Urbano VIII. conceſſum, de quo *Rota in Roma-
na Beneficiatus Sancti Joannis in Laterano* 11.
Februarii 1669. *cor. Bevilacqua*, & aliud ſimile
coram Durano *in Deciſione* 154. conceſſum a Pau-
lo V. Cardinali *de Sandoval*, in quo licet deficiant
verba, *ſeu Romani Pontificis pro tempore viventis*;
tamen nullam inter utrumque agnovit differentiam
*Rota in dicta Romana Beneficiatus §. Neque ad
rem.*

Poſito igitur hujuſmodi Indulto, videtur reſol-
vendum, quod exceptio illa *de Beneficiis familia-
rium*, comprehendat nedum Beneficia vacantia 47
Papa vivente, ſed etiam eo defuncto; Cum enim
excipiantur in Indulto Beneficia reſervata, & affe-
cta; hinc eſt, quod licet per mortem Papæ fuerit
extincta familiaritas, & ſic reſervatio, nihilominus
poſt mortem ejuſdem durat affectio, cum Benefi-
cia ſemel reſervata, ſemper durent affecta, ut ex
diſpoſitione *Extravagant. Ad Romani, de Præ-
bend. Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 32. *n.* 123.
& ſeqq. Rot. deciſ. 154. *num.* 11. *& ſeqq.* confir-
mat. *deciſ.* 167. *cor. Durano*, cum aliis infra *nu-
mer.* 124.

Idque confirmatur ex eo, quod ſicuti Papa in
generali facultate Cardinali conceſſa voluit com- 48
prehendere Beneficia reſervata, & affecta, & non
ſolum

ſolum vacantia in ejus vita, ſed etiam poſt ejus mortem; ita pariter, cum exceptio ſit de Regula, dum Papa excipit a dicta generali facultate Beneficia ſuorum familiarium, voluit etiam in exceptione comprehendere Beneficia ſuorum familiarium, nedum ex capite reſervationis expreſſæ, nempe familiaritatis, & ſic vacantia in ejus vita, ſed etiam ex capite reſervationis tacitæ, nempe affectionis reſultantis ex præcedenti reſervatione expreſſa, & per conſequens etiam Beneficia ſuorum familiarium vacantia poſt ejus mortem, quo ſolum tempore, in hoc caſu, poteſt conſiderari affectio, ut proſequitur *Duran. dicta deciſ.* 154. *n.* 14.

Qui intellectus videtur etiam litteralis; quandoquidem incipit clauſula diſpoſitiva Indulti, & ante
49 orationem perfectam intermittitur exceptio -- ibi -- *non tamen ratione familiaritatis*, & poſtea proſequitur, & finitur eadem clauſula in illis verbis -- *generaliter reſervata, ſeu ex generali reſervatione Apoſtalica affecta exiſtunt, vel fuerint* -- Unde patet quod verba illa -- *reſervata, & affecta* -- referuntur etiam ad exceptionem, itaut utrumque caſum reſervationis ſcilicet, & affectionis reſultantis ex finita familiaritate, amplecti voluerit; Si enim hoc facere non intellexiſſet, ſatis erat poſt verba -- *Erunt generaliter reſervata* -- claudere orationem undequaque perfectam, nihil aliud ſubjungendo; ſed quia voluit exceptionem ampliare, etiam ad affecta, ideo addidit *ſeu ex generali reſervatione Apoſtolica affecta*, quia etiam poſt propriam mortem voluit excipere affectionem reſultantem a reſervatione, tamquam effectum a cauſa, ut poſt *Duranum dicta deciſ.* 154. *n.* 14. *& ſeqq. Rota in dicta Romana Beneficiatus S. Joannis in Laterano* 11. *Februarii* 1669. §. *Major oppoſitio, cor. Bevilacqua.*

Hinc non obſtat, quod Indultum excipiat tantum Beneficia reſervata, licet concedat facultatem conferendi, & reſervata, & affecta. Etenim ex dictis patet, exceptionem non finiri in illis verbis -- *generaliter reſervata*, ſed proſequi in ſequentibus, *ſeu ex generali reſervatione Apoſtolica affecta*; itaut verba -- *affecta, & reſervata* referantur ad exceptionem, non autem ad conceſſionem re-
50 motiorem, propter regulam, quod relatio fit ad proxima, *Corneus conſ.* 23. *num.* 10. *Surd. conſ.* 559. *num.* 5. *tom.* 4. *Actolin. reſolut.* 82. *num.* 39. *Rot. cor. Duran. deciſ.* 21. *n.* 9. *& deciſ.* 399. *num.* 3. *coram Celſo.* Et illud verbum -- *erunt* - referri non poteſt ad alia verba, niſi ad illa -- *generaliter reſervata, ſeu ex generali reſervatione Apoſtolica affecta*; Si enim alius intellectus admitteretur, verba præfata remanerent imperfecta ſine ſenſu, & ſine verbo, a quo reguntur.

Ulterius in Indulto ſupradicto conceditur facul-
51 tas conferendi *Beneficia &c. ſeu ex quavis alia Cauſa, diſpoſitioni Apoſtalicæ ſpecialiter, vel alias &c. ſeu ex generali reſervatione Apaſtolica, non tamen ratione familiaritatis noſtrorum, ſeu Romani Pontificis pro tempore viventis, qui nunc ſunt, ſeu alias dum Cardinalatus honore fungebamur fuerunt, aut quamdiu regimini militantis Eccleſia præfuerimus, erunt generaliter reſervata, ſeu ex generali reſervatione Apoſtolica affecta &c.* Ponderato igitur hoc Indulto, evidens eſt mala constructio, accipiendo verba -- *non tamen* terminata in verbo *erunt*, quia oratio deficit in neceſſariis, & deeſt utrumque nominativum verbo -- *erunt*, & abundat in ſuperfluis, quia pars conceſſiva jam continebat *alias generaliter reſervata, ſeu ex generali reſervatione Apoſtalica*; & rurſus proſequens ipſa pars conceſſiva, repetit *generaliter reſervata, ſeu ex generali reſervatione Apoſtolica*: Quamobrem diſtincta, & diſcreta conjunctio erat in Conceſſione -- *Ex quavis cauſa diſpoſitioni Apoſtolicæ, ſpecialiter, vel alias generaliter reſervata, ſeu ex generali reſervatione Apoſtolica*, & hic opportuna parte exceptiva *non tamen ratione vacationis &c. aut quamdiu regimini militantis Eccleſia præfuerimus, ſeu præfuerit erunt generaliter, ſeu ex generali reſervatione Apoſtolica affecta.* Prout per has rationes in hanc partem viſa eſt inclinare *Rota in dicta Romana Beneficiatus S. Joannis in Laterano* 11. *Februarii* 1669. *coram Bevilacqua*, licet tunc noluerit reſolvere articulum; ſed adductis hinc inde rationibus *in* §. *final.* dixerit, quod cum hujuſmodi exceptio eſſet turbida, non poterat retardare exequutionem Brevis Apoſtolici ad favorem proviſi a Summo Pontifice.

Verum repropoſita Cauſa ſub *die* 16. *Junii* 1669. *coram eodem Bevilacqua*, Rota cenſuit recedendum a deciſis, & reſolvit ad favorem proviſi a 52
Cardinali Indultario, quod ſcilicet exceptio illa Beneficiorum, quæ obtinentur a familiaribus Pontificis indulgentis, comprehendat ſolum Beneficia vacantia, vivente Papa Indultum concedente; quæ reſolutio fuit poſtea confirmata 30. *Januarii* 1671. ut in *deciſ. part.* 17. *Recent.* ſcribente pro eodem proviſo *Card. de Luc.* ut in ejus *diſcurſ.* 5. *de Beneficiis.*

Et ratio reſolutionis fuit, quia in Indulto concedebatur ampla facultas conferendi Beneficia va- 53
cantia per obitum familiarium Pontificum defunctorum, & excipiebantur *continui Commenſales* ipſius Indulgentis, ſeu Romani Pontificis pro tempore viventis, qui ſunt, ſeu alias *dum Cardinalatus honore fungebamur, ſeu reſpective fungebatur, fuerunt, aut quamdiu regimini militantis Eccleſiæ præfuerimus, ſeu præfuerint.* Quare cum de tempore obitus familiaris, Papa indulgente jam pridem defuncto, familiaritas Papæ ceſſaverit, ceſſa- 54
vit quoque reſervatio, & factus fuit locus Indulto ad favorem Cardinalis.

Nec relevare dicebatur, quod Beneficium quamvis non amplius reſervatum, remanſerit tamen affectum. Quia etiam Beneficia affecta ex generali reſervatione, conceſſa leguntur in Indulto, ibi -- 55
Seu ex generali reſervatione Apoſtolica affecta -- Quæ verba continentur in ipſa parte conceſſiva, non autem in exceptiva; ſi enim non darentur parti conceſſivæ *affecta* ratione familiaritatis jam finitæ per obitum Papæ, fruſtra fuiſſet conceſſa collatio Beneficiorum Familiarium Pontificum prædeceſſorum, & Succeſſorum defunctorum, quæ Beneficia per mortem Papæ dumtaxat affecta remanſerunt, & non amplius reſervata, cum familiaritas, ad inſtar Societatis, morte alterius ex Sociis finiatur.

Ad deciſiones vero *Durani* 154. & 167. reſpondebatur, quod loquuntur circa formulam ordina- 56
riam Indultorum, in quibus exceptio eſt appoſita tam reſervatis, quam affectis. In caſu autem Indulti Cardinalis *Columnæ*, exceptio erat appoſita ſolum in corpore orationis loquentis de reſervatis; quodque propterea ab illis tantum detrahat, non autem de affectis, quæ in ſequenti parte, & oratione conceſſiva, poſtea ſine ulla limitatione, & exceptione conceduntur. Et ulterius, quia Indultum, de quo apud *Duranum*, moderationem recipit a Conſtitutione ſuperventa *Urbani VIII.* in ordine *la* 59. Illud vero Cardinalis *Columnæ* poſterius erat, cum ampliſſima derogatoria omnium Conſtitutionum editarum, & edendarum. Et

demum

demum, quia Rota coram *Durano* præcipue mota fuit, ex quo inveroſimile ſit, Papam concedentem cogitare voluiſſe de triſti eventu ejus mortis; quodque Indultum ſuffragaturum eſſet pro vacationibus eo defuncto contingere debentibus; quæ ratio videtur ceſſare, ubi expreſſe conceditur facultas conferendi Beneficia vacantia per obitum familiarium Pontificum prædeceſſorum, ac Succeſſorum defunctorum. Si enim concedens cogitavit caſum, quod Indultarius, aliis Succeſſoribus Pontificibus ſupervivere poſſet, atque eorumdem jjam defunctorum familiarium Beneficia conferre, utique per neceſſarium antecedens cogitavit caſum ejus mortis; ut reſpondendo dictis deciſionibus, diſcurrit *Card. de Luca dicto diſcurſ.* 5. *a num.* 18. *cum ſeqq.* ubi etiam adverrit, quod licet fuerit magna controverſia inter Scribentes, & forte etiam Judices illius Cauſæ ſuper ſenſu grammaticali Indulti, cuinam parti magis aſſiſterer; ipſe tamen inſiſtebat
57 in ea propoſitione, quod non cortex verborum, ſed ſubſtantia veriſimilis voluntaos attendi deberet, juxta quam ratiocinabatur, quod cum ſupradicto Indulto Papa conceſſerit facultatem conferendi Beneficia vacantia per obitum familiarium Pontificum, nedum Prædeceſſorum, ſed etiam Succeſſorum defunctorum, exceperit vero ea omnia, quæ vacare contingeret per mortem familiarium ſuorum, vel aliorum Pontificum Succeſſorum viventium; hinc deſumatur voluntas concedentis, ut nil aliud in animo habuerit, niſi excipere caſus ipſo vivente, ſeu etiam viventibus Succeſſoribus contingentes, ea ratione, quod incongruum ſit, ut inferior conferat Beneficia vacantia per obitum alicujus ex familiaribus Pontificis viventis. Qua ratione ceſſante, nulla videtur eſſe congrua ratio, cur Pontifex, jam cogitando ad caſum ſuæ mortis, ac etiam illam Succeſſorum, tam iſtorum, quam Prædeceſſorum caſum comprehendere voluerit, & non iſtum; cum eo defuncto, nil penitus referret, an unus, vel alter conferret Beneficia eorum, qui non erant amplius familiares, ut proſequitur *Card. de Luc. dict. diſc.* 5. *de Beneficiis n.* 23. *Rota in dicta Romana Beneficiatus S. Petri* 16. *Junii* 1670. §. *Mens Pontificis, cor. Bevilacqua.*

Verum etiam ſi per regulas grammaticales res eſſet diſcutienda, adhuc non videtur improbabilia
58 ſenſus Rotæ *in dicta Romana Beneficiatus*, nempe quod verba *ex generali reſervatione affecta* contineantur in parte diſpoſitiva, & non excepriva. Etenim dictæ exceptionis tenor *Nan tamen &c.* quaſi per Pareothefim, finitur in illo verbo *Erunt* incluſive; ideoque Beneficia affecta in parte conceſſiva comprehenduntur, perinde ac ſi, omiſſa dicta exceptione, dictum fuiſſet in Indulto: *ſeu ex generali reſervatione Apoſtalica generaliter reſervata, ſeu ex generali reſervatione Apoſtolica affecta*, ut ſenſit Rota *in dicta Romana Beneficiatus* 16. *Junii* 1670. §. *Sola difficultas, coram Bevilacqua.*

Nec aliter juxta rationem recti ſermonis poteſt Indultum intelligi, nisi terminando partem exceptivam cum verbo *erunt*, quod non conjuogitur cùm verbia ſubſequentibus -- *generaliter reſervata, ſeu ex generali reſervatione Apoſtolica affecta*, ſed nectitur cum antecedentibua, nempe *Familiarium*, quorum Papa meminit, atque conſiderat in tribus temporibus, primo nempe in præterito, ſcilicet de tempore, quo ipſe, vel Succeſſor pro tempore, Cardinalatus honore fungebatur; ſecundo de tempore præſenti, nimirum, qui actualiter ſerviunt; & demum in futurum, ſcilicet, qui non fuerunt, nec ſunt de præſenti, ſed in futurum in familiares cooptabuntur, & in ipſa actuali familiaritate Papæ indulgentis, vel pro tempore viventis decedenr, quorum omnia Beneficia noluit in Indulto comprehendi, ſed ſuæ, & Succeſſorir pro tempore viventis diſpoſitioni reſervata eſſe voluit; alias ſi verbum illud *erunt* conjungendum, & referendum veniret *ad Beneficia*, ſequeretur maximum abſurdum, & diſcordantia, quoniam relaiivum *qui*, ſtans adjective ad verbum *Familiarium*, copularetur, & traheretur ad Beneficia: quod ferendum non eſt, juxta regulas grammaticales dictantes, genus neutrum non concordari cum maſculino, ut per hæc verba diſcurrit *Rota in dicta Romana Beneficiatus* 16. *Junii* 1670. §. *Quod autem Indultum, cor. Bevilacqua.*

Sed redeundo ad Papæ familiares, prima ſe offert dubitatio, an Cardinales dicantur Papæ familiares. Circa quam *Gomes ad Regul. de impetr. Benefic. Vacant. per obit. famil. Cardin. quæſt.* 13.
litt. B. pag. mihi 216. cenſet, quod non ſunt fa- 59
miliares, nec continui Commenſales Papæ, quia ab eo recepti non ſunt in familiaritatem, nec ipſi ſe habent uti tales, neque ab aliis, ex communi uſu loquendi, tales reputantur; & a Papa potius Collaterales, & fratres, quam Familiares appellantur. Et quamvis verum ſit, quod Beneficia Cardinalium ſint reſervata; non tamen ſunt reſervata ex quo ſunt familiares continui Commenſales, dum panem, quem ex Palatio recipiunt, in ſignum honoris, & non familiaritatis recipiunt; ſubdens, ita deciſum fuiſſe in Rota, atque ab ipſo pronunciatum: quam ſententiam fuiſſe poſtea per duas alias confirmatam, *Idem Gomes dec.* 3. ubi fuit
reſolutum, quod Cardinalium Beneficia compre- 60
henduntur in Indulto conceſſo Cardinali Ordinario Collatori, ac quod proinde poterat Cardioalis *Leodien.* Epiſcopus Valentinus conferre Beneficium vacans per obitum Cardinalis, *& in Proœm. Regul. Cancellar. quæſt.* 4. *Rot. deciſ.* 91. *num.* 4. poſt *Vivian. de Jurepatr.* eamdemque opinionem, quod
Cardinales non ſint Papæ familiares continui Com- 61
menſalea, ſequuntur *Sotus Gloſſator antiquus ad hanc Regulam in fine*, & ibidem *Kachier. litt. N. & O. Leuren. in For. Benefic. tom.* 2. *quæſt.* 546. *num.* 14. *Fagnan. in Cap. Ex parte il* 2. *num.* 36. *de Privileg. Pariſ. de Reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 69. *Rota deciſ.* 3. *coram Creſcentio de Privileg.*

Huic tamen ſententiæ obſtat Regula, ſeu Con-
ſtitutio *Julii III.* edita *die* 12. *Decembris* 1553. im- 62
preſſa poſt ejus Regulas Cancellariæ, & de qua ſermonem habuimus ſupra in *Commentar. in Regul. I. §.* 2. *n.* 26. Præfata namque Conſtitutione ſancitur, Beneficia Cardinalium comprehendi ſub reſervatione Familiarium cootinuorum Commenſalium Papæ; quodque Regulæ Cancellariæ, aliæque diſpoſitiones, ac Indulta Apoſtolica de Beneficiis Familiarium continuorum Commenſalium Sanctitatis Suæ loquentia, in Beneficiis per eoſdem Cardinales obtentis locum habeant, ac ſuum plenarium effectum conſequantur. Et præfatæ Julii III. Conſtitutioni inhærendo, *Sac. Rot. in*
Corduben. Beneficiorum, me ſcribente, cenſuit, non 63
potuiſſe clar. mem. Cardioalem *de Salazar* Epiſcopum Corduben. conferre vigore ſui Indulti Beneficia, quæ vacaverant per obitum cl. mem. Cardinalis *de Aghilar*, quia tanquam Cardinalis fuerat, dum viveret, Pontificis verus Familiaris, & Commenſalis, *ut in dec.* 883. *num.* 28. *& ſeqq. cor. Molines*, ubi late reſpondetur *deciſioni* 3. *Creſcentii de Privileg.* confirmata 8. *Decembris* 1704. *coram*
Omaña,

Omaña, & facit *Oldrad. Conſ.* 48. ubi quod Car-
dinales ſunt magis Familiores, quam alii. Et la-
te diximus *in Commentariis in Regulam primam*
§. 4. *a n.* 8. *& præſertim num.* 26.
Et quamvis Regula illa, ſeu Conſtitutio Julii
III. videatur cum ſuo Conditore expiraſſe, ſicuti
cæteræ aliæ ejuſdem Pontificis Regulæ, præſertim
quia loquitur de Cardinalibus tunc viventibus, &
qui ſuo tempore erunt; tamen cum emanaverit ad
64 declarationem Regulæ IV. quæ per quemlibet
Pontificem renovatur, Regula hæc cum ſua decla-
ratione reviviſcit. Et in omnem caſum negari non
poteſt, quin Conſtitutio præfata, veluti facta pro
65 declaratione dubitationis a nonnullis Scrupuloſis
excitatæ, attendi ſaltem mereatur uti doctrinalis,
& magiſtralis auctoritas interpretativa dubiæ quæ-
ſtionis. Eſt enim receptum in omni materia, ut
leges, & Extravagantes, etiam apocryphæ, ſive
revocatæ, & per non uſum obliteratæ, tanquam
magiſtrales auctoritates attendantur, *Maſcard. de
Statut. concluſ.* 11. *n.* 10. *Salgad. in Labyrint. Cre-
dit. part.* 2. *cap.* 29. *n.* 23. *& ſeqq. Card. de Luca
de Feud. diſc.* 1. *n.* 17. & alibi paſſim.
Inſuper inter Papæ Familiares numerantur etiam
66 *Cappellæ Pontificiæ Cantores* habentes menſtruum
ſalarium a Palatio, ſicuti alii Familiares, juxta
Conſtitutionem *ſan. mem. Sixti V. in Bullar. nov.
Conſtit.* 38. §. 3. horum enim Beneficia eſſe reſer-
vata ex ratione Familiaritatis, tradit *Rebuff. in Prax.
tit. de Reſervat. general. & part. num.* 27. late *Pi-
gnatell. conſult.* 130. *per tot. Tom.* 9. *Bouchel. in
Biblioth. Gallic. Tom.* 2. *verb. Reſerves pag. mihi*
478. *verſ. Item les Bénéfices des Chantres du Pape
&c. Rota deciſ.* 22. *part.* 5. *Recent.* repetit. *coram
Durano, deciſ.* 44. *per tot.* Et habetur in notabili-
bus Cancellariæ *pag. mihi* 554. *n.* 4. *& pag.* 567.
num. 3. his verbis -- *Nota, quod licet Cantores Pa-
pæ dicantur Cantores Cappellani, ideſt Cantores
Cappellæ; non tamen ſunt propterea Cappellani,
nec Beneficia eorum ſunt ratione Cappellaniatus re-
ſervata, nec dicuntur Grata devotionis, ſicut in Cap-
pellanis, ſed bene ſunt Familiares Papæ continui
Commenſales, & illo reſpectu, Beneficia ſunt reſer-
vata, & ita dixit N. Breg. Jo. Fer. Fra. Par. & P.
de Caſt. Unde attende, quod nulla datur reſerva-
tio ex eo, quod ſit Cantor Cappellanus* -- Et dice-
mus in §. *ſequenti num.* 157. *& ſeqq.*
Minutantes Secretariæ Status habentes menſtruũ
67 ſtipendium, & ſolitas diſtributiones, ſunt veri Fa-
miliares Papæ, & gaudent *obſtantiis Beneficiali-
bus, Rota in Ferrarien. Cappellaniæ* 29. *Novem-
bris* 1728. §. *final. cor. R. P. D. Corio.*
Item *Scriptores in Bibliotheca Vaticana* repu-
68 tantur Familiares Summi Pontificis; Et ita anno
1695. Beneficiatus in Eccleſia S. Joannis in Late-
rano, qui vacaverat per obitum *Georgii Grippari*
Scriptoris linguæ Græcæ in Bibliotheca Vaticana,
fuit collatus per Datariam *N. Tozzi* filio Archiatri
ſan. mem. Innocentii XII. in excluſionem cl. mem.
Cardinalis *de Alteriis* Indultarii, & Patroni: fuit
enim præfatus *Grippari* conſideratus uti verus Fa-
miliaris Papæ ex *Mente*, & *Dente*, & dicemus
infra §. *ſeq. n.* 139.
Sed an *Secretarius* inferior *Tribunalis S. Inqui-
69 ſitionis*, deputatus ad conſcribendas litteras a Car-
dinali primo Secretario, dicatur Familiaris Papæ,
itaut ejus Beneficia cadant ſub diſpoſitione Regu-
læ IV.? Affirmative videtur reſpondendum. Etenim
talis Subſecretarius inferior, ſive ſubordinatus Se-
cretario majori dictæ Congregationis, & ſalarium
recipiens de redditibus a Sede Apoſtolica aſſigna-
tis pro Miniſtris, & aliis expenſis, ratione hujus
ſervitii præſtiti Tribunali, ſive Congregationi A-
poſtolicæ, dicitur Officialis Papæ, & Sedis Apo-
ſtolicæ, quamvis litteræ per ipſum ſcribantur ſub
nomine Secretarii majoris, ut late diximus in Com-
mentar. *in Regul. I.* §. 1. *n.* 157. *& ſeqq.* ſicuti de
Notario Sacræ Pœnitentiariæ ſcribente ſub nomine 70
majoris Pœnitentiarii, dixit *Rota apud Bellamer.
deciſ.* 655. quam ſequitur *Mandoſ. ſuper Regula
prima quæſt.* 5. *n.* 7. *Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2.
quæſt. 32. *n.* 29.
Suppoſito quod ſit Officialis, de conſequenti eſt
Familiaris Papæ, *ex Conſtitutione Pauli III.* & ſic 71
intrat reſervatio Regulæ IV. etiamſi a Palatio par-
tem panis non habeat, ut clare legitur in decla- 72
ratione ejuſdem *Pauli III.* in qua ipſe voluit com-
prehendere quoque Notarios non participantes,
quos certum eſt, panem non habere, nec Roma-
no Pontifici inſervire, prout etiam eadem Paulina 73
Conſtitutio procedit in iis, qui nihil penitus ha-
bent, ſed tantummodo emolumentum ſuorum Of-
ficiorum venalium percipiunt, *Lotter. de re Bene-
ficiar. lib.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 23. *verſ. necnon eo-
rum.* Et eamdem Conſtitutionem procedere in
Officialibus Papæ in genere, dixit *Kochier. ſuper
Regul.* 3. *Cancellar. n.* 34. *verſ. Et Reliqui Officia-
les, Gonzales ad Regul.* 8. *Cancell. Gloſſ.* 51. *nu-
mer.* 12.
Et ad hunc effectum nil refert, a quonam fue-
rit deputatus Secretarius; ſemper enim Officialis 74
Pontificis dicitur, ſive a Principe, ſive ab alio,
qui Principis vices gerit, in eo miniſterio depu-
tetur, *Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2. *quæſtion.* 29.
num. 21. *Rota deciſ.* 42. *num.* 5. *&* 6. *coram Co-
mitulo.*
Nec refragatur, quod ſupradicta *deciſio* 655. co-
ram *Bellamer.* procedere videatur in Officialibus
comprehenſis ſub reſervatione *Extravag. Ad regi-
men*, qualis erat Notarius S. Pœnitentiariæ, non
autem in Secretario inferiori Tribunalis S. Inqui-
ſitionis, de quo nulla fit mentio in dicta *Extravag.*
Quandoquidem ratio Rotæ apud *Bellamer.* non 75
fuit poſita in comprehenſione ſub dicta *Extravag.*
ſed in ſolo exercitio Officii Papæ, & Sedis Apo-
ſtolicæ; Hæc autem ratio applicatur quoque aliis
Officialibus ſimilibus; & propterea licet Beneficia
hujus Secretarii non comprehendantur ſub reſerva-
tione *dictæ Extravag.* attamen ſufficit comprehen-
di ſub alia *Pauli III.* quæ tales Officiales, Fami-
liares Pontificis declaravit; cum deficiente reſerva-
tione nudi Officialatus, poſſit dari reſervatio ra-
tione Familiaritatis ex Privilegio Pontificis anne-
xæ Officio; longe enim diſtant inter ſe reſervatio 76
Officii, & alia Familiaritatis, quamvis convenien-
tes in una perſona, ut bene monuit *Mandoſ. ad
Regulam primam quæſt.* 7. *n.* 4. *verſ. Quantum,
Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 29. *n.* 16. &
in terminis dictæ Conſtitutionis Paulinæ, eamdem
deciſionem Bellameræ ſequutus eſt *Lotter. dict. lib.*
2. *quæſt.* 32. *n.* 29. *& prius dicta quæſt.* 29. *n.* 23. 77
Addito quod etiam Beneficia Officialium, qui nu-
merati non leguntur in *Extravag. Ad regimen*,
ſed poſtea fuerint tales creati, ſub illius diſpoſitio-
ne comprehenduntur, ut late oſtendimus *in Com-
mentar. in Regul. I.* §. 4. *a n.* 241. *& pluribus ſeqq.*
Concurrit quoque in præfato Secretario actua-
lis, & vera Familiaritas, quæ formatur ex ſervi-
tio determinato, nempe Secretariæ, & ex ſtipen- 78
dio, *Lotter. dicto libr.* 2. *quæſt.* 32. *n.* 4. 12. *&* 13.
Rot. deciſ. 228. *n.* 3. *coram Burat.* Pro ſtipendio
autem ſufficit accipere pecuniam, *Gomeſ. ſuper
Regula de Impetran. per obit. Famil. Cardinalium
quæſt.* 17. *n.* 7.

Poteſt

Digitized by Google

Poteſt etiam Familiaritas deſumi ex eo, quod
talis Secretarius, tamquam deſerviens Officiali
Papæ, nempe Cardinali Secretario majori, ſit ſi
79 non immediatus, ſaltem mediatus Familiaris ejuſ-
dem Papæ. Servitium enim, quod præſtat proprio
Domino, reflectit in ſervitium Papæ; & reſerva-
80 tio intrat quoque ex tali mediata Familiaritate, ad
tradita per *Lotter. lib. 2. quæſt. 32. n. 63. Rota dec.*
429. n. 18. & ſeqq. par. 5. Rec. Et nos infra dice-
81 mus *n. 144. & ſeqq.* maxime ſi recepit ſalarium ab
ipſo Papa, & non a Domino.

Et hæc magis locum ſibi vindicarent, ſi talis
Secretarius inferior eſſet deſcriptus in Rotulo Offi-
cialium S. Inquiſitionis, intereſſet Congregationi,
& deciſionibus negotiorum illius, & prævia fide
R. P. D. Aſſeſſoris de Officialatu hujuſmodi, ha-
buerit mandatum de expediendo Bullas *gratis*, uti
82 Secretarius dictæ Congregationis, & ſic fuerit a-
gnitus in ipſius Romani Pontificis Familiarem;
Ex tali namque actu Pontificia reſultaret declara-
tio ambiguitatis Juris, ſi adeſſet, *Rot. deciſ.* 429.
83 *n. 23. part. 5. Recent.* Et ex his rationibus, va-
cante Beneficiatu S. Petri in hebdomada Capituli
per obitum *Jo. Baptiſtæ Ferrarii Secretarii* inferio-
ris Sacræ Congregationis Inquiſitionis, Dataria de
illo libere diſpoſuit ad excluſionem Canonici Tur-
narii. Et hanc opinionem tenere videtur *Cardina-*
lis de Luca de Benef. diſc. 142. *ſub n.* 4. ubi quod
hæc Familiaritas publica officiativa Papæ, tan-
quam Papæ, & Sedis Apoſtolicæ, ejuſque Con-
gregationum, ſufficere videtur ad hunc effectum
84 Regulæ IV. ad quem exuberat etiam Familiaritas
ficta, ſeu privilegiativa.

Sic etiam vacante Beneficio tempore Pontifica-
tus ſan. mem. Alexandri VII. per obitum Secreta-
85 rii Congregationis de Propaganda Fide, fuit re-
ſolutum, collationem ſpectare ad Datariam, &
non ad clar. mem. Cardinalem *Gualterium* Ar-
chiepiſcopum Firmanum, in cujus Diœceſi vaca-
verat.

Major vero in eo noſcitur adeſſe dubitatio, an
præſati Secretarii Tribunalis S. Inquiſitionis Bene-
86 ficia cadant ſub exceptione Indulti, in quo Papa
poſt conceſſam Cardinali facultatem conferendi Be-
neficia Familiarium prædeceſſorum Pontificum de-
ſunctorum, aliorumque comprehenſorum in Con-
ſtitutione Pauli III. excipit Beneficia Familiarium
ipſius Papæ concedentis, & aliorum pro tempore
viventium: an ſcilicet ſub tali exceptione compre-
hendantur Beneficia dicti Secretarii, itaut Papa
ſolum ea conferre poſſit, & non Cardinalis Indul-
tarius? Caſus hic fuit diſputatus in Congregatio-
ne particulari quinque Prælatorum de anno 1677.
ut diximus in Commentar. *in Regul. I. §. 1. n. 157.*
nam vacante per obitum Joannis *Baptiſtæ Huſſoni*
Subſecretarii S. Inquiſitionis Beneficiatu in Baſilica
S. Petri, orta eſt quæſtio, an illius collatio ſpecta-
ret ad Cardinalem Barberinum, tanquam reſerva-
tarium Juris conferendi Beneficia reſervata dictæ
Baſilicæ, vel potius ad Datariam? Quæſtio autem
ex eo pendere videbatur, an talis Secretarius po-
87 terat dici Familiaris Papæ ex *Mente*, & *Dente*;
nam ſi talis erat, utique ejus Beneficia ſub dicta
exceptione comprehendebantur; ſecus ſi ſolum erat
Familiaris ex privilegio, & Familiaritate annexa
Officio, quia talis Familiaritas comprehendebatur
ſub Indulto, ad evitandam contrarietatem, quæ
alias reſultaſſet, ut fuit ſupra late oſtenſum *ex de-*
ciſ. 14. & 174. part. 12. Recent.

Et quidem conſiderabatur, veram, & propriam
88 Familiaritatem *Mentis*, & *Dentis* concurrere in
89 tali Subſecretario; aderat enim *Mens* ex juramen-
to præſtari ſolito de fideliter inſerviendo in Officio
Secretarii, ſeu Scriptoris litterarum, & de ſecre-
to ſervando. *Dens* autem reſultabat ex aſſignatio-
ne menſtrui ſtipendii ex propriis redditibus appli-
catis S. Inquiſitioni per Summos Pontifices. Ex hac
autem ſolutione emergebat qualitas *Dentis*, quæ
verificatur eo ipſo, quod aliquis vivit expenſis
Domini, cui inſervit, ſive recipiendo in ejus do-
mo victum, ſive quod habeat in pecunia quantum
ad victum opus eſt, *Cardin. de Luca de Benefic.*
diſc. 6. num. 7. Rota deciſ. 619. n. 6. lib. 3. part. 3.
diverſ. deciſ. 54. libr. 1. per tot. & deciſ. 40. lib.
2. part. 3. diverſ. cum concordantibus *in §. ſe-*
quenti.

Nec obſtare poterat, quod *Huſſonus* fuerit de-
putatus Secretarius a Cardinali *Barberino*; quia
quis dicitur Officialis Papæ, ſive deputetur ab ip- 90
ſo Papa, ſive ab alio, ut ſupra dictum eſt; eoque
magis quia vigore *Conſtitutionis 34. Pauli III. §. 4.*
S. R. E. Cardinales Generales Inquiſitores habent
facultatem deputandi, & conſtituendi quoslibet
Officiales neceſſarios, & opportunos.

Præcipue quia ipſe Cardinalis in ordinibus dire-
ctis Banco S. Spiritus pro ſalariis Officialium, in-
ter alios Officiales enumeravit quoque ipſum Se- 91
cretarium una cum Aſſeſſore, Commiſſario Fiſca-
li, Notario, & Archiviſta; unde vere, & pro-
prie dicebatur inſerviſſe Papæ, & Congregatio-
ni, a quibus, reſpectu ejuſdem Officii, recipie-
bat Salarium, *Cardinalis de Luca de Benefic. diſc.*
142.

Accedebat, quod eidem Secretario fuerat datum
Mandatum *de expediendo gratis*, & tale Manda- 92
tum legebatur conceſſum cum enunciativa, quod
eſſet S. Congregationis Secretarius; unde ex hoc
recognitus videbatur uti Officialis Sedis Apoſtoli-
cæ, & verus Familiaris, quia ſimilia Mandata non
dantur niſi Officialibus, & ſic veris Familiaribus,
Amayden. de ſtylo Datar. lib. 1. cap. 18. num. 12.
Rota deciſ. 168. coram Achil. de Graſſ. & diximus
ſupra *n.* 82.

Verum hæc omnia, etſi evincerent dictum Se-
cretarium fuiſſe Officialem, & familiarem, pro-
pter famulatum præſtitum Tribunali Sacræ Inqui-
ſitionis: tamen ad effectum præſentis inſpectionis
non concludenter probabant veram, & propriam
familiaritatem *ex dente*; quæ tunc adeſſe dicitur, 93
quando quis propter certum ſervitium Perſonam
Papæ concernens, & cui ipſe reperitur addictus,
ſalarium recipit; talis autem familiaritas conſiſtens
in ſervitio perſonali ipſius Pontificis, non poteſt
verificari in dicto Secretario ratione ſupradicti
Officii, cum illud non præſeferat ſervitium perſo-
nale Pontificis, & per conſequens non excludē-
bat Indultum, ad quod excludendum debet con- 94
currere familiaritas domeſtica concernens ſervitium
Perſonæ Papæ, & non ſufficit familiaritas publi-
ca, quæ conſideratur in omnibus Officialibus, &
Miniſtris a Sede Apoſtolica ſtipendiatis, vel reco-
gnitis cum portione panis, & vini; alias daretur
manifeſta contradictio in Indulto; In eo enim con-
ceditur Cardinali facultas conferendi Beneficia va-
cantia per obitum *familiarium Prædeceſſorum, &*
Succeſſorum Pontificum, Sedis Apoſtolicæ, Nota-
riorum, Subdiaconorum, Collectorum, & quorum-
cumque aliorum Sedis Apoſtolicæ Officialium, qui
ſine dubio ex Conſtitutione *Pauli III.* ſunt fami-
liares familiaritate publica, & officiativa; igitur
ſubſequens exceptio in eodem Indulto de Beneficiis
familiarium ipſius Pontificis, intelligenda eſt de fa-
miliaritate Papæ privata, & domeſtica in concer-
nentibus ejus Perſonæ ſervitium, quæ verificari non

poterat

poterat in ſupradicto Secretario. Et ita cenſuit
95 *Card. de Luca in dict. diſc.* 142. *num.* 4. & 5. *de Beneſic.* qui fuit unus ex Prælatis deputatis in illa Congregatione particulari anni 1677. & ait, in hoc omnes fuiſſe concordes, quod nempe talis Secretarius non erat vere, & proprie familiaris ex familiaritate, quæ excipitur in Indulto; & proinde relicto hoc motivo, fuit diſcuſſum aliud vacationis apud Sedem, de quo diximus in Commentariis *in Regulam Primam* §. 1. *num.* 153. & *pluribus ſeqq.*

Ex his non obſtat, quod requiſitum *dentis* con-
96 trahatur eo ipſo, quod quis recipit ſtipendium, quia id non ſufficit, cum requiratur certum, & determinatum ſervitium concernens ipſam Domini Perſonam, ejuſque privatum ſervitium, *Cardin. de Luc. de Beneſic. diſcurſ.* 6. *num.* 8. Et exem-
97 plum habemus in Vicario Epiſcopi Cardinalis, qui non dicitur ejuſdem familiaris, cum non inſerviat perſonæ, quamvis ſit Officialis, & tamquam talis dicatur recipere ſalarium, *Gratian. diſcept.* 257. *n.* 40. *Garc. de Beneſic. part.* 5. *cap.* 1. §. 2. *num.* 318. & *dicemus in* §. *ſeq.*

Quod vero *Huſſonus* fuerit Officialis verus, & deſcriptus inter alios Tribunalis Miniſtros, & Officiales, nihil concludit, quia familiaritas exin-
98 de reſultans dicitur privilegiativa, quæ comprehenditur ſub eodem Indulto in parte conceſſiva, nec excluditur in parte exceptiva, quia hæc loquitur de veris familiaribus ex *mente*, & *dente*, ut *in dictis Deciſ.* 14. & 174. *part.* 12. *Recent.*

Prout etiam non obſtat, quod habuerit mandatum *de expediendo gratis*, quia ex hoc non reſultat
99 vera familiaritas, cum detur etiam aliis ex privilegio, *Amayden. de Stylo Datariæ lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 12. & *ſeqq.*

Quæro ulterius, an appellatione familiarium
100 Pontificis veniant Conclaviſtæ, itaut eorum Beneficia ſint ex hac Regula reſervata; & quatenus affirmative, an reſervatio intret etiam reſpectu Beneficiorum, quæ Conclaviſta obtinuit poſt mortem Pontificis creati in Conclavi, in quo ille interfuit? Et quoad primum, abſolute dicendum eſt, Beneficia Conclaviſtarum cadere etiam ſub reſervatione hujus Regulæ. Licet enim nulla adſit Regula ſpecifice reſervans hujuſmodi Beneficia; nihilominus in privilegiis eiſdem Conclaviſtis concedi ſolitis per ſpeciales Conſtitutiones Summorum Pontificum, in quorum Conclavibus interfuerunt, declarantur familiares, & Commenſales Papæ; proindeque ratione hujus familiaritatis reſervata dicuntur eorum Beneficia ex hac Regula IV. Cancellariæ, *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 11. *num.* 16. & *n.* 35. *verſic. Nec non*, *Garcias de Beneſic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 311. & *ſeqq.* ubi advertit, quod ſi
101 aliquis Pontifex conſimilem Conſtitutionem non ederet, nulla adeſſet reſervatio ratione Conclaviſtatus, *Cardinalis de Luc. de Beneſic. diſcurſ.* 141. *num.* 5. *Rota deciſ.* 1251. *num.* 2. *verſic. Verum*, & *num.* 14. *in fine coram Seraphina*, ubi de Conclaviſtis Sixti V.

Quoad ſecundum, ſtando in terminis hujus Regulæ, videtur dicendum non comprehendi ſub
102 illius reſervatione Beneficia obtenta per Conclaviſtam poſt mortem Pontificis creati in illo Conclavi, in quo interfuit. Etenim dicta Regula ſolum reſervat Beneficia obtenta, vel obtinenda, familiaritate durante; ea autem diſſoluta per obitum
103 Pontificis, Beneficia, quæ poſt dictam diſſolutionem obtinentur, ſunt liberæ collationis, nec amplius durat reſervatio, cum jam ſit extincta familiaritas, *Spad. conſ.* 39. *numer.* 2. *lib.* 3. *Mandoſ. ad Regulam* 4. *quæſt.* 5. *num.* 3. *Lotter de re Beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 152. & 167. *Card. de Luc. de Beneſic. diſc.* 141. *num.* 5. & in terminis Conclaviſtæ fuit firmatum per *Rot. in Hiſpalen. Præſtimonii prima Junii* 1661. *cor. Veroſp.* & *deciſ.* 35. *n.* 5. *cor. Emerix ſen.* cum aliis in *deciſ.* 476. *part.* 18. *Recent.*

Et in his terminis videtur ſuſtineri poſſe, quod in Indultis Cardinalium, ubi excipiuntur Beneficia Conclaviſtarum, non intelligantur excepta niſi 104
Beneficia obtenta durante familiaritate prædicta; Quia Indultum loquitur de Conclaviſtis in ordine ad reſervationem; concedit enim facultatem conferendi Beneficia ex quavis Cauſa diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias generaliter reſervata, ſive ex generaliter reſervatione Apoſtolica, etiamſi illa ſit multiplex, non tamen ratione vacationis apud Sedem, nec ex perſona cujuslibet Conclaviſtarum. Unde exceptio debet intelligi de reſervatis; itaut intantum Beneficia Conclaviſtarum ſint excepta, inquantum ſunt reſervata; ſed ceſſante reſervatione, ceſſare debet exceptio.

Difficultas tamen conſiſtit in *Conſtitut. LIX.*
Urbani VIII. an ſcilicet ejus ratione ſint reſervata 105
Beneficia Conclaviſtarum, etiam obtenta poſt diſſolutam familiaritatem, itaut cadant ſub exceptione Indultorum. Et præfatam Conſtitutionem non obſtare, ſuadet ponderatio, quod illa tantum declarat Indulta Cardinalium non ſuffragari Capitulis Eccleſiarum Cathedralium; & recenſendo eadem Indulta, excipit ab iis Beneficia in libris Cameræ deſcripta, aliaque familiarium, & Conclaviſtarum, & vacantia apud Sedem, reſervata, vel affecta. Igitur non inducit novam reſervationem ſpecialem, ſed loquitur præſuppoſitive, ut patet ex iis verbis in §. *Prima* = *Reſervatis*, & *affectis* = & cum hoc præſuppoſito ſubdit alia verba reſervativa ſibi, & Succeſſoribus ſuis; unde patet, hanc non eſſe Conſtitutionem editam ſuper ſpeciali reſervatione ratione Conclaviſtatus, ſed Conclaviſtas ibi incidenter enunciari, ut advertit *Cardinalis de Luca diſc.* 141. *num.* 6. & *ſeqq. de Beneſic. in ſupplement.* Licet caſus ibidem diſputatus non fuerit ſuper hoc puncto reſolutus. Et ideo Rota in dicta *Hiſpalen. Præſtimonii*, ubi agebatur de Beneficio obtento per Conclaviſtam Gregorii XV. poſt obitum ejuſdem Summi Pontificis, & cujus vacatio evenerat de anno 1648. cenſuit, nullam intrare reſervationem, vel affectionem; & lata ad hanc formam Sententia, dictum poſtmodum fuit coram *Emerix Sen.* conſtare de Re judicata, non autem *de Cauſis reſtitutionis in integrum*, ut ex ejus *deciſ.* 35. Unde patet, non adeſſe ſpecialem reſervationem ratione Conclaviſtatus.

Hæc quamvis in facti contingentia deducerentur ad favorem Cardinalis *Franciſci Barberini* prætendentis conferre Beneficiatum vacantem per obitum Antonii Ghirlandarii, qui fuerat Conclaviſta *Gregorii XV.* & Beneficiatum in Baſilica S.
Petri ab Innocentio X. obtinuerat; Tamen in par- 106
ticulari Congregatione habita in Dataria *die* 11. *Auguſti* 1670. reſolutum fuit, *Sanctiſſimum poſſe conferre, ſi Sanctitati Suæ placuerit*, prout de menſe Februarii 1671. Beneficiatus collatus fuit per Datariam *Michaeli Angelo Zaccaria*, prævia approbatione Voti dictæ Congregationis. Et poſtea idem fuit reſolutum per *Rotam in Romana Canonicatuum coram Albergato*, *deciſ.* 303. & 383. *part.* 17. & *deciſ.* 476. *part.* 18. *Recent.* quæ deciſiones ſunt repetitæ penes *Novar. in Summ. Bullar.* *deciſ.* 28. 29. & 32. Et in quibus *Rota* ſemper cenſuit, eſſe reſervata Beneficia a Conclaviſtis obtenta;

etiam diſſoluta familiaritate; & proinde excipi ab
Indulto.

Et jure quidem, meritoque; Dum enim ſan.
mem. Urbanus VIII. Beneficia Conclaviſtarum ſi-
107 bi reſervavit, æquipatando hanc reſervationem re-
ſervationi apud Sedem, ut in *dicta Conſtitut. LIX.*
quæ ſucceſſive per omnea alios Pontifices fuit con-
firmata in Regula IV. Cancellariæ, jam ſatis li-
quido conſtat de eorum voluntate, ut Conclaviſta-
tus conſtituat diverſam ſpeciem reſervationis a fa-
miliaritate Pontificis, a qua non amplius regule-
tur, nec per illius mortem expiret; quæ ſane di-
verſitas ex triplici fonte emanare videtur. Primo
quia *Conſtitutio Urbana* expreſſe reſervat Beneficia
ſuorum familiarium, vel *Conclaviſtarum*; iſtorum
autem expreſſio ſuperflua eſſet, ſi Conclaviſtæ ve-
nirent ſub nomine familiarium, eamdemque indu-
108 cerent reſervationem; attenta maxime dictione di-
ſtinctiva *vel*, quæ de ſui natura ponitur inter di-
verſa, *Bartol. in leg. Supra §. Officium in fine, ff.
de Aqua pluv. arcen. Zabarell. in Clem. 2. quæſt.
2. num. 8. de ætat. & qualitat. Gonzal. ad Regul.
8. gloſſ. 48. num. 17. & gloſſ. 52. num. 3. Monet. de
Commut. ultim. voluntat. cap. 7. num. 305. Barboſ.
109 Dict.* 415. *num.* 1. Secundo, quia in Indultis poſt
dictam Conſtitutionem concedi ſoliris Cardinali-
bus Nepotibus, excipiuntur cum dictionibus dis-
junctivis Beneficia Conclaviſtarum, & familiarium
Pontificis = ibi = *Non tamen ratione vacationis
apud Sedem, nec ex perſonis cujuslibet Conclaviſtæ,
110 nec etiam ratione familiaritatis &c.* = quæ dictio
nec, juncta dictioni *etiam*, eſt pariter disjunctiva,
& ampliativa caſus diverſi ab antecedente. Tertio,
quia ex ſtylo Datariæ providentur Beneficia Con-
claviſtarum obtenta etiam poſt mortem Pontificis,
cujus electioni interfuerunt; Et Cancellaria dat
111 reſervationem non ex capite familiaritatis, ſed
ſpecialem ratione Conclaviſtatus, his verbis -- *Du-
dum ſiquidem felic. recordat. Urbanus Papa VIII.
Prædeceſſor noſter, omnia Beneficia Eccleſiaſtica
quarumcumque Conclaviſtarum tunc vacantia, &
in antea vacatura collationi, & diſpoſitioni ſuæ
reſervavit, decernens ex tunc irritum, & inane
ſi ſecus &c. Cum itaque perpetuum &c. per obi-
tum Hieronymi, qui alias Conclavi &c. vacave-
rit, & vacet ad præſens; nullusque de illo præ-
ter Romanum Pontificem hac vice diſponere potue-
rit, ſive poſſit reſervatione, & Decreto obſiſten.
ſupradictis &c.* -- Quæ formula deducta fuit in
praxim tempore, quo erat Subdatarius *Armin-
dus Riccius*, ſub Pontificatu Alexandri VII. tunc
enim fuit formata hæc reſervatio apponenda in
Litteris Apoſtolicis; eamque minutavit *Antoni-
nus de Flore* celebris Expeditor, ut ipſe vivens
mihi retulit.

Dictaque reſervatio ex Conclaviſtatu reſultans,
eſt perpetua, & tanquam perſonalis eſt infixa oſ-
112 ſibus ipſius Conclaviſtæ; Tum quia Urbanus VIII.
in dicta Conſtitutione reſervavit Beneficia Con-
claviſtarum non ſolum ſibi, ſed etiam Succeſſori-
bus; tum quia Conclaviſtæ vere ſervitium præſtant
non Pontifici, qui tunc non adeſt, cum Sedes
vacet, ſed Sedi Apoſtolicæ; unde potius contra-
hunt familiaritatem cum ipſa Sede Apoſtolica, quæ
ſemper durat, quam cum electo Pontifice, cum
quo familiaritatem non contraxerant. Tum demum
113 quia ſicut eorum Privilegia ſunt perpetua, & du-
rant eorum vita durante: nam ſunt ad inſtar Pri-
vilegiorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium,
quæ ſunt perpetua; ita pariter durare debet reſer-
vatio Beneficiorum, tanquam correſpectiva, &
eorumdem Privilegiorum contemplatione inducta,
ut latius firmatur in dictis *Deciſionibus* 303. &
382. *part.* 17. & *deciſ.* 476. *part.* 18. *Recent.*

Maxime quia Conclaviſtæ deputantur etiam
Protonotarii Sedis Apoſtolicæ; itaut Conclavi- 114
ſtatus triplicem contineat reſervationem, alteram
ſimpliciter, & abſolute, ex ratione ſolius Concla-
viſtatus, Perſonæ Conclaviſtæ ſemel impreſſæ, ut
ex *Conſtitutione LIX. Urbani VIII.* Alteram ra-
tione familiaritatis Papæ, Conclaviſtatui cohæren-
tis, de qua *Rot. deciſ.* 1251. *numer.* 14. & *ſeqq.
cor. Seraphino, & in Hiſpalen. Præſtimonii prima
Julii* 1661. *cor. Veraſpio.* Tertiam denique ratio-
ne qualitatis Protonotariatus, eidem Conclaviſta-
tui adjectæ: Non enim ambigitur, Beneficia Pro-
tonotariorum eſſe reſervata, *Rota dicta dec.* 1251.
num. 18 *cor. Seraphino.* Et late diximus *in Com-
mentar. ad Regul. I. §.* 4.

Verum in hoc puncto animadvertendum eſt,
quod non omnes Conclaviſtæ ſunt Protonotarii, 115
ſed tantum illi, quos tres Cardinales, qui Capi-
ta Ordinum nuncupantur, judicabunt hoc honore
dignos; & ideo non ſufficit, quod quis fuerit
Conclaviſta ad hoc ut cenſeatur Protonotarius
creatus; ſed neceſſe eſt probare, quod fuerit dig-
nus reputatus ab illis tribus Cardinalibus, *Spad.
conſ.* 31. *num.* 4. & *ſeqq.*

Atque ex his videtur etiam diſſoluta quæſtio,
de qua *Spada in conſ.* 36. *lib.* 3. ubi quærit: ſi 116
Conclaviſta ſe conferat ad inſerviendum Cardina-
li, & hac familiaritate durante Beneficia obtineat,
an cenſeantur illa reſervata vigore hujus Regulæ?
in qua quæſtione licet negative ipſe reſpondeat ex
motivo, quod Pontificis familiaritas ſit diſſoluta;
tamen ex ſupradictis contrarium videtur dicen-
dum, cum reſervatio ex capite Conclaviſtatus, 117
juxta Conſtitutionem Urbani VIII. ſit perſona-
lis infixa oſſibus Conclaviſtæ, & duret ejus vita
durante.

Conclaviſtatus autem tanquam reſervationis fun-
damentum, debet concludenter probari; & re- 118
gulariter ejus probatio deducitur ex Bulla Ponti-
ficum favore Conclaviſtarum edita, adeout ſi in 119
ea inter cætera nomina expreſſa non recenſeatur
ille, de cujus Beneficio agitur, dicatur probata ne-
gativa, quod ſcilicet Conclaviſta non fuerit, *Rota
in Romana Præſtimonii* 11. *Maii* 1661. *§. Non
jus, cor. Veroſpio.*

Dapiferi quoque vigore Motus proprii expe-
diri ſoliti a Pontifice, in cujus Conclavi inſervie- 120
runt, fiunt illius familiares indubitati, & non fi-
cti: & conſequenter ex hoc capite eorum Bene-
ficia ſunt reſervata. Et licet hæc familiaritas vi-
deatur ficta; nihilominus cum in eodem privile-
gio Dapiferi efficiantur veri, certi, & indubitati
familiares, ſequitur, ut quantum ad effectum re-
ſervationis habendi ſint pro veris familiaribus, cum
Papa poſſit facere quoad effectum juris, ut non
verus, pro vero, & proprio familiari habeatur, 121
ut firmavit *Mareſcott. var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 94.
num. 13. *in fin. Kocbier. ad Regul. de Beneſic. per
obit. familiar. ſub num.* 41. *Mandoſ. ad eamdem
Regulam quæſt.* 14. *num.* 10. *Caſtropal. Oper. mo-
ral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 19. *num.* 7.
circa finem, Lotter. de re Beneficiar. lib. 2. *quæ-
ſtion.* 28. *num.* 60. & *quæſt.* 32. *num.* 139. *Rota
deciſ.* 104. *lib.* 1. & *deciſ.* 131. *lib.* 2. *part.* 3.
diverſ. cor. Coccin. deciſ. 159. *num.* 14. & *ſeqq.* &
cor. Seraphin. deciſ. 851. *num.* 15. Quinimo etiam 122
ſi Dapiferi conſiderandi ſint uti familiares ficti:
adhuc eorum Beneficia ſunt reſervata, quia etiam
familiaritas ficta reſervationem inducit, *Lotter. de
re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 29. *n.* 16. *Franceſ. Va-*

riar.

Digitized by Google

rlar. reſolut. lib. 3. *cap.* 3. *n.* 20. *Rota cor. Buratt. deciſ.* 706. *n.* 7. & late *coram Coccino deciſ.* 1059. *dict. num.* 7. & pluries diximus ſupra.

Illa tamen in hoc puncto obſervanda eſt diſtin-
ctio, quod aut agitur de Beneficiis obtentis a Da-
123 pifero ante, ſeu durante familiaritate Pontificia,
in cujus Conclavi tanquam Dapiſer inſervijt, &
reſervatio ſemper durat, etiam poſt obitum illius
Pontificis; nam licet diſſoluta familiaritate extin-
124 guatur reſervatio, remanet tamen illius effectus,
nempe affectio; nam Beneficia ſemel reſervata ſem-
per remanent affecta, *Mareſcott. lib.* 2. *Varior. re-
ſolut. cap.* 94. *ſub. num.* 17. *Lotter. de re Benefi-
ciar. lib.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 122. *cum ſeqq. Spad.
conſ.* 29. *num.* 9. *lib.* 3. *Caccin. annot.* 50. *num.* 27.
*Rota cor. Caſſador. deciſ. ultim. de Præbend. cor.
Duran. deciſ.* 154. *num.* 19. *cor. Seraphin. deciſ.*
1151. *num.* 20. Et fuit pluries reſolutum in di-
verſis Congregationibus particularibus. Aut agi-
125 tur de Beneficiis Dapiferi obtentis poſt mortem
Pontificis, qui ſuam familiaritatem communicavit,
& tunc talia Beneficia non ſunt reſervata, quia
jam antecedenter fuit diſſoluta familiaritas Ponti-
ficia, quæ erat cauſa productiva reſervationis, ut
diſtinguit *Spad. conſ.* 36. *num.* 1 *& per tot. lib.*
3. & prius *conſ.* 31. *num.* 18. *ead. lib.* 3. *Card. de
Luc. de Benefic. diſ.* 141. *num.* 5.

Et in hoc differt Dapiferatus a Conclaviſta-
tu; Beneficia enim Conclaviſtarum ſemper, &
126 quandocumque ſunt reſervata, ſive obtenta fue-
rint ante, ſive poſt mortem Pontificis, etiam præ-
ſcindendo a familiaritate Pontificia, *ob Conſtitutio-
nem Urbani VIII. la* 59. quæ novam, perpetuam,
& diſtinctam reſervationem in Conclaviſtis indu-
xit, ut late ſupra oſtendimus. At Dapiferorum
127 Beneficia ita generaliter, & indiſtincte reſervata
non ſunt, ſed reſervatio eſt reſtricta ad familiarita-
tem Pontificiam, & quoad Beneficia obtenta an-
te, vel durante familiaritate, non autem quoad ob-
tenta poſt mortem Pontificis, de quo tempore diſ-
ſoluta eſt familiaritas.

Hinc oritur quæſtio, an ex eo, quod in Indul-
128 tis Cardinalium excipitur vacatio Beneficiorum per
obitum Conclaviſtarum, cenſetur etiam excepta
vacatio per obitum Dapiferorum? Dubitandi ra-
tio emergit ex *Conſtitutione 6. Urbani VIII.* ſuper
Dapiferis, qui in §. 2. ejuſdem Conſtitutionis,
129 ubi abſolvuntur a cenſuris, vocantur etiam *Con-
claviſtæ*; Et quia Dapiferi eiſdem fere privilegiis
gaudent, quibus fruuntur *Conclaviſtæ*.

Sed negative reſpondendum eſt; Ipſamet enim
130 exceptio Conclaviſtarum facta in Indultis, ope-
ratur, quod Papa intellexerit de ſolis Conclavi-
ſtis, non autem de aliis familiaribus ex privile-
gio, vel habentibus privilegium ſimile illi Con-
claviſtarum, ut dixit *Rota deciſ.* 14. *numer.* 15.
& ſeqq. & deciſ. 176. *numer.* 47. *& ſeqq. part.* 12.
Recent.

Quod autem Dapiferi non ſint Conclaviſtæ,
licet ſint privilegiati ex Indultis ſpecialibus, fere
eodem modo ac ſunt Conclaviſtæ, evincitur *ex*
131 *Conſtitutione* 16. *Clementis VIII. & Conſtitut.* 3.
Pauli V. in quibus Pontifices proteſtantur, quod
Conclaviſtæ ſunt illi, qui interfuerunt in Concla-
vi, inſerviendo S. R. E. Cardinalibus intra Con-
clave; unde cum Dapiferi inſerviant quidem Car-
132 dinalibus in Conclavi exiſtentibus, ſed non inter-
ſint intra Conclave, non ſunt proinde Concla-
viſtæ, nec appellatione Conclaviſtarum veniunt.

Idque etiam probatur, ex quo qualitas Con-
claviſtæ ante *Conſtitutionem* 59. *Urbani VIII.* non
133 conſtituebat diſtinctam reſervationem ab illa, quæ
reſultabat ex familiaritate Pontificis, qua diſſoluta
cum morte ipſius Pontificis, evaneſcebat reſerva-
tio; unde cum idem *Urbanus* voluerit, qualita-
tem Conclaviſtatus conſtituere diverſam ſpeciem
reſervationis omnino diſtinctam ab aliis: & Con-
ſtitutio loquatur de Conclaviſtis, qui interfuerunt
in Conclavi: ſequitur, quod dum reſpectu Dapi- 134
ferorum nullam induxit ſpecialem, & diſtinctam
reſervationem, illorum Beneficia remanent qui-
dem affecta ex capite familiaritatis Pontificis, non
autem Conclaviſtatus.

Accedit, quod licet Conclaviſtis plura eſſent
conceſſa privilegia; nihilominus Summi Pontifi-
ces ſpecialia fecerunt Indulta pro Dapiferis. Imo
Gregorius XV. in eodem Indulto privilegiis do- 135
navit Conclaviſtas, & Dapiferos, ut notat *Rota
deciſ.* 76. *ſub numer.* 2. *§. Non obſtat, & numer.*
7. *& ſeqq. part.* 15. *Recent.* Et tamen ſi appel-
latione Conclaviſtarum comprehenderentur Dapi-
feri, non conceſſiſſet laudatus Pontifex aliud In-
dultum ſpeciale pro ipſis, ſed ſufficiebat illud
conceſſum Conclaviſtis. Et quod plus eſt, Pon-
tifices in eodem Indulto non ſpecificaſſent tan-
quam diſtinctas perſonas Conclaviſtas, & Dapi-
feros.

His additur, quod ſtylus Datariæ, & Cancel-
lariæ providendi Beneficia ex hac reſervatione 136
Conclaviſtatus, etiamſi Conclaviſta moriatur poſt
obitum Pontificis, eſt reſtrictus ad illos, qui in-
terfuerunt in Conclavi, ut teſtatur *Rota deciſ.* 28.
ſub num. 12. *& deciſ.* 29. *ſub num.* 5. poſt *Novar.
in Summ. Bullar.*

Convincitur idipſum ex quo juxta *Conſtitutio-
nem 6. S. Pii V. §.* 17. nemo aſſumi poteſt in 137
Conclaviſtam Cardinalis, niſi ſit verus familiaris,
& continuus illius Commenſalis per annum, ut
notat etiam *Cardinalis de Luc. de Benefic. diſc.*
11. *numer.* 3. Et tamen quotidie videmus, quod
Cardinales aſſumunt in Dapiferos perſonas, quæ 138
nec unquam iiſdem inſervierunt, & ſæpe ſæpius
etiam exteros, quorum faciem numquam vide-
runt; unde clare reſultat inter Dapiferos, & Con-
claviſtas differentia.

Et demum ſi ratione ſimilitudinis Privilegio-
rum reſervatio iſta ſpecialis facta in *Conſtitutione*
59. *Urbani VIII.* ratione Conclaviſtatus, compre-
henderet Dapiferos, complecti etiam deberet Mi- 139
lites Lauretanos, Pios, S. Petri, & ſimiles, qui
eiſdem fere privilegiis ſunt quoque condecorati,
ut notat *Tondut. de Penſ. cap.* 17. *num.* 30. *&
ſeqq.* At contra nemo dubitat, quod dicta reſer-
vatio præfatos Milites non comprehendat.

Hinc nil officit, quod in Conſtitutione Urba-
ni VIII. ſuper Dapiferis, iſti vocentur etiam Con-
claviſtæ. Animadvertendum eſt enim, quod in
ſupplicatione originali ejuſdem *Conſtitutionis regi-
ſtrata libro primo Secretorum*, deficit verbum il-
lud -- *Conclaviſtas* -- ſed Conſtitutionis extenſor in
extenſione clauſularum abſolutionis, erronee dixit, 140
ac eaſdem Conclaviſtas abſolvens &c. quando di-
cere debebat *eoſdem Dapiferos*; cum tam ante,
quam poſt, ſemper Conſtitutio loquatur de Dapi-
feris, prout etiam ſemper de Dapiferia ſermo ha-
betur in Conſtitutionibus Clementis IX. Clemen-
tis X. & Innocentii XII.

Cæterum improprie, & largo quodam dicen-
di modo poſſunt Dapiferi nuncupari Conclaviſtæ, 141
quatenus ſcilicet Conclavi inſervierunt. At vere,
& proprie non ſunt tales, dum non inſervierunt
intus Conclave. Jure proinde, meritoque in Con-
ſtitutionibus, quæ loquuntur de Conclaviſtis, ſem-
per dicitur -- *Qui in Conclavi inſervientes inter-*

fuerunt -- In privilegiis vero Dapiferorum --
Qui conclavi inſervierunt.

Et ita deciſum fuit in *Congregatione particulari*
6. Aprilis 1699. Cum enim in *Baſilica Sancti*
142 *Laurentii in Damaſo* vacaſſet Canonicatus per
obitum *Abatis Tempeſtini*, qui fuerat Dapifer
ſa. mem. Alexandri VIII. & eidem uti talis inſer-
vierat tempore Conclavis, in quo ad Summum
Pontificatum aſſumtus extitit, quæſitum fuit, an
Canonicatus prædicti proviſio ſpectaret ad Data-
riam, vel ad Eminentiſſimum *Otthobonum* Titu-
larem, habentem Indultum conferendi quæcum-
que Beneficia reſervata, & affecta, exceptis ſo-
lum Beneficiis vacantibus apud Sedem, & per obi-
tum Conclaviſtarum, & familiarium Pontificis vi-
ventis; & ex quatuor Prælatis, qui una cum clar.
memor. *Cardinale Panciatico* Pro-Datario in dicta
Congregatione interfuerunt, nempe bo. mem. *Ja-*
comettus tunc Papæ Auditor, *Lancetta*, *Molines*, &
Eminentiſſ. Dominus Cardinalis *Corradinus* tunc
Sub-Datarius; *Jacomettus*, & Dominus Cardina-
lis *Corradinus* reſponderunt pro Dataria, alii duo,
quibus adhæſit Pro-Datarius, dixerunt, *collationem*
ſpectare ad *Eminentiſſimum Otthobonum*, qui de
dicto Canonicatu providit *Abatem Bianchi.*

Et fuit alias in una *Fulginaten. Parochialis* ca-
143 ſus iſte diſputatus tempore ſa. mem. Innocentii XI.
in Congregatione particulari, in qua tamquam
Prælatus interfuit etiam clar. memor. *Cardinalis*
de Luca, & deciſus favore Cardinalis *Sabelli* pro
conſenſu ab eo præſtando ad tramites Regulæ
XXXII. in proviſione Parochialis, quæ per obi-
tum ſui familiaris, qui etiam Dapifer fuerat,
vacaverat; ut videre eſt penes *Card. de Luca diſc.*
141. in Supplemento. Et Nos *in Comment. ad dict.*
Regulam XXXII. exhibebimus Decretum, quod
in dicta Cauſa tunc emanavit.

Rurſus quæritur, an Beneficia obtenta per fa-
144 miliares familiarium Pontificis, cadant ſub reſer-
vatione hujus Regulæ? Et affirmativam, uti ma-
gis communem, tenent *Menoch. de arbitr. caſ.* 201.
num. 120. *Koebier. ad hanc Regulam litt. L.* late
Lotter. lib. 2. quæſt. 32. *num.* 62. *& ſeqq.* ubi loqui-
tur de familiari Officialium, quos Paulus III. de-
claravit veros, & non fictos familiares, & dicit,
hanc Sententiam indiſtincte eſſe magis commu-
nem, & probabiliorem, & in terminis familiaris
145 Auditoris Rotæ, qui ex Conſtitutione *Pauli III.*
indubitanter eſt familiaris Papæ, dixit *Rota decif.*
429. *num.* 18. *& ſeqq. part.* 5. *Recent.* ubi maxime,
quia Papa narraverat, quod Bernardinus erat con-
tinuus Commenſalis Auditoris Rotæ, & ſuper ea
reſervatione diſpoſuit de Beneficio per eum obten-
to; unde cenſetur voluiſſe declarare hanc quæſtio-
nem Juris, ex indubitata facti ſuppoſitione, quod
eſſet familiaris Auditoris Rotæ, *Garc. de Benefic.*
part. 5. *cap.* 1. *n.* 325. *& ſeqq.*

Ego vero diſtinguendum crederem. Ut ſi ſub-
146 familiares deſignati ſint a Pontifice, & ejus expen-
ſis alantur, tunc ſub reſervatione eorum Beneficia
comprehendantur, quia vere, & proprie Pontifici
inſerviunt, & illius ſunt Commenſales, *Simonett.*
de Reſervat. quæſt. 35. *numer.* 11. & ibidem *Ad-*
den. litt. D.

Atſi abſque ulla aſſignatione Pontificis, Sub-
147 familiares præfati expenſis familiaris alantur, ſub
reſervatione non comprehenduntur, quia vere, &
proprie Pontifici non inſerviunt, ſed ejus famulis,
ut diſtinguit *Sot. Gloſſator antiquus ad dictam Re-*
gulam verſ. Item quid de Benef. Caſtropal. Oper.
Moral. tom. 2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 19. *num.*
8. *verſ. In hoc dubio*, *Barboſ. part.* 3. *allegat.* 57.
num. 107. *Ventrigl. in Prax. tom.* 2. *annot.* 2. *§.* 2.
num. 40. *Leuren. in Foro Beneficial. tom.* 2. *quæſt.*
546. *num.* 18. Et in terminis recipientis expenſas
a Papa, loquitur *Garc.* ubi ſupra; & generaliter,
quod familiaris familiaris mei non ſit meus famila- 148
ris, *Rota in Hiſpalen. Juris votandi* 29. *Martii*
1700. *§. final. cor. clar. mem. Card. Caprara*, inter
impreſſ. *decif.* 492. *num.* 11.

Sed ſi Pontifex ſuo familiari aſſignaret alimen-
ta pro ſe, & duobus Subfamiliaribus abſolute ſum- 149
tis, abſque expreſſa illorum nominatione, ipſeque
familiaris plures quam duos ſubfamiliares haberet,
nullius horum ſubfamiliarium Beneficia remane-
rent reſervata, ob incertitudinem deſignationis,
Sot. ad hanc Regulam verſ. Sed ego volo, & ibidem
Kochier. litter. L. verſ. Adverte tamen, *Garc. dict.*
part. 5. *cap.* 1. *num.* 330. *Ventrigl. in Prax. tom.* 2.
Annot. 2. *§.* 2. *num.* 40. *Caſtropal. dict. tract.* 13.
diſput. 2. *punct.* 19. *num.* 8. *in fine*; ubi ait, ex
hoc non leve deduci argumentum ad probandum,
nullam adeſſe reſervationem, quando non adeſt
deſignatio Pontificia.

Item intellige de veris, & non fictis familia-
ribus Papæ; nam familiares eorum, qui ſunt fami- 150
liares Pontificis ex privilegio tantum, & ex gra-
tia, non comprehenduntur ſub hac Regula, ut
poſt *Sotum* obſervat *Kochier ad dict. Regulam ſub*
litt. L. verſ. Aſque iſta.

Sed quid in Cubiculariis honoris? An (ſecluſa
diſpoſitione Regulæ VII.) eorum Beneficia ſub
hac Regula IV. comprehendantur? & Rota in una
Seguntina Archidiaconatus coram Lancellotto penes
Garc. part. 5. *cap.* 1. *num.* 331. *& ſeqq.* cenſuit, 151
non eſſe reſervata Beneficia Cubiculariorum hono-
ris, qui recipiunt de Palatio partem panis, cum
id nullibi cautum reperiatur, nec in Regula III.
hodie IV. nec in Conſtitutionibus *Pauli*, *& Julii*
III. neque in *Regul. VI.* hodie *VII.* Sequitur *Gon-*
zal. ad Reg. 8. *num.* 93. *& Rot. decif.* 849. *n.* 4. *&*
ſeqq. cor. Coccin. ubi redditur ratio, quod Regula 152
reſervat Beneficia familiarium continuorum Com-
menſalium. Cubicularii autem honoris non dicun-
tur Commenſales, cum ex ſolo pane, & vino non
vivat homo, ſed debeat vivere integris expenſis
Domini, ſecundum Curiæ conſuetudinem.

Poſtea tamen, re mature diſcuſſa, fuit contra-
rium deciſum coram eodem *Coccino*, ut in ejus
magiſtralibus deciſionibus 1059. *&* 1060. in qui-
bus firmatur, Cubicularios eſſe familiares, & con- 153
tinuos Commenſales vere, & non ficte; & quate-
nus eſſent ficti familiares, adhuc tamen compre-
henduntur ſub Regula; quæ intelligenda eſt ne-
dum in caſu vero, ſed etiam ficto, qui æquipara-
tur vero, dum Pontifex hos Cubicularios honoris
recipit in familiares, abſque alia differentia inter
ipſos, & alios Sanctitatis Suæ Cubicularios; &
ſubjungitur, quod *in Deciſione coram Lancellotto*
res non fuit per ſua principia diſcuſſa, *Duran. de-*
cif. 154. *numer.* 1. *&* 2.

Sed hodie res caret controverſia ob Conſtitu-
tionem Pauli V. editam 10. *Februarii* 1618. ubi 154
Cubicularii honoris declarantur vere, & non ficte
Cubicularii, ac familiares continui Commenſales,
& comprehenduntur tam ſub *Regula VII.* de Cu-
bicularis, quam ſub hac de familiaribus continuis
Commenſalibus, etiam a die editionis Regularum
Cancellariæ. Quam Conſtitutionem per extenſum
dabimus *in Comment. in Regul. VII.*

Notandum hic, quod familiaritas Papæ, licet
ex Officiis proveniens, tantæ eſt potentiæ, ut af- 155
ficiat eos etiam, qui eadem Officia obtinentes, ſunt
quoque

quoque familiates Cardinalium, ut advertit *Rot.*
deciſ. 104. *lib.* 5. *part.* 4. *divers.* & diximus ſupra
num. 116. Nam licet non videatur admittenda
fictio contra veritatem conſtantem; ea nihilomi-
156 nus aliquando prævalet reſpectu alicujus effectus a
jure reſultantis, ut concludit *Lotter. de re Benef.*
lib. 2. *quæſt.* 32. *num.* 24.

Inſuper dubitatur, an familiaris Papæ (& idem
dic de familiari Cardinalis) habens Beneficium in
Eccleſia, ubi adeſt conſuetudo optandi, poſſit il-
lud dimittere, & aliud optare; Et in hoc con-
veniunt Doctores, quod poſſit optare, quia æquum
157 non eſt, ob qualitatem ſpeciali honore dignam,
prout eſt illa proveniens ex familiaritate Papæ,
vel Cardinalis, privari aliquem jure conceſſo aliis
carentibus dicta qualitate, & pejoris effici condi-
tionis, *Paſſerin. in Cap. Cum in tua* 4. *num.* 100. *de*
Conſuetud. Gonzal. ad Regul. 8. *Gloſſ.* 34. *num.* 42.
Garc. de Benefic. part. 5. *cap.* 1. *num.* 335. *Bar-*
boſ. dict. alleg. 57. *num.* 114. *Caſtropal. dict. tract.*
13. *diſput.* 2. *punct.* 19. *num.* 13.

Difficultas tamen cadit in eo, an remaneat re-
ſervatum Beneficium optatum, vel potius dimiſ-
158 ſum? Et aliqui exiſtimarunt, non dimiſſum, ſed
optatum ſolummodo eſſe reſervatum, utpote loco
dimiſſi ſubrogatum, juxta celebre Conſ. *Zabarell.*
106. ubi quod hæc quæſtio parum habet dubii,
Gonzalez ad regul. 8. *Gloſſ.* 34. *n.* 40. *& ſeqq. Lot-*
ter. de re Beneficiar. lib. 2. *quæſt.* 25. *n.* 42. *&* 61.
Rota in una Salamantina penes *Garc. part.* 5. *cap.*
1. *num.* 336. *& deciſ.* 672. *n.* 15. *cor. Bichio.*

Alii tamen, & bene diſtinguunt, quod aut mu-
159 tatur titulus, & Beneficium optatum non ſubroga-
tur loco dimiſſi, & ſic non erit ratione ſubroga-
tionis reſervatum, ſed reſervatio infixa remanet
Beneficio dimiſſo; aut non mutatur titulus, ſed eo
retento optatur tantum Præbenda temporalis pin-
guior, & eo caſu hæc Præbenda pinguior ſucce-
dit loco Præbendæ dimiſſæ, & eſt reſervata, di-
miſſa vero remanet libera. Et juxta hanc diſtin-
ctionem procedit *Zabarell. dict. conſ.* 106. *Paſſe-*
rin. in dict. Cap. Cum in tua num. 111. *& ſeqq. Garc.*
de Benefic. part. 5. *cap.* 1. *num.* 340. *& ſeqq. Cle-*
ricat. diſ. ord. forenſ. 56. *num.* 21. *Caſtropal. dicto*
punct. 19. *ſub num.* 13. *Rot. deciſ.* 626. *num.* 11.
& 12. *cor. Rembold. & deciſ.* 286. *num.* 7. *cor. Mer-*
160 *lino.* In dubio autem non cenſetur mutatus titulus,
Rota deciſ. 391. *num.* 8. *part.* 19. *Rec.*

Pro Coronide tandem ſciendum eſt, quod re-
161 ſervatio ex capite familiaritatis Papæ, quemadmo-
dum illa, quæ oritur ex familiaritate Cardinalium,
eſt perpetua, nec extinguitur per diſſolutionem
ejuſdem familiaritatis ob Pontificis obitum, ex cla-
ra diſpoſitione *Extravag. Ad Romani de Præben-*
dis, & reprobando deciſionem 53. *Thomæ Faſtoli*,
tenent *Gomez de Impetr. per obitum famil. quæſt.*
18. *verſ. Et licet*, *Mandoſ. ad Regul.* 3. *quæſt.* 14.
Simonett. de Reſervat. quæſt. 37. *num.* 5. *Granutc.*
ad eumdem quæſt. 35. *num.* 40. *& ſeqq. Rot. deciſ.*
1251. *num.* 20. *cor. Seraphino*, *& in Romana Be-*
neficii 1. *Julii* 1697. §. *Secluſa autem*, *&* §. *Nec*
iidem, *cor. Pio*, cum aliis per *Rot. in Monaſte-*
rien. Præpoſituræ 26. *Junii* 1702. §. *Addebatur*,
coram Anſaldo. Si enim Beneficia familiarium
162 Cardinalium non ſunt a reſervatione immunia,
etiam ſoluta familiaritate, ut in *ſequenti* §. *num.*
79. *&* 97. potiori Jure a reſervatione exemta eſſe
non debent Beneficia familiarium, & Commen-
ſalium Pontificia, quamvis diſſoluta ſit Commen-
163 ſalitas; hæc quippe indubitanter potentior eſt,
quam illa Cardinalium, ut dixit *Rota in dicta Mo-*
naſterien. Præpoſituræ §. *Attamen.*

Sed quid dicendum in terminis Concordato-
rum Germaniæ? Dubitandi ratio ex eo emergit, 164
quod fa. mem. Nicolaus V. *in* §. 2. Concordato-
rum, excipiendo Beneficia vacantia apud Sedem,
reſpectu Officialium ejuſdem S. Sedis, hæc ſub-
jungit = *Quamdiu ipſa Officia actualiter tenebunt*;
poſteaque deſcendens ad numerationem eorumdem
Officialium, videlicet Vice-Cancellarii &c. tan-
dem ſubjungit = *Necnon verorum Commenſalium*
noſtrorum. Quapropter inferri poteſt, quod re-
ſervatio verorum Commenſalium tamdiu durat,
quamdiu durat ipſa Commenſalitas; non ſolum ex
paritate rationis utriuſque reſervationis, ſed ex ipſa
quoque ſtructura verborum, & unitate rationis,
per quam conditio illa *quamdiu*, temporis modifi-
cativa, totam qualificat orationem, atque diſpo-
ſitionem, *Pariſ. conſ.* 18. *numer.* 34. *Rum. conſ.*
99. *numer.* 7. *Adden. ad Gregor. deciſ.* 514. *nu-*
mer. 17.

Et ita nedum in terminis Concordatorum, ſed
etiam Indulti Primariarum Precum, quod Impe-
ratoribus concedi ſolet, ut poſſint præſentare unum
in qualibet Eccleſia Germanici Imperii ad primum
Beneficium vacaturum, etiamſi eſſet reſervatum,
dummodo non caderet ſub reſervatione *Extravag.*
Ad regimen, *de Præben.* in qua, ultra alia, ſunt
reſervata Beneficia vacantia per obitum familia-
rium Pontificis, deciſum fuit per Rotam coram
Mobedan. dec. 23. *de Præben.* alias *deciſ.* 223. *pag.*
mihi 263. Concordata, & Indultum præfatum
ſolum comprehendere Beneficia familiarium Papæ, 165
qui in familiaritate deceſſerunt, non eorum, qui
tempore obitus familiares eſſe deſierant, & ſequi-
tur *Antonius Auguſtin. ad Regul. Cancellar.* penes
Theodoſ. Rub. in Singular. Rotæ tom. 1. *pag. mi-*
hi 216.

His tamen non obſtantibus, in terminis quoque
Concordatorum Germaniæ deciſum fuit in ſupra-
dicta deciſione *Monaſterien. Præpoſituræ*, Bene- 166
ficia Commenſalium Papæ, adhuc poſt illius obi-
tum, remanere reſervata, & affecta, ex aperta
diſpoſitione *Extravag. Ad Romani.* Nec pro re-
levanti habita fuit ponderatio deducta ex repetitio-
ne dictionis *quamdiu*, etiam reſpectu Commenſa-
lium Pontificis. Tum quia admittenda non eſt re-
petitio de uno genere Perſonarum, nempe Offi-
cialium, ad alterum Commenſalium; Attenta præ-
ſertim maxima differentia, quæ viget inter veram
Commenſalitatem Papæ, & alteram fictitiam, ſive
extrinſecam reſultatem a qualitate Officialitatis;
adeout longe difficilius derogetur primæ, quam
ſecundæ ſpeciei, *Rota deciſ.* 14. *num.* 8. *& ſeqq. par.*
12 *Recent. Cardinal. de Luca de Benef. diſc.* 141.
num. 5. Tum quia pro repetitione ſupradictæ con-
ditionis *quamdiu*, oporteret propriam verborum
ſignificationem deflectere, & immutare, nam *Ni-*
colaus Pontifex, loquens ſuperius de memorata
conditione, adhibuit illa verba -- *quamdiu ipſa Offi-*
cia actualiter tenebunt --, ſucceſſive vero agens de
veris Commenſalibus, opus habuiſſet poſt illa ver-
ba -- *Necnon verorum Commenſalium noſtrorum*,
improprie penitus exprimere -- *quamdiu ipſam Com-*
menſalitatem actualiter tenebunt -- ut bene ponde-
rat *Rota in dicta Monaſterien.* §. *Eoque liben-*
tius.

Non obſtat *deciſ.* 23. *coram Mobedano*, ibi enim
Rota ſequuta fuit antiquam opinionem, juxta quam 167
pluries deciſum fuerat, *Extravag. Ad regimen* pro-
cedere in Beneficiis familiarium, qui in familiari-
tate deceſſerunt, non autem de illorum, qui tem-
pore obitus familiares eſſe deſierant, & ſub hoc
principio authumavit, ſub Concordatis, & Indulto

Primariarum Precum comprehendi Beneficia illorum, qui familiares Pontificis tempore obitus amplius non exiſtebant. Et præſata deciſio expreſſe reprobatur a *Granut. ad Simonett. quæſt.* 35. *num.* 4. & ab eadem *Rota deciſ.* 154. *num.* 18. *coram Durano*, repetita *in deciſ.* 196. *num.* 20. *part.* 5. *Recent.*

Quomodo autem familiaritas Papæ probetur,
168 & quid requiratur ad illam inducendam, fuſius infra dicetur *in §. ſequenti*, cum agemus de familiaribus Cardinalium, nam in utroque caſu *mens*, *& Dens* requiritur. Solum hic ſupereſt examinan-
169 dum, an ſufficiat ſola aſſertio Summi Pontificis, qui in providendo defunctum Beneficiatum, illum vocavit familiarem continuum Commenſalem. In qua quæſtione pars negativa eſt tenenda; nam quando agitur ad effectum reſervationis, non attenduntur verba, ſed inſpici debet factum, & an *mens*, & *dens* intervenerit; cum hujuſmodi narrativæ fieri ſoleant pro validitate gratiæ, & ad effectum obtinendi expeditionem gratis; ut quidquid in contrarium dixerit *Gomes ad Regul. de impetr. Benef. per obit. famil. quæſt.* 13. *§. Tamen*, ita diſtinguendo inter juſtificationem gratiæ, & reſervationem Beneficii, firmavit *Rota deciſ.* 832. *part.* 3. *diverſ.* quam ſequuotut eadem Rota *deciſ.* 202. *num. final. part.* 4. *tom.* 1. *Recent. Adden. ad Gregor. deciſ.* 239. *litt. B. Amayden. de Stylo Datar. lib.* 1. *cap.* 33. *numer.* 36. *& ſeqq. Card. de Luca de Beneſic. diſc.* 105. *per tot. in Supplemen.* ubi ulterius ſub *numer.* 4. advertit, quod familiaritas non eſt res, quæ inducatur, vel firmetur cum verbis, & fictionibus, ſed exigit veritatem facti in *mente*, *& Dente*; niſi aliter expreſſe diſponatur, ut quando agitur de familiaritate annexa Officiis, & Prælaturis.

Nec relevaret, ſi fortaſſe *motu proprio* emanaſ-
170 ſet proviſio, in qua Papa vocaverit defunctum Beneficiatum ſuum familiarem; nam *motus proprius* inducit ſolum præſumtionem, & operatur, ut
171 proviſus de Beneficio tamquam de reſervato per obitum familiaris, relevetur ab onere probandi negativam, & transfundat hoc onus in proviſum ab Ordinario; ſed non tollit ſubſtantiam veritatis, ubi iſta ſit in contrarium, *Cardinal. de Luc. de Beneficiis dict. diſc.* 105. *num.* 4.

Imo ampliatur in *dict. diſc.* 105. hæc aſſertio,
172 ut licet defunctus eſſet deſcriptus in Rotulo Familiarium Papæ, adhuc id aliud operari non poſſet, niſi quod fortior efficiatur dicta præſumtio, quæ oritur ex narrativa Papæ, ac propterea proviſus ab Ordinario, qui negat familiaritatem, teneatur magis præciſe dictam negativam probare, & coarctare, quod ſi præſtiterit, bene concludendo dictam negativam, veritas attendenda venit; quoniam ſola deſcriptio in Rotulo, apta quidem eſt inducere requiſitum *mentis*, ſed non *dentis. Rot. dec.* 35. *num. final. cor. Emerix Jun.*

Demum poſita familiaritate Papæ, hæc tam-
173 quam nobilior, offuſcat, & perimit familiaritatem Cardinalis; Sed quomodo id ſit intelligendum, dicemus *in §. ſequenti a numer.* 214. *& ſeqq.*

§. VI.

De Reſervatione Beneficiorum vacantium per obitum Familiarium S. R. E. Cardinalium.

ARGUMENTUM.

Beneficia vacantia per obitum Familiarium Cardinalium ſunt reſervata, etiamſi pertineant ad collationem alterius Cardinalis, qui habeat Indultum conferendi reſervata, & ſit ſimul Collator, vel Titularis. Referuntur variæ Summorum Pontificum diſpoſitiones ſuper collatione Beneficiorum eorumdem Familiarium. Quæ Beneficia cadant ſub Regula? & an ſit neceſſaria Familiaritas Quadrimeſtris? Late exponitur quibus continuetur, probetur, & diſſolvatur Familiaritas, aliaque proponuntur circa hanc Familiaritatis materiam notanda.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia vacantia per obitum Familiarium DD. Cardinalium ſunt Apoſtolicæ Sedi reſervata.*
2 *Hæc reſervatio eſt præparatoria ad Reg. XXXII. & eſt inducta etiam in gratiam Cardinalium.* & num. 84.
3 *Amplia, ut Beneficia præfata ſint reſervata, etiam ſi ad collationem alterius Cardinalis ſpectent.* & num. 160.
4 *Cardinales comprehenduntur ſub diſpoſitione univerſali, cujus ratio eſt ipſis adaptabilis.* & n. 25.
5 *Conſtitutio* 19. *Gregorii XIV. &* 58. *Pauli V. quid diſponant circa Beneficia Familiarium Cardinalium?* & num. 21. & 22.
6 *Regula XXXIII. Cancellariæ favet Cardinalibus Collatoribus, & quid decernat?*
7 *Emanavit ad tollendas diſſentiones inter Cardinalem Patronum, & Cardinalem Collatorem, nec tollit Reſervationem Regulæ IV.*
8 *Si Regula XXXII. locum non habeat, quia nempe mortuus ſit Cardinalis Patronus, nec minus habebit locum ſubſequens Regulam XXXIII. illius declaratoria.*
9 *Regulæ Cancellariæ ſuper Familiaritate, redactæ fuerunt ad terminos Conſtitutionum Gregorii XIV. & Pauli V.* & num. 23.
10 *Et cenſentur per novos Pontifices renovatæ cum conditionibus in dictis Conſtitutionibus inſertis.*
11 *Beneficia Familiarium Cardinalium ſunt reſervata, etiam ſi Cardinalis Collator Indultum habeat conferendi reſervata.*
12 *Niſi gaudeat ſpeciali Indulto conferendi etiam Beneficia Familiarium.*
13 *Et ſunt reſervata quamvis Cardinalis ſit ordinarius Collator, & Patronus.* & num. 30. & 32.
Amplia, etiam ſi favore Cardinalium hujuſmodi qualitatibus pollentium concurreret longæva, & immemorabilis obſervantia. num. 46. & ſeqq.

Et refertur Reſolutio Congregationis particularis ſuper hoc puncto. dict. num. 13.

14 *Impetrans Beneficium familiaris Cardinalis, tenetur exprimere nomen, & Titulum Cardinalis abſentis, & exquirere illius conſenſum, ſi præſens in Curia fuerit.*

15 *Cardinales Ordinaris Collatores ex Indulto Sixti IV. conferre poterant Beneficia familiarium.*

16 *Idem ex Indulto Clementis VII. qui ulterius conceſſit, ut iis Beneficiis in Curia vacantibus, Cardinales Collatores per ſe ipſos, ſi in ea præſentes, per Procuratorem vero, ſi abſentes fuiſſent conſenſum præſtare poſſent.*

17 *Simile Indultum fuit Cardinalibus conceſſum a Julio III. Paulo IV. & Sixto V.* & numer. 18. & 19.

20 *Regula XXXIII. nunc XXXIII. Cancellariæ edebatur ad tramites dictorum Indultorum, eiſque famulabatur.*

21 *Indulta Cardinalium moderata fuerunt a Gregorio XIV. & Paulo V. & quomodo?* numer. 22. 26. & 47.

24 *De additione facta a ſan. mem. Alexandro VII. Regulæ XXXIII.*

25 *Cardinales comprehenduntur ſub Regulis Cancellariæ, niſi obſtet ratio Regulæ, aut alias ſint ab iis excepti.*

27 *Conſtitutiones ſupradictæ Gregorii XIV. & Pauli V. ſunt perpetuæ.*

28 *Eaſdemque ad unguem ſervari expreſſe mandatur in Indultis modo concedi ſolitis DD. Cardinalibus.*

29 *Caſus mixtus non comprehenditur ſub ſimplici in materia præſertim odioſa, ſed remanet ſub diſpoſitione Juris.*

31 *Intellige quando de uno ſimplici facta eſt mentio, ſecus ſi de duplici ſeorſim, & ſeparatim facta ſit diſpoſitio; tunc enim indiſtincte ſub ſimplicibus continetur mixtus.* & num. 32.

Etiamſi agatur in odioſis, & aſſignatur ratio. dict. num. 31.

33 *Maxime ſi qualitates ſimplicium ex quibus mixtum efformatur, ſint ſeparabiles.*

34 *Qualitates diverſæ ubi concurrunt in eadem Perſona, illa duplicem Perſonam repræſentat.*

35 *Duo ſimplicia inefficacia inſ:mul unita non poſſunt conſtituere mixtum, quod ſit efficax. Et traditur exemplum.* num. 36.

37 *Regula Cancellariæ de conſenſu præſtando favet Cardinali Patrono, quatenus ſit præſens in Curia.*

39 *Præſentia Cardinalis Patroni in Curia non facit ceſſare reſervationem Regulæ IV. ſed Pontifex illius vigore confert Beneficia familiaris, accedente tamen ejuſdem Patroni præſentis conſenſu.*

40 *Cardinales Indultarii hodie poſt Conſtitutionem Urbani VIII. Beneficia reſervata conferunt jure Delegato Papæ, firmis remanentibus reſervationibus.*

41 *Et conferre non poſſunt niſi ea Beneficia reſervata, quæ ſunt litteraliter in Indulto expreſſa.*

43 *Obſervantia interpretativa, pro inducendo ſtylo, ex unico etiam actu eruitur.*

44 *Immemorabilis conſuetudo concludentes exigit probationes.*

45 *De requiſitis neceſſariis ad hoc, ut illa probari poſſit per Scripturas.*

46 *Et quando probari intenditur per Teſtes, quid iſti deponere debeant?*

47 *Ante Conſtitutiones Gregorii XIV. & Pauli V. Cardinales Indulto fruebantur conferendi Beneficia reſervata ratione familiaritatis Cardinalitiæ.*

48 *Et ideo poſſeſſo tunc temporis conferendi Beneficia præfata, ad/cribi debet Indulto id permittenti, non inductioni præſcriptionis.*

49 *Revocato Privilegio, corruit poſſeſſ.o, ſeu conſuetudo inducta tempore quo vigebat Privilegium permittens actus exercitos.*

50 *Quod eſt meum ex una cauſa, ex altera non poteſt fieri meum.*

51 *Conſuetudo immemorabilis non operatur quoad ea, quæ de novo accidunt.*

52 *Et de illius natura eſt, quod non conſtet de initio.*

53 *Decretum irritans operatur, ut adverſus diſpoſitionem cui reperitur adjectum, nulla efformari poſſit præſcriptio, aut inchoari poſſeſſio.* & num. 56.

Maxime quando adjectum eſt Conſtitutioni edita per viam legis generalis. ibid.

54 *Immemorabilis exigit, quod vero conſtet de poſſeſſione per ultimos 40. annos.*

55 *Regulæ Cancellariæ, maxime Decreto irritanti munitæ, initio cujuslibet Pontificatus renovari ſolitæ, præſcriptionem interrumpunt, & malam fidem inducunt.*

56 *Regula IV. uſque ab anno 1655. munita reperitur Decreto irritanti.*

57 *Cardinalis qui acceptavit Indultum qualificatum, non poteſt uti præſcriptione pro excludenda qualificatione.*

58 *Approbans Indultum pro ſe, tenetur illud recipere contra ſe.*

59 *Cardinales habentes Indultum reſtrictum, & limitatum, illud excedentes, dicuntur in mala fide, & ideo non poſſunt præſcribere facultatem conferendi ultra limites Privilegii.*

60 *Conſuetudo immemorabilis eliditur ex quolibet actu, facto, ſeu dicto; imo ſolo rumore in contrarium.* & num. 66. & 67.

61 *Ordinarii, maxime in longinquis Regionibus exiſtentes, conferendo Beneficia ad Sedis Apoſtolicæ collationem ſpectantia, ei præjudicare non poſſunt, niſi concurrat ſcientia, & patientia Pontificum.*

62 *Adverſus Sedem Apoſtolicam, & Principes Supremos, regulariter nec centenaria, nec immemorabilis ſuffragatur ſine eorum ſcientia.*

63 *Maxime ubi agitur de præſcribendis juribus incorporalibus.*

64 *Diſſenſus Pontificum quoad Collationes factas a Cardinalibus Ordinariis Collatoribus ſimul, & Patronis, de Beneficiis ſuorum familiarium, eruitur ex Regula IV. & ex Conſtitutionibus Gregoriana, & Paulina*

65 *Necnon ex Collationibus ab eiſdem Pontificibus expletis, etiam in hoc caſu mixto.*

68 *Conſtitutiones Pontificiæ melius interpretari non poſſunt, quam ex actibus poſitivis Pontificum, qui eas ediderunt.*

69 *Et quando actus præfati ſunt proximi editæ Conſtitutioni prævalere debent cuicumque remotæ obſervantiæ.*

71 *Regula reſervat Beneficia familiarium Cardinalium, etiamſi ſpectarent ad collationem Cardinalis Titularis.*

72 *Parochiales Eccleſiæ per familiares Cardinalium obtentæ ſubjacent reſervationi Regulæ.*

73 *Item Dignitates majores poſt Pontificalem in Cathedralibus, & principales in Collegiatis.*

74 *Non tamen ſub Regul.ı comprehenduntur Beneficia de Jurepatronatus laicorum.*

75 *Nec juxta opinionem Cardinalis de Luca Beneficia*

neficia de Jurepatronatus Eccleſiaſtico.

76 *Reprobatur hæc opinio, quia dicta Beneficia ſubjacent reſervationibus Apoſtolicis, etiam abſque ulla illorum mentione.*

77 *Et in ſpecie reſervationis Regulæ de familiaribus.*

78 *Afficit Regula etiam Beneficia obtenta ante familiaritatem.*

79 *Eorumque reſervatio non extinguitur per diſſolutionem familiaritatis.* & num. 97.

Sed Beneficia obtenta poſt diſſolutam familiaritatem non ſunt reſervata. dict. num. 79.

80 *Beneficia obtenta per eum, qui receptus fuit inter familiares Sede Apoſtolica vacante, & eadem vacatione durante deceſſit, non ſunt reſervata.*

81 *Regula reſervat etiam Beneficia ad quæ familiaris jus ad rem habebat.*

82 *Ad effectum ut Regula locum habeat, requiritur familiaritas Quadrimeſtris.*

Et aſſignatur ratio. num. 83.

85 *Regula XXXII. continet in ſe Regulam IV. eamque trahit, & amplectitur.*

86 *Verbum* -- Continui Commenſales -- *quid importet?* & num. 183. & ſeqq.

87 *Contrarium, quod ut intret reſervatio Regulæ ſufficit, quod Defunctus per modicum tempus fuerit familiaris.*

Et plures aſſignantur rationes. ibidem.

88 *Niſi quis narraverit Pontifici familiaritatem ad certum tempus reſtrictam, quo caſu eam probare teueretur.*

89 *Refertur reſolutio Congregationis particularis de anno 1678. quod neceſſaria non ſit familiaritas quadrimeſtris.*

Datarius, & Sub-Datarius olim ſe abſtinebant a votando in cauſis judicialibus reſpicientibus intereſſe Dataria. num. 90.

91 *Maxime ſi Cardinalis Patronus eſſet jam defunctus, quo caſu nec verba, nec ratio Regulæ XXXII. intrare poſſent.* & num. 92. 93. & 94.

95 *Regula XXXII. præſcribens familiaritatem quadrimeſtrem fundatur in ratione, ne fiant fraudes, & multiplicentur familiaritates in præjudicium Sedis Apoſtolicæ.*

96 *Indulta Cardinalitia excipientia Beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, intelliguntur de Cardinalibus viventibus, non autem defunctis.*

97 *Contrarium, quod ab Indultis excluduntur etiam Beneficia obtenta durante familiaritate, & vacantia poſt obitum Cardinalium Patronorum.*

Redduntur rationes. ibidem.

98 *Familiaritas ad effectum reſervationis debet concludentiſſime probari.*

99 *Secus quando agitur ad effectum juſtificationis Gratiæ, vel expediendi Litteras Apoſtolicas gratis.*

100 *Familiaritas eſt difficilis probationis, quia ſuper ea non celebratur Inſtrumentum.*

101 *Ut inducatur requiritur copulativus concurſus duplicis requiſiti,* Mentis *ſcilicet, &* Dentis; *Et* Mens *exemplificatur in deſtinatione ad honeſtum ſervitium.*

102 Dens *vero, quod familiaris vivat expenſis Cardinalis.*

103 *Ultra panem, & vinum, requiruntur etiam obſonia.*

Contrarium, quod ſufficiat ſolum pars panis, & vini intuitu ſervitii. num. 107. & 130.

104 *Sufficit, quod familiaris loco victus recipiat menſtruum ſalarium.*

105 *Etiamſi non habitationem in Palatio Cardinalis, ſed extra illud habitet.* & numer. 128.

106 *Et e contra cohabitatio cum Cardinali abſque Menſa, & Victu, vel ſtipendio, non inducit familiaritatem.*

108 *Familiaris dicitur etiam ille, qui uti nolit* Tinello, *vel recipere expenſas pro victu ſibi aſſignatas. Et redditur ratio.*

109 *Non ſufficit ſola receptio Victus, quando poteſt referri ad Parentelam, vel Amicitiam.*

110 *Familiaritas ad effectum reſervationis non requirit deputationem ad certum, & particulare ſervitium, ſed ſufficit, quod quis recipiatur ad aliquod honeſtum munus impendendum.* & num. 169. & 191.

111 *Unde ſufficit quod inſerviant uti* Gentiluomini di Spalliera, *Anticameræ aſſiſtant, & vocanti Domino cito reſpondeant.* ibid. & n. 132. 186.

112 *Nuncupantur hujuſmodi generis familiares* Tapetes picti.

113 *Conſanguineus Cardinalis qui aliquando in aliquo munere ei inſervit, veluti Præfecti Cubiculo, ſed in Rotulo non deſcriptus, non dicitur familiaris.*

114 *Familiaritas rite probatur per teſtes, etiam ſingulares, & quid deponere debeant?* & numer. 115.

116 *Et in concurſu Teſtes deponentes de familiaritate præferuntur eam negantibus.*

117 *Familiaritas probatur ex eo, quod fuerit quis Conclaviſta Cardinalis.*

118 *Inſuper ex libro Rotuli adminiculis fulcito, in quo ſit uti familiaris deſcriptus.* & numer. 132. 151.

Maxime ſi liber præfatus ſit ſubſcriptus a Cardinali cum expreſſione, quod omnes in eo adnotati ſint de ſua familia. numer. 124. 161. & 162.

119 *Et e contra excluditur familiaritas, ſi non reperiatur quis in Rotulo deſcriptus.*

120 *Sed ex omiſſa deſcriptione non reſultat plena probatio negativæ.*

Et familiaritas aliunde, quam ex libris Rotuli probari poteſt. ibidem.

121 *Limita, ſi conſtet de ſtylo Cardinalis non recognoſcendi alios pro familiaribus, quam deſcriptos in Rotulo.*

122 *Atteſtationes Cardiualium multum familiaritatis probationem coadjuvant.*

125 *Quemadmodum illæ conſanguineorum, & hæredum Cardinalis defuncti.*

126 *Deſcriptio aliquorum in Rotulo ſub nomine* di Straordinarj, *non excludit familiaritatem quando indifferenter & ipſi habiti fuerunt uti cæteri familiares.*

127 Sollicitator Cauſarum *etiam uti talis deſcriptus in Rotulo, dicitur familiaris, conſtito de ſervitio ex parte illius, & de ſtipendio ex parte Cardinalis.*

Et ita deciſum a Congregatione partienlari anno 1702. & num. 158. & 182.

129 *Majus, vel minus Salarium, non eſt argumentum excluſivum, vel inductivum familiaritatis.*

133 *Servitium, quod verſatur circa negotia ad Cardinalem ſpectantia, reſpicit Perſonam ipſius Cardinalis.*

135 *Familiaris Cardinalis eſt, qui ei inſervit in munere* Conſiliarii. & num. 174.

136 *Et in munere* Concionatoris. & d. num. 136.

137 *Cantores Cappellæ Pontificiæ ſunt veri Papæ familiares.* & num. 176.

138 Et hac familiaritas eis tuerat etiam antequam emanaret Conſtitutio Sixti V.

139 Scriptores Linguæ Græcæ in Bibliotheca Vatisana ſunt indubitati ex mente, & Dente familiares Pontificis. & num 156. 173.

140 Servitium erga Perſonam Cardinalis pro inducenda familiaritate, non debet eſſe materiale, eum veſtibus induendo, & exuendo, ſed ſufficis, quod reſpiciat quoquomodo illius Perſonam, uti Cardinalem, non uti Epiſcopum, vel Abatem.

141 Vicarius, ſeu Auditor Generalis Epiſcopatus, Abatia, vel Feudi, non ſunt familiares Cardinalis, quia non inſerviunt Perſona, ſed Dignitati. & num. 145. 178. & 208.
Intellige ut in num. 209. & ſeqq.

142 Idem de aliis Miniſtris, & Officialibus Epiſcopatus, vel Abatia. & num. 179.

143 Familiares dicuntur etiam ii, qui Anticameræ non aſſiſtunt, & Dominum non comitantur, dummodo eorum reſpectu concurrant requiſita Mentis, & Dentis. & n. 173. 174. 175. & 187.

144 Omnes Cardinali inſervientes in Studio, Secretaria, & circa ejus bona, redditus, & negotia, ſunt veri illius familiares, ſi dictis polleant requiſitis. & num. 169.

145 Auditor domeſticus Cardinalis inſerviens Cardinali uti Cardinali, ex inconcuſſo ſtylo Datariæ ſemper habitus fuit uti verus illius familiaris. & num. 171.

146 Et an familiares ſint Procuratores, Advocoti, Agentes, cæterique liberales artes exercentes. & Cardinali inſervientes?

147 Familiaris eſſe non deſinit qui aliquando abeſt pro ſuis, vel alienis negotiis, & etiam ſi aliis, tolerante, vel permittente Domino, inſerviat. & num. 150.

148 Familiaritati non officis, quod in eodem Rotulo ſint etiam deſcripti Cuſtodes Hortorum Fabri, cæterique Artifices, in quibus non cadit reſervatio.
Redditur ratio. num. 149.

151 Familiaritatis probatio ex deſcriptione in Rotulo reſultans, coadjuvatur, ſi defunctus in eo deſcriptus recipiebat, dum viveret, ſtatutis temporibus Syndones mundas, ſicuti cæteri familiares.

152 Si ei perſolvebantur Franchigia ſingulis annis, quemadmodum cæteris familiaribus. & numer. 163.

153 Si habuerit poſt obitum Domini Veſtes lugubres, quæ nonniſi veris familiaribus dantur. & numer. 166.

154 Si ad participationem Legati a Cardinali defuncto familia relicto, admiſſus fueris, & numer. 167

155 Vel ſi aliquid ei Cardinalis legaverit, tanquam familiari ſuo.

156 Cuſtos Bibliothecæ Cardinalis inter ejus familiares recenſetur.

157 Animus, & mens præcedens, etiam ex ſubſequentibus declaratur.

159 Beneficium poteſt duplici affici reſervatione, altera perſonali ratione familiaritatis, & altera locali ratione Curia.

164 Enunciativa Cardinalis in proviſione Beneficii emiſſa, magnum præbet familiaritatis adminiculum.

165 Idem de enunciativa in Proviſionibus Apoſtolicis.

166 Quarantena alicui ſoluta, probat familiaritatem, cum perſolvi non ſoleat niſi familiaribus.

168 Ratiocinator, ſeu Computiſta Cardinalis, poſitis requiſitis Mentis, & Dentis, dicitur verus, & indubitatus familiaris. & n. 134.
Aſſignatur ratio num. 169.

170 Ratiocinatoris munus licet verſetur circa redditus Cardinalis, præciſè tamen illius Perſonam reſpicit.
Et in Domo opulenta, præſertim magnatitia, Ratiocinator eſt Miniſter valde neceſſarius. num. 190.

171 Secretarius, Magiſter Domus, Veſtiarius, ſunt familiares Cardinalis, illorumque ſervitium Perſonam reſpicit Cardinalis. & n. 177.

172 Beneficia Subfamiliarium, qui Cardinalium expenſis vivunt, ſunt reſervata vigore Regulæ IV.

180 Magiſter Linguæ Grecæ dicitur familiaris, ſi in eo concurrant requiſita Mentis, & Dentis.

181 Medicus quoque, dictis requiſitis concurrentibus, inter familiares recenſendus eſt.

183 Salarium regulariter debet eſſe proportionatum labori.

184 Verbum continuè, quod in Regula legitur, intelligitur non judaice, ſed civili modo, & continuè dicitur ſervire, qui inſervit horis, & temporibus competentibus. & numer. 86. & 194

185 Regulæ Cancellariæ de familiaritate loquentes, non requirunt ſervitium quotidianum, & continuum.

186 Regula IV. locum habet, etiam in eo qui vivit expenſis Cardinalis, ſed nunquam de illius voluntate ſervit. & num. 143.

188 Aqua dicitur quotidiana, licet quotidie non hauriatur, ſed apta ſit quotidie hauriri.

189 Famuli, quibus exigua merces perſolvitur, ad effectum quandoque aſſociandi Dominas, non numerantur inter familiares pro gaudendo Privilegio Oratorii privati conceſſo etiam familiaribus.

192 Quamvis non omnes Cardinales certos officiales, & Miniſtros retinere ſoleant, non exinde ſequitur, quod reſpectu eorum, qui illos retinent, Officiales, & Miniſtri præfati non ſint familiares.

193 Sufficit quod familiaris propoſitum inſerviendi habeat, licet faciem non videat, cum familiaritas non a facie, ſed a Burſa, & Mente Domini pendeat. & num. 197.

195 Familiaritas non excluditur ſi quis diverſas Perſonas repræſentando, pluribus inſerviat in officiis compatibilibus, & plura ſtipendia conſequatur. & num. 196

198 Familiaritas ſemel contracta, præſumitur durare, donec probetur diſſoluta.

199 Munus Agentis Regii an tollat antecedentem familiaritatem, quam quis contraxerat cum Cardinali, uti illius Secretarius?

200 Ex quo Cardinalis conferendo alicui Beneficium uſus non fuerit formula, qua familiaribus Beneficia conferri ſolent, oritur argumentum, quod ille ſuus familiaris non extiterit.

201 Familiaritas Cardinalis non amittitur ex quo familiaris incumbat etiam negotiis Eccleſiæ.

202 Retinetur etiam abſente Domino, quando quis in ſervitio continuat.

203 Familiaris Cardinalis deputatus Miniſter, ſeu Officialis Abatiæ, aut Epiſcopatus, familiaritatem antea contractam non amittit. & n. 210.

204 Fa-

204 *Familiaritas non cenſetur diſſoluta ex eo, quod quis in eodem munere nedum Cardinali, ſed etiam ejus Fratri, vel Matri inſerviat, quamvis & ab iiſdem ſalarium recipiat.*

205 *Diſceſſus familiaris à Domo Cardinalis non arguit diſſolutionem familiaritatis.*

206 *Niſi alius in ejus locum ſubrogetur, vel utrinque conſtet de animo non continuandi in familiaritate.*

207 *Si familiaris fuerit per Cardinalem dimiſſus familiaritas omnis diſſolvitur.*

209 *Vicarius generalis, aliique Officiales Epiſcopatus, licet non dicantur familiares Cardinalis, id tamen intelligitur, quando ſunt abſentes, & in Domo Cardinalis non retinentur.* Contrarium. ibidem.

211 *A familiaritate ante Cardinalatum non bene infertur ad familiaritatem poſt Cardinalatum.*

212 *Familiaritas non excluditur ex quo familiaris ſedeat, comedat, vel capite cooperto loquatur cum Domino.*

213 *Et verificari poteſt etiam in eo qui obtinet Parochialem, aut aliud Beneficium reſidentiale.*

215 *Familiaritas Papæ offuſcat familiaritatem Cardinalis.*

216 *Et ideo familiaritas Papæ, uti Gratiæ fundamentum, eſt ſemper probanda.*

217 *Concluſio, quod familiaritas Papæ offuſcat illam Cardinalis, intelligitur favore ipſius Papæ, non autem in illius præjudicium. Et ponitur exemplum.* num. 218.

1 Reſervat etiam hæc Regula IV. Cancellariæ diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ Beneficia vacantia per obitum Familiarium Cardinalium, & proinde ſolus Papa de illis diſponere poteſt, *Rota decif.* 28. *num.* 32. *& dec.* 29. *num.* 12. *poſt Novar. in Summ. Bullar.*

Regula iſta eſt quodammodo præparatoria ad
2 Regulam XXXII. quia illius reſervatio eſt inducta non tantum favore Pontificis, quam in gratiam Cardinalium, *Mareſcot. var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 94. *numer.* 18. *& ſeqq. Rota decif.* 2272. *n.* 4. *& ſeq. cor. Coccin.* & Nos latius *in Commentar. in Regul.* 32.

Afficit hæc Regula Beneficia vacantia per obitum Familiaris unius Cardinalis, etiamſi perti-
3 neant ad collationem alterius Cardinalis. Tum quia generaliter loquitur de quibuſcunque Beneficiis Familiarium Cardinalium, & proinde ex vi generalitatis, & univerſalitatis capit hujuſmodi generis Beneficia. Tum quia nulla poteſt excogitari diſcriminis ratio, cur Papa reſervare voluerit Beneficia ſpectantia ad collationem cujuſcunque alterius Ordinarii, & non illa, quæ ſpectant ad Cardinalis collationem. Neque ſatis conſiderabilis videtur prærogativa perſonæ, & Dignitatis Cardinalis; quia ubi diſpoſitio concepta eſt per verba univerſalia, & illius ratio eſt proportionabilis ad Cardi-
4 nales, iſti quoque ſub ea includuntur, ut obſervant *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 79. *& ſeqq. Leuren. in for. Benefic. quaſt.* 546. *n.* 17. cum aliis infra laudandis. Et adſunt famigeratæ
5 Conſtitutiones *Gregorii XIV. la* 19. *& Pauli V. la* 58. §. 3. in quibus Pontificis diſpoſitioni reſervantur hujuſmodi Beneficia tam apud Sedem, quam extra Romanam Curiam vacantia, etiamſi ad alicujus alterius Cardinalis collationem, vel diſpoſitionem pertinerent &c. adeout Cardinali Patrono abſente, prædefuncto, vel alias impedito conferre, nullo modo Cardinalis Ordinarii Collatoris cenſenſus requiratur.

Nec obſtat Regula XXXIII. Cancellariæ de conſenſu adhibendo per Cardinalem Patronum.
Licet enim diſponat, quod non requiratur conſen- 6
ſus Cardinalis Patroni in Beneficiis eorum Familiarium, quæ ceſſantibus Apoſtolicis reſervationibus, ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam diſpoſitionem pertinere deberent, ſed Beneficia ejuſmodi ad collationem Cardinalis ordinarii Collatoris libere ſpectare cenſeantur, etſi per obitum dictorum Familiarium vacaverint apud Sedem, non Patroni, ſed Ordinarii Collatoris conſenſus requiratur, adeout in concurſu iſte præferatur Cardinali Patrono; Proindeque hæc Regulæ XXXIII. diſpoſitio aperte favere videatur Cardinali ordinario Collatori, qui ceſſante quidem reſervatione, Beneficia conferre, ea autem concurrente, conſenſum præſtare debeat, prout reſpondendo contrario Voto Lancelloti, & Coccini firmavit *Amayd. de ſtyl. Datar. dict. cap.* 34. *n.* 15. *& ſeqq.* & etiam *Mareſcott. var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 94. *n.* 23. *& ſeqq.*

Conſtans tamen ſemper fuit Rotæ ſententia Reg. XXXIII. non obſtare huic Regulæ IV. Tum quia in Reg. XXXIII. non fit mentio de Reg. IV. unde non poteſt in ea conſiderari aliqua iſtius modificatio. Tum quia dicta Regula XXXIII. edita
fuit ad tollendas diſſentiones inter Cardinalem or- 7
dinarium Collatorem, & Cardinalem Patronum, non autem ad tollendam reſervationem Regulæ IV. Tum demum quia Regula XXXIII. reſtringitur ad caſum, quo *eeſſent reſervationes Apoſtolicæ*, quæ clauſula ſupponit in Cardinali Collatore Indultum conferendi reſervata, ut ex verbis, & rationibus Regulæ late probant *Lancellott. & Coccin.* in eorum celebri Voto impreſſo penes *Amayd. de ſtyl. Datar. cap.* 34. *Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2. *dicta quaſt.* 32. *num.* 89. *& ſeqq.* idem *Coccin. obſervat.* 40. *num.* 7. *Rot. decif.* 1632. *num.* 16. *& ſeqq. & decif.* 1948. *num.* 6. *& ſeqq. cor. eodem, & decif.* 156. *num.* 4. *&* 5. *part.* 3. *& decif.* 303. *numer.* 27. *part.* 17. *Recent.* quæ eſt *decif.* 17. *poſt Novar. in Sum. Bullar.*

Eoque minus poterit obſtare d. Regul. XXXIII.
ſi Cardinalis Patronus abſens, vel mortuus eſſet; 8
nam cum emanaverit ad tollendas lites, & contentiones, quæ ex præcedenti Regula XXXII. oriri valuiſſent; hinc eſt, quod cum dicta Regula XXXII. non habeat amplius locum, ex quo Patronus eſt defunctus, nec minus debet habere locum Regula XXXIII. cum ſtet declarative ad antecedentem, & habeat omnes qualitates legis interpretatæ, ut in dicto Voto *Lancellotti, & Coccini* penes *Amayden* §. *Nec quarto loco, Rot. dict. decif.* 1632. *ſub num.* 22. *cor. eodem Coccino.*

Et ſine difficultate ſuffragari non poteſt Cardinali ordinario Collatori Regula XXXIII. ſtantibus ſupradictis Conſtitutionibus *Gregorii XIV. & Pauli V.* quæ reſervarunt diſpoſitioni Pontificis hu-
juſmodi Beneficia, & Cancellariæ Regulas ad ea- 9
rundem Conſtitutionum terminos reduxerunt. Et licet poſt mortem Conditorum præfatarum Conſtitutionum, eadem Regula XXXIII. fuerit per Succeſſores Pontifices innovata, nihilominus in-
novata cenſetur ſub eodem moderamine illi adje- 10
cto, & cum conditionibus præfinitis per eaſdem Conſtitutiones, in quibus conſtabilita fuit certa regula circa collationem Beneficiorum vacantium per obitum Familiarium Cardinalium, *Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2. *quaſt.* 32. *numer.* 94. *& ſeqq. Coccin. dict. adnot.* 40. ubi reſpondetur objectioni ex eo deductæ, quod alias Regula eſſet ſuperflua,

Rot.

Rot. deciſ. 1633. num. 3. & ſeqq. cor. eod. Coccin.
Supradicta autem Concluſio, quod ſint vigore
Regulæ IV. reſervata Beneficia vacantia per obi-
tum Familiaris unius Cardinalis, & ad alterius
11 Cardinalis collationem ſpectantia, ampliatur primo
etiamſi Cardinalis Collator habear Indultum con-
ferendi reſervata. Etenim in ordine ad Beneficia
vacantia per obitum Familiarium Cardinalium, re-
ſtringitur Indultum ad formam Conſtitutionum
Gregarii XIV. & Pauli V. quæ expreſſe decernunt,
quod in proviſionibus hujuſmodi Beneficiorum
omnino requiri debeat conſenſus illius Cardinalis,
cujus tunc Familiaris defunctus extitit, ſi ipſe Car-
dinalis vivat, & ſit præſens, ſin minus nullo mo-
do pertineant ad collationem Cardinalis Collatoris
ordinarii, neque ejuſdem conſenſus quoquomo-
do requiratur, niſi ad hoc ſpeciale habeat Indul-
12 tum, ut per totidem verba dixit *Rot. dec.* 28. §.
*final. poſt Novar. in Summ. Bullar. & in dicta
Vota Lancellotti; & Coccin. apud Amayd. Loner.
dict. lib. 2. quæſt.* 32. *num.* 93. *& ſeqq.* idem *Coc-
cin. dicta adnotat.* 40. *per tot. & deciſ.* 1632. *num.*
38. *uſque ad finem, & dec.* 1948. *num.* 2. *& in re-
cent. deciſ.* 156. *num.* 4. *part.* 3. *& deciſ.* 873. *n.*
24. *cor. Malines.*
Ampliatur ſecundo etiam in caſu mixto, ſi nem-
13 pe Cardinalis ſit ordinarius Collator, & Patro-
nus, & tametſi favore Cardinalis hujuſmodi qua-
litaribus pollentis concurreret longæva obſervantia.
Actum fuit de hoc articulo in Congregatione par-
ticulari deputata anno 1708. inter Datariam Apo-
ſtolicam, & clar. mem. Cardinalem *Portocarrero*
Archiepiſcopum Toletanum. Vacarunt in dicta
Diœceſi nonnulla Beneficia ſimplicia per obitum
Joannis Antonii de Urraca dum vixit Familiaris,
& continui Commenſalis præfati Cardinalis, qui
eadem Beneficia contulit diverſis Perſonis, haſque
Proviſiones rite, & recte expletas fuiſſe conten-
debat, tum ex quo erat ſimul Ordinarius, & Pa-
tronus, tum ex prætenſa conſuetudine immemo-
rabili in ejus Diœceſi vigente, juxta quam quoties
vacarunt Beneficia per obitum Familiarium Cardi-
nalium Archiepiſcoporum viventium, ea ſemper
collata fuiſſe aſſerebat ab ipſiſmet Ordinariis inſi-
mul, & Patronis. Contra vero Datariæ Apoſto-
licæ Officiales ea Beneficia, uti reſervata, ad li-
beram Pontificis diſpoſitionem ſpectare autuma-
bant. Atque pluribus in forma omnino amicabili
conſcriptis Litteris a cl. mem. *Cardinali Sacripante*
tuuc Prodatario ad laudatum Cardinalem *Porto-
carrero*, & ab iſto pluribus datis reſponſionibus
ad motiva per Datariam excitata, res diu indeciſa
manſit, eum utraque pars bonum jus fovere exiſti-
maret. Placuit tandem Cardinali Prodatario meum
pro veritate ſuper hac controverſia exquirere conſi-
lium, unde perpenſis rationibus, & fundamentis
deductis in Epiſtolis hinc inde tranſmiſſis, cenſui
juta Datariæ potiora eſſe, dictorumque Beneficio-
rum collationem ad Papam ſpectare. Cumque ra-
tionibus in Diſcurſu edito expoſitis, Cardinalis
Portocarrero non acquieverit, hinc ſan. mem. Cle-
mens XI. particularem deputavit Congregatio-
nem, cui interfuerunt clar. mem. Card. *Sacripan-
tes Prodatarius, & RP. PP. DD. Origus, Olive-
rius, Corradinus, Pontificis Auditor, Silvius de
Cavaleriis Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarius, Bec-
chettus Subdatarius, & Gaſpar Turchus Præfectus
Officio Vacationum per obitum*; & re mature diſ-
cuſſa unanimi voto reſolutum fuit = *Collationem
ſpectare ad Datariam.*
Sic igitur in ſupradicto Diſcurſu pro veritate
edito dicebam.

„ AB ANTIQUISSIMO tempore conſuevit
„ Apoſtolica Sedes diſpoſitioni ſuæ reſervare Be-
„ neficia vacantia per obitum Familiarium S. R. E.
„ Cardinalium in *Regula olim III. nunc IV. Can-
„ cellariæ*, cum ea tamen modificatione, quæ Gre-
„ gorio XI. tribuitur, quod in impetrationibus hu- 14
„ juſmodi Beneficiorum exprimi deberent nomen,
„ & Titulus Cardinalis; Etſi ille in Curia præſens
„ fuerit, ejus accederet aſſenſus, juxta *Regulam
„ XXXI. nunc XXXII. Cancellariæ.*
„ Verum Sixtus IV. elargiendo Cardinalibus
„ facultatem conferendi Beneficia non obſtantibus
„ Apoſtolicis reſervationibus, inter cætera gene- 15
„ raliter indulſit, ut Cardinales Ordinarii Colla-
„ tores poſſent libere diſponere de Beneficiis Fa-
„ miliarium Cardinalium, prout in Regulis Can-
„ cellariæ anno 1471. editis, & regiſtratis *poſt de-
„ ciſ. antiquas primæ impreſſ. in* 4. *pag. mihi* 150.
„ *§. Item cum Cardinales*, de qua Regula men-
„ tio habetur in Voto *Coccini, & Lancellotti apud
„ Amayden. de ſtyl. Datariæ lib.* 1. *cap.* 34. *pag.
„ mihi* 517. *&* 519. *& in deciſ.* 654. *num.* 54. *part.*
„ 4. *tom.* 3. *Rec.*
„ Succeſſive Clemens VII. anno 1531. ad
„ certam, & uniformem methodum redigendo
„ Cardinalium Indulta, generaliter conceſſit ipſis
„ quoad vixerint, jus providendi de Beneficiis re- 16
„ ſervatis, etiam quod vacarent per obitum Fa-
„ miliarium Cardinalium, & ſi ea Beneficia in
„ Curia vacaverint, ipſorum Cardinalium Colla-
„ torum per ſe ipſos, ſi præſentes eſſent, & per
„ Procuratorem, ſi abſentes, accederet aſſenſus,
„ *ut in Bullar. veteri Conſtitut.* 38. *inter impreſſ.
„ Clem. VII.* refertur *in Vota Coccini, & Lancellot-
„ ti apud Amayden. fol.* 517. & formula particu-
„ laris Indulti ab eodem Clemente VII. conceſſi
„ Cardinali a Lotharingia Epiſcopo Narbonenſi,
„ Mormenſi, & Virdunenſi, cum eadem facultate
„ conferendi Beneficia reſervata per obitum Fa-
„ miliarium Cardinalium, per extenſum habetur
„ apud *Doujat. in ſpecim. Jur. Gallic. tom.* 1. *par.*
„ 2. *a pag.* 109. *cum ſeq. & apud Pinſ. in Libro
„ Gallice ſcripto, des Regales &c. pag.* 1242.
„ Similem generalem diſpoſitionem, & cum
„ iiſdem ad unguem verbis favore Sacri Colle-
„ gii Cardinalium fecit Julius III. lectam, & pu- 17
„ blicatam in Cancellaria Apoſtolica anno 1554.
„ die Martis 2. Octobris, Pontificatus anno quin-
„ to, quæque extat impreſſa poſt Regulas Can-
„ cellariæ illius Pontificis, *Romæ apud Antonium
„ Bladum* impreſſorem Cameralem.
„ Subinde Paulus IV. non ſolum in ea ſpeciali
„ Conſtitutione, in qua confirmavit Capitula in
„ Conclavi ſtabilita, decrevit, quod Cardinales
„ libere conferre poſſent quæcumque Beneficia,
„ qualitercumque reſervata, excepta vera, & pro-
„ pria familiaritate Summi Pontificis, ut apud *Dou- 18
„ jat. in ſpecim. Jur. Gall. tom.* 1. *part.* 2. *pag.
„ mihi* 134. *& Pinſon. des Regales pag.* 1261. *verſ.
„ ac in Diœceſi.* Verum etiam ſub die 15. Junii
„ 1555. inhærendo veſtigiis Clementis VII. &
„ Julii III. ſtatuit, quod Cardinales Ordinarii Col-
„ latores donec vixerint, diſponere poſſent de Be-
„ neficiis reſervatis, etiamſi vacarent per obitum
„ Familiarium S. R. E. Cardinalium, etiam viven-
„ tium, concedendo etiam illis prærogativam con-
„ ſenſus, quoties apud Sedem Beneficia vacaſſent,
„ prout latius ex declaratione, quæ legitur poſt
„ Regulas Cancellariæ dicti Pontificis, de qua
„ meminerunt *Lancellot. & Coccin. in Voto apud
„ Amayden. pag.* 518. *§. Secunda.*
„ Servatus fuit hic ſtylus etiam ſub Sixto V. qui
attribuit

„ attribuit Cardinalibus Jus conferendi Beneficia,
„ per obitum Familiarium eorumdem Cardina-
19 „ lium reſervata, ut ex Indulto apud *Germon.* §.
„ *Et ex eo pag.* 467. quod licet ſit particulare pro
„ Cardinali de Ruvere, attamen formula illius de-
„ ſervit pro aliis, cum omnia eſſent æqualia, ſicuti
„ eleganter ſcribit idem *Germon. in Proœm. dicti In-*
„ *dulti num.* 5. & quoad materiam familiaritatis,
„ de qua agitur, teſtatur Rota, quod in antiquis
„ Indultis concedebatur facultas conferendi Bene-
„ ficia vacantia per obitum Familiarium, *in dec.*
„ 654. *num.* 15. *part.* 4. *tom.* 3. *Recent.*

„ Inhærendo hujuſmodi Indultis, edebatur *Re-*
„ *gula olim XXXII. nunc XXXIII. Cancellariæ*,
20 „ in qua decernebatur, quod ceſſantibus Apoſto-
„ licis reſervationibus (utpote quia per Indulta
„ ſublatis) Jus conferendi Beneficia Familiarium
„ Cardinalium, etiam viventium, libere ſpecta-
„ ret ad Cardinalem Ordinarium Collatorem;
„ quod ſi vacarent apud Sedem, ejuſdem Col-
„ latoris Ordinarii accederet aſſenſus; Et hæc Re-
„ gula erat pediſſequa Indultorum, & eis famu-
„ labatur, quia locum habebat concurrente Indul-
„ to, prout tunc praxis erat in Cardinalibus Ordi-
„ nariis Collatoribus, ut poſt *Sarnenſ. de Impetr.*
„ *Benefic. per obit. Famil. Cardin. quæſt.* 19. *num.*
„ 2. *in fine*, *Rota coram Coccin. deciſ.* 1632. *n.* 20.
„ & 32. & *deciſ.* 1948. *num.* 8. *ac in annotat.* 40.
„ *num.* 16. & 18. & *in Voto apud Amayden. pag.*
„ 519. §. *Præterea*, *Lotter. de re beneſic. lib.* 2.
„ *quæſt.* 32. *num.* 91. & *ſeqq.*

„ Praxis hactenus ſervata favore Cardinalium,
„ ut ex facultate ſibi communicata conferre poſ-
„ ſent Beneficia Familiarium, innovata eſt ſub
21 „ Gregorio XIV. qui in ſua Conſtitutione 19.
„ voluit inpoſterum hujuſmodi Beneficia eſſe diſ-
„ poſitioni ſuæ reſervata, quodque ad collationem
„ Cardinalis Ordinarii Collatoris nullo modo per-
„ tineant; Regulas Cancellariæ, atque Indulta ipſa
„ ad terminos ejuſdem Conſtitutionis reducendo,
„ & moderando: quod & ipſum decrevit Paulus
22 „ V. in ſua Conſtitutione 58. §. 1. *verſ. Voluit*
„ *ulterius*, determinans in §. 2. quod in quibuſ-
„ cumque Indultis impoſterum concedendis ea-
„ dem Conſtitutio ad unguem omnino ſervari de-
„ beat; Per quas Conſtitutiones revocatas fuiſſe
„ omnes facultates conferendi Beneficia per obitum
„ Familiarium, firmant *Lancellot.* & *Coccin. in*
„ *dicto Voto* apud *Amayden. pag.* 518. & 520.

„ Hinc ab eo tempore formula ipſa Indulto-
„ rum fuit immutata, nam ubi prius concedeba-
„ tur facultas expreſſa conferendi Beneficia Fami-
„ liarium, ea deleta, appoſita fuit hæc alia clau-
„ ſula, quæ & hodie ſervatur = *Et quoad Bene-*
„ *ficia vacantia per obitum Familiarium S. R. E.*
„ *Cardinalium, juxta formam fel. rec. Gregorii*
„ *XIV. & Pauli V. Romanorum Pontificum Præ-*
„ *deceſſorum noſtrorum Conſtitutionum moderato-*
„ *riarum Indultorum eidem Cardinalibus conceſ-*
„ *ſorum, quas ad unguem ſervari, & cuſtodiri*
„ *volumus, & non alias, non obſtantibus litteris*
„ *noſtris in Cancellaria noſtra publicatis, videlicet*
„ *de impetrandis Beneficiis per obitum Familia-*
„ *rium Cardinalium, & ſequenti ſuper eadem Fa-*
„ *miliaritate, quas ad hunc effectum, ad termi-*
23 „ *nos præfatarum Conſtitutionum reducimus*, ut
„ penes *Doujat. in ſpecim. Jur. Gall. tom.* 1. *part.*
„ 2. *pag. mihi* 164. *Coccin. annotat.* 40. *num.* 2. &
„ *ſeq. Rot. deciſ.* 654. *num.* 79. & *ſeqq. part.* 4.
„ *tom.* 3. *Rec. deciſ.* 53. *n.* 1. *par.* 6. & *deciſ.* 303.
„ §. *final. par.* 17. *Recent.*

„ Atque in ipſa *Regula XXXIII. Cancellariæ*,
„ in qua olim permittebatur facultas Ordinario
„ Collatori conferendi, ceſſantibus reſervationi-
„ bus, Beneficia Familiarium, aut præſtandi con-
„ ſenſum ſi vacaverint apud Sedem, fuit ſub Ale-
„ xandro VII. addita clauſula, quæ nunc etiam
„ legitur in eadem Regula = *Salvis tamen ſem-*
„ *per Indultis conceſſis, & concedendis S. R. E. Car-* 24
„ *dinalibus*, quæ appoſita fuit, ne illius vigore
„ Cardinales Ordinarii Collatores poſſent præten-
„ dere Jus conferendi, aut præſtandi conſenſum,
„ ſed ad unguem Indultorum tenorem cum præfa-
„ ta exceptione ſervare tenerentur, ut adnotavit
„ bo. me. *Armindus Riccius* Subdatarius, & Be-
„ neficialiſta inſignis, in manuſcripta informatio-
„ ne, quæ in Archivo Datariæ aſſervatur, ſub ti-
„ tulo *Romana Canonicatus S. Marci*; Et cum
„ his theoricis hodie vivimus in Curia.

„ Ex hac hiſtorica narratione ſequitur, quod
„ habeat Dataria Regulam pro ſe, deductam ex
„ *Regula IV. Cancellariæ*, quæ Pontificiæ diſpo-
„ ſitioni reſervans Beneficia vacantia per obitum
„ Familiarium Cardinalium, comprehendit etiam
„ ea Beneficia, quæ ſpectant ad Collationem Car-
„ dinalis Ordinarii Collatoris, quia etiam Cardi-
„ nales comprehenduntur ſub Regulis Cancella- 25
„ riæ, niſi ratio Regulæ illos non comprehendat,
„ vel alias ſint excepti, *Lotter. de re Beneſic. libr.*
„ 2. *quæſt.* 32. *num.* 79. & *ſeqq. Adden. ad Buratt.*
„ *dec.* 570. *nu.* 13. *Coccin.* & *Lancellot. in Voto* pe-
„ nes *Amayden. lib.* 1. *cap.* 34. *in princ. pag.* 524.
„ *idem Coccin. deciſ.* 1632. *num.* 8. & *ſeqq.* & *de-*
„ *ciſ.* 1498. *num.* 1. quarum prima repetita eſt *in*
„ *Recent. deciſ.* 654. *par.* 4. *tom.* 3. & *ſecunda in*
„ *deciſ.* 53. *par.* 6. & *deciſ.* 28. *num.* 32. poſt *No-*
„ *var. in Summ. Bullar.*

„ Fundat quoque Dataria ſuam intentionem in
„ Conſtitutionibus Gregorii XIV. la 19. & Pau-
„ li V. la 58. in quibus diſponitur, quod Benefi- 26
„ cia per obitum Familiarium Cardinalium tam
„ apud Sedem, quam extra Romanam Curiam
„ vacantia, diſpoſitioni Summi Pontificis reſervata
„ cenſeantur, etiamſi ad alterius cujuſvis Cardi-
„ nalis collationem, vel aliam diſpoſitionem per-
„ tinere deberent, reducendo ad terminos earun-
„ dem Conſtitutionum Indulta eorum Cardina-
„ lium: quas Conſtitutiones eſſe perpetuas, & 27
„ per eas tolli quamcumque occaſionem dubitan-
„ di, firmarunt *Lotter. lib.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 96.
„ *Coccin. annot.* 40. *num.* 1. & *per tot.* & *dicto Voto*
„ poſt *Amayden. cap.* 34. *verſ.* 3. *Rota dec.* 156.
„ *n.* 4. *par.* 3 *deciſ.* 654. *n.* 63. & *ſeqq. part.* 4. *tom.*
„ 3. & *dict. dec.* 53. *num.* 3. *par.* 6. *Recent.* & quæ
„ quemcumque caſum comprehendunt, dum ge-
„ neraliter reſervant Beneficia Familiarium ad
„ Cardinalis collationem, vel aliam diſpoſitionem
„ pertinentia, cum verbum diſpoſitio generale ſit,
„ & quemcumque titulum comprehendat, ex quo
„ Cardinalis valeat conferre, ex relatis per *Gonzal.*
„ *ad Reg.* 8. *Gloſ.* 20. *n.* 1. *Lotter. de re Benef. lib.* 1.
„ *quæſt.* 29. *n.* 43. *Mandoſ. ad Reg.* 32. *quæſt.* 4. *n.* 5.

„ Et demum innititur Dataria Indultis hodie
„ concedi ſolitis DD. Cardinalis, & in ſpecie con-
„ ceſſo eidem Eminentiſſimo Archiepiſcopo To-
„ letano, & ab eodem acceptato, in quo reſpectu
„ Beneficiorum vacantium per obitum Familia-
„ rium Cardinalium, mandatur ad unguem ſerva-
„ ri Conſtitutiones Gregorii, & Pauli, derogan- 28
„ do Regulis quibuſcumque contrariis: quæ ver-
„ ba reſtringunt Indultum alioquin ampliſſimum
„ ad terminos, & limites dictæ Conſtitutionis,
„ *Lotter. de re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 93.
„ & *ſeqq. Coccin. annot.* 40. *num.* 2. & *ſeqq. Rot.*
dict.

„ [illegible]. *dec.* 654. *num.* 79. *& ſeqq. par.* 4. *tom.* 3.
„ *& dict. dec.* 53. *n.* 2. *part.* 6. *Recent. deciſ.* 28. *§.*
„ *finali* poſt *Novarium in Summ. Bullar.*
„ Theoricas mox deductas admittit Eminen-
„ tiſſimus D. Cardinalis Archiepiſcopus, ſed ait,
„ eas locum habere, quando agitur ſimpliciter
„ cum Cardinali Ordinario Collatore, ſed quan-
„ do idem Cardinalis eſt eodem tempore Patro-
„ nus, & Collator, tunc nec Regulam, nec Con-
„ ſtitutiones, nec Indultum locum habere, quia
„ nihil diſponunt de hoc caſu mixto, quo concur-
„ runt duo vincula, & duplex funiculus, nempe
29 „ Collatoris Ordinarii, & Patroni; Adeoque in-
„ fert, quod hic caſus mixtus, tamquam omiſſus,
„ remaneat ſub diſpoſitione juris, nec comprehen-
„ datur ſub ſimplici in materia, prout hic, odioſa,
„ in qua agitur de præjudicando collationi ordina-
„ riæ, & prærogativæ Dignitatis Cardinalitiæ;
„ ſubdens etiam, quod hic articulus non reperia-
„ tur adhuc deciſus, nam in *Cremonen. Beneficii*
„ *anno* 1626. *coram Coccino* ſuffragia DD. ita fue-
„ runt ſecta, ut non potuerit capi reſolutio, ex
„ *Lotter. lib.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 100.
„ Sed licet in Rota tunc temporis quæſtio hæc
„ deciſa non fuerit, nihilominus in Cauſæ repro-
„ poſitione facta anno 1631. reſolutio prodiit fa-
30 „ vore Datariæ, excluſa proviſione Cardinalis
„ *Camporæ* allegantis ſe verſari in caſu mixto Col-
„ latoris, & Patroni, ut in *deciſ.* 1948. *coram*
„ *Coccino*, repetita *in deciſ.* 53. *part.* 6. *Recent.*
„ & penes *Amayden. pag.* 126. *num.* 49. & poſt
„ accuratam ad utramque partem diſcuſſionem,
„ huic opinioni adhæſit, *Lotter. dict. lib.* 2. *quæſt.*
„ 32. *a n.* 109. *& ſeqq. ac n.* 116. & licet *Barboſa*
„ *de Epiſcop. allegat.* 57. *num.* 107. inclinare vi-
„ deatur favore Ordinarii Collatoris: attamen in
„ fine ita concludit -- *Sed repropoſita dicta Cauſa*
„ *Cremonen. fuit contrarium reſolutum.*
„ Concluſio enim, quod ſub ſimplici non ve-
„ nit caſus mixtus, procedit quando de uno ſim-
31 „ plici facta eſt mentio, ſed quando de utroque
„ ſimplici ſeorſim, & ſeparatim facta eſt expreſſa
„ diſpoſitio, tunc indiſtincte ſub ſimplicibus con-
„ tinetur mixtum, nam quando de omnibus caſi-
„ bus ſimplicibus facta eſt expreſſa diſpoſitio, non
„ poteſt dici caſus omiſſus, quia de mixto quoque
„ ſi non conjunctim, ſeparatim certe proſpectum
„ apparet, ad *Tex. in leg. Si ita ſcriptum*, ibique
„ *Bartol. ff. de liber. & Poſthum.* ubi proviſio facta
„ in caſibus ſeparatis porrigitur ad eoſdem caſus ſi-
„ mul conjunctos, *Ruin. conſil.* 41. *n.* 5. *Grat. conſ.*
„ 134. *a n.* 53. *lib.* 1. *Surd. dec.* 53. *n.* 27. *& deciſ.*
„ 159. *n.* 8. *Gratian. diſcept.* 276. *n.* 19. *Ripa de*
„ *Tempor. noctur. cap.* 4. *n.* 122. ubi etiamſi aga-
„ tur de odioſis, *Ventur. conſ.* 30. *n.* 34. *Manſi*
„ *conſult.* 431. *n.* 8. *lib.* 5. *Altograd. tom.* 2. *conſ.*
„ 95. *n.* 138. Hic autem habemus duplicem diſ-
„ poſitionem factam ſeorſim de utroque ſimplici,
„ videlicet reſpectu Collatoris *Regul. IV.* & reſ-
„ pectu Cardinalis Patroni dictas Conſtitutiones
„ moderatorias Indultorum, ergo ſub illis com-
„ prehenditur hic caſus quamvis mixtus, ex mox
32 „ allegata ratione, quod diſpoſitio de utroque ſim-
„ plici facta ſeorſim, & de per ſe, habet locum
„ etiam in caſu mixto, ut in puncto arguit *Rot. in*
„ *Cremon. cor. Coccin. d. dec.* 53. *nu.* 4. *& duob.*
„ *ſeqq. par.* 6. *Rec.* quam ſequitur *Altograd. d.*
„ *conſ.* 95. *n.* 138. *lib.* 2.
„ Eoque magis, quando ſumus in ſimplicibus
„ ſeparabilibus, nam ubi qualitates, ex quibus mix-
„ tum efformatur, ſunt ſeparabiles, eo caſu indi-
„ ſtincte ſub ſimplicibus continetur mixtum, nam
„ quodlibet ſimplex tunc conſideratur per ſe, & 33
„ diviſum, ac ſeparatum, non autem conjunctim,
„ *Ruin. dict. conſil.* 41. *num.* 5. ubi contraria de-
„ clarat *lib.* 3. bene *Lotter. dict. lib.* 2. *quæſt.* 32.
„ *n.* 110. *& ſeqq. Altograd. d. conſ.* 95. *n.* 95. *lib.* 2.
„ *Barboſ. axiom.* 138. *num.* 4. In præſenti vero
„ utrumque ſimplex eſt ſeparabile, quia qualitates
„ illæ Collatoris, & Patroni proveniunt ex diver-
„ ſis principiis, & ex fontibus diverſis, & uti ex
„ his diverſis principiis provenientes ſunt inter ſe
„ compatibiles; quapropter licet concurrant in una,
„ eademque perſona; attamen hic concurſus ſo-
„ lum operatur, quod Cardinalis repræſentet du-
„ plicem perſonam, non autem quod conſtituatur 34
„ caſus mixtus deſtructivus ſimplicium, ut conſi-
„ derat *Lotter. dict. lib.* 2. *quæſtion.* 32. *num.* 110.
„ *& ſeqq.* & quod hoc caſu Cardinalis repræſentet
„ duplicem Perſonam, *Rot. dict. deciſ.* 53. *num* 5.
„ *part.* 6. *Recent.* & quod quando qualitates ſim-
„ plicium ſunt compatibiles, tunc non adſit mix-
„ tura, eleganter firmat *Merlin. dec.* 581. *num.*
„ 10. *&* 11. ubi quod hoc caſu ſunt potius duo
„ ſimplicia ſimul juncta non repugnantia, quam
„ novam ſpeciem mixti ſimplicium deſtructivam
„ conſtituentia, *& cor. Ottobon. deciſ.* 201. *n* 9.
„ ubi quod in iis, quæ ſunt natura ſeparabilia, quis
„ repræſentat duplicem perſonam, & ratione unius
„ cauſæ dicitur una perſona, ratione vero alterius
„ reputatur extraneus.
„ Fortius quando utrumque ſimplex, & utrum-
„ que vinculum de per ſe ſumtum eſt inefficax,
„ nam etiamſi duo ſimplicia inefficacia conjungan- 35
„ tur, non poſſunt conſtituere mixtum, quod ſit
„ efficax: ſi enim duæ faces extinctæ ſeorſim ſu-
„ mantur, lumen non præbent, ſed nec præbere
„ poſſunt, ſi ambæ conjungantur, quia utraque
„ illarum extincta eſt. In caſu, de quo agitur
„ utrumque vinculum de per ſe ſumtum eſt ineffi-
„ cax, irrelevans, & inutile, nam ſi Eminentiſſimus
„ Archiepiſcopus conſideretur uti Patronus, nul-
„ lum jus habet ſuper his Beneficiis, quia eſt ab-
„ ſens, *Rota dict. deciſ.* 53. *n.* 12. *part.* 6 *Recent.*
„ nec etiam qualitas Collatoris Ordinarii conſi-
„ derabilis eſt, reſiſtente *Regula IV. Cancellariæ*,
„ & Conſtitutionibus Summorum Pontificum;
„ ergo etiam unitim hæc duo vincula ſumta nil
„ juvant, quia duplicitas vinculi, & effectus hu-
„ juſmodi duplicitatis conſideratur, quando utrum- 36
„ que eſt efficax, ſecus quando utrumque vincu-
„ lum de per ſe eſt excluſivum, *Grat. conſ.* 134. *n.*
„ 58. *lib.* 1. *Menoch. conſil.* 187. *ſub numer.* 29.
„ *verſ. Verum facile*, cum aliis relatis per *Rot.*
„ *coram Bich. deciſ.* 200. *num.* 38. ubi quod duo
„ vincula non magis ligant, quando unumquod-
„ que de per ſe eſt irrelevans, & in puncto *Lot-*
„ *ter. dict. quæſt.* 32 *num.* 114.
„ Regulæ enim Cancellariæ favent Patrono,
„ quatenus ſit præſens in Curia, & ſub hac præ-
„ ciſa conſideratione, & non alias, ei indulgent 37
„ jus præſtandi conſenſum; ideoque cum hæc
„ qualitas Patroni, quando abeſt, non ſit conſide-
„ rabilis ad actum, juris diſpoſitionem non immu-
„ tat, ut proſequitur *Lotter. dicta quæſt.* 32. *ſub n.*
„ 113. *& ſeqq.* & eſt receptiſſima theorica, quod
„ vinculi duplicitas non attenditur, quando unum 38
„ eorum ad rem non pertinet, & ut dicunt DD.
„ eſt vinculum impertinens, nam tunc perſona, in
„ qua duo vincula concurrunt, conſideratur, ac ſi
„ unum tantum haberet, nec major effectus reſul-
„ tat ex conjunctione duorum, quam ex concurſu
„ unius, ut pluribus concordantibus relatis, fir-
„ mat *Altograd. lib.* 2. *conſ.* 48. *n.* 54. ubi citat

„ Deciſionem *in dicta Cremonen. Beneficii cor. Coc-*
„ *cino*, *& in conſil.* 95. *n.* 134. *&* 139. Si igitur
„ duo vincula non juvant, quando alterum ex eis
„ ad rem non facit, multo minus efficacia eſſe
„ poſſunt, quando utrumque, prout hic, eſt inutile.
„ Præterea exiſtentia Cardinalis Patroni, etiam
39 „ in Curia præſentis, non facit ceſſare reſervatio-
„ nem deductam ex *Regula IV. Cancellariæ*, ſed
„ etiam hoc caſu Summus Pontifex confert tam-
„ quam de reſervato, adhibito conſenſu Patroni,
„ ſi præſens fuerit in Curia, *Rot. dec.* 654. *n.* 24.
„ *part.* 4. *tom.* 3. *& deciſ.* 303. *n.* 36. *in fine part.*
„ 17. *Recent.* -- ibi -- *Dando dumtaxat Cardinali*
„ *Patrono facultatem nominandi*, *non abſtulit re-*
„ *ſervationem Regulæ IV.* -- Dum igitur firma
„ manet reſervatio, non obſtante quod concur-
„ rat Patronus, non poteſt Ordinarius ullo modo
„ hæc Beneficia conferre; non quidem jure pro-
„ prio, & nativo, quia Beneficium eſt reſervatum;
„ nec vigore Indulti, quia hunc caſum non com-
„ prehendit: & tamen cum hodie poſt Conſtitu-
„ tionem 159. Urbani VIII. Cardinales conferant
40 „ Beneficia reſervata jure delegato Papæ, ac ut
„ in illius locum ſubrogati, firmis remanentibus
„ reſervationibus, *Card. de Luc. diſcurſ.* 1. *n.* 36.
„ *&* 37. *de Benefic. & in Summ. numer.* 32. *Al-*
„ *ter de Luc. ad Ventrigl. tom.* 2. *annot.* 2. §. 1.
„ *num.* 10. *in fin. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1.
„ *cap.* 29. *n.* 53. *Rota coram Dunoz. deciſ.* 483.
„ *n.* 7. *deciſ.* 298. *num.* 12. *part.* 9. *Recent. & in*
„ *Mediolanen. Optianis* 3. *Julii* 1684. §. *Etenim*,
„ *cor. Urſina*, conferre non poſſunt niſi ea Bene-
41 „ ficia reſervata, quæ litteraliter in Indulto ſunt
„ expreſſa, cum ea ſit virtus delegationis, ut com-
„ prehendat ſolum eos caſus, qui litteraliter in lit-
„ teris delegantis comprehenſi leguntur, ut con-
„ tra clar. mem. Cardinalem de Salazar reſolvit
„ *Rota in Corduben. Beneficii* 18. *Februarii* 1704.
„ §. *Pro non comprehenſione*, *cor. Reverendiſſ. Mo-*
„ *lines*, *&* 12. *Decembris ejuſdem anni* §. *Seſe*,
„ *cor. R. P. D. Omaña*, *ac in Bononien. Hoſpita-*
„ *lis* 6. *Junii* 1707. §. *Fortius*, *cor. R.P.D. Lancetta.*
„ Atque hic eſt ſtylus, & inconcuſſa praxis,
„ juxta quam non ſolum in hac Diœceſi, uti in-
„ fra probabitur, ſed generaliter etiam in hoc caſu
42 „ mixto, collata fuerunt a S. Sede Beneficia va-
„ cantia per obitum Familiarium, quamvis Patro-
„ ni viverent, & inſimul eſſent Ordinarii Collato-
„ res: ſuper quo facile erit plurima exhibere exem-
„ pla in Italia noſtra, in qua magis frequenter ſo-
„ lent Cardinales de Epiſcopatibus provideri; te-
„ ſtantibus etiam primariis Officialibus, quot nunc
„ ſunt, aut fuerunt in Dataria, de hujuſmodi in-
„ concuſſa praxi; & quando exempla omnia defi-
„ cerent, ſatis eſſet illud, quod ſervatum fuit cum
„ Cardinali *Campora* Epiſcopo Cremonen. quod-
„ que in contradictorio Judicio fuit canonizatum,
43 „ nam ubi agitur de obſervantia interpretativa,
„ pro inducendo ſtylo ſufficit oſtendere, quod ita
„ ſemel ſervatum fuerit, *Card. de Luc. de Benefic.*
„ *diſc.* 1. *num.* 1. *& diſc.* 27. *num.* 17. *Rota poſt*
„ *Tandut. de Penſion. deciſ.* 49. *num.* 9. *&* 10. *&*
„ *deciſ.* 316. *num.* 14. *& ſeqq. part.* 9. *deciſ.* 385.
„ *n.* 35. *part.* 19. *Recent. & in Auguſtana Canoni-*
„ *catus* 12. *Januarii* 1703. §. *Ex prædictis*, *cor.*
„ *Reverendiſſ. Molines*, præſerom quia dictus ſty-
„ lus fundatur in legalibus principiis ſupra dedu-
„ ctis, & in generalitata verborum Conſtitutio-
„ nis Paulinæ, reſervantis Beneficia familiarium
„ ad collationem, val aliam diſpoſiionem Cardi-
„ nalium pertinentia, & ſic ex quocumque titulo
„ ad illos pertineant.

„ Ex his, quæ hactenus diſſeruimus, faci[illegible]
„ ſternitur via ad examen conſuetudinis imme-
„ morabilis, ſuper qua præcipue inſiſtit Eminen-
„ tiſſimus Ordinarius, ne ullum ſuo tempore ir-
„ rogetur præjudicium Archiepiſcopatus Dignita-
„ ti, quam incomparabili zelo adminiſtrat, & poſ-
„ ſeſſioni, in qua ejus pii, & docti Prædeceſſo-
„ res reperiebantur; Verum ſuper hac immemo-
„ rabili certum Judicium efformari vix poteſt,
„ cum hactenus ex parte Eminentiſſimi Archie-
„ piſcopi nullum communicatum fuerit documen-
„ tum, aut actus poſitivus, ex quibus elici valeat
„ hæc poſſeſſio immemorabilis, quæ cæteroquin 44
„ concludentes exigit probationes, ut poſt *Curt.*
„ *& Onded.* ait *Rot. cor. Cavaleria deciſ.* 140. *n.* 1.
„ *in Legionen. Parochialis* 27. *Aprilis* 1703. §.
„ *Haud*, *cor. Pio.* Si enim velit probari per Scrip- 45
„ turas, debet in illis enunciari conſuetudo ante-
„ cedens immemorabilis, quodque iſtæ enuncia-
„ tivæ ſint ultra centum annos, ſint ad minus duæ,
„ ſint in diverſis Inſtrumentis, & originem du-
„ cant a perſonis intereſſe non habentibus, ex re-
„ laris per *Antonell. de Temp. legal. cap.* 112. *n.*
„ 5. *Adden. ad Gregor. deciſ.* 51. *n.* 10. *Rot. cor.*
„ *Rembold. deciſ.* 586. *ſub n.* 8. *&* 9. *cor. Cocci.*
„ *deciſ.* 1102. *n.* 3. *&* 4. *in Caputaquen. Subventio-*
„ *nis* 26. *Junii* 1702. §. *Prout etiam*, *cum ſeq. cor.*
„ *Eminentiſſ. de la Tremoille*, & in propriis ter-
„ minis conferendi Beneficia reſervata per obitum
„ Familiarium Cardinalium, *Spada conſil.* 77. *n.*
„ 1. *& ſeqq. lib.* 2. & ibi *Rota num.* 10. *& ſeq.*
„ *deciſ.* 257. *a num.* 4. *part.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.*
„ 570. *num.* 3. *& ſeqq. cor. Buratta.*
„ Si vero probari intenditur per Teſtes, ii de-
„ ponere debent cum requiſitis volitis a *Gloſſ. in*
„ *cap.* 1. *verb. Memoria*, *de Præſcript. in* 6. nem- 46
„ pe quod recenſeant actus particulares, & depo-
„ nant de viſu per 40. annos, de auditu a ſuis
„ majoribus, qui etiam ab aliis audiverint, & quod
„ nec ipſi, nec ejus majores viderint, aut audive-
„ rint contrarium, & de publica voce, & fama
„ per verbum fuit, & eſt, quodque non adſit initii
„ memoria in contrarium, ita ut ſi unum ex di-
„ ctis requiſitis per eoſdem Teſtes conteſtes uni-
„ tim probandis deficiat, numquam immemorabi-
„ lis probata cenſetur, ut pluribus allegatis con-
„ cordantibus, *Manſ. conſult.* 168. *ſub n.* 68. *&*
„ *ſeqq. Rota coram Zarat. deciſ.* 10. *n.* 11. *in dicta*
„ *Legionen. Parochialis* 27. *Aprilis* 1703. §. *final.*
„ *coram Pio*, *& in dicta Caputaquen. Subventionis*
„ §. *Sed neutrum*, *coram D. Cardinali de la*
„ *Tremaille.*
„ Poſito autem ſine veri præjudicio, quod
„ actus poſitivi, & poſſeſſorii concurrant, adhuc
„ eos crederem non relevare. Etenim aut præten-
„ ditur poſſeſſio ante Conſtitutioues Gregorii XIV.
„ & Pauli V. & præterquam tunc temporis non
„ omnes Archiepiſcopi fuere Cardinales, unde ceſ-
„ ſabat fundamentum reſervationis ex capite fami-
„ liaritatis Cardinalitiæ: adhuc ex iſta poſſeſſione
„ non poteſt induci præſcriptio, quia ante dictas 47
„ Conſtitutiones Cardinales habebant ſpeciale In-
„ dultum, & Privilegium conferendi Beneficia
„ reſervata per obitum Familiarium, ſicuti fuſius
„ ſupra narratum aſt; ideoque poſſeſſio, quam 48
„ tunc habebant, adſcribi debet Indulus hoc per-
„ mittentibus, non autem inductioni præſcriptio-
„ nis; Unde ſublatis Indultis, corruit, etiam poſ-
„ ſeſſio, & conſuetudo, tamquam ſequela, & effe-
„ ctus ab eodem Indulto productus: alias omnis re-
„ vocatio Privilegiorum eſſet inutilis, ſi revocato
„ privilegio, ſubſiſtere deberet poſſeſſio, ſeu conſue- 49
„ tudo

49 „ tudo inducta tempore, quo vigebat Privilegium,
„ permittens actus illos exercitos, *ad Te t. in Cap.*
„ *Cum omnes, ibique Fagnan. num. 5. de Conſti-*
„ *tut. Gloſſ. 1. in cap. 1. verb. Cum ſint, eodem*
„ *titul. de Conſtit. in 6. ibique Geminian. num. 26.*
„ *verſic. Non obſtat 4. & Jo. de Lignano, Ab. in*
„ *cap. 1. num. 2.* & ibi late *additio de Cognat. Spi-*
„ *ritual. & in cap. final. num. 21. de Conſuet. Fe-*
„ *lin. in cap. 1. num. 17. de Reſcript. Petrus de Ra-*
„ *venna de Statut. ſect. 1. num.* 19. Quamobrem
„ cum tunc vigore expreſſi Privilegii Cardinales
„ conferrent familiarum Beneficia, non poſſunt
50 „ allegare præſcriptionem, *quia id quod eſt meum*
„ *ex una cauſa, ex alia non poteſt fieri meum, &*
„ *ſic ſi privilegium erat meum, præſcriptione meum*
„ *fieri non poteſt*, ut ſunt verba *Geminian. in Cap.*
„ *Cum perſonæ §. Quod ſi tales ſub num. 6. de Pri-*
„ *vileg. in 6. ibique Jo. Monac. Jo. Andr. num.*
„ *10. & Franch. num. 3.* -- ibi -- *Dicit hic Joan-*
„ *nes Monachus, & Joannes Andreas, quod re-*
„ *gulariter id quod eſt meum ex una cauſa, puta*
„ *ex privilegio, non poteſt effici meum ex alia,*
„ *ut præſcriptione*; Multoque minus ea poſſeſſio-
„ ne, ſeu præſcriptione juvari poſſunt adverſus
51 „ Conſtitutiones Gregorii, & Pauli de novo ſu-
„ perventas, quia immemorabilis non operatur
„ quo ad ea, quæ de novo eveniunt, *Rota cor.*
„ *Bich. dec. 368. num. 32. verſ. Ea ratione.*

„ Aut prætenditur immemorabilis poſt Conſti-
„ tutiones Gregorii, & Pauli, & multo minus
„ prætenſio ſuſtineri poterit, non ſolum quia exin-
52 „ de diceretur conſtare de initio præſcriptionis,
„ contra naturam, & eſſentiam immemorabilis,
„ ad tradita per *Rot. cor. Card. Cerro deciſ. 572.*
„ *num. 10. cor. Emerix Jun. deciſ. 502. num. 3.*
„ *deciſ. 519. num. 7. & deciſ. 696. num. 3. in Re-*
„ *cent. deciſ. 153. num. 19. part. 11. deciſ. 363.*
„ *num. 6. part. 18. & in dicta Caputaquen. Sub-*
„ *ventionis 26. Junii 1702. §. At vero, cor. Emi-*
„ *nentiſſ. de la Tremoille.* Verum etiam quia cum
„ hujuſmodi Conſtitutiones habeant Decretum ir-
„ ritans, & ſint perpetuæ, ut ſupra dictum eſt,
53 „ nulla efformari potuit præſcriptio, aut initiari poſ-
„ ſeſſio, utpote quia per repetita Decreta irritantia
„ impeditum fuit principium cujuſcumque præ-
„ ſcriptionis, *Card. de Luca de Juriſdict. diſcurſ.*
„ *95. num. 7. & 8. Rota cor. Card. Cerro deciſ.*
„ *544. n. 11. & 12. & in Recent. deciſ. 443. n. 5. &*
„ *6. part. 5.* ubi præſertim quando Decretum ap-
„ ponitur in Conſtitutione per viam legis genera-
„ lis, *deciſ. 192. numer. 10. part. 18. Recentior.*
„ *& in dicta Caputaquen. Subventionis 26. Junii*
„ *1702. cor. Eminentiſſ. de la Tremoille §. At vero*
„ *in fin.*

„ Cumque etiam de natura præſcriptionis im-
„ memorabilis ſit, quod conſtet vere de poſſeſſio-
54 „ ne per 40. ultimos annos: hæc profecto qualitas
„ ceſſat, ex quo in initio cujuslibet Pontificatus
„ ſolita eſt renovari Regula IV. Cancellariæ, re-
„ ſervans diſpoſitioni Summi Pontificis Beneficia
„ familiarium Cardinalium. Hujuſmodi autem
55 „ Regulæ vim legis generalis habentes, interrum-
„ punt præſcriptionem, & malam fidem inducunt,
„ ut in his terminis arguit *Spad. conſil. 77. n. 6. lib.*
„ 2 & loquendo de hac eadem Regula IV. *Card.*
„ *de Luca de Beneſic. diſcurſ. 12. numer. 15.*
„ *Rota deciſ. 285. a numer. 5. ad 16. part. 9. Re-*
„ *centior.* ubi firmatur ex *Garc. de Beneſic. part.*
„ *5. cap. 1. numer. 454. & 458. verſ. Nec refert,*
„ neceſſarium non eſſe, quod Regula reſervato-
„ ria mentionem faciat, nec deroget conſuetudi-
„ ni præteritæ, quia illa non eſt ullius conſidera-

„ tionis, ſtante interruptione per ſingulos Ponti-
„ fices renovantes Regulam. Id quod eo magis
„ procedit in præſenti, quia ab anno 1655. uſque
„ ad præſens, edita eſt hæc Regula Quarta, cum 56
„ ſpecifico Decreto irritanti in ea particulariter in-
„ ſerto, quo carebat Regula ante Pontificatum
„ Alexandri Septimi, & quod pariter interrum-
„ pit, & deſtruit omnem conſuetudinem, ex con-
„ geſtis in *Cracovien. Cantoria 11. Martii 1701.*
„ *§. Hinc non obſtat, & 6. Junii ejuſdem anni §.*
„ *final. cor. Eminentiſſ. Caprara*, cum ibi alle-
„ gatis.

„ Superadditur & aliud Decretum irritans, ap-
„ poſitum in Indultis tam Eminentiſſimo Archie-
„ piſcopo, quam ejus Anteceſſoribus conceſſis cum
„ expreſſa præſervatione Conſtitutionum Gregorii
„ XIV. & Pauli V. quas ad unguem ſervandas
„ eſſe diſponitur, cum derogatione quibuſcumque
„ Regulis contrariis. Ex qua formula Indultorum
„ plurima deducuntur ad rem præſentem; Pri-
„ mum, quod dum tam Eminentiſſimus, quam
„ Prædeceſſores acceptarunt gratiam ita qualifi-
„ catam, non poſſunt uti præſidio præſcriptionis,
„ quia acceptantes gratiam qualificatam, affi- 57
„ ciuntur qualitate ipſi Gratiæ per concedentem
„ adjecta, *Rot. cor. Puteo deciſ. 100. num. 2. lib.*
„ *2. in correct. cor. Cavaler. deciſ. 26. ſub num.*
„ *4. coram Bich. deciſ. 182. n. 12.* & approbans
„ Indultum pro ſe, tenetur illud recipere contra ſe, 58
„ ne eadem ratio diverſo jure cenſeatur, *Jo. An-*
„ *dr. in Cap. Cum Perſonæ in fin. de Privileg. in*
„ *6. ibique Ancaran. num. 6. verſic. Ille appro-*
„ *bans, Gemin. in dict. Cap. Cum Perſonæ §. Quod*
„ *ſi tales, verſ. Et iſte approban. ubi etiam Franch.*
„ *ſub num. 6. paulo ante finem.*

„ Deducitur ſecundo, quod cum Cardinales
„ præfati haberent Indultum reſtrictum, & limi-
„ tatam facultatem conferendi Beneficia reſervata,
„ ſed non per obitum familiarium (quorum reſ-
„ pectu voluerunt Summi Pontifices ſervari Gre-
„ gorii, & Pauli Conſtitutiones) non potuerunt
„ præſcribere facultatem conferendi etiam reſerva-
„ ta per obitum familiarium, additative ad privile- 59
„ gium, & ultra limites in privilegio conceſſos,
„ nam ita eorum privilegium excedentes, dicun-
„ tur in mala fide, ut tenent Canoniſtæ omnes *in*
„ *dict. Cap. Cum Perſonæ, de Privileg. in 6.* & ſi-
„ gnanter *Jo. Monach. num. 8. Jo. Andr. num. 11.*
„ *verſ. quærit demum, & Ancaran. num. 4. verſic.*
„ *Sed juxta, Franc. ibidem in 9. Quod ſi tales* -- ibi --
„ *Non tamen poterunt conceſſa per Privilegium au-*
„ *geri per præſcriptionem; puta datur Privilegium*
„ *liberæ ſepulturæ cum clauſula, ſalva juſtitia Eccle-*
„ *ſiarum &c. nam per præſcriptionem quoad illam*
„ *Canonicam non poterit Privilegium augeri, quia ſi*
„ *procederet præſcriptio, eſſet ex titulo Privilegii, & ſic*
„ *inſpecto toto Privilegio, volens præſcribere eſſet ma-*
„ *læ fidei, propter quod præſcribere non poſſet, & iſte*
„ *approbans Privilegium pro ſe, tenetur illud recipe-*
„ *re contra ſe, ne eadem ratione diverſo jure cenſea-*
„ *tur, ſecundum Jo. Monac. & Jo. Andr. quod tene*
„ *menti, & inducit hic Lap. & Domin. ad Epiſcopum*
„ *Feſulanum habentem ex Privilegio, ut poſſit au-*
„ *dire cauſas Subditorum ſuorum in Eccleſia Sanctæ*
„ *Mariæ in Florentia, ut ultra tale Privilegium*
„ *præſcribere non poſſit; & facit, quod tenet Jo.*
„ *Andr. in cap. 1. ſuper ult. gloſſ. infra de verb.*
„ *ſignific. ubi tenet idem, quod hic, de quo etiam*
„ *nota in leg. Is, cui, ff. quemadmodum ſervit.*
„ *amitt. ubi de illo, qui latiore itinere uſus eſt,*
„ *quam in conventione devenerit, aut juramenta*
„ *duxerit, quam licuit, an in his, in quibus ultra*

„ *uſus eſt, Præſcriptia procedat dic, ut ibi.* Se-
„ quitur *Geminian. in d. §. Quod ſitales n. 6. verſ.*
„ *Sed pone, idem Gemin. conſ. 96. nu. 4.* -- ibi --
„ *Nam illi vellent praſcribere additative ad ſuum*
„ *Privilegium, quod eſt impoſſibile, quia quando*
„ *legunt Privilegium, vident illud limitatum, &*
„ *ſic in exceſſu Privilegii apparet eos eſſe in mala*
„ *fide, ergo quantacumque tempore poſſederunt,*
„ *non præſcribunt*, & poſt illos *Rota in Giennen.*
„ *Adjunctorum 27. Maii 1705. §. Hinc propter-*
„ *ea cor. Reverendiſſ. Molines.*

„ Et tertio deducitur, quod hæc eadem Indul-
„ ta ſingulis Archiepiſcopis concedi ſolita cum
„ hac moderatoria quoad Beneficia familiarium,
„ & cum decreto irritanti, interruperunt quam-
60 „ cumque conſuetudinem, quæ ex quolibet fa-
„ cto, ſeu dicto, imo ſolo rumore contrario re-
„ manet eliſa, juxta allegatas auctoritates.

„ Rurſus cum agatur de præjudicio reſervatio-
„ nis Summorum Pontificum, requirebatur ſcien-
61 „ tia, & patientia eorumdem, quibus præjudicare
„ non poſſunt collationes in his terminis ab Ordi-
„ nariis forſan factæ in longinquis Regionibus,
„ & ſic iiſdem Pontificibus ignorantibus, ut in
„ dictis *Cracovien. Cantoriæ utrabique §. finali*,
„ *cor. Eminentiſſ. Caprara*, & in fortioribus ter-
„ minis obſervantiæ conferendi Beneficia familia-
„ rium allegatæ a Cardinalibus Titularibus in Ur-
„ be, & ſic in præſentia Pontificum, *Coccin. & Lan-*
„ *cellott.* apud *Amayden. de ſtyl. Datar. pag.* 520.
„ §. *Quinto ante finem*, & regulare eſt, quod con-
62 „ tra Sedem Apoſtolicam, alioſque Supremos Prin-
„ cipes, nec immemorabilis, nec centenaria currat
„ ſine eorum ſcientia, *Spada conſil.* 1. *n.* 8. *&* 9. *lib.* 1.
„ præſertim reſpectu poſſeſſionis ultimorum qua-
„ draginta annorum, quæ cum ſit concludenter
„ probanda, impoſſibile eſt illam poſſe probari in
„ juribus incorporalibus ſine ſcientia, & patien-
63 „ tia, ut notabiliter poſt *Geminian.* proſequitur
„ *Spad. dicto conſ.* 1. *ſub. num.* 10. *lib.* 1. Tantum
„ autem abeſt, ut probari queat ſcientia, & pa-
„ tientia Summorum Pontificum, ut imo concur-
„ rat poſitivus eorum diſſenſus deductus ex Con-
64 „ ſtitutionibus Gregorii XIV. & Pauli V ex
„ Regula IV. Cancellariæ, & ex ipſis Indultis,
„ etiam ex illo, quod conceſſum fuit Eminentiſ-
„ ſimo moderno Archiepiſcopo; & quod magis
„ urget, concurrunt collationes poſitivæ in hac
„ eadem Diœceſi factæ a S. Sede de Beneficiis fa-
„ miliarium, quamvis viveret Cardinalis Patro-
65 „ nus, & inſimul Collator Ordinarius: ſemper
„ enim quod Sedes Apoſtolica notitiam habuit ſi-
„ milium vacationum, ſemper contulit, & ex his
„ collationibus etiam in caſu mixto factis, elimi-
„ nata remanet quæcumque prætenſa conſuetudo
66 „ immemorabilis, cujus eſſentia in eo principali-
„ ter conſiſtit, ut nil umquam actum, aut audi-
„ tum fuerit in contrarium, *Covarr. in Regul. poſ-*
„ *ſeſſor. 2. part. §. 4. ſub n. 7. Trabat. de effect. im-*
„ *memorab. quæſt. 2. n. 36. & quæſt. 15. n. 2. An-*
„ *tonell. de Temp. legal. lib. 2. cap. 112. n. 17.*
„ *Rota cor. Cerra deciſ. 554. num. 14. cor. Bichia*
„ *deciſ. 290. num. 30. in Recent. deciſ. 70. num. 65.*
„ *part. 13. & in dicta Caputaquen. Subventionis §.*
„ *Accedit, cor. Eminentiſſ. de la Tremoille, &*
„ *in Carpentoraten. Juriſdictionis 15. Martii*
„ *1709. §. final. coram R. P. D. Omaña.*

„ Attenta præcipue duplici circumſtantia; Pri-
„ ma, quod exempla collationum in his terminis
„ factarum a Dataria, ſunt numero plura: & ta-
„ men ad proſternendam immemorabilem ſuffi-
67 „ ceret ſolus contrarius rumor, *Tondut. Reſolut.*
„ *Benefic. tom. 1. cap. 104. prope fin. Sperell. deciſ.*
„ *69. num. 14. Card. de Luca de Juriſdict. diſc.*
„ *3. num. 8. Adden. ad Gregor. deciſ. 298. numer.*
„ *13. Rota dec. 314. ſub n. 6. part. 11. deciſ. 139.*
„ *n. 10. part. 18. Rec. cor. Zarati. deciſ. 21. n. 12.*
„ *deciſ. 1269. n. 14. cor. Emerix, in Salamantina*
„ *Juris conferendi 3. Decembris 1703. §. finali,*
„ *cor. Reverendiſſ. Molines, in Illerden. Diſtribu-*
„ *tionis 7. Aprilis 1704. §. Addita, cor. R. P. D.*
„ *Anſaldo, & in Aſtoricen. Præeminentiarum 2.*
„ *Junii 1704. §. Circa immemorabilem, cor. eodem.*

„ Altera circumſtantia eſt, quod omnia exem-
„ pla emanarunt ſub ipſo Paulo V. qui Conſtitu-
„ tionem edidit reſervatoriam Beneficiorum a fa-
„ miliaribus Cardinalium obtentorum, revocan-
„ do, & moderando Indulta prius conceſſa, ea-
„ que reducendo ad terminos prædictæ Conſtitu-
„ tionis; proindeque exempla præfata non ſolum
„ deſtruunt immemorabilem, ſed eodem tempore
„ inſerviunt ad probandum, quod mens, & in-
„ tentio illius Summi Pontificis in dicta Conſtitu-
„ tione fuerit comprehendere ſub ea etiam hunc
„ caſum mixtum, cum nulla dari poſſit Conſtitu-
„ tionibus Pontificiis melior intelligentia, quam 68
„ quæ reſultat ex factis, & actibus poſitivis Prin-
„ cipis, qui legem condidit, & ad quem tantum
„ pertinet ſuas Conſtitutiones interpretari, *Spada*
„ *conſil. 128. num. 10. lib. 3. Rota deciſ. 114. n.*
„ *1. part. 6. Recent. deciſ. 59. ſub num. 11. cor.*
„ *Mantica, deciſ. 217. num. 4. & 5. coram Royas,*
„ & poſt *Dianam part. 8. deciſ. 9. §. Etenim*, cum
„ aliis *in Carpentoraten. Juriſdictionis 11. Maii*
„ *1689. §. Nil relevante coram R. P. D. Lancetta*,
„ & uti proximiores eidem Conſtitutioni præva-
„ lere debent cuicumque alteri prætenſæ remotæ 69
„ obſervantiæ, *Rota deciſ. 226. num. 21. & 22.*
„ *part. 15. Recent.*

„ Concludendum igitur, immemorabilem con-
„ ſuetudinem ab Eminentiſſimo Archiepiſcopo al- 70
„ legatam nullum poſſe habere facti fulcimentum
„ propter tot contrarios actus; itaut ſi in ullo un-
„ quam caſu verificari poſſit, quod eliſa remanet
„ immemorabilis ex quocumque facto, dicto, vel
„ rumore contrario, id profecto verificari debeat
„ in præſenti, in quo non ſolum rumor, non uni-
„ cus deducitur actus, ſed undecim pro nunc dan-
„ tur proviſiones a S. Sede emanatæ etiam in ca-
„ ſu, ut prætenditur, mixto: quibus ſi adjunga-
„ tur praxis inconcuſſa, quæ urget reſpectu alio-
„ rum Cardinalium, quamvis ſimul ſint Patroni,
„ & Ordinarii Collatores, utique affirmandum erit,
„ rem hanc in ſe clariſſimam, tam longæ diſputa-
„ tionis Dote non indiguiſſe „ Hactenus Diſcurſus.

Ampliatur tertio, quod cenſeantur reſervata
Beneficia per obitum familiarium vacantia, etiamſi
alias ſpectarent ad collationem Cardinalis Titula-
ris. Nam quamvis Conſtitutiones *Gregorii XIV.* 71
& Pauli V. ſupra laudatæ præſervent in prima ea-
rum parte Beneficia illarum Eccleſiarum, quibus
Cardinales ratione ſui Tituli præſunt, circa quæ
aliquid de novo ſtatuere non intendunt: nihilomi-
nus præſervatio hujuſmodi reſpicit ſolum Indulta,
quæ Cardinales habent ratione ſui Tituli, ſed
non Titulos ipſos, nam cum Papa revocet In-
dulta, non eſt dicendum, quod præſervaverit Ti-
tulos Cardinalium ſimpliciter; etſi in prima parte
præſervaſſet Indulta ratione Titulorum, ſuper-
fluum fuiſſet aſſerere in ſecunda parte, quod vole-
bat reſervare Beneficia Cardinalium -- *Etiamſi ad*
alterius Cardinalis collationem pertinere deberent,
ſed ſatis fuiſſet dicere, *voluit quod eadem Benefi-*
cia &c. ut latius proſequitur ſæpe citatum votum

Lan-

Lancellotti, & *Coccini* poſt *Amayden. num.* 8. &
ſequen. & in iiſdem terminis collationis alias ſpe-
ctantis ad Cardinalem Titularem, quidquid in con-
trarium exiſtimet idem *Amayden. dict. cap.* 34. *nu-
mer.* 12. & *ſequen.* loquitur *Rot. deciſ.* 28. & 29.
poſt *Novar. Card. de Luc. de Beneſic. diſc.* 6. *nu-
mer.* 9. & deciſum fuit *anno* 1670. in Congrega-
tione particulari contra Cardinalem Titularem S.
Marci, & in altera de anno 1681. contra Cardi-
nalem Diaconum S. Mariæ in Via Lata, in qua
interfuit clar. mem. *Cardinalis de Luca*, qui in
Voto M. S. teſtatur, *quod ita ſemper fuerit ſerva-
tum, abſque eo quod doceretur de aliqua praxi con-
traria.*

Afficit etiam reſervatio Regulæ Parochiales va-
cantes per obitum familiarium Cardinalium, tum
72 quia veniunt appellatione Beneficiorum, *Gloſſ. in
Cap. Si gratioſe, verb. Beneficia, de Reſcript. Lap.
allegat.* 84. & ibi *Adden.* cum concordan. relatis
per *Garc. de Beneſic. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 35. *Gon-
zal. ad regul.* 8. *Gloſſ.* 6. *num.* 24. tum quia Regula
utitur verbo *quæcumque*, quod ampliat verbum
Beneficia, & operatur, quod ſub illius reſervatione
comprehendantur etiam ea Beneficia, quæ alias
non comprehenderentur. Late *Rot. deciſ.* 2272. *nu-
mer.* 1. & *ſequen. cor. Coccin.* Quemadmodum re-
ſervationi præfatæ ſubjacent Dignitates majores poſt
Pontificalem in Cathedralibus, & principales in
73 Collegiatis, ex rationibus late deductis in magi-
ſtrali *deciſ.* 414. *per tot. coram Millino.* Et con-
ferunt, quæ dicemus infra *in Commentar. in Re-
gul. XXXII.*

Non comprehendere tamen Regulam Beneficia
74 de jurepatronatus laicorum, tradit *Cardinalis de
Luca de Beneſic. diſc.* 6. qui licet *numer.* 11. id
amplier etiam ad Beneficia de jurepatronatus Ec-
75 cleſiaſtico: in hoc tamen non bene loquitur, quia
juſpatronatus Eccleſiaſticum cadit ſub omnibus re-
76 ſervationibus Apoſtolicis, etiam abſque ulla illius
mentione, ut fatetur ipſemet *Card. de Luc. de Ju-
repatr. diſc.* 65. *num.* 18. *Garc. de Beneficiis part.*
5. *cap. primo n.* 552. *Mandoſ. ſuper regul.* 1. *qu.*
10. *Rota deciſ.* 103. *num.* 4. *coram Buratt.* & *de-
ciſ.* 112. *num.* 22. *Cor. Carillo*, & *deciſ.* 517. *num.*
10. & *deciſ.* 793. *num.* 13. *coram. bon. mem. Moli-
nes*, & *in Ortonen. Beneficii* 23. *Martii* 1708. §.
Arbitrium, coram clar. mem. Card. Scotto, & quod
77 Beneficia de Jurepatronatus Eccleſiaſtico ſint ob-
noxia Regulæ de familiaribus, admittitur in *Fer-
rarien. Cappellaniæ* 10. *Junii* 1695. §. *Intruſio cum
ſeqq. cor. Priolo.*

Inſuper reſervatio hujus Regulæ afficit Benefi-
78 cia, quæ familiaris obtinuit ante familiaritatem,
ut reprobando *Sarnenſ.* firmavit *Rota deciſ.* 11. *lib.*
2. *cor. Accorambon.* & *deciſ.* 116. *num.* 4. *cor. Gre-
gor.* ubi id ſine difficultate procedere in terminis
modernæ Regulæ, *Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2.
quæſt. 32. *numer.* 76. *Ventrigl. in Prax. tom.* 2. *an-
not.* 2. §. 2. *num.* 4. *Barboſ. de Epiſcop. part.* 3. *al-
legat.* 57. *num.* 113. ubi quod reſervantur Benefi-
ficia, nedum obtenta tempore Cardinalitiæ familia-
ritatis, ſed etiam quæ antea obtinebantur, *Mareſ-
cott. Var. Reſol. lib.* 2. *cap.* 94. *num.* 13.

Et reſervatio exinde contracta non extinguitur,
*etiamſi ab ipſa familiaritate per obitum Cardina-
79 lium eorumdem, vel alias, familiares ipſi receſſe-
rint*, ut ſunt verba Regulæ, & tradunt *Lotter.
de re Beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 33. *n.* 75. *Gonzal ad re-
gul.* 8. *Gloſſ.* 51. *num.* 62. *Spad. conſ.* 36. *num.* 1.
Mandoſ. ad regul. 3. *queſt.* 3. *num.* 4. *Ventrigl. in
Prax. part.* 2. *annot.* 2. §. 2. *num.* 41. *Garc. de
Beneſic part.* 5. *cap.* 1. *n.* 277. *Leuren. in For. Be-*
neſic. tom. 2. *quæſt.* 546. *n.* 20. *Kochier. ad regul.* 3.
num. 31. *Rot. in Monaſterien. Præpoſitura* 26. *Junii*
1702. §. *Attamen, cor. bon mem. Anſaldo*, & *in
Tudertina Beneficii* 9. *Junii* 1721. §. *Non enim,
cor. bon. mem. Cerro.* Sed quamvis Beneficia ob-
tenta durante familiaritate, vel antea, ſint reſerva-
ta, etiam ea diſſoluta, Beneficia tamen obtenta fa-
miliaritate jam diſſoluta, reſervationi non ſubja-
cent, ut diximus *in* §. *antecedenti* in terminis Con-
claviſtarum. Quemadmodum reſervata non rema-
nent Beneficia obtenta per eum, qui Sede Apoſto- 80
lica vacante inter familiares Cardinalis fuerit re-
ceptus, & ea adhuc durante, a familiaritate ipſa
receſſerit, nam Sede vacante Regula hæc, ſicuti &
reliquæ ceſſant, *Gonzal. ad Regul.* 8. *in Proœm.* §.
5. *n.* 81. *Mandoſ. ad Regul.* 32. *quæſt.* 11. *Leuren.
in For. Beneficial. quæſt.* 546. *num.* 19.

Comprehenduntur itidem ſub Regula Beneficia
durante familiaritate obtenta, tametſi ad illa jus ſo- 81
lum *ad rem* familiari competierit, ut diſponitur in
Regula -- ibi -- *In quibus, ſeu ad qua jus eis com-
petit, ſeu competierit &c. Leuren. in For. Beneficial.
tom.* 2. *qu.* 546 *n.* 21. *Caſtropal. dict. punct.* 19. *ſub
n.* 12. *Garc. de Beneſic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 281. ubi po-
nit decem modos, juxta quos dicitur competere jus
ad rem ad Beneficium, quoad effectum noſtræ Re-
gulæ.

Sed quanto tempore durare debeat familiaritas, ad
effectum ut locum ſibi vindicet reſervatio hujus Re-
gulæ? Videtur reſpondendum, quod durare ſaltem 82
debeat per quatuor menſes, ut diſponitur in Re-
gula XXXII. *De conſenſu per Cardinalem Patro-
num præſtando*; Per hujuſmodi enim temporis ſpa- 83
tium tollitur ſuſpicio, quod familiaritas fuerit contra-
cta fictitie, & in fraudem, *Gomez ad Regul. de impe-
trand. Beneſic. per obitum familiar. Cardinal. quæſt.*
13. *n.* 3. *Gambar. de Offic.* & *poteſt. Legat. Rubr.
de Beneſic. conſer. num.* 157. *Tuſc. Litt. F. concluſ.*
72. *n.* 31. Quam fraudem eliminandam eſſe diſpo-
nit *Text. in Cap. final. de verbor. ſignificat. in ſexto* --
ibi -- *Sine fraude, & fictione qualibet tui Clerici
familiares exiſtunt continui Domeſtici Commenſales*;
ibique *Geminian. num.* 8. *Jo. Andr. num.* 10. *An-
caran. Abas*, & *alii Canoniſtæ.*

Et hoc principaliter, & primario reſpicit jura
Ordinariorum, quibus ſub familiaritatis Cardina-
litiæ clypeo, adimebatur jus conferendi, *Geminian.*
& *Jo. Andr. locis mox laudatis*, non autem, ut
vulgus exiſtimat, jura Datariæ, niſi per accidens,
cum adverſus Datariæ jura admitti non poſſit fraus,
niſi in caſu obitus Beneficiati in menſe reſervato:
alias enim Dataria nullum jus haberet, niſi Cardi-
nalis, & famulus contraherent familiaritatem. Proin-
deque dum Pontifex ad effectum obviandi fraudi-
bus requiſivit diuturnitatem quadrimeſtris ſervitii,
non reſpexit ſolum ad jura Datariæ, cui fraus fieri
non poteſt, quin etiam fiat Ordinario, ſed multo
magis reſpexit ad jura Ordinariorum, ut ſcilicet fa-
miliaritas non auferat illis jus conferendi, antequam
fuerit extra omnem ſuſpicionem fraudis, per dura-
tionem quatuor Menſium, vere contracta.

Alias ſequeretur quod ex uno, eodemque actu,
quem Pontifex ſuſpicatur fraudulentum, nollet qui-
dem acquiri jus Cardinali Patrono, ſed tamen il-
lud vellet acquiri Datariæ. Unde potius dicendum
eſt, quod ſicuti brevem familiaritatem cenſuit ineſ-
ficacem, ut non poſſit minuere libertatem Datariæ,
ſic paritea voluerit eamdem eſſe inefficacem, ut non
poſſit deſtruere Ordinariorum jura, militante in
utroque caſu eadem, vel majori ratione.

Accedit quod Regula IV. quæ eſt præparato-
ria *ad Regulam XXXII.* reſervat Beneficia Car-
dinalium,

dinalium, non tam in gratiam Datariæ, quam
84 in gratiam Cardinalium Patronorum, ut late pro-
bat *Coccin. deciſ.* 2272. *num.* 4. *& ſeqq.* Et Re-
gula XXXII. continet in ſe dictam Regulam IV.
85 eamque trahit, & amplectitur, ut firmat *Coccin.*
ubi proxime *num.* 10. *& ſeqq.* Et propterea de-
claratio diuturnitatis ſervitii, quæ habetur in Re-
gula XXXII. afficit etiam Regulam IV. dum una
in altera continetur.

Atque ex his ruere videtur fundamentum con-
trariæ opinionis, nempe, quod dum Papa requi-
ſivit quadrimeſtrem familiaritatem, loquutus fue-
rit reſtrictive quoad effectum Regulæ XXXII. --
ibi -- *Nec non illos ad effectum dictæ Conſtitutio-
nis, familiares eorumdem Cardinalium cenſeri, qui
ipſorum Cardinalium familiares continui Commen-
ſales ad minus per quatuor menſes &c. fuiſſe pro-
barentur.* Etenim objectio procederet, ſi altera
Conſtitutio alteri non ineſſet, & ad illam quaſi
per quamdam rei, & intentionis affinitatem, &
correſpectivitatem non pertineret; Sed quoniam
tam in ratione, quam in verbis, Regula XXXII.
continet in ſe Regulam IV. & non ſolum de con-
ſenſu loquitur, ſed etiam de reſervatione, quam
repetit -- ibi -- *Beneficia hujuſmodi ad liberam
Sanctitatis Suæ, & Sedis Apoſtolicæ proviſionem,
& diſpoſitionem pertineant* --, conſequens eſt,
ut id, quod fuit declaratum in Regul. XXXII.
influat etiam in Regulam IV. & operetur non
modo quoad conſenſum Cardinalis Patroni, ve-
rum etiam quoad reſervationem Datariæ, ut ad
utrumque effectum requiratur familiaritas quadri-
meſtris, eodem modo, quo Decretum Regulæ IX.
influit in omnes alias præcedentes Regulas, pro-
pter affinitatem materiæ, ut cenſuit *Rota deciſ.* 51.
num. 21. *& ſeqq. part.* 15. *Recent. cum ibi allegat.*

Et ſic explicatur dictio illa *continui Commenſa-*
86 *les*, quæ habetur tam in Regula IV. quam in Regu-
la XXXII. Cum enim verbum *continui* importet
temporis durationem, & quemadmodum ait *Anca-
ran. conſ.* 398. *ſub num.* 2. requirat moram con-
tinuam, vel ut inquit *Archidiacon. in dicto Cap.
final. de Verbor. ſignificat. in ſexto*, tempus con-
gruum: Summus Pontifex determinavit, ut tem-
pus, ſeu mora ſaltem ſit quadrimeſtria; & ita ſen-
ſere *Gambar. de poteſt. Leg. rubr. de Beneſ. con-
fer. num.* 156. *&* 163. ubi, quod ad hoc, ut quis
dicatur continuus Commenſalis, requiritur vel quod
comederit, vel quod potuerit comedere in Tinello
ſaltem per quatuor menſes, *Card. Tuſcus litt. F.
Concluſ.* 72. *num.* 7. *&* 31. *Gomez ad dict. Regul.*
32. *quæſt.* 13. *num.* 3. *Lotter. de re Beneficiar. lib.*
2. *quæſt.* 32. *num.* 10. *&* 126.

Verum his non obſtantibus, verior eſt contra-
ria opinio, nempe, quod ad effectum reſervatio-
nis non requiratur familiaritas quadrimeſtris, ſed
87 ſufficiat, quod illa per momentum interceſſerit.
Primo, quia Regula IV. nihil dicit de familia-
ritate quatuor menſium; unde ſi illam exoptaſ-
ſet, expreſſiſſet, quemadmodum expreſſit Regula
XXXII. Secundo, quia finis utriuſque Regulæ
eſt diverſus, nam Regula IV. tendit ad finem re-
ſervationis, Regula XXXII. ad finem conſenſus.
Tertio quia hæc Regula IV. diſponit etiam de fa-
miliaribus Papæ, quæ diſpoſitio non congruit Re-
gulæ XXXII. Quarto quia prædicta Regula
XXXII. requirens familiaritatem quadrimeſtrem,
ſe reſtringit ad caſum præciſum de quo loquitur --
ibi -- *ad effectum dictæ Conſtitutionis.* Quinto quia
Regula IV. eſt favorabilis, ſed Regula XXXII.
odioſa. Ut hiſce inhærendo rationibus, *Mandoſ.
in hac Regul. quæſt.* 20. *verſ. pro parte negativa*,
Kocbier. numer. 31. *& Queſada verbo familia-
ris, verſ. ſufficit ad hunc effectum, Garc. de Be-
nefic. part.* 5. *cap.* 1. *numer.* 276. *Ventrigl. in
Prax. tom.* 2. *annot.* 2. *§.* 2. *num.* 38. *Barboſ. al-
leg.* 57. *numer.* 113. *Leuren. in For. Beneficial.
tom.* 2. *quæſt.* 546. *numer.* 19. *Caſtropal. Oper.
Moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 19. *nu-
mer.* 11. & admittit *Rota deciſ.* 626. *numer.* 8.
cum ſeqq. cor. Rembold. ubi dixit veriorem eſſe
opinionem, quod non requiratur familiaritas per
quatuor menſes ad effectum Regulæ IV. addit-
que, probationem familiaritatis per dicti temporis
ſpatium neceſſariam ſolum eſſe, quando impetrans
eam Papæ narravit; & in ejus confirmatoria *cor.* 88
Merlino deciſ. 286. *numer.* 2. ubi etiam adduci-
tur *Rot. in Seguntina Beneficii* 12. *Maii* 1589.
cor. Orano ubi agebatur de Vicario Cardinalis E-
piſcopi *Seguntin.* in Domo ejuſdem Cardinalis
commorantis, & fuit dictum, quod ad effectum
dictæ Regulæ non requirebatur ſupradicta pro-
batio familiaritatis per quatuor Menſes, & ſe-
quitur *Mareſcott. lib.* 2. *cap.* 94. *n.* 15. *& ſeqq.*

Et ſic anno 1678. fuit reſolutum in Congrega-
tione particulari Prælatorum in Cauſa *Camerinen.* 89
Canonicatus, nam vacante Canonicatu per obi-
tum *Perotti de Perottis*, qui literas per quadra-
ginta dies Cardinalis *Aquavivæ* Secretarius, Se-
des Apoſtolica illum contulit *Corradino* & Car-
dinalis *Franzonus* Epiſcopus Camerinen. de eo-
dem Canonicatu providit *Porfirium*; Cumque du-
bitari contigiſſet, an una, vel altera proviſio ſu-
ſtineretur, & difficultas eſſet reſtricta ad inſpectio-
nem, an requireretur ad effectum reſervationis fa-
miliaritas quadrimeſtris, prodiit reſolutio ad favo-
rem proviſi Apoſtolici, ut in ſuis Notis M. S. te-
ſtatur *Fagnan.* qui reſolutionem his verbis adno-
tavit -- *Die Veneris* 27. *Maii* 1678. *habita fuit
Congregatio in ædibus D. Fagnani, cui præter ip-
ſum interfuerunt DD. Datarius, Paulutius Rota
Auditor, Altovitus, Urſinus, Sluſius, & Subda-
tarius.* Sed Datarius, & Subdatarius abſtinuerunt
a voto. *Ex reliquis quinque, unus tantum opi-
natus eſt requiri familiaritatem quadrimeſtrem,
aliis quatuor contrarium ſentientibus, ſed ſufficere
familiaritatem per tempus continuum, ut veri-
ficetur illud verbum continue, quod habetur in
cap. finali de verb. ſignificat. lib.* 6. *Itaque capta
fuit reſolutio pro Dataria, quod non requiratur
familiaritas quadrimeſtris, coadjuvata tamen prius
probatione familiaritatis per atteſtationem conſtitu-
tionis Salarii.*

Atque hic obiter adnotandum, quod juxta
ſtylum antiquum, Datarius, & Subdatarius Vo- 90
tum pandebant in illis ſolum Congregationibus
intereſſe Datariæ reſpicientibus, quæ per Papam
oretenus, vel alias in forma extrajudiciali depu-
tabantur, ſecus in illis, in quibus procedebatur in
forma judiciali per Commiſſionem, ut teſtatur
Cardinalis de Luca in Voto Manuſcripto, quod
edidit anno 1682. *in Cauſa Romana Canonicatus
S. Mariæ in Vialata* inter Datariam, & Cardina-
lem ejuſdem Eccleſiæ Diaconum, & in qua Cau-
ſa Datarius, & Sub-Datarius ſe abſtinuerunt a
votum dando, quemadmodum ſervatum fuiſſe in
ſupradicta Cauſa *Camerinen.* teſtatur *Fagnanus.*

Et ſine difficultate procederet opinio præfata
quando Cardinalis Patronus eſſet jam defunctus, 91
prout erat caſus in dicta *Camerinen.* Idque proba-
tur tam ex verbis, quam ex ratione Regularum
Cancellariæ. Ex verbis, quia hoc requiſitum fami-
liaritatis per quatuor menſes non habetur in Regu-
la IV. ſed legitur explicite in Regula XXXII.
quæ

quæ loquitur de conſenſu præſtando a Cardinali
vivente, & tali caſu requirit, quod familiaritas ſit
per quatuor menſes. Quando autem Cardinalis eſt
mortuus, Regula locum habere nequit, cum mor-
tui conſentire non poſſint. Et ad hoc ponderan-
da ſunt illa verba Regulæ XXXII. -- *Ad effe-
ctum dictæ Conſtitutionis* – ſcilicet ejuſdem Regulæ
XXXII. quæ clare demonſtrant, hanc Regulam
non procedere, niſi ad effectum, ut Cardinalis Pa-
tronus conſentiat, unde eo vita functo, non intrat
Regula, quia effectus conſenſus ſequi non poteſt.
Similiter Regula XXXIII. loquitur, quando
92 eſt controverſia inter Cardinalem Patronum, &
Cardinalem Ordinarium Collatorem, *Rota deciſ.*
28. *num.* 32. poſt *Novar. in Summ. Bullar.* hoc
autem caſu nulla poteſt eſſe controverſia inter di-
ctos Cardinales, dum Patronus jam obiit.
Quo vero ad rationem. In Regula XXXIII.
93 exprimitur cauſa ad ſedandas lites, & contro-
verſias, quæ cauſa viget ſolum quando uterque
Cardinalis vivit, *Rota deciſ.* 28. *num.* 33. poſt
Novar. Et cum eadem Regula XXXIII. ut in
ea dicitur emanaverit ad declarationem præceden-
tis Regulæ XXXII. De conſenſu a Cardinale vi-
vente præſtando, aperte oſtendit, neutram ex præ-
dictis Regulis habere locum, quando Cardinalis
Patronus eſt mortuus. Hæc enim ratio litis non
viget mortuo Cardinali Patrono, nec habet locum,
quando proviſio ſpectat ad liberam collationem Pa-
pæ per hanc Regulam IV.
Præterea hæc reſtrictiva *quatuor menſium* non
9. reperitur in Regula IV. in qua reſervantur Bene-
ficia hujuſmodi; & cum illa ſit præparatoria ad
Regul. XXXII. & XXXIII. ut diximus ſupra
n. 2. debet intelligi ſecundum Regulas præparatas,
& ſic Regula IV. non recipit illam reſtrictionem
quatuor menſium, niſi quando Cardinalis Patro-
nus vivit, & poteſt conſentire, nec eo caſu requi-
ritur conſenſus Ordinarii, cum ceſſet ratio Regulæ.
Rurſus in Regula XXXII. præſcribente fami-
95 liaritatem quadrimeſtrem, nulla ratio redditur,
ſed eam adducunt Doctores, videlicet, ne fiant
fraudes, & multiplicentur familiaritates in præjudi-
cium Sedis Apoſtolicæ. Quæ ratio militat ſolum
in Cardinali Patrono, quia ſua intereſt, ut Bene-
ficium non conferatur, niſi de ſuo conſenſu, ceſſat-
que mortuo Cardinali Patrono, & Regula con-
ſiderat tantum hunc effectum conſenſus -- ibi -- *Ad
effectum dictæ Conſtitutionis.* Papa enim dum in
Regula IV. reſervavit Sedi Apoſtolicæ Beneficia
vacantia per obitum familiarium Cardinalium, jam
intendebat facere Regulam XXXIII. & præpa-
rare materiam, ut dicta Beneficia deinceps con-
ferri non poſſent, niſi conſentiente Cardinali Pa-
trono, idcirco reſtrinxit Regulam XXXII. præpa-
ratam ad hunc ſolum effectum *conſenſus*, ut ſci-
licet quadrimeſtre tempus non requiratur, niſi
quando Cardinalis Patronus poteſt conſentire. Et
his præcipue rationibus motus *Fagnanus*, fuit in Vo-
to in ſupradicta *Camerinen.* non requiri quadrime-
ſtrem familiaritatem ad effectum hujus Reg. IV. quia
Cardinalis *Aquaviva* Patronus jamdudum obierat.
Fuit itidem aliquando revocatum in dubium,
an exceptio, quæ legitur in Indultis de Beneficiis
vacantibus per obitum familiarium Cardinalium,
intelligatur de Cardinalibus viventibus tantum,
96 vel etiam de mortuis. Et intelligi ſolum de viven-
tibus dixit *Spada conſ.* 22. *lib.* 3. Nam *Gregorius
XIV.* in laudata Conſtitut. XIX. favere voluit
Cardinalibus Patronis, ne privarentur commodo
conſenſus, quando Beneficia ſuorum familiarium
per Cardinalem Ordinarium Collatorem conferun-
tur. Iſta autem ratio ceſſat, Cardinali jam de-
functo: Maxime cum id colligatur ex verbis illis
ejuſdem Conſtitutionis -- *Per obitum familiarium
continuorum Commenſalium eorundem Cardinalium
&c.* & ibi -- *Si ipſe Cardinalis tunc præſens in Cu-
ria fuerit &c.* Quæ verba reſpiciunt Cardinalem
viventem, non defunctum.
Sed contrarium dicendum eſt. Reſervatio enim
ex capite familiaritatis Cardinalitiæ non extingui- 97
tur per prædeceſſum Cardinalis Patroni, reſpectu
Beneficiorum, quæ eo vivente familiaris obtine-
bat, ut diximus ſupra *numer.* 79. ex verbis Re-
gulæ. Idque probatur etiam per *Text. in Extra-
vag. Ad Romani, de Præben.* & clarius ex ſæpe
laudata Conſtitutione LXVIII. ſan. mem. Pauli
V. §. 1. circa finem -- ibi -- *Non autem Beneficia
hujuſmodi, etiam eodem Cardinali* (*nempe Patro-
no*) *ab ipſa Curia abſente, ſeu prædefuncto, ad
collationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem Car-
dinalis Ordinarii Collatoris ullo modo pertineant.*
Ad cujus proinde Conſtitutionis formam intelligenda
ſunt Indulta Cardinalium, ut ibi expreſſe mandatur
in §. 2. *in fine*, & pluries ſupra diximus. Et hanc
ipſam Sententiam, quæ inconcuſſe ſervatur in praxi,
ſequitur *Mareſcott. var. Reſolut. lib.* 2. *cap.* 94. *n* 20.
Nunc ſupereſt videndum, quomodo probetur,
& inducatur familiaritas. Et ad effectum hujus 98
Regulæ plena, & concludens probatio eſt neceſſa-
ria, cum agatur de materia odioſa, & tertio præ-
judiciali, *Gomez ad Regul. de Impetr. per obit. fa-
miliar. quæſt.* 13. *num.* 6. *Bero quæſt.* 35. *numer.* 3.
Card. de Luc. de Benefic. diſc. 6. *num.* 4. *Lotter. de
re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 129 *Adden.
ad Gregor. deciſ.* 166. *n.* 10. *Rot. deciſ.* 255. *num.*
18. *cor. Buratt.* & *deciſ.* 775. *num.* 3. *cor. Penia*,
& *deciſ.* 626. *num.* 4. *coram Rembold.*
Quamvis ſecus ſit, quando non agitur ad effe-
ctum reſervationis, ſed ad alium effectum, veluti
ad juſtificandam gratiam, in qua quis dicitur fami-
liaris, tunc enim ſufficit minus exacta probatio, 99
Adden. ad Gregor. dicta deciſ. 166. *num.* 10. *Rota
deciſ.* 354. *num.* 8. *cor. Penia deciſ.* 268 *num.* 4.
& 5. *cor. Ubaldo, deciſ.* 1610. *num.* 3. *coram Coc-
cin. deciſ.* 526. *num.* 4. & *deciſ.* 555. *num.* 3. *co-
ram Emerix Jun.* Idemque dicendum eſſet, ſi age-
retur ad effectum expediendi Litteras Apoſtolicas
gratis, Adden. ad Gregor. dict. deciſ. 166. & *ad
Buratt. deciſ.* 255. *num.* 18. & 19.
Non tamen adeo ſtricta probatio familiaritatis
requiritur, quin plena, & concludens non dicatur
illa, quæ occurrit ſecundum caſuum contingentias,
& quæ deſumitur ex pluribus concurrentibus, & 100
ſimul junctis adminiculis, & circumſtantiis. Fa-
miliaritas enim videtur difficilis probationis, &
licet æquiparetur Societati in hoc, quod mutuo
conſenſu Domini, & ipſius familiaris contrahatur,
tamen ſuper ea non celebrantur Inſtrumenta, vel
Scripturæ, nec ſolent adhiberi Teſtes, *Adden. ad
Gregor. dict. deciſ.* 165. *verſ. ſed licet, Rot. deciſ.*
257. *num.* 9. *part.* 12. *Recent.* & *deciſ.* 255. *n.*
4. & *ſeqq. cor. Buratt.*
Ad inducendam hanc familiaritatem requiritur
copulative duplex requiſitum, *Mentis* ſcilicet, &
Dentis. Et quidem *Mens* exemplificatur in eo, 101
quod quis actu ſit addictus alicui honeſto ſervitio,
per quod, tanquam per ſpeciem reciproci contra-
ctus ſit receptus inter Famulos Cardinalis, cum
deſtinatione ad aliquod ſervitium, quod ejuſdem
Cardinalis Perſonam reſpiciat, *Lotter. de re Bene-
ficiar. lib.* 2. *qu.* 32. *num.* 8. & *ſeqq. Leuren. in
For. Beneſ. tom.* 2. *quæſt.* 546. *num.* 16. *Ventrigl. in
prax. tom.* 2. *adnot.* 2. §. 2. *num.* 35. *Cardin. de*

Luca de Beneſ. diſc. 6. num. 5. & ſeqq. Adden. ad
Buratt. deciſ. 226. num. 15. & ſeqq. Adden. ad Gre-
gar. deciſ. 166. num. 10. Rota deciſ. 626. num. 2.
cor. Rembald. & in *Romana Beneficii 22. Junii*
1699. §. His omnibus, & §. ſeqq. coram dell'Olmo.
Dens vero, quod vivat expenſis Cardinalis, re-
102 cipiendo ab eo victum in Pane, Vino, & obſoniis
ad vitam neceſſariis, itaut non ſufficiat accipere
aliquam partem Panis, & Vini, quia non in ſolo
Pane, & Vino vivit homo, *Bero. dict. quæſt. 35.*
103 *num. 3. Spada conſ. 22 num. 11. & 12. lib. 3. Car-*
dinalis de Luca de Beneſic. diſc. 6. num. 7. Gomez
ad regul. de impetr. Beneſ. per abitum Cardinalis
quæſt. 13. num. 12. Rota deciſ. 846. num. 4. & ſeqq.
cor. Coccino, & deciſ. 228. num. 13. coram Buratt.
cum concardan. infra relatis num. 127. Sive quod
104 loco victus neceſſarii habeat pecunias, & men-
ſtruum ſalarium, cum non ſit neceſſarium, quod
comedat Domi Cardinalis, & in illius *Tinello*,
Menoch. de arbitr. lib. 2. conſ. 202. num. 109.
Paſqualig. quæſt. moral. Jur. 16. num. 4. Barboſ.
part. 3. allegat. 57. num. 109. ubi quod habita-
105 tio oon attenditur; unde licet quis non habeat Do-
mum, tamen erit Familiaris, ſi victum recipiat,
& e conara licet cohabitet in Domo Cardinalis, ſi
non habeat menſam, & victum, non erit Fami-
106 liaris, *Spad. conſ. 25. num. 2. & ſeqq. lib. 3. Rota*
deciſ. 619. num. 6. lib. 3. par. 3. diverſ. deciſ. 584.
num. 9. part. 1. Recent. deciſ. 228. num. 3. & ſeqq.
cor. Buratt. & deciſ. 896. num. 6. cor. Merlina,
cum cancordantibus infra referendis num. 128.

Verum quod dicatur etiam Familiaris, & Com-
107 menſalis ille, qui non habet integras expenſas, ſed
ſolummodo partem Panis, & Vini intuitu ſervi-
tii, quod præſtat, cum magis, & minus non mu-
tent genus, ſed ſpeciem, vel individuum, *Simo-*
nett. de reſervat. quæſt. 33. numer. 22. Rota deciſ.
257. num. 12. part. 10. ubi de eo, qui recipiebat
partem Panis, & habitationem, & recedendo a
deciſ. 846. cor. Coccin. eadem Rota deciſ. 1059.
numer. 20. & ſeqq. caram eodem, & infra num.
129. & ſeqq.

Sicuti dicitur verus Familiaris ille, cui fuit aſſi-
108 gnatus locus in *Tinello*, aut pecunia pro victu, &
nihilominus *Tinello* uti nolit, nec expenſas exigere.
Et ratio eſt, quia ad conſtituendam Familiarita-
tem ſufficit aſſignatio pro expenſis; eo ipſo enim,
quod ſit aſſignatio, & exhibetur ſervitium, cujus
intuitu aſſignantur expenſæ, ſerviens facit illas ſuas,
& verificantur requiſita, quod unus ſerviat, & al-
ter exhibeat victum pro ſervitio. Quod poſtea
ſerviens non exigat penſionem aſſignatam, eſt ejuſ-
dem liberalis relaxatio, ſeu donatio; nec Familia-
ritati obſtat, quod Familiaris donet Domino, ut
poſt *Gambar. & Menoch.* firmat *Paſqualig. quæſt.*
moral. Jur. 16. num. 2. & 3.

Advertas tamen, quod noo ſufficit victum a
Cardinali accipere, & ei aliquod ſervitium præ-
109 ſtare, quoties id referri poteſt ad aliud motivum,
vel conjunctionis ſanguinis, vel amicitiæ, vel emi-
nentis litteraturæ, cum requiratur formalis addi-
ctio ſervitio actuali, quod concernat cultum perſo-
næ Cardinalis, & per ſpeciem illius ſpecifici con-
tractus, qui inter Dominum, & Famulum con-
trahi ſolet, ideoque inſpiciendus eſt in utroque
animus, qui ex ſignis exterioribus colligi ſolet,
Spada conſ. 22. num. 8. lib. 3. Vermigliol. conſ. 57.
nu. 13. lib. 1. Garc. de Beneſ. part. 5. cap. 1. n. 13.
Cardinalis de Luca de Beneſ. diſc. 6. num 8. &
ſeq. Lotter. de re Beneſic. quæſt. 32. n. 14. Leuren.
in For. Beneficial. quæſt. 541. num. 16. Gomes dicta
quæſt. 13. num. 5. Adden. ad Gregor. dec. 166. §. In
quo tamen, Ventrigl. in prax. tom. 2. adnotat. 2.
§. 2. num. 35. & 44. Rota deciſ. 775. num. 2. &
ſeqq. coram Penia.

Hinc eſt, quod licet *Rota* requiſiverit deputa-
tionem ad certum ſervitium, ad effectum ut con- 110
ſtet de Familiaritate, ut in *deciſ. 644. ſub num.*
3. part. 1. Recent. id tamen non debet intelligi de
certitudine ſervitii, ſcilicet, quod ſit *Secretarius,*
Præfectus Domui, Cubiculo &c. Sed ſufficit, quod
ſit deſtinatus ad inſerviendum in aliquo honeſto
munere reſpiciente perſonam Cardinalis, illiuſque
commodum; quinimo exuberat quod inſerviat per
Gentiluomo di ſpalliera aſſiſtendo Cardinali, eum- 111
que aſſociando, ut, quidquid in contrarium ſen-
tiat *Zacch. de Salar. quæſt. 30. num.* 10. ubi lepide
ait, quod Purpuratus quidam ſolebat iſtos tales
appellare *Tapetes pictos*, cum ad nil aliud inſerviant, 112
quam ad ipſius Anticameræ ornatum (ſi tamen ta-
les ſint, qui ornare poſſint) rectius tradunt *Card.*
de Luca dict. diſc. 6. num. 6. Adden. ad Gregor.
dict. deciſ. 166. §. In quo tamen, Rota deciſ. 228.
num. 16. & deciſ. 255. num. 2. coram Buratt. in
quibus Deciſionibus firmatur etiam quod in extra-
neo nullum requiratur officium, quidquid ſit in
conſanguineo, & dicemus infra *num.* 132. Unde
merito *Cardinalis de Luca dict. diſc. 8. ſub num.* 8.
inter Familiares recenſendum non eſſe cenſuit A-
vunculum Cardinalis, qui non erat deſcriptus in 113
Rotulo, ſed quandoque exercebat munus Præfe-
cti Cubiculo.

Hæc ſunt requiſita, quæ inducunt Familiari-
tatem, & recte probantur per Teſtes, qui depo- 114
nant de ſupradictis circumſtantiis, reddendo de
omnibus cauſam ſcientiæ, etiam ſi non fuerint in-
terrogati, præcipue quoad deputationem ad certum
ſervitium, *Lotter. de re Beneſ. lib. 2. quæſt. 32. n.*
140. & ſeqq. probantque, etiamſi ſint ſingulares, 115
& ſi deponant de actibus in particulari, qui om-
nes tendant ad probandam in genere Familiarita-
tem, *Adden. ad Gregor. deciſ. 166. num. 10. in fi-*
ne, Rota deciſ. 228. num. 4. & deciſ. 255. num. 8.
cor. Burat. & deciſ. 555. num. 4. coram Emerix.
Et in concurſu Teſtium, magis ſunt præferendi de- 116
ponentes de Familiaritate, quam eam negantes,
Rota deciſ. 330. num. 2. & ſeq. cor. Remboldo.

Inſuper ex eo quod fuerit quis Conclaviſta ali-
cujus Cardinalis, probatur eum fuiſſe Familiarem, 117
cum ex Conſtitutione LXIII. *Pii IV.* aſſumi non
poſſint in Conclaviſtas, niſi veri Familiares, &
continui Commenſales ab anno, *Card. de Luca de*
Beneſ. diſc. 11. num. 3. & alibi diximus.

Liber etiam Rotuli, in quo Familiares deſcribi 118
ſolent, facit ſemiplenam probationem, & magnum
præſtat adminiculum, itaut una cum aliis admini-
culis plenam, & concludentem conſtituat proba-
tionem, ut per *text. in leg. Servus Urbanis ff. de*
legat. 3. & leg. Urbana ff. de verboſ. ſignificat. Wa-
meſ. conſ. 412. num. 2. tom. 2. Rota deciſ. 59. nu-
mer. 3. coram Durana, ubi de Rotulo adminicula-
to cum uno Teſte, *& deciſ. 330. num. 5. cor. Rem-*
bold. deciſ. 739. num. 5. coram Manzaned. cum
aliis plene relatis *in Romana Beneficiatus S. Petri*
9. Decembris 1720. §. Indubia enim, & ſeqq. cor.
bon. mem. Cerra, & in Tudertina Beneficii 9. Ju-
nii 1721. §. Nan enim cor. eodem. Maxime ſi aga-
tur de Rotulo ſubſcripto a Cardinale, *Rota deciſ.*
255. n. 7. coram Buratt. & dec. 600. n. 8. in fine
coram Pamphil. & dicemus infra *n. 123. & n.* 161.

Sicuti econtra ſumitur probatio negativa, quod
quis non fuerit Familiaris, ex quo non reperitur deſ- 119
criptus in Rotulo, ubi cæteri Familiares ſolent deſ-
cribi, *Spada conſ. 22. n. 10. lib. 3. Pariſ. conſ. 136. nu-*
mer.

mer. 32. lib. 4. Valenzuel. conſ. 57. num. 16. & 17. libr. 1. Lotter. dict. quæſt. 32. num. 130. Adden. ad Gregor. deciſ. 166. ſub num. 11.

Sed ex hoc non reſultat plena probatio nega-
120 tivæ, cum libri Rotuli non ſint de ſubſtantia, &
quia in illis ſcribendis potuit eſſe error, *Adden. ad
Gregor. deciſ. 166. ſub num. 11.* Aut in omnem
caſum non excluditur, quin aſſerens ſe Familia-
rem, poſſit id aliunde probare, *Lotter. dict. quæſt.*
121 *32. num. 131.* Niſi forte ex Teſtibus liquido con-
ſtaret de ſtylo Cardinalis non habendi pro Fami-
liaribus alios, quam deſcriptos in tali libro, tunc
enim hæc probatio negativa excluderet quodcum-
que argumentum contrarium, quaſi quod ſcriptu-
ra eſſet neceſſaria ad indicandam mentem Cardi-
nalis, ſine qua non poſſet formari familiaritas,
*Lotter. lib. 2. quæſt. 32. num. 132. Adden. ad Gre-
gor. dicta deciſ. 166. ſub num. 11. Rota dec. 584.
num. 9. part. 1. Recentior.*

Aſſertiones etiam, & atteſtationes Cardinalium
multum coadjuvant familiaritatis probationem, li-
122 cet per ſe ſolæ ad effectum reſervationis non ſuf-
ficiant, *Barboſ. de Epiſcop. part. 3. alleg. 57 nu.
109. Lotter. d. quæſt. 32. nu. 136. & ſeqq. Adden.
ad Gregor. dec. 166. num. 11. in fine*, ubi tamen,
quod ſufficiunt ad effectum juſtificationis, *Rota de-
ciſ. 656. num. 9. part. 2. Recent. & deciſ. 268. nu.
4. cor. Ubaldo.*

At quia circa probationem Familiaritatis nimium
conferunt geminæ Juris allegationes per me exa-
ratæ pro Dataria Apoſtolica occaſione vacationis
duplicis Beneficiatus in Baſilica Lateranenſi, alte-
rius per obitum *Matthæi Galantis*, alterius vero
Marii Luggini, quorum primus, dum vixit, fue-
rat *Sollicitator* Cauſarum clar. mem. Cardinalis
Chiſii, alter vero eidem Cardinali inſervierat in
munere *Ratiocinatoris*, ſeu *Computiſtæ*, operæ pre-
tium exiſtimo ad uberiorem materiæ explanatio-
nem illas hic inſerere. In prima igitur ſic dicebam.

„ COLLATIO Beneficiatus, qui per obitum
„ *Matthæi Galantis* in Eccleſia Lateranenſi nu-
„ per vacavit, ſpectat ad liberam SSmi D. N.
„ diſpoſitionem ex duabus reſervationibus, qua-
„ rum una eſt, quod dictus *Galantes* fuit Fami-
„ liaris clar. mem. Cardinalis *Chiſii*, de qua in
„ Regula IV. Cancellariæ; alia quia vacavit *apud
„ Sedem*, de qua in *Cap. 2. de Præbendis in 6.*

„ Quoad primam reſervationem, Familiaritas
123 „ ſatis ſuperque reſultat ex Rotulo, in quo *Galan-
„ tes* deſcriptus reperitur una cum cæteris Fami-
„ liaribus clar. mem. Cardinalis *Chiſii*; Rotulum
„ autem adminiculis fulcitum plene Familiarita-
„ tem juſtificare, tradunt *Simonett. de Reſervat.
„ quæſt. 35. num. 25. Cardinalis de Luca de Be-
„ nef. diſc. 11. numer. 5. Lotter. de re Benef. lib.
„ 2. quæſt. 32. numer. 133. Rota coram Duran.
„ deciſ. 59. n. 3.* ubi de Rotulo adminiculato cum
„ uno Teſte, *coram Gregor. deciſ. 166. num. 1.*
„ ibique *Adden. num. 11. & cor. Buratt. deciſ.
„ 228. num. 11. & 13. & deciſ. 255. num. 20. cor.
„ Remboldo, deciſ. 330. num. 5. & coram Man-
„ zanedo deciſ. 739. num. 5.*

„ Eoque certius, quia agitur de Rotulo ſub-
124 „ ſcripto ab ipſomet Cardinali, ſuperaddita ex-
„ preſſione, quod omnes ibidem deſcripti (inter
„ quos *Galantes*) eſſent de ſua Familia, ibi -- *Pa-
„ garete li ſopradetti ſcudi 700. alli ſuddetti di
„ noſtra Famiglia, quali gli facciamo pagare per
„ loro Salarj del preſente Meſe -- Flavio Cardinal
„ Ghigi* -- Ex qua confeſſione dubitari minime va-
„ let de mente ipſius Cardinalis Chiſii, qui om-
„ nes in Rotulo deſcriptos de ſua Familia recen-
„ ſuit, dictaque confeſſio multum coadjuvat proba-
„ tionem Familiaritatis, *Adden. ad Gregor. dicta de-
„ ciſ. 166. n. 10. in fine, Rota cor. Buratt. deciſ.
„ 228. num. 7. & pluribus ſeqq. coram Coccin. de-
„ ciſ. 1610. n. 5. deciſ. 656. n. 9. part. 2. Recentior.*
„ Prout eadem expreſſio legitur in calce alterius
„ Rotuli ſubſcripti ab Excmo Principe *Chiſio* ſta-
„ tim poſt obitum Cardinalis, ibi -- *Alli ſopra-
„ detti, e retroſcritti della Famiglia della fel. mem.
„ del. Sig. Cardinal Ghigi per loro ſalarj, e Com-
„ panatici per mezzo Meſe* -- Ex qua pariter atte-
„ ſtatione Familiaritatem probari in terminis alte- 125
„ rius Magnatis Fratris, & hæredis prædefuncti
„ Cardinalis, firmat *Rota deciſ. 257. nu. 10. part.
„ 12. Recent.*

„ Non obſtat, quod in uno ex his Rotulis re-
„ periatur deſcriptus *Galantes* ſub nomine di *Stra-
„ ordinarj*, & in altero *Diverſi* -- Quandoquidem
„ Ratiocinator in plures claſſes Familiam diviſit,
„ nempe eorum, qui vocabantur *Gentiluomi*,
„ *Cappellani*, *Camerieri &c.* & aliorum ordinis in-
„ ferioris; Cum autem plures remanerent Fa-
„ miliares, qui ad nullam ex his claſſibus redigi po-
„ terant, titulum, & claſſem fecit di *Straordinarj*,
„ & *Diverſi*, non quia illi non eſſent de Familia,
„ ſed quia ad certam claſſem redigi non poterant;
„ ſicuti iidem Ratiocinatores facere ſolent in ex-
„ penſis, quarum illas, quæ ſub certo titulo col-
„ locari non poſſunt, ponunt ſub titulo expenſa-
„ rum extraordinariarum, non quia non ſint veræ
„ expenſæ, ſed quia ſub certo titulo non cadunt.
„ Quod in præſenti caſu comprobatur, ex quo
„ pluries ibidem dicitur, illum eſſe Rotulum Fa-
„ miliæ Emi *Chiſii*, ibi -- *Rollo della Famiglia
„ &c.* & ibi -- *Il ſudetto Rollo della Famiglia &c.* --
„ Et in ſubſcriptione Emi *Chiſii*, ibi -- *Alli ſudetti
„ di noſtra Famiglia &c.* -- & ibi -- *Alli ſudetti,
„ e retroſcritti della Famiglia del Signor Cardi-
„ nal Ghigi* -- Unde patet omnes, quamvis, ſub
„ diverſis Rubricis poſitos, pariformiter, & abſ-
„ que ulla prorſus differentia habitos fuiſſe uti Fa- 126
„ miliares, cum cæteroquin adeſſet contradictio in
„ terminis, *che i ſopradetti*, ideſt omnes deſcrip-
„ ti in Rotulo eſſent Familiares, & quod poſiti in
„ eodem Rotulo ſub titulo di *Straordinarj*, *Di-
„ verſi &c.* non eſſent Familiares.

„ Minus relevat, quod *Galantes* reperiatur de-
„ ſcriptus cum ſua cauſa, ideſt uti *Sollicitator*,
„ exinde inferendo, quod cum *ſollicitatura* non
„ producat familiaritatem, nec minus illa induca-
„ tur ex Rotulo, in quo deſcribitur *Matteo Ga-
„ lante Sollecitatore.* Quandoquidem ſemel ac con- 127
„ ſtat de ſtipendio ex parte Cardinalis, & ſervi-
„ tio ex parte *Galantis*, eo ipſo dicitur contracta
„ familiaritas, cum hæc duo *ſtipendium*, *& ſer-
„ vitium* familiaritatem conſtituant, *DD. in Cap.
„ finali, de Verbor. ſignificat. in 6. & ibi Geminian.
„ & alii, Valenzuel. conſ. 57. num. 12.* ubi quod
„ contrahitur ſerviendo corpore, & dentibus, re-
„ cipiendo victum, *Ventrigl. in Prax. tom. 2. an-
„ not. 2. § 2. n. 34. & ſeqq. lib. 3. Adden. ad Gre-
„ gor. deciſ. 166. n. 10. verſ. Probatur, Rota dec.
„ 584. num. 3. part. 1. Recent. dec. 44. num. 5. &
„ ſeq. cor. Durano, deciſ. 739. num. 6. cor. Man-
„ zaned. & deciſ. 228. num. 1. & 12. cor. Buratt.*

„ Stipendium ex parte Eminentiſſimi *Chiſii* in
„ caſu præſenti eſt indubitatum, ſtante menſtrua
„ proviſione ſcutorum *ſex Galanti* perſolvi ſoli-
„ ta, juxta deſcriptionem in Rotulo factam, cum
„ qua victum quotidianum ſibi præparare potuit,
„ itaut nihil referat, quod comederit extra do-
„ mum Cardinalis, quia ſatis eſt, quod portio- 128
„ nem,

,, nem, ſeu pecuniam ex illius Domo receperit,
,, cum cæteroquin habitatio extra domum ſit qua-
,, litas extrinſeca, & accidentalis, non autem ſub-
,, ſtantialis, ut de conſuetudine, & ſtylo hodier-
,, no, *Sarnen. ad Regul. de Im, etrat. Beneſic. per*
,, *obitum &c. quæſt.* 12. *num.* 7. *& ſeqq. Menoch.*
,, *de Arbitr. caſ.* 201. *num.* 201. *&* 119. *Novar.*
,, *de Elect. for. ſect.* 4. *quæſt.* 59. *num.* 5. *&* 6. *Si-*
,, *monett. de Reſervat. quæſt.* 35. *num.* 23. *ibi Ad-*
,, *den. litt. G. Spad. conſ.* 25. *num.* 2. *lib.* 3. ubi pa-
,, riter quod ita ſæpiſſime ſit in Urbe, *Barboſ. de*
,, *Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 57. *num.* 119.
,, Spreta reſponſione, quod Salarium ſcutorum
,, ſex erat valde modicum, quia in hac materia
,, quantitas ſtipendii determinata minime repe-
,, ritur; ſed ad inſtar ſocietatis, totum pendet a
,, conſenſu, placito, & conventione partium, ut
,, docet quotidiana praxis, quia notum eſt in hac
,, materia rem diverſimode ſe habere, & non mi-
129 ,, nus familiaris eſt, qui recipit ſcuta 25. ac qui
,, percipit ſcuta ſex quolibet menſe, cum plus, &
,, minus non variet, nec mutet genus, ſed indivi-
,, duum, ſicuti Scaſa non differt a navi genere, ſed
,, mediocritate, quæ quidem mediocritas, genus
,, non mutat; late *Rota deciſ.* 1059. *a num.* 20.
,, *uſque ad* 33. *cor. Coccin.* ubi quod ſufficit in hac
130 ,, materia habere portionem panis, & vini, etiam
,, abſque obſonio, ſolaque pars panis, & vini cum
,, julio uno in ſingulos dies pro obſonio, habita
,, fuit pro ſufficienti *in deciſ.* 392. *num.* 2. *cor.*
,, *Manzaned.* ac ſubminiſtratio panis, & vini una
,, cum habitatione, ſufficiens reputata fuit ad in-
,, ducendam familiaritatem in *deciſ.* 258. *num.* 10.
,, *part.* 12. *Recen.*
,, Ut etiam non ſubſiſtit, quod menſtrua præ-
,, ſtatio ſcutorum ſex referri poſſit ad compenſa-
,, tionem functionum, quas faciunt *Sollicitatores*,
,, cum expreſſe ſolveretur pro ſalario cujuslibet
,, menſis eodem titulo, quo aliis familiaribus ſol-
,, vebatur, ut in ordine Eminentiſſimi *Chiſi -- Alli*
,, *ſopradetti della noſtra famiglia per loro ſalario*
,, *del meſe &c.* -- Et clarius in ordine Domini Prin-
,, cipis -- ibi -- *Per loro Salarj, e Companatici* --
,, quæ utique expreſſio magis convincit ſalarium
,, iſtud ſuccedere loco victus neceſſarii ad conſti-
,, tuendum requiſitum *Dentis.*
,, Concurrit etiam ſervitium ex parte dicti *Ga-*
,, *lantis* præſtitum in munere, ſeu officio *Sollicita-*
,, *toris*, non ſolum in litibus, ſed etiam in aliis
,, negotiis ad Cardinalem ſpectantibus, quod in
,, hac materia ſufficiens reputari debet, cum ad
,, effectum reſervationis non ſit determinatum cer-
,, tum, atque particulare ſervitium, ſed ſatis eſt,
131 ,, quod quis recipiatur ad aliquod honeſtum ſer-
,, vitium impendendum, ut tradunt *Doctores in*
,, *Capit. final. de Verbor. ſignificat*, in 6. & ſi-
,, gnanter *Geminian. in fine, Franch. n.* 14. ubi
,, quod dictus Textus loquitur de illis ſe ipſos de-
,, putantibus ad aliquod honeſtum ſervitium ali-
,, cujus Domini, qui Mercenariis æquantur, quia
,, ſerviunt pro mercede ſaltem victus, *Simonett.*
,, *de Reſervation. quæſt.* 35. *numer.* 3. *Mandoſ. ad*
,, *Regul.* 32. *numer.* 5. *cum ſeqq. Lotter. de re*
,, *Beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 5. *& ſeqq. Bar-*
,, *boſ. de Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 57. *numer.* 109.
,, *& allegat.* 107. *num.* 1. *Giurb. conſil.* 88. *n.* 3.
,, *Valenz. conſ.* 57. *num.* 27. *&* 29. *Garc. de Bene-*
,, *fic. part.* 5. *cap.* 1. *numer.* 314. *& numer.* 317.
,, *circa med. Rota coram Penia deciſ.* 775. *numer.*
,, 5. *coram Coccino, deciſ.* 1059. *num.* 5. *& deciſ.*
,, 1060. *num.* 3.
,, Imo ſi ad effectum reſervationis vere familia-
,, res dicuntur ii, qui (*ut ait Mandoſ. ad Regul.*
,, 3. *quæſt.* 19. *ſub num.* 2.) *dies omnes ſine linea* 132
,, *tranſeunt*, in hoc uno occupati, ut vocati Do-
,, mino cito reſpondeant, accedenteſque intromit-
,, tant, & dimittant. Si inquam iſti, qui *Gentiluo-*
,, *mini di Spalliera* dicuntur, ſunt veri familiares,
,, *Ventrigl. in Prax. part.* 2. *annot.* 2. §. 2. *n.* 44.
,, *in fine, Adden. ad Gregor. deciſ.* 166. §. *In quo*
,, *tamen in fine, Rota cor. Buratt. deciſ.* 228. *n.* 16.
,, *& deciſ.* 255. *num.* 2. *& ſeqq.* Quanto magis
,, ſervire cenſetur *Sollicitator* ferens pondus diei,
,, & æſtus non ſolum in litibus, ſed circa alia ne-
,, gocia, quæ in magna, & divite Domo ſæpe
,, ſæpius occurrunt, aſſiſtendo Congregationibus
,, domeſticis, & alia explendo, quæ illius diligen-
,, tiæ committi ſolebant; itaut negari minime poſ-
,, ſit verum ſervitium, & exinde familiaritas, quæ
,, reſultat eo ipſo, quod quis deputatur ad ali-
,, quod miniſterium, obſequium & officium, ut
,, ait *Ventrigl. dict. part.* 2. *annot.* 2. §. 2. *numer.*
,, 34. & 35. *Sperell. deciſ.* 128. *num.* 90. & diſtin-
,, guendo *Rota cor. Buratt. dict. deciſ.* 225. *num.*
,, 16. *& deciſ.* 255. ubi ſufficere, quod obſequatur,
,, & ſerviat.
,, Hoc autem ſervitium ſine difficultate reſpicie-
,, bat Perſonam Cardinalis, utpote quia verſabatur 133
,, circa negotia ad Cardinalem ſpectantia, & im-
,, pendebatur ipſi Cardinali, qui cum haberet mul-
,, ta negocia, & pingues redditus, ſicuti indige-
,, bat opera *Magiſtri Domus, Computiſtæ, Exacto-*
,, *ris*, aliorumque Miniſtrorum circa exactionem,
,, & adminiſtrationem ejus reddituum, ita & in-
,, digebat *Sollicitatoris* miniſterio. Hæc autem
,, officia reflectunt etiam in perſonam, ſervitium,
,, & commodum ipſius Cardinalis, ut de Bene- 134
,, ficiis *Computiſta*, ſeu ut vacant in Hiſpaniis,
,, *Contador major, Spada conſil.* 35. *numer.* 5.
,, ubi reddit rationem his verbis -- *Quod Officium*
,, *ſine dubio ſpectabat ad ſervitium Cardinalis,*
,, *cum verſaretur circa exactionem, & adminiſtra-*
,, *tionem reddituum -- Cardinalis de Luca de Re-*
,, *galibus diſcurſ.* 48. *numer.* 2. -- Et pariter re-
,, putatus fuit familiaris ille, qui tamquam unus 135
,, ex *Conſiliariis* Cardinali inſervierat, ut in *deciſ.*
,, 54. *part.* 3. *lib.* 1. *diverſ. & deciſ.* 145. *part.* 3. 136
,, *lib.* 2. *diverſ.* Et de inſerviente in munere *Con-*
,, *cionatoris* Cardinali Henrico a Luſitania, *Rem-*
,, *bold. deciſ.* 330. *in principio.*
,, Sic etiam videmus, quod *Cantores* Pontifi-
,, ciæ Cappellæ ſunt veri, & indubitati familia- 137
,, res Papæ, licet eorum ſervitium ſit reſtrictum ad
,, divina Officia perſolvenda in Pontificiis Cap-
,, pellis, ut habetur in *Notabilibus Cancellariæ pag.*
,, *mihi* 567. *numer.* 3. his verbis -- *Nota quod*
,, *licet Cantores Papæ dicantur Cantores Cappella-*
,, *ni, ideſt Cantores Cappellæ, non tamen ſunt pro-*
,, *pterea Cappellani, nec Beneficia eorum ſunt ra-*
,, *tione Cappellaniatus reſervata, nec dicitur Gra-*
,, *ta devotionis, ſicut in Cappellanis, ſed bene ſunt*
,, *familiares Papæ continui Commenſales, & il-*
,, *lo reſpectu Beneficia ſunt reſervata, & ita di-*
,, *xit N. Berg. Jo. Ferr. & Franc. Par. & Petr.*
,, *de Caſtr. Unde attende, quod nulla datur reſer-*
,, *vatio, ex quo ſit Cantor Cappellanus*, & tra-
,, dunt *Rebuff. in Prax. tit. de Reſervat. gener. &*
,, *particul. numer.* 27. *Bouchell. in Bibioth. Cano-*
,, *niq. tom.* 2. *verbo Reſerves pag. mihi* 478 *verſ.*
,, *Item les Benefices des Chantres du Pape, Barboſ.*
,, *in Cap. Dilectus num.* 2. *de Cleric. non reſiden.*
,, *Pignatell. tom.* 9. *conſultat.* 130. *per tot Rota*
,, *deciſ.* 22. *num.* 5. *&* 6. *part.* 5. *Recent. repetit.*
,, *deciſ.* 44. *coram Durano.*

,, Nec

„ Nec hujuſmodi exemplum eliditur ex reſpon-
„ ſione, quod Muſici Cappellæ effecti fuerint fa-
„ miliares ex Conſtitutione Sixti V. *la* 38. §. 3.
„ edita anno 1587. Quia antequam Conſtitutio
138 „ illa emanaſſet, Cancellaria eos habebat pro fa-
„ miliaribus continuis Commenſalibus, juxta ſu-
„ pradictum Notabile, ſicuti eos habuit *Rebuff.* &
„ *Rota cor. Guidobom*, qui longe ante annum 1586.
„ ſcripſerunt; *Sixtus* vero V. nihil novi circa eos
„ induxit, ſed diſpoſuit, quod eſſe cenſeantur,
„ *prout hactenus ſemper fuerunt noſtri, & pro tem-*
„ *pore exiſtentis Romani Pontificis veri familiares*,
„ ideoque *Rota* dixit, quod hæc familiaritas non
„ erat privilegiativa, & per fictionem, ſed ex
„ *mente*, & *dente*, quia ſerviunt Papæ in divinis
„ Officiis, & portionem, ſeu ſalarium recipiunt,
„ ut videre eſt in *deciſ.* 44. *Durani a num.* 1. *uſ-*
„ *que ad* 7. & ita objecto reſpondendo bene *Fig-*
„ *natell. tom.* 9. *conſult.* 130. *fere per totum*, &
„ *præſertim num.* 2. & 3.

„ Sicque pariter ſub *Innocentio XII.* ſervatum
„ fuit ſuper alio hujus Baſilicæ Beneficiatu; Cum
„ enim obiiſſet anno 1695. Gregorius *Grippari*
„ *Scriptor linguæ Græcæ* in Bibliotheca Vaticana,
139 „ fuit ille reputatus verus, atque indubitatus ex
„ *mente*, & *dente* familiaris Summi Pontificis,
„ qui filio Lucæ *Tozzii* ejus Medici Beneficiatum
„ contulit, excluſo clar. memor. Cardinale *de Al-*
„ *teriis*, qui & Collator, & Patronus erat, habe-
„ batque ampliſſimum, & effrænatum Indultum
„ conferendi; & tamen miniſterium *Scriptoris*
„ *linguæ Græcæ*, non minus verſatur circa libros,
„ quam *Sollicitatoris* circa negocia: itaut ex his
„ pateat ad inducendam familiaritatem producti-
„ vam reſervationis, ſufficere deputationem ad
„ aliquod honeſtum ſervitium, quod redundat
„ in ſervitium, atque commodum Perſonæ Car-
„ dinalis.

„ Atque hinc nil relevat, quod familiaritas non
„ inducitur, niſi quis inſerviat Perſonæ Cardina-
„ lis; nam & hoc verificatur etiam in *Sollicita-*
„ *tore*, qui inſervit Cardinali *uti Cardinali*. Quod
„ enim dicunt Doctores, requiri ſervitium erga
140 „ Perſonam Cardinalis, non intelligitur materia-
„ liter, ut inſervire debeant Perſonæ eum veſti-
„ bus induendo, & exuendo, ſed intelligitur, ut
„ inſerviant Perſonæ Cardinalis, ideſt Cardinali
„ *uti Cardinali*, non autem Perſonæ Cardinalis,
„ *uti Præſulis* alicujus Epiſcopatus, prout ita ſe
„ explicant Doctores, qui examinantes, an *Vica-*
141 „ *rius*, ſeu *Auditor Generalis* Epiſcopatus, ſint
„ familiares Cardinalis, negative reſpondent, eo
„ quod illi non ſerviunt Perſonæ Cardinalis, ſed
„ inſerviunt Dignitati Epiſcopali, & proinde non
„ ſunt familiares, qui ut tales ſint, inſervire de-
„ bent perſonæ Cardinalitiæ, & non Dignitati
„ Epiſcopali; & cum hac diſtinctione procedunt
„ authoritates, quæ exadverſo allegari ſolent, ut
„ eas percurrendo facile apparebit.

„ *Zacchias de Salar. quæſt.* 30. *num.* 4. fir-
„ mat concluſionem, quod ſervitium debet reſ-
„ picere perſonam Cardinalis, ſed ſtatim *num.* 5.
„ ſubdit - *Unde familiares non dicuntur Vicarius,*
„ *nec Auditor Generalis, nec Viſitatores, aliique*
„ *Officiales, qui Dignitati potius, quam Perſonæ*
„ *ſervitium præſtant.*

„ *Gratianus diſcept.* 257. *num.* 40. & *ſeqq.* pa-
„ riter loquitur de *Vicario*, & *Auditore* Epiſco-
„ pi inſervienti Dignitati Epiſcopali, & in fine red-
„ dit rationem, *quod potius dicatur familiaris Epi-*
„ *ſcopi tamquam Epiſcopi. non tamquam Cardina-*
„ *lis, quaſi alia ſit familia in quantum Epiſcopi.*

„ *Gonzal. ad Regul. VIII. Cancellar. gloſſ.* 51.
„ *num.* 66. diſputat de *Vicario*, & eamdem red-
„ dit rationem, quod potius dicatur familiaris Epi-
„ ſcopi, uti Epiſcopi, quam uti Cardinalis.

„ *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 318. &
„ *ſeqq. Lotter. lib.* 2. *quæſt.* 32. *n.* 127 *Ventrigl.*
„ *part.* 2. *annot.* 2. §. 2. *num.* 45. *Leuren. in For.*
„ *Beneficial. tom.* 2. *quæſt.* 546. *numer.* 16. itidem
„ procedunt in *Vicario*, & *Auditore* generali Epi-
„ ſcopatus, qui cenſentur potius inſervire Dignitati
„ Epiſcopi, quam Perſonæ Cardinalis.

„ *Cardinalis de Luca in Miſcell. diſcurſ.* 23.
„ *num.* 12. & *in Summ. de Benefic. num.* 46. lo- 142
„ quitur pariter de Miniſtris, & Officialibus Epi-
„ ſcopatus, & ita diſtinguendo bene ſe explicat in
„ Voto manuſcripto, quod compilavit in Cauſa
„ *Romana Beneficiatus S. Petri diſputata anno* 1678.

„ Non attenta replicatione, quod ii ſint fami-
„ liares, qui perſonæ obſequuntur, aſſiſtendo An-
„ ticameræ, Cardinalem comitando ad Cappellas,
„ & cultum erga Perſonam exhibendo, non au-
„ tem ii, qui circa res, aut ſtudia verſantur, prout
„ contingit in *Auditore*, qui juxta auctoritates in
„ contrarium allegatas non cenſetur familiaris.

„ Quandoquidem licet illi, qui Anticameræ
„ aſſiſtunt, & Dominum comitantur ſint familia-
„ res, ſi requiſitum *mentis*, & *dentis* concurrat, non
„ tamen exinde deduci poteſt argumentum a con-
„ trario ſenſu, quod ergo ii, qui non aſſiſtunt
„ Anticameræ familiares non ſint, etiamſi *mens*, 143
„ & *dens* in iis concurrat. Nam in Domibus Car-
„ dinalium plures familiarium ſpecies reperiun-
„ tur, alii ſunt ſine certo ſervitio, ut ſunt ii de An-
„ ticamera, & vocantur *Gentiluomini di Spalliera*;
„ Alii vero ad certum miniſterium ſunt deputati,
„ *Buratt. deciſ.* 228. *numer.* 16. Ex his autem
„ certum ſervitium habentibus, alii inſerviunt in
„ ſtudio, ut *Auditor*, & *Coadjutor Studiorum*, 144
„ alii vero circa redditus, & negocia Cardinalis,
„ ut *Exactor*, *Computiſta*, *Sollicitator* &c. omnes
„ autem ſunt proprie, & vere familiares, quando
„ *mentis*, & *dentis* requiſita concurrunt, *Buratt.*
„ *dict. deciſ.* 228. *n.* 16. quia, licet pro diverſis mi-
„ niſteriis deſtinati, attamen omnes inſerviunt Car-
„ dinali, & eorum ſervitium reſpicit majus com-
„ modum Cardinalis, pro cujus perſona ſunt deſti-
„ nata bona, & redditus circa ea, in quæ eorum
„ miniſteria, verſantur, & ad hunc effectum ſufficit
„ aliquod miniſterium, & officium cum Salario,
„ *Ventrigl. d. part.* 2. *annot.* 2. §. 2. *num.* 34. cum
„ aliis ſupra allegat. §. *Minus relevat.*

„ Et quemadmodum Scriptor in Bibliotheca
„ Vaticana, qui non præſtat ſervitium materialiter
„ Perſonæ Papæ, non aſſiſtit in Anticamera, non
„ comitatur ad Cappellam Principem, eſt verus
„ familiaris propter honeſtum ſervitium, quod cir-
„ ca librorum conſervationem præſtat, quodque re-
„ dundat in ſervitium Principis, ut diximus ſupra §.
„ *Sicque pariter.* Ita & eodem modo dicendus erit
„ verus familiaris, qui recipitur ad miniſterium
„ ſollicitandi negocia omnia ad Cardinalem ſpe-
„ ctantia, nam id pariformiter reſultat in Cardi-
„ nalis ſervitium, & commodum, nam etiam qui
„ ſollicitat negotia, Cardinali obſequitur, &
„ promptius eſt ad obtemperandum omnibus il-
„ lius mandatis circa ea, quæ miniſterio ſuo in-
„ cumbunt, cum ſatis ſit, quod ſteterit ſub il-
„ lius imperio, *Rot. dec.* 228. *numer.* 17. *cor. Bu-*
„ *ratt.*

„ Ad exemplum vero *Auditoris* Cardinalis,
„ reſpondetur, quod inconcuſſus ſtylus Datariæ,
„ ſemper fuit, & eſt, quod quando non agitur de 145
Audi-

„ *Auditore generali Epiſcopatus*, ſive Status te.n-
„ poralis Cardinalis, qui etiam eſſet Baro, ſed de
„ *Auditore domeſtico* inſerviente Cardinali, uti
„ Cardinali, iſte ſemper habitus fuerit uti verus
„ familiaris. Ita ſervatum occaſione Canonicatus,
„ qui vacavit *anno* 1655. in Collegiata S. Mariæ
„ in Via-Lata per obitum *Jordani* Auditoris Car-
„ dinalis *Borgia*, ſcribente bon. mem. *Armindo*
„ *Riccio*. Pariter cum in eadem Diaconia vacaſſet
„ Canonicatus per obitum *Pauli Emilii Azzoni*,
„ qui fuerat *Auditor domeſticus* Cardinalis Sigiſ-
„ mundi *Chiſii*, felic. record. Innocentius Papa XI.
„ dictum Canonicatum contulit *Abati Cavedono*.
„ Et demum cum annis elapſis obiiſſet Abas *Preti*
„ Eminentiſſimi Card. *Carpinei Auditor*, fuit iſte
„ admiſſus ad præſtandum conſenſum in nonnullis
„ Beneficiis in Diœceſibus *Cathacen.* & *Cajetana*
„ per illius obitum vacantibus, itaut res hæc ho-
„ die tranſeat ſine difficultate.

„ Nec noſtræ Concluſioni refragantur *de Luca*
„ *ad Gratianum cap.* 257. *Zacchias de Salar.*
„ *quæſt.* 30. *n.* 44. & alii aſſerentes, quod *Pracu-*
146 „ *ratores*, *Advocati*, *Agentes*, cæterique liberales
„ artes exercentes non ſint familiares, quia fun-
„ dantur in eo, quod in his deficit requiſitum *Men-*
„ *tis*, *&* *Dentis*; neque Nos prætendimus, quod
„ *Pracuratores*, & *Advocati*, quibus in contin-
„ gentibus cauſis utebatur clar. mem. Cardinalis
„ *Chiſius*, & omnes *Agentes*, quos retinebat in
„ ſuis Abatiis ſint familiares; ſed ſolum contendi-
„ mus, quod ſit reputandus *Galantes* uti familia-
„ ris, dum fuerat inter familiares receptus, & de-
„ ſcriptus in Rotulo familiæ ab ipſomet Cardinali
„ approbato, & cui pro victu ſuit certum men-
„ ſtruum ſalarium aſſignatum, quodque ſervitium
„ præſtitum in ſollicitandis negotiis omnibus, ſi-
„ ve judicialibus, ſive extrajudicialibus Cardina-
„ lis, nihil officiat familiaritati, quæ producitur
„ ex quocumque honeſto ſervitio præſtito Cardi-
„ nali, uti Cardinali.

„ Prout etiam non relevat, quod ſæpe hujuſ-
„ modi perſonæ aliis inſerviunt, & ab iis recipiunt
„ mercedem, ſeu ſalarium, nec continuo prout re-
„ quiritur, ſervitium præſtant Cardinali; Quia
„ quatenus id in facto ſubſiſtat reſpectu *Galantis*,
„ in jure non relevat, cum verbum *continue* in-
„ telligi debeat moraliter, itaut non deſinat quis
147 „ eſſe familiaris, etiamſi quandoque abſit pro ſuis,
„ vel alienis negotiis, ut poſt *Calderin. conſ.* 8. *ad*
„ *med. verſ. item verbum illud continue*, *de Offic.*
„ *delegat. Simonett. de Reſervat. quæſt.* 35. *numer.*
„ 13. *Vitalin. in Clement. Dignum numer.* 38. *&*
„ *ſeqq. de celebr. Miſſ. Lotter. de re Beneſic. lib.*
„ 2. *quæſt.* 32. *numer.* 145. Sufficitque ſola tole-
„ rantia Domini, ut quis non deſinat eſſe fami-
„ liaris, etiamſi aliis inſerviat, *Sarnen. ad Regul.*
„ *de Impetran. Benef. per obitum famil. quæſt.* 13.
„ *numer.* 16. *in fin. Card. de Luca de Benef. diſc.*
„ 11. *ſub num.* 6. *&* 8. *Rot. deciſ.* 645. *numer.* 4.
„ *part.* 1. *Recent.* Et ſæpe videmus, quod *Au-*
„ *ditores*, *Secretarii*, aliique Cardinalium familia-
„ res, Advocationi, & Agentiis incumbunt, &
„ mercedem a Principalibus recipiunt, vera, &
„ propria familiaritate retenta.

„ Sicuti autem ex luculenter dictis deſcriptio
„ *Galantis* in Rotulo in qualitate *Sollicitatoris* non
„ officit ejus familiaritati, ita nec obſtat, quod
148 „ in eodem Rotulo appareant deſcripti *Cuſtodes*
„ *Hortorum*, cæterique *Manuales*, in quibus non
„ cadit hæc affectio; Quandoquidem, ut bene
„ diſtinguit *Gomez ad Regul. de Beneſic. vacan.*
„ *per obit. famil. quæſt.* 14. *ante finem*; famulo-
„ rum Commenſalium ſervientium in domo Car-
„ dinalis duæ ſunt ſpecies, alii mercenarii exiſtunt,
„ & ſunt cæteris viliores, infima ſervitia exercen-
„ tes, & alii non ſunt mercenarii, ſed digniores,
„ ut *Scutiferi*, *Cappellani &c.* omnes autem iſti
„ ſunt æque familiares, quia æqualiter Domino
„ in diverſis miniſteriis inſerviunt; ſed mercena-
„ riis, inferioribus ſervitiis addictis, hæc affectio
„ non congruit -- *perche in eſſi non ſogliono cadere*
„ *le queſtioni Beneficiali*, ut ait *Card. de Luc. in* 149
„ *Card. practic. cap.* 21. *numer.* 2. *in fin.*

„ Pari modo non refragatur, quod in eodem
„ Rotulo deſcripti apparent plures qui inſervie-
„ bant *DD. Zonzedariis* Nepotibus ejuſdem clar.
„ mem. Cardinalis *Chiſii*. Quia, & iſti, licet
„ deſtinati ad inſerviendum Nepotibus in eadem 150
„ domo habitantibus, & ad Cardinalis Menſam
„ aſſidentibus, erant de familia Cardinalis, & uti
„ tales ab ipſo Domino Cardinali recogniti in ea
„ ſubſcriptione -- *Alli ſopradetti di noſtra Fami-*
„ *glia*, & ibi -- *Rollo della Famiglia del Sig. Car-*
„ *dinale &c.* In hac enim materia totum facit con-
„ ſuetudo, & mens Cardinalis, ut in puncto *Go-*
„ *mez dicta quæſt.* 13. *in fine* -- ibi -- *Apparet igi-*
„ *tur ex prædictis, quod iſta omnia de conſtituendo*
„ *aliquem familiarem, vel non, principaliter con-*
„ *ſiſtunt, ut dixi, in voluntate, & conſuetudine*
„ *Cardinalis recipientis, & tolerantis, & Papæ*
„ *conſtituentis, adeo quod, ſi Cardinalis reciperet*
„ *unum in familiarem, & ille ſciente, & tolerante*
„ *Cardinali, licet non mandante ſerviret Magiſtro*
„ *domus, nihilominus eſſet familiaris, continuus*
„ *Commenſalis Cardinalis.*

„ Cæterum quando Rotulus exceptionem ali-
„ quam pateretur, prout re vera non patitur, ad-
„ huc plura concurrunt adminicula, quæ clare de-
„ monſtrant *Galantem* fuiſſe verum familiarem ex
„ *Mente*, & *Dente*, & ad inſtar aliorum familiarium
„ reputatum fuiſſe. Ultra autem adminicula re-
„ ſultantia ex confeſſione tam ipſius Cardinalis,
„ quam Domini Principis *Chiſii* hæredis, de quibus
„ ſupra §. *Eoque certius*. Concurrit primo, quod
„ cum ex ſtylo Domus, ſingulis quindecim die- 151
„ bus traderentur omnibus familiaribus Syndones
„ mundæ, etiam Galanti illæ bis in menſe tra-
„ ditæ fuerunt.

„ Secundo, ex quo Franchigias ſingulis annis,
„ ſicuti cæteri familiares recipiebat. Parvipenſa 152
„ tanquam futili reſponſione, quod Syndones, &
„ Franchigiæ non ſufficiebant ad congruam ſub-
„ ſtentationem familiaris; hoc enim verum eſt,
„ ſed nos non intendimus ex hoc ſolum familiari-
„ tatem deducere, ſed illam cum his actibus com-
„ probare, præſertim cum illo recipiendi bis in
„ menſe Syndones mundas ſolis familiaribus tra-
„ di ſolitas.

„ Tertio, quia Galantes poſt obitum clar. mem.
„ Cardinalis *Chiſii* habuit Veſtes lugubres, quæ 153
„ nonniſi veris familiaribus dantur, *Rota deciſ.* 584.
„ *numer.* 11. *part.* 1. *Recentior*. Nil relevante,
„ quod Veſtes lugubres dantur etiam *Medicis*, &
„ *Procuratoribus*. Tum quia non oſtenditur, quod
„ ita in obitu Cardinalis *Chiſii* fuerit ſervatum.
„ Tum quia nec probatur, quod ita univerſaliter
„ fieri Romæ conſuevit decedentibus Magnati-
„ bus.

„ Et quarto fortius, quia cum idem Cardinalis
„ legaſſet ſcuta quatuor mille ſuæ familiæ his ver-
„ bis -- *Laſcio ſcudi quattro mila moneta Romana*
„ *alla famiglia nobile, che ſi troverà al mio ſer-*
„ *vizio al tempo della mia morte &c.* De hoc le-
„ gato familiæ relicto participavit etiam *Galantes*

pro

„ pro rata ſcut. 165. 82. Hæcque circumſtantia
„ valde conſiderabilis, demonſtrat, ipſum fuiſſe
154 „ verum famulum ex *Mente*, & *Dente*, dum ad
„ ſimilia Legata familiæ relicta, non admittan-
„ tur *Advocati*, & *Procuratores* domi ſuæ pro
„ Cardinali ſcribentes, ſed ii tantum, in quibus
„ concurrit utrumque requiſitum *Mentis*, & *Den-*
„ *tis*, quos Superior circa ſe, & pro ſervitio pro-
„ priæ perſonæ tenet *De Marinis reſolut.* 123. *n.*
„ 2. *lib.* 2. *Simon. de Pret. de interpret. ultim.*
„ *volunt. pag.* 295. *n.* 35. *Faſar. de ſubſtit. quaſt.*
„ 376. *num. primo* cum aliis apud *Barboſ. allegat.*
155 „ 96. *num.* 2. Et conferunt deducta in terminis
„ legati relicti in Teſtamento, per *Lotter. de re*
„ *Beneficiar. lib.* 2. *quaſt.* 32. *num.* 136. *Barboſ.*
„ *de Epiſc. part.* 3. *allegat.* 57. *n.* 119. *verſ. Se-*
„ *cundum.*

„ Non obſtat, quod legatum relictum fuit *fa-*
„ *miliæ Nobili*, de cujus numero *Galantes* non
„ erat; Nam duo legata reliquit idem Cardinalis,
„ unum familiæ nobili, *compreſi li Cappellani*,
„ alterum familiæ inferioribus ſervitiis addictæ:
„ ſub primo relicto *familiæ Nobili*, *compreſi li*
„ *Cappellani*, non veniunt ſoli *Gentilhomines*, ſed
„ omnes ii, qui Cardinali inſerviebant in mini-
„ ſteriis, quæ inferioris ordinis non eſſent, ad
„ differentiam alterius relicti *alla famiglia baſſa in-*
„ *cominciando dagli Ajutanti di Camera.* Et ſic
„ prima ſpecies legati bene adaptari potuit *Galan-*
„ *ti*, qui in ſollicitando negotia Cardinalis occu-
„ patus, viliori exercitio occupatus non erat.

„ Minus relevat, quod diſtributio legati reli-
„ cta fuit arbitrio hæredis, qui admiſit ad illius
„ participationem *D. Thomam de Juliis*, etſi fa-
„ miliaris non eſſet. Quia arbitrium hæredis reſtri-
„ ctum erat intra cancellos familiæ Nobilis, cui
„ relictum erat legatum -- ibi -- *Laſcio alla fami-*
„ *glia Nobile &c. da diſtribuirſi fra eſſi*, *come pa-*
„ *rerà al mio Erede*; Et ſic ſemper illud erat
„ inter familiares diſtribuendum, attentis verbis
„ iis -- *da diſtribuirſi fra eſſi*, relicto arbitrio hæ-
„ redi circa modum, & quantitatem, non autem
„ circa perſonas ibi deſignatas ſub nomine familiæ.
„ Recte autem familiaribus annumerari poterat
„ etiam *D. de Juliis*, qui *Cuſtos* erat inſignis Bi-
„ bliothecæ ad Dominum Cardinalem ſpectantis,
156 „ nam ſicuti *Scriptor linguæ Græcæ* in Bibliotheca
„ Vaticana eſt familiaris Pontificis, ut ſupra dixi-
„ mus, ita *Cuſtos* Bibliothecæ Cardinalis inter
„ ejus familiares recenſendus eſt, nec præſumen-
„ dum, quod Dominus Princeps hæres, cujus
„ rectitudo notiſſima eſt, voluiſſet illum admitte-
„ re, ſi is extraneus fuiſſet, ad participationem
„ hujuſmodi legati, in præjudicium verorum fa-
„ miliarium, quibus diſtribuendum erat ex De-
„ functi voluntate.

„ Similiter non refragatur, quod hæc omnia
157 „ geſta fuerint poſt obitum Cardinalis, quia ani-
„ mus, & mens præcedens, etiam ex ſubſequen-
„ tibus declaratur, ex relatis per *Mandoſ. ad re-*
„ *gul.* 5. *quaſt.* 4. *n.* 8. *Spad. conſ.* 25. *n.* 5. *lib.* 3.

Hæc, conſulto omiſſis, quæ ſcripſimus ſuper
altero puncto Curialitatis *Galantis*, deduximus fa-
vore Datariæ in Congregatione particulari, cui in-
terfuerunt Eminentiſſ. *Sacripantes Pro-Datarius*,
& RR. PP. DD. Auditor SS. Anſaldus, *& Lan-*
cetta Rotæ Auditores, *Organus*, *& Origbus Signa-*
turæ Votantes, *ac Corradinus Sub-Datarius*, &
158 die Sabbathi 22. *Decembris* 1702. reſolutum fuit,
Collationem ſpectare ad Datariam.

Quamvis autem hæc reſolutio non emanaverit
ex ſolo capite familiaritatis *Galantis*, ſed etiam ex
altero *Curialitatis*; Utrumque tamen motivum
amplexa fuit Congregatio, & ex utroque capite
fuit deinde per Datariam facta proviſio Beneficia-
tus ad favorem *Sebaſtiani Spagna* cum expreſſione
bis repetita, quod *Matthæus Galantes dum vive-*
ret, *& Beneficium hujuſmodi obtineret*, *Curialis*,
& bon. mem. Flavii Cardinalis Chiſii familiaris,
& continuus Commenſalis extitit. Nec novum eſt
ut duæ, & plures reſervationes in uno, eodemque
Beneficio concurrant, & in ſpecie una perſonalis
ratione familiaritatis, & altera localis ratione Cu- 159
riæ, *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 13. *n.* 87. cum aliis
apud *Millin. deciſ.* 414. *n.* 14.

Scribens vero in altera controverſia exorta pari-
ter inter Datariam Apoſtolicam contendentem ad
ipſius liberam proviſionem ſpectare collationem *Be-*
neficiatus, qui in eadem Baſilica Lateranenſi va-
caverat per obitum *Luiggini*, ex motivo quod fue-
rat, dum vixit, Familiaris laudati Cardinalis Chi-
ſii, & Emum Dominum Cardinalem *Pamphilium*
ejuſdem Baſilicæ Archipresbyterum, exiſtiman-
tem dicti *Beneficiatus* collationem ad ſe pertinere,
ex quo de Familiaritate *Luiggini* non conſtabat:
Sic favore Datariæ dicebam.

„ AD DATARIAM APOSTOLICAM per-
„ tinet collatio *Beneficiatus* in Baſilica Lateranen-
„ ſi vacantis per obitum *Marii Luiggini*, qui
„ fuit Familiaris, continuuſque Commenſalis clar.
„ mem. Cardinalis Chiſii; Cardinales enim con-
„ ferre non poſſunt Beneficia Familiarium alte- 160
„ rius Cardinalis, *Lotter. de re Benefic. lib.* 2.
„ *quaſt.* 32. *n.* 95. *Rota dec.* 252. *n.* 7. *cor. Benin-*
„ *caſa*, *& in Corduben. Beneficii* 18. *Februarii*
„ 1704. *§. Efficaces*, *coram Molines.*

„ Familiaritas *Luiggini* cum ſolitis requiſitis
„ *Mentis*, & *Dentis*, ſatis ſuperque probatur ex
„ Rotulo, qui quolibet Menſe conficiebatur, &
„ in quo, diſtincta inter plures claſſes Familia,
„ cui Salarium perſolvebatur, inter Familiares no-
„ biles deſcribitur -- *Mario Luiggini* 11. 40. & in
„ fine *per ſalarj*, *e companatici del preſente Meſe*
„ *&c.* Et idipſum comprobatur ex alio contem-
„ poraneo, & diſtincto Rotulo, in quo inter Fa-
„ miliares, quibus ſingulis menſibus penſio pro
„ Domo ſubminiſtrabatur, legitur *Luigginus*,
„ cum alia menſtrua proviſione pro Domo ſcut. 3.
„ 33 ⅓. Ex Rotulo vero adminiculis ſuffulto, ple- 161
„ niſſime juſtificatur Familiaritas, *Simonett. de*
„ *Reſervat. quaſt.* 35. *n.* 23. *Cardin. de Luca de*
„ *Benefic. diſc.* 11. *n.* 5. *Rota coram Gregor. deciſ.*
„ 166. *n.* 1. ibique *Adden. n.* 11. *coram Burat.*
„ *deciſ.* 228. *n.* 11. *&* 13. *& deciſ.* 255. *n.* 20. *cor.*
„ *Rembold. deciſ.* 130. *n.* 5. *& coram Manzaned.*
„ *deciſ.* 739. *n.* 5.

„ Plurima in præſenti concurrunt adminicula.
„ Primo agitur de duobus Rotulis quolibet Men-
„ ſe confectis. Secundo ſubſcribebantur ab ipſo-
„ met Cardinali. Tertio, Idem in ordinibus ſolu-
„ tionum affirmat, omnes eſſe ſuos Familiares,
„ ibi -- *Alii ſopradetti*, *e retroſcritti della noſtra* 162
„ *Famiglia.* Quarto, conſequutus eſt *Luigginus*
„ franchigias eodem modo, quo alii Familiares.
„ Quinto, in proviſione Clericatus idem Cardina- 163
„ lis appellat *Marium* Familiarem ſuum, ſubdens
„ *familiari experientia* ſibi conſtare de ejus mo- 164
„ rum probitate. Sexto, quia in ſucceſſiva provi-
„ ſione eidem *Luiggino* facta anno 1682. de Be-
„ neficiatu, de quo ad præſens agitur, cum reſer-
„ vatione penſionis ad favorem alterius Familiaris
„ dicti D. Cardinalis, cum habitus fuiſſet recurſus ad
„ Datariam, ſequens expreſſio facta fuit -- *Marius* 165
„ *Luigginus Clericus Romanus*, *dicti Flavii Cardi-*

„ *nalis a triennio, & ultra Familiaris, & conti-*
„ *nuus Commenſalis* — exhibitaque ejuſdem Car-
„ dinalis atteſtatione ſuper vita, moribus, & ido-
„ neitate, formam gratioſam conſequutus fuit.
„ Hæc autem geſta in vita ipſius Cardinalis, &
„ tempore minime ſuſpecto, ſuperlative probant
„ Familiaritatem, quam confeſſio Cardinalis mul-
„ tum coadjuvat, *Adden. ad Gregor. dict. deciſ.*
„ 166. *n.* 11. *Rota coram Burat. deciſ.* 298. *n.* 7.
„ *& ſeqq. coram Coccin. deciſ.* 1610. *num.* 5. *& in*
„ *Rec. deciſ.* 656. *n.* 9. *part.* 2.
„ Poſt obitum quoque Cardinalis recepit dictus
166 „ *Luigginus* Quarantenam, habuit veſtes lugu-
„ bres, & earum loco certam pecuniarum quan-
„ titatem, eodem modo, quo cum cæteris Fami-
„ liaribus ſervatum fuit. Quarantena autem, ve-
„ ſteſque lugubres ſubminiſtrari non conſueverunt
„ niſi Familiaribus, *Cobell. Notit. Cardin. cap.*
„ 16. *Privileg.* 40. Et participavit in ſumma ſcu-
167 „ torum 336. de Legato relicto Familiæ nobili,
„ reperita in omnibus actibus eadem expreſſione,
„ quod erat *della Famiglia del Signor Cardinale.*
„ Atque hæc ultima circumſtantia participationis
„ Legati magis corroborat veræ familiaritatis qua-
„ litatem, cum hoc præmium detur in remunera-
„ tionem præſtiti famulatus, & diſtribuatur habi-
„ ta ratione ſervitii, temporis, & qualitatis, ut
„ ſtatuitur in *Cæremoniali Romano* apud *Cobell.*
„ *dict. cap.* 16. *Privileg.* 40. & ad illud admittun-
„ tur ſoli Familiares *ex Mente*, & *Dente*, *de Ma-*
„ *rinis Reſolut.* 123. *n.* 2. *lib.* 2. *Simon. de Pret.*
„ *de Interpretan. ultim. volunt. pag* 290. *n.* 35. *Fu-*
„ *ſar. de Subſtit. quæſt.* 376. *n.* 1. cum aliis apud
„ *Barboſ. appellat.* 96. *n.* 2.
„ Non obſtat, quod *Luigginus* inſervierit, &
„ deſcriptus fuerit in Rotulis uti *Computiſta*, ideo-
„ que inſervierit non *Perſonæ*, ſed *rebus* Cardi-
„ nalis. Siquidem objectum nec in facto ſubſiſtit,
„ quia in Rotulis a Cardinali ſubſcriptis legitur
„ *Mario Luiggini* ſine ulla alia additione, prout
„ etiam legitur in proviſionibus tum *Clericatus*,
„ tum *Beneficiatus*; nec relevat in Jure, quia
168 „ poſitis requiſitis *Mentis*, & *Dentis*, *Ratiocina-*
„ *tor* etiam dicitur verus, & indubitatus Fami-
„ liaris, *Cardinalis de Luca de Regalibus diſc.*
„ 48. *n.* 2. & in terminis del *Contador major*, ita
„ hiſpanice nuncupati, qui idem eſt ac in Italia *il*
„ *Computiſta*, *Spad. conſ.* 25. *n.* 5. *lib.* 3.
„ Et ratio eſt, quia ſervitium *Ratiocinatoris*
169 „ honeſtum ſervitium eſt; illi autem dicuntur ve-
„ ri Famuli, qui ad aliquod honeſtum ſervitium
„ alicujus Domini ſe deputant, & recipiuntur,
„ ut tradunt *DD. in Cap. final. de Verbor. ſigni-*
„ *ficat. in* 6. & ſignanter *Gemmian n.* 8. *in fine*,
„ *Franch. n.* 14. *Ancar. n.* 3. *Simonett. de reſer-*
„ *vat. quæſt.* 35. *n.* 3. *Lotter. de re Benefic. lib.* 2.
„ *quæſt.* 32. *n.* 5. *& ſeqq. Mandoſ. ad regul.* 32.
„ *num.* 5. *& ſeqq. Barboſ. de Epiſcop. allegat.* 57.
„ *num.* 109. *& allegat.* 107. *num.* 10. *part.* 3.
„ *Giurb. conſ.* 88. *num.* 3. *Garc. de Beneſ. part.* 5.
„ *cap.* 1. *n.* 314. *Rota cor. Penia deciſ.* 675. *n.* 5.
„ *coram Coccin. deciſ.* 1059. *num.* 5. *& deciſ.* 1060.
„ *n.* 3.
„ Hoc autem ſervitium *Ratiocinatoris* reſpicit
170 „ præciſe Perſonam Cardinalis, nam licet verſetur
„ circa redditus, quos Cardinalis exigit, & ex-
„ pendit, attamen cum redditus ſint deſtinati
„ Perſonæ Domini, & inſerviant pro ſua, ſuæ-
„ que Domus manutentione, & pariter expenſæ
„ reſpiciant perſonam Cardinalis, utique *Ratioci-*
„ *nator* in his inſerviendo, inſervit Perſonæ Car-
„ dinalis. Perſonæ enim non dicuntur famulari, &
„ ſervire rebus, quæ ſunt inanimatæ, ſed famu-
„ lantur Perſonæ Domini in tali, & tali Miniſte-
„ rio, quod licet verſetur circa exactiones, &
„ impenſas reddituum, ſine dubio ad ejuſdem Car-
„ dinalis ſervitium ſpectat, & pertinet, *Spada*
„ *dict. conſ.* 25. *n.* 5. *lib.* 3.
„ Sic *Auditor*, *Secretarius*, *Magiſter Domus*,
„ *Veſtiarius*, dicuntur inſervire Perſonæ Cardina- 171
„ lis, nam ſi his Officialibus careret, neceſſe eſſet,
„ ut per ſe ipſum Cauſis ſtuderet, litteras con-
„ ſcriberet, curam Domus, vel Supellectilium
„ haberet, & libros introitus, & exitus, ordines,
„ & alia, quæ ad *Ratiocinatores* pertinent, per
„ ſe ipſum conſcriberet. Quod ſi omne ſervi-
„ tium, quod Domui præſtatur, redundat in ſer-
„ vitium Cardinalis, *Pignatell. conſult.* 98. *n.* 108.
„ *lib.* 2. Si ſervitium, quod mandante Domino
„ exhibetur uni ex Familiaribus, reflectit in ſer-
„ vitium ipſius Domini, *Lotter. lib.* 2. *dict. quæſt.*
„ 32. *n.* 63. qua ratione *Regula IV.* Cancellariæ
„ amplectitur Beneficia Subfamiliarium, qui Car- 172
„ dinalium expenſis vivunt, *Simonett. de reſer-*
„ *vat. quæſt.* 35. *n.* 11. & ibidem *Adden. Litt. D.*
„ *Gomeſ. ad regul. de impetr. Beneſ. per obit. Fa-*
„ *mil. quæſt.* 13. *in fine*, *Menoch. de Arbitr. cap.*
„ 201. *n.* 120. *Kochier. ad regul.* 3. *n.* 33. cum
„ aliis apud *Pignatell. conſil.* 2. *num.* 1. *lib.* 6. For-
„ tiori ratione perſonam Cardinalis reſpicit ſervi-
„ tium, quod præſtatur circa redditus, & im-
„ penſas, utpote principaliter deſtinatas pro Car-
„ nalis Perſona.
„ Ex his corruit animadverſio ex adverſo facta,
„ quod *Ratiocinatores* non inſerviant Perſonæ uti
„ Famuli, neque aſſiſtant Anticameræ, ſed eo-
„ rum ſervitium reducitur ad merum Officium
„ exercitii realis. Etenim ſi deſcriptus erat *Luig-* 173
„ *ginus* inter cæteros Famulos deſtinatos ad inſer-
„ viendum Perſonæ Cardinalis in certis, & de-
„ terminatis Officiis, dicendum eſt, quod ipſe
„ quoque uti Famulus inſervierit exercendo Offi-
„ cium, quod reflectit in ſervitium Perſonæ Car-
„ dinalis, nam probatur quod quis ſit Familiaris,
„ eo ipſo quod eſt aggregatus, & aſſociatus cum
„ Familiaribus, & ſervit, ſive præſtat opera ſer-
„ vilia, ut inquit *Hippolyt. de Bonaceoſ. de Servis,*
„ *vel Famul. qu.* 4. *verſ. Et probatur.*
„ Non relevante defectu aſſiſtentiæ in Antica-
„ mera, aut quod calcaria non haberet prompta ad
„ ſequendum Dominum quocunque pergeret.
„ Quandoquidem in Domibus Cardinalium, præ-
„ ſertim divitum, plures adſunt ſpecies Familia-
„ rium. Alii ſunt ſine certo Officio, ut ſunt ii, 174
„ qui Anticameræ aſſiſtunt, alii vero ad certum
„ miniſterium deputantur: alii habent onus aſſi-
„ ſtendi Anticameræ, & comitandi Dominum:
„ alii vero hoc onere non tenentur, quia eorum
„ miniſterium incompatibile eſt cum hac aſſiſten-
„ tia; omnes autem, quamvis diverſis ſervitiis ad-
„ dicti, ſunt vere, & proprie familiares, quando
„ *Mentis*, & *Dentis* requiſita concurrunt, cum Fa-
„ miliaritas naſcatur ex Officio, cujus lata ſigni fi-
„ catio complectitur omne Miniſterium, etiam *Co-*
„ *qui*, ut ait *Lotter. de re Beneſ. lib.* 2. *quæſt.* 32.
„ *n.* 4. *& ſeqq.* Et tamen *Coquus* habet officium,
„ & Miniſterium reale, quod circa cibos verſatur.
„ Et quod omne Miniſterium, quod quocum-
„ que modo in ſervitium, commodum, & decus 175
„ Principis, ſeu Magnatis reflectit, inducat pro-
„ priam familiaritatem, comprobatur pluribus
„ ſimilibus exemplis, *Cantorum Pontificiæ Cap-*
„ *pellæ*, & *Scriptorum in Bibliotheca Vatica-* 176
„ *na*, qui ſunt veri, & indubitati Papæ Fami-
liares,

„ liares, prout pro Familiaribus habiti fuerunt
177 „ *Conſiliarii*, *Viſitatores*, *& Concionatores*, quos
„ Cardinales Domi retinebant, & in eis requiſi-
„ ta *Mentis*, & *Dentis* concurrerent; & inter ve-
„ ros Familiares numerari quoque *Auditorem*,
„ *Secretarium*, *& Magiſtrum Domus*, extra aleæ
„ controverſiam eſt, (*juxta auctoritates in præce-
„ denti diſcurſu laudatas a num.* 135. *cum pluri-
„ bus ſeqq. fruſtra hic tranſcribendis.*) Et nihilo-
„ minus recenſitæ Perſonæ, nec Anticameræ aſ-
„ ſiſtunt, nec Cardinalem ad Cappellas, & Con-
„ ſiſtoria comitantur.
„ Hiſce exemplis illa non officiunt, quæ ex
„ adverſo cumulantur. Quippe quia, aut non
„ applicantur, aut retorquentur; Non applicatur
178 „ exemplum *Vicarii Generalis*, ſeu *Auditoris Ge-
„ neralis* Epiſcopatus, quia non inſerviunt Perſo-
„ næ Cardinalis, uti *Cardinalis*, ſed Perſonæ E-
„ piſcopi, qui accidentaliter eſt Cardinalis; &
„ alia eſt Familia Epiſcopi, alia vero Cardinalis,
„ *Grattan. diſcept.* 257. *n.* 40. *& ſeqq. Gonzal. ad
„ Reg. VIII. Cancell. Gloſſ.* 51. *ſub n.* 66. *Garc. de
„ Benef. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 318. *& ſeqq. Lotter. de
„ re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 32. *n.* 127. *Ventrigl. part.
„* 2. *anno at.* 2. *§.* 2. *n.*45. *Cardin. de Luca in Voto
„ manuſcripto*, quod exaravit in *Cauſa Romana
„ Beneficiatus S. Petri*, & alii communiter.
„ Nec etiam applicatur exemplum *Agentis*, qui
179 „ in remotis Partibus retinetur pro Cura Abatiæ,
„ vel Epiſcopatus, quia reſpectu illius deficiunt
„ requiſita tum *Mentis*, cum Cardinales ſimiles
„ Perſonas non recipiant in familiares, nec in
„ Rotulo cum aliis deſcribant, ex qua non deſcri-
„ ptione probatur, quod non habeant *Agentes*
„ pro familiaribus, *Valenzuel. conſ.* 57. *num.* 14.
„ *Barboſ. de Epiſcopo part.* 3. *allegat.* 57. *n.* 109.
„ Tum etiam continuæ Commenſalitatis, nam
„ qui *Mediolani*, *Taurini*, *Bononiæ &c.* moram
„ trahit, dici non poteſt Commenſalis Cardinalis
„ Romæ degentis, *Simonett. de Reſervat. quæſt.
„* 35. *n.* 10. *Tuſcus verbo Familiaris concluſ.* 72.
„ *n.* 26. Et demum ille dicitur ſervire Perſonæ E-
„ piſcopi, & Abatis, non Cardinalis, ut proſe-
„ quitur *Card. de Luca in dicto Voto Romana Be-
„ neficiatus S. Petri.*
„ Retorquentur exempla *Magiſtri Linguæ Græ-
180 „ cæ*, *Medici*, & *Procuratoris*, ſeu *Sollicitato-
„ ris.* Nam quod attinet ad primum, cum de hac
„ quæſtione actum fuiſſet in *Rota* in una *Cordu-
„ ben.* Cardinalis admiſſus fuit ad præſtandum
„ conſenſum in proviſione Beneficii, quod vaca-
„ verat per obitum *Magiſtri linguæ Græcæ*, *Gomeſ.
„ in Regul. de Impetran. Benef. per obit. famil.
„ quæſt.* 13. *num.* 15. -- ibi -- *Et ita vidi in una
„ Cauſa Corduben. ſervari* -- *Anton. Auguſtin. a-
„ pud Rub. ſingul. part. prima pag.* 220. *num.* 8.
„ *Rota deciſ.* 1059. *n.* 24. *coram Coccin.* Et quam-
„ vis hæc reſolutio *Gomeſio* non arriſerit, attamen
„ movetur ex defectu mentis Cardinalis, qui por-
„ tionem panis, & vini, non tanquam familia-
„ ri, ſed tanquam *Magiſtro* miniſtrari jubebat. In
„ præſenti autem aperte conſtat de mente Cardi-
„ nalis ſubminiſtrandi ſcuta 14. 73. ½. quolibet
„ menſe *Luiggino*, non tanquam *Magiſtro* bene-
„ volo, aut pauperi, ſed tanquam *familiari* --
„ ibi -- *Della noſtra Famiglia* -- & ibi -- *Per Sa-
„ laria, e Companatica.*
181 „ *Medicus* etiam erit familiaris, ſi verificentur
„ requiſita *Mentis*, & *Dentis*, utpote quia ſit
„ principaliter addictus ſervitio Cardinalis, Do-
„ mi retineatur, conſequatur Salarium, prout
„ cæteri familiares, & cum eiſdem tanquam de
„ familia ſit in Rotulo deſcriptus, *Clarlin. lib.* 1.
„ *controv.* 20. *n.* 13. Et cum *anno* 1695. conti-
„ giſſet hic caſus in Beneficiatu S. Petri vacantis
„ per obitum *Dominici Bonapartes* Medici clar.
„ me. Cardinalis *Barberini*, tum Officiales, tum
„ Advocati Datariæ pro veritate conſulti cenſue-
„ runt, qualitatem medicam non officere familia-
„ ritati, cum in eo caſu de *Mente*, & *Dente* ſa-
„ tis conſtaret.
„ Simili modo, ſi *Procurator*, aut *Sollicitator* 182
„ expenſis Cardinalis vivat, & ſit in Rotulo cum
„ aliis familiaribus deſcriptus, & reputatus de fa-
„ milia Cardinalis, erit & ipſe familiaris; ut de
„ Beneficiatu vacante in hac eadem Lateranenſi
„ Baſilica per obitum *Matthæi Galantis Sollici-
„ tatoris* clar. mem. Cardinalis *Chiſii* deciſum fuit
„ a particulari Congregatione, quæ die 22. De-
„ cembris 1702. reſcripſit -- *Collationem ſpectare
„ ad Datariam.*
„ Si ergo *Sollicitator*, poſitis dictis requiſitis,
„ erat familiaris, potiori ratione erat & *Luiggi-
„ nus*, quia dictus *Galantes* deſcriptus fuerat in
„ Rotulo cum qualitate *Sollicitatoris*: *Luigginus*
„ vero ſine ulla prorſus expreſſione miniſterii. *Ga-
„ lantes* deſcriptus fuerat inter diverſos, ſeu *Stra-
„ ordinarii*: *Luigginus* inter reliquos ordinarios
„ familiares. *Galanti* perſolvebantur menſtrua ſcu-
„ ta ſex: *Luiggino ſcut.* 11. 40. *Galanti* non da-
„ batur Penſio pro Domo: *Luiggino* aſſignata e-
„ rant in hanc cauſam ſcuta annua quadraginta.
„ Cum *Galantes* proviſus fuerit de Beneficiatu,
„ vocatus ſimpliciter fuit *Clericus Romanus*: *Luig-
„ ginus* vero in utraque Proviſione, & Clerica-
„ tus, & Beneficiatus, denominatur familiaris,
„ & continuus Commenſalis Cardinalis *Chiſii*.
„ Hæ autem circumſtantiæ ſunt certe urgentiores
„ pro arguenda in *Luiggino* magis, quam in *Ga-
„ lante* vera familiaritatis qualitate.
„ Majori inſubſiſtentia laborat altera objectio,
„ quod *Luigginus* non præſtaret ſervitium quoti-
„ dianum frequens, & continuum, ſed raro, &
„ vix ſemel in Menſe; Quandoquidem frequens
„ continuum fuiſſe ſervitium *Luiggini* dignoſcitur,
„ tum ex quo inſerviebat in Domo ditiſſima, in
„ qua ingentes erant redditus, & redditibus fere
„ pares expenſæ, tum ex qualitate Salarii, quod
„ regulariter debet eſſe proportionatum labori, 183
„ *Zacch. de Salar. quæſt.* 11. *n.* 1. ſtipendium enim
„ ſcut. 14. 73. ½. quolibet Menſe aſſignari non con-
„ ſuevit iis *Ratiocinatoribus*, qui unica die quo-
„ libet Menſe laborant. Cumque *Ratiocinatoris*
„ miniſterium non conſiſtat ſolum in exarandis,
„ & regiſtrandis Ordinibus ſemel in Menſe, ut ex
„ adverſo aſſeritur, ſed in pluribus aliis, quæ re-
„ fert *Franciſcus Liberatus* in Libro cui titulus --
„ *Il Perfetto Maeſtro di Caſa* -- *lib.* 1. *cap.* 17. *per
„ tot. Non eſt veriſimile eum non feciſſe omnia ea,
„ quæ in Domo opulenta pertinent ad Computiſtam
„ ordinarium*, ut ſunt verba *Rota in deciſ.* 354.
„ *n.* 1. *part.* 1. *Recentior.*
„ Sed quando etiam ſervitium non fuiſſet fre-
„ quens, & quotidianum, adhuc id nihil officе-
„ ret familiaritati, dum verbum *continue*, non in- 184
„ telligitur ruſtice, & judaice, ſed civili modo,
„ itaut *continue* dicatur ſervire, qui inſervit ho-
„ ris, & temporibus competentibus, *Gloſſ. in dict.
„ cap. final. verb.* continue -- ibique *Joann. Mo-
„ nach. num.* 11. *Geminian. num.* 5. *&* 10 *verſ.
„ Gloſſ. Franch. num.* 9. *Ancaran. ſub num.* 4.
„ *Joannes Andr. ſub num.* 10. *Calderin. conſ.* 8.
„ *de Offic. Legat. Simonett. de Reſervat. quæſt.* 35.
„ *n.* 13. latiſſime *Bardi de Tempor. utili cap.* 17.

 „ *n.* 2.

„ *n.* 2. *& plurib. ſeqq. Gonzal. ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 43.
„ *n.* 56. *Barboſ. diſtinct.* 68. *n.* 2. *Coccin. adnotat.*
„ 243. *n.* 2. Et ſervari videmus in pluribus fami-
„ liaribus, qui Summo Pontifici inſerviunt, vel
„ alternatim per *Hebdomadas*, vel per *Tertiarias*,
„ vel ſolum temporibus, muneri, quod exercent
„ convenientibus; & tamen ſunt veri, & indubi-
„ tati Pontificis familiares.

„ Hinc Regulæ Cancellariæ, quæ de familia-
„ ritate loquuntur, expoſcunt quidem continuam
„ commenſalitatem, hoc eſt, quod quis continue
„ comedat expenſis Domini, ſed nullum prorſus
185 „ verbum faciunt de ſervitio quotidiano, & con-
„ tinuo, cum de eſſentia familiaritatis non ſit,
„ quod quis ſit ſemper apud Dominum, ut poſt
„ *Bartol.* tenet *Mandoſ. ad Regul.* 32. *quaſt.* 10. *in*
„ *fine.* Imo ſufficit aptitudo, & habitualitas ad
„ actum, & quod quis continuo ſe offerat, ſit-
186 „ que promtus, & paratus ad inſerviendum,
„ quando Domino placuerit, *licet uſus non ſit con-*
„ *tinuus*, ut firmant omnes Repetentes *in dict.*
„ *Cap. final.* poſt *Jo. Monach. ibid. num.* 12. *An-*
„ *caran. num.* 4. *verſ. Et ſecundum Joann. Mo-*
„ *nachum refertur ad aptitudinem, non ad ipſum*
„ *actum. Jo. Andr.* & alii ſupra allegati, *Bard.*
„ *de Temper. util. dict. cap.* 17. *num.* 2. *Simonett.*
„ *de Reſervat. quaſt.* 35. *num.* 33. *Creſcent. deciſ.*
„ 16. *num.* 3. *de Reſcript.* Et ſi Cardinalis patere-
„ tur, quod qui quotidie ſuis expenſis comedit,
187 „ nunquam actu ſerviret, nihilominus Regula
„ locum haberet, ut bene explicat *Gomeſ. ad*
„ *Regul. de Impetran. quaſt.* 13. §. *Eſt tamen ad-*
„ *vertendum*, & §. *Eſt tamen ulterius*; quem re-
„ fert *Card. Tuſc. in verb. Familiaris Concluſ.*
„ 72. *num.* 18. & 33. *Maſcard. de probat. Con-*
„ *cluſ.* 355. *num.* 4. Ea ratione, quia totum in
„ in hac materia pendet a voluntate Domini,
„ qui poteſt, quando ſibi placet, famuli miniſte-
„ rio uti, eodem modo quo Aqua dicitur quoti-
188 „ diana, licet quotidie non hauriatur, dummo-
„ du apta ſit, ut quotidie hauriri poſſit, *leg. fo-*
„ *ramen.* 27. *ff. de ſervit. Urban. Præd. Bard.*
„ *dict. cap.* 17. *n.* 2. *cum aliis ab eo allegatis.*

„ Extraneum valde nimis eſt exemplum Ora-
„ torii privati, deductum ex *Pignatell. conſult.* 98.
„ *n.* 106. *lib.* 6. Agitur ibidem de illis *Pediſſequis*,
„ & *Famulis*, qui exigua mercede conducti,
„ quandoque Dominas comitantur; quique vulgo
„ in Urbe nuncupantur *Domenichini*; hos non
189 „ gaudere Privilegio Oratorii firmat *Pignatellus*,
„ non ex defectu continui ſervitii, ſed quia *non*
„ *vivunt abſolute expenſis Dominarum*, quippe
„ merces illis præſtari ſolita eſt adeo tenuis, ut non
„ ſit ſufficiens ad victum. Hæc autem ratio ad
„ *Luigginum* non pertinet.

„ Leviſſimæ itidem ſunt illæ tres circumſtan-
„ tiæ ex adverſo deductæ, quod *Computiſta* non
„ ſit Miniſter neceſſarius; quod plures ex Cardi-
„ nalibus illius opera non utuntur; quodque, ut
„ plurimum, nec videt faciem Domini. Nam
190 „ quoad neceſſitatem, hæc ait *Franciſcus Libe-*
„ *ratus dict. lib.* 1. *cap.* 17. *in princip.* — *Uſaſi il*
„ *Computiſta in tutte le Corti, & in tutte le parti,*
„ *per eſſere Miniſtro neceſſariſſimo. Rot. dict. de-*
„ *ciſ.* 354. *ſub n.* 7. *part.* 1. *Recent.* ubi in Domo o-
„ pulenta vocat hoc officium maxime neceſſa-
„ rium. Et cum ſub Pio IV. inſtituti fuiſſent *Ra-*
„ *tiocinatores* Cameræ, id fuiſſe, inquit Pontifex,
„ *non minus neceſſarium, quam utile*, ut in *Con-*
„ *ſtitut. LXXXVII.* §. 48. Quod ſi in tam magna
„ Domo miniſterium *Luiggini* nec utile, nec ne-
„ ceſſarium, nec commodum, ſed omnino ſuper-
„ fluum fuiſſet, id nihil commune habet cum
„ Regula IV. quæ non expoſcit miniſterium ne- 191
„ ceſſarium neceſſitate abſoluta, & præciſa, ſed
„ contenta eſt quocunque honeſto ſervitio, etiam
„ inutili, argumento *Text. in leg.* 19. *ff. de Ser-*
„ *vit.* -- ibi -- *Servitutem imponi, & ſi non utilis,*
„ *poſſe exiſtimo, veluti ſi aquam alicui ducere non*
„ *expediret, nihilominus conſtitui ea ſervitus poſ-*
„ *ſit; quædam enim habere poſſumus, quamvis ea*
„ *nobis utilia non ſunt.*

„ Multoque minus obeſt, quod non omnes
„ Cardinales *Computiſtæ* opera utantur; Quia dif-
„ ficile eſt demonſtrare opulentiſſimam Domum,
„ quæ hoc Miniſtro careat. In familia etiam Car-
„ dinalis *Chiſii* aderant *il Maggiordomo, il Ca-*
„ *vallerizzo*, & alii Viri Nobiles, Officialeſque
„ quamplures, qui ab aliis Cardinalibus retineri 192
„ non conſueverunt; & tamen illi omnes erant
„ veri familiares, cum res hæc commenſurari de-
„ beat a ſtatu, & conditione Domini, *R. P. D.*
„ *Petra ad Conſtitut. Apoſtolic. tom.* 2. *pag.* 500.
„ *ſub num.* 63. *Pignatell. dict. conſult.* 98. *n.* 107.
„ *lib.* 6.

„ Quod vero *Computiſta* faciem Domini videre
„ non ſoleat, id etiam, ſi in facto verum eſſet,
„ per accidens ſe haberet, totumque pendet a vo-
„ luntate Dominorum, cum nihil imputari poſſit 193
„ famulo, cæteroquin inſerviendi propoſitum, &
„ mentem habenti, ſi Dominus illum, nec vocat,
„ nec alloquitur, ad *Text. in leg. Si quis ita* 8. *ff.*
„ *de condit. & demonſtrat. Gomeſ. dict. quaſt.* 13.
„ §. *Eſt tamen ulterius, verſ. Quia ſufficit, quod*
„ *per familiarem non ſtet.* Et familiaritas non
„ pendet a *facie*, ſed a *Mente*, & *Burſa* Do-
„ mini.

„ Neque etiam dici poteſt diſcontinuum ſervi-
„ tium *Luiggini*, ex quo *teneva la Scrittura della*
„ *Santiſſima Concezzione del Dome di Siena, co-*
„ *me ance quella dell' Eredità Baldina.* Etenim
„ in fide exadverſo exhibita non exprimitur, an
„ toto tempore, quo dicto Cardinali inſerviit,
„ his aliis negotiis *Luigginus* detineretur, nec
„ quam magna eſſent hæc negotia, & num in-
„ compatibilia eſſent cum ſervitio Cardinalis, &
„ an, & quale Salarium inde conſequeretur. Sem-
„ perque reiocidit reſponſio, quod cum verbum
„ *continue* civili modo intelligatur, non præjudi- 194
„ cat familiaritati, ſi quandoque famulus abſit pro
„ ſuis, vel alienis negotiis, *Calderin. dict. conſ.*
„ 8. *de Offic. Legat. Vitalin. in Clement. Dignum*
„ *n.* 38. *& ſeqq. de Celebrat. Miſſar. Simonet. de*
„ *Reſervat. dict. quaſt.* 35. *num.* 13. *Lotter. de re*
„ *Beneficiar. lib.* 2. *quaſt.* 32. *num.* 145. *Coccin.*
„ *adnot.* 243. *numer.* 3. Sufficitque ſola tolerantia
„ Domini, ut quis non deſinat eſſe familiaris, 195
„ etiamſi aliis inſerviat, *Sarnen. ad dict. Regul.*
„ *de Impetran. dict. quaſt.* 13. *in fine, Card.*
„ *de Luc. de Benefic. diſc.* 11. *ſub num.* 6. & 8.
„ *Rot. deciſ.* 645. *num.* 4. *part.* 1. *Recent.* Cum
„ ut ſæpe diximus, totum pendeat a voluntate
„ Cardinalis.

„ Et ſæpe videmus, quod Cardinalium *Audi-*
„ *tores* illæſa familiaritate, Curiæ ſunt addicti,
„ alii Agentes, alii eodem tempore inſerviunt,
„ & Pontifici, & Cardinali: Nec eſt inconve-
„ niens, quod quis eodem tempore in pluribus
„ Officiis compatibilibus, & pluribus Perſonis 196
„ deſerviat, duplicis Perſonæ vicibus fungendo,
„ & duplex Salarium conſequendo, ut in termi-
„ nis familiaritatis *Venturin. conſ.* 22. *num.* 80. &
„ generaliter relati in *deciſ.* 149. *n.* 8. poſt *Zacch.*
„ *de Salar.*

„ Eadem-

„ Eademque ratione nihil detrahit familiaritati
„ ſervitium, quod certis horis, & temporibus
„ *Luigginus* præſtabat Eccleſiæ Lateranenſi: quia
„ data actuum compatibilitate, unus non evellit
„ alium, *Adden. ad Buratt. deciſ.* 228. *litt. A.*
„ *Rot. deciſ.* 573. *num.* 17. *part.* 4. *tom.* 3. *Re-*
„ *cen.* Et Auctoritates in contrarium allegatæ lo-
„ quuntur, ubi quis Eccleſiæ in alio loco poſitæ
„ inſerviret.

„ Omnia hæc fortius urgent inſpecta mente,
197 „ & intentione dicti Cardinalis, a quo unice pen-
„ det familiaritatis materia; Si enim ex tot tantiſ-
„ que circumſtantiis huc uſque cumulatis reputa-
„ vit *Luigginum* uti ſuum famulum, non obſtan-
„ te quod *Ratiocinatoris* munus, etiam pro aliis
„ exerceret: ſi omnia emolumenta, quibus reliqui
„ familiares gaudebant, diſtribuebantur etiam
„ *Luiggino*, non obſtante quod quotidie ejus fa-
„ ciem non videret; poſita hac *mente*, pernecesse
„ ſequitur, *Luigginum* fuiſſe verum, proprium,
„ & indubitatum familiarem, eodem prorſus mo-
„ do quo familiares erant alii, qui in eadem Ma-
„ tricula inſcripti, minus ſtipendium recipiebant,
„ etſi addicti eſſent primariis Aulæ miniſteriis.

Hactenus Diſcurſus. Cumque communicatus ille fuerit laudato Domino Cardinali *Pamphilio*, hic ea qua pollebat animi magnitudine in propriis juribus tuendis, ſed non alienis uſurpandis, poſt maturum examen rationum in eo expenſarum, propriæ prætenſioni ceſſit, & collatio Beneficiatus ex capite quod *Luigginus* extiterat familiaris clar. mem. Card. *Chiſii*, expleta fuit a Dataria favore Alexandri *Alphonſi* Presbyteri Romani, ut ex Litteris Apoſtolicis expeditis de *Menſe Maii* 1720.

Semel autem contracta familiaritas, præſumitur
198 durare, donec diſſoluta probetur, *Gomeſ. ad Regul. famil. quæſt.* 13. *n.* 5. *Adden. ad Gregor. deciſ.* 166. *num.* 12. *Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 143. *Rot. deciſ.* 590. *num.* 3. *cor. Pamphil. deciſ.* 16. *num.* 1. *de probat. coram Creſcent. & deciſ.* 584. *& deciſ* 645. *num.* 4. *part.* 1. *Recent. & deciſ.* 526. *n.* 6. *& deciſ.* 555. *n.* 8. *coram Emerix Junior.*

Sic munus *Agentis Regii* non videtur tollere
199 antecedentem familiaritatem, quam quis uti Secretarius cum Cardinali prius contraxerat; non enim inducit incompatibilitatem, qua ceſſante, novi muneris aſſumtio præcedentem familiaritatem non adimit, *Rot. deciſ.* 573. *n.* 6. *part.* 4. *Recent. & deciſ.* 228. *n.* 18. ubi *Adden. cor. Burat.* Et in terminis Agentis Regii *Card. de Luc. de Benefic. diſc.* 11. *n.* 8.

Verum in cauſa, in qua ſcripſit Cardinalis *de Luca*, Rota pro diſſoluta habuit familiaritatem ex quo *Didacus* poſtquam aſſumtus fuerat in *Agentem* Regis Catholici, receſſerat a Domo, & ſervitio Cardinalis, qui in officio *Secretarii*, quod apud eum exercebat, alium ſubſtituerat. Et licet etiam poſt aſſumtum munus *Agentis* Regii receperit a Cardinali ſolitam mercedem, illa potius cenſenda erat portio honoris, quam merces actualis ſervitii, quod amplius non præſtabat. Maxime
200 quia Cardinalis in collatione cujuſdam Beneficii favore ejuſdem *Agentis* poſtea expleta, uſus non fuerat formula, qua familiaribus Beneficia conferri ſolent, nec ullam fecit mentionem familiaritatis, ſed illum nominavit *Conſiliarium*, & *Agentem Regium*, ut in *deciſ.* 35. *cor. Emerix Sen.*

Sic etiam *Secretarius* Cardinalis non amittit fa-
201 miliaritatem, ſi incumbat negotiis Eccleſiæ, retineat Scripturas, vel aliquid aliud agat cum ſervitio Cardinalis compatibile; nam ex hac non dicitur *Secretarius* Eccleſiæ, ſed adhuc remanet ad effectum reſervationis, *Secretarius* Cardinalis; præcipue ubi ex actibus ſequentibus appareat de animo utriuſque circa hanc familiaritatem, *Spad. conſil.* 25. *ſub n.* 3. *verſic. Neque, cum ſeqq.* & diximus ſupra *n.* 194. *& ſeqq.*

Retinetur inſuper familiaritas abſente Domino,
quando quis continuat ſervitium, ut quia curam 202
haberet de redditibus Cardinalis, ejuſque negocia procuraret. Dicitur enim quis ſervire Domino ubicumque ſerviat, *Sarnen. in Regul. de Impetr. Benefic. per obitum famil. quæſt.* 13. *in fin. Spad. conſ.* 25. *n.* 7. *lib.* 3. *Simonett. de Reſervat. quæſt.* 35. *n.* 2.

Fuit itidem in *Rota* deciſum, non fuiſſe diſſolutam familiaritatem ex eo, quod *Caudatarius*, ſeu *Cappellanus* Cardinalis fuit a Domino deputatus
Agens, ſeu Miniſter in Abatia. Licet enim ex ſim- 203
plici munere *Agentis*, ſeu Adminiſtratoris, non cenſeatur contracta familiaritas, tamen quando munus hujuſmodi ei committitur poſt contractam familiaritatem, iſta non diſſolvitur, ſed fortius colligatur per officium, quod eidem familiaritati ſuperinducitur, *Rot. deciſ.* 526. *& deciſ.* 555. *cor. Emerix Jun.*

Inſuper, ſi quis inſerviat Cardinali uti *Secretarius*, & in eodem etiam munere Fratri, vel Ma-
tri Cardinalis, adhuc dicitur illius familiaris, *Ven-* 204
turin. conſ. 22. *n.* 67. *& ſeqq.* ubi etiam ſi Salarium ab eiſdem reciperet, *Gomeſ. ad Regul.* 32. *quæſt.* 13. *in fin.* ubi, quod ſi Cardinalis reciperet unum in familiarem, & ille ſciente, & tolerante Cardinali, licet non mandante; ſerviret Magiſtro Domus, nihilominus eſſet familiaris continuus Commenſalis Cardinalis, *Rot. deciſ.* 645. *n.* 4. *part.* 1. *& deciſ.* 656. *n.* 8. *part.* 2. *Recent.* & facit eadem *Rot deciſ.* 898. *num.* 5. *cor. Merlino.*

Prout diſſolutionem familiaritatis non evincit
receſſus a Domo Cardinalis, vel etiam ab Urbe, 205
quia potuit familiaris recedere de mandato, aut licentia Cardinalis, *ad Text. in leg. Prædia maritima §.* 1. *ff. de Fund. inſtruct. legat. Wameſ. conſ.* 412. *numer.* 2. *tom.* 2. *Gomeſ. ad Regul. de impetr. Benefic. per obit. famil. Cardinal. quæſt.* 13. *num.* 8. *Leuren. in For. Beneficial. tom.* 2. *quæſt.* 546. *n.* 25. *Lotter. de re Beneficiar. quæſt.* 32. *n.* 144. *& ſeqq. Achill. de Graſſ. deciſ.* 276. *tit. de Præbend.*

Sed diſſoluta cenſetur familiaritas, ſi recedente
familiari, alter in ejus locum ſubrogetur, vel ſi 206
quovis alio argumento poſſit utrinque colligi animus non continuandi, quia nec Cardinalis eum habeat pro familiari, nec ſolitam partem ſubminiſtrari mandet, *Lotter. dict. quæſtion.* 32. *num.* 151. *Leuren. dicta quæſt.* 546. *num.* 25.

Item ubi familiaris fuit per Cardinalem licentiatus, ſeu dimiſſus; tunc enim omne familiaritatis
vinculum ſine dubio diſſolvitur, *Lotter. dict. quæſt.* 207
32. *n.* 153. *Leuren. quæſtion.* 546. *n.* 25. *Adden. ad Gregor. deciſ.* 166. *ſub n.* 12. *verſ. de Diſſolutione*, *Rot. deciſ.* 584. *part.* 1. *Recent. & cor. Martino Andrea deciſ.* 3.

Cæterum pro complemento materiæ notandum, quod licet *Vicarius*, *Auditor Generalis*, *Viſita-*
tor, *Examinator*, cæterique Officiales Epiſcopatus 208
per Cardinalem obtenti, non dicantur illius familiares continui Commenſales, cum potius Dignitati, quam Perſonæ ſervitium præſtent, ut diximus ſupra *num.* 141. 145. *&* 178. & præter Doctores ibi citatos, *Simonett. de Reſervation. quæſt.* 35. *n.* 21. *Spad. conſil.* 22. *n.* 13. ubi de *Locumtenente*

conſtituto a Cardinali Epiſcopo, *Sbroz. de Offic. & Poteſtat. Vicar. lib. 2. quæſt.* 109. ubi de *Viſitatore*, & *Examinatore*, *Valenzuel. conſ.* 57. *per tot.* ubi pariter de *Examinatore*, & *Viſitatore*, *Rot. deciſ.* 626. *num.* 7. *cor. Remboldo.* Hujuſmodi tamen Concluſionem intelligendam eſſe de Vicario,
209 aliiſque Officialibus abſentibus, non de illis, qui retinentur Domi, reſpondendo *Simonetta* dixit *Rot. in Seguntina Beneficii* 12. *Martii* 1589. *cor. Orana*, quam refert *Mareſcott. Var. lib.* 2. *cap.* 94. *n.* 16. *Gratian. diſcept.* 257. *n.* 43.

Verum diſtinguendum eſt, quod aut agitur de
210 illis Perſonis, quæ prius erant familiares, & continui commenſales Cardinalis, & fuerunt deinde deſtinatæ Officiales Epiſcopatus, & in hoc caſu ſive Domi Cardinalis Epiſcopi morentur, ſive alibi, intrat quoad eorum Beneficia reſervatio ex capite familiaritatis, quæ ſemel contracta, continuatur, nec præſumitur interrupta, ut admittunt auctoritates ſupra laudatæ *n.* 141. præſertim *Sbroz. de Offic. Vicar. quæſt.* 109. *Ricc. in Prax. For. Eccleſiaſtic. reſolut.* 459. *num.* 3. *Gratian. diſceptat.* 157. *num.* 42. *Simonett. de Reſervation. quæſt.* 35. *n.* 21. *Zacch. de Salar. quæſt.* 30. *num.* 9. *Ventrigl. tom.* 2. *annot.* 2. §. 2. *num.* 46. & conferunt tradita per *Rot. deciſ.* 526 *n.* 6. & *deciſ.* 555. *n.* 7. *cor. Emerix.* Aut agitur de illis Perſonis, quæ poſt obtentum a Cardinali Epiſcopatum in illius Officiales deputantur, & in iſto caſu, etiam ſi in eodem Palatio cum ipſo Cardinali cohabitent, ut munus proprium ſub ejuſdem oculis alacrius exercere valeant, non dicuntur familiares Cardinalis, ſed potius Epiſcopi, cui ratione Epiſcopatus inſerviunt, *Valenzuel. dict. conſ.* 57. ubi de *Examinatore*, ſeu *Viſitatore Epiſcopatus*, qui domi Cardinalis morabatur, & ad ipſius Menſam comedebat, *Gratian. diſceptat.* 257. *n.* 43. *Gonzal. ad Regul. VIII. Cancell. gloſſ.* 51. *ſub n.* 66.

Notandum ſecundo, quod a familiaritate ante
211 Cardinalatum, non bene infertur ad familiaritatem poſt Cardinalatum, quæ eſt plene, & concludenter probanda, *Rot. dec.* 626. *n.* 13. *cor. Rembold. & Nos in Commentar. in Regulam XXXIII.*

Tertio, quod familiaritas non cenſetur excluſa,
212 ex quo familiaris ſedeat, & comedat cum Cardinali, *Rot. deciſ.* 228. *n.* 10. *coram Buratt.* vel cum eo loquatur capite cooperto, *Card. de Luc. de Benefic. diſc.* 11. *ſub n.* 6. licet ut plurimum familiares cum Domino Cardinali comedere non ſoleant, *Spad. conſ.* 22. *ſub n.* 10. *lib.* 3.

Quarto notandum, quod licet ſit inveriſimile, quod obtinens Præbendam, ſeu Beneficium reſidentiale, cum Cardinali voluerit contrahere fami-
213 liaritatem; nihilominus id non prohibetur, & ideo hujuſmodi præſumtio locum ſibi non vindicat, quando conſtat de animo, & voluntate illam contrahendi, *Rot. deciſ.* 228. *n.* 18. & *ſeqq. cor. Buratt.* & in fortioribus terminis, quod familiaritas non cenſetur diſſoluta, ex eo quod quis Parochialem obtinuit extra Curiam, dixit *Rot. deciſ.* 429. *n.* 15. *part.* 5. *Recent.*

Quinto, quod familiaritas Papæ, uti dignior,
214 alteram ex Cardinalis famulatu reſultantem offuſcat, & perimit, *Gomez ad Regul. de Impetran. quæſt.* 15. *n.* 7. & 9. *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 51. *n.* 65. *Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 32. *n.* 27. & *ſeqq. Gratian. diſcept.* 982. *n.* 24. *Rota cor. Seraphin. deciſ.* 1251. *num.* 15. & *cor. Penia deciſ.* 1177. *n.* 9. & *cor. Caſſadar. de Præbend. deciſ.* 9. *n.* 4. & *in Hiſpalen. Præſtimonii* 11. *Maii* 1661. §. *Præterea cor. Veroſpio*, & diximus in §. *præcedenti n. fin.*

Hinc ſi quis in impetratione Beneficii expreſſerit illud vacaſſe ex eo, quod ultimus Poſſeſſor interfuerit Conclavi ſerviens Cardinalis, cujus erat familiaris, nec non Pontificis familiaris, & continuus Commenſalis extiterit; Conclaviſtatus, & 215
familiaritas Pontificis, uti Gratiæ fundamentum, concludenter probari debet, iiſque non probatis, familiaritatis Cardinalitiæ probatio inſervire non poteſt pro ſuſtinenda Gratiæ validitate, *Rot. in dicta Hiſpalen. Præſtimonii* 11. *Maii* 1661. *cor. Veroſpio.*

Cæterum quod diximus familiaritatem Papæ offuſcare illam Cardinalis, intelligendum venit favore ipſius Papæ, non autem in ejus præjudicium, 216
Card. de Luc. de Benefic. diſc. 3. *num.* 14. & 15. Caſus fuit ille quem ibidem refert ipſe *Card. de Luc.* Erat Titius Officialis, & familiaris fictus Papæ, 217
& ſic comprehenſus in Indulto Cardinalium; Erat inſuper familiaris Cardinalis a prædicto Indulto excluſus. Deceſſit ille, & quæſitum fuit, an Cardinalis Indultarius ejus Beneficia conferre potuerit. Et videbatur affirmative reſpondendum, non obſtante, quod eſſet familiaris Papæ fictus, quia ſub Indulto comprehendebatur; nec etiam relevante, quod eſſet familiaris Cardinalis, quia familiaritas Pontificia offuſcabat familiaritatem Cardinalitiam, impediendo illius effectum, eo modo quo luminare majus offuſcat luminare minus. Verum contrarium reſolutum fuit in *Romana Canonicatus S. Mariæ in Vialata*, qui vacaverat per obitum *Jordani*, dum vixit Auditoris Cardinalis *Borgiæ*, & Abbreviatoris, ac Protonotarii, de qua reſolutione meminit *Card. de Luc. dicto diſc.* 3. *de Benefic. n.* 14. Et merito, quia cum Pontifex haberet pro ſe duplicem reſervationem, nempe familiaritatis propriæ, & familiaritatis Cardinalitiæ, poterat utique uti reſervatione ſibi magis proficua, qualis erat Cardinalitia non comprehenſa ſub Indulto, omiſſa Pontificia ſub illo comprehenſa. Ac inſuper, quia dum effectus reſervationis ex familiaritate Pontificia impeditur ab Indulto Cardinalitio, in quo datur facultas providendi Beneficia familiarium Pontificum ex Privilegio, certe eadem familiaritas Pontificia tamquam ſublata, vel omni effectu evacuata, non poteſt amplius offuſcare familiaritatem Cardinalitiam, ſed ceſſante effectu dignioris, ſeu primæ familiaritatis, poteſt Pontifex uti ſecunda, *Rot. deciſ.* 32. *de Præben. in antiq. verſic. Si enim prima revocetur, remanebit effectus, qui erat in ſecunda*, & paulo poſt -- ibi -- *Vel ſi Papa ex aliqua cauſa haberet primam reſervationem pro infecta, remanent nihilominus ligatæ manus inferioris propter ſecundam, quæ pro infecta habita non eſt* -- Et ponitur exemplum, quod licet Sol, dum bene lucet, ſi accendatur Lucerna nihil illa operetur quoad effectum illuminandi, attamen obſcurato Sole, aer illuminatus remanet lumine Lucernæ, *Gomez ſuper Regul.* 32. *de Impetr. quæſt.* 15. *n.* 10. cum aliis exemplis relatis per *Rot. dicta deciſ.* 32. *num.* 6. de Excommunicato duplici Excommunicatione, & de ligato duplici Catena, quia adhuc ex illis remota una, remanebit ligatus alia, *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 13. *n.* 81. *ad* 89. Et Auctoritates contrariæ loquuntur in terminis Regulæ XXXII.

REGULA

REGULA V.

Reſervatio Beneficiorum Collectorum, & Subcollectorum.

ITem reſervavit generaliter omnia, & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica quorumcumque Collectorum, & Unicorum in quacumque Civitate, vel Diœceſi, qui ſuo tempore Officia exercuerint, Subcollectorum fructuum, & proventuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum, illa videlicet Beneficia dumtaxat, quæ durante eorum Officio obtinebant, & in quibus, ſeu ad quæ jus eis competebat. Decernens irritum &c.

ARGUMENTUM.

Beneficia Collectorum, & Unicorum Subcollectorum per hanc Regulam reſervantur; eſtque talis reſervatio perſonalis, & juncta cum alia coæquali reſervatione excludit Indultum Cardinalium, etiamſi tempore obitus dimiſſum fuiſſet Collectoris, vel Subcollectoris Officium. Aſſignantur rationes hujuſmodi reſervationis, quæ reſpectu Collectorum non exigit unicitatem in Provincia, vel Diœceſi, prout eam requirit reſpectu Subcollectorum. Reſervatio num locum habeat, quando unus Subcollector deputatur in Civitate, alter in Diœceſi? In nonnullis Regni Neapolitani Diœceſibus, etſi permittatur ob illarum amplitudinem plures deputari Subcollectores; non eorum tamen omnium Beneficia ſunt reſervata. Unicitas Subcollectoris an de Jure præſumatur, & quomodo probetur? Ut intret Reſervatio vigore Regulæ, requiritur, quod Subcollector deputetur cum univerſali, & omnimoda Juriſdictione; ex quibus hæc conceſſa probetur; & an neceſſarium ſit illius exercitium? Beneficia Subcollectorum Decimarum, quæ deſtinantur a Papa pro ſubventione Principum Chriſtianorum contra Infideles, vel ob aliam publicam cauſam, ſunt vigore Regulæ reſervata; quemadmodum ea, quæ obtinentur per Subcollectores Quindenniorum, & Subſidii Triremium. Subcollectores deputantur a Nunciis, a Cardinali Camerario, & a Theſaurario generali, qui tamen deputare non poſſunt inquiſitos, illegitimos, aut natos ex damnato coitu, nec eos qui teſtimonium non exhibent ſuorum Ordinariorum ſuper bona vita, & moribus; unde Subcollectores, ad effectum reſervationis Regulæ, non ſunt deputati ab aliis Subcollectoribus, aut ab Appaltatoribus Cameræ, nec itidem illi, qui a Capitulis, quæ ſe compoſuerunt cum Camera ſuper Spoliis, deputantur ad exigendam taxam a ſingulis Beneficiatis. Ad effectum Regulæ ſufficit ſola deputatio in Subcollectorem, nec requiritur Officii acceptio; Ex quibus autem deputatio præfata probetur, late oſtenditur; ac etiam examinatur, an Subcollector eſſe debeat in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus? Reſervantur vigore Regulæ etiam Beneficia, ad quæ Subcollectoribus durante eorum Officio Jus competebat; qua ratione, ſi Canonicus Coadjutor ſit Subcollector, reſervatus remanet Canonicatus, etiam ſi antequam Succeſſioni locus fieret, deſineret eſſe Subcollector. An per diſceſſum Nuncii ceſſet Officium Subcollectoris ab eo deputati? De exemtione Collectorum, & Subcollectorum a Juriſdictione Ordinariorum; & plures enumerantur caſus, in quibus Subcollectores hujuſmodi exemtione non gaudent. Tandem examinatur, an Canonici Subcollectores gaudeant exemtione a ſervitio Chori pro lucrandis Diſtributionibus quotidianis, vel pro non ſolvendis Punctaturis; & an ſaltem in actu exercitii inſervire valeant Choro per Subſtitutum?

SUMMARIUM.

1 *Beneficia Collectorum, & Unicorum Subcollectorum ſunt reſervata.*

2 *Hujuſmodi reſervatio eſt perſonalis, & juncta cum alia reſervatione perſonali, excludit Indultum Cardinalium.* & n. 3.

4 *Etiam ſi Beneficiatus tempore obitus non eſſet amplius Collector, vel Subcollector.*
Et aſſignatur ratio n. 5.

6 *Exponuntur rationes ſuper quibus fundatur reſervatio Regulæ.* & n. 7.

8 *Beneficia Collectorum ſunt reſervata, etiam ſi in*

in eadem Provincia, vel Diœceſi plures eodem tempore adeſſent Collectores.

9 Verbum Unicorum, quod legitur in Regula, refertur ſolum ad Subcollectores, non ad Collectores.

10 Prout ſimile Verbum in Regula LVI. adjectum, ad ſolos Subcollectores refertur.

11 Una Regula Cancellariæ aliam explicat, & interpretatur.

12 Regula æque loquitur de Collectoribus Provinciarum, ac Civitatum, & Diœceſum.

13 Et ſive deputentur a Papa, ſive a Çardinali Camerario.

14 Reſpondetur abſurdo, quod ex pluralitate Collectorum in eadem Civitate, vel Diœceſi omnia Beneficia poſſent remanere reſervata in præjudicium Ordinarii.

15 Facultas uniendi intelligitur de facultate moderata, non de exceſſiva.

16 Reſervatio Regulæ non afficit Beneficia Notariorum, ſeu Actuariorum Subcollectoribus inſervientium.

17 Ut locum ſibi vindicet, requiritur, quod Subcollector ſit unicus in Diœceſi, & quod cum omnimoda Juriſdictione deputetur. & n. 65.

18 Si plures Subcollectores ſucceſſive unus poſt alium, in eadem Civitate, vel Diœceſi deputentur, omnium Beneficia erunt reſervata.

19 Aſſignatur ratio, cur in Subcollectoribus unicitas requiratur, ſecus in Collectoribus?

20 Subcollector deputatus in aliqua Diœceſi, dicitur unicus, etiamſi adſit Collector Generalis in Provincia.

21 Deputatus pro ſola Civitate, & diſtrictu, non autem pro tota Diœceſi, comprehenditur ſub diſpoſitione Regulæ.
Et aſſignatur ratio. ibid.

22 Et in eo verificatur expreſſio facta Papæ, quod fuerit unicus Subcollector. & n. 24.

23 Subcollectorem non facit major, vel minor Juriſdictionis extenſio, ſed Miniſterium ipſum. & n. 106. 113.

25 Unicitas verificatur ſemel ac quis fuit unicus Subcollector momento temporis.

26 Si unus in Civitate, & alter in Diœceſi deputetur Subcollector, nullius Beneficia erunt reſervata.

27 Amplia etiamſi Diœceſis eſſet valde lata, plures continens Civitates.

28 In Regno Neapolitano permittitur ex Decreto Sac. Congregationis Concilii edito anno 1677. ut in nonnullis Diœceſibus plures pro earum amplitudine deputari poſſint Subcollectores.

29 Reprobatur Monacellus exiſtimans Decretum præfatum comprehendere etiam amplas Diœceſes extra Regnum.

30 Vigore Decreti præfati ſunt reſervata Beneficia illorum plurium Subcollectorum, qui in amplis Regni Diœceſibus deputantur.

31 Contrarium videtur verius, quia illud nihil de novo diſponit, ſed tantum præſervat reſervationes Beneficiorum Subcollectorum.

32 Et loquitur relative ad Regulas Cancellariæ.

33 Referens non importat plus, quam relatum.

34 Nec cenſetur, quod plus cogitaverit eo, quod revera continetur in relato.

35 Reſervationes non ampliantur per organum Sacræ Congregationis Conelii.

36 Decretum dictæ Congregationis pro Subcollectoribus in Regno Neapolitano, non ampliavit, ſed reſtrinxit eorum numerum.

37 Ante Decretum præfatum, etſi plures in eadem Diœceſi adfuiſſent Subcollectores, unius tantum Beneficia erant vigore Regulæ reſervata.

38 Quid operetur præſervativa reſervationum in eodem Decreto adjecta?

39 Et recenſentur motiva, ob quæ dicta præſervatio adjecta fuit.

40 Concluſio, de qua n. 26. limitatur in Beneficiis illius, qui poſt obitum alterius remanſit ſuperſtes.

41 Etiamſi alius poſtea deputetur Subcollector, cum reſervatio ſemel infixa ſemper duret.

42 Intellige limitationem, ſi ambo Subcollectores ſint generaliter deputati in Diœceſi, ſecus ſi quiſque ſit privative deſtinatus ad partem aliquam Diœceſis: tunc enim uno defuncto ſuperſtitis Beneficia non remanent reſervata.

43 Si in Diœceſi diviſa in duos ſtatus temporales, duo Subcollectores, alter a Nuncio, alter a Theſaurario deputari conſueverint, amborum Beneficia erunt reſervata.

44 Idem, ſi duo Epiſcopatus ſint æque principaliter uniti, & in unaquaque Diœceſi Subcollector deputari ſoleat.

45 Subcollectoris Unicitas, unico teſte probari poteſt.

46 Item probatur, ex quo gaviſus fuit exemtione a Juriſdictione Ordinarii, cum ea non gaudeant Subcollectores, niſi ſint Unici in eorum exercitio.

47 Et de jure præſumitur Unicitas, niſi pluralitas ab allegante probetur.

48 Maxime quando in Litteris deputationis quis deputatur Unicus Subcollector.

49 Vel ſi deputatio facta fuerit a Papa Motu proprio.

50 Si Beneficium impetrans per obitum Subcollectoris, expreſſerit illum fuiſſe Unicum, tenetur unicitatem probare.

51 Contrarium, quod dicta expreſſio nil magis contineat, quam ipſa Regula, quæ Unicitotem elicit ex juris præſumtione.

52 Subcollectoris Unicites non excluditur ex antecedenti alterius deputatione, quia hæc potuit remanere a poſteriori revocata.

53 Intellige, quando ſecunda deputatio eſt æque generaliter expleta, ac prima.

54 Subcollector deputatus ad certos actus particulares non tollit Unicitatem generalis Subcollectoriæ penes alium primo loco deputatum, exiſtentis. & n. 59.

55 Nec dictus Subcollector particularis dicitur Unicus ad effectum Regulæ.

56 Subcollectorum pluralitas tunc adeſſe dicitur quando quis fuit Subcollector generalis toto tempore, quo aderant alii conſimiles generales Subcollectores.

57 Sola poſſibilitas, quod quis fuerit Unicus, etiam momento temporis, excludit pluralitatem ad effectum reſervationis Regulæ. & n. 177.

58 Deputatio alterius Subcollectoris non excludit, quod primus fuerit Unicus annis, vel menſibus antecedentibus.

59 Subcollectorum pluralitas non evincitur ex alterius deputatione circa Spolium particulare, nec ex Ordinaris teſtimonio, aut ex Teſtibus de auditu.

60 Ut dicta pluralitas reſervationem excludat, provenire debet ex eodem fonte cum omnimoda juriſdictione circa idem officium.

61 Hinc

61 *Hinc ſi unus Subcollector a Nuncio pro Spoliis, alter a Theſaurario pro Decimarum exactione in eadem Diœceſi deputentur, quilibet dicitur* Unicus *in ſuo Officio, & utrinſque Beneficia ſunt reſervata.* & n. 88.

62 *Beneficia Subcollectoris particularis deſignati a Subcollectore generali ad exigendum proventus Cameræ, non ſunt reſervata.*
Et aſſignatur ratio. ibidem.

63 *Limita, ſi ex conceſſione Papæ, vel ex conſuetudine, Subcollector alium Subcollectorem deputare poſſit.*

64 *Rejicitur hæc limitatio; Et de ratione.*

65 *Regulæ, ut locum habeat, requiritur, quod Subcollectores deputentur ad exigenda jura Cameræ, & cum omnimoda Juriſdictione.*

66 *Exactiones jurium Cameralium, & ſolutiones reſpective factæ in Camera, non evincunt juriſdictionem.*

67 *Beneficia Collectorum, & Subcollectorum Decimarum, quæ pro ſubventione Principum Chriſtianorum, ex publica cauſa imponuntur, non ſunt vigore Regulæ reſervata.*

68 *Regulæ Reſervatoriæ Cancellariæ ſunt odioſæ, nec extenduntur de caſu ad caſum.*

69 *Decimæ præfatæ non ſunt proventus Cameræ, quæ de illis nihil participat, quamvis ejus nomine per manus Miniſtrorum Cameralium exigantur, & ad Cameram deferantur.* & n. 72. 73. 74. & 75.

70 *Appellantur in Pontificio Diplomate* Peculium *aliarum Eccleſiarum.*

71 *Ad differentiam Decimarum Papalium, quæ ſunt Papæ debitæ ratione univerſalis Dominii, & gubernii Eccleſiæ Catholicæ, nec non pro ſui, & Cardinalium ſuſtentatione.* & num. 91.

76 *Explicantur Auctoritates firmantes, Beneficia Subcollectorum hujuſmodi Decimarum, eſſe reſervata vigore Regulæ.*

77 *Sed contraria Sententia, quod Regula comprehendat Beneficia hujuſmodi Decimarum Subcollectorum, eſt in Curia recepta.*

78 *Decimæ pro ſubventione Principum Chriſtianorum impoſitæ, ſunt debitæ Papæ, qui eſt Dominus omnium Beneficiorum, & per conſequens Cameræ colligenti, & cuſtodienti proventus Papales.*

79 *Illarum dominium, & proprietas reſidet penes Papam, ejuſque Cameram, deſtinato ſolum uſu pro Cauſa pia, quæ uſus deſtinatio non tollit ſubſtantiam prioris dominii.* & n. 80.

81 *Explicatur, qua ratione hujuſmodi Decimæ nuncupantur a Papa* Peculium *aliarum Eccleſiarum.*

82 *Subrogatum aſſumit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur.*

83 *Solutiones hujuſmodi Decimarum fiunt in Cameræ, & de illis redditur ratio more Camerali.* & n. 86.

84 *Exiguntur a Titularibus, etiam pro rata Penſionum facta iiſdem ceſſione jurium Cameræ contra Penſionarios.*

85 *Ceſſio jurium fieri non poteſt, niſi a Proprietario, ex quo ſimplex Exactor nihil habet, quod cedere poſſit.*

87 *De ſtylo Datariæ Beneficia vacantia per obitum Subcollectorum hujuſmodi Decimarum, providentur ſemper vigore reſervationis Regulæ V.*

89 *Subcollectorum Quindenniorum Beneficia ſunt vigore Regulæ reſervata.*

90 *Quindennia ſolvuntur loco Annatarum pro Beneficiis unitis.*

91 *Annatæ ſubrogatæ fuerunt loco Decimarum Papalium, quæ antiquitus conſiſtebant in vigeſima parte fructuum Eccleſiaſticorum.* & num. 71.

92 *Subcollectores Quindenniorum gaudent iiſdem prærogativis, & Privilegiis, quibus fruuntur Subcollectores Spoliorum.*

93 *Subcollectorum Subſidii Triremium Beneficia ſunt quoque vigore Regulæ reſervata.*

94 *Subcollectores Spoliorum deputantur vel a Nunciis, vel a Cardinali Camerario, vel a Theſaurario generali.*

95 *In Subcollectores deputari non poſſunt illegitimi, vel nati ex damnato coitu.*

96 *Nec itidem Parochi, aut Canonici Pœnitentiarii, & Theologi.*

97 *Subcollectoratus officium illico ceſſat, ſi fuerit Subcollector proviſus de Parochiali, aut Pœnitentiali, vel Theologali Prebendis, & Theſaurarius, vel Nuncius alium deputare tenentur.* & n. 168.

98 *Non poſſunt Nuncii, & Theſaurarius Subcollectores deputare, niſi prævia atteſtatione Curiæ Epiſcopalis ſuper vita, & moribus deputandorum, & quod non ſint nec inquiſiti, nec proceſſati.* & n. 99. & 195.

100 *Subcollector ad effectum Regulæ non dicitur, qui ab Appaltatore Cameræ deputatur ad exigendum ſubſidium Triennale, vel alia ejus jura.*

101 *Nec qui a Capitulo, quod ſe compoſuit cum Camera pro Spoliis Cleri, deputantur ad exigendam taxam a ſingulis Beneficiatis.*

102 *Maxime ſi adſit alius Subcollector pro Spoliis Epiſcoporum, & pro acquiſitis ex illicita negociatione.*

103 *Amplia, etiam ſi deputatio a Capitulo facta, ſit univerſalis, cum revocatione omnium aliorum Subcollectorum.*

104 *Contrarium, quod Beneficia Subcollectoris deputati a Capitulo pro exigenda taxa compoſitionis, ſint reſervata.*
Et aſſignatur ratio n. 105.

107 *Sed prior Sententia amplectenda eſt, & pro ea deciſum in Congregatione Datariæ.*

108 *Limitatur hæc Sententia, quando Exactor Taxæ concordatæ, deputatur a Cardinali Camerario, & non a Capitulo.*

109 *Secus ſi a Cardinali Camerario confirmetur ſolum per epiſtolam electus a Capitulo, quamvis confirmatio fiat cum facultatibus neceſſariis.*

110 *Subcollectorum Juriſdictio ad effectum Regulæ, debet eſſe univerſalis.*

111 *Subcollector deputatus ad certum Spolium unius Epiſcopi, non fruitur Juriſdictione univerſali, ejuſque Beneficia non ſunt reſervata.*

112 *Judex ad certam Cauſam delegatus, fungi non dicitur munere Judicis Ordinarii.*

113 *Contrarium, quod etiam Beneficia deputati ad certum Spolium Epiſcopi, ſubjaceant diſpoſitioni Regulæ.*

114 *Generalis juriſdictio conceſſa cenſetur, quando Subcollectori tribuitur facultas gerendi omnia, quæ Nuncius vigore ſuæ deputationis gerere poſſet.*

115 *Item, quando omnes aliorum Subcollectores Deputationes expediri conſueverint cum juriſdictione univerſali.*

116 *Ex*

116 Ex facultate procedendi contra contumaces ad Cenſuras Subcollectori conceſſa, cenſetur ei tributa juriſdictio.

117 Generalis deputatio in Subcollectorem pro Civitate, & Diœceſi, importat ſaltem habitu, & in potentia generalitatem juriſdictionis.

118 Et hoc ſufficit ad effectum Reſervationis Regulæ.

119 De conſuetudine, & ſtylo, omnes Subcollectores deputari ſolent cum omnimoda juriſdictione.

120 Subcollector deputatus ad exigendas omnes Decimas Civitatis, & Diœceſis, non deſinit eſſe Subcollector generalis, ſi vigore compoſitionis ſint illæ ad certam ſummam taxata.

121 Deputatio in Subcollectorem cum univerſali Juriſdictione debet ad effectum reſervationis Beneficiorum concludenter probari.

122 Probatur ex Litteris Patentibus, non autem per Litteras miſſivas, vel per Teſtes.

123 Juriſdictio delegata non probatur, niſi per Litteras ipſius Delegationis.

124 Sufficiunt tamen ad probandam deputationem cum univerſali Juriſdictione Litteræ Committentis ejus Sigillo munita, quamvis a Notario, & Teſtibus non ſubſcripta.

125 Amplia, etiam ſi dicta Litteræ non ſint adnotatæ in libris Nunciaturæ.

126 Litteræ patentes probantur ex Teſtibus deponentibus, ſe fuiſſe præſentes deputationi, eaſque vidiſſe.

127 Non ſufficiunt ad effectum hujuſmodi probationis Teſtes deponentes de publica voce, & fama. Contrarium num. 132.

128 Deputatio Subcollectoris, deficientibus Litteris patentibus, & Teſtibus de viſu, ex aliis etiam probationibus evincitur. & numer. 185.

129 Probatur ex depoſitione unius Teſtis, junctis adminiculis publicæ vocis, & famæ.

130 Nec non ex ſolo dicto Notarii teſtantis, ſe expediviſſe Litteras patentes, junctis pariter adminiculis.

131 Inſuper ex Teſtimonio Collectoris generalis, & multo magis Nuncii Apoſtolici. & numer. 133.

134 De pluribus adminiculis conducentibus ad probationem deputationis in Subcollectorem. Remiſſive.

135 Fides Secretarii Nuncii probat deputationem Subcollectoris.

Maxime ſi teſtetur, eam reperiri adnotatam in libris Nunciaturæ. n. 137.

136 Libri, & Regeſtra Nunciaturæ, vel Theſaurariæ generalis, plene probant aliquem fuiſſe deputatum in Subcollectorem.

138 Renunciatio litis facta a Proviſo ab Ordinario de Beneficio collato a Papa vigore Reſervationis Regulæ, probat ultimum illius Poſſeſſorem fuiſſe Subcollectorem.

139 Reſervatio Regulæ ut locum habeat, requiritur, quod Collector, vel Subcollector proprium Officium aliquando exerceant.

140 Contrarium, quod ſufficiat ſola potentia exercendi, quoties occaſio ſe offerat. & numer. 148.

Redditur ratio. n.141.

142 Amplia, etiam ſi non fuerit a Subcollectore præſtitum juramentum de fideliter adminiſtrando. & n. 148.

143 Regula in illis verbis -- qui ſuo tempore officia exercuerint -- intelligitur de exercitio in potentia, & non in actu.

144 Vel reſpicit eos, qui non vere, ſed ficte ſunt Subcollectores.

145 Si in Diœceſi non adſint jura Cameræ exigenda, Beneficia Subcollectoris pro ea deputati, non ſunt reſervata.

146 Prout nec ſunt reſervata Beneficia Subcollectoris, qui data occaſione, ſe abſtinuit a proprio munere exercendo.

147 Ad effectum Regulæ ſufficit, quod fuerit quis deputatus in Subcollectorem, quamvis nec viderit, nec ſerverit Litteras ſuæ deputationis.

148 Contrarium, & aſſignatur ratio.

150 Declaratur prima opinio, ut procedat quando Subcollector ante notitiam deputationis deceſſit, vel ſi deputationem ipſe ſibi procuraſſet.

151 Subcollector, ad effectum ut ejus Beneficia ſint reſervata, debet eſſe in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus, juxta formam Cap. Statutum, de Reſcript. in 6.

Neceſſe non eſt, quod Dignitatem obtineat tempore deputationis in Subcollectorem, ſed ſufficit, quod ex poſt eam acquirat. n. 169.

Limita ſi Subcollectoratum obtinuerit ſub falſa expreſſione Dignitatis non adhuc obtentæ. n. 170.

152 Contrarium, quod ad effectum Regulæ non requiratur, quod Subcollector ſit in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus. & n. 165.

153 Diſpoſitio dicti Cap. Statutum procedit in deputatione Apoſtolici delegati immediate facta a Papa, ſecus ab Inferioribus.

154 Et locum ſibi vindicat in Judicibus delegatis ad lites contentioſas terminandas.

155 Judices Compulſoriales, & Remiſſoriales non comprehenduntur ſub diſpoſitione dicti Cap. Statutum. & n. 156.

157 Diſpoſitio Cap. Statutum non procedit in Delegatis principaliter ad certum miniſterium, licet illi poſſint in ejuſdem miniſterii executionem aſſumere partes Judicis.

158 Maxime ſi hæc acceſſoria juriſdictio ſit voluntaria, & poſſit exerceri, vel non. & n. 160.

159 Subcollectores non ad Cauſas decidendas, ſed principaliter deputantur ad exigenda jura Cameræ, & ob id acceſſorie illis impertitur juriſdictio.

161 Obſervantia eſt optima legum interpres.

162 Ex conſuetudine fere univerſali, præſertim in Italia, deputantur in Subcollectores ſimplices Presbyteri, & Clerici, Dignitatem non habentes.

163 Dataria pro conſtanti ſemper habuit, obnoxia eſſe reſervationi Regulæ Beneficia Subcollectorum, quamvis non eſſent in Dignitate conſtituti.

164 Explicantur Doctores, qui favent contrariæ Sententiæ.

166 Parochiales vacantes per obitum Subcollectorum ſunt vigore Regulæ reſervatæ.

167 Subjacent tamen Parochi Subcollectores juriſdictioni Ordinariorum quoad concernentia Curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem.

168 Subcollectores in Italia, Inſuliſque adjacentibus, etſi effecti Parochi, illico eorum Officium amittunt, Parochiales tamen remanent vigore Regulæ reſervatæ.

171 *Canonicus Coadjutor, qui ex Litteris Coadjutoriæ fruitur omnibus Privilegiis veris Canonicis competentibus, poteſt in Sententia, de qua ſupra* n. 151. *eſſe Subcollector.*

172 *Et non prohibetur eſſe Judex Eccleſiaſticus, & Delegatus Apoſtolicus.*

173 *Commendatarius perpetuus, qui titulari æquiparatur, poteſt eſſe Delegatus Apoſtolicus.*

175 *Regula reſervat ea etiam Beneficia, ad quæ durante Officio Subcollector jus habet.*

176 *Canonicatus, ad quem Coadjutor tempore Subcollectoratus jus habet, remanet reſervatus, etiamſi facto loco ſucceſſioni jam deſierit eſſe Subcollector.* & n. 174.

177 *Ad effectum Regulæ ſufficit, quod quis momento temporis fuerit Subcollector, cum reſervatio ſemel impreſſa, nunquam extinguatur, licet ceſſet Officium.* & n. 57.

178 *Subcollectoratus in partibus, utpote perſonalem reſidentiam requirens, vacat per aſſequutionem Canonicatus reſidentialis in Urbe.*

Intellige poſt adeptam poſſeſſionem ejuſdem Canonicatus, qui tamen remanet reſervatus ob jus, quod Subcollector ad illum antea habebat. n. 180.

179 Clementin. Gratiæ de reſcript. *procedit non ſolum in Beneficiis, ſed etiam in Officiis, tam Eccleſiaſticis, quam prophanis, in quibus militat ratio incompatibilitatis.*

181 *Subcollectoris Officium ceſſat per diſceſſum Nuncii, & redditam ab ipſo generalem Computorum rationem.*

182 *Maxime ſi ante Nuncii diſceſſum, Subcollector numquam proprium munus exercuerit.*

Et redditur ratio. n. 183.

184 *Subcollector cenſetur confirmatus in officio ſi poſt diſceſſum Nuncii, qui eum deputaverat, exerceat vidente, & permittente Nuncio Succeſſore.*

186 *Collectores, & Subcollectores ſunt exemti a Juriſdictione Ordinariorum, quia ſunt Papæ Officiales.*

187 *Exemtio hujuſmodi primo conceſſa fuit a Joanne XXII., poſtmodum confirmata a Clemente VI.*

188 *Subcollectores Spoliorum non connumerantur inter illos Officiales Sedis Apoſtolicæ, de quibus loquuntur* Extravag. Cum Matthæus de Hæretic. & Extravag. Divina in eminenti, de Privileg. inter Commun.

Quemadmodum nec inter dictos Officiales numerantur Protonotarii non participantes, immediate creati a Papa. ibid.

189 *Exemtio Subcollectorum in Regno Neapolitano innititur etiam Conſtitutionibus Gregorii XIII. & Urbani VIII.*

190 *Decretum Sac. Congregat. Concilii editum anno* 1677. *pro Subcollectoribus dicti Regni, extenſum fuit in Concilio Romano, quoad exemtionem, ad Subcollectores Italiæ, & Inſularum adjacentium.*

191 *Unicus tantum Notarius pro quolibet Subcollectore in actu exercitii gaudet exemtione ab Ordinarii Juriſdictione, non autem ea gaudent Curſores, aliique Officiales.* & numer. 193.

192 *Sed quod tali exemtione gaudeat Notarius non ſolum in actu exercitii, ſed durante tempore deputationis pluries firmavit Sac. Congr. Concilii.* & n. 194. & 239.

195 *Non gaudent exemtione Subcollectores deputati abſque prævia atteſtatione Curiæ Epiſcopalis ſuper vita, & moribus, & quod non ſint inquiſiti, nec proceſſati.* & numer. 98. & 99.

196 *Exemtione pariter non gaudent poſt dimiſſum officium.* & n. 200.

197 *Niſi per duodecim ſaltem annos illud laudabiliter exercuerint.*

198 *Quod tamen limitatur, ſi fuerint ob delictum ab officio amoti.*

199 *Poſt dimiſſum officium gaudent exemtione pro delictis durante officio commiſſis, ſi pro illis conveniantur.*

201 *Ex Conſtitutione Urbani VIII. Subcollectores ubique locorum gaudent exemtione pro exceſſibus, & delictis etiam poſt dimiſſum officium commiſſis.*

202 *Declara, ut hujuſmodi exemtione gaudeant vivente ſolum Ordinario, cujus tempore exercuerunt, ſecus eo defuncto, vel alias deficiente.*

Aſſignatur ratio hujus declarationis. ibid. & n. 203.

204 *Non gaudent tamen exemtione pro exceſſibus commiſſis dimiſſo officio, nec etiam vivente Ordinario, cujus tempore exercuerunt, quando fuerunt ob delictum officio privati.*

205 *Exemtione non gaudent Subcollectores, qui proprium munus numquam exercuerunt.*

206 *Intellige, ſi data occaſione exercendi, ſe abſtinuerunt, ſecus ſi numquam ſe præbuit exercendi occaſio.*

208 *Subcollectores pariter non reſidentes in Diœceſi pro qua ſunt deputati; minime exemtione fruuntur.*

209 *Hinc Subcollectores deſtinati pro locis exemtis, & Diœceſibus adjacentibus, ſed in propria Diœceſi commorantes, exemtione a Juriſdictione proprii Epiſcopi non gaudent.*

210 *Minuſque eorum Notarii, ſeu Actuarii.*

211 *Amplia, etiam ſi in Diœceſibus adjacentibus, vel in locis exemtis, non adeſſent incolæ, qui Subcollectoris munus exercere poſſent, aut vellent.*

212 *Non poſſunt tamen Ordinarii contra dictos Subcollectores procedere, ſed debent Sac. Congregationem certiorare, ejuſque oraculum expectare.*

213 *Subcollectores, generaliter, exemtione ab Ordinariis in civilibus non gaudent.*

214 *Niſi adeſſet Judex in Diœceſi a Nuncio deputatus ſolummodo pro cauſis paſſivis.* & numer. 216.

215 *Judex præfatus nulla potitur exemtione a Juriſdictione Ordinarii.*

217 *Et an debeat eſſe Doctor alicujus publicæ Univerſitatis, vel ſaltem ei dandus Aſſeſſor, remittitur arbitrio, & prudentiæ Nuncii.*

218 *Non gaudent exemtione Subcollectores in concernentibus ſervitium Eccleſiæ, cultum Divinum, & adimplementum onerum ratione Beneficiorum incumbentium.*

219 *Hinc Subcollectores in Divinis inſervientes cum Veſte, & Collari minus decentibus, aut ſcandaloſe Tabaccum in Eccleſia ſumentes, poſſunt ab Ordinariis puniri.*

220 *Et in adminiſtratores locorum Piorum deputati, Ordinario ſubſunt quoad redditionem rationum adminiſtrationis.*

221 *Subcollectores non poſſunt a caſibus Epiſcopo reſervatis*

reſervatis abſque illius licentia abſolvi.

222 *Sed ordinarii illos a Divinis ſuſpendere ob delicta occulta, ſicuti cæteros Subditos, non poſſunt.*

223 *Subcollectores tenentur ad publicas Proceſſiones ratione Beneficiorum, quæ obtinent, accedere, ſolvere Cathedraticum, & ſubſidium Charitativum.*

224 *Item intereſſe Synodo, ac Viſitationi ſemel in anno, & poſſunt ab Ordinariis cogi ad exequendum Decreta Viſitationis reſpicientia cultum Divinum.*

225 *Accedentes ad Monaſteria Monialium abſque Epiſcopi licentia, exemtione non gaudent, & poteſt Epiſcopus contra ipſos procedere.*

226 *Poſſunt Ordinarii procedere contra Subcollectores non ſervantes præceptum Communionis Paſchalis.*

227 *Et contra percutientes Clericum ad declaratoriam excommunicationis vigore* Cap. Si quis ſuadente &c.

228 *Quemadmodum contra ipſos procedere in cauſis violatæ Jurisdictionis, & Immunitatis Eccleſiaſticæ.*

229 *Subcollectores deprehenſos in fragranti crimine, quod mereatur pœnam non minorem relegatione, poſſunt Ordinarii Carceribus mancipare, ſed debent ſtatim Nuncium de carceratione certiorare.*

230 *Diſtributiones quotidianas non lucrantur Canonici Subcollectores Divinis Officiis horiſque Canonicis non intereſſentes.*

Redditur ratio. n. 231.

232 *Vicarius Capitularis, cui aſſignatum fuit Salarium, non lucratur in abſentia diſtributiones quotidianas.*

233 *Diſtributiones præfata in abſentia non debentur, niſi in tribus caſibus, Infirmitatis, juſtæ Corporis neceſſitatis, & evidentis Eccleſiæ utilitatis.*

234 *Privilegium Sixti V. indulgens Subcollectoribus in abſentia Diſtributiones, eſt locale.*

235 *Si in Eccleſia non adſint Diſtributiones, ſed punctaturæ, Subcollector, qui Choro non inſervit, tenetur eas ſolvere.*

236 *Subcollectores non poſſunt in actu, quo proprium munus exercent, Choro inſervire per Subſtitutum.*

237 *Canonici munera ſibi incumbentia per ſe ipſos, & non per Subſtitutum ſubire tenentur.*

238 *Ex conſuetudine permittitur, ut unus Canonicus poſſit alium ejuſdem Ordinis ad breve tempus in ſervitio Chori ſubſtituere.*

1 QUorumcumque Collectorum, & *Unicorum*
Subcollectorum Beneficia reſervat hæc Re-
2 gula. Et hujuſmodi reſervatio eſt *perſonalis* prop-
ter adminiſtrationem cum juriſdictione, ut ait *Lot-
ter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 32. num. 3. Rot. de-
ciſ. 266. n. 24. part. 13. Recent.* & Nos *ad Ru-
bric. Regul. I. §. 2. n. 7.* proindeque excludit In-
dultum Cardinalium, ſi concurrat cum altera reſer-
3 vatione perſonali, *Card. de Luca de Benefic. diſc.
8. n. 2. Rot. deciſ. 632. n. 2. & ſeqq. cor. Dunozet. Jun. & deciſ. 350. n. 2. & ſeq. part. 9.* repetit.
coram Bich. deciſ. 221. Quod locum ſibi vindicat,
etiamſi Beneficiatus tempore obitus non eſſet am-
4 plius Collector, vel Subcollector, nam licet hoc
caſu Beneficium, potius quam reſervatum, rema-
neat *affectum*, talis nihilominus affectio, tanquam
producta a reſervatione perſonali, quodammodo
5 perſonalis dici poteſt, & juncta cum altera perſo-
nali reſervatione, Cardinalium Indultum excludit,
ut late diximus in *Rubric. Regulæ primæ §. 2. a n.
24. cum pluribus ſeqq.*

Geminæ autem hujuſmodi reſervationis aſſignan-
tur rationes, quæ tamen in unam coincidunt. Pri- 6
ma eſt fundata in exemtione Collectorum, &
Subcollectorum a juriſdictione Ordinariorum, de
qua infra late agemus; unde quemadmodum non
decet Ordinarios circa eorum Perſonas, & Bona
ſe intromittere, ita nec etiam circa Beneficia. Al-
tera, quia Collectores, & Subcollectores ſtatim
efficiuntur Papæ Officiales, & illius miniſterio, & 7
ſervitio remanent adſcripti, ac ſpecialibus gau-
dent honoribus, & prærogativis, proindeque ſa-
tis rationabile viſum fuit, quod ſolus Papa de eo-
rum Beneficiis diſponat, *Mandoſ. ad hanc Regul.
quæſt. 8. verſ. tertio Ratio, Bellencin. in tract. de
ſubſid. Charitat. quæſt. 49. in princ. Lotter. lib. 2.
quæſt. 32. n. 165.* ubi ait reſervationem eſſe funda-
tam in ratione tutelæ, & protectionis, ſub qua
dictæ Perſonæ, una cum eorum Beneficiis, a Pa-
pa ſuſcipiuntur, & quod ratione hujuſmodi prote-
ctionis cenſeatur Papam ad ſe revocare quidquid
contingere poteſt circa Beneficia talium Perſona-
rum, ut propterea non poſſint inferiores Collato-
res de illis diſponere ſine offenſa reverentiæ, quam
exhibere tenentur Romano Pontifici, *Rot. deciſ.
779. n. 13. cor. Molines, & in Bricſmorien. Paro-
chialis 25. Novembris 1712. §. Addito cor. bo. me.
Anſaldo.*

Itaque reſervantur primo loco in Regula Bene-
ficia *quorumcumque Collectorum.* Propter autem di-
ctionem illam *quorumcumque*, dicuntur Beneficia 8
eorum reſervata, etiamſi in eadem Provincia, vel
Diœceſi plures adeſſent Collectores, ad differen-
tiam Subcollectorum, in quibus, ut infra, *uni-
citas* requiritur, *Sot. ad hanc Regul. in fin. Bellen-
cin. de Charitat. Subſid. quæſt. 118. Simonett. de
Reſervat. quæſt. 33. num. 1. & ibi Adden. litt. B.
Queſad. hic in princip. Lotter. lib. 2. quæſt. 32.
num. 182. Ventrigl. in Prax. tom. 2. adnot. 2. §. 2.
n. 51. Barboſ. de Epiſcop. part. 3. allegat. 57. num.
120. & 126. Rot. deciſ. 100. n. 4. & ſeq. & deciſ.
111. n. 10. coram Dunozet. repetit. in Recent. de-
ciſ. 255. & deciſ. 261. part. 5. & in dicta Bricſi-
norien. Parochialis §. Hac circa.* Quidquid in con-
trarium firmare videatur *Marant. tom. 3. conſult.
32. a n. 19. uſque ad fin.* ubi exiſtimat, quod etiam
in Collectoribus requiratur *unicitas* per illa verba
Regulæ *Collectorum quorumcumque, & Unicorum
Subcollectorum*; Nam verbum *Unicorum* ſolum 9
refertur ad Subcollectores; id quod clarius colligi-
tur ex Reg. LVI -- ibi -- *Ex eo quod talis Collector,* 10
vel unicus Subcollector &c. Plures autem diximus,
unam Cancellariæ Regulam per aliam explicari, 11
& interpretari.

Æque vero Regula comprehendit Collectores
Provinciarum, ac Collectores Civitatum, & Diœ- 12
ceſum, itaut eorum omnium Beneficia ſint reſer-
vata, tum ex indole dictionis *quorumcumque*,
quæ ob ſui generalitatem omnes, & quoſcumque
Collectores amplectitur, cum inter illos diſcrimi-
nis ratio aſſignari non poſſit, tum ex ſubſequenti-
bus verbis *in Civitate, vel Diœceſi*, quæ æqualiter
referuntur ad Collectores, & Subcollectores, pro-
indeque pari modo afficiunt Collectores Provin-
ciarum, ac Civitatum, vel Diœceſum, ad *Text.
in l. jam hoc jure ff. de vulgar. & privileg. Simo-
nett. de Reſervat. quæſt. 33. in principio, Leuren.
in For. Benefic. tom. 2. quæſt. 548. n. 5. Barboſ. dict.
allegat. 57. n. 118. Rot. deciſ. 233. num. 11. & ſeq.
cor. Duran.*

Locum-

Locumque ſibi vindicat Regula, ſive hujuſ-
13 modi Collectores deputentur a Papa, ſive a Car-
dinali Camerario, nam etiam iſte vigore ſuarum
facultatum jus habet deputandi Collectores, non
ſolum in Provinciis, ſed etiam in Civitatibus, ut
ponderando tenorem facultatum Cardinalis Came-
rarii, firmavit *Rot. deciſ.* 261. *num.* 4. *& ſeqq. part.*
5. *Recent.* repetit. apud *Dunoz. deciſ.* 111.

Nec relevare videtur, quod ſi in una, eadem-
14 que Civitate plures poſſent deputari Collectores,
illud ſequeretur abſurdum quod omnia illius Civi-
tatis Beneficia poſſent remanere reſervationi ob-
noxia in maximum Ordinariorum præjudicium.
Quia nec exceſſus præſumendus eſt, maxime cum
non redundet in utilitatem Cardinalis Camerarii,
ſi deputatio ab ipſo fieret; aut ſi talis exceſſus adeſ-
ſet, moderari poſſet per Summum Pontificem,
prout ſervavit ſan. mem. Innocentius XI. cum Sub-
collectoribus in Regno Neapolitano, quorum ex-
ceſſivum numerum reduxit, ut ex Decreto *Sac. Con-
gregat. Concilii* edito *anno* 1677. de quo infra. Sic-
15 uti io ſimili facultas uniendi, non intelligitur de
facultate exceſſiva, & immoderata, ut proſequitur
Rot. deciſ. 261. *num.* 8. *part.* 5. *Recent.* & confert
eadem *Rot. in Brictinorien. Parochialis* 25. *Novem-
bris* 1712. *§. Siquidem cor. bon. mem. Anſaldo.*

Poſt Beneficia Collectorum quorumcumque,
reſervantur in Regula Beneficia Subcollectorum;
cumque Regulæ diſpoſitio ſit reſtricta ad Perſo-
nas Subcollectorum, non poteſt extendi ad Bene-
16 ficia obtenta per eorum *Actuarios*, ſive *Notarios*,
Rot. in Corduben. Beneficii 9. *Maii* 1727. *§. Non
enim coram Reverendiſſ. Aldrovando.*

Ad effectum autem, ut locum ſibi vindicet
reſervatio Regulæ, duo in Subcollectore copulati-
17 ve requiruntur, nempe, quod ſit *unicus* in Diœ-
ceſi, & quod cum *omnimoda, & univerſali juriſdi-
ctione* deputetur ad collectionem ſpoliorum *Card.
de Luc. de Beneſic. diſc.* 8. *n.* 8. *Gonzal. ad Regul.*
8. *Gloſſ.* 51. *num.* 73. *Barboſ. de Poteſt. Epiſcop.
part.* 3. *allegat.* 57. *num.* 119. *Rot. deciſ.* 46. *nu-
mer.* 11. *& ſeq.* poſt *Novar. in Summ. Bullar. &
deciſ.* 779. *num.* 5. *& coram Molines, & in Groſſe-
tana Canonicatus* 10. *Decembris* 1687. *§. Nam ut
ea cor. Hervault, & in dicta Brictinorien. Paro-
chialis* 25. *Novembris* 1712. *§. Hac circa, coram
bonæ memoriæ Anſaldo.*

Et quoad primum requiſitum, ipſamet Regu-
la exponit, quod Subcollector ſit *unicus* in Civi-
tate, vel Diœceſi -- ibi -- *Et unicorum in quacun-
que Civitate, vel Diœceſi &c.* Subcollectorum, &
poſt antiquiores tradunt *Marant. tom.* 3. *controv.*
32. *num.* 15. *Ventrigl. in Prax. tom.* 2. *adnot.* 2. *§.* 2.
n. 51. *& ſeqq. Barboſ. de Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 5.
n. 118. *Garc. de Beneſic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 375.
Clericat. de Beneſic. diſcord. 38. *n.* 14. *Gonzal. ad
Regul.* 8. *Gloſſ.* 51. *n.* 72. *Kochier. hic Rot. deciſ.*
1009. *num.* 1. *cor. Coccin. deciſ.* 336. *n.* 4. *coram
Rembold. deciſ.* 226. *n.* 1. *coram Duran. deciſ.* 55. *n.*
10. *coram Celſo* cum aliis in dicta *Brictarien. coram
Anſaldo §. Et circa, & in Alben. Prioratus* 24.
April. 1733. *§. In hoc ipſo cor. Reverendiſſ. Ca-
ſtagnino.*

Quod ſi Collector plures ſucceſſive Subcolle-
ctores deputaverit in aliqua Civitata, vel Diœceſi,
18 itaut pro aliquo tempore, unus poſt alium fuerit
unicus tantum Subcollector, eorum omnium Be-
neficia ſunt per Regulam reſervata *Simonet. de Re-
ſervat. quæſt.* 3. *num.* 1. *Garc. de Beneſic. part.* 5.
cap. 1. *num.* 365. *Barboſ. allegat.* 17. *num.* 121.
Ventrigl. in Prax. adnot. 2. *§.* 2. *num.* 52. *tom.* 2.
Rot. deciſ. 857. *num.* 14. *coram Molines.*

Sed quare in Subcollectoribus *unicitas* requira-
tur, non vero in Collectoribus? Reſpondet *Simo- 19
net. de Reſervat. quæſt.* 33. *num.* 2. *in fin.* quod
certa ratio reddi non poteſt, ſed quia ita viſum
eſt Legislatori *l. non omnium ff. de Legib.* Verum
ratio depromitur ab æquitate, cui non congruit,
ut Ordinarii per multiplicationem horum Subcol-
lectorum ſentiant magnum præjudicium ex reſer-
vatione Beneficiorum, quæ obtinent, ac impedian-
tur paulatim conferre cuncta Diœceſis Beneficia.
Rot. in Brictorien. Parochialis 14. *Martii* 1712.
§. At perſcrutando cor. cl. mem. Card. Falconer.
inter impreſſ. *deciſ.* 5. *tit. de Reſcriptis tom.* 3. con-
firmat .25. *Novemb.* 1712. *§. Nihilominus coram
bon. mem. Anſaldo.*

Unicus autem Subcollector dicitur ille, qui in
una Civitate fuit deputatus, etiam ſtante Colle- 20
ctore generali in Provincia, ideoque illius Benefi-
cia eſſe reſervata cenſuit *Rot.* relata per *Ricc. col-
lect.* 1647. *verſ. Notandum eſt* 3. *Ventrigl. in Prax.
tom.* 2. *adnot.* 2. *§.* 2. *n.* 57. *Garc. de Beneſic. part.* 5.
cap. 1. *n.* 357. *Barboſ. de Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 57.
num. 118.

Reſervatum eſt etiam Beneficium illius, qui
pro ſola Civitate, & Diſtrictu, non autem pro 21
tota Diœceſi deputatus eſt Subcollector, cum Re-
gula utatur alternativa *vel* -- ibi -- *in quacunque
Civitate, vel Diœceſi*, ob quam ſufficit alterum ex
alternatis verificari *Cap. In alternativis de Reg. Jur.
in ſexto.* Accedente, quod ratio Regulæ, ne Epi-
ſcopi ſe ingerant in conferendo Beneficia Officia-
lium Papæ, æque militat in Subcollectore unice
electo pro tota Diœceſi, ac pro ſola Civitate, &
Diſtrictu, cum utrique congruat uniformitas offi-
cii, quod eſt conſtitutivum Reſervationis, nec ma-
jor, aut minor latitudo operatur, aliquem eſſe plus,
vel minus officialem *Oldrad. conſ. ult. ſub n.* 2.
Rota deciſ. 48. *num.* 21. *& deciſ.* 49. *num.* 17. poſt
Novar. in Summ. Bullar. & cor. Molines deciſ.
789. *num.* 15. confirm. *dec.* 857. *num.* 8. *& ſeqq.
& in Brictorien. Parochialis* 25. *Novembris* 1712.
§. Quamobrem, cor. Anſaldo.

Non enim ullum conſiderari poteſt Ordinarii
præjudicium, quando unicus fuit deputatus Sub-
collector pro Civitate, excluſo quocunque alio Sub-
collectore in Diœceſi; unde veritati innititur ex- 22
preſſio facta Papæ per impetrantem Beneficium va-
cans per obitum Subcollectoris deputati pro ſola
Civitate, quod erat *unicus Subcollector*, non enim
Papa difficilius Beneficium illud contuliſſet, ſi ſci-
viſſet defunctum fuiſſe deputatum particulariter pro
Civitate, cum ut mox diximus non attendatur
major, vel minor Juriſdictionis extenſio, ſed mi- 23
niſterium ipſum *Rot. deciſ.* 789. *numer.* 15. *& de-
ciſ.* 857. *numer.* 11. *& ſeqq. cor. Molines.* Præ-
judicium namque Ordinarii verſatur ubi ſimul, &
eodem tempore dantur plures Subcollectores, unus
in Civitate alter in Diœceſi, hoc enim caſu dictio
vel reſolvitur in copulativam, ſeu conjunctivam,
ſed quando datur tempus intermedium, in quo
quis extitit unicus, vel in Civitate, vel in Diœ-
ceſi, parum refert, quod ejus deputatio loquatur
de Civitate, vel Diœceſi, cum non dato conſocio
Subcollectore, deputatio præfata contineat pleni-
tudinem juriſdictionis, ut poſt *Gonzal. gloſſ.* 51. *n.*
73. *& ſeqq.* proſequitur *Rot. dict. deciſ.* 857. *n.* 15.

Et quamvis in Proviſionibus Apoſtolicis de Be-
neficiis vigore Regulæ reſervatis, exprimi conſue-
verit, quod ultimus poſſeſſor fuerit unicus Subcol-
lector *in Civitate, & Diœceſi*, prout etiam expreſ- 24
ſum fuerat in caſu laudatæ *Deciſionis coram Moli-
nes*, id tamen fit ad magis demonſtrandam *uni-*

citatem requiſitam pro effectu Regulæ, quæ *unici*
25 *tas* concurrit ubi quis ſuit unicus, vel momento
temporis in Civitate, ut in *dicta deciſ.* 857. §. *De-*
mum, *cor. Molines*, quæ Deciſio prodiit *omnibus*
DD. videntibus, cum res difficultate oon careret,
propter quam ter propoſita Cauſa, non fuerat re-
ſoluta, & tandem partes ſe concordarunt, rema-
nente Beneficio penes proviſum Apoſtolicum, &
reſervata Penſione ad favorem proviſi ab Ordinario.
At ſi unus in Civitate, & alter in Diœceſi con-
26 ſtituatur Subcollector, neutrius Beneficia erunt
reſervata, quia mens Regulæ eſt, quod pro tota
Diœceſi non adſit niſi unicus Subcollector, *Gon-*
zal. ad Regul. 8. *gloſſ.* 51. *n.* 71. *Leuren. in For.*
Beneficial. tom. 2. *quæſt.* 548. *n.* 5. *Barboſ. allegat.*
57. *num.* 119. *Garc. de Beneſ. part.* 5. *cap.* 1. *n.*
375. *Caſtropal. Oper. moral, tom.* 2. *tract.* 13. *diſ-*
put. 2. *punct.* 20. *n.* 2. *Ventrigl. in Prax. tom.* 2.
annotat. 2. §. 2. *num.* 53. *Rot. deciſ.* 789. *n.* 16. &
deciſ. 857. *num.* 11. §. *Attamen, coram Molines*
cum aliis *in Alben. Prioratus* 24. *Aprilis* 1733. §.
Subcollectorum, *cor. Reverendiſſ. Calcagnino.*
Quod locum ſibi vindicat, etiamſi Diœceſis
27 ſit valde ampla, & plures contineat Civitates, ta-
lis enim amplitudo non eſt ſufficiens motivum,
ut in ea deputentur plures Subcollectores in præ-
judicium Ordinariæ juriſdictionis, & juris confe-
rendi Beneficia, quæ vigore Regulæ eſſent reſer-
vata. Quamplurimæ enim adſuot Diœceſes in la-
tiſſimos fines extenſæ, in quibus jura Cameræ A-
poſtolicæ per unicum Subcollectorem commode
exiguntur, & adminiſtrantur, ut præter DD. *in*
præcedenti §. *laudatos*, loquendo de Diœceſi Ca-
laguritana, quæ teſte *Garc. de Beneſic. part.* 5.
cap. 1. *num.* 375. ampliſſime protenditur, dixit
Rot. in Calaguritana Beneficiorum 2. *Decembris*
1602. *coram Lancellott.* cum concordan. relatis in
Alben. Prioratus 24. *Aprilis* 1733. §. *Multiplex*
enim, *cor. Reverendiſſ. Calcagnina.*
Speciali tamen jure vivitur in Regno Neapo-
litano, in quo ad refrenandum exceſſivum nume-
rum Subcollectorum, qui aderant in illius Diœ-
28 ceſibus, permiſſum fuit Nunciis Apoſtolicis pro
tempore, ut pro earum amplitudine duos, vel tres
ad ſummum, & pro Diœceſi Neapolitana decem
Subcollectores deputare poſſent, juxta celebre De-
cretum Sac. Congregat. Concilii editum *die* 27.
Februarii 1677. & approbatum a ſan. mem. *In-*
nocentio XI, quod per extenſum legitur in Appen-
dice ad *Concilium Romanum* ſub ſan. mem. Bene-
dicto XIII. celebratum *pag.* 205. & penes *Mona-*
cell. in Formul. Legal. tom. 2. *titul.* 13. *formul.* 2.
Penitus vero inſubſiſtens eſt dicti Auctoris aſ-
ſertio, quod laudatum Decretum comprehendat
29 etiam Diœceſes extra Regnum Neapolitanum, in
quibus eadem militat amplitudinis ratio, cum hu-
juſmodi extenſioni aperte reſiſtant illius finalia ver-
ba -- ibi -- *Voluit tamen Sanctitas Sua, quod præ-*
ſenti Decreto reſtricto ad Collectores, & Subcolle-
ctores Regni Neapolitani &c. quæ nimis clara ſunt,
& Gloſſa non indigent. Et prorſus ideale eſt,
quod poſtea ſubdit, recenſita verba, non eſſe ver-
ba Decreti, ſed Secretarii Sac. Congregationis,
qui poſt oraculum Papæ Decretum approbantis,
per orationem ſeparatam, ea, credulitate ſua ad-
didit. Ut enim rejiciendo *Monacellum*, bene ait
Rot. in dicta Alben. Prioratus §. *Neque ſuper*,
Res eſt peſſimi exempli, Decretorum Sac. Con-
gregationis verba inſimulare prætentu credulitatis
Miniſtrorum, qui cæteroquin de Principis inten-
tione, & voluntate plene informati præſumuntur;
nec quiſque ſanæ mentis ſibi ſuadere poterit, quod
Secretarius voluerit legem univerſalem, qualem in
ſenſu *Monacelli* præſeferebat Decretum Sac. Con-
gregationis, ad Regnum Neapolitanum tantum
credulitate ſua reſtringere, & limitare.
Quodque laudatum Decretum fuerit ad Diœ-
ceſes Regni Neapolitani reſtrictum, aperte depro-
mitur ex Concilio Romano *tit.* 9. *cap.* 3. ubi, illud,
pro eo quod reſpicit exemtionem Subcollectorum
a Juriſdictione Ordinariorum, ſervari mandatur
ubique locorum *Italiæ, & Inſularum adjacentium*;
quæ ſine extenſio ſuperflua prorſus fuiſſet, ſi De-
cretum per viam Legis generalis ubique ſervan-
dæ, emanaſſet.
Sed an vigore laudati Decreti Sac. Congrega-
tionis Concilii ſint ſub Reſervatione Regulæ com-
prehenſa Beneficia illorum plurium Subcollecto-
rum, qui in amplis, amplioribuſque Diœceſibus
Regni Neapolitani deputantur? Affirmative reſ- 30
pondit *Rota in Brictorien. Parochialis* 14. *Martii*
1712. §. *Adeo cor. clar. mem. Card. Falconerio in-*
ter impreſſ. deciſ. 6. *tit.* 29. *de Reſcript. tom.* 3. eo
ſub fundamento, quod ſa. me. Innocentius XI.
Decretum præſatum approbando, expreſſe Reſer-
vationes, & affectiones eorumdem Subcollecto-
rum præſervavit, ut legitur in fine ejuſdem De-
creti, ibi -- *Voluit tamen Sanctitas Sua, quod præ-*
ſenti Decreto reſtricto ad Collectores, & Subcolle-
ctores Regni Neapolitani deputatos, ſive deputandos
derogatum, ſeu præjudicatum minime cenſeatur Re-
ſervationibus, & affectionibus Beneficiorum eorum-
dem Collectorum, & Subcollectorum reſultantibus
ex Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ.
Verum non leves hæc ſententia patitur difficul-
tates; Non enim dici poteſt laudatum Decretum 31
aliam inducere voluiſſe Reſervationem ultra eam,
quam inducit Regula ipſa Cancellariæ; tum quia
nihil ſtatuit de novo, ſed tantum præſervat id,
quod alias eſt diſpoſitum, ſolumque declarat, quod
non intendit præjudicare Reſervationibus, & Affe-
ctionibus Beneficiorum, quæ per dictos Collecto-
res, & Subcollectores obtinentur. Tum & for-
tius, quia præſervando reſervationes, loquitur re- 32
lative ad Regulas Cancellariæ, unde in iis caſi-
bus, in quibus non reſultat reſervatio ex Regula
relata, minus reſultare poteſt ex Decreto ad illam
ſe referente, ex quo referens non importat plus 33
quam importet relatum, *leg. aſſe toto ff. de hæ-*
red. Inſtit. Decian. conſ. 21. *nu.* 37. *Barboſ. Dict.*
187. *num.* 9. & 276. *num.* 4. *Surd. conſil.* 349. *n.*
4. & 5. *Rot. deciſ.* 713. *n.* 2. *part.* 1. *diverſorum*, 34
nec cenſetur referentem plus cogitaſſe, quam quod
revera continebatur in relato, *Alex. conſ.* 341. *n.*
47. *Corneus conſil.* 13. *num.* 14. & *conſ.* 19. *num.*
15. *Rot. deciſ.* 40. *num.* 7. *part.* 1. *diverſ. Rot. de-*
ciſ. 397. *num.* 7. *part.* 1. *Recent.* Tum demum 35
quia ampliare, ſeu extendere Reſervationes, non
fit per organum Congregationis Concilii.
Nec relevat permiſſio plurium Subcollectorum
in una Diœceſi, quaſi quod Pontifex permitten-
do pluralitatem, cenſeatur diſpoſuiſſe, ut omnium
Beneficia reſervationi obnoxia remanerent. Quia
ultra mox datas reſponſiones, animadvertendum eſt,
quod Sacra Congregatio in laudato Decreto non 36
proceſſit per modum ampliationis, augendo nume-
rum Subcollectorum ab uno, ad duos, vel tres,
quo caſu multiplicatis ſubjectis, cenſeri poſſet for-
taſſe multiplicata reſervatio; ſed proceſſit per mo-
dum reſtrictionis, ac refrenando numerum exceſ-
ſivum Subcollectorum, qui multiplicatus fuerat per
abuſum, & a ſex, octo, decem, & duodecim Sub-
collectoribus, qui reſpective aderant in quampluri-
mis Diœceſibus, reſtrinxit ad duos, tres, vel unum
juxta

juxta Diœceſum amplitudinem, vel anguſtiam. Unde ſicuti ante Decretum Sac. Congregationis
37 non obſtante, quod plures adeſſent in una Diœceſi Subcollectores, nihilominus reſervatio Regulæ non intelligebatur, niſi de *Unico*, ita etiam intelligenda eſt poſt laudatum Decretum, quod non ampliavit, ſed reſtrinxit Subcollectorum numerum.

Maxime quia Summi Pontifices, qui poſt dictum Decretum ſucceſſerunt, adhuc continuarunt reſervare in Regulis Cancellariæ per eos publicatis Beneficia *Unici*, & non plurium Subcollectorum; Quatenus igitur intellexiſſent illorum plurium Subcollectorum, qui in amplis Diœceſibus deputantur, Beneficia reſervare, facile potuiſſent dictionem *Unicorum*, quæ in Regula legitur, a Regula explodere.

Minuſque objici poteſt, quod tali pacto, Declaratio appoſita in Decreto, ne per Subcollectorum pluralitatem præjudicatum cenſeatur *Reſervationibus, & Affectionibus Beneficiorum eorumdem Collectorum, & Subcollectorum*, remaneret ſuperflua, quod non eſt dicendum de Sac. Congregatione, & multo minus de Pontifice, cujus eſt declaratio reſervationum præſervativa; ideoque debet aliquid operari, & aliud operari non poteſt, niſi reſervationem Beneficiorum illorum plurium Subcollectorum, qui in amplis, amplioribuſque Diœceſibus deputari poſſunt.

Quandoquidem licet præſervativa illa reſerva-
38 tionum non operetur earumdem augumentum, erat nihilominus neceſſaria, ne reſervationes ad tramites Regulæ cenſerentur deſtructæ. Sacra enim Congregatio dum per Decretum reſtringebat numerum Subcollectorum, qui tunc actu reperiebantur deputati, multos exauctorabat, de quibus fortaſſe verificari poterat, quod aliquo momento temporis fuiſſent *Unici*, & eorum Beneficia per conſequens reſervata juxta conſtantem DD. & Sacræ Rotæ opinionem, de qua infra *num.* 177. Inſuper in eo decernebatur, quod non exercentes, gaudere non deberent exemtione, quando, ut infra demonſtrabitur, ad effectum reſervationis non requiritur actuale exercitium, ſed ſufficit potentiale, ut ſcilicet occurrente occaſione Officium exercendi, Subcollector ſit paratus exercere. Rurſus pro futuris temporibus ſancitum erat, exemtione non gaudere Subcollectores, qui dimitterent Officium, niſi per duodecim annos illud exercuiſſent, dictaque exemtione non amplius gaudere defuncto Ordinario, in cujus vita exercuerunt, neque amotos propter delictum, aut qui non reſident in loco, in quo deputati ſunt, in quibus profecto caſibus verificari etiam poterat *Unicitas* pro aliquo momento temporis.

Et nihilominus cum in recenſitis caſibus dubitatio aliqua exoriri valuiſſet, quod ſive ob dictam numeri Subcollectorum reformationem, ſive ob alias præmiſſas cauſas, ſublatis Litteris Patentibus, exercitio, & exemtione, ſublata etiam fuiſſet reſervatio, hinc vel ad lites evitandas, vel ad tollendos Ordinariis conferendi prætextus, neceſſaria erat, & non ſuperflua reſervationum præſervativa, ne cenſeretur præjudicatum reſervationibus tam pro Subcollectoribus jam deputatis, quam pro deputandis.

Quodque declaratio præfata appoſita fuerit ad hunc effectum præſervandi dumtaxat, & non am-
39 pliandi reſervationes, teſtatus mihi fuit bo. mem. *Georgius de Firmanis* notæ probitatis, & Doctrinæ Cauſidicus, qui fuit extenſor ejuſdem Decreti, & per conſequens de Mente Sacræ Congregationis apprime inſtructus. Retulit mihi inſuper, quod licet laudatum Decretum Reformationis Subcollectorum in Regno Neapolitano circumferatur impreſſum ſub die 17. *Februarii* 1677. ac tali tempore ſub ſan. mem. Innocentio XI. tranſmiſſæ fuerint Litteræ circulares ad Epiſcopos, attamen jam emanaverat, ſed abſque illa declaratione præſervativa reſervationum -- *Voluit tamen Sanctitas Sua, quod præſenti Decreto &c.* ſub Clemente X. *die* 27. *Septembris* 1670. quo tempore ad aliquos Epiſcopos tranſmitti cœperat, prout factum fuiſſet ad omnes, niſi clar. mem. Cardinalis *de Alteriis*, motu præcibus bon. mem. *Vicentini* tunc in Regno Neapolitano Nuncii, ſuſpendi mandaſſet ulteriorem Decreti tum miſſionem, tum effectum.

Sub laudato Pontifice Clemente X. compilato jam ſupradicto Decreto, eoque per Pontificem approbato, & imminente publicatione, clar. mem. Cardinalis *de Carpineo* tunc Pro-Datarius exclamare cœpit, quod tali Decreto maximum irrogabatur præjudicium Datariæ, & corruebant reſervationes Deputatorum, & Deputandorum in Subcollectores, quibus auferebatur Officium, & exemtio; Propterea in fine Decreti addita fuerunt verba -- *Voluit autem Sanctitas Sua, quod præſenti Decreto &c. derogatum, ſive præjudicatum minime cenſeatur reſervationibus, & affectionibus Beneficiorum reſultantibus ex Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ.* Unde mirum eſſet ab antidoto præſervativo timoris derogationum reſervationibus, & præjudicii affectionum, prætendere earumdem reſervationum, & affectionum extenſionem, quæ contraria eſſet verbis, & Menti ſtatuentium.

Cæterum id, quod ſupra diximus, quod, ubi in eadem Diœceſi duo ſunt deputati Subcollectores, nullius Beneficia ſunt reſervata, limitatur primo in Beneficiis illius, qui poſt obitum alterius remanet ſuperſtes; tunc enim cum in eo verificetur 40
Unicitas, illico Beneficia, quæ obtinet, reſervationi ſubjecta remanent, quamvis novus in defuncti locum ſubrogetur Subcollector, nam reſervatio 41
ſemel Beneficio infixa, non deletur per alterius Subcollectoris ſupervenientiam, *Leuren. in for. Benefic. tom. 2. quæſtion. 548. num. 5. Simonett. de Reſervat. qu. 33. num. 17. Mandoſ. ad banc Regul. quæſt. 9. n. 4. Rot. deciſ. 259. nu. 9. & 10. part. 9. Recent. & deciſ. 5. num. 2. cor. clar. mem. Card. Falconer. tom. 3. tit. de Reſcript. & in Compoſtellana Beneficii 27. Junii 173. §. final. cor. Muto.*

Quod tamen intellige, quando duo Subcollectores ambo ſunt generaliter deputati in Diœ- 42
ceſi, ſecus vero, ſi cujuſque deputatio ſit privative reſtricta ad partem aliquam Diœceſis, nam tunc per alterius eorum obitum Beneficia ſuperſtitis non cadunt ſub reſervatione Regulæ. Cum enim ſuperſtitis Subcollectoris facultates, poſt obitum alterius non egrediantur fines ſuæ deputationis, ſed adhuc, ut prius, reſtrictæ remaneant ad deſignatum locum Diœceſis, hinc licet in eo verificetur tali caſu *Unicitas*, non tamen verificatur *Unicitas* illa generalis, quæ vigore Regulæ requiritur ad effectum reſervationis, *Rot. deciſ. 667. n. 2. & ſeq. cor. cl. me. Cardinal. Caprara, & deciſ. 6. n. 1. tit. 29. cor. clar. mem. Card. Falconer. & in Alben. Prioratus 24. Aprilis 1733. §. Etenim, coram R^mo Calcagnino.*

Limitatur ſecundo, quoties Diœceſis in duos ſtatus temporales diviſa reperitur, & conſueverint
in ea duo Subcollectores deputari, unus a Nuncio, 43
alter a Theſaurario, tunc enim quilibet in ſuo munere *unicus* habetur, cum deputationem recognoſcant a diverſis fontibus, & pro locis ſeparatis ob diverſitatem temporalis Juriſdictionis, *Card. de*

Luca de Benef. diſc. 10. *numer.* 6. cum concor-
dantibus relatis *per Rot. in Brictinorien. Parochia-
lis cor. cl. me. Card. Falconer. deciſ.* 5. *nu.* 6. *tit.
de Reſcript. tom.* 3. & 25. *Novembris* 1712. §. *In
hoc igitur*, & *ſeq. cor. bon. mem. Anſaldo*, ubi in §.
Siquidem redditur ratio, quod alias nunquam in
his Diœceſibus Papa conferret Subcollectorum Be-
neficia: quæ tamen ratio ſuam patitur difficulta-
tem, cum conferre poſſet Beneficia illius, qui uni-
cus momento temporis fuiſſet Subcollector.

Quemadmodum ſi duo ſint Epiſcopatus æque
44 principaliter uniti, tunc in unaquaque Diœceſi
poteſt conſtitui Subcollector, & Beneficia utriuſ-
que Subcollectoris ſunt reſervata, quia unio æque
principalis non tollit, quin reputentur duæ omni-
no diverſæ, ac diſtinctæ Diœceſes, *Card. de Luca
de Benef. diſc.* 10. *num.* 17. *Ventrigl. in prax. tom.*
2. *annot.* 2. §. 2. *num.* 53. *Garc. de Benef. part.* 5.
cap. 1. *numer.* 375. *Lauren. in for. Benef. tom.* 2.
quæſt. 548. *num.* 5.

Quod Subcollector ſit unicus, probari poteſt ex
45 unico Teſte, *Rota in Compſana Beneficii* 27. *Ju-
nii* 1703. §. *Quæ omnia*, *cor. Muto.* Evincitur
etiam ex quo ſemper gaviſus fuit exemtione a Ju-
46 riſdictione Ordinarii. Subcollectores enim, ne
Ordinarii nimis graventur in eorum Juriſdictione,
exemtione non gaudent, niſi ſint unici in eorum
exercitio, *Marant. reſponſ.* 44. *n.* 9. *tom.* 2. *Ricc.
deciſ. Cur. Archiep. Neapolit. part.* 1. *deciſ.* 178.
num. 1. *Rot. deciſ.* 5. *num.* 6. §. *Et uſque*, *cor. clar.
mem. Card. Falconerio tit. de Reſcript. tom.* 3. Et
47 demum præſumitur de Jure, adeout contrarium
aſſerenti incumbat onus probandi, plures eodem
tempore adfuiſſe Subcollectores, *Ventrigl. in prax.
tom.* 2. *annotat.* 2. §. 2. *n.* 55. *Mandoſ. ad Regul.* 4.
quæſt. 1. *Kochier. hic num.* 10. *Barboſ. allegat.* 57.
num. 117. *Card. de Luc. de Benefic. diſc.* 10. *nu.*
14. *Garc. de Benef. part.* 5. *cap.* 1. *nu.* 306. *Rot.
deciſ.* 155. *nu.* 11. *part.* 11. *Recen.* & *deciſ.* 112.
num. 11. *cor. Carillo*, & *dec.* 876. *num.* 3. & 4.
cor. Dunoz. & *dec.* 130. *num.* 4. *cor. Celſo*, & *de-
ciſ.* 182. *num.* 15. *coram Herrera*, & *in Compſana
Beneficii* 27. *Junii* 1703. §. *Nullatenus*, *cor. Mu-
to*, & *in Sagonen. Plebania* 11. *Junii* 1706. §. *fir-
mata*, *cor. Kaunitz* & 10. *Decembr. ejuſdem anni*
§. *Verificationi*, *cor. Omaña*, & *in Alben. Priora-
tus* 24. *Aprilis* 1733. §. *In hoc ipſo*, *cor. Reveren-
diſſimo Calcagnino.*

Idque maxime procedit, quando in Litteris de-
48 putationis quis deputatur *unicus* Subcollector, nam
tunc eo magis onus probandi transfunditur in aſſe-
rentem contrarium, ut firmant mox laudatæ *Au-
ctoritates*; Vel ſi deputatio facta ſit a Papa *Motu
49 proprio*, nam hoc caſu onus juſtificandi eumdem
Motum proprium, non incumbit utenti Gratia,
ſed eam impugnanti, cum intret præſumtio de
Unicitate, *Rota deciſ.* 259. *numer.* 8. *part.* 9.
Recent.

Limitatur tamen, ſi per impetrantem narratum
50 fuerit, defunctum fuiſſe *unicum* Subcollectorem,
nam tali caſu onus ipſi incumbit probandi, tan-
quam fundamentum ſuæ Gratiæ, quod ille, per
cujus obitum vacavit Beneficium, fuerit *unicus*
Subcollector, juxta *deciſ. Rota* 16. *ſub num.* 1. *verſ.
Et hæc qualitas*, *cor. Cavalerio*, quam ſequuntur
Marant. tom. 3. *conſult.* 32. *numer.* 4. & *ſeq. Bar-
boſ. de Epiſcop. allegat.* 57. *num.* 117. *verſ. Intel-
lige tamen*, *Garc. de Benef. part.* 5. *cap.* 1. §. 6.
num. 356. *Caſtropal. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13.
diſput. 2. *punct.* 20. *nu.* 6. cum aliis per *Rot. in
Alben. Prioratus* 24. *Apr.* 1733. §. *Hanc tamen*,
cor. Reverendiſſimo Calcagnino

Sed laudatam *Cavalerii* Deciſionem impugna-
vit *Rot. in Sagonen. Plebania* 10. *Decembris* 1706.
§. *Nec Regula cum ſeqq. coram Omaña*, firmans,
quod expreſſio hujuſmodi nihil magis continet, 51
quam ipſa Regula Cancellariæ continet; ac pro-
inde ſi in terminis dictæ Regulæ *Unicitas* ex ſola
Juris præſumtione elicitur, id etiam procedere de-
bet ſtante expreſſione *Unicitatis* facta Pontifici,
cum unum, & idem ſubſtantialiter ſit exprimere
Papæ, quod Beneficium reſervatum exiſtat, vel
ex cenſura Regulæ V. vel ex quo defunctus eſſet
unicus Subcollector; & laudando dictam Deciſio-
nem *in Sagonen. Plebaniæ*, ſequitur eadem *Rota in
Brictinorien. cor. clar. mem. Card. Falconer. deciſ.* 5.
in fine tit. de Reſcript. tom. 3.

Ad probandam autem pluralitatem Subcollecto-
rum, non ſufficit oſtendere, quod adeſſent alii 52
antecedenter deputati, nam hoc non tollit præſum-
tam unicitatem illius, per cujus obitum Beneficium
vacavit; quandoquidem ex poſteriori ipſius depu-
tatione cenſentur alii revocati, licet de hac revo-
catione facta non fuerit ſpecialis, & individua
mentio, *Mandoſ. ad hanc Regul. quæſt.* 10. *numer.*
12. *Garc. dict. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 366. *Caſtropal.
tom.* 2. *tract.* 16. *diſput.* 2. *punct.* 20. *ſub num.* 2.
Barboſ. de Epiſcop. allegat. 57. *n.* 122. *Rot. deciſ.*
715. *num.* 15. & *ſeq. part.* 1. *dec.* 252. *n.* 5. *part.*
2. *dec.* 385. *n.* 6. *part.* 5. *deciſ.* 259. *n.* 7. *part.* 9.
Recent. deciſ. 252. *num.* 3. *cor. Duran. dec.* 112.
n. 15. *deciſ.* 119. *n.* 4. *coram Carillo*, *deciſ.* 876.
n. 7. *cor. Dunoz. dec.* 447. *n.* 10. *cor. Royas*, *dec.*
182. *n.* 6. *cor. Herrera*, *deciſ.* 779. *n.* 9. *cor. Moli-
nes*, & *in Abellinen. Canonicatus* 25. *Junii* 1696.
§. *Contemporaneitas*, *coram Urſino*, ubi reſponde-
tur ad contrarium ſtylum Nunciaturæ Neapolis, &
in *Compſana Beneficii* 27. *Junii* 1703. §. *Nullate-
nus*, *cor. Muto*, & *in dicta Alben. Prioratus*, *co-
ram Reverendiſſimo Calcagnino* §. *Adverſus.*

Intelligendo tamen, dummodo ſecunda depu-
tatio fuerit æque generalis, ac prima, nam ſi ſit 53
particularis, reſtricta ad loca aliqua Diœceſis, vel
ad nonnullos actus particulares, non cenſetur pri-
mus revocatus, niſi quoad illam tantum ſpeciem,
ad quam fuit deputatus ſecundus, *Rota deciſ.* 667.
num. 3. *cor. cl. mem. Card. Caprara*, & *in Januen.
Canonicatus* 31. *Maii* 1647. §. *Quoad ſecundam*, 54
cor. Ghislerio, & *in dicta Alben. Prioratus* §. *Aſt
ratio.* Et quemadmodum dicta particularis deputa-
tio non tollit unicitatem generalis Subcollectoriæ
penes alium primo loco deputatum reſidentis, *Man-
doſ. ad hanc Regul. quæſt.* 10. *num.* 10. *in fine verſ.
Poſſet etiam diſtingui*, *Rot. dec.* 51. *n.* 6. *par.* 15.
Recent. & *dicta deciſ.* 567. *num.* 4. §. *Cæterum*
& *num.* 8. *cor. cl. mem. Card. Caprara*, ubi præ-
terim, ſi ille, qui fuit deputatus ad certos actus,
data occaſione non exercuit. Ita nec operatur,
quod dictus particularis Subcollector dicatur *uni-* 55
cus ad effectum, ut illius Beneficia ſubjaceant diſ-
poſitioni Regulæ, ut bene proſequitur *Rot. in dict.
Alben. Prioratus* §. *Aſt ratio.*

Ille autem, cui onus incumbit probandi plurali-
tatem, demonſtrare debet, quod toto tempore, 56
quo quis fuit Subcollector generalis, alii conſimi-
les Subcollectores adfuerint, cum ad effectum re-
ſervationis ſufficiat ſola poſſibilitas, quod per ali-
quod tempus, etiam per momentum, quis fuerit 57
unicus Subcollector, *Simonet. de Reſervat. quæſt.*
33. *num.* 17. *Rota deciſ.* 255. *numer.* 6. *par* 5. *dec.*
155. *n.* 13. *par.* 11. *dec.* 51. *n.* 7. *par.* 15. *Recent.
dec.* 112. *nu.* 14. *cor. Carillo*, *dec.* 347. & *dec.* 351.
num. 10. *cor. Royas*, *deciſ.* 876. *num.* 6. *cor. Du-
noz. Jun.* & *deciſ.* 557. *num.* 5. *cor. bon. mem. Moli-
nes*,

nes, *& in Capuana Canonicatus* 4. *Julii* 1653. *§.*
Nec pariter, *cor. Veroſpio*, *& in Abellinen. Cano-*
nicatus 17. *Februarii*, *&* 25. *Junii* 1696. *coram*
Urſino, *& in Compſana Beneficii* 27. *Junii* 1703. *§.*
final. cor. Muto, *& in Alben. Prioratus* 24. *Aprilis*
1633. *§. Excluſa*, *coram Reverendiſſimo Calcagnino.*
Nec ſufficit probare, quod ex poſt alii fuerint
58 deputati Subcollectores, quia non exinde infertur,
quod alter non extiterit Subcollector annis ante-
cedentibus, ex mox recenſita ratione, quod ſuffi-
cit, ut per momentum fuerit quis unicus Subcolle-
ctor, *Rota in Sagonen. Plebania* 11. *Junii* 1706. *§.*
Deputationes, *cor. Kaunitz*, *&* 10. *Decembris ejuſ-*
dem anni §. Firmo, *coram Omaña*, in quibus De-
59 ciſionibus ulterius firmatur, pluralitatem Subcolle-
ctorum nec probari, ex quo fuit facta alia deputa-
tio circa ſpolium particulare, aut ex Teſtibus de
auditu, imo nec ex Atteſtatione Epiſcopi, ſi inter-
eſſe aliquod habeat.
Item neceſſe eſt, quod pluralitas Subcollecto-
60 rum proveniat ab eodem fonte, & quod quilibet
ex deputatis habeat omnimodam juriſdictionem cir-
ca idem Officium; Nam ſi plures Subcollectores a
61 diverſis fontibus eorum Officium agnoſcerent, nem-
pe unus a Cardinali Camerario, & alter a The-
ſaurario, ſeu Nuncio, & circa diverſa munera, pu-
ta alter pro ſpoliis Clericorum, alter pro exactione
Decimatum Papalium, & ſimilium, tunc quilibet
eſſet unicus in ſuo Officio, indeque cujuslibet Be-
neficia reſervationi Regulæ obnoxia remanerent,
Cardinalis de Luca de Benefic. diſc. 9. *numer.* 6. *&*
diſc. 10. *numer.* 5. *Roſ. de Execut. Litt. Apoſto-*
lic. part. 1. *cap.* 7. *in addit. num.* 101. *Kochier. ad*
Regul. 4. *num.* 17. *Rot. deciſ.* 255. *num.* 6. *& deciſ.*
261. *num.* 10. *& ſeqq. par.* 5. *dec.* 155. *num.* 12.
part. 11. *dec.* 350. *num.* 7. *part.* 9. *Recent. deciſ.*
347. *n.* 13. *cor. Royas*, *dec.* 876. *n.* 7. *verſ. Præte-*
rea cor. Dunoz. deciſ. 221. *n.* 6. *cor. Bich. & dec.*
1020. *n.* 9. *&* 10. *cor. Emerix Jun. & in Compſa-*
na Beneficii 27. *Junii* 1703. *§. Nullatenus*, *cor.*
Muto, & conferunt quæ diximus ſupra *num.* 43.
Quod ſi Subcollector generalis alium Subcolle-
62 ctorem deſignaret, ut ipſius nomine Jura Cameræ
exigeret, hujus particularis Subcollectoris Benefi-
cia reſervationi obnoxia non eſſent, quia Regula
reſervat Beneficia *unici* Subcollectoris, quæ unici-
tas deficit in ſubſtituto, cum ſocium habeat, ipſum
nempe Subcollectorem ſubſtituentem. Item Regu-
la reſervans Beneficia Subcollectoris, intelligitur
de vero, & proprio ſubcollectore ad univerſitatem
Cauſarum deputato; ita vero deſignatus non tam
dici debet Subcollector, quam Commiſſarius Sub-
collectoris, ut bene notat *Caſtrupal. Oper. moral.*
tract. 13. *diſput.* 2. *punct.* 20. *num.* 3. *& ſeqq. Leu-*
ren. in for. Beneficial. tom. 2. *quæſt.* 548. *num.* 5.
circa fin. Mandoſ. ad hanc Regul. quæſt. 3. *Barboſ.*
dict. allegat. 57. *ſub num.* 123. *Garc. de Benefic.*
part. 5. *cap.* 1. *num.* 373.
Tradit ad hanc Concluſionem nonnullas fal-
lentias, *Mandoſ. dict. quæſt.* 3. & præcipue ſi a
63 Papa data eſſet facultas, vel adeſſet conſuetudo,
quod Subcollector Subcollectorem facere poſſet,
cenſet enim his caſibus eſſe etiam reſervata Bene-
ficia ſecundi Subcollectoris. Verum illum repro-
bat *Garc. dict. cap.* 1. *num.* 373. ubi reddit ratio-
64 nem, quod quamvis in ſuis caſibus talis dicere-
tur verus Subcollector, tamen non comprehende-
retur ſub Regula, quæ reſervat Beneficia *unicorum*
Subcollectorum, tunc enim eſſent duo Subcollecto-
res eodem tempore. *Garcia* adhæret *Barboſ. allegat.*
57. *n.* 123. *& ſeq.* Bene verum eſt, quod tali caſu
eſſent reſervata Beneficia primi, & præcipui Sub-
collectoris hunc ſecundum deſignantis, *Garc. dict.*
cap. 1. *num.* 374. *Caſtropal. ubi ſupra num.* 3.
Secundum requiſitum ad effectum, ut Beneficia
Subcollectorum obnoxia ſint reſervationi Regulæ 65
eſt, quod Subcollectores deputentur ad exigenda
Jura Cameræ, *Caſtrapal. Oper. moral. d. tract.* 13.
diſp. 1. *punct.* 20. *n.* 1. *Ventrigl. in prax. tom.* 2.
annot. 2. *§.* 2. *n.* 50. & colligitur ex verbis Regu-
læ, ibi -- *Subcollectorum fructuum*, *& proventuum*
Cameræ Apoſtolicæ. Quodque deputatio ſit cum
omnimoda juriſdictione, cujus virtute Subcolle-
ctor efficiatur Cameræ Apoſtolicæ Subdelegatus;
alias enim ſola commiſſio nudi miniſterii, ac ſim-
plicis exactionis nullatenus ſuffragatur, *Bellencin.*
de Charitat. ſubſid. quæſt. 109. *n.* 1. *Leuren. in for.*
Benefic. tom. 2. *quæſt.* 548. *num.* 2. *Cardin. de Luca*
de Benefic. diſc. 8. *num.* 6. *Ventrigl. dict. annot.* 2.
§. 2. *num.* 59. late *Clericat. diſcord.* 38. *nu.* 11. *&*
ſeqq. Mandoſ. ad hanc Regul. quæſt. 11. *n.* 2. *Garc.*
de Benef. par. 5. *cap.* 1. *n.* 380. *Lotter. de re Be-*
nef. lib. 2. *quæſt.* 32. *nu.* 150. *& ſeq. Rot. cor. Bi-*
chio deciſ. 221. *nu.* 23. *& ſeq.* ubi quod non ſuf-
fragantur exactiones, & reſpective ſolutiones fa-
ctæ Cameræ, quia provenire potuerunt ex Man- 66
dato nudi Miniſterii abſque juriſdictione, *& deciſ.*
299. *nu.* 3. *& ſeq. & cor. Celſo deciſ.* 55. *nu.* 9. *&*
in recent. dec. 30. *num.* 4. *& deciſ.* 167. *num.* 6. *&*
ſeq. part. 16. *& deciſ.* 262. *n.* 4. *part.* 18. *& in Groſ-*
ſetana Canonicatus 10. *Decembris* 1687. *§. Nam*
ut ea, *& §. Secundum vero*, *cor. Hervault.*
Occurrit autem dubitatio, an Beneficia Subcol-
lectorum Decimarum, quæ deſtinantur aliquando
a Papa pro ſubventione Imperatoris, Regum, Re-
rumpublicarum &c. contra Infideles, vel ob aliam
publicam cauſam, ſint reſervata? Negative re-
ſpondet *Sot. Gloſſator antiquus*, quem refert *Rot.* 67
dec. 8. *numer.* 5. *cor. Cavaler.* Et ratio eſſe vide-
tur, quod Regulæ reſervatoriæ ſunt odioſæ, ut in 68
ter minis hujuſdemmet Regulæ dixit *Rebuff. ibi-*
dem verſ. Notandum, cum aliis relatis per *Rot. in*
Brictinorien. Parochialis 25. *Novembris* 1718. *§.*
Nihilominus, *cor. bon. mem. Anſaldo.* Cumque
Regula loquatur de Subcollectoribus fructuum,
& proventuum Cameræ Apoſtolicæ, extendi non
poteſt ad Subcollectores Decimarum, quæ proprie
non ſunt proventus Cameræ, nec debitæ Cameræ
Apoſtolicæ.
Quod autem hujuſmodi Decimæ non ſint pro-
ventus Cameræ Apoſtolicæ probari videtur; primo 69
ex eo, quod Camera nihil de illis participat, ſed
Miniſtri Camerales ſolum deputantur ad exactio-
nem, & conſervationem pecuniarum, ad hoc, ut
integre erogentur in uſus deſtinatos, abſque eo
quod nec minimus obulus Cameræ applicetur, ut
dicitur in *Conſtit.* impoſitionis Decimarum favore
glor. in ævum memoriæ Leopoldi Romanorum Impe-
ratoris, demandatæ per fan. mem. Alexandrum VII.
Bullar. nov. in ordin. la 112. *§. in fine inter Conſtit.*
ejuſdem Pontificis, ibi -- *Ejuſdem vero Depoſitarii*
muneris erit ſedulo curare, *ut quidquid pecuniarum*
ex Decimis colligetur, *id diligenter*, *& fideliter aſſer-*
vetur de Mandato noſtro ſpeciali, *in præfatos uſus*
dumtaxat, *nec alios erogandum.*
Secundo in eadem Conſtitutione Papa contra-
diſtinguit proventus Cameræ Apoſtolicæ ab iſtis
Decimis, quas appellat *Peculium* aliarum Eccle-
ſiarum, ibi -- *Cum Divina &c. Nos &c. Leopoldo* 70
&c. ſuppetias ferre decrevimus. At cum Cameræ
noſtræ Apoſtolicæ proventus &c. ad ea præſidia im-
pares reperiantur, *cogimur ad aliarum Eccleſiarum*
Peculium &c. animum convertere. Igitur imponi-
mus ſex integras Decimas &c. -- Si igitur ipſe-

met Pontifex proventus Cameræ a Decimis diſtinguit, & eaſdem *Peculium* aliarum Eccleſiarum appellat: ergo ex ipſamet Pontificia declaratione, Decimæ non ſunt fructus, neque proventus Cameræ.

Nec obſtat *Mandoſ.* ad hanc Regulam *quæſt.* 6. *num.* 5. dum aſſerit, omnia Beneficia eſſe Cameræ Apoſtolicæ, ac propterea Decimas ſuper illis impoſitas eſſe fructus, & proventus Cameræ: Quia
71 id procedere poteſt in iis Decimis Papalibus debitis Papæ in ſignum univerſalis dominii, & ratione gubernii Catholicæ Eccleſiæ, necnon pro ſua, & Cardinalium ſuſtentatione, & tali ratione Subcollectores hujuſmodi Decimarum eſſent veri colligentes fructus Cameræ Apoſtolicæ; at iſta Decima jam receſſit ab Aula, & in illius locum ſubrogata fuit *Annata* in proviſione Beneficiorum, ut infra
72 dicemus *n.* 91. Secus autem dicendum eſt in illis Decimis extraordinariis, quæ ad tempus a Summo Pontifice imponuntur, non ad Cameræ favorem, ſed pro auxilio Catholicorum Principum contra Fidei hoſtes pugnantium: tales enim extraordinariæ Decimæ conſiderari non poſſunt uti de Camera, cum ad eam nullo modo ſpectent.

Minus relevat, quod hujuſmodi Decimæ nomine Cameræ exigantur, idque expleatur per manus Miniſtrorum Cameralium, & deferantur ad Cameram. Etenim nihil obſtat, quod exigantur
73 nomine Cameræ, cum eadem non habeat niſi nudum nomen, quod exhibetur ad majorem auctoritatem pro magis efficaci, & faciliori exactione, necnon pro majori fidelitate, ut legitur in eadem Conſtitut. Alexandri VII. ibi – *Ut autem omnia prædicta, ſicut cauſa urgens poſtulat, diligenter, & fideliter executioni demandentur &c.* – Cum de cætero nullum dominium, imo nec uſus acquiratur Cameræ, ſed pecuniæ aſſervari debent fideliter, in deſtinatos uſus erogandæ, & non alias, ut dicitur in eadem Conſtitutione; & quod ſimplex accommodatio nominis Cameræ nihil relevet, apparet ex eo, quod quotidie in praxi videmus, quod Proviſi ſive de Eccleſiis Epiſcopalibus, ſive de Beneficiis inferioribus expediunt Brevia de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, & tamen fructus Beneficiorum, vel Eccleſiarum Epiſcopalium, non efficiuntur Cameræ, ſed remanent commodo eorumdem Proviſorum.

Pariter momenti non eſt, quod præfatæ Decimæ ſolvantur in Camera; quia non per hoc effi-
74 ciuntur fructus Cameræ, dum illi non poſſunt applicari, ſed ibidem pro majori cuſtodia detinentur ad effectum illos in deſtinatos uſus fideliter, & integre erogandi.

Et demum quod attinet ad Miniſtros Camerales, illis Papa utitur per accidens, & tanquam
75 verſatis in materia compotorum, & exactionum, prout legitur in ſæpe laudata Conſtitutione, ibi – *ut fideliter, & diligenter executioni demandarentur* – Idque eo fortius, quia *ibidem* §. 6. ſubdit Pontifex ſolvendas eſſe pecunias *Cameræ prædictæ, & illius Depoſitario Generali ad id conſtituendo.* Si enim hujuſmodi Decimæ eſſent proventus Camerales, haberent utique Miniſtri Cameræ facultatem eas percipiendi ratione proprii Officii, nec eſſet neceſſarium Depoſitarium Generalem de novo conſtituere; Dum igitur Pontifex ait, *ad id conſtituendo*, ſignum eſt, quod Depoſitarius Generalis, qui, attenta deputationis generalitate, intelligitur de ſui natura deputatus ad omnes proventus Cameræ, non poteſt cenſeri deputatus ad has Decimas, dum pro iſtis deputandus eſt de novo, quod non alia ratione fieri videtur, niſi quod iſtæ Decimæ non ſunt proventus Cameræ.

Quæ omnia fortius urgent advertendo, quod ſi Pontifex deputaret non Miniſtrum Cameralem, ſed aliquem Prælatum pro collectione hujuſmodi Decimarum, quas poſtea per ſeipſum abſque ulla participatione Cameræ illas in deſtinatos uſus erogaret, utique Subcollectores ab hujuſmodi Prælato deputati, non eſſent comprehenſi ſub diſpoſitione Regulæ, quia non exigerent fructus, & proventus Cameræ, cum iſta, data tali hypoteſi, nil agere habeat. Ergo de ſui natura præfatæ Decimæ non ſunt fructus Cameræ, neque tales efficiuntur ex quo nomine Cameræ exiguntur, ſicuti non dicerentur debitæ illi Prælato, ſi loco Cameræ ad eas exigendas eſſet conſtitutus.

Neque officiunt Auctoritates, quæ in contrarium allegari ſolent: Quia omnes materia non exa- 76
minata tranſeunt cum *Simonett. de Reſervat. quæſt.* 33. Ille autem innititur Auctoritati *Bellencini in Tract. de Subſid. Charitat.* qui tamen a *quæſt.* 115. uſque ad *quæſt.* 124. non tractat quæſtionem in terminis Subcollectorum Decimarum, de quibus eſt ſermo, ſed loquitur de Subcollectoribus ſumptis in propria, & rigoroſa eorum ſignificatione, quia tractat quæſtionem reſervationis vigore *Extravag. Ad regimen*, & Regulæ IV. Cancellariæ Sixti IV. ſub cujus tempore ſcripſit, ac propterea intelligendus eſt de veris, & indubitatis Subcollectoribus, qui ad exigendos fructus, & proventus Cameræ Apoſtolicæ deputantur, per ea, quæ in ſimilibus terminis tradit *Geminian. conſ.* 92. *num.* 3.

His tamen non obſtantibus contraria apud DD. & Curiam Romanam prævaluit opinio. Nam 77
quidquid ſentiat *Sotus*, qui ait neſcire quid fuerit reſolutum, communi calculo receptum eſt, Collectores, & Subcollectores hujuſmodi Decimarum, quæ per Pontifices favore Principum Chriſtianorum contra Fidei hoſtes imponuntur, ſub hac Regula comprehendi, ut poſt *Bellencin. de Subſid. Charitat.* firmant *Simonett. de Reſervat. quæſt.* 33. *num.* 3. *& ibi Adden. litt. C. Mandoſ. ad hanc Regul. quæſt. 6. per tot. Kochier. ibidem num.* 17. *Ventrigl. in Prax. tom. 2. adnot.* 2. §. 2. *num.* 50. *Barboſ. de Epiſcop. part. 3. allegat.* 57. *num.* 126. *verſ. octavo notandum, Clericat. de Benefic. diſcord.* 38. *num.* 9. *Card. de Luc. de Benefic. diſc.* 9. *n.* 7. *Roſ. de Execut. Litt. Apoſtol. part.* 1. *cap.* 7. *in Addit. num.* 101. *Rot. deciſ.* 255. *num.* 8. *& ſeq. part.* 5. *Recent. repetit. coram Dunozet. deciſ.* 100. *& cor. Duran. deciſ.* 233. *num.* 18. *& cor. Emerix Jun. deciſ.* 1009. *&* 1020.

Et ratio eſt, quia iſti proventus, ſeu Decimæ, 78
debitæ ſunt Papæ, qui eſt Dominus omnium Beneficiorum; ergo ſi debentur Papæ, debentur ejus Cameræ, quæ colligit, & cuſtodit proventus Papæ debitos, ut ait *Mandoſ. dict. quæſt. 6. Simonet. dict. quæſt.* 33. *num.* 3. Et in rei veritate perſolvuntur, & incorporantur Cameræ Apoſtolicæ, licet ſucceſſive in certos uſus per Papam deſtinentur, proindeque dominium, & proprietas illarum reſidet penes Papam ejuſque Cameram, & ſolum 79
deſtinatur illarum uſus pro cauſa pia, ut concludit *Simonet. Rot. dict. deciſ.* 1009. *numer. final. coram Emerix.*

Hinc non obſtat, quod Camera nihil emolumenti percipiat, ſed in uſus dumtaxat deſtinatos pecunias eroget. Quia id non tollit ſubſtantiam 80
prioris appropriationis, & dominii Decimarum in ipſa Camera, ſed ſolum exequutionem, ac deſtinationem uſus, ut bene reſpondit *Rot. deciſ.* 1020. *num. final. cor. Emerix.*

Minus relevat, quod in Pontificia Conſtitutione ſuper dictarum Decimarum impoſitione, contra-

diſtin-

diſtinguantur proventus Cameræ ab iiſdem Deci-
81 mis, quæ nuncupatur *Peculium* aliarum Eccleſiarum.
Tum quia ibi ſermo eſt de proventibus Cameræ ſtri-
ƈte ſumtæ, uti *Cameræ Principatus temporalis*, ob
quorum proventuum defectum, recurrit Summus
Pontifex ad peculia Eccleſiarum concreditarum alio-
rum regimini, quæ ſunt Patrimonia Domini. Tum
quia ſi peculia aliarum Eccleſiarum ſubrogantur
loco proventuum Cameræ, jam inde ſequitur, quod
82 aſſumunt naturam ejus, in cujus locum ſubrogan-
tur *ad Text. in leg. Si cum §. Qui injuriarum ff.
ſi quis caut. leg.* 1. *§. Hæc actio ff. ſi quis teſtam. li-
ber. leg. Unic. §.* 1. *C. de Rei Uxor. Act.* Stante
præcipue omnimoda ſimilitudine, ut contra *Sot.*
proſequitur *Mandoſ. dict. quæſt.* 6. *num.* 6. *in fine*,
& numer. ſeq.

Alias ſi dominium hujuſmodi pecuniarum non
eſſet penes Papam, & Cameram, neceſſe eſſet
firmare, quod illud eſſet penes cauſam deſtina-
tam; ex quo ſequeretur, quod præſata cauſa ceſ-
ſante, oporteret diſpuiare, an nihilominus Princi-
pibus Chriſtianis, pro quorum auxilio fuerunt im-
poſitæ Decimæ, venirent perſolvendæ, & an Papa
poſſet illas ſibi appropriare in alios uſus convertendas.

Comprobatur hæc Semeotia ax Inſtructione,
quæ a D. Theſaurario fieri ſolet pro recta exactio-
ne hujuſmodi Decimarum. Ibi enim in §. 1. ordi-
natur, quod debito tempore fiant ſolutiones in
83 Camera, quodque integra ratio reddatur de Deci-
mis more Camerali, *e ſecondo, che ne diſpongono
le Coſtituzioni di Paolo III. e Pio IV.* Rurſus in
§. 16. decernitur, *che le Decime delle Penſioni ſi
84 eſiggano dal Titolare, cedendoli le raggioni della
Camera contro il Penſionario &c.* Si ergo Cameræ
jura cedi debent, ergo Decimæ ſpectant ad illam
85 uti proprietariam, cum alias nudus, & ſimplex
exactionis miniſter, nihil habeat, quod cedere poſ-
ſit, *ad Text. in leg. Traditio ff. de aquir. rer. Do-
min. leg. Nemo plus ff. de Reg. Jur. Cap. Nemo
poteſt de Regul. Jur. in* 6. *Barboſ. Axiomat.* 160.
86 Inſuper in §. 21. demandatur, quod pecuniæ re-
mittantur *nella Depoſitaria Generale della Camera
Apoſtolica*, & ſubdnur in §. 24. *In caſo di contro-
verſia ſe ne dia conto dal Saccollettore a Noi con
allegare le raggioni della Camera, e della parte an-
cora.* Et demum in §. 25. diſponitur -- *La conſer-
vazione delle Scritture concerne molto il ſervizio
della Camera &c. onde li Succollettori le manter-
ranno ben caſtodite.* Ex quibus omnibus clare de-
ducitur, ſemper hujuſmodi Decimas fuiſſe conſi-
deratas, uti proventus debitos Cameræ, & uti
fructus ad eamdem ſpectantes.

Denique accedit inconcuſſus ſtylus Datariæ,
87 quæ ſemper providit Beneficia vacantia per obi-
tum Subcollectorum hujuſmodi Decimarum vigo-
re Regulæ V. narrato præſato vacationis modo,
vel principaliter, vel alternative. Imo cum Epiſ-
copus *Trojanus* de anno 1690. contuliſſet Cano-
nicatum vacantem in illa Cathedrali per obitum
Subcollectoris Decimarum, re delata ad Datariam,
eaque in Congregatione examinata, decaſum fuit
Collationem ſpectare ad Pontificem, qui ſucceſſive
contulit eumdem Canonicatum ſub *datum apud
S. Mariam Majorem* 15. *Kalen. Maii anno Primo
Pontificatus ſan. memor. Alexandri VIII.* cum ex-
preſſione, quod ultimus Poſſeſſor extiterat Subcol-
lector Decimarum, Apoſtolica auctoritate impoſi-
tarum, habuitque Gratia Apoſtolica ſuum effe-
ctum abſque alia contradictione. Idemque anno
1698. ſervatum fuit reſpectu alterius Canonicatus
vacantis in Eccleſia *Anagnina*, & xa pluries ſuc-
ceſſivis temporibus ſervatum vidi.

An autem, ſi in eadem Diœceſi adſint Sub-
collector Decimarum, & Spoliorum, vitietur *uni-
citas*, quæ requiritur a Regula ad effectum reſer- 88
vationis? Negative reſpondendum eſt ex iis, quæ
ſupra diximus *n.* 61. Cum enim ſint deputati reſpe-
ctu diverſorum officiorum, quilibet eſt unicus in
genere ſuo, juxta Auctoritates ibidem allegatas.

Sunt quoque vigore Regulæ reſervata Benefi- 89
cia Subcollectorum Quindenniorum, quia revera
exigunt illi proventus, & jura Cameræ, & cum
juriſdictione deputantur. Quindennia enim ſolvun- 90
tur loco Annatarum pro Beneficiis unitis, *Card.
de Luc. de Benefic. diſc.* 89. *num.* 2. *& ſeq. Amayd.
de ſtyl. Datar. cap.* 18. *§.* 4. *Spad. conſ.* 94. *&* 95.
lib. 2. *Capon. controv.* 30. *&* 32. *Clericat. de Be-
nef. diſcord.* 94. *num.* 2. *Lotter. de re Beneficiar.
lib.* 1. *quæſt.* 29. *a n.* 1. *& ſeqq. Novar. in Summ.
Ball. part.* 1. *Commentar.* 145. *Tondut. de Penſion.
cap.* 10. *numer.* 20. & Annatæ ſubrogatæ fuerunt
loco Decimarum Papalium, quæ ratione gubernii 91
Eccleſiæ univerſalis debitæ erant Papæ pro ſui,
& Cardinalium ſuſtentatione, quæque antiquitus
erant vigeſima fructuum Eccleſiaſticorum, ut ex
*D. Thom. Cornel. a Lapid. in Comment. Lib. Num.
cap.* 18. *verſ.* 27. *Abb. in Cap. Inter cætera nu.* 3.
de offi. ordin. Amayd. de ſtyl. Datar. lib. 1. *cap.* 18.
§. 3. *num.* 1. *&* 72. late *Fagnan. in Cap. Præterea
numer.* 25. *Ne Prælat. vices ſuas &c. Campegg. in
Tract. de Annat. cap.* 1. *in princip. inter Tract.
magn. tom.* 15. *part.* 2. *Clericat. dict. diſcord.* 94.
numer. 25. Maxime quia ex Brevi ſan. mem. Ur-
bani VIII. ſub datum *die* 15. *Octobris* 1639. *Pon-
tificatus anno XVII.* hujuſmodi Quindenniorum
Subcollectores deputantur *cum omnibus honoribus*, 92
*oneribus, juribus, prærogativis, præeminentiis,
& exemtionibus etiam a Juriſdictione Ordinarii, &
aliis facultatibus Subcollectoribus Apoſtolicis conce-
di ſolitis &c.* Proindeque ſunt in omnibus, & per
omnia aſſimilati Subcollectoribus Spoliorum, alio-
rumque Cameræ Apoſtolicæ redditiuum, & proven-
tuum Exactorum, & quorum Beneficia ſunt vigore
Regulæ reſervata.

Quemadmodum Subcollectorum Subſidii Tri-
remium Beneficia, obnoxia eſſe reſervationi Re- 93
gulæ, firmat *Card. de Luc. de Beneſ. diſc.* 9. *n.* 1. *&* 6.

Deputantur autem hujuſmodi Subcollectores Spo-
liorum, vel a Nunciis Apoſtolicis, ut ex *Conſtitut.* 94
Greg. XIII. in ordine la 25. *tom.* 2. *& Urbani VIII.
la* 147. *tom.* 4. Vel a Cardinali Camerario, & D.
Theſaurario Generali juxta Conſtitut. ejuſdem Ur-
bani *la* 160. §. 9. *tom.* 5. *& Alex. VII. la* 190. *§.
XI. tom.* 6. *Bullar. nov.* quas Conſtitutiones refert
Rot. deciſ. 262. *n.* 5. *part.* 18. *Recen. tom.* 1.

Non poſſunt autem in Subcollectores deputari
niſi ii, qui de legitimo Matrimonio ſunt procreati, 95
unde propoſito alias in Sac. Congregat. Concilii
Dubio in una Bituntina -- *An illegitimus, vel na-
tus ex damnato coitu poſſit deputari Subcollector,
vel quatenus fuerit jam deputatus, licite poſſit in
dicto officio continuare.* Sac. Congregatio die 4.
Maii 1697. reſpondit -- *Negative quoad primam
partem, quo vero ad ſecundam, reſpondebitur in
caſibus particularibus*, quæ reſolutio eſt impreſſa
apud *Antonell. de Jurib. Clericor. in Appendic. pag.
mihi* 19. *&* 20.

Similiter *Parochos in Subcollectores, aut Com-
miſſarios ad quaſcumque Cauſas particulares non* 96
*eſſe deputandos, ſicuti nec Canonicum Pœnitentia-
rium, aut Theologum*, ſancitur in Decreto Sacræ
Congregationis Concilii *edito anno* 1677. *§. Et
quod majoris.* Quod ſi poſt deputationem, de ali-
qua Parochiali, aut Pœnitentiali, vel Theolo-

gali Præbendis fuerint fortaſſe proviſi, *tunc Sub-*
97 *collectorum officia illico ceſſent, & Theſaurarius,*
vel Nuncius Apoſtolicus alium deputare teneatur,
ut declaravit Congregatio particularis deputata in
Concilio Romano a ſan. mem. Benedicto XIII.
ſub die 23. *Maii* 1725. quæ declaratio legitur in
Appendice ad idem Concilium pag. 212.

Verum obſtringuntur hodie Theſaurarius Gene-
ralis, & Nuncii Apoſtolici in Subcollectorum de-
putatione ſervare formam alterius Decreti Con-
98 gregationis præfatæ particularis, quo declaratum
fuit -- *Non poſſe Theſaurarium Generalem, &*
Nuncios in quacumque Diœceſi, etiam extra ſtatum
Eccleſiaſticum, Litteras Patentales Subcollectoribus
in futurum concedere, niſi eis atteſtatio exhibeatur
Curia Epiſcopalis, in qua de ipſorum bona vita,
& moribus, ac eoſdem nec inquiſitos, nec proceſſa-
tos eſſe, teſtimonium feratur. Quam atteſtationem,
& Theſaurarius, & Nuncius in Actis conſervare
teneantur, alias Patentales Litteræ quocumque alio
modo conceſſa, & expedita, nulla ſint, & invalidæ,
itaut contra iſtos procedere poſſit Epiſcopus Ordina-
99 *rius*, ut legitur in *Appendic.* ad idem Concilium
pag. mihi 212. *§. ſecundo.* Id quod reſpectu In-
quiſitorum jam ſancitum erat in Decreto Sac. Cong.
Concilii edito anno 1677. *§. Item adminiſtra-*
tores.

Cæterum, cum Subcollectores deputari non
poſſint niſi a Cardinali Camerario, vel a Theſau-
rario Generali, vel a Nunciis, Subcollector dici
non poteſt ad effectum Regulæ, qui ab Appalta-
100 tore proventuum Cameralium, ſeu laico Mercatore
deputatus fuit ad exigendum ſubſidium Trienna-
le, vel alio jure Cameræ. Cum enim laicus ille
Mercator nullam acquiſierit juriſdictionem in Cle-
ricos, non potuit transferre in Subcollectorem eam
ſpiritualem juriſdictionem, quam non habebat, *Roſ.*
de Execut. Litt. Apoſtol. part. 1. *in Addit. cap.* 7.
n. 95. *Rot. deciſ.* 167. *num.* 8. *& ſeq. part.* 16. *Re-*
cent. licet contrarium firmet *Card. de Luca*, qui in
eadem Cauſa ſcripſit, *diſc.* 9. *de Benefic. numer.* 9.
& 10.

Eodemque modo non dicuntur reſervata Bene-
ficia illius, ſuit a Clero deputatus in Diœceſi, quæ
101 ſe compoſuit cum Camera ſuper Spoliis, ad exi-
gendam taxam a ſingulis Beneficiatis exigi ſolitam
pro ſolvenda dicta compoſitione. Tum quia Cle-
rus exigere quidem poteſt, ut ſolvat Cameræ,
ſed non poteſt Subcollectorem cum juriſdictione
deputare, *Rot. deciſ.* 262. *n.* 10. *& ſeq. part.* 18.
Recent. & deciſ. 299. *num.* 20. *coram Bichio.* Tum
quia his Subcollectoribus nihil aliud committitur,
quam nudum exercitium exactionis abſque ulla
juriſdictione, & cum reſtrictione ad Spolia com-
poſita *Rot. deciſ.* 6. *§. Quo circa cor. cl. mem.*
Card. Falconerio tom. 3. *tit. de Reſcript.* & late in
Groſſetana Canonicatus 10. *Decembris* 1687. *co-*
ram Hervaalt. Præcipue quando adeſt alter Sub-
collector deputatus ad exigenda Spolia Epiſcopo-
102 rum, & aquiſita ex illicita negociatione, aliaque
jura excepta in Concordia inita cum Camera,
nam tunc ille, qui deputatur ſolum ad exigen-
dam ſummam concordatam, non dicitur Subcol-
lector ad effectum Regulæ, *Rot. coram Coccin. de-*
ciſ. 1009. *per tot.* ubi ampliatur etiam ſi deputetur
103 Subcollector cum revocatione omnium aliorum,
nam intelligitur de aliis Commiſſariis deputatis ad
exactionem dictæ ſummæ concordatæ, *& cor. Eo-*
dem deciſ. 1055. *& deciſ.* 1132. *& coram Rem-*
bold. deciſ. 293. *numer.* 4. *& deciſ.* 336. *per tot.*
& coram Danoz. deciſ. 5. *per tot. & coram cl.*
mem. Card. Falconer. dict. deciſ. 5. *numer.* 1. *&*
in dicta Groſſetana Canonicatus §. Utrumque.

Sed contrarium firmare videtur *Lotter. de re*
Benefic. lib. 2. *quæſt.* 32. *num.* 156. ubi, quod ſi
Clerus ſe compoſuerit cum Camera, & mox quiſ- 104
piam deputetur Exactor taxæ, ſeu compoſitio-
nis ſolvendæ, illius Exactoris Beneficia erunt re-
ſervata, *Ventrigl. in Prax. tom.* 2. *annot.* 2. *§.* 2.
numer. 50. *in fine*, *Rot. deciſ.* 998. *numer.* 15. *&*
ſeqq. cor. Coccin. repetit. in *Recent. deciſ.* 715.
part. 1. ubi, quod licet exactio fiat nomine Capi-
tuli ſolventis pro toto Clero, tamen cum Capitu- 105
lum pro ſe relevando debeat exigere a Clero no-
mine Cameræ, intrat ſubrogatio in locum Came-
ræ, ideoque oritur poteſtas, & exercitium uni-
verſalis exactionis nomine ejuſdem Cameræ: ſub-
dens, quod juriſdictio, & non ejus latitudo facit 106
quemquam Subcollectorem, ſequitur *Rot. dec.* 261.
numer. 12. *&* 13. *part.* 5. *Recent.* ubi advertitur,
quod mox laudatæ Deciſiones *cor. Coccin.* non fue-
runt in hoc puncto revocatæ.

Verum inter has diſſidentes opiniones, prima
verior mihi videtur, quod nempe hujuſmodi Exa- 107
ctores a Capitulis tantum deputati ad exigendam
taxam, non dicantur veri Subcollectores ad effe-
ctum Regulæ. Et ita fuit de *Menſe Auguſtini* 1693.
deciſum in Congregatione Datariæ. Cum enim
mortuo Canonico Cathedrali *Squillacen.* qui ad
exactionem præfatæ taxæ deputatus extiterat, Epi-
ſcopus Canonicatum contuliſſet, multi illius provi-
ſionem a Dataria petierunt; quinimo ipſemet pro-
viſus ab Ordinario pro nova proviſione inſtabat,
ſed omnes rejecti fuerunt, & clar. mem. Card.
Panciaticus tunc temporis Pro-Datarius reſcripſit,
Collationem non ſpectare ad Datariam ex capite
prætenſæ reſervationis; & pluries tempore Ponti-
ficatus ſan. mem. Innocentii XII. laudatus Cardi-
nalis Pro-Datarius cum contingerent ſimiles caſus
reſpondit -- *Ordinarii utantur jure ſuo.*

Quod tamen non procederet in iis Exactori-
bus taxæ compoſitionis, qui nominantur a Capi-
tulo ex ſpeciali commiſſione Cardinalis Camerarii,
qui cum ignoret idoneitatem, & facultates Per-
ſonarum, committit Capitulo, ut ejus periculo 108
nominet Perſonam facultatibus idoneam: deputa-
tio vero, ac juriſdictionis collatio ab ipſo Cardina-
li Camerario principaliter emanat, concedendo no-
minato per Capitulum Litteras patentes cum juriſ-
dictione. Tales enim dicuntur vere, & proprie
Apoſtolici Subcollectores, cum exactio nomine
Cameræ fiat, & illi pecuniæ ſolvantur, *Rot. deciſ.*
155. *num.* 7. *&* 8. *part.* 11. *Recent.* & prius *deciſ.*
255. *n.* 7. *& deciſ.* 261. *n.* 12. *part.* 5. *Recent.* quæ
uti confirmatoria dictæ *Deciſionis* 255. in his termi-
nis venit intelligenda; licet ſecus ſit, quando non
deputatur principaliter a Cardinali Camerario, ſed 109
tantum mediante epiſtola confirmatur electus a
Capitulo, *Rot. cor. Bich. deciſ.* 299. *num.* 21. *&*
ſeq. ubi non obſtante, quod in Epiſtola dicatur *con*
le facoltà neceſſarie, quia non poteſt intelligi de
juriſdictione, ſed de aliis facultatibus.

Ut autem ſuffragetur juriſdictio, qua potiri de-
bent Subcollectores ad effectum Regulæ, neceſſe 110
eſt, quod ſit univerſalis, & omnimoda, cum alias
deputatio ad unicum, & particularem actum non
ſufficiat, *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.*
382. *Rot. deciſ.* 233. *num.* 19. *cor. Duran. & deciſ.*
50. *num.* 11. poſt *Novar. in Summ. Bullar. & de-*
ciſ. 262. *num.* 4. *part.* 18. *Recent. & in Januen.*
Canonicatus 31. *Maii* 1647. *§. Quoad ſecundum,*
cor. Ghislerio, & in Urgellen. Plebania 5. *Decem-*
bris 1689. *§. Ejus autem, cor. Hervault, & in Pa-*
lentina Theſauraria 4. *Junii* 1703. *§. Agnoverunt,*
coram

coram Kaunitz, *&* 8. *Februarii* 1704. §. *Nec ſuf-
fragari*, *coram cl. mem. Cardin. Caprara* inter im-
preſſ. *decis.* 667. *&* 1. *Decembris* 1704. §. *Litte-
ra*, *cor. Caſarello.*

Hinc cum requiratur, ut quis ſit deputatus ad
univerſa negocia Cameræ, *Rota* in laudatis *Deci-*
111 *ſionibus Placentin. Theſauraria*, rite cenſuit, non
remanſiſſe reſervatum Beneficium illius, qui depu-
tatus extiterat ad unicum, & certum Spolium unius
Epiſcopi Hiſpaniarum tunc defuncti; ei namque
non congruebant termini hujus Regulæ, quæ re-
quirit generalem ſubcollectoriam. Et quamvis in
Hiſpaniis non adſint niſi Spolia Epiſcoporum, ut
tradunt *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 51. *num.* 72. *&*
77. *Rot. decis.* 153. *num.* 5. *part.* 10. *Recent.* Ni-
hilominus eo ipſo, quod quis deputatur ad uni-
cum Spolium, poteſt quidem dici Commiſſarius
particularis ad illum actum explendum, ſed non
Subcollector generalis, qualis eſt ille, qui ad om-
nia Spolia contingentia, & ad univerſa jura Ca-
meræ deputatur, proindeque ſicuti unico illo actu
peracto, expirat facultas, ita etiam ceſſat qualitas
Subcollectoris. Exemplo Delegati ad certam cau-
112 ſam, qui non dicitur fungi munere Judicis Ordi-
narii, ex quo terminata Cauſa expirat ejus juriſ-
dictio, ad differentiam Ordinarii, qui una Cauſa
definita, non deſinit eſſe Judex in aliis occurren-
tibus ejuſdem ſpeciei, *Cap. in Litteris*, *Cap. Vene-
rabili*, *Cap. Significantibus*, *de Offic. Judic. Dele-
gat.* & proſequitur *Rot. in dicta Placentina coram
Kaunitz* §. *Non obſtat*, *&* *cor. clar. mem. Card.
Caprara* §. *Non ſuffragari*, *&coram Caſſarello* §.
Idque potiſſime.

Non deſunt tamen Doctores contrarium exiſti-
113 mantes eo ſub fundamento, quod juriſdictio, &
non amplitudo facit quemquam Subcollectorem,
ad effectum Regulæ, *Lotter. de re Benefic. lib.* 2.
quæſt. 32. *num.* 157. *Rot. decis.* 261. *numer.* 12.
& ſeq. part. 5. *Recent.* repetit. penes *Dunoz. decis.*
111. *num.* 14. *& cor.* [illegible]*accin. decis.* 998. *num.* 18.
& poſt *Novar. in Summ. Bullar. decis.* 48. *num.*
21. *& decis.* 49. *numer.* 17. *& cor. Molines decis.*
779. *num.* 15.

Dicitur autem impertita hujuſmodi univerſalis,
114 atque omnimoda juriſdictio, ſi detur poteſtas om-
nia, & ſingula gerendi, quæ in Litteris deputa-
tionis ipſi Nuncio attribuuntur; in hoc enim con-
ſiſtit vis omnimodæ juriſdictionis, *Mandoſ. ad
Regul.* 4. *quæſt.* 8. *num.* 3. *in fine*, *decis.* 111. *ſub
num.* 12. *cor. Dunozet. decis.* 261. *part.* 5. *decis.*
155. *n.* 5. *&* 6. *part.* 11. & poſt *Novar. in Summ.
Bullar. decis.* 46. *num.* 14. *decis.* 48. *num.* 21. *&*
22. *decis.* 49. *num.* 18. *&* 22. *& in Urgellen. Ple-
baniæ* 5. *Decembris* 1689. *cor. Hervault.*

Probatur itidem univerſalis juriſdictio ex con-
115 ſueta formula, ſub qua omnes Subcollectorum
deputationes, conceſſionem dictæ univerſalis ju-
riſdictionis continentes, expediri conſueverunt,
Rot. decis. 779. *num.* 7. *cor. Molines*, *& in Sago-
nen. Plebaniæ* 10. *Decembris* 1716. §. *Excluſa*,
116 *cor. Omaña.* Quemadmodum ex facultate proce-
dendi contra Contumaces ad Cenſuras, perneceſſe
dicitur tributa juriſdictio, *Cap. A nobis il* 1. & ibi
communiter Scribentes *de Sentent. Excomm. Cap.
Quæſivit*, *de his*, *quæ fiunt a major. part. Capi-
tul. Clericat. de Benefic. diſcord.* 38. *num.* 12. *Rot.
in dicta Sagonen. Plebaniæ* 11. *Junii* 1706. §. *Ex
unicitate cor. Kaunitz.*

Ut etiam dicitur quis conſtitutus Subcollector
cum omnimoda, & univerſali juriſdictione, ſi
117 generaliter deputetur Subcollector Cameræ Apo-
ſtolicæ pro Civitate, & Diœceſi; nam hujuſmodi
univerſalis deputatio, ſaltem habitu, atque po-
tentia, univerſalitatem muneris deſignat, *Rot. cor.
Duran. decis.* 233. *ſub num.* 19. *& coram Dunoz.
Jun. decis.* 100. *ſub num.* 1. & poſt *Novar. in
Summ. Bullar. dict. decis.* 46. *num.* 12. *& decis.*
48. *num.* 3. *& decis.* 49. *num.* 5. *& in Compſana
Beneficii* 27. *Junii* 1703. §. *Minus ol eſſe*, *cor. Muto.*
Et quod ſufficiat habere in potentia hanc juriſdictio- 118
nem, *Rot. in dicta Sagonen. Plebaniæ* 11 *Junii* 1706.
§. *Ex unicitate*, *cor. Kaunitz.* Quod præcipue lo-
cum ſibi vindicat ſtante generali conſuetudine, & 119
ſtylo, juxta quem omnes Subcollectores deputan-
tur cum omnimodæ juriſdictionis exercitio, ut
proſequitur *Rota in Compſana Beneficii* 21. *Ju-
nii* 1703. §. *Minus*, *cor. Muto*, ubi concordantes.

Nec refert ad hunc effectum, quod quis de-
putetur ad exigendas Decimas v. g. jam vigore
compoſitionis ad certam pecuniarum ſummam taxa-
tas, nam quando quis generaliter deputatur ad
omnes Decimas exigendas, expreſſio illa certæ 120
ſummæ non operatur, quod reputandus non ſit
Subcollector generalis, ex quo enim dicta expreſ-
ſio non eſt neceſſaria ad poteſtatem, ſed reſpicit
exequutionem, & ſit ſine aliqua taxativa, cenſetur
ſolum appoſita demonſtrative, & ad declarandam
generalitatem, non autem ad illam reſtringendam,
Rot. dec. 233. *num.* 19. *in fine cor. Durano.*

Probatio autem, quod fuerit Subcollectori con-
ceſſa juriſdictio debet eſſe concludens, cum dedu-
catur ad effectum reſervationis Beneficiorum, quæ 121
pariter debet eſſe certa, & perneceſſe concludens,
Rot. decis. 299. *num.* 18. *coram Bichio*, & gene-
raliter, quod ad probandam narrativam, quod fue-
rit quis Subcollector, requiratur concludens pro-
batio, *Rot. decis.* 967. *num.* 1. *cor. clar. mem. Card.
Caprara.*

Difficultas tamen eſt, quomodo probetur hæc
deputatio in Subcollectorem cum omnimoda juriſ- 122
dictione. Et quidam aſſerunt neceſſario exhiben-
das eſſe Litteras Patentes, itaut quælibet alia pro-
batio, ſive per Teſtes, ſive per Litteras miſſivas,
quæ explicite non referant deputationem factam
cum tali juriſdictione, non ſuffragetur, cum ſit 123
æquivoca, & juriſdictio delegata nonniſi per Lit-
teras ipſius deputationis probetur, *ad Text. in leg.
unic. Cod. Mandat. Bellencin de Subſid. Charitat.
quæſt* 111. *num.* 1. *Garc. de Benef. part.* 5. *cap.*
1. *num.* 376. *Leuren. in For. Beneficial. tom.* 2.
quæſt. 548. *num.* 4. *Kochier. ad hanc Regul. nu.* 6.
& 7. *Monet. de Decim. cap.* 9. *quæſt.* 5. *num.* 236.
& 236. *Roſ. de Execut. Litterar. Apoſtolicar. part.*
1. *cap.* 7. *in addit. num.* 97. *& ſeqq.* late *Lotter.
de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 32 *num.* 158. *& ſeq.
Rot. coram Bich. decis.* 221. *num.* 23. *& ſeqq.* ubi
declarat *Caſtropal. Oper. moral. tract.* 13. *diſput.*
2. *punct.* 20. *num.* 6.

Admittunt tamen hujus opinionis aſſertores,
non eſſe neceſſarias Litteras Patentes a Notario,
& Teſtibus ſubſcriptas, ſed ſatis eſſe Litteras Com- 124
mittentis cum ejus Sigillo licet abſque manu No-
tarii, & Teſtium ſubſcriptione, *Rota decis.* 199.
num. 5. *cor. Bich. & decis.* 876 *num.* 5. *cor. Du-
noz. decis.* 50. *numer.* 4. poſt *Novar in Summ.
Bullar.* cum aliis relatis *in dec.* 262. *num.* 6. *part.*
18. *Recent. & in Compſana Canonicatus* 4. *Julii*
1653. §. *Altera cor. Veroſpia*, etiam ſi non ſint 125
adnotatæ in libris Nunciaturæ, quia negligentia
Officialis in omittenda regiſtratione, præjudicare
non poteſt Apoſtolicis reſervationibus, *Rot. in Pa-
lentina Theſauraria* 4. *Junii* 1703. §. *Agnoverunt*,
coram Kaunitz.

Similiter admittunt poſſe Litteras Patentes pro-
bari

126 bari per dicta Teſtium, qui deponerent ſe fuiſſe
præſentes deputationi, & vidiſſe Litteraa; ac te-
ſtantes ex certa ſcientia de ommimoda juriſdictione
conceſſa Subcollectori, & ſic concludentes ad pun-
ctum delegatæ Juriſdictionis, *Card. de Luc. de
Beneſic. diſc.* 8. *num.* 9. *Leuren. in For. Beneficial.
tom.* 2. *quæſt.* 548. *num.* 4. *Roſ. de Execut. Litter.
Apoſtol. part.* 1. *cap.* 7. *in addit. num.* 109. *Adden.
ad Simonet. de Reſervation. quæſt.* 34. *litt. B. Mo-
net. de Decim. cap.* 19. *quæſt.* 5. *num.* 218. *Lotter.
de re Beneficiar. dict. quæſt.* 32. *num.* 160. *Garc. de
Beneſic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 379. *Rot. coram Bi-
chio deciſ.* 221. *num.* 26. & poſt *Novar. in Summ.
Bullar. deciſ.* 46. *numer.* 10. *& deciſ.* 59. *num.* 5.
Licet ad hoc non ſufficere Teſtes deponentea de
127 publica voce, & fama, ac communi reputatione,
cum hoc Teſtimonium inducat ſolum præſumtio-
nem, non veritatem, tradant *Garc. de Beneſic. dict.
part.* 5. *cap.* 1. *num.* 378. *& ſeqq. Caſtropal. Oper.
moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 20. *ſub n.*
6. *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *n.* 125. *Rot.
deciſ.* 221. *n.* 27. *& deciſ.* 50. *num.* 6. poſt *Novar.*
Verum licet juxta facti contingentiam quando-
128 que *Rota* firmaverit, Subcollectoriam probaodam
eſſe per Litteras patentes deputationis, non tamen
excluſit alia probationum geoera, quando ſunt per-
fecta. Nam quandoque admiſit probationem unius
129 Teſtis, junctis adminiculis, veluti publica voce,
& fama, ut in *deciſ.* 252. *part.* 2. *Recent.* in qua
ſcripſit *Spada conſil.* 52. *lib.* 2. ubi de ſolo dicto
130 Notarii, que teſtabatur ſe expediviſſe Litteras pa-
tentes, junctis adminiculis, *Rot. poſt Novar. deciſ.*
46. *num.* 10. *deciſ.* 48. *num.* 15. *&* 16. *deciſ.* 49. *n.*
1. *deciſ.* 51. *num.* 2. *& ſeq.* ubi de atteſtatione fa-
131 cta a Collectore generali Cataloniæ, junctis aliis
adminiculis, *& deciſ.* 757. *num.* 3. *& ſeqq. part.*
18. *Recent.* ubi quod non requiratur Scriptura,
132 quodque admittantur Teſtes deponentes de publi-
ca voce, & fama. *Et in Placentina Beneficii* 22.
133 *Junii* 1693. *in principio cor. Urſino*, ubi de atte-
ſtatione clar. mem. *Card. Millini*, quod in Subcol-
lectorem deputaverat Antonium N.N. dum in Hiſ-
paniis Apoſtolici Nuncii munere fungebatur. Et
134 plura adminicula referuntur in laudatis Deciſioni-
bus poſt *Novar. in Summ. Bullar. & deciſ.* 1009.
& 1020. *cor. Emerix Jun. & in Saganen. Plebania*
11. *Junii* 1706. §. *Et Subcollectorem cum ſeqq. co-
ram Kaunitz.*
Quandoque ad hunc effectum ſufficere etiam
135 fidem Secretarii, quod fuerit quis deputatus Sub-
collector dixit *Rot. deciſ.* 51. *num.* 2. *coram Bu-
ratt. & deciſ.* 51. *num.* 6. poſt *Novar.* & admitti
videtur in *deciſ.* 221. *n.* 32. *cor. Bich.* ubi evitatur
objectum, quod Secretarius non teſtabatur de ele-
ctione, ſed ſolum de nota exiſtente inter memo-
rias Cardinalis Camerarii, *& dict. deciſ.* 1020. *n.*
3. *coram Emerix, & in dicta Palentina Beneficii*
23. *Junii* 1693. *in principio cor. Urſino.*
Sufficere itidem Partitam extractam a libris
136 Nunciaturæ, quibus, veluti ſcriptis ab Officiali
ex neceſſitate Officii, omnimodam præſtandam eſſe
fidem, tradunt *Spad. conſ.* 51. *num.* 7. *libr.* 2. *Rot.
deciſ.* 252. *num.* 3. *part.* 2. *deciſ.* 350. *n.* 34. *part.* 9.
& poſt *Novar. in Summ. Bullar. deciſ.* 46. *n.* 8.
deciſ. 48. *n.* 4. *deciſ.* 49. *num.* 4. *deciſ.* 262. *num.*
8. *&* 9. *part.* 18. *Recent.* ubi redditur ratio, quia
tunc non Officialis, ſed liber ipſe eſt, qui fidem
facit; quemadmodum dicitur de fide Parochi, &
aliorum Miniſtrorum publicorum, quibus ratione
Scripturæ fides adhibetur; *& deciſ.* 1009. *n.* 4.
cor. Emerix, & in Urgellen. Plebaniæ 5. *Decem-
bris* 1689. §. *Nec obſtat, cor. Hervanls, & in
Sagonen. Plebaniæ* 11. *Junii* 1706. §. *Et Sub-
collectorem, cor. Kaunitz, & in Alben. Prioratus*
24. *Aprilis* 1733. §. *Factoque, cor. Reverendiſſi-
mo Calcagnina.* Et de extractione facta per pu-
blicum Officialem de Regeſtris Theſaurarii, *Rot.
in Burgi S. Sepulchri Beneficii cor. Molines deciſ.*
857. *num.* 2. & de fide Secretarii teſtantis de eo, 137
quod reperitur in Regeſtria Tribunalis Nunciatu-
ræ, *Rot. in Compſana Beneficii* 27. *Junii* 1703. §.
Subſiſtens, & in Salamantina Beneficii 27. *Junii*
1703. §. *Et demum cor. Muto.*
Multoque magis probatur hæc Subcollectoria, 138
ſi Papa vigore Regulæ contulit alia Beneficia per
obitum ejuſdem vacantia, & proviſi ab Ordina-
riis malum jus agnoſcentes, liti renunciarunt, *Rot.
in dicta Compſana Beneficii* §. *Potiſſime.*
Fuit autem antiquitus dubitatum, an ad effe-
ctum reſervationis Regulæ requiratur exercitium 139
Officii Collectoris, aut Subcollectoris. Oriebatur
difficultas ex illis verbis Regulæ -- *qui ſuo tempore
Officia exercuerint* -- quæ ceoſeri non debent inu-
tiliter appoſita, ergo qui numquam exercuit Sub-
collectoris Officium, ejus Beneficia reſervationi
obnoxia eſſe non debent. Et hanc ſequuntur opi-
nionem *Maſcard. de Probat. concluſ.* 317. *num.*
27. *Rot. deciſ.* 395. *lib.* 1. *cor. Puteo, & deciſ.*
1486. *lib.* 3. *part.* 3. *diverſ.*
Contraria tamen apud Doctores, & *Rotam*,
prævaluit Sententia, quod nempe, ut locum ſibi
vindicet reſervatio Regulæ, non requiratur exer-
citium Officii, ſed exoberet potentia exercendi, 140
quodque Subcollector paratus ſit munus ſuum exer-
cere, quotieſcumque ſe offerat occaſio, *Mandoſ. hic
quæſt.* 4. *Kochier. num.* 19. *Zerol. in Prax. part.* 1.
verb. Beneſic. §. 2. *limit.* 8. *& part.* 2. *verb. Exemti*
§. 6. *Lotter. de re Beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 32. *à num.*
155. *Pariſ. de Reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 26.
Garc. de Beneſic. part. 5. *cap.* 1. *à num.* 245. *Roſ.
de Execut. lib.* 1. *cap.* 7. *in addit. num.* 98. *& ſeqq.
Leuren. in for. Beneſic. tom.* 2. *quæſt.* 548. *n.* 3.
Barboſ. de Epiſcop. part. 3. *allegat.* 57. *num.* 116.
Caſtropal. Oper. moral. tom. 2. *tract.* 13. *diſput.* 2.
punct. 20. *verſic. Nihilominus*, ubi reddit rationem, 141
quod conditio ab aliquo requiſita, cujus exequutio
per ipſum non ſtat, perinde eſt, ac ſi exequutioni
mandata eſſet, *Cap. Cum non ſtat, de Regul. jur.
in* 6. Et eſt conſtans opinio Rotæ, *ut in deciſ* 632.
num. 6. *cor. Duran. & deciſ.* 82. *num.* 6. *cor. Her-
rera, & deciſ.* 5. §. *Unde cor. clar. mem. Card.
Falconerio tom.* 3. *tit. de Reſcript. & deciſ.* 140. *&*
141. *coram Verallo part.* 1. *& deciſ.* 519. *n.* 7. *cor.
Cerro*, ubi ex eadem ratione ait, non requiri præ- 142
ſtationem juramenti, *& deciſ.* 779. *num.* 5. *cor. Mo-
lines, & deciſ.* 252. *num.* 4. *& deciſ.* 265. *num.* 3.
part. 2. *& deciſ.* 259. *num.* 6. *part.* 9. *deciſ.* 155.
num 9. *part.* 11. *Recent.* ubi de Subcollectore De-
cimarum, & poſt *Novar. in Summ. Bullar. deciſ.*
47. *n.* 13. *& deciſ.* 4. *num.* 11. *& in Capuana Bene-
ficii* 4. *Julii* 1553. §. *final. coram Veroſpio.*
Et verba illa Regulæ -- *qui ſuo tempore Officia* 143
exercuerint -- intelligi debent de exercitio in po-
tentia, & non in actu, ut ea explicant Auctori-
tates mox laudatæ, & præ cæteris *Garc. de Bene-
ſic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 351. *Rot. in dicta Capuana
Beneficiis* §. *Citato*, vel dicuntur poſita ad diffe- 144
rentiam eorum, qui non vere, ſed ficte eſſent Sub-
collectores. Prout *Deciſio cor. Puteo*, & alia in
part. 3. *diverſ.* intelligendæ ſunt de exercitio largo
modo, ſcilicet, quod per Subcollectorem non ſtet,
quominus exerceat, & quod ſit paratus exercere,
Barboſ. dict. part. 3. *allegat.* 57. *num.* 116. *circa
med.* ubi etiam ſubdit, quod ſi deficiat conſuetudo

exer-

exercendi, quia in Civitate, vel Diœceſi, in qua
deputatus fuit quia Subcollector, Officium non
145 fuit exercitum, vel ex defectu proventuum Ca-
meræ, vel aliquo Privilegio, vel conſuetudine, tali
caſu Beneficia illius Subcollectoris non eſſent reſer-
vata, & ita concludit intelligenda eſſe verba Regulæ.

Quod ſi data occaſione proprium munus exer-
146 cendi, Subcollector paratum ſe non exhibuit ad
illud exercendum, ſed ſe abſtinuit a negociis, ad
quæ fuit deputatus, tunc illius Beneficia non erunt
reſervationi Regulæ obnoxia, *Rot. in Placentina
Theſaurariæ cor. cl. me. Card. Caprara deciſ. 667.
num. 8. & 1. Decembris 1704. §. Eoque cor. bo.
me. Caſſarello.*

Acceptationem quoque Subcollectoratus ad effe-
147 ctum Reſervationis non requiri, ſed ſufficere ſolam
deputationem, quamvis Subcollector non viderit,
nec ſciverit Litteras ſuæ deputationis, receptior
Sententia eſt, ea ratione, quod juriſdictio quoad
habitum transfertur in Delegatum a die datæ Litte-
rarum, licet quoad exercitium requiratur earum-
dem præſentatio ſecundum *Rot. deciſ. 12. de Præ-
bend. in novis*, & tradunt *Kochier hic n. 20. Bar-
boſ. part. 3. allegat. 57. ſub n. 116. Garc. de Be-
nefic. part. 5. cap. 1. num. 349. Leuren. in for.
Beneficial. tom. 2. quæſt. 548. num. 3. Ventrigl. in
Prax. tom. 2. annotat. 2. §. 2. num. 49. Rot. de-
ciſ. 233. num. 17. cor. Duran. deciſ. 351. num. 5.
cor. Royas, deciſ. 519. num. 6. cor. Cerro, dec. 48.
num. 7.* poſt *Novar. in Summ. Bullar. & deciſ.
259. num. 6 part. 9. & deciſ. 155. num. 9. part.
11. Recent. & in Capuana Canonicatus 4. Julii
1653. §. Altera cor. Veraſpio*, ubi in §. *Nec pari-
148 ter*, ultimus firmatur, quod neceſſaria non eſt præ-
ſtatio juramenti, & cautionis ad effectum reſerva-
tionis, cum hoc onus non imponet conditionem,
ſed modum, qui deputationem non ſuſpendit, &
conferunt ea quæ diximus in *Commentar. in Re-
gul. I. §. 4.* de Protonotariatu.

Contrarium exiſtimat *Caſtropal. Oper. moral.
149 tom. 2. tract. 12. punct. 20. numer. 5. §. Verum*,
& movetur ex eo, quod ante notitiam deſignatio-
nis, & Officii acceptationem, nequit Subcolle-
ctor proprium muneris exercere, tametſi adſint fru-
ctus recolligendi. Cum enim Regula requirat po-
tentiam actualem, & expeditam ad effectum, ut
intret Reſervatio, & ante acceptationem hac po-
tentia careat Subcollector, ſequitur exinde, quod
ejus Beneficia dici nequeant reſervata. Nec ait
obſtare, quod ante acceptationem juriſdictio trans-
fundatur habitu in Subcollectorem, tum quia ahuc
id eſt controverſum, tum quia pro reſervationis
excluſione ſufficit, quod non habeat illam expeditam.

Verum non recedendo a priori Sententia in Fo-
ro recepta, illam declarat *Ventrigl. dicta annot. 2.
150 §. 2. num. 49. in fine*, ut procedat quando Subcol-
lector poſt deputationem, & ante acceptationem,
ſeu illius notitiam ab humanis deceſſit, vel quan-
do Subcollectoria Officium ſibi procuraſſet per in-
termediam Perſonam, ſecus vero quando poſt de-
putationem Officium acceptare noluit, & alius
ejus loco electus, & deputatus fuit, nam tunc
non habet locum reſervatio, cum per eum ſtete-
rit non exercere.

An autem ad effectum reſervationis neceſſarium
ſit, quod Subcollector ſit in Dignitate Eccleſiaſti-
ca conſtitutus, aut Perſonatum, ſeu Dignitatem
obtineat, ſitque qualificatus juxta formam *Text. in
151 Cap. Statutum, de Reſcript. in 6.* Res eſt, quæ
difficultate non caret. Affirmativam namque Sen-
tentiam tuentur *Bellencin. de Subſidio Charitat.
quæſt. 108. nu. 1. & ſeq. Garc. de Benefic. cap. 1.
num. 385. Kochier ad hanc Regul. n. 13. Barboſ.
de Epiſcop. allegat. 57. n. 126. Caſtropal. tom. 2.
tractat. 13. punct. 20. ſub num. 3. Leuren. in for.
Beneficial. tom. 2. quæſt. 548. num. 3. Roſ. de Exe-
cutor. part. 1. cap. 7. in addit. num. 91. & ſeq. Cle-
ricat. de Benefic. diſcord. 38. a num. 15.* cum aliis
penes *Card. de Luc. de Benefic. diſc. 9. numer. 4.*
late *Rot. deciſ. 30. num. 2. & ſeq. & dec. 167. nu.
11. part. 16. Recent.* quæ ſunt *Deciſiones* 874. &
933. *cor. Cerra*, & admittitur in *Janua. Cano-
nicatus 31. Maii 1647. cor. Ghislerio*, ubi ex facto
evitatur objectio, quia ſcilicet ex Litteris deputa-
tionis apparebat electum in Subcollectorem fuiſſe
Canonicum Cathedralis.

At pro negativa opinione, quod nempe neceſſe 152
non ſit, quod Subcollector ſit in Dignitate con-
ſtitutus, ad effectum ut ejus Beneficia remaneant
reſervationi Regulæ obnoxia, plures urgere viden-
tur rationes. Primo quod laudata Decretalis in 153
Cap. Statutum procedit in deputatione immediate
facta a Papa, in quo cum præſumatur ignorantia
qualitatum, & idoneitatis Perſonarum, ideo Pon-
tifex decreverit, quod quis non poſſit eſſe Apoſto-
licus Delegatus, niſi ſit in Dignitate conſtitutus,
cum in his vigeat præſumtio, quod ſint meliores,
*Gloſſ. in dict. Cap. Statutum verb. Clericis, & ibi
Monach. num. 7. Roſ. de Execut. Litter. Apoſtolic.
part. 7. 1. cap. 7. in addit. num. 206.* Ceſſat au-
tem hæc ratio in deputatis ab inferioribus, puta
Nuncio, Theſaurario &c. cum iſti præſumantur
habere notitiam ſuorum Subditorum, & ideo ceſ-
ſante ratione Decretalis, ceſſare debet illius diſpo-
ſitio, *Cap. Cum ceſſante, de Appellat. leg. quod di-
ctum ff. de Pact.* & in terminis ratiocinatur *Rot. de-
ciſ. 205. num. 3. & ſeqq. part. 17. Rec.*

Secundo urgere videtur, quod præfata Decre-
talis in *Cap. Statutum, de Præbend. in 6.* quæ in-
novata fuit in Concilio Tridentino *Seſſion. 25. de 154
Reformat.* procedit in Judicibus delegatis ad lites
contentioſas terminandas, ſicuti ex ejus lectura col-
ligitur, & tradunt ibidem *Monach. ante n. 1. jun-
cto num. 2. Ancaran.* pariter ante *num. 1. Paſſerin.
num. 1. & ſeqq. juncto num. 49.* unde Judices dati
in Litteris Compulſorialibus, quamvis compellant, 155
excommunicent, & faciant cæteros actus juridi-
cos, adhuc cum non ſint deputati ad decidendas
lites, & Cauſas, non comprehenduntur ſub lau-
data Decretali *Statutum, Paſſerin. in dict. Cap. Sta-
tutum numer. 42. & 212. Put. deciſ. 192. per tot.
lib. 3. in Correct. Achill. de Graſſ. deciſ. 3. de Of-
fic. Delegat.* Quod etiam procedit in Judicibus Re- 156
miſſorialibus, *Garc. de Benefic. part. 6. cap. 2. §. 1.
numer. 108. & ſeq. Rot. deciſ. 205. num. 12. part.
17. Rec.*

Præterea antedicta *Decretalis* locum non habet
in Exequutoribus, ſeu Delegatis principaliter ad 157
certum miniſterium, quamvis acceſſorie pro effe-
ctuatione, poſſint in ejuſdem miniſterii exequutio-
ne partes Judicis aſſumere, *Rot. dec. 55. ſub num.
3. de conceſſ. Præbend. in antiq.* quam refert, & ſe-
quitur *Geminian. ſuper dict. Cap. Statutum ſub n.
6. circa medium, Paſſerin. ibidem §. In nulla num.
211. circa fin. Garc. de Benefic. part. 6. cap. 2. §. 1.
num. 107.* Quod maxime procedit, quando Exe-
quutor, ſive Delegatus ad certum miniſterium ac- 158
ceſſorie habet juriſdictionem voluntariam, adeout
valeat illam exercere, & reſpective ab illa ſe abſti-
nere, *Geminian. in dict. Cap. Statutum ſub n. 6.
circa finem*, ex hoc concludens, quod non habens
Dignitatem, poteſt procurare conſimiles Delega-
tiones, quod etiam præſupponit *Garc. ubi ſupra
numer. 106.*

Cum

Digitized by Google

Cum itaque in Litteris deputationis, quas fa-
159 ciunt Theſaurarii, & Nuncii, non deputentur Sub-
collectores ad Cauſas decidendas, ſed principaliter
deputentur ad certum miniſterium, nempe ad exa-
ctionem nomine Cameræ faciendam de redditibus,
& juribus ad ipſam ſpectantibus, cum facultate
compellendi Occupatores, & ſic proprie ſint Com-
pulſores, *Rat. deciſ.* 10. *num.* 2. *de Offic. delegat.
in novis*, ac juriſdictio illis attributa ſit acceſſoria
pro effectuatione dicti miniſterii, exinde fit, non
eſſe neceſſariam in eorum deputationibus ſervari
formam dicti *Cap. Statutum*, ſicut non ſervatur in
Judicibus Compulſorialibus, & Remiſſorialibus,
licet pro implemento eorum miniſterii, iſti partes
160 Judicis aſſumant. Furius quia Subcollectores Spo-
liorum, licet valeant in excquutionem proprii mu-
neris juriſdictionem exercere, poſſunt tamen ab ea
abſtinere; quamobrem nec minus locum habet in
illorum deputationibus forma dictæ Decretalis in
Cap. Statutum.

Accedit obſervantia, quæ eſt optima legum in-
161 terpres, vulgata *leg. Si de Lege ff. de Legibus*.
Conſtat ſiquidem ex libris Cardinalis Camerarii,
nec non Theſaurarii, & Nunciorum Neapolis, tam
antiquis, quam modernis temporibus fuiſſe depu-
162 tatos in Subcollectores ſimplices Presbyteros, &
Clericos Dignitatem non habentes, & de hac ob-
ſervantia in tota Italia teſtatur etiam *Cardinal. de
Luc. de Benefic. diſcurſ.* 9. *num.* 13. *Rot. in Sago-
nen. Plebaniæ* 11. *Junii* 1706. *§. Nec relevante co-
ram Kaunitz*.

Animadvertendo potiſſimum, quod Decretalis
in *Cap. Statutum* in fine continet Decretum irri-
tans, & inſuper fuit innovata per Concilium Tri-
dentinum *Seſſ.* 25. *cap.* 10. *de Reformat.* unde cum
tot inſignes viri, etiam poſt publicationem Con-
cilii, ejuſque confirmationem a Pio IV. expletam,
quamplurimas fecerint deputationes, non ſervata
illius forma, argumentum profecto evidens, quod
ſimiles deputationes ſub præfatæ Decretalis diſpo-
ſitione non comprehendantur, ne alias dicamus,
quod ubi leges conduntur, ibi earum inobſervan-
tia naſcatur.

Obſervantiæ deprompta ex facto Cardinalis Ca-
merarii, Theſaurarii generalis, & Nunciorum,
163 conformis eſt obſervantia Datariæ Apoſtolicæ, quæ
pro conſtanti ſemper habuit, obnoxia eſſe reſerva-
tioni Regulæ Beneficia Subcollectorum omnium,
quamvis in Dignitate Eccleſiaſtica non ſint conſti-
tuti, & ſic conſtanter ſervatum vidi in Pontifi-
catibus ſan. memor. Alexandri VIII. Innocentii
XII. Clementis XI. Innnocentii XIII. Benedi-
cti XIII. & glorioſſiſſime Regnantis Pontificis
Clementis XII. abſque eo quod umquam penes
Datariæ Officiales minima ſuborta fuerit difficul-
tas circa exemtionem a diſpoſitione Regulæ Bene-
ficiorum, quæ per Subcollectores in Dignitate Ec-
cleſiaſtica non conſtitutos, obtinebantur.

Nec obſtant allegatæ in contrarium Auctorita-
164 tes. Etenim *Bellencinus* omnium Anteſignanus
ſimpliciter ſe fundat in eo, quod Collectores, &
Subcollectores ſint Delegati Apoſtolici, quod prius
firmaverat *quæſt.* 99. & 105. inferendo exinde,
quod in illis ſervari debeat diſpoſitio dicti *Cap. Sta-
tutum*, uti loquens de ſimilibus Delegatis, non ad-
vertens, quod ejuſdem *Text.* cenſura reſpicit Judi-
ces delegatos principaliter ad terminandas Cauſas
contentioſas, non autem alios deputatos principa-
liter ad certum miniſterium cum juriſdictione ac-
ceſſoria, & voluntaria, ſicuti advertunt Doctores
ſupra laudati, unde magis deferendum eſt Docto-
ribus diſtinguentibus, quam ſimpliciter loquenti-
bus. Et ita etiam reſpondetur *Gonzal. Barboſ. Ko-
chier*, & aliis, qui pertranſeunt cum auctoritate
Bellencini articulo non examinato, nec animadverſa
ſupradicta diſtinctione, quam poſtea amplexus fuit
Garc. de Beneſ. part. 6. *cap.* 2. *n.* 106. *& ſeqq.*

Atque ex his rationibus, poſteriori huic Sen- 165
tentiæ, quæ in praxi ſervatur, adhærendum cen-
ſeo, quamvis articulum indeciſum reliquerit *Rot.
deciſ.* 259. *ſub num.* 12. *part.* 9. *& deciſ.* 205. *part.*
17. *Recent.* & poſt *Novar. in Summ. Bullar. de-
ciſ.* 46. *num.* 20. *&* 21. *deciſ.* 48. *num.* 25. *deciſ.*
49. *num.* 26. *& in Urgellen. Plebaniæ* 6. *Martii*
1690. *§. At Domini cor. Hervault*, *& in Sago-
nen. Plebania* 11. *Junii* 1706. *§. fin. cor. Kaunitz.*

Ex dictis plane dignoſcitur, quam inſubſiſtens
ſit opinio *Clericat. de Benefic. diſcord.* 38. *num.* 17.
exiſtimantis Beneficia obtenta per ſimplicem Paro-
chum, qui ſit etiam Subcollector, non eſſe reſer-
vationi Regulæ obnoxia, ex quo Parochus dici
non poteſt in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus.
Siquidem jam plene demonſtravimus, neceſſarium 166
non eſſe ad reſervationis effectum, quod Subcol-
lector Eccleſiaſtica Dignitate potiatur, & millies
Rota firmavit, Parochiales vacantes per obitum
Subcollectorum eſſe vigore Regulæ reſervatas, ut,
antiquioribus omiſſis, in dicta *Sagonen. Plebaniæ*
11. *Junii* 1706. *coram Kaunitz* confirmata 18.
*Decembris ejuſdem anni cor. Omaña, & in Brictino-
rien. Parochialis coram clar. mem. Card. Falcone-
rio deciſ.* 5. *&* 6. *ſub titul. de Reſcript. tom.* 3. *&*
25. *Novembris* 1712. *cor. bon. mem. Anſaldo.*

Et quamvis ex Decreto Sacræ Congregationis
Concilii edito *anno* 1677. pro Subcollectoribus
Regni Neapolitani, de quo ſupra meminimus *n.*
28. aliiſque ejuſdem Sac. Congregationis, Reſo-
lutionibus, Subcollector effectus poſtea Parochus 167
ſubjaceat juriſdictioni Epiſcopi, a qua cæteroquin
exemti eſſe debent Subcollectores; Nihilominus
Decreta præfata deputationem non infringunt, ſed
tantum auferunt Subcollectori Parocho exemtio-
nem quoad concernentia Curam Animarum, &
Sacramentorum adminiſtrationem, quo excepto ca-
ſu, Parochus iiſdem potitur exemtione, & præro-
gativis, quibus gaudent cæteri, qui curam non
exercent, ut apposite laudata Decreta explicant
Nicol. in verb. Subcollector n. 2. *Pignatell. conſult.*
52. *n.* 5. *Card. de Luc. in Miſcell. Eccleſiaſtic. diſc.*
1. *n.* 70. *Rot. in Brictinorien. Parachialis coram
clar. mem. Cardinali Falconeria deciſ.* 6. *n.* 4. *tit.
de Reſcript. tom.* 3. *&* 25. *Aprilis* 1712. *§. Quin
ulla modo, cor. bon. mem. Anſalda.*

Cæterum controverſia iſthæc vix hodie ad pra-
xim deduci poteſt, ex quo vigore præſertim lau-
dati Decreti Sacræ Congregationis, editi anno
1677. Parochi non poſſunt in Subcollectores depu-
tari; quod ſi Subcollector poſt deputationem fuerit
de aliqua Parochiali proviſus, tunc ex alio Decreto
Congregationis particularis deputatæ a ſan. mem.
Benedicto XIII. in Concilio Romano, cujus verba
tranſcripſimus ſupra *n.* 97. Subcollectoris Officium
illico ceſſat, & Theſaurarius, vel Nuncius Apo-
ſtolicus alium Subcollectorem deputare tenentur.

An autem ſtante dicto Decreto Congregatio-
nis, Parochialis, de qua Subcollector poſtea provi-
ſus fuerit, remaneat vigore Regulæ reſervata, Af- 168
firmative reſpondendum cenſeo, quia etſi ob Pa-
rochialis proviſionem Subcollectoris Officium illi-
co ceſſet, adhuc momento ſaltem temporis Subcol-
lector, uti talis, jus ad Parochialem acquiſivit, cu-
jus proinde juris vigore remanſit illa obnoxia reſer-
vationi Regulæ, quæ expreſſe reſervat Beneficia,
quæ Subcollectores *durante eorum Officio obtine-
bant*,

bant, & in quibus, ſeu ad quæ jus eis competebat.
Et conferunt, quæ mox dicemus a *n.* 171. *& ſeqq.*
& præſertim *n.* 174. *& ſeqq.*
Cæterum ubi admittenda eſſet opinio eorum,
169 qui cenſent, quod ad effectum reſervationis Sub-
collector eſſe debeat in Dignitate Eccleſiaſtica con-
ſtitutus, ſufficeret, quod Dignitas acquiratur ex
poſt, nec neceſſe eſt, quod Subcollector eam ob-
tineret de tempore ſuæ deputationis, licet ſecus
170 ſit, quando Subcollectoratus fuiſſet obtentus ſub
falſa expreſſione Dignitatis non adhuc obtentæ,
Rot. deciſ. 933. *in princip. cor. Cerro, & in Sago-
nen. Plebania* 11. *Junii* 1706. *§. fin. cor. Kaunitz*,
& 10. *Decembris ejuſdem anni §. fin. cor. Omaha.*
Prout etiam ſufficeret, quod quis eſſet Cano-
171 nicus Coadjutor, quando ex litteris Coadjutoriæ
conſtat de voluntate Papæ, quod Coadjutor gau-
dere debeat omnibus Privilegiis cæteris Canoni-
cis competentibus; maxime cum non agatur de
172 præjudicio Coadjuti, nec alterius Canonici, qua
ratione Coadjutor poteſt eſſe Judex Eccleſiaſti-
cus, & Delegatus Apoſtolicus, quemadmodum
173 hujuſmodi munere fung. poteſt Commendatarius,
quamvis non ſit titularis, ſed ei æquiparetur,
Rot. deciſ. 259. *n.* 11. 12. *&* 13. *part.* 9. *Recent.*
& poſt *Novar. in Summ. Bullar. deciſ.* 46. *n.* 21.
deciſ. 47. *n.* 16. *& ſeqq. deciſ.* 48. *n.* 28. *deciſ.* 49.
n. 27. *&* 28.
Et cenſetur reſervatus Canonicatus, ad quem
174 quis ut Coadjutor jus habebat de tempore Sub-
collectoratus, cum ex verbis Regulæ reſerventur
ea omnia Beneficia, ad quæ quis jus habet du-
175 rante Officio, ut mox diximus, & tradunt *Ven-
trigl. in prax. tom.* 2. *adnot.* 2. *§.* 2. *n.* 48. *Bellen-
cin. de Charitat. ſubſid. quæſt.* 120. *Garc. de Bene-
fic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 352. *& ſeq. Kochier. ad hanc
Regul. n.* 4. *Simonett. de Reſervat. quæſt.* 33. *n.* 4.
Ro. deciſ. 46. *n.* 19. *deciſ.* 47. *n.* 15. *& ſeqq. deciſ.*
48. *n.* 29. *& ſeqq. deciſ.* 49. *n.* 29. *poſt Novar. in
Summ. Bull.*
Nihilque refert, ſi antequam locus ſucceſſioni
176 factus fuerit, deſierit Coadjutor eſſe Subcollector;
nam ad effectum Regulæ ſufficit, quod quis fue-
rit Subcollector momento temporis, ut reſervata
177 remaneant Beneficia, quæ obtinuit, vel ad quæ
jus habuerat ante Officium, vel durante Officio,
cum reſervatio ſemel impreſſa nunquam extingua-
tur, *Kochier, hic num.* 8. *Garc. de Beneſ. part.* 5.
cap. 1. *n.* 352. *Barboſ. de Epiſcop. par.* 3. *allegat.*
57. *n.* 127. *Rota deciſ.* 255. *num.* 13. *part.* 7. *dec.*
259. *n.* 9. *&* 10. *part.* 9. *dec.* 155. *num.* 9. *&* 13.
par. 11. *& dec.* 100. *num.* 6. *cor. Dunoz. & de-
ciſ.* 112. *num.* 14. *& dec.* 119. *n.* 3. *cor. Carilla*,
deciſ. 351. *n.* 10. *cor. Royas*, & in laudatis *Deci-
ſionibus poſt Novar. in Summ. Bullar. & in Sago-
nen. Plebania* 11. *Junii* 1706. *§. Deputationes cor.
Kaunitz.*
Hinc in illa Cauſa *Romana Canonicatus Sanctæ
Mariæ Trans Tiberim* inter Datariam Apoſtoli-
cam, & clar. mem. Cardinalem *Carpinenm* ejuſ-
dem Eccleſiæ Titularem, de qua meminimus in
Commentar. *in Rubric. Regula I. §.* 2. *n.* 34. etſi a
Defenſoribus laudati Cardinalis contenderetur, Ca-
nonicatum ibi vacantem per obitum *Montani*; de
eo proviſi dum erat Subcollector in partibus, non
fuiſſe vigore Regulæ reſervatum, ex quo per aſ-
ſequutionem Canonicatus in Urbe reſidentiam re-
178 quirentis, eo ipſo ratione incompatibilitatis vaca-
verat in partibus Subcollectoratus, reſidentiam pa-
titer, ut dicemus infra. *n.* 208. requirens, *ad text.
in Clement. in. Gratia de Reſcript.* quæ procedit non
179 ſolum in Beneficiis, verum etiam in Officiis qui-
buſcumque tam Eccleſiaſticis, quam prophanis, in
quibus eadem viget incompatibilitatis ratio, *Va-
lenzuel. conſ.* 83. *num.* 53. *& ſeqq. Raxas de Incom-
patibilitate par.* 6. *cap.* 4. *n.* 45. *Rota dec.* 804. *n.*
11. *&* 12. *part.* 12. *Rec.* Nihilominus Congrega-
tioni particulari in ea Cauſa deputatæ præ cæteris
reſponſionibus placuit illa, quod incompatibilitas
inter Subcollectoratum in partibus, & Canonica- 180
tum in Urbe oriri non poterat, niſi poſt adeptam
ejuſdem Canonicatus poſſeſſionem, unde, cum
ante illam *Montanus* Subcollector jus quæſitum ha-
beret ad eumdem Canonicatum, ratione compe-
tentiæ præfati juris, remanſerat Canonicatus reſer-
vationi Regulæ obnoxius, juxta ſupra relata ver-
ba Regulæ præfatæ.
An autem Subcollector a Nuncio Apoſtolico de-
putatus, deſinat eſſe talis per illius diſceſſum? in-
deciſum reliquit *Rot. deciſ.* 1132. *n.* 4. *coram Coc-
cin.* & in ſupra laudatis *Deciſionibus poſt Novar. in
Summ. Bullar.* Expirare autem facultatem Subcol- 181
lectoris per diſceſſum Nuncii, & redditam ab ipſo
generalem Computorum rationem, dixit *Rota in
Capuana Canonic.* 4. *Julii* 1653. *§. Hinc excluſa
cor. Veroſpio.* Potiſſimum ſi oſtendatur Subcolle-
ctorem Officium ſuum non exercuiſſe, antequam
Nuncius Miniſterium depoſuiſſet, nam per Dele- 182
gantis receſſum expirat, reintegra, deputatio, &
ceſſat Delegati juriſdictio, *Cap. final. de Offic. Le-* 183
gat. Gonzal. in Cap. Gratum n. 3. *de Offic. Delegat.
Kochier. de Juriſdict. Ordin. tom.* 2. *part.* 2. *qu.* 16.
Roſ. de Executor. Litter. Apoſt. part. 2. *cap.* 7. *n.* 23.
Quod ſi per diſceſſum Nuncii deputantis quis
continuet in exercitio Subcollectoris, videntibus,
& permittentibus Nunciis ſucceſſoribus facultatem
habentibus novos Subcollectores creandi, cenſe- 184
tur tunc approbatus, vel confirmatus in Subcolle-
ctorem, cum deputatio Subcollectoris non requi-
rat ſcripturam ad effectum reſervationis, *Rot. de-* 185
ciſ. 48. *n.* 30. *&* 31. *& deciſ.* 49. *num. final.* poſt *No-
var. in Summ. Bullar.* cum concordantibus ſupra
relatis *n.* 128.
Supereſt pro complemento hujus Regulæ ali-
quid attingere de Collectorum, & Subcollectorum
exemtione ab Ordinariorum juriſdictione. Exem-
tio iſta innixa fuit dictarum Perſonarum qualita-
ti, quia nempe conſiderantur uti Pontificis Offi- 186
ciales, ſub illius tutela, & protectione viventes,
unde indecens prorſus viſum eſt, quod in eorum
Perſonis Ordinarii ſe ingerant, *Bellencin. in tra-
ctat. de Charitat. ſubſid. quæſt.* 94 *in princip. Lot-
ter. de re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 32. *n.* 167. *Man-
doſ. ad hanc Regul quæſt.* 8. *Zerol. in Prax. Epi-
ſcopal. part.* 2. *§. Exemptio, Gonzal. ad Regul.* 8.
quæſt. 51. *n.* 87. *§. Ratio eſt*, *Rot. deciſ.* 779. *num.*
14. *coram Molines, & in Brictinorien. Parochia-
lis* 25. *Novembris §. Quin ullo modo, cor. bon.
mem. Anſaldo.* Et hujuſmodi exemtio exordium
ſumſit a Conſtitutione *Joannis XXII.* exarata *A-* 187
venione, poſtmodum confirmata per *Clementem
VI.* ut teſtatur *Rebuff. in Commentar. ad hanc Re-
gul. in Prax. Beneſic. pag. mihi* 473. *§. Tenendum
eſt menti*, ubi in fine ait, quod ipſe viderit Di-
ploma exemtionis.
Sed fuit alias in Sac. Congregatione Concilii di-
ſputatum, an Subcollectores Spoliorum, quemad-
modum Protonotarii non participantes, immedia-
te creati a Papa, connumerari debeant inter illos
Officiales Sedis Apoſtolicæ, quorum exemtio a 188
juriſdictione Ordinarii innitur diſpoſitioni *Text. in
Cap. cum Matthæus de Hæretic. & cap. Divina in
eminenti, de Privileg. inter Extravag. Commun.*
unde propoſitis ſequentibus Dubiis. Primo – *An*

Protonotarii non participantes, immediate creati a Papa, connumerari debeant inter illos Officiales, de quibus loquuntur Extravag. Cum Matthaeus de Hæretic. & Divina in eminenti de Privileg. itaut Ordinarii locorum non poſſint in illos ferre cenſuras, & in illorum Dignitatibus, & Beneficiis non curatis ſe intromittere, aut quoquo modo immiſcere, & judicari ſub pœnis in dicta Extravag. contentis? Secundo: *An Subcollector Spoliorum pro Rev. Camera Apoſtolica recenſeri pariter debeant inter Officiales, de quibus loquuntur dictæ Extravag. ad effectum præmiſſum?* Sac. Congregatio 20. *Junii* 1682. reſpondit ad utrumque *Negative*, ut in *lib.* 32. *Decret. pag.* 327. Et conferunt tradita per *Sperell. deciſ.* 160. *n.* 52. *& ſeqq.*

At in Regno Neapolitano exemtio ab Ordina-
189 riorum juriſdictione Subcollectorum inibi degentium, innititur *Conſtitut. XXV. Gregorii XIII. Bullar. tom.* 2. *& Conſtitut. CCII. Urbani VIII. Bullar. tom.* 5. Sed cum frequentes irreperent abuſus ratione hujuſmodi exemtionis, Sac. Congreg. Concilii auctoritate Pontificia ſibi commiſſa die 27. *Februarii* 1677. ſolemne illud edidit Decretum, de quo ſupra meminimus *n.* 28. tam quoad numerum Subcollectorum in dictis Regni Diœceſibus deputandorum, quam quoad eorum qualitates, & caſus, in quibus frui deberent exemtione
190 ab Ordinariorum juriſdictione. Quod Decretum licet reſtrictum ad Subcollectores Regni Neapolitani, ut oſtendimus ſupra *num.* 29. *& ſequent.* illud nihilominus pro eo quod reſpicit Subcollectorum exemtionem, Concilium Romanum *tit.* 9. *cap.* 3. ſervari mandavit cum ſuis Declarationibus in *Appendic.* ad idem Concilium relatis *pag.* 212. *ubique locorum Italiæ, & Inſularum adjacentium, ubi Generalis ejuſdem Cameræ Theſaurarius, & Nuncii Apoſtolici juriſdictionem exercent.*

Quod vero attinet ad Subſtitutos, & Officiales Subcollectorum, declaravit idem Decretum in
191 §. *Quod vero*, eos non gaudere exemtione, ſed *illam tantum concedendam eſſe uni tantum Notario pro qualibet Subcollectore in actu exercitii.* Hinc alias quæſitum fuit in Sac. Congr. Concilii. Primo *An per illa verba* -- in actu exercitii -- *Ad effectum gaudendi Privilegia exemtionis, intelligatur tantummodo tempus, in quo exercetur munus Notarii Subcollectoris*, & quatenus affirmative. Secundo *An Notarius hujuſmodi gaudere debeat Privilegio exemtionis per totum tempus, quo degit in munere Notarii Subcollectoris, licet illud actu non exerceat?* Et Sac. Congreg. *in Sarnen. Exemtionis* 13. *Novembris* 1688. reſpondit *Secretaria cum*
192 *Sanctiſſimo pro exequutione Exemtionis.* Et in *Bituntina Deputationis Subcollectorum* 4. *Maii* 1697. propoſitis inter cætera Dubiis in ordine. Tertio *An itidem Notarius, & Curſor Commiſſarii, & Subcollectores Bitunti commorantes gaudeant pariter exemtione, & in quibus Cauſis?* Et Quarto *An generaliter dictus Notarius gaudere debeat exemtione a die, & pro tempore ſuæ deputationis, vel potius in actu exercitii dumtaxat?* Sac. Congrega-
193 tio reſpondit -- *Ad tertium unicum tantum Notarium gaudere ad formam Decretorum generalium, non vero Curſorem* -- *Ad Quartum gaudere duran-*
194 *te tempore deputationis*, ut in *lib.* 47. *Decret. pag.* 185. & penes *Antonell. de Jurib. Cleric. in Appendic. pag. mihi* 19. *&* 20. & bene conferunt firmata per *Rot. deciſ.* 113. *n.* 14. *& ſeqq. cor. Duran.*

Sed ad effectum ut Subcollectores Italiæ, Inſularumque adjacentium frui valeant exemtione, neceſſe eſt, quod deputentur prævio teſtimonio
Curiæ Epiſcopalis ſuper eorum bona vita, & mo- 195
ribus, quodque nec inquiſiti, nec proceſſati fuerint, juxta Decretum Congregat. particularis deputatæ in Concilio Romano a ſa. me. Benedicto XIII. impreſſum in *Appendic. ad idem Concil. pag.* 212. *&* 213. cujus verba tranſcripſimus ſupra *n.* 98.

Exemtione tamen ab Ordinariorum juriſdictione non gaudent Subcollectores poſt dimiſſum offi-
cium, ut declaravit S. Congregatio Concilii *die* 196
10. *Martii* 1597. penes *Novar. in Summ. Bull.*
part. 2. *Commentar.* 122. *n.* 4. Niſi laudabiliter of- 197
ficium præfatum exercuerint ſaltem per duodecim annos, quo caſu etiam poſt illud dimiſſum exemtione gaudere, ſancivit eadem Sac. Congregatio in laudato Decreto *anni* 1677. §. *Et ne ſemel.* Quod
ſi in officio, aut alias ita deliquiſſe comperti fue- 198
rint Subcollectores, ut a Nuncio amoveantur, & alii eorum loco deputentur, tunc nullatenus eadem exemtione frui poſſunt, ut proſequitur idem *Decretum* §. *Eos vero.*

Quoad Subcollectores Regni Neapolitani fuit alias reſolutum, ipſos pro quibuſvis exceſſibus, criminibus, & delictis durante eorum officio com-
miſſis, ſubjectos eſſe privative juriſdictioni Nun- 199
cii, etiam dimiſſo officio, donec vixerint, ſi pro illis conveniantur, ut inhærendo *Conſtitut. XXV. Gregorii XIII.* decrevit Congregatio particularis *die* 2. *Januarii* 1629. cujus reſolutio per extenſum refertur apud *Novar. loco citato n.* 4.

Pro exceſſibus vero, & delictis commiſſis finito, ſeu dimiſſo officio, licet eadem Congregatio particularis fuerit in ſenſu, nullam Subcollectoribus competere exemtionem vigore laudatæ Con-
ſtitutionis Gregorianæ; contrarium tamen ſancivit 200
ſan. mem. *Urbanus VIII.* Conſtitutione edita 2. *Julii* 1636. *Bullar. tom.* 4. *in Appendic.* & apud *Novar. in Summ. Bullar. part.* 2. *Comment.* 122. qua mandavit, *cognitionem, & deciſionem Cauſarum prætenſorum exceſſuum Criminum, & delictorum per Subcollectores, & Commiſſarios a Nunciis, & Collectoribus Apoſtolicis tam in Regno Neapolitano, quam in aliis Provinciis, Regnis, & locis, etiam ſpeciali nota dignis, & ubique Terrarum, & locorum per Nuncios ſeu Collectores Apoſtolicos hactenus deputatos, & pro tempore depu-*
tandos, quomodocumque etiam poſt finitum officium 201
commiſſorum, ut prætenditur, & patratorum, ſpectaſſe, & ſpectare ad Nuncios, & Collectores Apoſtolicos pro tempore exiſtentes privative quoad quoſcunque alios Judices, etiam locorum Ordinarios prædictos, ut ſunt verba ejuſdem Conſtitutionis.

Sed Conſtitutionem hanc *Urbani* ita intelligendam eſſe decernitur in ſæpe laudato Decreto Sac. Congregationis Concilii, edito anno 1677. §. *Præ-*
terea, ut Subcollectores pro delictis patratis poſt 202
dimiſſum officium gaudeant ſolum exemtione vivente Ordinario, in cujus tempore proprium munus exercuerunt, ſecus vero eo defuncto, vel alias deficiente. Et jure quidem meritoque. Cum enim ſan. mem. *Urbanus VIII.* non aliam ob cauſam indulſerit Subcollectoribus exemtionem, etiam pro exceſſibus poſt officium dimiſſum commiſſis, *ne in concernentibus ſervitium Cameræ, & Sedis Apoſtolicæ timidiores, aut negligentiores fierent, ſi ſub Juriſdictione Ordinariorum poſt finitum eorum officium ſe relictum iri timerent, & propterea juſto metu retraherentur a gerendo, ut debent eorum officio, dubitantes ne illo finito, locorum Ordinarii in illos, etiam ex cauſis mendicatis ſævirent, quod in non modicum præjudicium Cameræ, & Sedis*

Apoſto-

Apoſtolicæ redundaret &c. ut legitur in eadem *Con-*
ſtitutione. Hinc cum prædicta Cauſa reſpiciat ſolum
Ordinarios, quorum tempore Subcollectores pro-
prium munus exercuerunt, ſequitur exinde, quod
iis defunctis, & ſic ceſſante ſuſpicione, quod ex
mendicatis prætextibus ſevire poſſent in Subcolle-
203 ctores, qui eorum tempore exercuerunt, ceſſare e-
tiam debeat Privilegium exemtionis, iiſdem Sub-
collectoribus pro criminibus, & exceſſibus poſt
dimiſſum officium patrandis, indultum, ad *Text.*
in l. adigere §. Quamvis ff. de Jurepatr. l. genera-
liter C. de Epiſc. & Cleric. Barboſ. axiomat. 40. *n.* 5.
Prout etiam Subcollectores privati ex cauſa ali-
cujus delicti officio Subcollectoratus, nullatenus
fruuntur pro exceſſibus poſtea commiſſis beneficio
exemtionis, etiam vivente Ordinario, in cujus
204 tempore exercuerunt; ſi enim Subcollectores, qui
per duodecim annos laudabiliter officium exercue-
runt, quique ob patratum delictum fuerint ab offi-
cio poſtea amoti, exemtione non gaudent, ſive vi-
ventibus, ſive mortuis Epiſcopis, quorum tempo-
re exercuerunt, ut ſancitur in *ſæpe laudato Decreto*
Sac. Congregationis Concilii §. Et ne ſemel cum ſe-
quenti; Multo minus hujuſmodi exemtione frui
valent Subcollectores illi, qui forſan per dies, aut
menſes officium exercuerunt, quo poſtea propria
culpa privati fuerunt. Argumento ducto a majori
ad minus, quod in jure validiſſimum eſt, *Dec.*
conſ. 76. *n.* 3. *Rot. deciſ.* 468. *n.* 4. *part.* 13. *Recent.*
& deciſ. 607. *n.* 8. *& deciſ.* 672. *num.* 31. *cor. Mo-*
liner.
Accedit, quod Decretum Sac. Congregationis
in *dicto §. Præterea*, uniforme prorſus eſt Conſti-
tutioni ſan. me. *Urbani VIII.* cujus mens, ut di-
ximus, alia non fuit, quam excitare vigilantiam
Subcollectorum, ne perculſi timore ſubeundi poſt
dimiſſum officium Ordinariorum juriſdictionem,
timidiores, vel negligentiores fierent in proprio
munere exercendo, ſed nullatenus favere voluit
Subcollectoribus delinquentibus, eiſque adeo ſin-
gulare impertiri Privilegium, quale eſt illud exem-
tionis a juriſdictione Ordinariorum etiam pro de-
lictis poſt dimiſſum officium commiſſis, ut oppo-
ſite ratiocinatur *Novar. in Summ. Bullar. part.* 2.
Commentar. 122. *n.* 10.
Secundo. Exemtione non gaudent ii, qui licet
in Subcollectores deputati fuerint, numquam ta-
205 men Subcollectoris munus exercuerunt, ut diſpo-
nitur in laudato Decreto *S. Congregationis Conci-*
lii anno 1677. Quod tamen intelligendum exiſti-
mo, ſi data occaſione exercendi, ſe obſtinuerint,
206 ut habetur in §. 37. *Inſtructionis* pro Subcollecto-
ribus, & Commiſſariis Nunciaturæ Regni Nea-
politani, Nunciis pro tempore dari ſolita, & im-
preſſa poſt *Novar. in Summ. Bullar. part.* 1. *Com-*
mentar. 122. *poſt num.* 12. -- ibi -- *E parimenti ſe*
alcuno doppo eſſer ſtato fatto Commiſſario non ſer-
virà, ne attenderà al ſervizio della Camera, ma
ſi valerà ſolo della Commiſſione per godere l'eſenzio-
ne, e Privilegj, s'intenda rivocato, ne poſſa gode-
re, anzi ſi tratti, come non foſſe ſtato mai depu-
tato. Secus vero, ſi nunquam exercuerint, ex quo
ſe non præbuit occaſio exercendi, & cæteroquin
parati erant, ubi ea ſe obtuliſſet, Cameræ inſer-
viendi. Quemadmodum enim ad effectum reſer-
207 vationis Regulæ, vere ſunt Subcollectores ii, qui
ad exercendum parati, nunquam tamen ad occa-
ſionis defectum exercuerunt, ut diximus ſupra *n.*
140. Ita veri etiam Subcollectores ad exemtionis
effectum conſiderari debent illi, per quos non ſte-
tit quominus proprium munus exercerent.
Decernitur tertio in eodem Decreto, quod
exemtione non gaudeant Subcollectores illi, *qui* 208
non reſident in Diœceſi, pro qua ſunt deputati, &
Ordinarii certiorare debent Sac. Congregationem
de dicta non reſidentia, ejuſque proviſionem expe-
ctare. Et reſcripſit eadem Sacra Congregatio clar.
mem. Cardin. *Caracciolo* Archiepiſcopo Neapoli-
tano *die* 22. *Aprilis* 1679. Quemadmodum id ip-
ſum præſcriptum jam erat in laudata Inſtructione
n. 32. -- ibi -- *Debbano parimente reſidere nella Dio-*
ceſi, nella quale ſono deputati Commiſſarj, altri-
menti non poſſino eſercitare, ne godere l'eſenzione
dell' Ordinario, ne altro Privilegio di Commiſſa-
rio -- & tradunt *Novar. in Summ. Bullar. dict.*
Commentar. 122. *n.* 11. *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.*
51. *n.* 7. *Nicolius Lucubrat. utriuſque Jur. lib.* 3. *tit.*
5. *pag. mihi* 131. *n.* 15. *§. Item Sac. Congregat.* ubi
alias laudat Sacræ Congregationis Reſolutiones.
An autem Subcollectores, ſeu Commiſſarii De-
putati pro locis exemtis, & Diœceſibus adjacen-
tibus, fruantur exemtione a juriſdictione Epiſco-
pi? Actum fuit de hac Quæſtione in Sac. Congre- 209
gatione Concilii de *anno* 1692. in una *Aquilana*
Juriſdictionis, & Subcollectorum, in qua propoſito
Dubio -- *An Subcollectores in Aquilana Diœceſi*
exiſtentes, & ad eorum munera obeundum in extra-
neis Diœceſibus deſtinati, exemtione gaudeant -- die
26. *Januarii* ejuſdem anni reſponſum fuit *Negati-*
ve. Et cum anno 1697. Epiſcopus *Bituntinus*
Sacræ Congregationi expoſuiſſet, quod in Civi-
tate *Bitunti* tres aderant Subcollectores ſeu Com-
miſſarii Nunciaturæ Neapolis, alter deputatus pro
Civitate, & Diœceſi Bituntina, alius pro loco *Nul-*
lius Faſani; Tertius pro loco *Nullius Rutiliani*,
& inter cætera quæſiviſſet, Secundo *An Subcolle-*
ctores deputati pro juriſdictionibus Faſani, & Ru-
tiliani, & commorantes Bitunti aliqua in dicto lo-
co gaudeant exemtione -- Sac. Congregat. *die* 4.
Maii ejuſdem anni reſpondit *Ad II. non gaudere,*
& Epiſcopum procedere poſſe in futurum. Ut ha-
betur *lib.* 47. *Decret. pag.* 185. & poſt *Amonell.*
de Jurib. Cleric. in Appendic. pag 19.
Dictamque Reſolutionem ſequuta poſtea fuit
eadem Sac. Congreg. in *Caputaquen. Viſitationis*
SS. Liminum 17. *Januarii* 1722. Retulit enim E-
piſcopus *Caputaquen.* in Relatione ſtatus ſuæ Ec-
cleſiæ juxta Conſtitutionem ſan. memor. Sixti V.
ad eamdem Sac. Congregationem tranſmiſſa, plu-
res in ſua Diœceſi reperiri Subcollectores, non
tamen pro ea deputatos, ſed pro locis exemtis, &
aliis Diœceſibus adjacentibus, & quod tam ipſi,
quam eorum Notarii, licet naturaliter eſſent ſui
Subditi, ab Ordinaria juriſdictione ſe exemtos eſſe
contendebant, ex qua re non modicum diſciplina
Eccleſiaſtica patiebatur detrimentum, unde quæſi-
vit. Primo, *An exercentes munus Subcollectorum*
pro locis exemtis, & aliis Diœceſibus adjacentibus,
ſed commorantes in Civitate, aut Diœceſi Caputa-
quen. frui debeant exemtione a Juriſdictione Ordi-
narii -- Secundo *An dictorum Subcollectorum, &*
Commiſſariorum Actuarii, eadem exemtione frui 210
debeant. Sac. Congregat. ad primum reſpondit --
Negative, & ſervetur Decretum in Bituntina anno
1697. -- Ad ſecundum *Negative.*
Idque locum ſibi vindicat, etiam ſi in locis ex-
emtis, vel Diœceſibus limitrophis reperiri non va-
leant, vel Incolæ, vel Diœceſani, qui velint,
vel qui apti ſint Subcollectoris munus exercere. 211
Hinc quamvis ex hac ratione in laudata *Cauſa*
Aquilana Juriſdictionis, & Subcollectorum Nun-
cius Neapolitanus contenderet, Subcollectores
in Diœceſi *Aquilana* exiſtentes, & ad eorum
munus exercendum in Diœceſibus *Reatin.* &

Aſculan. deſtinatos, frui debere exemtione ab Or-
dinario *Aquilano*, cum caſus iſte mixtus eamdem
præſeferat rationem, ac caſus ſimplex Subcollecto-
ris incolæ; Nihilominus cootrarium Sac. Congre-
gatio Concilii decrevit, ut dictum eſt ſupra *n.*209.
Bene verum eſt, quod io hoc etiam caſu Subcolle-
ctoris in una Diœceſi moram trahentis, & deſti-
nati pro ſuo munere in altera Diœceſi exercendo,
oon poteſt Ordinarius contra illum procedere, ſed
212 debet Sac. Congregationem certiorare de delictis
ab illo commiſſis, ejuſque oraculum expectare, ut
reſolutum fuit in eadem *Aquilana Juriſdictionis*,
& Subcollectorum, in qua propoſitis inter cætera
ſequentibus Dubiis -- Secundo -- *An poſſint Sub-
collectores* (qui nempe exiſtebant in Diœceſi A-
quilana, & ersot pro eorum munere exercendo
deſtinati in alienis Diœceſibus) *ab Ordinario pu-
niri antequam Sacram Congregationem adeat, &
reſponſionem expectet* -- Quarto -- *An idem Epiſco-
pus Aquilanus potuerit valide carcerare Stepha-
num Manſonium Subcollectorem in Diœceſi Reati-
na, degentem tamen in Aquilana?* Reſponſum pro-
dit -- Ad *II.* & *IV. Negative.*

Quarto. Generaliter Subcollectoribus exemtio a
213 juriſdictione Ordinarii in Civilibus non ſuffraga-
tur, niſi adſit in Diœceſi Judex a Nuncio depu-
214 tatus, qui habeat tantummodo facultatem in Cau-
ſis paſſivis, & nullo Privilegio, aut exemtione
gaudeat. Sac. Congreg. in laudato Decreto anni
215 1677. *§. Generaliter*, & in dicta *Bituntina* cum
quæſitum fuiſſet. Primo, *An Subcollector Bitunti
gaudeat exemtione a Juriſdictione Epiſcopi in Cauſis
civilibus tam activis quam paſſivis* -- Reſponſum
216 dedit -- *Serventur Decreta generalia anni* 1677. --
Et ante declaraverat Congregatio particularis *die
2. Januarii* 1620. poſt *Novar. in Summ. Bulla-
rum part.* 1. *Commentar.* 122. *poſt num.* 4. Idem
Novar. ibidem num. 8. *Nicol. Lucubrat. utriuſq.
Jur. lib.* 3. *tit.* 5. *de Prabend. pag.* 131. *num.* 15.
§. Item Sac. Congregatio. An autem Judex depu-
tari ſolitus a Nunciatura pro Cauſis civilibus Sub-
217 collectorum, debeat eſſe Doctor in aliqua publi-
ca Univerſitate Laureatus, vel ſaltem ſit ei dan-
dus Aſſeſſor? Sac. Congregat. Concilii in dicta
Bituntina ad 5. reliquit *arbitrio, & prudentiæ
Nuncii Apoſtolici.*

Quinto. Non gaudent exemtione Canonici, &
alii Beneficiati Subcollectores in coocernentibus
218 ſervitium Eccleſiæ, & adimplementum onerum
ipſorum Canonicatibus, & Beneficiis inhærenti-
bus, ut in dicto Decreto generali *§. Et quod ma-
joris*, & antea decreverat eadem Sacra Congrega-
tio *in Fundana* 23. *Junii* 1663. relata per *Card. de
Luc. de Juriſdict. diſc.* 4. *n.* 6. qua deciſum fuit,
non eſſe exemtos Subcollectores quoad decentiam
219 ſervitii Eccleſiæ, & cultum Divinum, quia nem-
pe celebrantes, vel in Divinis inſervientes non
deſerant Veſtes, & Collarem decentem, ſive quod
ſcandaloſe Tabaccum fumant in Eccleſia, *& in
Caven.* 24. *Maii* 1664. *Criſpin. de Viſitat. Paſtoral.
pag.* 398. *n.* 1. *Nicol. loc. cit. Monacell. tom.* 4. *p.*98.
n. 88. *Card. de Luc. de Juriſdict. diſcurſ.* 4. *n.* 6.
verſ. Atque.

Sexto. Adminiſtratores Locorum Piorum io Sub-
collectores deputati, ſubſunt Ordinario quoad red-
220 ditionem rationum adminiſtrationis. Nec poſſunt
Subcollectores a caſibus Epiſcopo reſervatis abſ-
221 que illius licentia abſolvi, ut proſequitur idem
Decretum *§. Item Adminiſtratores.* Cæterum
non poſſe Subcollectores ob delicta occulta ſuſ-
222 pendi per Epiſcopos a Divinis, ſicuti cæteri Sub-
diti, reſolvit Sacra Congregatio Concilii in *Ur-
gellen.* 24. *Novembris* 1631. relata per *Monacell.
dict. n.* 88.

Septimo. Non poſſunt Subcollectores ſub exem-
tionis prætextu, ſe eximere ab acceſſu ad publi-
cas Proceſſiones ratione Beneficiorum, quæ obti- 223
nent; quemadmodum tenentur ſolvere Cathedra-
ticum, & Subſidium Charitativum, & iotereſſe
Synodo, ac Viſitationi, non tamen pluries, quam 224
ſemel in anno, & poſſunt ab Ordinariis cogi ad
exequendum Decreta Viſitationis in iis, quæ re-
ſpiciuot Cultum Divinum, ut mandatur in ſæpe-
laudato *Decreto* Sacræ Congregationis Concilii
anoi 1677. *§. Et quod majoris.* Et antea in *Caja-
een.* 21. *Martii* 1654. *Pignatell. tom.* 1. *conſult.* 379.
Nicol. in Theor. utriuſque Juris lib. 3. *tit.* 5. *de
Præb. n.* 15. *§. Item Sac. Congregatio pag.* 132.

Octavo. Subcollectores accedentes ad Collo-
quutoria Monaſteriorum Monialium abſque Ordi- 225
nariorum licentia, exemtione non gaudent, &
poſſunt contra ipſos Ordinarii procedere. Sac. Con-
gregatio in dicto *Decreto §. citato, & in Hippo-
regien.* 13. *Maii* 1682. *& in Comen. Juriſdictionis*
26. *Februarii* 1707. *ad* 7. *lib.* 57. *Decret. Mona-
cell. in Formular. tom.* 2. *pag.* 191. *n.* 17. *& tom.* 4.
pag. 98. *n.*87. *Barboſ. in Sum. Apoſtolic. deciſ. verb.
Subcollector n.* 7.

Nono. Ex eodem Decreto *anni* 1677. poſſunt
Ordinarii procedere contra Subcollectores non ſer- 226
vantes præceptum Communionis Paſchalis, & con-
tra percutientes Presbyterum, vel Clericum pro- 227
cedere ad declaratoriam excommunicationis *ex cap.
Si quis ſuadente*, & generaliter Subcollectores in
articulo violatæ Immunitatis, & Juriſdictionis 228
Eccleſiaſticæ, in quo ex juria communis diſpoſi-
tione incurritur ipſo facto excommunicatio, poſſe
ſicuti cæteros exemtos, ab Epiſcopis pro excom-
municatis publicari, *Pignatell. tom.* 9. *conſult.* 55.
num. 5.

Et decimo poſſunt Ordinarii carcetibus manci-
pare ad Superiorum diſpoſitionem retinendos, 229
Subcollectores deprehenſos in fragranti crimine,
quod meretur pœnam corporalem, noo tamen mi-
norem relegatione, dummodo ſtatim de carcera-
tione Nuncium Apoſtolicum certiorem reddant.
Ut præſcribitur in eodem *Decreto §. Et quod ma-
joris, circa finem.*

Pro coronide tandem ſciendum eſt, quod licet
Subcollectores, exceptis recenſitis caſibus, exem-
tiooe gaudeant a juriſdictione Ordinariorum,
exemti tamen non ſunt a ſervitio Chori, unde ſi
Divinis Officiis, horiſque Canonicis non interſint, 230
Diſtributiones quotidianas minime lucrantur, ut
habetur in dicto *Decreto §. Et quod majoris*, &
reſolutum fuit ab eadem Sacra Congregatione *in
Romana, ſeu Mediolanen. Subcollectorum* 26. *Au-
guſti* 1662. *lib.* 23. *Decret. pag.* 271. *in Caſſanen.* 9.
Februarii 1647. *& in Senogallien. Diſtributionis* 2.
Junii 1703. *ad* 1. *Pignatell. tom.* 1. *conſult.* 327.
& tom. 5. *conſult.* 52. *n.* 1. *& ſeqq.*

Nec deficit ratio, nam cum ipſi pro ſervitio,
quod Cameræ præſtaot, certum percipiant emolu- 231
mentum ex Spoliis, & actibus judicialibus, quos
exercent, æquum proinde non eſt, quod gaudeant
diſtributionibus; exemplo Vicarii Capitularis, qui
licet occupatus ſit pro Eccleſiæ utilitate, attamen 232
quando recipit Salarium, Diſtributiones in abſentia
non lucratur, ut reſolvit *Sac. Congregatio Epiſco-
porum in Bononien.* 9. *Junii* 1674. Cumque ul-
terius ea ſit diſtributionum natura, ut non debean-
tur abſentibus niſi in tribus caſibus, Infirmita- 233
tis nempe, juſtæ, & rationabilis corporis neceſſi-
tatis, & evidentis Eccleſiæ utilitatis, *Cap. Unic. de
Cleric.*

Cleric. non reſiden. in 6. utique non debentur Subcollectoribus, qui ſub nullo ex dictis tribus caſibus exceptis, comprehendi poſſunt.

Doctores vero aſſerentes Subcollectores in abſentia lucrari diſtributiones, innituntur ſpeciali
234 Privilegio Sixti V. quod tamen fuit locale, ut decrevit Sacra Congregatio Concilii in dicta *Romana, ſeu Mediolanen. Subcollectorum 26. Auguſti* 1662. apud *Pignatell. dicta reſolut.* 52. *num.* 3. *tom.* 5. qui miratur, quod tam graves Auctores, qui contrariam amplexi ſunt Sententiam, id non adverterint.

Quod ſi in Eccleſia non adeſſent diſtributiones, ſed earum loco a non inſervientibus ſolverentur
235 punctaturæ, adhuc Subcollectores cogi poſſent, vel ad interviendum, vel ad eas ſolvendas, eodem modo quo tenentur alii Canonici, quoties Divinis non interſunt. Et in his terminis prodiit reſolutio Sacræ Congregationis in laudata *Senogallien. 2. Junii* 1703. *ad primum.* Et confert altera reſolutio ejuſdem Sacræ Congregationis penes *Nicol. verb. Subcollectores n.* 3. *Pignatell. d. conſult.* 52. *ſub n.* 2.

An autem permitti debeat Subcollectoribus, ut Choro interviant per Subſtitutum *in actu, quo* 236 *exercent* munus Subcollectoriæ. Negative reſpondit Sacra Congregatio Concilii in dicta *Senogallien. ad* 2. Et merito; *Concilium* enim *Tridentinum ſeſſ.* 24. *cap.* 12. expreſſe decrevit, quod Ca- 237 nonici munera ſibi incumbentia per ſe ipſos, & non per Subſtitutos ſubire tenentur, *Fagnan. in Cap. Cum omnes n.* 21. *& ſeqq. de Conſtit. Pignatell. conſult.* 130. *lib.* 1. *& conſultat.* 115. *n.* 6. *tom.* 9. *Rot. deciſ.* 458. *num.* 4. *in fine cor. Pamphil.* Solumque ex conſuetudine permittitur, ut ad breve 238 tempus poſſit unus alterum ejuſdem Ordinis ſubſtituere, unde cum alias Sacra Congregatio Concilii interpretata ſit ea verba *in actu exercitii*, non pro iis momentis, quibus Subcollectores Officium 239 exercent, ſed pro toto tempore deputationis, ut ex Reſolutionibus ſupra relatis *n.* 191. *& ſeqq.* abſurdum prorſus eſſet ſi poſſet Subcollector per alios inſervire.

REGULA VI.

Reſervatio Beneficiorum Curialium dum Curia transfertur.

ITem reſervavit omnia, & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica quorumcumque Curialium, quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur, eam ſequendo decedere contigerit in quovis loco, quantumcumque etiam a dicta Curia remoto. Decernens irritum &c.

ARGUMENTUM.

BEneficia Curialium, qui Romanam Curiam, quando de loco ad locum transfertur, ſequentes, in quovis loco, utcumque ab ea remoto, decedant, ſunt reſervata vigore Regulæ, cujus Auctorem Urbanum V. fuiſſe perhibetur. Enumerantur jura, quæ diverſis temporibus edita fuerunt circa reſervationem Beneficiorum in Romana Curia vacantium. Curia alio translata non cenſetur, niſi Papa ab Urbe recedens ab ea removeat Cancellariam, & Audientiam; quod ſi his inibi relictis, alio vadit, uterque locus unicam Curiam conſtituit, etiam quoad Beneficia, quæ tam in Urbe, quam in locis, in quibus Papa de die in diem moratur, vacare contigerit, tametſi extra duas dietas, & ſive in itinere, ſive in loco, unde Curia receſſit. Non afficit Regula Beneficia Curialium, qui Curiam non ſequuntur, ſed alia ex cauſa ab Urbe recedentes, extra duas dietas moriuntur; minuſque Beneficia, quæ non fuerunt a Curialibus acceptata.

SUMMARIUM.

1 *Urbanus V. Auctor Regulæ, & quid in ea diſponitur?*
2 *Concordat cum diſpoſitione Juris* in Cap. Præſenti 34. de Præben. in 6.
Et comprehendit etiam Beneficia Germaniæ n. 4.
3 *Enumerantur varia Jura circa reſervationem Beneficiorum in Romana Curia vacantium.*
5 *Regula non continetur* in Extravag. Ad regimen, *ſed eſt illius extenſiva.*
6 *Non tamen emanavit in extenſionem* Cap. Præſenti.
7 *Curiales qui dicantur? Et an tales ſint Cardinales?*
8 *Curia Romana ubi adeſſe dicitur?*
9 *Utrobique dicitur adeſſe, & ubi adeſt Papa, & ubi adeſt Audientia, & Cancellaria.*
10 *Idque declararunt Pontifices, qui ab Urbe per aliquod tempus receſſerunt.*
11 *Non dua tamen, ſed una, & eadem eſt Romana Curia exiſtens in Urbe, & in loco ubi adeſt Papa.*
12 *Papa ab Urbe recedens relicta ibi Audientia, non transfert alio Curiam, ſed eam extendit ad loca, in quibus ipſe de die in diem reperitur.*
13 *Beneficia illorum, qui Papam ſequuntur, non ſunt reſervata, ſi decedant ultra duas dietas.*
14 *Contrarium, & ita in praxi ſervatum.*
15 *Beneficia Curialium, ut ſint vigore Regulæ reſer-*

reſervata, requiritur, quod ipſi obierint ſequendo Curiam, ſecus ſi alio ſe transferentes deceſſerint ultra duas dietas.

16 *Si Curia non transfertur, ſed Curialis ab ea recedit ex aliqua cauſa, ejus Beneficia non remanent reſervata.*

17 *Curialium Beneficia ſunt reſervata, ſive deceſſerint in itinere, Curiam ſequendo, ſive in loco unde Curia receſſit, infirmitate detenti inibi moriantur.*

18 *Ex quibus conjicitur, quod Curialis Curiam ſequatur?*

19 *Beneficia Curialium non ſubjacent reſervationi Regulæ, niſi fuerint per ipſos acceptata. Et redduntur rationes.* ibid.

1 AD Urbanum V. qui Petri Cathedram aſcendit *anno* 1362. refert hanc Regulam *Burſat. conſ.* 126. *n.* 97. Et in ea reſervantur Beneficia quorumcumque Curialium ſequentium Curiam Romanam, quando transfertur de loco ad locum, ſi mori eos contigerit in quovis loco, quantumcumque etiam a dicta Curia remoto, & con-
2 cordat cum diſpoſitione Juris *in Cap. Præſenti* 34. *in fine, de Præben. in* 6.

Et pro Regulæ intelligentia notandum, diverſis temporibus diverſa jura emanaſſe circa Beneficia in Romana Curia vacantia, ut diximus *in*
3 *Commentar. in Regul. I. §. 1. a n. 23. & ſeqq.* Siquidem *Clemens IV.* Conſtitutionem edidit, quæ habetur *in cap. 2. de Præben. in* 6. per quam reſervantur omnia Beneficia vacantia apud Sedem; poſtea *Bonifacius VIII.* per novam Conſtitutionem contentam *in Capit. Præſenti* 34. *eodem tit. in* 6. extendit dictam reſervationem etiam ad loca vicina, videlicet, ad morientes intra duas Dietas a Curia Romana, ad Curiales ſecedentes in loca Curiæ vicina, & ad Curiales ſequentes Curiam, dum de loco ad locum transfertur. An autem extenſio reſervationis ad loca diſtrictualia facta fuerit per *Bonifacium VIII.* per declarationem juris antiqui in *dict. cap.* 2. contenti, ſeu potius per novi juris inductionem, & per modum fictum, examinabimus *in Comment. in Regul. VIII. §. 1. a n. 148. & ſeqq.*

Tertio ſupervenit *Extravagans Ex debito, de Elect. inter Commun.* a *Joanne XXII.* edita, quæ approbat geminas mox laudatas *Conſtitutiones*, caſque extendit ad tranſmiſſos a Curia Legatos, & Nuncios. Quarto acceſſit *Extravag. Ad regimen. de Præben. inter Comm.* qua *Benedictus XII.* illius Auctor multa declarando, extendit pariter dictam reſervationem ad Curiales peregrinationis, infirmitatis, aut ſecreationis cauſa a Curia ſecedentes, dummodo intra *duas dietas* deceſſerint. Poſtremo edita fuit hæc Regula, per quam, prout in dicto *Cap. Præſenti*, fit ampliatio ad Curiales, qui Curiam recedentem ſequuntur, & in quocumque loco obierint; cenſentur enim in Curia decedere ad effectum, ut eorum Beneficia remaneant Sedi Apoſtolicæ reſervata, *Paſſerin. in Cap. Præſenti n.* 126. *de Præben. in* 6. *Pirbing. in jus Canon. lib. 3. tit. de Præbend. n.* 334. *Barboſ. de poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat. 5. n. 128. Leuren. in For. Beneſic. quæſt. 532. Azor. inſtit. Moral. tom. 2. lib. 6. cap. 34. verſ. per Regulam V. Mandoſ. ad hanc Regul. in princip. Fragoſ. de Regimin. Reipub. Chriſtian. tom. 2. lib. 3. diſput. 9. §. 3. num. 94. Tandut. de Beneſic. part. 2. cap. 3. §. 3. n. 23. & ſeqq. Gonzal.*
4 *ad Regul. 8. gloſſ. 5. num. 83. & ſeqq.* Ejuſdemque Regulæ diſpoſitionem habere locum etiam in Beneficiis Germaniæ, teſtantur *Pirbing. loco cit. n.* 350. *verſ. Per Regul. V. & Azor. dict. cap. 34. §. Tandem.*

Atque hinc patet, verum non eſſe, quod hic ait *Sar.* Gloſſator antiquus, quod nempe Regula contineatur in *Extravag. Ad regimen*, & veniant ad extenſionem *Cap. Præſenti.* Cum imo totum contrarium dicere debuerit, quod ſcilicet ſit extenſiva *Extravag. Ad regimen*, quæ duos tantum ca- 5
ſus comprehendit, primum eorum, qui veniunt ad Curiam, vel recedunt ab ea, ſi mori contigerit intra duas Dietas; ſecundum, Curialium ad quævis loca ſecedentium, ſi pariter in locis ultra duas dietas non remotis obierint; Ac proinde dum in noſtra Regula additur caſus Curialium *ubicumque* decedentium, dummodo ſequantur Curiam, ſe transferentem de loco ad locum, utique caſus iſte in *Extravag.* minime comprehenſus, ſuperadditus fuit ad ejuſdem *Extravag.* extenſionem, prout contra *Sotum* bene concludit *Garz. de Beneſic. part. 5. cap. 1. n. 386. Fragoſ. de Regim. Reipubl. Chriſt. tom. 2. lib. 3. diſput. 9. §. 3. num. 94.* Econtra vero non poteſt Regula venire ad Extenſionem *Cap. Præſenti* 34. *de Præben. in* 6. quia in 6
Decretali præfata, poſt alias reſervationes, explicite hic idem caſus in ultima ſui parte continetur -- ibi -- *Porro cum Curia de loco ad locum transferri contingit: ſi Curiales in itinere (dum Curiam ſequuntur eamdem,) vel in loco, unde recedit ipſa Curia, forſitan remanentes infirmi, rebus eximantur humanis, præmiſſum ſtatutum (quantumcumque locus, ubi decedant ab ipſa Curia ſit remotus) ad illorum Beneficia ſe extendit.*

Licet autem *Extravagans Ad regimen* locum habeat in omnibus Perſonis quavis de cauſa ad Curiam accedentibus, tamen reſtringitur hæc Regula ad ſolos Curiales. Et qui ſint Curiales, diximus
in *Commentar. in Regul. I. §. 1.* Notatque hic *So-* 7
tus, Curialium appellatione venire etiam Cardinales, cum Regula utatur dictione quorumcumque, apta omnes comprehendere, *Mandoſ. ibidem Quæſt. 3. in fine.*

Sed dubium eſt, quando dicatur transferri Curia de loco ad locum. Et ſupponendum, quod diverſimode a Doctoribus Curia Romana accipitur.
Alii enim exiſtimant, ibi eſſe Curiam, ubi eſt Pa- 8
pa, & alii ubi eſt Cauſarum *Audientia*, & *Cancellaria*, licet non adſit Papa, ut videre eſt penes *Garc. de Beneſic. part. 5. cap. 1. n. 387. Paſſerin. in Cap. Præſenti a n. 19. de Præben. in 6. Sot. ad hanc Regul. & ibi Kochier. litt. B. Barboſ. de Epiſcop. part. 3. allegat. 57. n. 127. & ſeqq. alter Barboſ. in leg. 2. l. Legatis a n. 37. ff. de Judic. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 13. §. 1. n. 1. & ſeqq. Bonacin. tom. 3. diſput. 1. quæſt. 9. punct. 1. n. 11. pag. mihi 37. Lotter. de re Beneſic. lib. 2. quæſt. 27. a n. 27. Engel. in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. de Præben. n. 1. Pirbing. ibidem num. 334. Fragoſ. de Regimin. Reipublic. Chriſtian. tom. 2. lib. 3. diſput. 9. §. 3. n. 97. & ſeqq. Ventrigl. in Prax. tom. 2. annot. 2. §. 1. n. 3. & 4.*

Dicendum tamen, utrobique eſſe Curiam, nem-
pe, & ubi adeſt Papa, & ubi adeſt *Audientia*, & 9
Cancellaria; Nam ubi adſunt Cardinales, & Prælati pro audiendis Cauſis auctoritate Sedis Apoſtolicæ, & Litteris ejus expediendis, dicitur Curia Romana; ſimiliter Curia Romana dicitur locus, in quo Papa ab Urbe diſcedens, moratur: nomquam enim diſcedit ab ordinario loco, in quo domicilium habet, niſi ſecum ducat Miniſtros aliquos pro expediendis iis, quæ ſibi occurrere poſſunt, *Cardin. in Clementin. Auditor. in princip. de Reſcript. & in Clementin. Inter Sollicitudines; numer. 8. de Reſcript. notab. 10. Vitalin. in Clementin. Ne Romani, §. Sane num. 18. de Elect.*

Alter.

Alter. de Cenſur. tom. 1. diſput. 9. lib. 5. cap. 3. verſ.
Hac autem Curia Romana, Quaſad. ad hanc Re-
gul. in fine, Engel. in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. de
Præben. num. 11. Pirbing. ibidem ſub numer. 334.
Ventrigl. in Prax. tom. 2. annot. 2. §. 1. num. 6.
Paſſerin. in Cap. Præſenti n. 20. & ſeqq. de Præbend.
Garc. de Benefic. part. 3. cap. 1. num. 395. in fin.
& ſeqq. Barboſ. de Epiſcop. part. 3. alleg. 57. n.
128. in fine.

Et ita declaravit Pius II. ut ipſemet refert in
10 ſuis *Commentar. lib. 2. pag. mihi* 37. Nam Roma-
nis ægre ferentibus diſceſſum ejus ab Urbe, cum
vererentur, ne abeunte Pontifice, privarentur in
perpetuum Romana Curia; inter alia decrevit, ut
in Urbe, toto abſentiæ ſuæ tempore, nonnulli
Officiales, & Curiales remanerent, declarans Ro-
manam Curiam apud eos non minus, quam ſe-
cum eſſe; & rurſus *lib.* 12. *pag.* 344. Idemque oc-
caſione pariter eorum diſceſſus ab Urbe declararunt
Paulus III. ut in *Conſtit. XVI.* Clemens VII. anno
1529. & rurſus anno 1533. ut in ejus *Conſtit.*
XXIII. Bullar. veter. Clemens VIII. ut in *Con-*
ſtit. LIV. Et demum noſtris temporibus ſan. mem.
Benedictus XIII. dum per geminas vices Bene-
ventum ſe contulit, & diximus *in Commentar. in*
Regul. I. §. 1. num. 95. & ſeqq.

Non per hoc tamen erunt duæ Curiæ Roma-
næ, ſed unica tantum, & unicum Tribunal, uni-
11 tatem habens ex unica Pontificis auctoritate, quod
non multiplicatur ex materiali multitudine loco-
rum; eo prorſus modo quo non multiplicatur Diœ-
ceſis, ſi Epiſcopus plures conſtituerit Vicarios; id-
que expreſſe legitur in laudata Conſtitutione *Pauli*
III. ubi ſi contingat Papam alio proficiſci, relicta
Romæ Cancellaria, & Tribunalibus, tunc locus
ubi eſt Papa, unam, eamdemque Curiam conſtituit
cum loco, ubi remanſit Cancellaria; & utrobique
cenſetur eſſe Curia, ibi in ſuo capite, hic in ſuo
corpore; & clarius declaravit Clemens VIII. dicta
Conſtitut. LIV. -- ibi -- *tam eos, qui non ſequentur,*
quam eos, qui in dicta urbe remanſerint, unam
tantum, & non duas Curias Romanas conſtituere
&c. Nec non etiam eamdem Curiam cenſeri volu-
mus quoad Beneficia, quæ tam in dicta Urbe, &
in Civitatibus, & locis ad quæ accedemus, & in
quibus in itinere eundo, & redeundo pro tempore
moram trahemus, quam per obitum illorum, qui
Nos, & Curiam noſtram ſequentur, ſeu ad Nos,
& eamdem Curiam pro eorum negociis accedent,
& in itinere ſive eundo, ſive redeundo, diem clau-
dent extremum, quomodolibet vacabunt, neminem-
que de illis præter Nos diſponere poſſe. Et com-
muniter firmant *Barboſ. de Poteſt. Epiſcop. part. 3.*
alleg. 57. n. 128. Paſſerin. in d. Cap. Præſenti num.
22. Alter. de Cenſur. tom. 1. libr. 2. tractat. 13.
diſput. 9. cap. 3. Caſtropal. Oper. moral. tom. 2.
tract. 13. diſput. 2. punct. 27. n. 1. Fragoſ. de Re-
gim. Reipub. Chriſtian. tom. 2. lib. 3. diſput. 9. §. 3.
n. 99. in fine, Engel. in Jus Canon. lib. 3 tit. 5. de
Præben. §. 2. num. 11. Queſad. ad hanc Regul. verſ.
Dum Curia Romana, & diximus *in Commentar.*
in Regul. 1. §. 1. n. 97. & ſeq. ubi etiam, an Re-
gula comprehendat eos, qui ſunt improprie Cu-
riales, ut io *n.* 179.

Ex quo ſequitur, quod dum Papa ab Urbe re-
cedit relicta ibi Audientia, non transfert alio Cu-
12 riam Romanam, ſed eam extendit etiam ad locum,
in quo ipſe de die in diem reperitur; & ſic habe-
mus pro intelligentia noſtræ Regulæ aliud eſſe Cu-
riam extendi, aliud transferri; tunc enim transfer-
tur, cum Papa recedens ab Urbe removet exinde
Cancellariam, & Audientiam; ſed ſi Papa per ali-
quod tempus ab Urbe recedens relinquat Curiam,
& Audientiam, Curia non dicitur transferri, ſed
extendi ad loca, in quibus Papa reperitur, *Paſſe-*
rin. in d. Cap. Præſenti n. 24. Caſtropal. d. punct. 21.
n. 1. Fragoſ. ubi ſupra n. 99. Garc. de Benefic. part. 5.
cap. 1. n. 391.

Subdit tamen idem *Garc. n.* 392. quod Benefi-
cia illorum, qui Papam ſequuntur, dum alio va- 13
dit, non ſunt reſervata, ſi ultra duas Dietas dece-
dant; idemque firmant *Kocbier. hic in fine, Filliuc.*
Oper. moral. tract. 41. de Benefic. cap. 3. num. 52.
Fragoſ. de Regimin. Reipubl. Chriſtian. dict. §. 3. n.
99. Sed in hoc contrarium exiſtimat *Gonzal. ad* 14
Regul. 8. Gloſſ. 51. n. 88. ubi refert exemplum Cu-
rialium, qui ſequuti fuerunt Clementem VIII. cum
Ferrariam ſe contulit, & deceſſerunt ultra duas
Dietas, quorum Beneficia fuerunt proviſa tamquam
reſervata ratione *vacationis in Curia*; & huic Sen-
tentiæ, quæ probabilior mihi videtur, adhærent
Caſtropal. tom. 2. tractat. 13. diſput. 2. punct. 21.
n. 1. verſ. Hæc reſervatio, in fine, Pax Jordan.
tom. 2. lib. 10. tit. 1. ſub num. 14. Murg. de Benefic.
quæſt. 3. n. 304.

Oportet autem, adhoc, ut Beneficia Curialium
dicantur vigore hujus Regulæ reſervata, quod ipſi
obierint ſequendo Curiam, nam ſi Curiam non ſe- 15
quendo, ſed redeuntes ad partes, & ab ea rece-
dentes, deceſſerint ultra duas Dietas a Curia, ne-
quaquam eorum Beneficia erunt ſub hac reſervatio-
ne comprehenſa, *Sot. ad hanc Regul. Gonzal. ad*
Regul. 8. Gloſſ. 51. n. 86. & ſeqq. Fragoſ. de Regim.
Reip. Chriſt. tom. 2. lib. 3. diſput. 9. §. 3. ſub n. 94.
Caſtropal. Oper. moral. d. punct. 21. n. 1. verſ. No-
tanda ſunt.

Idemque dicendum ſi Curia non transfertur, ſed
Curialis ab ea recedit cauſa mutationis aeris, vel
animi levandi gratia, & obierit; nam illius Bene- 16
ficia, vigore hujus Regulæ reſervata non erunt,
Sot. Gonzal. & Caſtropal. mox laudati, *Mandoſ.*
hic quæſt. 3. in fine, Murg. de Benefic. quæſt. 3. n.
304. in fine, Pax Jordan. tom. 2. lib. 10. tit. 1. n. 14.
in fine, Fragoſ. dict. §. 3. n. 94. in fine.

Nihil tamen intereſſe videtur, an Curiales de-
ceſſerint in itinere, vel in loco unde Curia receſſit,
nam ſi forte ibi remanentes infirmi, obierint, eo- 17
rum Beneficia adhuc erunt reſervata, ut clare diſ-
ponitur in dict. *Cap. Præſenti de Præben. in 6.* Et
quando quis præſumatur Curiam ſequi, late exa- 18
minat hic *Mandoſ quæſt. 6. per tot.*

Requiritur etiam, ut Beneficia Curialium ſub
hac reſervatione comprehendantur, quod fuerint
per eoſdem acceptata. Tum quia Regula utitur ge- 19
nitivo *Curialium*, qui denotare ſolet dominium,
& jus in re, *leg. 2. §. 1. ff. de Religioſ. & ſumpt.*
fun. & Beneficium abſenti collatum ante ratifica-
tionem, ſeu acceptationem, non dicitur ſuum,
Cap. ſi ſibi abſenti 17. de Præben. in 6. Tum quia
Regula eſt uniformis diſpoſitioni juris in ſæpe lau-
dato *Cap. Præſenti de Præben. in 6.* ad cujus trami-
tes non cenſetur Beneficium vacare in Curia, niſi
quando moriens illud obtinebat: & Beneficium
tunc obtineri dicitur, quando illud ante mortem
ſibi collatum, quis acceptavit. Et ita per has ra-
tiones *Engel. in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. de Præben.*
n. 12. Pirbing. ibid. n. 335. §. Notandum quarto,
Mandoſ. ad hanc Reg. quæſt. fin. Kocbier. ibid. n. 10.
& diximus in *Commentar. in Reg. I. §. 5. n. 5.*

R E G U L A VII.

Reſervatio Beneficiorum Cubiculariorum, & Curſorum.

ITem reſervavit generaliter idem D. N. P. P. diſpoſitioni ſuæ omnia Beneficia Cubiculariorum, etiam honoris nuncupatorum, ac Curſorum ſuorum, declarans in prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum Conſtitutionibus, & Regulis reſervatoriis Beneficiorum Cubiculariorum, etiam Cubicularios honoris nuncupatos, etiam a die earum editionis, & publicationis intelligi, & comprehendi, ac comprehenſos fuiſſe, & eſſe. Irritumque &c. attentari decernens.

A R G U M E N T U M.

PErſonalis reſervatio ex quibus reſultet, & quis fuerit hujus Regulæ Auctor. Enumerantur plures Cubiculariorum ſpecies; & an omnium Beneficia olim ſub Regula comprehenderentur? Reſervationem Beneficiorum Cubiculariorum honoris a Paulo V. inductam, primus Regulæ inſeruit Gregorius XV. eademque reſervatio afficit Beneficia Cubiculariorum Officialium, etiam poſt dimiſſum Officium obtenta. Reſervantur inſuper per Regulam Beneficia obtenta per Curſores Papæ. Qui dicantur Curſores: de eorum Officio, ac Privilegiis; & an eorum Beneficia ſint reſervata, ſi obierint poſt ſupplicationem ſignatam, & præſentatam, ante tamen præſtitum juramentum de fideliter exercendo Officio?

S U M M A R I U M.

1 *Reſervatio perſonalis ex quibus reſultet?*

2 *Sixtus IV. Auctor præſentis Regulæ.*

3 *Cubicularii alii dicuntur extra Muros, alii ſecreti, alii Officiales creati a Leone X. alii denique honoris.*

4 *Referuntur varia DD. Sententiæ circa Quæſtionem olim controverſam, an Regula comprehenderet omnium prædictorum Cubiculariorum ſpecies?* & n. 5. uſque ad 13.

14 *Ex declaratione primo adjecta Regulæ a Gregorio XV. ſunt expreſſe reſervata Beneficia Cubiculariorum, etiam honoris.*

15 *Et ſic Beneficia quoque Cubiculariorum extra Muros, & Cubiculariorum Officialium a Leone X. creatorum.*

Et Beneficia a dictis Cubiculariis Officialibus etiam poſt dimiſſum Officium obtenta, ſunt reſervata. n. 22.

16 *Ante ſupradictam declarationem Gregorii XV. Beneficia Cubiculariorum honoris jam erant reſervata vigore Conſtitutionis Pauli V.*

17 *Refertur per extenſum dicta Conſtitutio Paulina.*

18 *Declaratio; quod Beneficia Cubiculariorum honoris ſint comprehenſa ſub Regulis reſervatoriis Pontificum prædeceſſorum, etiam a die earum publicationis, adjecta primo Regulæ fuit a Gregorio XV.*

19 *Et deſumta extitit a præfata Conſtitutione Pauli V.*

20 *Beneficia Cubiculariorum honoris ſunt vigore Regulæ reſervata, quamvis facta non fuerit per ipſos Brevium expeditio.*

21 *Dummodo per Teſtes, aut aliunde conſtet revera fuiſſe Cubicularios honoris.*

23 *Regula reſervat Pontificis diſpoſitioni Beneficia Curſorum ſuorum.*

24 *Qui dicantur Curſores Papæ: de eorum Officio, & Privilegiis; & in quo differant a Mandatariis?* & n. 25. & ſeqq.

29 *Beneficia Curſorum, qui deceſſerunt poſt ſignatam, & præſentatam ſupplicationem, ſed ante præſtitum juramentum de Officio fideliter exercendo, an ſint vigore Regulæ reſervata?*

30 *Officialis, qui juramentum præſtare tenetur, ex ſola creatione, ante illud præſtitum, eſt verus Officialis.*

31 *Beneficia Protonotariorum ſunt reſervata ſtatim ac Protonotarii creantur, etſi Juramentum non præſtiterint.*

Idem quoad Beneficia Subcollectorum.

32 *Beneficia, ad quæ Cubicularii, & Curſores nullum jus habent, ſint tamen per eos detenta, an ſubjaceant reſervationi Regulæ? Remiſſive.*

PErſonalis reſervatio ex triplici qualitate reſul- 1
tat, nempe ex *familiaritate*, pro qua eſt Regula IV. *ex adminiſtratione cum juriſdictione*, pro qua eſt Regula V. *de Collectoribus, & Subcollectoribus*; & *ex nudo Officio* vacuo ab omni Dignitate, adminiſtratione, & Juriſdictione, ut eſt *Cubiculariatus*, & *Curſoratus*, pro quibus facta eſt hæc Regula VII. *Lotter. de re Beneficiar. lib. 2. quæſt. 32. numer. 3. & 162.* & diximus in
Commentar. in Rubric. Regula I. §. 2. Ejuſdemque 2
Auctorem fuiſſe Sixtum IV. tradunt *Murg. de Benefic. quæſt. 3. n. 307. in fine*, *Pax Jordan. tom. 2. lib. 10. tit. 1. n. 17. in fine.*

Cubiculariorum plures ſunt ſpecies; Alii enim
dicuntur *extra Muros*, alii *Secreti*, alii *Officiales* 3
creati a Leone X. & alii demum *Cubicularii honoris*. Antiquitus autem, & ante tempora Gregorii XV. qui Regulam in hanc ampliorem, quæ modo legitur formam, redegit, ardua fuit Quæſtio,

ſlio, de quibus Cubiculariis Regula intelligenda
eſſet. In qua Doctores nimium ſe involviſſe vi-
4 dentur. Nam ſi loquamur de *Cubiculariis*, qui
vocantur *extra Muros*, illos ſub Regula compre-
henſos eſſe, tradunt *Sot. hic in princ. Mandoſ. qu.*
1. *Azor. Inſtit. mor. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 34. *verſ.*
Per ſextam Regulam. Contrariam vero ſequuntur
5 opinionem *Kochier. hic in princip. Filliuc. Oper.*
moral. tract. 41. *cap.* 3. *n.* 53. *Rot. deciſ.* 2. *de præ-
bat. cor. Mohedan. deciſ.* 33. *de Præben. cor. Puteo,
& in Seguntina Archidiaconatus* penes *Garc. de
Beneſic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 332. quæ eſt *deciſ.* 43.
par. 1. *Recent.*

Si de *Cubiculariis Secretis*; eos non eſſe com-
6 prehenſos ſub hac Regula, nam id eſſet ſuper-
fluum, cum tamquam Familiares, & continui
Commenſales Papæ comprehendantur ſub Regula
IV. firmant *Garc. de Beneſ. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 39.
Mandoſ. ad hanc Regul. quæſt. 1. *Azor. Inſtit. mo-
ral. dict. quæſt.* 19. *verſ. per ſextam Regulam*, *Fil-
liuc. dict. cap.* 3. *n.* 53. *Lotter. de re Beneficiar.
lib.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 162. Econtra vero illos eſſe
comprehenſos, cenſent *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.*
7 51. *num.* 91. *& ſeqq. Rot. in dict. Seguntina* penes
Garc. dict. cap. 1. *n.* 322. *circa finem*, *Queſad. hic
verſ. Beneficia*, ubi, quod Regula intelligenda eſt
de *Cubiculariis Secretis* tantum. Et ad argumentum
ſuperfluitatis reſpondent, non eſſe inconveniens,
quod ratione majoris Dignitatis, quam habent iſti
Cubicularii Secreti, fieret particularis reſervatio
ſuorum Beneficiorum, *Mandoſ. hic. qu.* 1. *circa
finem*, ubi quod Regula clarius, & magis ſpecifi-
ce diſponit, *Pax Jordan. tom.* 2. *libr.* 10. *titul.* 1.
num. 16. *Cobell. notit. Cardinal. cap.* 29. *ſub §. Et
duo eſſe*, *pag.* 228.

Quod attinet ad *Cubicularios Officiales*, quorum
8 Collegium erexit *anno* 1515. Leo X. ut in ſua
Conſtit. XIV. Bullar. veter. Sixti V. & quam ere-
ctionem carpit *Panvinius in vita ejuſdem Leonis*,
eos non eſſe ſub Regula comprehenſos, cenſent
Mandoſ. hic quæſt. 1. *& Queſad. verſ. Beneſic.* ea
ratione, quod Regula iſta edita fuit, ut dictum
9 eſt, a Sixto IV. & ſic comprehendere non poterat
Cubicularios Officiales, adhuc tunc non exiſtentes,
ſed longe poſt a Leone X. creatos. Idemque tra-
dit *Lotter. de re Beneſic. dict. quæſt.* 32. *n.* 162. ubi
10 quod Regula extenſa fuit ad dictos *Cubicularios
Officiales* Per Conſtitutionem Pauli III.

Contra vero Regulam hos *Cubicularios Officia-
11 les* comprehendere, imo in illis ſolum locum ha-
bere, & cæteros excludere, firmant *Kochier. ad
hanc Regul. a num.* 4. *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.*
51. *a n.* 91. *Filliuc. dict. cap.* 3. *n.* 53. *Pax Jordan.
tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 1. *n.* 15. *Garc. de Beneſ. part.* 5.
cap. 1. *n.* 39. *Rota in dicta Seguntina* penes eum-
dem *n.* 322. *& dec.* 846. *num.* 22. *&* 23. *cor. Coc-
cin.* & ante tempora Gregorii XV. admittit *Ca-
ſtropal. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 2.
punct. 21. *n.* 2.

Et demum quoad *Cubicularios honoris*, non
12 fuiſſe illos ſub hac Regula comprehenſos, exiſti-
mant mox laudati *Doctores*, qui Regulam reſtrin-
gendo ad Collegium *Cubiculariorum* creatorum a
Leone X. omnes alios, & in ſpecie iſtos *Cubicu-
larios honoris*, excludunt: & *Garcias* loco mox
citato, quem ſequitur *Kochier.* nonnulla exempla
adducit *Murg. de Beneſic. quæſt.* 3. *num.* 307. *Pax
Jordan. dict. tit.* 1. *n.* 17. *Rubeus in ſingular. tom.* 1.
par. 1. *circa dec.* 1251. *pag.* 114. *colum.* 2. & fuit
reſolutum per *Rot. in dicta Seguntina*, *& cor. Coc-
cin deciſ.* 846. *& cor. Mohedan. dec.* 90. *n.* 10. *de Probat.*

Verum quod Regula *Cubicularios* etiam *hono-
ris* afficeret, aiunt *Sot. Gloſſat. antiquus hic n.* 2. 13
Lotter. dict. lib. 2. *quæſt.* 32. *n.* 162. *& ſeqq.* ubi
quod hic erat verus intellectus Regulæ, quæ ve-
rificari non poterat in aliis. Et recedendo a deciſis,
late firmavit *Rot. cor. Coccin. deciſ.* 1059. *a n.* 34.
ubi reſpondet omnibus contrariis, ſubdens, quod
in dicta *Seguntina* non fuerat articulus adamuſſim
diſcuſſus, & *deciſ.* 1060. *per tot.*

Ad tollendas igitur hujuſmodi difficultates, &
DD. controverſiam, a temporibus Gregorii XV.
additum fuit Regulæ -- *Cubiculariorum etiam ho-* 14
noris nuncupatorum; Per quæ verba antiquorum
diſputatio ſublata eſt, ut advertunt *Lotter. dict.
quæſt.* 32. *n.* 164. *Clericat. de Beneficiis Diſcurſ.*
56. *n.* 11. *Queſad. ad hanc Regul. verſic. etiam
honoris*, *Caſtropal. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 21.
num. 2. ubi, quod non ſolum comprehenduntur
modo ſub Regula *Cubicularii* creati a Leone X. 15
ſed etiam illi *honoris*, & *extra Muros*, *Cobell. in
Notit. Cardinal. cap.* 29. *§. Et duo eſſe genera pag.*
228. *Ventrigl. in prax. tom.* 2. *annot. §.* 2. *num.*
63. Rite tamen advertit *Queſada* mox laudatus,
quod hæc declaratio adjecta ſolum fuit Regulæ a
Gregorio XV. non tamen de novo facta, quia
Beneficia *Cubiculariorum honoris* jam erant reſer- 16
vata vigore Conſtitutionis Motu proprio editæ a
Paulo V. die 10. *Februarii anno* 1618. *ab Incar-
natione.* Quam Conſtitutionem in Bullario non
impreſſam, hic adnectimus.

,, SANCTISSIMUS in Chriſto Pater, & Do-
,, minus Noſter Paulus Divina Providentia Pa- 17
,, pa V. qui in craſtinum aſſumptionis ſuæ ad ſum-
,, mi Apoſtolatus apicem veſtigiis fel. record. Be-
,, nedicti XII. Sixti IV. & aliorum Romanorum
,, Pontificum Prædeceſſorum ſuorum inhærendo,
,, quæcumque Beneficia, quæ ſui exiſtentes Fa-
,, miliares continui Commenſales obtinebant, &
,, impoſterum, eorum familiaritate durante, ob-
,, tinebunt, ac in quibus, ſeu ad quæ jus eis
,, competebat, aut competierit, necnon omnia
,, Beneficia Cubiculariorum ſuorum, diſpoſitioni
,, ſuæ generaliter reſervavit: & cui innotuit,
,, quod a nonnullis aſſerebatur in eiſdem ſuis, ac
,, Prædeceſſorum ſuorum Conſtitutionibus, & Re-
,, gulis reſervatoriis, Beneficia Cubiculariorum
,, honoris nuncupatorum minime comprehendi.
,, Volens hujuſmodi ambiguitatem ſubmovere, ac
,, conſiderans etiam Cubicularios honoris nuncupa-
,, tos in Litteris Apoſtolicis, quæ in forma Brevis
,, ſuper eorum, vel alicujus eorum receptione ex-
,, pediri ſolent, in Cubicularios, ac Familiares
,, continuos Commenſales Romanorum Pontifi-
,, cum recipi, aliorumque Cubiculariorum, &
,, Familiarium continuorum Commenſalium nume-
,, ro, & conſortio favorabiliter aggregari. Ejus
,, Motu proprio, certaque ſcientia, ac de Apoſto-
,, licæ poteſtatis plenitudine, ſuas, & Prædeceſ-
,, ſorum ſuorum Conſtitutiones, & Regulas etiam
,, de Cubiculariis prædictis honoris nuncupatis,
,, intelligi: eorumdemque Cubiculariorum hono-
,, ris nuncupatorum Beneficia ſub prædictarum
,, Conſtitutionum, & Regularum, ac cujuslibet
,, earum reſervatione, etiam a die editionis, &
,, publicationis ipſarum ſingularum Conſtitutio-
,, num, ſeu Regularum comprehendi, compre-
,, henſaque fuiſſe, & eſſe; ipſoſque ſuos, & dicto-
,, rum Prædeceſſorum, ac pro tempore exiſtentis
,, Romani Pontificis Cubicularios honoris nuncu-
,, patos, vere, & non ficte Cubicularios, ac fami-
,, liares continuos Commenſales fuiſſe, hac ſua per-
,, petua Conſtitutione declaravit. Decernens ſic per
,, quoſcunque Judices, etiam Cauſarum Palatii

,, Apoſto-

„ Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales,
„ dictæque Sedis Legatos, & Nuncios &c. ſub-
„ lata &c. judicari, & definiri debere; irritum-
„ que &c.
„ Placet Motu proprio, publicetur, & deſcri-
„ batur. C.
„ Lecta, & publicata fuit ſupradicta Conſtitu-
„ tio Romæ in Cancellaria Apoſtolica anno Incar-
„ nationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo de-
„ cimo octavo, die vero Sabathi 10. Februarii,
„ Pontificatus Sanctiſſimi D. N. Pauli Divina
„ Providentia Papæ V. anno decimo tertio.

Ampliatur hæc Regula, ut reſpiciat etiam præ-
18 terita; Declarat enim in Regulis reſervatoriis ſuo-
rum Prædeceſſorum comprehendi Beneficia *Cubi-
culariorum honoris*, etiam a die earum editionis,
quæ extenſio, & declaratio non reperitur in Re-
19 gulis antiquis, ſed per Gregorium XV. fuit de-
ſumta ex dicta Conſtitutione Pauli V. ut hic ad-
vertit *Quaſad. verſ. Declarans*, *Rot. deciſ.* 154.
n. 1. *& ſeqq. cor. Durano.*

Inſuper procedit etiam quoad illos *Cubicularios
honoris*, qui Brevia non expediverunt, cum illo-
20 rum expeditio non ſit de eſſentia, ut quis *Cubicu-
larius* efficiatur, ſed tantum deſerviat ad proba-
21 tionem; unde ſi per Teſtes, vel alias juſtificatio-
nes probetur, quem fuiſſe *Cubicularium honoris*,
intrabit reſervatio, cum præſumatur receptus juxta
ſolitum aliorum, niſi ſtylus in contrarium probe-
tur, *Rot. deciſ.* 1059. *num.* 48. *& ſeqq. cor. Cocci-
22 no.* Et reſpectu *Cubiculariorum Officialium*, eo-
rum Beneficia ſunt reſervata, etiamſi obtenta
poſt dimiſſum Officium, quia remanent adhuc
Protonotarii, ut diximus in *Commentar. in Regul.*
1. §. 4.

Ultra *Cubiculariorum* Beneficia, reſervat etiam
23 hæc Regula Beneficia *Curſorum ſuorum.* Cum
enim dubitari poſſet, an hi *Curſores* tanquam Of-
ficiales, eſſent etiam Familiares continui Com-
menſales, comprehenſi proinde ſub Regula IV.
ideo ad dubietatem hanc eliminandam placuit Pon-
tificibus eos ſub hac Regula exprimere, ut ad-
vertit *Filliuc. Oper. moral. tract.* 41. *de Benefic. cap.*
24 3. *n.* 54. *Curſores* enim Papæ dicuntur qui habent
in Urbe Collegium, ſeu Tribunal, quod vulgo
Bancum Curſorum appellatur, quorum principale
munus eſt intimare Cappellas, & Conſiſtoria Pa-
pæ; & dicuntur Curſores ad differentiam *Manda* 25
tariorum aliorum Tribunalium, ut in Conſtit. Pau-
li V. de *Reformatione Tribunalium Urbis in ordine
la* 71. §. 21. ubi agitur de Officio *Curſorum*, &
Mandatariorum, *Mandoſ. ad hanc Regul. quæſt.* 2.
n. 1. *Kochier. ibidem litt. C. Queſad. ad eandem
pariter Regul. verſ. Curſorum ſuorum*, *Leuren. in
for. Beneficial. tom.* 2. *quæſt.* 550. *n.* 3. *Barboſ. de
Epiſcop. part.* 2. *allegat.* 57. *num.* 131. *& de jur. Ec-
cleſ. univerſ. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 66. *&* 67. *Filliuc.
dict. cap.* 3. *n.* 54. ubi quod habent multa privile- 26
gia, & in ſpecie, *væ homini illi*, *qui Curſorem
verberat*, *aut injuriam ei infert*, *Caſtropal. Oper.
moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 21. *n.* 2.
in fine. Et generaliter de Curſorum Officio, *Car-* 27
dinal. de Luc. in Relat. Curiæ diſc. 40. *n.* 10. &
clarius *tit. de Judic. in ſupplement. n.* 37. *& plurib.
ſeqq.* ubi de differentia inter *Curſores*, & *Manda* 28
tarios, & de quæſtione inter ipſos diſputata circa
exequutiones Citationum.

An autem ſit locus Regulæ, ſi Curſor obierit
poſt ſupplicationem Curſoratus ſignatam, & præ- 29
ſentatam, ante tamen præſtitum juramentum de
fideliter exercendo Officio, diſputat hinc inde
Mandoſ. ad hanc Regul. quæſt. 4. ubi concludit, quod
opinio negativa ſat rationis habet; ſed quod con-
trarium obtineretur, quia etiam ante juramentum
præſtitum, iſte dicitur Curſor, cum quilibet Offi-
cialis, qui juramentum præſtare tenetur, ex ſola
creatione, etiam antequam illud præſtet, ſit verus 30
Officialis; exemplo tum Protonotarii Apoſtolici,
tum Subcollectoris, quorum Beneficia ſunt reſer- 31
vata ſtatim ac deputantur, etiam ante præſtitum
juramentum, ut de *Protonotario* diximus in *Com-
mentar. in Regul.* I. §. 4. & *de Subcollectore in Com-
mentar. in Regul. V.* cum aliis rationibus, quas ad-
ducit dicta *quæſt.* 4. Et in *quæſt.* 5. alium diſputat
articulum, an ſcilicet cenſeantur reſervata Benefi 32
cia, in quibus nullum jus, ſed ſolum poſſeſſionem
Cubicularii, ſeu Curſores habebant; & illam ſub
certis diſtinctionibus reſolvit.

REGU-

REGULA VIII.

Reſervatio Beneficiorum Eccleſiarum S. Joannis Lateranenſis, & S. Petri, ac Beatæ Mariæ Majoris de Urbe, & Beneficiorum Titulorum Cardinalium a Curia abſentium.

ITem reſervavit diſpoſitioni ſuæ generaliter quoſcumque Canonicatus, & Præbendas, ac Dignitates, Perſonatus, & Officia in S. Joannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum, ac Beatæ Mariæ Majoris de Urbe Eccleſiis, necnon ad collationem, proviſionem, & præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem S. R. E. Cardinalium a Romana Curia abſentium ratione ſuorum Epiſcopatuum Cardinalatus, ac ipſorum Cardinalium titulorum, & Diaconiarium ſpectantia, quandiu abſentia hujuſmodi duraverit, Canonicatus, & Præbendas, Dignitates, Perſonatus, Adminiſtrationes, & Officia, cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura vacantia, ac in antea vacatura, tam in eadem Urbe, quam in Eccleſiis, Civitatibus, ac Diœceſibus dictorum Epiſcopatuum conſiſtentia, ac decrevit irritum &c.

§. I.

De reſervatione Beneficiorum Eccleſiarum S. Joannis Lateranenſis, S. Petri, & S. Mariæ Majoris Urbis, necnon Beneficiorum Titulorum Cardinalium a Romana Curia abſentium.

ARGUMENTUM.

IN prima ſui parte agnoſcit Regula in Auctorem Martinum V. & in ſecunda Nicolaum V. Reſervat in prima parte Canonicatus, Præbendas, Perſonatus, & Officia trium Baſilicarum Urbis; quæ reſervatio eſt realis, & inducta ob prærogativam, & excellentiam ipſarum Eccleſiarum; nec fuit ſuperflua, ex quo Beneficia Urbis ſpectant ad Papam tanquam Ordinarium, & Epiſcopum Urbis Romæ; non comprehendit tamen Regula Beneficia inferiora dictarum Baſilicarum, quæ ex Indultis Apoſtolicis ſpectant ad ſimultaneam proviſionem Cardinalium Archipresbyterorum, & Capitulorum; & quomodo inter illos ſit diviſa conferendi facultas. Quid Regula diſponat in ſecunda ſui parte? Facultas conferendi Beneficia in Eccleſiis Titulorum, & Epiſcopatibus Suburbicariis non aliter competit Cardinalibus, quam ſi fuerint præſentes in Curia, & Beneficia præfata ad alterius Cardinalis collationem non pertineant. Reſervatio contenta in ſecunda parte Regulæ dicitur ratione temporis, & aſſignatur ratio, ob quam introducta fuit. Afficit ſolum Beneficia vacantia in ſex Epiſcopatibus Cardinalitiis, non autem in aliis, quibus Cardinales accidentaliter præſunt; quemadmodum non comprehendit Beneficia ſpectantia ad collationem Cardinalium Archipresbyterorum trium Baſilicarum Urbis, ſi eos a Romana Curia abeſſe contingat. Examinatur celeberrima Quæſtio, an Cardinales abſentes a Curia ex legitima cauſa, præſertim ob reſidentiam penes Eccleſias Cathedrales ſibi commiſſas, ſubjaceant diſpoſitioni Regulæ, & reſolvitur affirmative, inſpecto præſertim tenore modernorum Indultorum eorumdem Cardinalium, quorum formula immutata fuit a ſan. mem. Innocentio XI. Locum quoque ſibi vindicat reſervatio Regulæ, etiam ſi Cardinales morentur intra Diſtrictum Urbis, vel intra duas Dietas. Hac occaſione late examinatur, an Diſtrictus Urbis, vel loca exiſtentia intra duas Dietas, veniant appellatione Curæ Romanæ? ad ornatum *Text. in Cap. Præſenti, de Præbend. in 6.*

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Cancellariæ Regulæ antiquiores non reperiuntur illis Joannis XXIII. & Martini V.*

2 *Auctor primæ partis hujus Regulæ fuit Martinus V. & ſecundæ Nicolaus V.* & n. 3.

4 *Regula in prima parte reſervat Canonicatus, Præbendas, Dignitates, Perſonatus, & Officia in tribus majoribus Urbis Baſilicis exiſtentia.*

5 *Reſervatio hujuſmodi eſt realis.*

6 *Redditur ratio ob quam introducta fuit.*

7 *Beneficia Urbis ſpectant ad collationem Pontificis, uti Ordinarii, & Epiſcopi Urbis Romæ.*

8 *Et ob id reſervatio Regulæ inducta fuit ad majorem cautelam, ne Baſilicarum Archipresbyteri in dictorum Beneficiorum collatione ſe ingerere poſſent.*

Contrarium, quod reſervatio Regulæ fuerit neceſſaria, & de ratione n. 10.

9 *Antiquitus Eccleſiæ Patriarchales Urbis regebantur per ipſummet Pontificem.*

11 *Modo commendantur Cardinalibus Archipreſbyteris.*

13 *Regula non comprehendit Beneficia inferiora exiſtentia in dictis Baſilicis, quorum collatio ex Privilegiis Apoſtolicis ſpectat ad Archipresbyteros, & Capitula.*

14 *Secluſis Privilegiis, etiam Beneficia præfata comprehenderentur ſub reſervatione Regulæ.*

15 *Cappellaniæ fundatæ in Baſilica Vaticana a Gregorio XIII. ſpectant ad Pontificis collationem.*

16 *Beneficiorum inferiorum collatio in dicta Baſilica eſt per alternas Hebdomadas diviſa inter Cardinalem Archipresbyterum, & Capitulum.*

17 *Et hujuſmodi diviſio non ſolum percutit exercitium, ſed etiam ſubſtantiam, & proprietatem juris conferendi.*

18 *Hinc impedito Capitulo in ſua Hebdomada conferre, ex quo Beneficium ſit reſervatum, collatio ſpectat ad Papam, non ad Cardinalem Archipresbyterum.*

19 *Quemadmodum Archipresbyteratu vacante, ad Papæ collationem pertinet proviſio Beneficii, quod alias Archipresbyteratu pleno, eſſet de collatione Archipresbyteri.*

20 *Hebdomada in Baſilica Vaticana pro regulanda Beneficiorum collatione, incipit a Veſperis Sabbathi, & deſinit in Veſperis alterius Sabbathi.*

21 *In Baſilica Lateranenſi antiquitus Archipreſbyter Beneficia intra Eccleſiam, Capitulum extra Eccleſiam exiſtentia, conferebat.*

22 *Ex Conſtitutione ſan. memor. Innocentii XII. Beneficiorum collatio in dicta Baſilica eſt ſimultanea inter Archipresbyterum, & Capitulum, diviſo ſolum inter eos ejuſdem ſimultaneæ exercitio per hebdomadas.*

23 *Unde Capitulo impedito in ſua hebdomada conferre, collatio per jus non decreſcendi ſpectat ad Archipresbyterum gaudentem Indulto conferendi Beneficia reſervata.*

24 *Beneficiorum collatio in Baſilica Sanctæ Mariæ Majoris in duabus hebdomadis ſpectat ad Archipresbyterum, & in una ad Capitulum.*

An ſit inter eos diviſa proprietas conferendi, vel ſolum exercitium. Remiſſive n. 26.

25 *Hebdomada in dicta Baſilica pro regulanda collatione Beneficiorum, incipit a media nocte Sabbathi, & terminatur ad mediam noctem alterius Sabbathi.*

27 *Beneficia ad collationem Cardinalium ſpectantia ratione ſuorum Epiſcopatuum Cardinalitiorum, aut Titulorum, ſunt in eorum abſentia a Romana Curia reſervata vigore ſecundæ partis Regulæ.*

Sed hæc non eſt reſervatio proprie dicta, & quare? ibid.

28 *Cardinales Titulares gaudent in Eccleſiis ſuorum Titulorum juriſdictione Epiſcopali, ſeu quaſi.*

Et de origine hujuſmodi juriſdictionis. ibidem remiſſive.

29 *Poſſunt conferre Beneficia etiam curata in eiſdem Eccleſiis Titulorum exiſtentia.* & numer. 55.

30 *Limita primo, ſi alter Cardinalis ſit in quaſi poſſeſſione conferendi eadem Beneficia, etiam per unicum actum; & dantur exempla.* numer. 31.

32 *Limita ſecundo, quando Titularis eſt abſens a Curia, nam tunc Beneficia ſunt reſervata vigore Regulæ.*

33 *Hujuſmodi reſervatio dicitur ratione temporis.*

34 *Et aſſignatur illius ratio.* & n. 50.

35 *Cardinales de jure communi tenentur in Curia reſidere, & Pontifici aſſiſtere.*

36 *Regula reſervans Beneficia vacantia in ſex Epiſcopatibus Cardinalitiis, tempore abſentiæ Cardinalium a Curia, non comprehendit Beneficia aliarum Eccleſiarum, quibus iidem Cardinales ex conceſſione Apoſtolica præſunt, ſi ab iiſdem abeſſe contigerit.* & n. 54. 84. & 109.

37 *Nec Beneficia inferiora trium Eccleſiarum Patriarchalium Urbis ſpectantia ad collationem Cardinalium Archipresbyterorum, ſi a Curia ſint abſentes.*

Reprobatur Cohellius *contrarium exiſtimans.* n. 43.

38 *Cardinales Archipresbyteri non ſiunt Titulares Eccleſiarum Patriarchalium.*

39 *Nec inter Titulos Cardinalitios Eccleſiæ præfatæ numerantur.* n. 39.

40 *Et conferunt Beneficia inferiora in eis exiſtentia, vel tamquam Commendatarii ad vitam, vel potius ex Privilegio.* & n. 41.

42 *Conſiderantur in dictis Eccleſiis non tamquam Prælati Ordinarii, ſed uti primæ Dignitates, ſeu caput, aut pars principalis corporis Capituli.*

43 *De celebri quæſtione, an Cardinales abſentes a Curia ob legitimam cauſam, & ſpecialiter ob reſidentiam apud Cathedrales Eccleſias ſibi commiſſas, conferre valeant Beneficia in ſuis Titulis vacantia?*

44 *In Regula VIII. edita ab Alexandro VII. exceptus fuit caſus abſentiæ Cardinalium ob ſervitium Sedis Apoſtolicæ cum licentia Papæ, vel ſi apud eorum Eccleſias reſiderent.*

45 *Et hæc exceptio facta fuit in exequutionem Cap. XII. inter ſtabilita in Conclavi.*

46 *Exponuntur rationes, ob quas Datariæ Miniſtri contendebant, exceptionem præfatam expungendam eſſe a Regula, tamquam illius juribus valde præjudicialem.*

47 *Cardinales ex Conſtitutione Leonis X. tenentur reſidere in Curia, ſub pœna privationis fructuum Beneficiorum, niſi abſint ratione Officii*

Officii a S. Sede eis injunctis, vel de Pontificis mandato, aut licentia.

48 Alternativa non gaudent Epiſcopi abſentes pro ſervitio Sanctiſſimæ Inquiſitionis, aut ex cauſa Nunciaturæ, minuſque expulſi per Hoſtes a propriis Diœceſibus. & num. 60. 11. & 111.

49 Cardinalis abſens a Curia occaſione Legationis, aut alias de licentia Papæ, nullatenus gaudet Privilegio conſenſus in proviſione Beneficiorum vacantium per obitum ſuorum familiarium.

50 Jus conferendi Beneficia in propriis Titulis vacantia conceſſum fuit Cardinalibus, ut allicerentur ad reſidendum in Curia. & numer. 34.

51 Refertur per extenſum Decretum Alexandri VII. quo mandavit a Regula deleri verba illa -- non tamen ob ſervitium Sedis Apoſtolicæ, & cum licentia Sanctitatis Suæ, vel apud eorum Eccleſias reſidentes --

52 Verba præfata non amplius hucuſque a Pontificibus Succeſſoribus Regulæ adjecta fuerunt.

53 Quæſtio, de qua ſupra num. 43. primo formiter diſputata fuit anno 1680. in Congregatione particulari, & quomodo reſoluta?

54 Iterum revocata ad examen anno 1702. Et de reſolutione Congregationis particularis n. 127.

57 Cardinales Epiſcopi Suburbicarii dicuntur Pontificis Collaterales, & ſucceſſerunt in locum Hebdomadariorum, qui ſingulis hebdomadis munia Pontificalia alternatim exercebant in Eccleſiis Patriarchalibus Urbis.

58 Regula etiam ſi comprehenderet Cardinales Epiſcopos extraordinarios, intelligi debet de eorum abſentia ſine licentia Papæ, & abſque legitima cauſa.

59 Abſentia ob reſidentiam in propria Eccleſia de partibus, eſt legitima, & neceſſaria, a Concilio Tridentino, & Apoſtolicis Conſtitutionibus demandata.

60 Regula non excludit præſentiam fictam a jure inductam, quoties quis abeſt ex juſta cauſa.

61 Regula XXXII. circa conſenſum a Cardinalibus præſentibus in Curia præſtandum in proviſione Beneficiorum vacantium per obitum ſuorum familiarium, requirit præſentiam veram, & realem, excludendo fictam.

62 Eamdem realem præſentiam Epiſcoporum in propria Diœceſi requirit Regula IX. ut ipſi gaudere poſſint Alternativa. & num. 8.
Et antequam in dicta Regula adderentur verba illa -- verè, & perſonaliter &c. Epiſcopi ex juſta cauſa a Diœceſi abſentes, Alternativa fruebantur. ibidem.

63 Ex diſcretivo loquendi modo diverſa diſponentis voluntas deprehenditur.

64 Cardinales ante Concilium Tridentinum, ut plurimum nec apud eorum Eccleſias, nec in Curia reſidebant.

65 Ob demandatam a Concilio Tridentino Cardinalium reſidentiam apud eorum Eccleſias, ceſſat ratio Regulæ, quæ eos allicere voluit ad reſidentiam in Curia.

66 Ceſſante ratione Regulæ reſervationem aliquam inducentis, ceſſare debet & ipſa reſervatio.

67 Leges ad hoc non ſunt editæ, ut impoſſibilia præcipiant.

68 Cardinales Epiſcopi obſequentes Apoſtolicis Conſtitutionibus, quoad reſidentiam penes eorum Eccleſias, ſubire non debent pœnam privationis juris ſibi competentis & numer. 130.

69 Pœnam non meretur, qui præceptum legis ad-

implet; nec intrat pœna, ubi culpa non præcedit.

70 Decretum Alexandri VII. de quo ſupra n. 51. non fecit deteriorem conditionem Cardinalium abſentium ex dicta cauſa reſidentiæ, ſed ſolum Regulam priſtinæ formæ reſtituit.

71 Et emanavit, ne prætextu additionis antecedenter factæ in Regula, Cardinales Epiſcopi Suburbicarii ſe exemtos prætenderent a reſidentia in Curia.

72 Reſervatio Regulæ ceſſat, ſi Cardinalis ad Curiam revertatur, antequam Beneficium, quod tempore ſuæ abſentiæ vacaverat, a Papa conferatur.
Et redditur ratio ibidem.

73 Regula, quod Beneficium ſemel reſervatum, ſemper remanet tale, etiam ceſſante cauſa reſervationis, procedit, quando reſervatio eſt perpetua, ſecus quando eſt temporalis.

74 Cardinalis tempore obitus familiaris a Curia abſens, admittitur ad præſtandum conſenſum vigore Regulæ XXXII. ſi tempore proviſionis Beneficii ſit in Curia præſens.

75 Regulæ VIII. diſpoſitio circa præſentiam Cardinalium non eſt adeo ſtricta, & ſingularis prout diſpoſitio Regulæ XXXII.

76 Cardinales gaudent Indulto conferendi Beneficia in eorum abſentia a Curia vacantia, quando de licentia Pontificis abſunt, & numer. 120.

77 Eorumque vigore conferre poſſunt Beneficia in eorum Titulis, durante dicta abſentia, vacantia.

78 Indulta præfata non ſunt revocata per ſubſequentes Regulas Cancellariæ, Beneficiorum reſervatorias.

79 Regula XV. revocans facultates conferendi Beneficia reſervata, quibuſvis Perſonis conceſſas, excipit expreſſe Cardinales.

80 Indulta Cardinalium conferendi Beneficia in eorum abſentia vacantia, non reddunt ſuperfluam reſervationem Regulæ VIII. Et quare?

81 Recenſentur exempla nonnullorum Cardinalium, qui dictum Indultum non obtinuerunt.

82 De obſervantia circa collationes expletas a Cardinalibus de Beneficiis, quæ ipſis abſentibus a Curia, vel ex licentia Pontificis, vel ob reſidentiam apud Eccleſias ſibi commiſſas, in eorum Titulis vacarunt.

85 Regula reſervat Beneficia in Eccleſiis Suburbicariis, ac in Titulis, & Diaconiis Cardinalium exiſtentia, etiam ſi illi abſint a Curia de licentia Papæ, & ex cauſa neceſſaria.

86 Regula emanavit, ut facilius Cardinales allicerentur ad reſidendum in Curia. & nu. 34.

87 Et pro illius excluſione requiritur præſentia vera, & non ficta.

88 Abſentes ex cauſa quantumvis juſta, & neceſſaria, non dicuntur præſentes, niſi impropriè, & per fictionem.

89 Ponderatur Decretum Alexandri VII. de quo ſupra num. 51. pro neceſſitate præſentiæ veræ, & realis Cardinalium in Curia, ut evitari poſſit diſpoſitio Regulæ VIII.

90 Additio facta Regulæ per Alexandrum VII. fuiſſet ſuperflua, ſi Beneficia Titulorum Cardinalium abſentium ex cauſa reſidentiæ apud ſuas Eccleſias, non fuiſſent prius reſervata.

91 Præfatæ additionis cancellatio oſtendit, Pontificem voluiſſe impoſterum dictos Cardinales ſub Regula iterum comprehendere. Et redduntur rationes. num. 92. & 93.

94 Decretum Alexandri VII. de quo num. 51. intelligi

telligi non poteſt de ſex Cardinalibus obtinentibus Epiſcopatus Suburbicarios.

Et redditur ratio num. 95.

96 Argumentum a fortiori in jure validum reputatur.

97 Cardinales abſentes ex cauſa Legationis, vel reſidentiæ apud Eccleſias ſibi commiſſas, aut ex quacumque alia neceſſaria cauſa, non gaudent Privilegio conſenſus vigore Regulæ XXXII.

98 Una Regula Cancellariæ aliam ſupplet, & declarat; maxime quando ambæ tendunt ad eumdem finem. & num. 168.

99 Ratio Regulæ, alliciendi nempe Cardinales ad reſidendum in Curia, militat etiam poſt Concilium Tridentinum, eoſdem Cardinales adſtringens ad reſidendum penes Eccleſias, quibus præſunt.

Idque probatur ex ſupradicto Decreto Alexandri VII. num. 102.

100 Nullum adeſt inconveniens, quod Regula Cardinalibus præcipiat præſentiam in Curia, ſi conferre velint Beneficia ſuorum Titulorum, & Concilium Tridentinum mandet reſidentiam penes eorum Eccleſias Epiſcopales. Et de ratione.

101 Gratia Alternativæ non cogit Epiſcopos ad reſidendum, ſed eſt gratia conditionalis, qua ſi uti velint, reſidere tenentur.

Et pro ea gaudenda uniſe inſpicitur, an Epiſcopi reſideant; nec ulla habetur ratio, an abſentia ſit juſta, nec ne? num. 48. & 3.

103 Pontifex ſolus, tamquam Urbis Romæ Epiſcopus, intentionem habet in jure fundatam pro collatione Beneficiorum in eadem Urbe exiſtentium.

104 Secus autem Cardinales quoad Beneficia in ſuis Titulis vacantia.

105 Facultas conferendi Beneficia in eorum Diœceſibus communicata fuit Epiſcopis pure, & ſimpliciter in Menſibus ipſis aſſignatis, ſive reſideant, ſive non. & num. 131.

106 Cardinalibus vero pro Beneficiis vacantibus in ſuis Titulis, & Epiſcopatibus Suburbicariis, non aliter quam intuitu reſidentiæ in Urbe. & num. 133.

108 Cardinales a Curia abſentes amittunt jus conferendi Beneficia in eorum Titulis vacantia, ex defectu conditionis reſidentiæ, non in pœnam formalem, & privationem facultatis eis originarie competentis. & numer. 110. & 134.

109 Et adhuc fruuntur ampliori jure conferendi Beneficia in ſuis Epiſcopatibus extraordinariis vacantia. & num. 36. 54. & 84.

112 Beneficia in Titulis vacantia tempore abſentiæ Cardinalium a Curia, remanent ſemper reſervata, quamvis Cardinales ante eorum proviſionem ad Curiam redierint.

Beneficia tamen, quæ vacant poſt eorum reditum ad Curiam, non ſubjacent cenſuræ Regulæ. ibidem.

113 Reſervatio momento temporis infixa certo corpori Beneficii, non tollitur per quamcumque ſupervenientem extrinſecam qualitatem. & numer. 140.

114 Abſurdum eſt, quod inferior conferat Beneficium ſemel Papæ reſervatum.

115 Dictio quamdiu, quæ legitur in Regulis VIII. & IX. eſt reſtrictiva ad veram, & perſonalem reſidentiam. & num. 163.

116 Epiſcopus Alternativa gaudens, ſi ad modicum tempus a Diœceſi recedat, & interim vacet Beneficium, remanet illud Papæ reſervatum, nec quod ſtatim, & re integra revertatur, jus conferendi recuperat.

117 Explicatur Pariſius conſ. 18. lib. 4.

118 Cardinales Patroni abſentes gaudent Privilegio conſenſus, ſi poſt obitum familiarium ad Urbem infra decem, vel quindecim dies vere, & perſonaliter reverſi fuerint.

119 Pro præſentibus reputantur abſentes, qui cito ſunt reverſuri.

120 De differentia inter antiqua, & moderna Indulta Cardinalium; & refertur formula, qua antiquitus, uſque ad totum Pontificatum Clementis X. concipiebantur. & numer. 76.

121 Immutatio Indultorum ſequuta fuit anno 1681. ſub ſan. memor. Innocentio XI. occaſione diſputationis Cauſæ Albanen. de qua num. 53.

122 In modernis Indultis addita fuit clauſula — Servata tamen quoad Beneficia Titulorum, & Diaconiarum, & Epiſcopatuum Cardinalitiorum Conſtitutionis, ſeu Regulæ VIII. Cancellariæ diſpoſitione.

123 Additio præfata pandit mentem Pontificis comprehendendi ſub Regula, etiam Cardinales abſentes pro reſidentia in eorum Eccleſiis particularibus, & de licentia Papæ.

124 Proponitur obſervantia, juxta quam ab anno 1681. Dataria contulit Beneficia, quæ in Eccleſiis Titulorum vacarunt, Cardinalibus apud eorum Cathedrales reſidentibus.

125 Obſervantia hujuſmodi maxime attendenda, quia uniformis juri, Regulis Cancellariæ, & Indultis Pontificum.

126 Explicantur contraria exempla, de quibus ſupra num. 82. & num. 135. & 141.

127 Refertur reſolutio Congregationis particularis edita anno 1702. favore Datariæ pro collatione Beneficiorum vacantium in Titulis Cardinalium, tempore eorum abſentiæ penes Eccleſias ſibi commiſſas.

128 Et de obſervantia poſt editam dictam reſolutionem.

129 Cardinales abſentes ex cauſa reſidentiæ penes Eccleſias ſuas extraordinarias, nec conferre poſſunt Beneficia vacantia, tali durante abſentia, in Epiſcopatibus Cardinalitiis, quos obtinent.

Et hæc Sententia eo magis hodie procedit attenta Conſtitutione Sanctiſſ. Domini Noſtri Clementis XII. num. 138.

Reprobatur Pitonius, qui pro veritate conſultus contrarium reſpondit. num. 136. 137. 139. & ſeqq.

131 Examinatur differentia, quæ intercedit inter jus conferendi, quod competit Epiſcopis ratione aliarum Eccleſiarum Cathedralium, & illud, quod competit ratione Eccleſiarum Suburbicariarum. & num. 105. & 106.

132 Cardinales abſentes a Curia ſine licentia Papæ, privati remanent jure conferendi eis de jure, vel vigore Indultorum competente.

133 Cardinales in Eccleſiis Suburbicariis conſiderantur uti Vicarii Papæ, quibus non aliter conceſſa fuit Beneficiorum collatio, quam ſub circumſtantia eorum reſidentiæ in Curia.

142 Referuntur exempla Indultorum, quæ ſan. mem. Benedictus XIII. conceſſit Eminentiſſ. D. Cardinali de Acunha, & clar. memor. Card. de Aſtorga conferendi Beneficia in propriis Titulis Urbis vacantia, durante eorum abſentia a Curia. & num. 143.

144 Re-

144 *Regula non afficit Cardinales abſentes a Romana Curia, ſed tamen morantes in Urbis Diſtrictu, ſeu intra duas Dietas.*
Et redditur ratio ibidem.

146 *Contrarium, quod Cardinalis abſens a Curia, etſi degat in Diſtrictu, vel intra duas Dietas, conferre nequit Beneficia in ſua Eccleſia Suburbicaria, vel in ſuo Titulo vacantia.*
Refertur Reſolutio Congregationis particularis ſub Alexandro VII. num. 169.

147 *Curiæ Romanæ appellatione ſolum venit illa Civitas, ſeu locus, ubi Papa degit, una cum ſuis Suburbiis.* & num. 161.

148 *Diſpoſitio* Cap. Præſenti, de Præbend. in 6. *non procedit per declarationem juris antiqui, ſed per novi juris inductionem, & per modum fictum.* & num. 152.

149 *Verbum* volumus *non declarat jus antiquum, ſed jus novum inducit.*

150 *Dictio* quemadmodum *fictionem denotat.*

151 *Curia Romana ad tramites Regulæ VIII. intelligi debet de Curia vera, non autem de ficta, & interpretativa.*

152 *Idem in terminis Regulæ XXXII. circa præſentiam Cardinalium in Curia, ad effectum præſtandi conſenſum in proviſione Beneficiorum ſuorum familiarium.*

153 *Verba in dubio intelligi debent de actu vero, non ficto.*

154 *Fictio reſtringitur ad caſum expreſſum, nec ultra extenditur.*

155 *Dictio* in præmiſſis *eſt de ſui natura reſtrictiva.*

156 *Beneficia decedentium in Urbe, juxta ſtylum Datariæ, providentur ſub expreſſione diverſa ab ea, qua providentur Beneficia decedentium intra duas Dietas.*

157 *Diſpoſitio ſpecialis in certo caſu, oſtendit jus commune vigere in contrarium.*

158 *Reſervatio vigore* Cap. Præſenti *non emanavit ob favorem Perſonarum, quæ inibi exprimuntur, ſed ob favorem Pontificis reſervantis, cui nihil intereſt, an præſentia in Curia ſit vera, & ficta.*

159 *Fictio ad favorem alicujus in uno caſu inducta, non debet contra eum in altero caſu retorqueri.*

160 *Præſens in Territorio Civitatis, conſideratur uti præſens in ipſa Civitate.*

162 *Intellige per fictionem, non vere, & realiter.*

164 *Refertur declaratio ſan. mem. Alexandri VII. confirmata a ſan. mem. Clemente XI. quod loca intra Diſtrictum Urbis, ſeu intra duas Dietas non dicantur Romana Curia.* & num. 165.
Idque evlucitur etiam ex diſpoſitione Regulæ XXXII. num. 167.

166 *Eadem Deciſio in uno caſu emanata, afficit etiam alterum caſum diverſum, quando articulus ipſe juris deciſus, eſt idem.*

170 *Cardinales ſequentes Curiam dum alio transfertur, vel in Urbe manentes, non amittunt facultatem conferendi Beneficia in eorum Titulis, vel Eccleſiis Cardinalitiis vacantia.*

1 CAncellariæ Regulas antiquiores hodie non habemus, quam illas *Joannis XXIII.* & *Martini V.* impreſſas apud *Hermannum Wenderhart. in Hiſtor. Concilii Conſtant. tom.* 1. *pag.* 967. *& ſeqq.* Inter Regulas *Joannis XXIII.* hæc, de qua modo agimus, non reperitur; legitur tamen quoad primam ejus tantummodo partem, & quidem amplioribus concepta verbis, in Regulis *Martini V.* 2
qui proinde non improbabiliter dici poteſt ejuſdem
primæ Regulæ partis Auctor; unde aſſertio *Gomeſ. ad Regul. de Triennal. qu.* 31. §. *Sed antequam*, circa finem, quem ſequitur *Cbocl. de Non. Cardinal. cap.* 15. §. *Verum*, quod Regulæ Au- 3
ctor fuerit *Nicolaus V.* intelligi debet de ſecunda, & non prima illius parte.

Reſervat igitur Regula in prima ſui parte, Pontificia diſpoſitioni Canonicatus, Præbendas, Digni- 4
tates, Perſonatus, & Officia trium Baſilicarum Urbis, videlicet Sancti Jo. in Laterano, Sancti Petri,
& Sanctæ M. Majoris. Hæc reſervatio eſt realis, 5
oriens ex qualitate Beneficii, *Lotter. de re Beneficiar. quæſt.* 33. *nu.* 1. atque inducta fuit ob prærogativam, & excellentiam ipſarum Eccleſiarum, in 6
quibus Beneficia præfata conſiſtunt. Cum enim ſint Patriarchales, & quaſi Epiſcopales, conveniens eſt, ut majora, quæ in eis habentur Beneficia, per alium non provideantur, quam per ipſum Romanum Pontificem pro conſervatione talis excellentiæ, & prærogativæ, *Lotter. dict. quæſt.* 33. *num.* 19. ubi, quod hæc eſt ratio hujus Reſervationis, non autem illa, quam adducit *Sot.* hic, quod nempe ita Papa voluit, dum non ſufficit pro ratione factum voluntatis.

Videbatur hæc Regula primo aſpectu ſuperflua, eo quia Beneficia Urbis Papa conferat proprio ju- 7
re, tanquam Ordinarius, & Epiſcopus Urbis Romæ, ex relatis per *Murg. de Benefic. quæſt.* 275. *Gomeſ. ad Regul. de Trienn. quæſt.* 31. §. *Sed antequam*, *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 13. *n.* 7. *& ſeqq.* Sed difficultati communiter reſpondetur, quod Regula emanavit ad majorem cauthelam, & ad re- 8
movenda dubia, ne Archipresbyteri dictarum Baſilicarum prætenderent collationem iſtorum Beneficiorum, *Gomeſ. loc. citat.* §. *Sed antequam, verſic. tamen videtur, quod hodie*, ſubdens, quod antiquitus Eccleſiæ præfatæ non dabantur Cardinalibus; ſed per ipſummet Papam regebantur, *Man- 9
doſ. ad hanc Regul. quæſt.* 1. *num.* 5. *Kacbier. ibidem numer.* 8. ubi etiam addit, fuiſſe neceſſariam
hanc Regulam ad tollenda varia Indulta a diver- 10
ſis Pontificibus elargita Archipresbyteris, & Capitulis dictarum Eccleſiarum, *Queſad. hic nu.* 1. *Leuren. in For. Benefic. tom.* 2. *quæſt.* 591. *nu.* 2. *Filliuc. Oper. moral. tract.* 41. *cap.* 3. *n.* 45. *Pirhing. in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 5. *de Præbend. numer.* 35. *Fragoſ. de Regim. Reipub. Chriſt. tom.* 2. *lib.* 3. *diſput.* 9. §. 3. *n.* 100. *Caſtropal. Oper. moral. tract.* 13. *diſputat.* 2. *punct.* 21. *nu.* 4. *Azor. Inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 34. *nu.* 10. *verſ. per ſeptimam Regulam*, *Barboſ. de Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 57. *n.* 133. *Lotter. de re Benefic. dict. quæſt.*
33. *nu.* 9. *& ſeqq.* ubi concludit, Regulam ema- 11
naſſe ex eo, quod dictæ Eccleſiæ ipſis Cardinalibus ad eorum vitam commendantur, per quam Commendam transfertur in eos libera poteſtas adminiſtrandi in temporalibus, & ſpiritualibus, nec non 12
præſentandi, eligendi, ac providendi omnia Beneficia Eccleſia commendatæ.

Reſtringitur tamen hæc Regula ad Canonicatus, Præbendas, Dignitates, Perſonatus, & officia in dictis Baſilicis exiſtentia, ſed non comprehendit Clericatus, & Beneficiatus in ea non ex- 13
preſſos, quorum collatio ex plurium Summorum Pontificum Privilegiis, ſpectat ad Cardinales Archipresbyteros, & Capitula, *Cobell. de Notit. Cardin. cap.* 16. *Privileg.* 14. §. *Verum*, *Leuren. in For. Benefic. tom.* 2. *quæſt.* 551. *num.* 3. *Barboſ. de Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 57. *num.* 134. *Queſad. hic verſ. Canonicorum*, *Caſtropal. Oper. moral. dict.*

 diſput. 2.

diſput. 2. §. 21. *n.* 4. *in fin.* ubi, quod etiam Cle-
14 ricatus, & Beneficiatus ſub Regula comprehende-
rentur, niſi Archipresbyteri, & Capitula dictis
Privilegiis fruerentur, *Lotter. d. quaſt.* 33. *n.* 16. *verſ.*
nihil facto, Gonzal. ad Regul. 8. *Gloſſ.* 13. *num.* 26.
Rot. deciſ. 616. *num.* 2. §. *Non obſtant, part.* 4. *diverſ.*
Hinc *Gonzal. dict. Gloſſ.* 13. *numer.* 26. *verſ.*
Quoad inferiora, ait, quod Papa noluit circa hæc,
aliaque Beneficia inferiora aliquid innovare, ſed vo-
luit, quod Archipresbyterorum, & Capitulorum
Privilegia, quatenus adſint, præſerventur, alias ſer-
vetur juris diſpoſitio; ſubdens ipſum obtinuiſſe per
15 Rotam declarari, quod quatuor Cappellaniæ in Ba-
ſilica Vaticana fundatæ a Greg. XIII. comprehen-
ſæ non eſſent ſub Privilegiis conceſſis Archipres-
bytero, & Canonicis ejuſdem Baſilicæ; quodque
proinde ſuſtineri nequibat collatio facta de una ex
illis a Cardinali Archipresbytero, ut in *deciſ.* 617.
part. 4. *diverſ.* & refert *Kochier. ad hanc Regul. nu.*
9. *in fine.*
Cæterum Beneficiorum inferiorum in tribus Ur-
bis Baſilicis exiſtentium collatio, diviſa eſt pro ma-
jori commoditate per Turnum inter Cardinales Ar-
16 chipresbyteros, & Capitula: In Baſilica Vaticana,
una Hebdomada ad Cardinalem Archipresbyterum,
altera ad Capitulum ſpectat, *Adden. ad Pamphil.*
deciſ. 7. *nu.* 9. *Rot. deciſ.* 600. *& deciſ.* 616. *part.* 4.
diverſ. & deciſ. 15. *in princip. part.* 3. *& deciſ.* 14.
numer. 1. *&* 2. *part.* 12. *& deciſ.* 98. *numer.* 23.
part. 19. *Recent.* Et hujuſmodi Beneficiorum di-
viſio per Hebdomadas, nedum percutit exercitium,
17 ſed ipſam quoque proprietatem, & ſubſtantiam ju-
ris conferendi, itaut tam Archipresbyter, quam
Capitulum in ſuis reſpective Hebdomadis, confer-
re dicantur jure, ac nomine proprio, & quilibet
independenter ab alio; unde fit, quod impedito
18 Capitulo conferre Beneficium in propria Heb-
domada vacans, ex quo ſit reſervatum, vel affe-
ctum, illius collatio non ad Cardinalem Archipres-
byterum, ſed ad Pontificem ſpectat; Quemad-
modum, ſi Archipresbyteratu vacante, contingat
vacare Beneficium, quod ad collationem Cardi-
19 nalis Archipresbyteri, ſi viveret, ſpectaret, illius
proviſio non a Capitulo, ſed a Pontifice expleri
debet vigore Regulæ II. Cancellariæ, reſervantis
Beneficia per obitum quorumcumque Collatorum,
uſque ad promotionem Succeſſorum vacantia, quæ
tamen ad collationem cum alio, vel aliis non per-
tineant, ut late oſtendimus in *Commentar. in Regul.*
II. §. 2. *a num.* 253. *& ſeqq.*
Hebdomada vero in præfata Baſilica Vaticana
20 incipit a Veſperis Sabbathi, & terminatur in Veſ-
peris alterius Sabbathi, *Rot. deciſ.* 98. *num.* 19. *&*
37. *part.* 19. *Recent.*
In Baſilica S. Joannis Lateranenſis aderat priſ-
cis temporibus Concordia, qua Cardinalis Archi-
21 presbyter conferebat Beneficia intra Eccleſiam,
Canonici vero Beneficia extra Urbem exiſtentia,
Rot. deciſ. 377. *numer.* 9. *part.* 9. *Recent.* Verum
ſan. mem. Innocentius XII. per ſuam Conſtitutio-
nem editam *anno* 1698. de qua meminimus *in*
Comm. in Regul. II. §. 2. *num.* 226. ſublatis Con-
cordia præfata, & Conſuetudinibus, quæ in col-
lationibus hujuſmodi Beneficiorum ſervabantur,
mandavit, quod impoſterum Beneficiorum omnium
indifferenter collatio ſimultanea eſſet inter Cardina-
22 lem Archipresbyterum, & Capitulum, diviſo inter
ipſos per Hebdomadas collationis ſimultaneæ hujuſ-
modi exercitio. Ad cujus Conſtitutionis tramites
alias pro veritate requiſitus, reſpondi, proprietatem
23 ipſam, & ſubſtantiam conferendi inter utrumque
Socium indiviſam permanere; unde impedito Ca-
pitulo in ſua Hebdomada conferre, tota facultas,
per quoddam jus non decreſcendi remanet penes
Cardinalem Archipresbyterum, qui facultatem ha-
bet vigore Indulti conferendi Beneficia reſervata, ut
ex rationibus perpenſis in reſponſo exſcripto *in Com-*
ment. in Regul. II. §. 3. *a n.* 226. *& pluribus ſeqq.*
In Baſilica vero S. M. Majoris, Beneficiorum
inferiorum collatio in duabus Hebdomadis ſpectat 24
ad Cardinalem Archipresbyterum, & in una ad
Capitulum, *Rot. deciſ.* 98. *in princip. part.* 19. *Re-*
cent. & Hebdomada non incipit a Veſperis Sabba-
thi, ut in Baſilica Vaticana, ſed a media nocte Sab-
bathi, & terminatur ad mediam noctem alterius 25
Sabbathi, ut late deciſum fuit in *dict. deciſ.* 98.
per tot. part. 19. *Recent.* An autem inter Cardina-
lem Archipresbyterum, & Capitulum dictæ Baſi- 26
licæ, ſit diviſa ſubſtantia, & proprietas juris confe-
rendi, ſeu potius ſolum, & nudum exercitium,
plene examinavimus in *Commentar. in Regul. II.*
§. 3. *nu.* 167. *& ſeqq.*
Hæc quoad primam partem Regulæ. In ſecun-
da vero reſervat Papa Beneficia ad collationem, & 27
diſpoſitionem S. R. E. Cardinalium a Romana Cu-
ria *abſentium* ratione ſuorum Epiſcopatuum Car-
dinalatuus, ac ipſorum Cardinalitiorum Titulo-
rum, ac Diaconiarum ſpectantia, quamdiu *abſen-*
tia hujuſmodi duraverit. Advertit tamen *Cardina-*
lis de Luca de Beneſic. diſc. 145. *n.* 14. quod Re-
gula in hac ſecunda ejus parte non continet reſer-
vationem proprie dictam; quoniam reſervationes
ſunt illæ, per quas Papa tollit, ſeu reſtringit facul-
tatem alias Ordinariis competentem; quod non
congruit huic Regulæ, per quam Papa tanquam
Epiſcopus Urbis declarat, quod in mandato con-
ceſſo Cardinalibus conferendi Beneficia in Eccle-
ſiis Suburbicariis, & in aliis ſuorum Titulorum,
& Diaconiarum exiſtentia, non intelligit compre-
hendere collationem Beneficiorum, niſi cum dicta
qualitate *præſentia* in Romana Curia.
Sed pro Regulæ intelligentia prænotandum eſt,
quod licet Cardinales Titulares in ſuis Titulis Ju- 28
riſdictione Epiſcopali, ſeu quaſi fruantur, ut ſan-
civit Honorius III. *in Cap. His quæ* 11. *de Majo-*
rit. & Obedient. Felin. ibidem num. 1. *& Fagnan.*
num. 15. *Germon. de Induls. Cardinal.* §. *Tituli n.*
6. *&* §. *Tam ratione num.* 15. *Card. de Albic. diſ-*
cept. 1. *numer.* 33. poſt *Cardinal. de Luc. de Juris-*
dict. Leuren. in For. Beneficial. tom. 2. *quæſt.* 639.
numer. 2. *Rot. deciſ.* 524. *numer.* 4. *part.* 19. *tom.*
2. *Recent.* de cujus juriſdictionis origine *Thomaſ-*
ſin. tom. 1. *lib.* 2. *cap.* 26. *nu.* 8. proindeque de
jure conferre poſſint Beneficia in iiſdem Titulis 29
vacantia, habeantque in illorum collatione funda-
tam intentionem, *Fagnan. in dict. Cap. His quæ*,
num. 22. *Cohell. de notit. Cardinal. cap.* 16. *Privi-*
leg. 14. *verſ. Collationem, Diana Oper. Coordinat.*
tom. 9. *tract.* 7. *reſolut.* 93. *nu.* 27. *Gomeſ. ad Re-*
gul. de Triennal. quaſt. 31. §. *Sed antequam circ.*
med. Pariſ. de Reſignat. lib. 7. *quæſt.* 12. *num.* 10.
Card. de Albic. dict. diſcept. 1. *num.* 51. qui id am-
pliat etiam ad Beneficia Curata, *& num.* 52. *&* 124.
& diſcept. 2. *quaſt.* 11. & admittit *Rot. deciſ.* 423.
num. 2. *part.* 2. *Recent.*
Nihilominus id dupliciter limitatur, primo quan-
do alius eſſet in quaſi poſſeſſione conferendi, etiam 30
per unicum actum effectuatum: tunc enim com-
petit manutentio docenti de tali poſſeſſione, non
autem Cardinali Titulari, qui ex ſola juris aſſi-
ſtentia manutentionem prætendere non poteſt, ut
ad favorem Cardinalis *Montalti* Vice-Cancellarii, 31
contra Cardinalem *Madrutium* Titularem Eccle-
ſiæ S. Thomæ in Parione, reſolutum fuit per
Rot.

Digitized by Google

Rot. deciſ. 423. *per tot. part.* 2. *Recent.* & ſerva-
tum fuit annis elapſis, exiſtente ejuſdem Eccleſiæ
Titulari clar. mem. Card. *Panciatico*; nam ſequuta
vacatione Curæ in dicta Eccleſia, Eminentiſſimus
D. Card. *Ottobonus* novum Parochum nomina-
vit, tanquam Vice-Cancellarius, & S. Laurentii
in Damaſo, cujus dicta Eccleſia eſt filialis, Dia-
conus Cardinalis. Idemque firmant *Cobell. Notit.
Cardin. cap.* 16. *Privileg.* 14. *in fin. Card. de Albic.
dict. diſcept.* 1. *numer.* 59. *Dian. ubi ſupra n.* 27.
Et generaliter, quod Indulta Cardinalium non
comprehendant Beneficia, in quorum poſſeſſione
conferendi alter Cardinalis reperitur, probant DD.
laudati *in Comment. in Regul. II. §.* 2. *num.* 175.

Limitatur ſecundo, ubi Cardinalis Titularis eſſet
32 abſens a Curia, nam tunc hujus Regulæ vigore
Beneficia toto tempore abſentiæ vacantia, Papæ
reſervantur, *Fagnan. in Cap. His quæ, de Major.
& obed. num.* 23. *Cobell. dict. cap.* 14. *§. Verum,
Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 13. *n.* 20. *Tondut. Quæſt.
Beneſic. part.* 2. *cap.* 3. *§.* 8. *nu.* 8. *Card. de Albic.
dict. diſceptat.* 1. *num.* 46. *Fragoſ. de Regim. Rei-
publ. Chriſtian. tom.* 2. *lib.* 6. *diſput.* 15. *§.* 2. *num.*
3. cum aliis apud *Dian. Oper. Coordinat. tom.* 9.
tract. 7. *reſolut.* 52. *§.* 1.

Hæcque reſervatio dicitur ratione temporis, ut
33 ait *Lotter. de re Beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 35. *in princip.*
& fundatur in eo, ut magis Cardinales alliciantur
34 ad reſidendum in Curia, & apud ſuas Eccleſias
in Urbe exiſtentes, *Queſad. ad hanc Regul. circa
fin. Lotter. d. quæſt.* 35. *nu.* 13. *Caſtropal. tom.* 2.
tract. 13. *diſput.* 1. *punct.* 21. *num.* 6. *verſ. Quia,
Germon. de Indult. Cardinal. §. Tum ratione nu-
mer.* 14. *Kochier. ad Regul. I. numer.* 23. *verſ. Se-
cunda, Card. de Luca de Beneſic. diſc.* 21. *numer.*
15. *Dian. ubi ſupra*, Habetque quandam cohæren-
35 tiam cum jure communi, quo inſpecto Cardinales
tenentur reſidere in Curia, & Summi Pontificis
lateri aſſiſtere, *Cap. Bonæ il* 1. *de Poſtulat. Prælat.
cap.* 2. *de Cleric. non reſiden.* late *Gonzal. ad Regul.*
8. *Gloſſ.* 24. *num.* 123. *& ſeqq.*

Reſervat autem Regula Beneficia vacantia, &
vacatura tam in eadem Urbe, quam *in Eccleſiis,
Civitatibus, & Diæceſibus dictorum Epiſcopatuum*;
36 quod eſt intelligendum de Beneficiis vacantibus
in *ſex Epiſcopatibus Cardinalitiis*, non autem de
Beneficiis vacantibus in aliis Epiſcopatibus, quos
Cardinales accidentaliter obtinent; hi enim ſub
hac Regula minime comprehenduntur, *Mandoſ.
ad Regul.* 7. *quæſt.* 3. *ſub num.* 7. *&* 9. *Kochier. hic
lit. B. & Queſad. verſ. Nec ad collationem, Gon-
zal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 24. *num.* 142. *& ſeqq. Bar-
boſ. de Offic. & poteſt. Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 57.
numer. 135. *& ſeqq. Caſtropal. Oper. moral. part.* 2.
tract. 13. *diſput.* 2. *punct.* 21. *num.* 6. *Dian. Oper.
coordin. tom.* 9. *tract.* 7. *Reſolut.* 52. *Lotter. dict.
quæſt.* 35. *ſub num.* 10. *Murg. de Beneſic. quæſt.* 3.
num. 308. *Pax Jordan. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 1. *num.*
118. *Leuren. in For. Beneſic. tom.* 2. *quæſt.* 551. *n.*
5. *Garc. de Beneſic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 404. *& ſeqq.*
Verbum enim *Cardinalatus* poſitum immediate
poſt verbum *Epiſcopatuum*, iſtud coarctat, & re-
ſtringit ad ſolos Cardinales Epiſcopos obtinentes
Epiſcopatus Cardinalitios, itaut ad reliquos Cardi-
nales accidentaliter tantum Epiſcopos, nullo modo
extendatur, ut advertit *Pirhing. in Jus Canon. lib.* 3.
tit. 5. *de Præben. numer.* 352. *verſ. Notandum ſe-
cundo, Garc. ubi ſupra num.* 404.

Sicuti autem Regula amplectitur ſolos Cardina-
les Epiſcopos obtinentes ſex Eccleſias Cardinala-
tui annexas, non autem alios Cardinales ex acci-
denti Epiſcopos, ita dum poſtmodum loquitur de
Cardinalibus *Titularibus, & Diaconis abſenti-
bus*, non comprehendit Cardinales Archipresbyte- 37
ros trium Eccleſiarum Patriarchalium Urbis, ſi a
Curia abeſſe contigerit. Præfati namque Cardina- 38
les Archipresbyteri, non ſunt Titulares. *Gonzal.
Gloſſ.* 13. *numer.* 22. *in princ. Lopez. de Quindenn.
cap.* 165. *num.* 1. Et Eccleſiæ Patriarchales præ-
fatæ ſunt diverſæ a Titulis Cardinalium, nec inter 39
Titulos referuntur in *Conſtit. LV.* Sixti V. Et de
facto ſervatur, ut qui in eis Archipresbyteri ſunt
Cardinales, habent ſuos Titulos in diverſis Eccle-
ſiis Urbis, juxta dictam *Conſtitutionem* deſignatos,
Lotter. lib. 2. *quæſt.* 33. *num.* 11.

Neque enim Cardinales Archipresbyteri confe-
rendi jus habent ea ratione, quia Cardinales in ſuis
Titulis tali jure fruuntur, *Lotter. lib.* 2. *dict. quæſt.*
33. *numer.* 10. ſed quia ſunt harum Eccleſiarum
Commendatarii ad vitam, *Lotter. ibidem num.* 12. 40
vel potius ex Privilegio Capitulis ipſis a principio
conceſſo, diviſo poſtmodum inter Cardinales Ar- 41
chipresbyteros, & Canonicos jure conferendi, ut
ſupra dictum eſt; itaut in tribus Urbis Baſilicis
conſiderentur Archipræsbyteri non tanquam Præla-
ti Ordinarii, ut ſunt Titulares in propriis Titulis,
ſed uti primæ Dignitates, ſeu, uti Caput, aut 42
pars principalis Corporis Capituli, *Card. de Luc.
in libr. cui titulus* -- Il Cardinal Prattico -- *cap.* 18.
num. 2. *& ſeq.* ubi poſtquam diſtinctionem fecit
inter Cardinales Titulares, & Archipresbyteros,
inquit, quod præſentia ſolum requiritur in prima
ſpecie Cardinalium.

Et quamvis *Cobell. de notit. Cardin. cap.* 15.
Privileg. 14. *litt. D. & E.* innuere videatur, quod
reſervatio ob abſentiam, habeat locum etiam quoad 43
Beneficia exiſtentia in tribus Baſilicis: attamen
confundit primam, & ſecundam partem Regulæ.
Verum quidem eſt, quod in hac Regula Pontifex
reſervat ſibi indiſtincte Canonicatus trium Baſili-
carum Urbis, hæcque reſervatio non comprehen-
dit Beneficiatus, & Clericatus; hæc tamen omnia
reſpiciunt primam partem Regulæ; at in ſecunda
parte, ubi ſermo eſt de abſentia, nullum prorſus
verbum legitur de Baſilicis, earumque Cardinali-
bus Archipresbyteris.

Cum igitur reſervationis fundamentum ſit ab-
ſentia Cardinalis a Romana Curia; Quæritur,
an ſi quis abſit ex legitima cauſa, vel reſideat apud 44
Eccleſiam ſibi commendatam, locum habeat hujus
Regulæ reſervatio? Circa quod præmittendum,
in Regulis Alexandri VII. exceptum fuiſſe hunc
caſum his verbis -- *Non tamen ob ſervitium Sedis
Apoſtolicæ cum licentia Sanctitatis ſuæ, vel apud
eorum Eccleſias reſidentium* -- ut ex Regulis illius
Pontificis, impreſſis poſt *Nicol. Inſtit. Canon. pag.*
344. *Corrad. in Prax. diſpenſ. Apoſtolic. poſt finem
lib.* 10. & apud *Wagnarec. in Jus Canon. ad tit. de
Præben. & Dignit. tom.* 3. *pag.* 514. Quæ exceptio
adjecta fuit Regulæ in exequutionem *cap.* 12. inter 45
Capitula Conclavis ante Pontificis electionem inita
inter Cardinales, ut habetur in quodam Voto cl.
me. *Cardinalis Corradi.*

Reclamarunt ab hac additione Miniſtri Dataria,
veluti illius juribus valde præjudiciali ex pluribus
rationibus. Dicebant enim, quod numerus Car- 46
dinalium Epiſcoporum his temporibus multum ex-
crevit; unde dum Privilegium Apoſtolicum de-
tegebatur damnoſum, moderandum utique erat,
juxta *Text. in Cap. Suggeſtum, de Decim.* qua ra-
tione conſimilem moderationem in Indultis confe-
rendi Cardinalibus conceſſis, expleverunt *S. Pius
V. Conſtitut. XXXVII. Gregor. XIV. Conſtit.
XIX. & Paulus V. Conſtitut. LVIII.* Addebant,

quod Cardinales ampla fruuntur facultate confe-
rendi in omnibus menſibus, quia Regula IX. Can-
cellariæ illos excipit; itidemque conferre poſſunt
Beneficia aliis reſervationibus obnoxia vigore In-
dulti unicuique ipſorum concedi ſoliti; unde ægre
ferre non debebant, quod ſarta tecta conſerven-
tur jura Datariæ, cæteroquin ſatis præjudicata,
tum quoad Cardinales ex recenſitis rationibus, tum
pariter quoad alios Collatores ex Concordatis Ger-
maniæ, & Galliæ, necnon ex Indultis conferendi,
quæ conceduntur Nunciis Apoſtolicis, & Vice-
Legatis Avenionenſibus, cum tamen in primitiva
Eccleſia totum jus conferendi fuerit penes Sum-
mum Pontificem, & ab eo derivaverit in Epiſco-
pos, qui etiam hodie dicuntur conferre uti Vicarii
Papæ, *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancellar.* §. 1. *Pro-
œm. num.* 1. 4. 6. *&* 20. *Rot. deciſ.* 172. *n.* 38. *part.*
4. *tom.* 2. *Recent.*

Et quamvis Leo X. *Conſtitut. VII.* §. 28. diſpo-
47 fuerit, Cardinales omnes teneri ad reſidentiam in
Curia, alioquin privari debere fructibus Beneficio-
rum, exceptis Cardinalibus illis, quos ratione of-
ficii ab Apoſtolica Sede injuncti, vel de Romani
Pontificis mandato, aut licentia abeſſe continge-
ret. Reſpondebant, quod privatio fructuum, de
qua in dicta Conſtitutione *Leonis*, longe diver-
ſam habet rationem a jure conferendi; Siquidem
fructus de ſui natura ſequuntur dominium, & ſic
Titularem Beneficii; ſed jus conferendi radicaliter
ſtat penes Summum Pontificem, & ab ipſo deri-
vavit in alios, & propterea poteſt illud ſibi ad be-
neplacitum reſervare, abſque eo, quod ullam odii
notam incurrere dicatur, ſicuti probant *Gonzal. &
Rot. locis mox laudatis.* Et propterea Epiſcopi
48 abſentes per ſervitio officii Sanctiſſimæ Inquiſitio-
nis non gaudent Privilegio conferendi ex Alterna-
tiva Menſium; minuſque abſentes ex cauſa Nun-
ciaturæ, imo nec expulſi per Hoſtes a propriis Diœ-
ceſibus, ut late dicemus in *Comment. ad Regul.
IX. part.* 2. §. 5. Ut etiam Cardinalem abſentem,
49 vel tanquam Legatum, vel alias de licentia Papæ,
non gaudere Privilegio conſenſus in Beneficiis fa-
miliarium, dixit *Sot. ad Regul. XXX. num.* 19. Et
quoad Cardinales Epiſcopos addebatur, quod eo
minus æquum erat, ut ipſi abſentes ab Urbe frui
deberent jure conferendi in eorum Titulis, & E-
piſcopatibus, dum gaudent ampliori facultate con-
ferendi Beneficia in Epiſcopatibus, in quibus reſi-
dent; Cardinales vero Legati gaudent honore,
& emolumentis Legationum.

Subjungebatur denique a Datariæ Miniſtris,
quod jus conferendi in propriis Titulis Papa com-
50 municavit Cardinalibus, ut ipſos ad reſidendum
in Curia alliceret, ut dictum eſt ſupra *numer.* 34.
unde deficiente reſidentia, locus eſſe debet Re-
gulæ Beneficiorum reſervatoriæ in abſentia illo-
rum ab Urbe, *Kochier. ad Regul. I. numer.* 23.
verſ. Secunda Reſervatio.

Quapropter his rationibus perpenſis, & negocio
mature diſcuſſo, exceptionem præfatam a Regu-
la idem *Alexander VII.* deleri mandavit mediante
51 Decreto edito anno 1655. & in Datariæ libris re-
giſtrato his verbis.

„ IN CHRISTI NOMINE Amen. Anno ab
„ ejus Nativitate 1655. Indictione 8. die vero 4.
„ Septembris.

„ SS. D. N. Alexand. PP. VII. animadvertens,
„ Leges optima etiam ratione conditas interdum
„ ad mores utentium, temporum conditiones, ac
„ ſubſequentia rerum experimenta, meliori ſua-
„ dente conſilio, moderari expediens, ac ſæpe ne-
„ ceſſarium eſſe; ſequens etiam in hac parte veſti-
„ gia plurium Romanorum Pontificum Præde-
„ ceſſorum ſuorum, qui Regulas Cancellariæ ab
„ ipſis, ſeu eorum juſſu emanatas reformarunt:
„ Declaravit, Regulam VIII. Cancellariæ Sancti-
„ tatis Suæ ſub Rubrica -- *Reſervatio Benefi io-
„ rum Eccleſiarum S. Joannis Lateranen. S. Petri,
„ & B. Mariæ Majoris de Urbe, & Beneficiorum
„ Titulorum Cardinalium a Curia abſentium*, ſer-
„ vandam eſſe, ac omnes reſervationes in ea com-
„ prehenſas locum habere, demtis verbis illis in
„ ea appoſitis -- *Non tamen ob ſervitium Sedis Apo-
„ ſtolicæ, & cum licentia Sanctitatis Suæ, vel apud
„ eorum Eccleſias reſidentium* -- quæ pro non appo-
„ ſitis haberi voluit &c.

Et hæc deletio verborum demandata per Ale-
xandrum VII. fuit hucuſque a Succeſſoribus ap- 52
probata, cum in eorum Regulis verba illa adje-
cta non legantur, ut etiam advertit *Card. de Luc.
de Benefic. diſc.* 142. *num.* 12. *in fin. in Supplem.*

Secluſis itaque verbis additionalibus ſupradictis,
examinanda venit in terminis modernarum Regu-
larum propoſita Quæſtio, an ſcilicet vindicet ſibi
locum reſervatio Regulæ, quando Cardinalis Epi-
ſcopus Suburbicarius, ſeu Titularis abeſt a Curia
ex legitima cauſa, reſidentiæ nempe in ſua Eccle-
ſia Cathedrali. Caſus iſte formiter primo diſputa-
tus fuit anno 1680. in Congregatione particulari 53
plurium inſignium Prælatorum, occaſione vacatio-
nis Canonicatus Cathedralis *Albanen.* inter *An-
dream Pelagallum* proviſum a Cardinali *Grimaldo*
ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo abſente, & commo-
rante in altera Eccleſia *Aquiſextin*, & *Gabrielem
Terentium* a Dataria proviſum, ſuper qua con-
troverſia adeſt Votum *Cardin. de Luca*, *ut in diſc.*
145. *de Benefic. in Supplement.* Et quamvis ma-
gna adfuerit Suffragiorum ſciſſura in examine ar-
ticuli ad tramites Regulæ; nihilominus inſpecto
Indulto, quo Cardinalis fruebatur, major Votan-
tium pars ad ejus favorem inclinabat; ſed ex pru-
dentialibus motivis dilata fuit reſolutio, & ſubin-
de occaſione hujus diſputationis immutata fuit a
ſa. me. Innocentio XI. Indultorum formula, ut in-
fra dicemus.

At ſequuta de anno 1699. vacatione Canonica-
tus in Eccleſia S. Marci Urbis, clar. mem. Car-
dinali *Barbadico* ejus Titulari, notorie a Curia ab-
ſente ratione reſidentiæ in ſuo Epiſcopatu *Montis-
faliſci*, ad examen iterum anno 1702. in altera 54
Congregatione particulari revocata fuit quæſtio,
an ad Datariæ, vel potius ad laudati Cardinalis col-
lationem ſpectaret ejuſdem Canonicatus proviſio.

Scribentes pro Cardinali, præmiſſo principio,
de quo ſupra *num.* 29. quod Cardinales Titula-
res intentionem habeant in jure fundatam pro col- 55
latione Beneficiorum in Eccleſiis ſuorum Titulo-
rum vacantium, itaut quamvis hæc facultas ab ini-
tio provenerit ex liberali Pontificum conceſſione,
attamen cum ſit in corpore juris clauſa, nempe *in
Cap. His quæ de major. & obed. & Cap. Quærelam
de Elect.* dicatur iiſdem Cardinalibus de jure com-
muni competere, quemadmodum competit Epiſco-
pis pro collatione Beneficiorum propriæ Diœceſis.

Ex pluribus rationibus contendebant, mox di-
ctæ hypotheſi applicabilem non eſſe cenſuram Re-
gulæ VIII. Primo, quia illius reſervatio non com- 56
prehendit omnes Cardinales Epiſcopos, ſed tantum-
modo illos, qui obtinent ſex Epiſcopatus Cardina-
litios, quique a Romana Curia abſunt, ut innue-
re videntur verba Regulæ -- ibi -- *S. R. E. Cardi-
nalium a Romana Curia abſentium ratione ſuorum
Epiſcopatuum Cardinalatus*, & firmat *Caſtropal.
Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 1. *punct.* 21.
num. 6.

num. 6. Cum enim præfati ſex Cardinales Epiſco-
57 pi ſucceſſerint in locum Hebdomadariorum, qui
tenebantur ſingulis Hebdomadis in Eccleſiis Pa-
triarchalibus Urbis munia Pontificalia alternatim
explere, *Onuphr. Panvin. de Epiſcopal. Titul. & Diacon. Cardinal. pag.* 13. *Van Eſpen in Jus Eccleſ. univerſal. part.* 1. *tit.* 22. *cap.* 1. *num.* 14. *Thomaſſin. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 113. *num.* 1. *§. Docet.*
Dicuntur Pontificis Collaterales, cui proinde te-
nentur continuo aſſiſtere, eumque in Sacerdotali
munere adjuvare *Lotter. de re Beneficiar. dict. quaſt.* 35. *nu.* 5. *&* 6. unde ſi a Curia recedentes detre-
ctent Pontifici aſſiſtentiam præſtare, merito jure
conferendi Beneficia in eorum Eccleſiis Cardina-
latus frui non debent, ut perpendit idem *Lotter. loca cit. num.* 13. Quæ ſane ratio non applicatur
Cardinalibus obtinentibus alios Epiſcopatus, qui
non ſunt de ſex Cardinalitiis.

Secundo, quia, etiamſi Regula apta eſſet com-
prehendere Cardinales accidentaliter Epiſcopos,
58 adhuc intelligi debet de abſentibus ſine licentia
Papæ, & abſque legitima cauſa, ſecus utraque con-
currente, quia nempe Cardinales in propriis Ec-
cleſiis de partibus reſideant, tunc enim dici non
59 poſſunt reſervata Beneficia in eorum Titulis Car-
dinalitiis vacantia, quia talis abſentia eſt legitima,
& neceſſaria a Concilio approbata, imo a Con-
ſtitutionibus Pontificiis expreſſe demandata, ut
explicando Regulam firmant *Azor. Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 34. *quaſt.* 10. *in fine*, ubi quod
Regula intelligitur de abſentia ſine permiſſione
Pontificis, *Pirhing. in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 5. *de Præben. n.* 352. *verſ. Notandum ſecundo*, *Caſtropal. Oper. moral. part.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 21. *Germon. de Indul. Cardinal. §. Tibi quoad vixeris n.* 34. *Filliuc. Quaſt. moral. tom.* 2. *tract.* 41. *de Benefic. cap.* 3. *n.* 73. *verſ. Ex quibus colligi poteſt*, *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quaſt.* 35. *num.* 27. ubi refert declarationem in re conſimili a ſa. me. Pauli III. editam, de qua *Verall. deciſ.* 86. *part.* 2.

Potiſſimum quia Pontifex ſimpliciter reſervando
Beneficia vacantia in Titulis Cardinalium abſen-
tium, nullum addidit in Regula verbum aptum
60 excludere fictam præſentiam a jure inductam, quo-
ties Cardinales juſta concurrente cauſa abeſſent,
ideoque ſub diſpoſitione juris id relinquendo, cen-
ſetur noluiſſe comprehendere Cardinales, qui ab-
ſunt a Romana Curia ex cauſa tam juſta, & neceſ-
ſaria, qualis eſt illa reſidendi in propriis Eccleſiis E-
piſcopalibus, quique proinde reputari debent, ac
ſi in Curia præſentes exiſterent ad effectum confe-
rendi Beneficia in eorum Titulis vacantia.

Quodque mens Pontificis non fuerit excluden-
di præſentiam fictam, ex eo etiam eruebant, quod
ubi voluit præſentiam veram, & realem Cardina-
lium, clare expreſſit, ut in *Reg. XXXII.* quoad
61 conſenſum ab iiſdem præſtandum in proviſione Be-
neficiorum ſuorum familiarium ibi — *Ita quod Cardinalibus alias, quam ut præfertur ex quacunque cauſa quantumvis neceſſaria, & qualibet alia neceſſaria exprimenda abſentibus, facultas præſtandi conſenſum hujuſmodi non competat, ſed Beneficia hujuſmodi ad liberam Sanctitatis Suæ proviſionem, & diſpoſitionem pertineant &c.* Rurſus in Regula
IX. indulgens Alternativam Epiſcopis in propria
62 Diœceſi reſidentibus, quia noluit eos a reſidentia
excuſari ex juſta cauſa, id aperte diſpoſuit ibi —
Ipſis, quamdiu apud Eccleſias, & Diœceſes ſuas, vere, & perſonaliter reſederint dumtaxat &c. & an-
tequam Regulæ præfatæ adjectæ fuiſſent dictiones
illæ *vere, & perſonaliter*, Epiſcopi abſentes ex
juſta cauſæ Alternativa gaudebant, teſte *Gonzal. ad eamdem Regul. Gloſſ.* 43. *nu.* 84. *&* 85. Si igi-
tur Pontifex ubi juſtam cauſam abſentiæ excludere
voluit, eam litteraliter expreſſit, ut in Regulis IX.
& XXXII. ſequitur exinde, quod eam non exclu-
dendo in Regula VIII. voluerit poſſe Cardinalibus
ad effectum conferendi Beneficia vacantia in eorum
Titulis ſuffragari præſentiam fictam, & interpreta-
tivam, quæ ex legitima, & juſta cauſa abſentiæ de-
ducitur, *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 43. *n.* 84. *Garz. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 467. *Barboſ. de Epiſcop. allegat.* 53. *n.* 34. *verſ. nec obſtat*, *Maſſobr. in Prax. haben. Concurſ. Fraud.* 23. *dub.* 3. *n.* 4. *& ſeq.* Diſ-
cretivus enim loquendi modus diverſam diſponentis 63
demonſtrat voluntatem, *Rot. deciſ.* 61. *n.* 5. *& deciſ.* 232. *n.* 1. *part.* 14. *deciſ.* 304. *n.* 12. *part.* 19. *Recent. deciſ.* 750. *n.* 54. *coram Malines.*

Tertio. Exiſtimabant iidem Cardinalis *Barbadici* Defenſores, quod Regula quatenus requireret
præſentiam veram, & realem Cardinalium in Urbe,
ad effectum conferendi Beneficia in eorum Titulis
vacantia, bene quidem procedere poterat ante Con-
cilium Tridentinum, quo tempore Cardinales non
tenebantur ad reſidentiam in propriis Eccleſiis Epi- 64
ſcopalibus, & fere omnes ſe abſentabant a Curia;
unde Pontifices, ut illos allicerent ad reſidendum
in Curia, ſibi reſervarunt, eorum durante abſen-
tia, collationem Beneficiorum in Titulis vacantia;
At poſtquam ſaluberrimo ejuſdem Concilii Decre-
to, quamplurimis Apoſtolicis Conſtitutionibus in-
novato, Cardinales Epiſcopi ſe abſentare debent a
Curia, & reſidere in ſuis Eccleſiis, ceſſavit ratio
motiva, & finalis Regulæ alliciendi Cardinales ad 65
reſidendum in Curia; & prorſus ineptum eſſet di-
cere, quod Papa ſibi reſervet Beneficia Titulorum
Cardinalium abſentium, ut eos alliciat ad reſiden-
dum in Curia, quando Cardinales ipſi ex vi Con-
ciliaris Decreti, & Apoſtolicarum Conſtitutionum
a Curia diſcedere, & apud ſuas Eccleſias reſidere
omnino adſtringuntur. Propterea que ceſſante poſt
Concilium ratione Regulæ, ipſa pariter quoad re-
ſervationem Beneficiorum exiſtentium in Titulis 66
Cardinalium, ob reſidentiam apud ſuas Eccleſias
abſentium, ceſſare debet, *Tondut. reſolut. Benef. part.* 2. *cap.* 3. *§.* 15. *n.* 24. *& ſeqq. Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2. *quaſt.* 35. *nu.* 27. *Rot. deciſ.* 190. *n.* 7. *part.* 1. *Recent.* Sin minus hæ duæ Leges A-
poſtolicæ eſſent incompatibiles, impoſſibilia præci- 67
pientes, nempe eodem tempore quo una, nempe
Concilium Tridentinum, Cardinales Epiſcopos ad
reſidendum in ſuis Eccleſiis Epiſcopalibus obligat,
altera nempe Regula VIII. iiſdem reſidentiam in
Curia mandaret. Eſt enim naturaliter impoſſibile,
quod unus, & idem Cardinalis Epiſcopus, eodem
tempore in duobus locis reſideat, in Curia nempe,
& apud ſuam Eccleſiam in partibus.

Quarto. Quia Cardinales Titulares facultatem
habent conferendi Beneficia in eorum Titulis exi-
ſtentia a jure communi, ut ſupra dictum eſt, unde
valde durum, & aſperum eſſet, quod ipſi effecti
Epiſcopi, ex quo obſequendo Conc. Trid. Decre-
tis, & Apoſtolicis Conſtitutionibus, in propria re-
ſident Diœceſi, & proprium implent Officium,
quod nemini debet eſſe damnoſum, ſubire debeant
pœnam adeo gravem, qualis eſt privatio conferendi 68
Beneficia in propriis Titulis vacantia, & diſpen-
dium pati, unde præmium merentur, ut ratiocina-
tur *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 24. *n.* 150. *&* 151.
Non enim pœnam meretur qui legis præceptum
adimplet, *leg. Gravius Cod. ad leg. Jul. de Adulter.*
Et ubi non præcedit culpa, non intrat pœna, *Cap.* 69
Sine culpa de Regul. Jur. in 6.

Hinc reſpondendo ad Decretum Alexandri VII. qui a ſua Regula deleri mandavit verba illa — *non*
70 *tamen apud eorum Eccleſias reſidentes* -- primo loco ajebant, quod revocatio iſta ſolum reſtituit Regulam priſtinæ formæ, & conſequenter nec deteriorem fecit conditionem Cardinalium Titularium abſentium ex cauſa reſidentiæ apud eorum Eccleſias, nec mutavit juridicam interpretationem, quam Regula promereri poteſt, *ad Text. in leg. Si unus ex argentariis* 28. *§. Pactus ne peteret, in fine*, ibi -- *quoties ad jus, quod lex naturæ ei tribuit de dote, actio redit, non fit Cauſa Dotis deterior, ſed forma ſua redditur* -- *ff. de pact.* & in ſimili *Rot. deciſ.* 50. *circa med. de Reſervat. in antiq. alias. deciſ.* 56.

Secundo. Quia ſupradicta verba -- *non tamen apud eorum Eccleſias reſidentes* -- de novo Regulæ ab Alexandro VII. adjecta, ita indefinite prolata, abſque dubio excipiebant etiam ſex Cardinales antiquiores, obtinentes ſex Epiſcopatus Suburbicarios, qui continuo Pontifici tenentur aſſiſtere, & hac de cauſa eximuntur a reſidentia in Epiſcopa-
71 tibus præfatis; Unde cum poſtea idem Pontifex mandavit, dicta verba a Regula deleri, hujuſmodi deletio non ad alium finem demandata cenſeri debet, quam ad effectum tollendi novam exceptionem præfatorum ſex Cardinalium Epiſcopatus Suburbicarios obtinentium, ne prætextu novæ additionis Regulæ factæ, ſe exemtos prætenderent a reſidentia in Curia; ſed nullo modo referri poteſt deletio præfata ad alios Cardinales Epiſcopos, qui a Tridentini Decreto, & Apoſtolicis Conſtitutionibus a Curia omnino diſcedere, & penes ſuas Eccleſias reſidere adſtringuntur; Alias ſi de omnibus Cardinalibus Epiſcopis intelligi deberet, nedum ſequeretur abſurdum ſuperius ponderatum, quod Papa voluiſſet allicere ad reſidendum in Curia Cardinales Epiſcopos, qui ſub graviſſimis pœnis tenentur ab ea recedere, ſed Decretum ipſum eſſet prorſus irrationabile, quia privaret jure conferendi Cardinales Epiſcopos, non ob aliquam eorum culpam, ſed propter abſentiam a Curia, in qua ſine culpa reſidere non poſſunt. Unde ſingula ſingulis, & congrua congruis referendo, ea capeſſenda erat legalis interpretatio, quod ſa. me. Alexander VII. mandando deleri a Regula ſupradicta verba -- *non tamen apud eorum Eccleſias reſidentes* -- reſpectum ſolum habuerit ad ſex Cardinales obtinentes Epiſcopatus Suburbicarios, non ad cæteros Cardinales, Epiſcopos, ut hoc modo Regulam hanc VIII. reſervantem Beneficia ſpectantia ad collationem Cardinalium Epiſcoporum a Romana Curia abſentium, conciliandam eſſe cum Regula IX. eadem Beneficia a reſervatione excipiente, docet *Caſtropal. Oper. moral. part.* 2. *diſput.* 2. *punct.* 21. *num.* 6.

Quintum fundamentum Defenſores Cardinalis *Barbadici* eruebant ex circumſtantia illa, quod ipſe jam præſens reperiebatur in Curia, antequam Beneficium fuiſſet a Dataria collatum, inde inferendo, quod tali caſu locum ſibi vindicare non poterat reſervatio Regulæ VIII. quæ Beneficia Titulorum Cardinalium abſentium non reſervat indefinite, ſed temporanee duntaxat, videlicet *quamdiu abſentia hujuſmodi duraverit*; Per quæ verba, adjecta Regulæ poſtquam Papa ſibi plene reſervaverat Beneficia, ratione Titulorum ſpectantia ad collationem *Cardinalium a Romana Curia abſentium*, manifeſte deprehenditur, voluiſſe Papam declarare, quod reſervare intendebat hujuſmodi Beneficia ſolum pro tempore, quo Cardinales abeſſent a Cu-
72 ria, itaut ſi poſt vacationem Beneficiorum, de quibus, durante eorum abſentia, Sedes Apoſtolica non diſpoſuerit, Cardinales ipſi reverterentur ad Curiam, cenſeri deberent ad jus propriæ collationis reintegrati per ea, quæ fuſe tradit *Pariſ. conſ.* 18. *num.* 4. *& ſeqq.* & in affinibus terminis *Gonzal. ad Regul.* 8. *§.* 5. *Proœm. numer.* 5. *& ſeqq.* Nec tali caſu locum ſibi vindicare poteſt Regula, quod Be- 73
neficium ſemel ac eſt reſervatum, ſemper remanet reſervatum, tametſi ceſſet cauſa reſervationis; quia id procedit, quoties reſervatio eſt perpetua, ſecus quando, prout in caſu, eſt temporalis, reſtricta nempe ad ſolum tempus abſentiæ Cardinalium Epiſcoporum a Curia; in his enim terminis tamdiu durat reſervatio, quouſque perſiſtit ejuſdem reſervationis cauſa, qua ceſſante reintegratur inferior Collator ad jus collationis, ut proſequitur *Pariſ. dict. conſ.* 18. *numer.* 19.

Exemplo confirmabatur ſupradicta interpretatio. Sequuta enim de anno 1688. vacatione Clericatus Beneficiati in Baſilica S. Petri per obitum *Camilli Dondorii* Familiaris cl. mem. Cardinalis *Pamphilii*, ab Urbe tunc abſentis, in illius proviſione per Datariam expleta, admiſſus fuit conſenſus Cardinalis, eo tunc in Curia præſentis, licet eadem die præſtiti conſenſus ab Urbe receſſerit, & tamen clara eſt diſpoſitio Regulæ XXXII. requirentis conſenſum Cardinalis in proviſione Apoſtolica Beneficiorum ſuorum Familiarium, dummodo vere, & realiter ſit præſens in Curia. Si ergo ad tramites 74
Regulæ XXXII. eapoſcentis præſentiam veram, & realem Cardinalis in Curia, admittitur conſenſus abſentis, quandu tempore proviſionis Beneficii proprii Familiaris reperitur præſens in Curia, facilius admitti debet proviſio Titularis in Curia præſentis, de Beneficio ſui Tituli, de quo Dataria non adhuc diſpoſuit ad excluſionem Regulæ VIII. cujus diſpoſitio circa præſentiam Cardinalium non eſt 75
adeo ſtricta, & præciſa, qualis eſt illa Regulæ XXXII. ut monet *Lotter. de re Beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 36. *n.* 23.

Sextum fundamentum conſtituebatur ſuper Indulto, quod omnibus Cardinalibus concedi ſolet, quodque, teſte *Germon. de Induh. Cardinal. §. Tibi quoad vixeris pag.* 430. his verbis concipitur — 76
Tibi etiam, quando, & quoties de licentia noſtra, etiam pro tua voluntate ab eadem Curia, ubilibet, etiam extra Montes abeſſe contigerit, quæcunque Beneficia &c. -- quorum verborum tenore perſpecto, collationem Beneficiorum in Eccleſiis Titulorum vacantium, ſpectare ad Cardinalem, licet abſentem, non obſtante Regulæ VIII. diſpoſitione, fir- 77
mant *Garz. de Beneſic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 406. *Leo in Theſaur. for. Eccleſiaſtic. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 20. *&* 21. *pag.* 185. *Kochier. ad Regul.* 7. *num.* 9. *in fin. §. Cæterum*, *Germon. loc. cit. nu.* 17. 18. *&* 35. *Barboſ. de Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 57. *n.* 135. *Filliuc. Oper. moral. tract.* 41. *cap.* 3. *nu.* 57. *verſ. Quamvis Cardinales*, *Maſſobr. in prax. haben. Concurſ. prælud.* 26. *dub.* 1. *Caputaquen. deciſ.* 86. *part.* 2.

Quæ ſane Indulti diſpoſitio elidi non poterat neque a ſubſequentibus Regulis Cancellariæ; Tum 78
quia Indultum ſpeciale non cenſetur revocatum per Regulas generales reſervatorias, attentis præſertim Clauſulis derogatoriis, & Decreto irritanti, in Indulto appoſitis, *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 9. *§.* 2. *num.* 6. *& ſeqq Rota deciſ.* 365. *num.* 4. *part.* 3. *Recent.* Tum quia in Regula XV. revocatoria 79
facultatum conferendi Beneficia reſervata, excipiuntur expreſſe Cardinales, *Rot. deciſ.* 635. *n.* 4. *in fine part.* 3. & dicemus *in Comment. in eamdem Regul.* 15.

Minuſque ex eo, quod cum ſimilia Indulta concedantur omnibus Cardinalibus, Regula eſſet fatua,

&

80 & ad nihilum deſerviret, ut in ſupradicta Cauſa
Albanen. perpendebat *Cardinal. de Luc. diſc.* 145.
num. 15. Quia poteſt Regula eſſe operativa in illis
Cardinalibus, qui de facto hujuſmodi Indulto non
81 gaudent, prout illud non obtinuerunt Cardinalis
Borgia, & Card. *Campora*, ut de primo eſt *deciſ.*
2159. *n.* 49. *in fine*, *cor. Coccin.* & de ſecundo, *de-
ciſ.* 53. *n.* 10. *part.* 6. *Recent.* Imo econtra ſi Car-
dinales non poſſent conferre in abſentia Beneficia
ſuorum Titulorum, utique Indultum eſſet eluſo-
rium, dum concederet jus conferendi in abſentia,
quod ſtatim per Regulam VIII. auferretur.

Poſtremo his omnibus addebatur obſervantia,
82 quæ in dicta Cauſa *Albanen.* comprobata fuit ſex-
decim exemplis, & demonſtravit exitus in eadem
Cauſa, in qua etſi publicata non fuerit reſolutio
capta *ſub die* 12. *Julii* 1680. nihilominus ad favo-
rem Cardinalium abſentium, ex hoc motivo Indul-
ti inclinavit major pars Prælatorum & proviſus a
Cardinali *Grimaldo* continuavit in poſſeſſione Ca-
nonicatus. Rurſus hoc idem ſervatum fuit ad fa-
vorem Eminentiſſimi D. Cardinalis *Otthoboni* Vi-
cecancellarii, occaſione vacationis Cappellaniæ *Val-
trinæ* in Baſilica SS. Laurentii, & Damaſi, ſequutæ
anno 1693. dum ipſe Venetiis morabatur; & anno
1694. ad favorem *Cardinalis Bullionii* Epiſcopi *Al-
banen.* a Curia abſentis, occaſione vacationis Ca-
nonicatus in Collegiata Eccleſia Terræ *Neptuni*,
& alterius Canonicatus in Collegiata *Civitatis La-
viniæ* ejuſdem *Albanen.* Diœceſis; Et quamvis
prius Dataria contuliſſet vigore Regulæ VIII. Ca-
nonicatum in Collegiata *Ariciæ* pariter *Albanen.*
Diœceſis, nihilominus proviſus Apoſtolicus ſe con-
cordavit cum Proviſo a Cardinali *Bullionio*, con-
ſtituta ei certa Penſione.

Hæc erat ſumma rationum, quæ a Defenſori-
bus Cardinalis *Barbadici* prolixiori ſtylo expone-
bantur. At ſcribens ego favore Datariæ dicebam,
Collationem Canonicatus, de quo agebatur, ſpe-
ctare ad liberam Pontificis diſpoſitionem ex tribus
fundamentis. Primo ex cenſura Regulæ VIII. Se-
cundo ex littera Indulti, quo laudatus Cardinalis
fruebatur. Tertio ex obſervantia.

Et quidem Regula expreſſe Pontificis diſpoſi-
83 tioni reſervat Canonicatus, & Beneficia in ſex E-
piſcopatibus Cardinalitiis, ac in Cardinalium Ti-
tulis, & Diaconiis conſiſtentia, quæ vacare con-
tigerint durante eorumdem Cardinalium abſentia
a Romana Curia, prout abſente cl. me. Cardinali
Barbadico vacaverat Canonicatus in ſua Eccleſia
Titulari S. Marci; & inhærendo ejuſdem Regulæ
cenſuræ communiter firmant Doctores ſupra lau-
dati *num.* 27. *& ſeqq.*

Ad examen autem revocando fundamenta, qui-
bus dictæ Regulæ diſpoſitio evitari contendebatur,
minus habens erat primum, quod Regula compre-
hendat tantum ſex antiquiores Cardinales, obti-
nentes Epiſcopatus Cardinalitios, non autem Car-
dinales illos, qui accidentaliter præſunt Eccleſiis
Epiſcopalibus. Quia Concluſio in ſe vera, longe
erat a caſu noſtro extranea. Fatentur quidem com-
muniter Doctores, quod ſi vacaverint Beneficia in
84 Diœceſi *Capuana*, *Neapolitana &c.* quibus acci-
dentaliter Cardinales præſunt, ea Beneficia non
comprehendantur ſub diſpoſitione Regulæ, cujus
nec verba, nec ratio hiſce Epiſcopatibus adaptari
poſſunt, ut diximus *nu.* 36. & in his terminis lo-
quuntur Doctores, qui in contrarium allegabantur;
ſed Quæſtio non verſabatur ſuper Canonicatu va-
cante in Eccleſia *Montisfaliſci*, cujus collatio ſem-
per ad Cardinalem *Barbadicum* ſpectaſſet, ſive
præſentem, ſive abſentem a Curia, ſed ſuper col-
latione Canonicatus, qui vacaverat in ejus Eccleſia
Titulari Urbis, unde illius reſpectu ſervanda erat
Regula, quæ litteraliter diſponit de *ſex Epiſcopa-
tibus Cardinalitiis, de Titulis, & Diaconiis Car-
dinalium abſentium.*

Minuſque refragabatur objectio altera, quod Re-
gula non procedat in Cardinali abſente de licentia 85
Papæ, ex cauſa præſertim neceſſaria reſidendi apud
ſuam Eccleſiam; Etenim cum Regula emanave-
rit ad hoc, ut facilius allicerentur Cardinales ad
reſidendum in Curia, & Summo Pontifici aſſiſten-
tiam præſtarent, ut diximus ſupra *n.* 34. pro ex- 86
cluſione reſervationis neceſſaria eſt præſentia vera,
& phiſica, non autem ficta, & præſumta, qualis 87
eſt illa, quæ inducitur ex neceſſitate reſidendi in
propria Eccleſia, & a licentia Papæ, *Mandoſ. ad
hanc Regul. quæſt.* 3. *præcipue num.* 8. *Gonzal. ad
Regul.* 8. *Gloſſ.* 43. *num.* 22. late *Card. de Luca de
Benefic. diſc.* 45. *per tot. in ſupplem.* Et regulare 88
eſt, quod abſentes ex quacumque juſta, urgenti,
& neceſſaria cauſa, non dicuntur præſentes, niſi
improprie, & per fictionem, & proinde non re-
putantur tales, ubi vera præſentia exigitur ad ali-
quem finem, ut in ſimilibus *Gomez. ad Regul. de
famil. quæſt.* 17. *verſ. Sed advertendum*, *Gonzal.
ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 43. *num.* 16. *& ſeqq. Milis in
Repertor. verb. Abſens n.* 4. *Corrad. in Prax. Be-
nef. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 134. cum concordan. apud
Coccin. annotat. 261. *numer.* 230. *& ſeqq. & nu-
mer.* 353.

Idque clariſſime demonſtrabam ex illo notabili
facto *Alexandri VII.* qui in Regulis in craſtinum 89
ſuæ aſſumtionis ad Pontificatus apicem, ut moris
eſt, editis, reſervando Beneficia in Epiſcopatibus,
Titulis, & Diaconiis Cardinalium abſentium, va-
cantia, addiderat verba — *Non tamen ob ſervitium
Sedis Apoſtolicæ, cum licentia Sanctitatis ſuæ, vel
apud eorum Eccleſiam reſidentium &c.* — Quæ ta-
men verba uti nimis præjudicialia juribus Datariæ,
reclamantibus ejus Miniſtris, deleri poſtea, & pro
non appoſitis haberi voluit, & mandavit, juxta
hujus facti hiſtoriam, quam retulimus ſupra *num.*
11. *& ſeqq.* quod etiam Succeſſores Pontifices ob-
ſervarunt, facta editione Regulæ abſque illis verbis
additionalibus.

Ex hoc autem Summi Pontificis facto duo re-
ſultabant argumenta. Primum, quod ſine dicta
additione, Cardinalibus abſentibus ex cauſa reſi-
dentiæ apud eorum Eccleſias Epiſcopales, obſtabat
Regula, ne poſſent conferre Beneficia in propriis
Titulis vacantia, quia ſi non fuiſſent reſervata, ina-
nis, & fruſtratoria extitiſſet additio illa, ſeu limi- 90
tatio. Et ſecundum, quod dum Pontifex manda-
vit deleri ea verba additionalia *non tamen &c.* ma-
niſeſtè declaravit mentem ſuam non eximendi im- 91
poſterum a diſpoſitione Regulæ Cardinales abſentes
ex cauſa neceſſariæ reſidentiæ apud ſuas Eccleſias
Epiſcopales. Ea enim eſt natura cancellationis, ut
quæ ſunt deleta, & habita pro non ſcriptis, non
veniant ſub generali diſpoſitione; cum per cancel-
lationem oſtendatur Papæ voluntas non compre- 92
hendi id, quod eſt ſublatum, tametſi alias ſub ge-
neralitate verborum dici poſſet comprehenſum, ut
in terminis Regularum Cancellariæ, *Rota cor. Mo-
hedan. deciſ.* 23. *nu.* 2. *& ſeqq. de Præben.* & fir-
mant *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 15. *nu.* 38. *Rub.
annot. ad deciſ.* 254. *num.* 101. *& ſeqq. part.* 9.
tom. 1. *Rota coram Seraphin. deciſ.* 683. *numer.* 2.
& deciſ. 118. *n.* 4. *part.* 18. *tom.* 1. *Recent.* Eoque
magis cum in Proœmio revocationis proteſtatus
fuerit Papa, velle Regulam per ipſum editam
moderare, *& reformare*, quæ verba præſefe-
runt

Google

93 runt receſſum a prima diſpoſitione, & novam om-
nino inducunt illi contrarium, *Albert. Brun. de
Augum. concluſ. 3. principal. num. 26. & 27. tom.
17. inter Tract. Magu. Roman. conſ. 325. nu. 13.
& conſ. 362. num. 5. verſ. Reſpondet enim.*

Nec perſtringentes hujus facti circumſtantiæ evi-
tari poterant ea reſponſione, quod Pontifex exci-
piendo prius a Regula *Cardinales apud eorum Ec-
cleſias reſidentes*, & poſtea mandando dicta ver-
ba deleri, & cancellari, loquutus fuerit de ſex
Epiſcopis Cardinalibus obtinentibus Epiſcopatus
Suburbicarios Urbis. Quia generalis illa loquutio
94 *apud eorum Eccleſias reſidentes*, reſtringi non po-
terat ad ſolos ſex Cardinales Epiſcopos, ſed om-
nes, qui Eccleſias, quoquo modo obtinebant, am-
plectebatur. Idque depromitur ex finali ratione,
ob quam Pontifex *Alexander* eam clauſulam dele-
vit, quæ alia non exitit, niſi quia hoc Privile-
95 gium effectum fuerat damnoſum juribus Datariæ,
dum numerus Cardinalium Epiſcoporum valde ex-
creverat, cum tunc adeſſent viginti ſex Cardinales
Epiſcopatus extraordinarios obtinentes, ultra ſex
Cardinales, qui præerant Epiſcopatibus Suburbi-
cariis, ut legitur in Voto *Armindi Riccii* in prin-
cipio; unde manifeſte patet, quod Pontifex de-
lendo ea verba apud *eorum Eccleſiam reſidentes*,
loqui non intellexit de ſex Cardinalibus Epiſcopis,
ſed generaliter de omnibus Epiſcopatus extraor-
dinarios obtinentibus.

Addebam argumentum *a fortiori*, quod in ju-
96 re validiſſimum eſt, *Surd. conſ. 383. num. 14. Bar-
boſ. tract. Var. loc. 68. nu. 1. & loc. 75. Rot. deciſ.
165. n. 3. part. 16. deciſ. 500. n. 7. part. 19. tom. 2.
Recent.* cum aliis *in Concben. Beneficii 7. Maii 1699.
§. His omnibus accedit, & 3. Junii ejuſdem anni §.
Maxime cor. b. m. Muto.* In Regula Cancellariæ
XXXII. quæ antiquitus erat magis reſtricta, quam
hodie legitur, diſponebatur, quod Cardinales ab-
ſentes non poſſent præſtare conſenſum in provi-
ſione Beneficiorum vacantium per obitum fami-
liarium; Et tamen ſive abſentia eſſet ex cauſa Le-
97 gationis, ſive ex cauſa reſidentiæ in eorum Epi-
ſcopatibus, hoc jure honorifico præſtandi conſen-
ſum non fruebantur, ut apud *Alphonſ. Sot. ad dict.
Regul. num.* 19. Et in terminis Cardinalis reſiden-
tis in ſuo Epiſcopatu, bene *Coccin. deciſ.* 1948.
num. 10. *& ſeqq.* Id quod poſtea clarius explicavit
Gregorius XV. qui excluſit a præſtatione conſenſus
Cardinales abſentes *ex quacumque Cauſa quantum-
libet neceſſaria, & qualibet alia neceſſario expri-
menda*, ut late dicemus in *Commentar. in eamdem
Regulam XXXII.* ſi ergo in præſtatione conſenſus
abſentia etiam legitima non ſuffragatur, a fortiori
attendi non debet in collatione Beneficiorum in
Titulis, & Diaconiis exiſtentium, quæ eſt major
ſimplici præſtatione conſenſus, ita ſupplendo, &
interpretando unam ab alia Regula. Nec enim no-
98 vum eſt, quod una Cancellariæ Regula ſuppleat,
& declaret alteram, eo modo quo una lex aliam
declarat, *Roman. conſ. 379. num. 13. verſ. Quod
autem caſus, Spad. conſ. 50. num. 3. in fine lib. 2.*
Præſertim cum ambæ hæ Regulæ tendant ad eum-
dem finem, nempe alliciendi Cardinales ad reſi-
dendum in Curia pro ſervitiis Papæ, & Sedis Apo-
ſtolicæ, ut de Regul. VIII. dictum eſt ſupra, & de
Regula XXXII. *Gomes ibidem num. 3. verſ. Quia
Papa*, cum aliis, de quibus in *Comment. in dict. Re-
gul. XXXII.* Ex qua etiam ratione alliciendi Car-
dinales ad reſidendum in Curia, ii qui abſunt a Cu-
ria, optare minime poſſunt, ut ex *Conſtit. V. ſan.
me. Pauli IV.* & dicemus infra *in §.* 2. *n.* 8. *&* 10.

Paris eſſe irrelevantiæ dicebam tertium funda-
mentum, quod Regula VIII. locum ſibi vindicare
poterat ante Concilium Tridentinum, quo tem-
pore Cardinales, ut plurimum nec in propriis Ec-
cleſiis, nec in Curia reſidebant; aſt poſt Concilium
illa reſpectu Cardinalium Epiſcopatus extraordina-
rios obtinentium ceſſare debet; ne detur abſurdum,
& repugnantia, quod Summus Pontifex vigore
hujus Regulæ eos alliciat ad reſidendum in Curia,
& eodem tempore Concilium Tridentinum, aliæ-
que Pontificiæ Conſtitutiones eos cogant ad re-
ſidendum penes proprias Eccleſias.

Siquidem generalis ratio Regulæ alliciendi Car-
dinales ad reſidendum in Curia militat etiam poſt 99
Concilium Tridentinum, cum & nunc principale
officium Cardinalium ſit aſſiſtere Summo Ponti-
fici pro Sedis Apoſtolicæ negotiis, *Gonzal. ad Re-
gul. 8. Cancell. gloſſ. 24. num.* 123. *&* 131. Et licet
ii Cardinales, qui obtinent Epiſcopatus extraordi-
narios, diſpenſentur ab obligatione reſidendi in Cu-
ria, cum apud proprias Eccleſias reſidere tenean-
tur, non tamen exinde ceſſat generalis ratio Regu-
læ pro omnibus Cardinalibus ſtabilitæ, ſed bene ſe-
quitur, quod dum Cardinalis Epiſcopus reſidere
nequit in Urbe, non poſſit gaudere Gratia confe-
rendi Beneficia in ſuo Titulo vacantia, ſibi indulta
ſub qualitate reſidentiæ. Nec conſiderationem me- 100
retur allegata repugnantia, quod Regula cogat
Cardinalem Epiſcopum ad manendum in Curia,
& Concilium ad reſidendum penes propriam Ec-
cleſiam, quia Regula nihil aliud facit, quam con-
ditionaliter diſponere, ut ſi Cardinales gaudere ve-
lint facultate conferendi Beneficia in ſuis Titulis,
debeant in Urbe reſidere, quod ſi id adimplere, aut
nolint, aut non poſſint, conferendi facultas illico
ceſſet. Eo prorſus modo quo Alternativa non eſt illa, 101
quæ cogit Epiſcopum ad reſidendum, ſed eſt Gratia
conditionalis, qua, ſi volunt Epiſcopi gaudere, re-
ſidere tenentur, juxta exemplum, quod tradit *Card.
de Luca de Benefic. dict. diſc. 145. n. 12. in ſupplem.*

Quodque etiam poſt Concilium Tridentinum
Regula locum habeat in Cardinalibus Epiſcopis ad
reſidentiam penes propriam Eccleſiam adſtrictis, 102
emergit ex ſæpe laudato facto *Alexandri VII.* qui
dum prius mandavit, ut facultate conferendi gau-
derent Cardinales *abſentes ob ſervitium Sedis Apo-
ſtolicæ, & cum licentia Sanctitatis Suæ, vel apud eo-
rum Eccleſias reſidentes*, & poſtea hanc clauſulam
delevit, apertiſſime demonſtravit, quod etiam ho-
die poſt Concilium, ſive Cardinales abſint ex cauſa
neceſſaria inſerviendi Sedi Apoſtolicæ, ſive reſiden-
di apud ſuas Eccleſias, non poſſunt conferre Be-
neficia in Eccleſiis ſuorum Titulorum vacantia.

Non obſtabat itidem quartum fundamentum in
eo præcipue repoſitum, quod Cardinales habeant
intentionem in jure fundatam ſuper collatione Be-
neficiorum in propriis Titulis vacantium, eodem
prorſus modo quo in ſua Diæceſi habet quilibet E-
piſcopus; unde inferebatur, quod eſſet pœna, & ri-
gor irrationabilis, eos ex tam neceſſaria cauſa abſen-
tes, qualis eſt illa reſidendi apud proprias Eccleſias,
privare dicta facultate de Jure competente.

Prima enim propoſitio ita generaliter ſumta mi-
nime ſubſiſtebat. Quando quidem Beneficiorum in 103
Urbe exiſtentium originaria proviſio ſpectat ad Pa-
pam, & ipſe ſolus habet intentionem in jure funda-
tam illa conferendi tanquam Urbis Romæ Epiſco-
pus, ad plene relata per *Gonzal. Regul. 8. gloſſ. 13. n.
3. & ſeq.* ideoque Papa in his Beneficiis majorem ha-
bet affectionem, quam in aliis vacantibus extra Cu-
riam, *Gomeſ. ad Reg. de Triennal. quæſt. 23. verſ.
Sed antequam Gonzal. dict. gloſſ. 12. nu. 7.* Et licet
poſtmodum Papa facultatem conferendi Benefi-

cia

cia in Urbis Eccleſiis exiſtentia, communicaverit
104 Cardinalibus Titularibus, originaliter eam de jure
non habentibus, *Sarnen. ad Regul. de Triennal.
quæſt.* 31. *§. Sed antequam ſpecialia, Germon. de
Indult. Cardinal. §. Tam ratione num.* 14. *Lotter.
de re Beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 8. *Kochier ad
Regul.* 1. *Cancell. num.* 23. *§. Secunda Reſervatio,
Fagnan. in Cap. His quæ num.* 21. *de major. &
obedient. Cardinal. Albit. dict. diſcept.* 1. *num.* 13.
Attamen hæc communicatio facta non fuit eodem
105 modo, quo facta fuit Epiſcopis reſpectu Beneficio-
rum ſuarum Diœceſum; Iſtis enim fuit attributum
jus conferendi pure, & ſimpliciter, & abſque ulla
limitatione, itaut ſive reſideant in propria Diœceſi,
ſive abſint, Beneficia in Menſibus ſibi aſſignatis
206 vacantia, conferre poſſint. Econtra vero Car-
dinalibus fuit hæc prærogativa conferendi elargita
intuitu reſidentiæ, quam debent facere in Urbe,
ac in propriis Titulis, juxta *Text. in cap.* 2. *de
Cleric. non reſiden.* adeout ſi a Curia diſcedant,
hanc prærogativam amittant, & Papa revertitur
ad jus illud primævum, quod ſibi, uti Ordinario
Urbis Romæ, competebat, *Lotter. dict. lib.* 2.
quæſt. 7. & 8. *Cardin. Albit. dict. diſcept.* 1. *num.*
56. *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 24. *num.* 112. &
ſeqq. & advertit inſignis Beneficialiſta *Armind. Ric-
cius in ſuo Vot.* cui titulus — *Romana Apoſtolica-
rum Reſervationum §. Non obſtat.* Qua ratione
non immerito *Card. de Luc. de Beneſic. diſc.* 145.
107 *num.* 14. *in ſupplement.* Reſervationem contentam
in Regul. VIII. non eſſe dixit, veram, & pro-
priam reſervationem, ſed tantum impropriam.

Poſito autem, quod jus conferendi Beneficia in
eorum Titulis, competat Cardinalibus ex gratia
Summi Pontificis, qui uti Ordinarius Urbis Ro-
mæ illud ipſis communicavit ſub conditione reſi-
dendi in Urbe, ſequitur, quod Cardinales in caſu
108 abſentiæ, non amittunt jus iſtud in pœnam forma-
lem, quaſi quod cenſeantur privati facultate ori-
ginaria conferendi de jure communi ſibi compe-
tente, ſed tantum ex eo; quod ceſſante cauſa re-
ſidentiæ, ceſſet etiam facultas conferendi, quam
ex liberalitate, & munificentia Pontificis conſequuti
ſunt. Ceſſante namque præſentia, ceſſat cauſa Pri-
vilegii, & amoris, ut ait *Gonzal. Gloſſ.* 24. *num.* 131.
*verſ. ceſſante, Gomeſ. ad Regul. de Impetr. per obit.
Famil. quæſt.* 17. *verſ. Præterea,* ubi quod tunc
ceſſat cauſa Privilegii, & favoris. Et in termi-
nis, quod hæc ſit ceſſatio gratiæ, & non ſpecies
pœnæ, tradit *Card. de Luc. de Beneſic. d. diſc.*
145. *numer.* 11. & *ſeqq. in ſupplem. & in libr.
cui titulus* — il Cardinal Prattico *cap.* 18. *numer.*
6. Nec conqueri poſſunt Cardinales ex cauſa
reſidentiæ apud ſuas Diœceſes ab Urbe abſentes,
109 ſi Beneficia ſuorum Titulorum conferre non poſ-
ſint, dum ampliori jure fruuntur conferendi Be-
neficia in eiſdem Diœceſibus vacantia; unde cum
ex hac abſentia commodum ſentiant, non debent
conſiderari tanquam præſentes in Urbe ad effectum
conferendi Beneficia in Eccleſiis ſuorum Titulo-
rum vacantia, *Card. de Luc. dict. diſc.* 145. *num.*
3. & ante ipſum conſideravit *Armindus Riccius in
dicto Voto §. cit.*

Atque ex his ſuperfluam eſſe dicebam Quæ-
ſtionem, an Cardinales Titulares excuſare poſſet
Reſidentia in propriis Epiſcopatibus, tanquam ne-
ceſſaria, & a Concilio Tridentino præciſe deman-
data Epiſcopis, etiam Cardinalibus. Merebatur
enim hæc Quæſtio ad examen revocari, ſi ageretur
de infligenda pœna, ex quo Cardinalis non reſi-
deat in Urbe, ad quem effectum neceſſaria pror-
ſus foret culpa talis, quæ malitiam redoleret. At
quando, prout in caſo, agitur ad effectum ceſſa- 110
tionis gratiæ correſpectivæ ad reſidentiam in Urbe,
tunc ut reſolvatur conceſſio facta ſub tali conditio-
ne, ſufficit, quod conditio quocumque modo de-
ficiat, neque ulla cauſa a reſolutione, ſeu ceſſatio-
ne gratiæ excuſat, quia hæc ceſſatio non prove-
nit ratione pœnæ, ſed ex defectu conſenſus, &
conditionis cauſam finalem concernens, *Samintat.
Controv.* 44. *num.* 40. & *ſeqq. Rot. deciſ.* 203. *n.*
19. & *ſeqq* & *numer.* 26. *part.* 6. *Recent.* & in no-
ſtris terminis *Card. de Luc. dict. diſc.* 145. *n.* 12.
& *in lib. cui titulus* Il Cardinal Prattico — *dict.
cap.* 18. *num.* 6. Et habemus exemplum in Alter-
nativa, quæ ex indulgentia Sedis Apoſtolicæ Epi-
ſcopis vere reſidentibus apud ſuas Eccleſias conce-
ditur. Ut enim ipſi ea perfrui valeant, unice in- 111
ſpicitur, an reſideant, nec ulla habetur ratio, an
abſentia ſit juſta, nec ne, ut late dicemus in Com-
ment. in *Regul. IX. part.* 2. *§.* 5. *a n.* 1. & *ſeqq.*

Demum ad quintum fundamentum, quod Re-
gulæ reſervatio ſit temporanea, *quamdiu* nempe
abſentia hujuſmodi duraverit, quodque proinde,
cum Cardinalis *Barbadicus* re integra, & ante-
quam de Canonicatu fuiſſet a Papa diſpoſitum,
ad Urbem redierit, cenſeri deberet ad priſtinum
jus conferendi reintegratus. Reſpondebam, quod
hujuſmodi diſcurſus procedere poterat quoad Be-
neficia, quæ poſt reditum Cardinalis ad Urbem in 112
ſuo Titulo vacare contigiſſent, cum Regula non
tollat in totum Privilegium, ſed tantum illius uſum
ſuſpendat pro tempore abſentiæ Cardinalis; nulla-
tenus vero applicabilis erat Beneficiis, quorum va-
catio ſequuta fuit durante eadem abſentia; iis
enim cum ſtatim a puncto vacationis infixa fue-
rit reſervatio, & jus Papæ quæſitum; iſtud non
potuit tolli per ſupervenientem ejuſdem Cardina-
lis reditum ad Urbem, ex certo juris principio,
quod reſervatio ſemel infixa corpori certi Benefi- 113
cii, per quamcumque ſupervenientem extrinſecam
qualitatem non tollitur, *Amayd. de ſtyl. Datar.
lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 28. *Garc. de Beneſ. part.* 5.
cap. 1. *num.* 468. *Gonzal. ad regul.* 8. *Gloſſ.* 43. *n.*
41. *Fragoſ. de Regimin. Reipubl. Chriſtian. tom.* 2.
lib. 9. *diſput.* 20. *§.* 4. *num.* 3. *Corrad. in Prax.
Beneſic. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 43. *Caſtropal. tom.* 2.
tract. 13. *punct.* 23. *§.* 2. Et eſſet res hactenus
inaudita, quod inferior conferre poſſet Beneficium 114
ſemel Papæ reſervatum, ut dixit *Rot. in Mona-
ſterien. Vicariæ* 3. *Julii* 1662. *§. Non enim coram
Bourlemont*, confirmata 25. *Junii* 1663. *§. Mini-
me refragante cor. Eodem.*

Dictio vero *quamdiu* potius retorquebatur, nam
cum illa de ſui natura ſit reſtrictiva ad veram, & 115
perſonalem reſidentiam (ut perpendendo vim ejuſ-
dem dictionis tam in hac Regula, quam in ſubſe-
quenti poſitam, firmat *Gonzalez Gloſſ.* 43. *num.*
14.) ſequebatur, quod Cardinalis *Barbadicus* tam-
diu conferre poterat Beneficia ſui Tituli, quamdiu
ea vacaſſent, dum ipſe vere, & realiter in Curia
reſideret. Atque in hoc dabam exemplum in ſub-
ſequenti Regula IX. utente eadem dictione *quam-
diu*. Si enim Epiſcopus Alternativa gaudens, ad 116
modicum etiam tempus a ſua Diœceſi receſſerit,
& intra ſpatium hujus modici temporis Beneficium
aliquod vacaverit, profecto Beneficium iſtud erit
Papæ reſervatum, nec Epiſcopus, etiam quod ſta-
tim, & re integra revertatur, jus conferendi re-
cuperat, ex ſupradicto indubitato principio, quod
ſufficit Beneficium momento temporis reſervatum
fuiſſe, ut ſemper reſervatum dicatur; & dicemus
infra in *Commentar. in Regul. IX. part.* 2. *§.* 2.

Retorquebatur pariter *Conſil.* 18. *Pariſii lib.* 4.
ibi

117 ibi enim Papa reſervaverat Beneficia conditinna-
liter, *donec generalis expeditio gratiarum fieret.*
Cumque antequam Beneficium vacaſſet, ſacta eſſet
expeditio grariarum, bene reſolvit *Pariſius*, tale
Beneficium, ex quo poſt expeditionem gratiarum
vacaverat, non ſuiſſe reſervatum, & his verbis
concludit -- *Ex quibus concluditur, talem reſerva-
tionem non viguiſſe tempore quo dictum Beneficium
vacavit, & conſequenter quod ipſæ Moniales licite
potuerunt conferre, & prævenire ipſum Nuncium,
cum eo tempore quo vacavit dictum Beneficium,
non fuerit nec reſervatum, nec affectum* -- ut in
d. conſ. 18. *num.* 6. & 14. & melius *nu.* 19. Ex
quo aperte confirmabatur veritas ſupra adductæ
diſtinctionis, inter Beneficia vacantia ante, &
poſt reditum Cardinalium abſentium ad Urbem.

Caſus vero, qui evenit anno 1688. occaſione
vacationis Clericatus S. Petri collati *Joanni Bapti-
ſtæ Cerno*, erat toto cœlo a præſenti diverſus. Ibi
agebatur de Beneficio, quod vacaverat per obitum
ſmiliaris cl. me. *Cardinalis Pamphilii*, qui cum
intra diſtrictum Urbis tunc maneret, illico rever-
ſus fuerat ad Urbem, in qua lares, & familiam
retinebat, & conſenſum præſtitit ad formam Re-
gulæ XXXII. quæ expreſſe diſponit, conſenſum
118 eſſe præſtandum a Cardinalibus Patronis abſenti-
bus quidem, ſed illico ad Urbem reverſuris, & qui
intra decem vel quindecim dies vere, & realiter
reverſi fuerint, ea ratione, quia parum a Curia
diſtant, & qui ſunt cito reverſuri, pro præſenti-
119 bus reputantur, *Sot. ad Regul. XXXII. ſub num.*
30. *Mandoſ. ibidem quæſt.* 32. *ſub numer.* 5. *Gomeſ.
ad Regul. de impetr. Beneſic. per obit. famil. quæſt.*
17. *in fine*, *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 43. *num.* 42.
Omnes autem hæ circumſtantiæ in caſu deficie-
bant, nam Cardinalis *Barbadicus* nec Romæ fa-
miliam, aut lares habebat, nec infra quindecim dies
a die ſuæ abſentiæ reverſus fuerat, nec agebatur de
conſenſu præſtando, ſed de jure conferendi.

Hæc quoad Regulam, ſed revocando ad exa-
men ſecundum fundamentum depromtum ex In-
dulto, quo Cardinalis *Barbadicus* fruebatur, cla-
rius præfulgebat bonum jus Datariæ. Prænotabam
enim, quod moderna Indulta ſunt ab antiquis in
120 hoc puncto difformia. In antiquis ita diſponeba-
tur -- *Tibi etiam quando, & quoties de licentia no-
ſtra, etiam pro tua voluntate a Romana Curia ubi-
libet, etiam ultra Montes abeſſe contigerit, quali-
bet Beneficia &c.* ut diximus ſupra *num.* 76. Et hæc
formula ſervata fuit uſque ad totum tempus Pon-
tificatus *Clementis X.* Cumque in celebri illa diſ-
putatione *Albanen.* inter Datariam, & Cardina-
lem *Grimaldi* ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopum, ha-
bita *anno* 1680. de qua ſupra meminimus *nu.* 53.
ſcribentes pro Cardinali Epiſcopo magnum con-
ſtituerent fundamentum ſuper hujuſmodi formula
Indulti, ut innuit *Card. de Luc. d. diſc.* 145. *n.* 13.
de Beneſic. in Supplement. hinc ad evitandam im-
poſterum omnem diſputationem, creatis per ſa. me.
121 *Innocentium XI.* ſequenti anno 1681. novis Cardi-
nalibus, immutavit ille Indulti formulam, & ſe-
122 quentem fecit additionem -- *Tibi quoad vixeris,
tam in Romana Curia, quam extra eam, quando,
& quoties te de licentia noſtra, etiam pro tua vo-
luntate ab eadem Curia ubilibet, etiam ultra Mon-
tes abeſſe contigerit, ſervata tamen quoad Beneficia
Titulorum, & Diaconiarum, & Epiſcopatuum
Cardinalitiorum Conſtitutionis, ſeu Regulæ octavæ
Cancellariæ Apoſtolicæ diſpoſitione*, & cum hac uni-
formi expreſſione DD. Cardinalibus a dicto anno
1681. uſque ad præſens creatis, Indulta conceſſa
fuerunt.

Attenta autem nova hac additione, multoque
magis motivo, & circumſtantiis, quibus motus
fuit ſa. me. *Innocentius XI.* ad illam faciendam,
quia nempe in dicta Cauſa *Albanen.* major pars
Prælatorum, qui Congregationi particulari inter-
fuerunt, exiſtimaverant, *Cardinalem Grimaldi* a
Curia abſentem ex cauſa neceſſaria reſidentiæ apud
ſuam Eccleſiam *Aquiſextii* potuiſſe vigore antiqui
Indulti conferre Canonicatum, qui vacaverat in ſuo
Epiſcopatu Cardinalitio *Albanen.* certo certius af-
firmandum erat, voluntatem Pontificis non aliam 123
extitiſſe, quam ſub nomine Cardinalium abſentium
comprehendere etiam illos, qui a Curia abeſſent
pro reſidentia in ſuis Eccleſiis particularibus, &
cum licentia Papæ ad effectum, ut Regula etiam
quoad ipſos locum haberet; alias evidens eſſet, &
manifeſta implicantia, & ſubitanea correctio in ea-
dem conceſſione, quam evitandam eſſe, loquendo
in terminis Indulti conferendi, dixit *Rot. deciſ.* 385.
num. 32. & 34. *part.* 19. *Recent.*

Poſtremo his omnibus addebam obſervantiam, 124
quæ reſpectu Cardinalium, qui promoti fuerunt
a dicto anno 1681. fuit inconcuſſa, & unifor-
mis; quotieſcumque enim vacarunt Beneficia, &
Canonicatus in Eccleſiis Titulorum, & Diaconia-
tum, ab Urbe abſentibus Cardinalibus Titula-
ribus, & Diaconis, ſive ex cauſa reſidentiæ penes
eorum Eccleſias Epiſcopales, ſive ex cauſa Lega-
tionis, ſemper collatio expleta fuit per Datariam.
Sic anno 1684. de Canonicatu S. Marci per obi-
tum *Joannis Baptiſtæ Capitozii*, altero *Cardinali
Barbadigo* dictæ Eccleſiæ Titulari, & Epiſcopo
Paduan. ab Urbe abſente, proviſus fuit a Sede A-
poſtolica *Antonius Mezzomonaco*; alteriuſque Ca-
nonicatus in eadem Eccleſia vacantis per obitum
Ludovici Aſſentii, laudato Cardinali in ſuo Epiſ-
copatu *Paduan.* reſidente, proviſionem a Dataria
obtinuit *Carolus Antonius Tortone*. Et de annis
1691. 1692. & 1693. ſequuta vacatione trium Ca-
nonicatuum in Eccleſia *S. Euſtachii*, cl. mem. Car-
dinali *Curſio* ejuſdem Eccleſiæ Diacono a Romana
Curia abſente ex cauſa, qua morabatur aut in ſuo
Epiſcopatu *Ariminen.* aut in Legatione, eorum-
dem Canonicatuum collatio expleta fuit a Dataria
vigore Regulæ VIII. & de primo vacante per obi-
tum *Stephani de Marcis* proviſus fuit *Antonius
Buſſi*; de ſecundo per obitum *Petri Callimaco*,
Joannes Angelus Magnonus; & de tertio vacante
per obitum *Angeli Stefanoni*, *Fauſtinus Nejoro-* 125
nus. Plurimum autem hæc obſervantia attendi
merebatur, cum eſſet uniformis juri, Regulis Can-
cellariæ, & Indultis Pontificum, ad firmata per
Cardinalem de Luc. de Beneſic. diſc. 1. *numer.* 13.
& *diſc.* 27. *numer.* 17. & 18. *Rot. deciſ.* 300. *nu-
mer.* 28. & *ſeqq. part.* 12. cum aliis *deciſ.* 385. *nu-
mer.* 36. & 38. *part.* 19. *Recent.* Et ſufficeret ita
ſemel obſervatum fuiſſe, *Rot. deciſ.* 49. *numer.* 9.
& 10. poſt *Tondut. de Penſ.*

Nec obſervantiam hanc infringebant collatio-
nes, quæ in eorum abſentia explevere cl. mem. 126
Cardinalis *Bullionius* anno 1694. de Canonicatibus
vacantibus in Diœceſi Albanen. & Eminentiſſ. D.
Cardinalis *Ottbobonus* de *Cappellania Valtrina* in
Eccleſia SS. Laurentii, & Damaſi, tempore quo
anno 1693. de licentia Papæ Venetiis morabatur.
Siquidem Cardinalis *Bullionius* fruebatur Indulto
concepto juxta formulam antiquam, ei conceſſo a
ſan. mem. Clemente IX. ejus Creatore. Indul-
tum vero Eminentiſſimi *Ottboboni* eſt pariter ex-
peditum ad formam antiquorum Indultorum, & in
eo deficit clauſula -- *ſervata Regulæ VIII. Cancel-
lariæ diſpoſitione*.

Atque

Atque ex his rationibus in Congregatione par-
ticulari habita die 18. Julii 1702. in ædibus Da-
127 tariæ Apoſtolicæ, cui interfuerunt clar. mem. *Car-
dinalis Sacripantes Pro-Datarius*, & *RR. PP. DD.
Molines Rotæ Decanus*, *Caprara*, *Scottus*, *Lan-
cetta*, *Caffarellus ejuſdem Rotæ Auditores*, *Para-
cianus Pontificis Auditor*, *Origbus*, *Organus*, *&
Sub Datarius*, unanimiter reſolutum fuit -- *Colla-
tionem ſpectare ad Datariam.*

Et ſic poſt hanc editam reſolutionem pluries in
praxi ſervatum vidi, præſertim in proviſione non-
128 nullorum Canonicatuum, qui in Eccleſia *S. Euſta-
chii* vacarunt tempore, quo Eminentiſſimus D.
Card. *Origbus* illius Diaconus, Bononienſi Lega-
tione fungebatur de *annis* 1719. *&* 1720. Sic etiam
anno 1719. cum in Diœceſi *Sabinen.* vacaſſet Pa-
rochialis, cla. mem. Card. *Pignattello* Epiſcopo *Sa-
binen.* ootorie ab Urbe abſente, & in Eccleſia
Neapolitana, cui præerat, reſidente, orta fuit
Quæſtio, num ejuſdem Parochialis collatio ad Pa-
129 pam, vel potius ad laudatum Cardinalem ſpecta-
ret? Et pro veritate de meo ſenſu requiſitus reſ-
pondi, quod ſpectabat ad Pontificis diſpoſitionem,
nam etſi non ageretur de Beneficio in Eccleſia Ti-
tulari Urbis, ſed de Parochiali in Diœceſi unius
ex ſex Epiſcopatibus Cardinalitiis vacante, atta-
men eadem eſt Regula, quæ pariformiter omnia
Beneficia in Eccleſiis Titulorum, & Diaconiarum,
ac Epiſcopatibus Cardinalatus vacantia tempore
abſentiæ, complectitur, idem eſt Indultum, eæ-
dem ſunt rationes, & in omnibus viget par ratio
reſidendi in Curia ad effectum coadjuvandi Sum-
mum Pontificem in regimine Eccleſiæ univerſalis.
Quibus omnibus addebam ſolemnem rem judica-
tam Congregationis particularis in ſupradicta *Cau-
ſa Romana Canonicatus S. Marci* inter cler. mem.
Cardin. *Barbadicum*, & Datariam Apoſtolicam.

Et quamvis in folio mihi communicato, provi-
ſus de dicta Parochiali a clar. mem. Cardinali *Pi-
gnattello* acriter inſiſteret tum ſuper famigerata ob-
jectione, quod Cardinales ex juſtiſſima, & neceſ-
ſaria cauſa a Romana Curia abſentes, ob reſiden-
tiam penes eorum Epiſcopales Eccleſias, privari
130 non debeant facultate de jure eis competente pro
collatione Beneficiorum vacantium in Eccleſiis Car-
dinalitiis, quibus etiam præſunt: Tum ſuper praxi,
quam ſervabat *ſan. mem. Cardinalis Urſinus* Ar-
chiepiſcopus *Beneventanus*, & poſtea Summus Pon-
tifex ſub glorioſo nomine *Benedicti XIII.* conferen-
di Beneficia vacantia in ſuo Epiſcopatu Cardinali-
tio, tempore quo penes Eccleſiam *Beneventanam*
reſidebat.

Nihilominus primæ objectioni eamdem dedi re-
ſponſionem, quam ſimili objecto excitato in ſupra-
dicta Cauſa *Romana Canonicatus S. Marci* ample-
xa fuit Congregatio particularis, quod magna eſt
differentia inter jus illud conferendi, quod compe-
tit ratione aliarum Eccleſiarum Epiſcopalium, &
iſtud, quod competit ratione Epiſcopatuum Cardi-
nalatus. Primo enim caſu Epiſcopus habet de jure
131 communi facultatem conferendi Beneficia ſuæ Diœ-
ceſis, adeout ſi non fuiſſet introductus uſus Reſer-
vationum, Papa non ſe ingereret in collatione Be-
neficiorum, proindeque illos privare hoc jure con-
ferendi, redoleret ſpeciem pœnæ, qualis in jure di-
citur privatio juris quæſiti, & qualis eſt caſus Con-
ſtitutionis Pauli III. ſuper privatione Cardinalium
132 abſentium a Romana Curia ſine licentia Papæ, illa
facultate conferendi, quam de jure communi, vel
ex Indulto eis aliter competeret, dum agitur de
pœna formali, quæ infligenda non eſt ſine delicto,
& per conſequens, ubi abſentia ſit juſta, & cum
licentia Papæ, locum ſibi non vindicat dicta Con-
ſtitutio; At in ſex Eccleſiis Cardinalitiis, prout
etiam ſupra diximus in Eccleſiis Titulorum, &
Diaconiarum, non militat iſta ratio, quia in illis 133
Cardinales conſiderantur uti Vicarii Papæ, qui no-
luit illis omnimodam juriſdictionem concedere,
ſed nonnulla ſibi reſervavit, & præſertim collatio-
nem Beneficiorum; Ad alliciendum vero eoſdem
Cardinales ad reſidendum in Curia, voluit quidem
Pontifex eis indulgere facultatem conferendi Bene-
ficia in Eccleſiis ſibi commiſſis, ſed ſub iſta cir-
cumſtantia, dummodo ſint præſentes in Curia,
Germon. de Indult. Card. §. Tum ratione n. 14. *Ko-
chier. ad Regul.* 1. *n.* 4. proindeque non intrat in-
ſpectio, an abſentia ſit juſta nec ne, quæ locum ſi-
bi vindicare poſſet, quando ageretur de privando
Cardinales ratione abſentiæ, jure, quod alias eis
competebat, ſecus vero quando agitur de obtinen-
do ex Principis liberalitate, id quod alias jure ſuo
non competebat, quodque ſub aliqua conditione ex
parte ante adimplenda, indultum fuit, tunc enim 134
attenditur factum ipſum, nec inſpicitur, an defe-
ctus conditionis ſit culpoſus nec ne, ut ex *Card.
de Luca* diximus ſupra *n.* 101.

Quo vero attinet ad praxim ſervatam a ſan. me-
mor. *Benedicto XIII.* tempore, quo in ſtatu Cardi-
nalitio præerat Eccleſiæ Beneventanæ, conferendi
Beneficia vacantia in ſuo Epiſcopatu Suburbica- 135
rio, reſpondi, quod aut hujuſmodi Beneficiorum
vacationes, & proviſiones non pervenerunt ad no-
titiam Datariæ, quæ ſicuti ſe oppoſuit Cardinali-
bus *Grimaldi*, & *Barbadico*, ita ſe oppoſuiſſet
laudato Cardinali *Urſino*; aut his exemplis, ſi ad-
eſſent, poſſet opponi obſervantia in contrarium,
de quo ſupra *n.* 124. Aut demum, quia idem Car-
dinalis *Urſinus* utebatur Indulto concepto juxta for-
mulam antiquam ei conceſſo a ſan. mem. *Clemente
X.* in quo non aderat nova illa additio, *ſervata
Regulæ VIII. Cancellariæ diſpoſitione*, quæ poſtmo-
dum *anno* 1681. a ſan. mem. *Innocentio XI.* facta,
per Succeſſores continuata fuit in Indultis Cardi-
nalibus concedi ſolitis.

Poſt hæc ſcripta prodiit in lucem tertius Tomus
Diſceptationum Eccleſiaſticarum bon. mem. *Piſanii*, 136
qui pro veritate conſultus a laudato Cardinali *Pi-
gnattello* ſuper eodem articulo, occaſione vacatio-
nis ſimplicis Beneficii in eadem Diœceſi *Sabinen.*
quamvis favore ejuſdem Cardinalis quamplures ex-
penderit rationes, & conatus fuerit evertere moti-
va favore Datariæ adducta a *Card. de Luca dict.
diſc.* 145. *per tot. de Benefic. in Supplem.* ut in *di-
ſceptat.* 55. ingenue nihilominus *n.* 38. fatetur, quod
articulus eſt dubius, & reſolvendus ex obſervan- 137
tia, quam tamen ſupponit aſſiſtere Cardinalibus ab-
ſentibus a Romana Curia ex cauſa reſidentiæ apud
eorum Eccleſias Epiſcopales, allegando exempla
prælaudati *Cardinalis Urſini*, qui reſidendo in Ar-
chiepiſcopatu Beneventano, ſemper contulit Be-
neficia vacantia in Diœceſi *Tuſculana*, quam pri-
mo, & *Portuenſi*, quam poſtea obtinuit, & præ-
laudati Cardinalis *Bullionii*, qui non obſtante ab-
ſentia ab Urbe, de licentia tamen Papæ, contulit
Beneficia Epiſcopatus *Hoſtien.*

Verum recedendum non eſt a Sententia, quod
Cardinales abſentes ex cauſa reſidentiæ penes Ec-
cleſias ſibi commendatas, conferre nequeant Bene-
ficia tempore dictæ abſentiæ vacantia in eorum E-
piſcopatibus Cardinalitiis; tamquam reſervata vi-
gore Regulæ VIII. Maxime poſt editam a Sanctiſ- 138
ſimo Domino Noſtro Clemente XII. Conſtitu-
tionem, de qua infra §. 2. quod Cardinales a Ro-
mana Curia abſentes, etiam ex cauſa reſidentiæ apud

Epiſcopatus extraordinarios, quibus præſunt, nec
Eccleſias Suburbicarias optare, nec Decanatum
Sacri Collegii aſſequi poſſunt. Et conſerunt tradita
per *Rocc. diſputat. jur. cap. 57. n. 62.* Fundamenta
enim omnia in contrarium adducta per *Piton. dicta*
139 *diſcept. 55.* quod nempe Regula non comprehen-
dat niſi Cardinales obtinentes ſex Epiſcopatus Car-
dinalitios, nec locum habeat reſpectu Cardina-
lium abſentium de licentia Papæ: Quod nimis aſ-
perum, & durum eſſet propter abſentiam neceſ-
ſariam a Curia occaſione reſidentiæ penes propriam
Eccleſiam a S. Conc. Trid. & Apoſtolicis Conſti-
tutionibus expreſſe demandatæ, Cardinales priva-
re jure conferendi Beneficia vacantia in Epiſcopa-
tibus Cardinalitiis, cum pœnam non mereatur, qui
præceptum legis adimplet; Quodque demum ho-
die Regula ſuperflua ſit propter Indultum conce-
di ſolitum Cardidalibus, conferendi Beneficia ad
eorum collationem ſpectantia ratione Eccleſiarum
ſuarum, abſentia non obſtante. Fundamenta, in-
quam, hujuſmodi, ſunt illamet, quæ deducta fue-
runt a Defenſoribus *Cardinalibus Barbadici* in
Cauſa *Romana Canonicatus S. Marci*, ſuper qua
prodiit anno 1702. ſolemne judicatum Congrega-
tionis particularis favore Datariæ, & quibus jam
plene ſupra ſatisfactum fuit. Et mirum eſt, quod
Pitonius non animadvertit ad mutationem Indulto-
rum, ſequutam *anno* 1681. occaſione, de qua ſu-
140 pra *n.* 121. quodque clar. memor. *Card. Pignatellus*
non fruebatur Indulto juxta formulam antiquam,
de quo loquuntur Doctores ab ipſo citati n. 14. ſed
Indultum ei conceſſum a ſan. mem. Clemente XI.
ejus Creatore conceptum erat juxta formulam mo-
dernam, continebatque clauſulam -- *Servata ta-
men quoad Beneficia Titulorum, & Diaconiarum,
& Epiſcopatuum Cardinalitiorum Conſtitutionis, ſeu
Regulæ VIII. Cancellariæ diſpoſitione.*
Obſervantiam vero ipſemet *Pitonius* agnovit aſ-
ſiſtere Datariæ, dum in calce dictæ Diſceptationis
55. tranſcripſit exempla collationum expletarum
poſt annum 1681. a Sede Apoſtolica de Benefi-
ciis, quæ vacaverant in Eccleſiis Titulorum, &
Diaconiarum Cardinalium, abſentia a Romana
Curia durante, ſive ex cauſa Legationis, ſive Re-
ſidentiæ penes Eccleſias Epiſcopales: quæ exem-
pla ſunt eadem a nobis longe ante exhibita in di-
cta *Cauſa Romana Canonicatus S. Marci*, quæ-
que tranſcripſimus ſupra *n.* 124. Proviſiones vero
141 expletæ a præfato *Cardinali Urſino*, & clar. mem.
Card. Bullionio attendi non merentur, quia uter-
que fruebatur Indulto concepto juxta formulam an-
tiquam, ut diximus *n.* 126.
Cæterum quamvis, ut diximus, Indulta Car-
dinalium poſt annum 1681. non aliter expediri
conſueverint, quam cum ſupradicta clauſula, *ſer-
vata &c. Conſtitutionis, ſeu Regulæ VIII. Cancel-
lariæ diſpoſitione:* Nihilominus ſan. mem. *Benedi-*
142 *ctus XIII.* novum Eminentiſſimo D. Cardinali
Nunio de Acunha conceſſit Indultum conferendi
in abſentia, & abſque dicta clauſula -- *ſervata Re-
gulæ VIII. Cancellariæ diſpoſitione* Beneficia vacan-
tia in Eccleſia Titulari *S. Anaſtaſiæ*, facta in Lit-
teris expeditis in forma Brevis *ſub Annulo Piſcato-
ris* 12. *Septembris* 1724. hujuſmodi expreſſione --
*Tibi, qui Officio Inquiſitoris Generalis adverſus
Hæreticam pravitatem in Luſitania, & Algarbio-
rum Regnis de præſenti fungeris, ac ingentes expen-
ſas in reſtaurationem Eccleſiæ S. Anaſtaſiæ de Urbe
pro Titulo tui Cardinalatus aſſignatæ, non ita pri-
dem feciſti &c.* -- Simileque Indultum laudatus
143 Pontifex elargitus fuit clar. memor. *Cardinali de
Aſtorga* Archiepiſcopo *Toletano*, pro collatione
Beneficiorum Eccleſiæ ſuæ Titularis, ut ex Litte-
ris pariter in forma *Brevis* 30. *Novembris* 1727.
An autem ſi Cardinalis abſit a Curia Romana,
ſed tamen moretur intra duas Dietas, ſeu in Ur-
bis Diſtrictu, Regula locum habeat? Videtur du-
bia Quæſtio, *Lotter.* enim *de re Beneficiar. lib. 2.
quæſt. 35. num. 14. & ſeqq.* exiſtimat, Cardinalem 144
poſſe tali caſu Beneficia in Eccleſia Cardinalitia,
ſeu Titulari vacantia conferre, quia manens intra
duas Dietas legales, dicitur eſſe in Curia, & ma-
nens in Diſtrictu, non dicitur eſſe extra Curiam,
*Cap. Præſenti, de Præbend. in 6. Leuren. in for.
Benefic. tom. 2. quæſt. 551. num. 6. Cardin. Albit.
diſcept. de Juriſdict.* quam habent Cardinales in
ſuis Titulis poſt *Cardin. de Luc. de Juriſdict. n. 57.
& ſeqq.* ubi adducit ſimile exemplum de Optione 145
Decanatus Sacri Collegii, ad quam fuerunt tem-
poribus *Clementis VII.* & *Pauli V.* admiſſi Car-
dinales ab Urbe abſentes, intra tamen Diſtrictum,
& non ultra duas Dietas, commorantes, de qui-
bus exemplis ſermonem inſtaurabimus in §. *ſe-
quen. Card. de Luc. de Benefic. diſcurſ.* 21. ubi
diſtinguendo inter locum infra duas Dietas, & lo-
cum infra Diſtrictum, ait, Cardinales manentes
in Diſtrictu non amittere jus conferendi, cum ma-
nens infra Diſtrictum Urbis, in ipſa Urbe mane-
re videatur.
Econtra vero *Mandoſ. ad hanc Reg. quæſt. 3. n. 3.*
firmat Cardinalem quamvis intra duas Dietas, &
in ſuo Cardinalitio Epiſcopatu morantem, jure 146
conferendi Beneficia in dicto Epiſcopatu, vel in
ſui Tituli Eccleſia vacantia, non gaudere. Et in
contingentia facti hæc opinio viſa fuit verior. Re-
gula enim reſervat Beneficia Epiſcopatuum Car-
dinalatus, & Titulorum, in abſentia Cardina-
lium a Romana Curia; appellatione autem *Curiæ
Romanæ* venit ſolummodo illa Civitas, ſive locus, 147
ubi degit Papa, cum ſuis Suburbiis, *Gloſſ. in Cap.
Præſenti verb. Recedentes, de Præbend. in 9.* ubi
*Archidiac. n. 3. Gemin. n. 4. Franch. n. 4. Gonzal.
ad Regul.* 8. *gloſſ.* 13. §. *Primo n. 2. Sot. ad Reg. 35.
n. 3. & ad Regul. 43. ſub n. 4.* ideoque quotieſ-
cumque Cardinalis a tali loco abeſt, a Curia Ro-
mana abeſſe dicitur.
Non obſtat, quod vicinus Curiæ intra duas Die-
tas, dicatur eſſe præſens in Curia, *dict. Cap. Præ-* 148
ſenti, de Præbend. in 6. Quia id intelligitur non
vere, ſed per fictionem, nam *Textus* prædictus,
dum extendit reſervationem ad loca diſtrictualia,
non procedit per declarationem juris antiqui, ut
non bene ait *Lotterius loco cit.* ſed per novi juris
inductionem, & per modum fictum, ut colligitur
tum ex verbis illis laudati *Text.* -- *volumus compu-* 149
tari, quod ſane verbum *volumus*, non eſt decla-
rativum, ſed novi juris inductivum, & firmant
Scribentes ibidem, & præſertim *Jo. Andr. in prin-
cip. Geminian. num. 4. & Butr. in princip.* Tum ex
aliis verbis -- ibi -- *Quemadmodum, ſi in loco, ubi* 150
eadem Curia reſidet, morarentur &c. nam dictio
Quemadmodum, fictionem denotat, *Alex. conſ. 123.
n. 2. lib. 2. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 9. n. 118.
Rot. deciſ.* 100. *n.* 14. *cor. Martin. Andr.*
Dum igitur diſpoſitio laudati *Text. in Cap. Præ-
ſenti* procedit per modum fictum, caſui noſtro non
eſt applicabilis, ſive quia Regula de abſentia a 151
Romana Curia, intelligi debet de Curia vera, non
autem ficta, & interpretativa, ut bene ait *Go-
meſ. ad Regul. de familiarib. quæſtion.* 17. ubi lo- 152
quens de conſenſu præſtando per Cardinalem præ-
ſentem in Curia, hæc ait -- *Ergo debet intelligi de
vera præſentia, non autem de illa, quæ per interpre-
tationem in certo caſu ſpeciali extenſive fingitur, prout*
in

in dicto Cap. Præſenti; *qui quidem Textus non pro-*
cedit declarative, ſed extenſive, cum id non eſſet
de jure antiquo ſecundum Dominic. ibi in princip.
in prima Quæſt. Nam in dicto caſu ficto non poſ-
ſunt verificari verba Regulæ, quæ de eo, qui eſt
in Curia loquitur &c. Quia verba in dubio debent
153 *intelligi de actu vero, non de ficto &c. Caſus igi-*
tur dictæ abſentiæ, qui ab iſta Regula excipitur,
relinqui debet tamquam omiſſus ſub diſpoſitione ju-
ris communis, ſecundum quam juris diſpoſitionem
Beneficia vacantia in Curia per Papam libere con-
feruntur.

Sive quia, dum *Text.* præfati diſpoſitio proce-
154 dit per modum fictum, modum eumdem excedere
non debet, & extendi ad alium caſum non ex-
preſſum, *Butr. ibid. n.* 2. *verſ. Quia concurreate*,
Gemiaian. conſ. 66. *num.* 5. *verſic. Nec obſtat*,
Mandoſ. ad hanc Regul. quæſt. 7. *num.* 8. & 9.
Lotter. lib. 3. *quæſt.* 15. *n.* 39. & *ſeqq.* Idque aper-
te colligitur ex eodem *Textu* reſtringente diſpoſi-
tionem ad caſum illum particularem, de quo lo-
quitur -- ibi -- *Intelligantur vicina eidem Curiæ in*
155 *præmiſſis &c.* -- iſta enim dictio *in præmiſſis* de ſui
natura eſt reſtrictiva, *Parif. conſ.* 49. *n.* 22. *lib.* 3.
Cravet. conſ. 98. *n.* 8. *Paſet. conſ.* 45. *n.* 18. & 19.
Barboſ. dict. 276. *n.* 6. Et hanc ipſam differentiam
bene agnoſcit, & facit Dataria. Etenim ubi Bene-
ficiatus Curialis moritur in Urbe, in proviſione
156 Beneficii exprimitur, Beneficium vacare *in Curia*,
vel apud Sedem; at ubi moritur intra duas Dietas,
nullatenus admittitur expreſſio vacationis in Curia,
ſed altera, *intra duas Dietas Legales.*

Accedit, quod diſpoſitio *Text.* in *Cap. Præſen-*
ti, continet ſpecialitatem, & proinde in argumen-
157 tum trahi non poteſt. Quando enim diſpoſitio ſpe-
cialitatem aliquam continet in certo caſu, datur
intelligi, quod in contrarium ſtet jus commune,
Gloſſ. in dict. Cap. Præſenti verb. ſpecialiter, & *ibi-*
dem Franc. n. 4. *Anchar. n. verſic. Sed hic ſpecia-*
liter, & bene *Sot. Gloſſator antiquus ſuper Regul.*
43. *n.* 4. ibi -- *In quantum Regula iſta loquitur de*
præſenti in Curia pro Muris tantum Civitatis, vel
ad plus pro præſenti in Suburbiis, & non debet in-
telligi Curia pro duabus Dietis argument. Cap.
Præſenti §. Lo a de Præbend. in 6. *per locum a*
ſpeciali.

Specialitas autem in hoc conſiſtit, quod in præ-
158 fato *Cap. Præſenti* non fit reſervatio Beneficiorum
vacantium per obitum Perſonarum inibi expreſſa-
rum propter illarum meritum, vel favorem, quia
ſunt præſentes in Curia, ſed propter favorem Pon-
tificis reſervantis, cujus reſpectu nihil intereſt, an
Perſonæ, de quibus agitur in dicto *Cap. Præſenti*
ſint præſentes vere, vel per fictionem, quia utro-
que modo Pontifex ſuum conſequitur intentum.
In terminis autem hujus Regulæ non militat hæc
ſpecialitas, cum imo Pontificis interſit, quod Car-
dinales vere, & realiter in Curia aſſiſtant, ut
conſiderat *Gomeſ. ad Regul. de famil. quæſt.* 17.
159 *verſic. Præterea*; ex quo etiam ſequitur, quod fi-
ctio ad favorem Pontificis inducta in uno caſu, non
poteſt in alio caſu contra eum retorqueri, cum
Conſtitutio ad unum finem emanata, finem alium
operari non debeat, *Roman. conſ.* 302. *n.* 4. *verſ.*
Secundo quia.

Non obſtat, quod ſaltem qui in Diſtrictu, qui
160 eſt territorium Civitatis, moratur, dicatur eſſe in
ipſa Civitate, juxta firmata per *Card. de Luc. dict.*
diſc. 21. *n.* 8. poſt *Lotter. de re Benefic. quæſt.* 35.
num. 23. & 25. Tum quia Regula loquitur de
Curia Romana, non de Civitate, & per conſe-
161 quens accipi debet ad limites Curiæ, quæ conſi-
ſtit in Civitate reſidentiali Papæ, & ejus Suburbiis,
ex auctoritatibus ſupra allegatis. Tum quia adhuc
eſſet hæc præſentia ficta, non vera, & realis, 162
prout in Regula requiritur. Quod fortius procedit
ex quo Regula utitur verbis illis -- *Quamdiu ab-*
ſentia ſua duraverit -- Dictio enim *Quamdiu* eſt 163
diviſiva temporum, & reſtrictiva ad veram, &
perſonalem reſidentiam, *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.*
43. *n.* 19.

Cæterum in hac, in qua verſamur Quæſtione,
quod Diſtrictus Urbis ſit extra Romanam Curiam,
adeſt expreſſa declaratio *ſan. mem. Alexandri* 164
VII. de qua late infra in *Commentar. in Regul. IX.*
§. 3. *n.* 27. Cum enim *Flaminius Maximi* Benefi-
ciatus in Baſilica S. Petri obiiſſet intra duas Die-
tas, & in Diſtrictu Urbis, in Menſe Sedi Apoſto-
licæ vigore Regulæ IX. reſervato, & Capitulum
prætenderet collationem ad ſe ſpectare, ex quo di-
ctus *Flaminius* reputari deberet, ac ſi mortuus eſſet
in Curia, dum obierat intra Diſtrictum, & duas
Dietas, laudatus Pontifex, prævio Voto Congre-
gationis quatuor Prælatorum, declaravit, Benefi-
ciatum vacaſſe extra Romanam Curiam, & obno-
xium remanſiſſe reſervationi ejuſdem Regulæ IX.
Hæcque *Alexandrina* declaratio expreſſe in contin-
gentia alterius caſus confirmata fuit anno 1705. a 165
ſan. mem. *Clemente XI.* prævia reſolutione alterius
Congregationis particularis, de qua pariter infra
in *Commentar. ad Regulam IX.* §. 3. *n.* 29. Non
relevante expreſſione *Card. de Luc. de Benefic. diſc.*
21. *n.* 19. quod caſus eſſet diverſus, quia dum a- 166
gitur de eodem juris articulo, ſufficit, quod arti-
culus ipſe deciſus ſit idem, quamvis caſus ſit di-
verſus, *Rot. deciſ.* 364. *n.* 8 & *ſeqq.* & *deciſ.* 378. *n.* 7.
cor. Seraphin. & *deciſ.* 424. *n.* 4. *in fine part.* 4. *Recent.*

Demum adſtipulatur *Regula XXXII.* Cancella-
riæ, quæ expreſſe diſponit, Cardinales, etiam intra 167
duas Dietas degentes, pro præſentibus in Curia
habendos non eſſe, ſi non ſint illico reverſi, &
vere intra decem, aut quindecim dies ad ſummum
reverſi non fuerint. Regula enim una Cancellariæ
aliam declarat, *Roman. conſil.* 379. *n.* 14. & 15.
cum aliis ſupra relatis *n.* 98. Præſertim cum utro-
bique vigeat eadem ratio, alliciendi nempe Cardi-
nales ad inſerviendum Sedi Apoſtolicæ, ut dictum
eſt *n.* 33. & 50. unde propter rationis identitatem,
eo magis locum ſibi vindicat declaratio unius Re- 168
gulæ per aliam, *Roman. conſ.* 345. *n.* 22. *verſic.*
vel quando, *Mandoſ. ad hanc Regulam quæſt.* 3.
Proœm. n. 2. *in princip.*

Atque ita tempore ſan. mem. Alexandri VII.
fuit ſervatum contra Cardinalem *Urſinum* in Di- 169
ſtrictu Urbis manentem, tempore, quo in Colle-
giata S. Mariæ in Via lata ejus Diaconia vacarunt
duo Canonicatus, prævio Voto Congregationis
particularis quatuor Prælatorum, de qua reſolu-
tione meminit *Card. de Luc. de Benefic. diſc.* 21. *n.*
8. ubi quod Dataria Canonicatum contulit vigo-
re *Regul. VIII.* ſubdens, Cardinalem *Urſinum* ob
prudentialia motiva acquieviſſe.

Quid autem dicendum, ſi Curia Romana alio
transferatur? Et hoc caſu *Lotter. dict. lib.* 2. *quæſt.* 170
35. *n.* 25. & *ſeqq.* cenſet, quod neque Cardinales,
qui eam ſequerentur, neque ii, qui remanerent in
Urbe, ejuſque Diſtrictu, facultatem conferendi
Beneficia in eorum Eccleſiis Cardinalatus, vel
Titulorum amitterent, illi quidem, quia ſequen-
do Curiam, & inſerviendo Papæ, dicerentur præ-
ſentes, illi vero, quia reſidendo in Urbe, ubi ſunt
proprii Tituli Cardinalitii, de facto Curiæ inſer-
virent, cum ad id præciſe teneantur. Quæ *Lotterii*
aſſertio, an vera ſit, aliis examinandum relinquimus.

§. II.

De optione Titulorum S. R. E. Cardinalium, Epiſcopatuum Suburbicariorum, & Sacri Collegii Decanatus.

ARGUMENTUM.

OPtio Titulorum inter S. R. E. Cardinales, a quo tempore initium ſumſit? De numero Cardinalium priſcis temporibus, antequam a Conſtitutione Sixti V. præfixus fuiſſet. Optio Titulorum expleri debet a Cardinalibus in Curia, & in Conſiſtorio præſentibus, niſi ſint infirmitate detenti, quo caſu optare poſſunt per Procuratorem. Cardinales ob corporis infirmitatem inhabiles ad functiones Pontificales exercendas, optare non poſſunt Epiſcopatus Suburbicarios. Prohibetur hodie ex *Conſtitutione* Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis XII. concedi Cardinalibus abſentibus Indultum optandi dictos Epiſcopatus in abſentia, quemadmodum ex eadem *Conſtitutione* Cardinales antiquiores Presbyteri, non poſſunt niſi duos tantum Epiſcopatus Suburbicarios ſucceſſive optare, ſalva tamen eis facultate optandi Eccleſiam *Hoſtienſem*, prævia dimiſſione prioris. In Inſtrumento optionis dictorum Epiſcopatuum ex Decreto ſan. mem. Innocentii XI. adjici debet Clauſula -- *quoad Eccleſiam optatam ſervata forma Regulæ VIII. circa præſentiam* -- Et quid hodie ſervetur? De modo, quo fit optio inter S. R. E. Cardinales, quomodo Cardinales Diaconi tranſire poſſint ad Ordinem Presbyteralem, & an antequam ad Ordinem iſtum tranſierint, aſcendere valeant ad Ordinem Epiſcoporum? Decanatus Sacri Collegii optari non poteſt niſi a Cardinali antiquiori Epiſcopo tempore illius vacationis præſente in Curia; excepto caſu, quo ſit abſens ob cauſam publicam, & ex deſtinatione Pontificis; & quid ſi tempore vacationis reperiatur in itinere verſus Romam, vel moretur in Diſtrictu Urbis, & intra duas Dietas, aut ſit abſens ex cauſa reſidentiæ apud alteram Eccleſiam Epiſcopalem ſibi commiſſam? Cardinalis antiquior in Epiſcopatu Suburbicario, licet junior in Cardinalatu, præfertur in aſſequutione Decanatus Cardinali antiquiori in Cardinalatu, ſed juniori in Epiſcopatu. Tribunalis pariter Sacræ Rotæ Decanatus aſſequi non poteſt niſi ab antiquiori Auditore, tempore illius vacationis in Curia præſente, aut ex cauſa publica abſente, extra eamdem Curiam per Romanum Pontificem deſtinato. Quemadmodum Decanatum præfatum incapax eſt obtinendi, qui ad Epiſcopatum, ſive Titularem, ſive reſidentialem, cum retentione loci in Rota promotus fuit, cum non amplius Auditor, ſeu Locumtenens remaneat, & Decanus hujuſmodi Dignitate ornatus, Decanatum amittit.

SUMMARIUM.

1 *Optio Titulorum inter S. R. E. Cardinales, a quo tempore initium ſumſit.*

2 *Cardinalium numerus priſcis temporibus non ſemper idem, ſed quandoque major, quandoque minor.*

3 *Ex Conſtitutione Sixti V. inductus ad ſeptuaginta, inter quos quatuordecim Diaconi, ſex Epiſcopi, reliqui Presbyteri eſſe debent.*

4 *Traditur ratio ob quam Sixtus V. deſignavit quinquaginta unum Titulos Presbyterales, cum numerus Cardinalium Presbyterorum quinquagenarium excedere non poſſit.*

5 *Optio Titulorum expleri nequit, niſi a Cardinalibus in Curia, tempore eorum vacationis præſentibus, vel intra duas Dietas degentibus, & fieri debet ab ipſis in Conſiſtorio præſentibus, ac Pontifice approbante, & conſentiente.*

6 *Limita ſi Cardinalis in Urbe præſens, & optare cupiens, ſit infirmus, quo caſu optare poteſt in Conſiſtorio per Procuratorem.*

7 *Cardinales ob corporis infirmitates inhabiles ad Pontificales functiones exercendas, optare non poſſunt ex Decreto Urbani VIII. Epiſcopatus Suburbicarios.*

Et de Cauſa, ob quam dictum Decretum emanavit, ibidem.

8 *Cardinales abſentes ex cauſa reſidentiæ apud Eccleſias, quibus præſunt, Eccleſias Suburbicarias optare non poſſunt.* & n. 10.

9 *Indultum optandi unam tantum Eccleſiam Cardinali abſenti conceſſum, expirat ſequuta prima optione.*

11 *Hodie per Conſtit. SSmi D. N. Clementis XII. ſublata ſunt Indulta optandi Eccleſias præfatas in abſentia, & per Procuratorem, etiam ex Cauſa reſidentiæ Cardinalium apud alias Eccleſias, quibus præſunt.*

12 *Cardinales non poſſunt hodie niſi duos tantum Epiſcopatus Suburbicarios ſucceſſive optare: præſervatur tamen eis facultas optandi Eccleſiam Hoſtienſem, prævia dimiſſione prioris.*

13 *Et in Inſtrumento optionis apponi debet ex Decreto ſan. mem. Innocentii XI. clauſula* -- Servata forma Regulæ VIII. circa præſentiam.

Sed quod circa appoſitionem d. Clauſulæ ſtylus non fuerit uniformis, ſed varius n. 14.

15 *Hodie apponitur in ſolo caſu, quo Cardinalis jam de una Eccleſia proviſus, vel jus habens conferendi Beneficia in Epiſcopatu, quem dimiſit, optat alterum ex Epiſcopatibus Cardinalitiis.*

16 *Ab-*

16 *Aliquando adjecta fuit in optione Epiſcopatus Cardinalitii, tametſi Cardinalis, qui optavit, nec alium Epiſcopatum, nec jus conferendi in alia Eccleſia haberet.*

17 *De modo quo ſit optio Titulorum inter S. R. E. Cardinales.*

18 *Cardinales Diaconi ex Conſtit. Sixti V. quamvis Sacerdotio inſigniti, ad ordinem Cardinalium Presbyterorum tranſire non poterant, quouſque ex Cardinalibus de novo creandis, numerus quatuordecim Diaconorum ſuppletus remanſiſſet.*

19 *Sed ex Decreto Clementis VIII. permittitur hujuſmodi tranſitus, ſi per decennium in ordine Diaconatus perſeveraverint, & decem Cardinales Diaconi in eodem ordine remaneant.* & n. 23.

Et tranſeuntes ad ordinem Presbyterorum, præcedunt Cardinalibus Presbyteris poſt ipſos ad Cardinalatum promotis. ibid.

20 *Cardinales Diaconi tranſire non poſſunt immediate ad ordinem Epiſcoporum, niſi præcedenter tranſeant ad illum Presbyterorum.*

21 *Cardinalis Diaconus antiquior ex Privilegio Sixti V. optare poterat Epiſcopatum Suburbicarium in qualibet illius quarta occurrente vacatione, ad excluſionem antiquioris Cardinalis Presbyteri.*

22 *Referuntur geminæ reſolutiones in duabus Congregationibus Rotalibus emanatæ, ſuper dicti Privilegii inobſervantia.*

23 *De praxi ſervata temporibus Clementis VIII. & Innocen. X. d. Privilegio contraria.* & n. 24.

25 *Reſolutio Congregationis Particularis de anno 1715. quod Cardinalibus Diaconis amplius non competat Privilegium optandi Epiſcopatus Suburbicarios, quarta eorum vacatione occurrente.*

26 *Expenditur ratio ob quam Privilegium Sixtinum uſu receptum non fuit.*

27 *De obſervantia a tempore Sixti V. uſque ad præſens ſuper optione Epiſcopatuum Suburbicariorum expleta ſemper a Cardinalibus Presbyteris, etiam quarta cujuslibet illorum vacatione occurrente.*

Et reprobatur Cohellius *nonnulla exempla in contrarium adducens.* n. 28.

29 *Privilegium Sixtinum abrogatum remanſit a Decreto Clementis VIII. de quo ſupra* n. 19.

Et late expenditur ratio abrogationis præfatæ, ibid.

30 *Obſervantia eſt optima interpres Conſtitutionum Apoſtolicarum.*

31 *Decanatus Sac. Collegii aſſequi non poteſt, niſi ab eo Cardinali antiquiori Epiſcopo, qui præſens in Curia reperitur tempore illius vacationis, niſi dicto tempore ſit abſens ob cauſam publicam ex deſtinatione Romani Pontificis.*

32 *Nec ſufficit, quod Cardinalis antiquior Epiſcopus reperiatur in itinere verſus Romam tempore quo ſequitur Decanatus vacatio.*

33 *Sufficit tamen, quod de vacationis tempore maneat intra Diſtrictum Urbis, vel intra duas dietas.*

Sed quod hæc opinio in jure non ſit tuta. ibidem.

34 *Cardinalis antiquior Epiſcopus tempore vacationis Decanatus S. Collegii a Romana Curia abſens ex cauſa reſidentiæ apud aliam Eccleſiam ſibi commiſſam, an poſſit Decanatum præfatum optare.*

35 *Refertur ſtatus Controverſiæ olim exortæ inter cl. mem. Cardinalem Aſtallium, & ſan. mem. Cardinalem Urſinum, cujus laudatur ſumma animi moderatio in permittendo Decanatus optionem dicto Cardinali Aſtallio.*

36 *Declaratio ſan. mem. Clementis XI. præſervativa jurium competentium prælaudato Cardinali Urſino pro futuris Decanatus vacationibus, non obſtante optione expleta a Cardinali Aſtallio.*

37 *De eadem controverſia exorta poſt obitum dicti Cardinalis Aſtallii ſuper aſſequutione Decanatus, inter eumdem Cardinalem Urſinum abſentem, & apud ſuam Eccleſiam Beneventanam reſidentem, & clar. mem. Card. Tanarium.*

38 *Et inter dictum Cardinalem Tanarium Epiſcopum Tuſculanum antiquiorem in Epiſcopatu, & Juniorem in Cardinalatu, ac clar. mem. Cardinalem Judice Epiſcopum Prænestinum, antiquiorem in Cardinalatu, juniorem vero in Epiſcopatu, ſed ambos tempore vacationis Decanatus in Curia præſentes.*

39 *Votum Congregationis particularis, quod Decanatus debeatur Cardinali antiquiori Epiſcopo tempore illius vacationis in Curia præſenti, ad excluſionem Cardinalium antiquiorum extra Curiam commorantium, etiam ex cauſa reſidentiæ apud Eccleſias ſibi commiſſas.*

40 *Attenta renunciatione propriis juribus facta a clar. mem. Cardinali Judice, eadem Congregatio cenſuit, conſulendum Pontifici pro declaratione, quod ex dicta ceſſione nullum in futuris Decanatus vacationibus cenſeatur irrogatum præjudicium Cardinalibus ſimilia jura foventibus.*

41 *San. mem. Clemens XI. Votum dictæ Congregationis approbavit, perpetuiſque futuris temporibus obſervari, & inter Acta Conſiſtorialia aſſervari præcepit.*

42 *Conſtitutio ſan. mem. Benedicti XIII. qua ſancitur, Cardinalem in Epiſcopatu Suburbicario antiquiorem admitti debere ad Optionem Decanatus, ſi tempore illius vacationis reſideat penes aliam Eccleſiam Cathedralem ſibi commiſſam.*

43 *Quodque Cardinalis antiquior in Epiſcopatu, licet junior in Cardinalatu, præferri debeat in aſſecutione Decanatus Cardinali antiquiori in Cardinalatu, ſed juniori in Epiſcopatu.*

Et hoc ipſum ſancivit Sanctiſſ. D. N. Clemens XII. ſua Conſtitutione, quæ incipit Paſtorale Officium. *n.* 45.

44 *Eadem Conſtitutio Sanctiſſimi, revocata Conſtitutione Benedictina, decernit, in Decanatu Sacri Collegii ipſo jure ſuccedere Cardinalem Epiſcopum antiquiorem tempore illius vacationis in Curia præſentem, vel qui ex cauſa publica, & Romani Pontificis deſtinatione dumtaxat, non tamen ex cauſa reſidentiæ in altera Eccleſia, cui ex Indulto Apoſtolico præeſt, ab eadem Curia tunc temporis abſens reperitur.*

46 *Decanatum Tribunalis Sacræ Rotæ ex Conſtitutione Pii IV. aſſequi non poteſt, niſi Auditor antiquior, qui tempore illius vacationis ſit præſens in Curia, vel abſens ex cauſa publica, aut deſtinatione Romani Pontificis.*

47 *Antiquior Auditor ad Epiſcopatum ſive Reſidentialem, ſive Titularem promotus cum retentione Auditoratus, incapax redditur aſſequendi Decanatum.* & n. 52.

Contrarium num. 51.

48 *Decanus Sacræ Rotæ, ſi Dignitate Epiſcopali decoretur, Decanatum amittit, qui Auditori in ſequenti loco ſedenti acquiritur.* & numer. 52.

49 *Referuntur exempla.* & n. 10.

AFfinis materiæ, quam hucuſque pertractavimus, eſt optio Titulorum S. R. Eccleſiæ Cardinalium, ac ſex Eccleſiarum Cathedralium, quibus ſex Cardinales Presbyteri antiquiores pro eorum Cardinalatus Titulo præfici ſolent, nempe, *Hoſtien. & Veliternen. Portuen. Sabinen. Praneſtin. Tuſculan.* & *Albanen.* quæ ſane optio nonniſi a Cardinalibus in Curia præſentibus expleri poſt, ut mox dicemus.

Sed a quo tempore Titulorum optio inter S.
1 R. E. Cardinales initium ſumſit, controverſum eſt inter DD. *Flavius Cherubinus* in *Compend. ad Conſtit. 55. Sixti V. Schol.* 2. ſequutus *Marſil. de Eccleſ. reddit. part. 1. cap. 17.* cenſuit, eam tempore *Martini V.* originem agnoſcere. Sed rectius mutandorum Titulorum uſum, ideoque optionem, exordium habuiſſe ſub *Alexandro V.* qui in Cathedra D. Petri ſedit anno 1409. exiſtimat *Onuphrius Panvinius* in libro *de Septem Urb. Eccleſ. capit. 3. in fine*, ubi hæc ſcribit -- *Apud veteres per mille, & ducentos annos conſuetudo in Romana Eccleſia uſurpata fuit, ut neque Diaconias ſemel receptas, neque Presbyteri Titulos, neque Epiſcopi Cardinales Epiſcopatus ſuos mutarent, qua ratione fiebat, ut Diaconi, Presbyteri, & Epiſcopi Cardinales, Diaconias, Titulos, & Epiſcopatus ſuos magis colerent, & exornarent, reſtituerent, & augerent, quos dum viverent eſſent retenturi. Nunc Cardinales optionis lege multos Titulos, & Diaconias obtinere poſſunt, cujus rei initium ortum eſt tempore Alexandri Quinti in Concilio Piſano anno Domini MCCCCX. in quo cum ob Schiſma contigiſſet, Sacerdotia Cardinalitia duos ad minus habere Cardinales, unum unius obedientiæ Avenionenſis, alterum, alterius Romæ; ſublato Schiſmate, unitiſque utriuſque Collegii Cardinalibus, & novo Pontifice creato, has mutationes fieri tum neceſſe fuit, ut unus ex duobus, qui in Schiſmate Epiſcopatum Tuſculanum obtinebat, & altero dimiſſo, Sabinum, tunc vacantem optaret. Ita in Titulis, & Diaconiis factum eſt; quæ res quamquam neceſſaria tunc eſſet, in exemplum tamen tracta, poſtea frequentari cœpta eſt, atque hac ratione factum videmus, ut aliquando Cardinalis Diaconus initio creatus, tres, & quatuor Diaconias, poſt Presbyter factus, totidem Titulos, demum Epiſcopatus omnes cooptaverit* -- *Panvinium* ſequitur *P. Pag. in Breviar. Geſt. Roman. Pontific. in Vit. Alex. V. tom. 2. pag. 214. num. 15.* qui ſic proſequitur. -- *Nam Henricus Minutul[illegible], ex Epiſcopo Tuſculano, factus eſt tunc Epiſcopus Sabinus; Antonius Cajetanus, ex Epiſcopo Praneſtin. factus eſt Epiſcopus Portuenſis, & S. Rufinæ; Antonius Calvus, ex Presbytero S. Praxedis, factus eſt Presbyter Cardinalis tit. S. Marci; Petrus Hannibaldus, ex Diacono Cardinali S. Angeli, factus eſt Diaconus Cardinalis SS. Coſmæ, & Damiani; Jordanus Urſinus, ex Presbytero SS. Silveſtri, & Martini, dictus eſt Preſbyter Cardinalis S. Laurentii in Damaſo; Ludovicus de Barro, ex Diacono S. Agathæ, factus eſt Preſbyter Cardinalis SS. Duodecim Apoſtolorum. Hæ autem mutationes factæ ſunt anno Domini 1409. Pontificatus anno primo* -- Hæc *Pagius*. Idemque tradunt *Spondan. ad ann. 1410. n. 1. & poſt Ciaccon. Thomaſſin. part. 1. lib. 2. cap. 114. n. 10. verſ. Illud. Cobell. Notit. Cardinal. cap. 10. pag. 26. §. Quo vero tempore, Card. Brancat. in diſcept. de Opinion. ſex Epiſcop. pag. 41. Ughell. Ital. Sacr. tom. 1. in Epiſcop. Sabin. Epiſcop. 55. pag. 207. Rot. in Romana Juris Tumulandi 20. Febr. 1702. §. Minus obſtare, coram Priolo*, impreſſ. *apud Piton. diſcept. Eccleſ. tom. 2. pag. 62.*

Titulorum numerus priſcis temporibus non erat
fixus, ſicuti nec fixus erat numerus Cardinalium, 2
ſed quandoque major, quandoque minor, per ea quæ notant *Majol. de Irregularit. lib. 2. cap. 3. pag. 135. Panvin. apud Laderch. de SS. Petr. & Marcellin. pag. 278. Cobell. Notit. Cardinal. pag. 5. Card de Luc. in Relat. Cur. Roman. diſc. 10. & in lib. cui tit.* il Card. prattico *cap. 3. Thomaſſin. part. 1. lib. 2. cap. 114. Azor. Inſtit. moral. tom. 2. lib. 4. cap. 1. §. At Cardinalium, P. Pag. in Breviar. Geſt. Rom. Pontif. in Vit. Alexand. Quinti tom. 2. pag. 214. Paulus Juriſprud. Sacr. tom. 1. pag. 181. Gonzal. in Cap. His. quæſt. 11. ſub n. 6. de Major. & obed. Barboſ. de Jur. Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 3. num. 44. Platin. in Vit. Pii IV. pag. 562. de Magiſtr. in Silv. Eccleſ. tom. 1. pag. 179. a n. 77.* Anno enim 1331. tempore quo Pontificatum regebat *Joannes XXII.* non plures, quam viginti Cardinales, & ex iiſdem ſeptemdecim Gallos extitiſſe, teſtatur *Rainald. ad dictum annum 1331. n. 33.* quem ſequitur *Thomaſſ. dict. cap. 114. n. 13.* quamvis *P. Pag. loco citat.* aſſerat, tempore laudati Pontificis extitiſſe *decem, & novem* Cardinales Diaconos, *triginta* unum Præsbyteros, & ſex Epiſcopos. Poſt obitum Clementis VI. *anno* 1352. ſtatuerunt unanimi conſenſu Cardinales, ne impoſterum eorum numerus eſſe poſſet pluſquam viginti. *Anno* 1378. dum ad Pontificatum aſſumptus fuit *Urbanus VI.* in S. Collegio non aderant, niſi viginti tres Cardinales, teſte *Thomaſſin. loco citat.* Sed ultra modum, & in incredibilem multitudinem excrevit numerus Cardinalium ex luctuoſi Schiſmatis occaſione. Ut ergo quandoque tres erant Pontifices, ita, & trium Cardinalium Collegia, & proditum eſt, *Urbanum VI.* a ſuis ſe deceptum Cardinalibus dolens, uno die viginti ſex, ſeu ut alii volunt, viginti octo Cardinales creaſſe, *Raynald. ad ann. 1378. n. 104. Thomaſſin. part. 1. lib. 2. cap. 114. n. 13.* eodemque tempore, nempe *anno* 1381. triginta ſex Cardinales cum *Clemente VII.* Avenioni fuiſſe, teſtatur *Jo. Juvenalis Urſinus Archiepiſcopus Rhemenſis*, qui *Caroli VI.* Galliarum Regis Hiſtoriam ſcripſit, quem refert *Thomaſſin. loco citat. n. 13.*

At PP. Concilii Conſtantienſis conſiderantes, ut quantum Cardinalium multitudini accederet, tantum Dignitati decederet, decreverunt, ut impoſterum Cardinalium numerus, vigeſimum quartum non excederet, a cujus Concilii Decreto ſedato Schiſmate, non multum deviatum fuit, teſte *Thomaſſin. loco citato, P. Pag. in Brev. Geſt. Rom. Pontif. tom. 4. in Martin. 5. pag. 459. n. 10.* Sed poſtea ſenſim excrevit iterum Cardinalium numerus; unde tempore Pii II. conquerentibus Cardinalibus ſe numeroſitate ipſa vileſcere, reſpondit Pontifex, *Non poſſe Regum ac Principum Tranſalpinorum preces ſe effugere, nec ſui honoris eſſe, Nationes externas præterire*, ut ipſemet Pontifex refert in ſuis *Commentar. lib. 2. pag. 129. & 130.*

At Cardinalium numerum ſupra omnes Prædeceſſores ſuos maxime ampliavit *Sixtus IV.* cujus exemplum ſequutus eſt *Alexander VI.* nullus tamen horum Pontificum numerum quinquageſimum tertium exceſſit, *Panvin. de Cardinal. pag. 17.*

§. Cur

§. *Cur autem*, quem refert *Laderch. de SS. Petr. & Marcellin. pag.* 280. Verum & hunc numerum adauxit notabiliter Leo X. qui *anno* 1517. adactus nefaria, & deteſtabili coniuratione in ipſum, cujuſdam Cardinalis opera inita, aliorumque Cardinalium fidem ſuſpectam habens, una electione triginta & unum novos Cardinales creavit, ut poſt *Raynal. & Spondan.* narrat *Thomaſſin. part. 1. lib. 2. cap.* 114. *numer.* 13. §. *Leoni ergo*, *Panvin. de Cardinal. pag.* 17. §. *Sed omnium.* itaut dicti Pontificis tempore ſexaginta duos Cardinales in S. Collegio extitiſſe, poſt *Platam*, & *Moſconium*, teſtatur *Cobell. in Notit. Cardinalium cap.* 3. §. *Hunc tamen.*

Poſthac cum Cardinalium numerus ſemper adaugeretur, hinc in Bulla, quam vocant, *Compacti* inter *Paulum IV.* & Cardinales initi anno 1555. fuit ille ad quadraginta revocatus, itaut non ante ulli creari poſſent Cardinales, quam cæteris decedentibus, ad eum numerum deventum eſſet, *Thomaſſin. loco cit.* Verum, & *Compactum* iſtud nullatenus exequutioni demandatum fuit, ipſumque *Paulum IV.* ejuſque Succeſſores *Pium IV.* & *Gregorium XIII.* plures, ultra quadraginta Cardinales, habuiſſe, refert *Cobell. loco cit. Card. de Luc. in libr. cui Titulus Il Cardinale della S. Romana Chieſa prattico cap.* 3. *num.* 2. *Vaneſpen. in Jus Eccleſ. univerſ. part.* 1. *tit.* 22. *cap.* 1. *num.* 16. *Onuphr. Panvin. de Epiſcopalib. Titul. & Diacon. Cardinal. pag.* 8.

Tandem ſan. mem. Sixtus V. *anno* 1586. ſalu-
3 berrimam edidit Conſtitutionem, inter impreſſas in *Bullar. novo la* 50. qua ſanxit, quod numerus in univerſum S. R. E. Cardinalium non poſſet eſſe major *SEPTUAGINTA*, qui numerus reſpondet ſeptuaginta Viris, quos de Senioribus in ſuum adjutorium ex mandato Domini aſſumſit Moyſes, & ſeptuaginta Diſcipulis, quos binos ante faciem ſuam miſit Chriſtus; quodque ex illis, quatuor ſupra decem, Diaconi, reliqui vero omnes, ultra ſex Epiſcopos, deberent eſſe Presbyteri. Et ſucceſſive *anno* 1587. novam promulgavit Conſtitutionem, qua, aſſignatis ſex Cardinalibus Presbyteris antiquioribus, ſex Epiſcopatibus Suburbicariis pro eorum Cardinalatus Titulo, deſignavit quatuordecim Diaconias pro Cardinalibus Diaconis, Titulos vero quinquaginta unum pro Cardinalibus Presbyteris, partim ex antiquis, & partim ex recentioribus, ut legitur *in Conſtitut. LV.* Et licet Cardinalium Presbyterorum numerus juxta præce-
4 dentem *Conſtitutionem* quinquagenarium excedere non debeat, unde unus Titulus, ille nempe S. Laurentii in Damaſo abundat; nihilominus id conſulto factum eſt, ut ſi contingat Cardinalem Epiſcopum, aut Diaconum obtinere S. R. E. Vice-Cancellariatum, cui adnexus eſt dictus Titulus S. Laurentii in Damaſo, nullus deſit alicui Cardinali Presbytero Titulus, poſſitque Epiſcopus, aut Diaconus ille Cardinalis Vice-Cancellarius, Epiſcopatum, aut Diaconiam cum Titulo S. Laurentii retinere, prout hodie contingit in Eminentiſſimo D. Cardinali Otthobono Vice-Cancellario, & Epiſcopo Portuen. *Cobell. Notit. Cardinal. cap.* 6. *in fine*, *Germon. de Indult. Cardinal.* §. *Tituli p.* 386. *Card. de Luc. in dict. lib.* del Cardinal Prattico *cap.* 3. *n.* 4.

Sed redeundo ad Titulorum optionem, hæc ut ſub initium diximus, expleri non poteſt niſi a Car-
5 dinalibus tempore vacationis in Curia præſentibus, vel intra duas Dietas degentibus, ut tempore *Clementis VII.* die 26. Septembris 1533. ſervatum fuit favore Cardinalis *Senen.* qui cum abeſſet ab Urbe per duas Dietas, admiſſus fuit ad optionem Epiſcopatus *Portuenſis*, non obſtante contradictione Cardinalis *Tranen.* qui cum eſſet præſens in Curia tempore vacationis præfatæ Eccleſiæ, exiſtimabat optionem ad ſe ſpectare, ut teſtantur *Cherubin. in addit. ad Conſtitut. V. Pauli IV. Cobell. Notit. Cardin. cap.* 62. §. *Sed oritur.* Et expleri debet in Conſiſtorio ipſis præſentibus, approbante, & conſentiente Summo Pontifice, juxta *d. Conſtit. V. ſa. mem. Pauli IV.* jugiter obſervatam. Quod ſi Cardinalis in Curia præſens optare velit, & ſit
Domi infirmitate detentus, admittitur hoc caſu ad 6
optandum per Procuratorem, ut ſancivit *S. Pius V.* Decreto edito *die* 15. *Maii* 1566. his verbis - *Decrevit Sanctiſſimus, quod Cardinales præſentes in Urbe, & Domi infirmitate detenti, poſſint optare, ac ſi eſſent in Conſiſtorio, derogans Decreto, ſi quod obſtaret quoad hoc* - Quod Decretum refertur a *Laderch. Annal. Eccleſ. tom.* 22. *pag.* 15. *num.* 41. *Cardinal. de Luc. dict. lib.* del Cardinal Prattico *cap.* 3. *num.* 8 *Coccin. adnot.* 159. ubi refert exemplum Cardinalis de *Montelparo*, qui in Conſiſtorio ſecreto admiſſus fuit, tanquam infirmus, ad optandum Titulum S. Mariæ Transtyberim per Cardinalem *Montaltum* ejus Procuratorem ad id conſtitutum.

Quod ſi Cardinalis in Curia præſens, tali deti-
neatur corporis infirmitate, ut omnino inhabilis 7
reddatur ad Eccleſiam Epiſcopalem regendam, functioneſque Pontificales exercendas, tunc prohibetur illam optare, ex Decreto ſan. mem. Urbani VIII. in Conſiſtorio edito die 20. *Auguſti* 1629. & his verbis concepto -- *Nullus Cardinalium tam ex ordine Epiſcoporum, quam e numero Presbyterorum, ad Eccleſias Hoſtien. & Veliternen. ſive ad inferiores alias Epiſcopales Eccleſias transferri, ſeu promoveri poſſit, qui propter corporis infirmitatem fuerit quomodolibet ad illas, & alias Epiſcopales functiones exercendas inhabilis* -- de quo Decreto mentionem faciunt *Platinæ Continuatores in Vit. Urbani VIII pag. mihi* 735. -- *Pax Jordan. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 5. *n* 5. *pag.* 200. *Clericat. de Beneſic. diſcord* 63 *ſub n.* 4. Eidemque cauſam dedit Cardinalis *Jo. Baptiſta Detus*, qui Podagra, & Chiragra adeo male affectus reperiebatur, ut nec ambulare, nec aliquid operari valeret. Cumque per obitum Cardinalis *Octavii Bandini* Sac. Collegii Decani factus eſſet locus optioni Eccleſiarum *Hoſtien. & Veliternen.* contendebant Cardinales Epiſcopi *Deto* Juniores, illum a dictarum Eccleſiarum optione excludere, eo ſub obtentu, quod cum ſpectet ad Cardinalem Epiſcopum *Hoſtien.* Romanum Pontificem conſecrare, quod eſt munus maximum, inter cætera nobiliſſima illius munera, non erat in Decanatus honore aliis præferendus, qui impotens reperiebatur ad præfatum munus explendum. Sed Pontifex benignitate uſus erga *Detum*, illum ad optionem admiſit, ſed prudenter proſpexit in futurum, generaliter, ut diximus, cavendo, ne ad dictas Eccleſias *Hoſtien. & Veliternen.* aliaſque inferiores Suburbicarias Eccleſias transferri, ſeu promoveri valeret, qui ob corporis infirmitates illas regere, functioneſque Pontificales exercere non poſſet.

Cardinales vero a Curia abſentes, præterquam
ex cauſa publica, & deſtinatione Pontificis, Ec- 8
cleſias Suburbicarias, nec etiam per Procuratorem optare poſſunt, tametſi a dicta Curia abſint ex cauſa Reſidentiæ apud Eccleſias Cathedrales, vel Metropolitanas ſibi Apoſtolica auctoritate commiſſas, ut ſancivit Sanctiſſimus D. N. Clemens XII. Conſtitutione edita ſub Datum apud *S. M.*

Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 10. *Januarii*
1731. *Pontificatus Anno Primo*, per hæc verba --
Ad hac ſancimus atque declaramus, nonniſi a Car-
dinalibus, qui fuerint in præfata Curia præſentes
tempore ipſo vacationis alicujus ex dictis ſex Cathe-
dralibus Eccleſiis Suburbicariis, pro Titulo Cardi-
nalatus aſſignari ſolitis, vel ab eadem Curia abſen-
tes ſimiliter ex cauſa publica, & deſtinatione Roma-
ni Pontificis tantum, non tamen ex cauſa reſiden-
tia apud aliam ſibi commiſſam Eccleſiam, ut præ-
fertur, optare poſſe Cathedralem Eccleſiam Subur-
bicariam ſic vacantem, nec Cardinales ab ipſa Cu-
ria abſentes, præterquam in ſolo caſu ſuperius ex-
preſſo, ad optionem ejuſmodi, etiam per Procura-
torem ex eodem Collegio ſpecialiter deputatum, ad-
mittendos fore &c.

9 Quandoque tamen Cardinalibus a Romana Cu-
ria abſentibus, præſertim ob reſidentiam apud Ec-
cleſias Cathedrales, aut Archiepiſcopales, quibus
præerant, conceſſum fuit a Romanis Pontificibus
Indultum optandi in abſentia unam tantum Eccle-
ſiam Suburbicariam, ſed optione ſequuta, illico
expiravit Indultum, ut obſervatum fuit in Conſi-
10 ſtorio habito die 15. *Septembris* 1698. prævio Vo-
to recolendæ memor. Cardinalis *Albani*, poſtea
Summi Pontificis ſub glorioſo nomine *Clementis*
XI. cl. mem. Card. *Panciatici*, & bon. mem. *Ja-*
cometti Auditoris Pontificis, contra Cardinalem
Portocarrera Archiepiſcopum *Toletanum*, qui poſt-
quam vigore ſimilis Indulti optaverat Eccleſiam
Sabinen. ſequuta deinde vacatione Eccleſiæ *Alba-*
nen. dimiſſa priori, hanc optare intendebat, ſed
ex fundamento, quod per optionem Eccleſiæ *Sa-*
binen. jam expiraverat ejus Indultum, quod reſtri-
ctum erat ad optionem unius tantum Eccleſiæ Sub-
urbicariæ, admiſſus fuit ad dictæ Eccleſiæ *Alba-*
nen. optionem Card. *d'Etrées.*

At Sanctiſſimus D.N. Clemens XII. ſancte per-
ſpiciens, ejuſmodi Indulta non modicum iiſdem
Suburbicariis Eccleſiis, earumque Diœceſibus in-
ferre poſſe detrimentum, hinc laudata Conſtitu-
tione, edita *anno* 1731. poſtquam juxta verba ſu-
perius tranſcripta §. *Cardinales* declaravit, ſex
Cathedrales Eccleſias Suburbicarias optari non poſ-
ſe, niſi a Cardinalibus tempore earum vacationis
in Curia præſentibus, vel ab eadem abſentibus ex
cauſa publica, & deſtinatione Romani Pontificis
tantum, non tamen ex cauſa reſidentiæ apud alias
Eccleſias ſibi commiſſas, revocavit ſubinde, &
caſſavit, irritaque prorſus, & inania decrevit *quæ-*
11 *libet Indulta optandi Eccleſias Suburbicarias præ-*
fatas in abſentia, ac per Procuratorem ex alia qua-
cumque cauſa, etiam reſidentiæ apud alteram Ec-
cleſiam a Romanis Pontificibus Anteceſſoribus no-
ſtris hactenus forſan conceſſa, quæ tamen nondum
ſint executioni demandata -- ſunt verba ejuſdem
Conſtitutionis §. *Ad hac ſancimus*; & poſtea ſub-
jungit -- *Licetque Nobis perſuaſum ſit, Succeſſores*
noſtros ejuſmodi Indulta, quæ non modicum eiſdem
Suburbicariis Eccleſiis earumque Diœceſibus infer-
re poſſent detrimentum, minime eſſe conceſſuros,
ſicuti Nos ipſi ab eorum conceſſione omnino abſtine-
re intendimus: nihilominus, ſi quæ contra hanc
noſtram diſpoſitionem, quandocumque, & qualiter-
cumque tribui contigerit, illa ſubreptitie obtenta
cenſeri debere, nullique propterea, perinde ac ſi
non emanaſſent, ſuffragari poſſe itidem ſtatuimus
&c. ut legitur *in d.* §. *Ad hac ſancimus.*

Præterea agnoſcens idem SS. D. N. quod facul-
tas, quæ ex veteri more Cardinalibus compete-
bat, optandi aliam ex ſex Eccleſiis Suburbicariis,
quoties vacaverit, dimiſſa priori, quæ ſibi in Ti-
tulum aſſignata fuerit, ſpirituale incommodum,
ſi id frequenter fieret, afferre poſſet Gregibus,
quorum Paſtores ita crebro mutentur, mandavit,
ut in poſterum Cardinales, qui ab ordine Presby- 12
terorum ad illum Epiſcoporum aſcendentes unam
ex prædictis Eccleſiis Suburbicariis obtinuerint,
deinceps ad aliam priori dimiſſa, ac Romano Pon-
tifice approbante, ſemel tantum tranſire poſſint.
Salva tamen illis ſemper, atque illæſa facultate
optandi, prævia dimiſſione prioris, Eccleſiam Ho-
ſtienſem, quæ peculiaribus gaudet prærogativis, ac
præſertim illa, quod Cardinalis, qui ei præeſt,
Pontificem Maximum ſolemni Ritu, Pallio etiam
adhibito, conſecrare ſoleat -- ſunt verba ejuſdem
Conſtit. §. *Præterea.*

Sed in ipſo quoque Inſtrumento optionis alte-
rius ex ſex Eccleſiis Suburbicariis, mandavit an-
no 1681. ſan. mem. *Innocentius XI.* ut adjiceretur
clauſula -- *quoad Eccleſiam optatam ſervata forma* 13
Regula VIII. circa præſentiam. Verum in hoc ſty-
lus non fuit uniformis; quandoque enim adjecta
fuit præfata clauſula, ut contigit in optione Eccle- 14
ſiæ *Tuſculanæ* expleta per cl. mem. Cardinalem
Acciajoli, unde cum anno 1696. vacaſſet in ea-
dem Cathedrali Canonicatus, Cardinali præfato a
Romana Curia abſente, Dataria illum contulit
Abati *Petraglia* Rectori Seminarii. Itidemque ad-
jecta fuit in optione Eccleſiarum *Hoſtien. & Ve-*
liternen. expleta per cl. me. Cardinalem *Bullio-*
nium, ejuſdemque clauſulæ vigore Dataria diſ-
poſuit de Canonicatibus, qui, laudato Cardina-
li a Romana Curia abſente, vacarunt de annis
1701. & 1702. in Cathedrali *Veliternen.* Quan-
doque vero clauſula prædicta -- *Servata forma Re-*
gulæ VIII. circa præſentiam -- omiſſa fuit, ut in
optione, quam de Eccleſia *Albanen.* antecedenter
fecerat idem Cardinalis *Bullionius*, ob cujus clau-
ſulæ omiſſionem, etiam abſens, utendo antiquo
ejus Indulto, contulit anno 1694. Canonicatus
Collegiatarum *Neptuni*, *Civitatis Laviniæ*, &
Ariciæ, ut diximus in præcedenti §. *n.* 86. *&* 26.

At hodie clauſula prædicta apponi conſuevit in
ſolo caſu, quando Cardinalis jam de una Eccleſia 15
extraordinaria proviſus, vel jus habens conferendi
in Epiſcopatu, quem dimiſit, optat alterum ex
ſex Epiſcopatibus Cardinalitiis, prout fuit præ cæ-
teris ſervatum *anno* 1715. cum ſan. mem. *Benedi-*
cto XIII. tunc Cardinali *Urſina* Archiepiſcopo Be-
neventano in optione Eccleſiæ *Portuen.* in cujus
Inſtrumento appoſita fuit clauſula -- *Servata tamen*
forma Regula VIII. circa præſentiam. Sed in op-
tione, quam fecit Cardinalis *Ludoviſus* de Eccle- 16
ſia *Hoſtienſi* die 15. *Februarii* 1683. & in altera
Cardinalis *Franzani* de Eccleſia *Portuen. die* 18.
Septembris 1693. fuit ex particularibus facti cir-
cumſtantiis appoſita etiam dicta clauſula -- *Serva-*
ta tamen &c. quamvis nec alium Epiſcopatum ex-
traordinarium, nec jus conferendi in aliis Eccle-
ſiis haberent.

Cæterum, quod attinet ad modum, quo fit
optio inter S. R. Eccleſiæ Cardinales, illum præ 17
cæteris bene explicat *Card. de Luca in Relatione*
Curiæ Romanæ diſc. 5. *a num.* 31. & in libro cui
titulus -- *Il Cardinale della S. R. C. pratico -cap.*3.
Illud autem prætereundum non eſt, quod licet
Sixtus V. laudata ſua *Conſtitut. L.* §. 7. mandaſ-
ſet, quod Cardinales Diaconi ex devotionis fervo-
re ad Presbyteratum promoti, ſemper tamen in
eodem Diaconorum ordine permanere debeant, 18
quouſque ex Cardinalibus de novo creandis ſup-
pleatur numerus quatuordecim Diaconorum. Nihi-
lominus ſan. mem. Clemens VIII. Cardinalibus Dia-
conis

Digitized by Google

19 conis indulſit, ut ſi in ordine Diaconatus per integrum decennium perſeveraverint, & decem Cardinales Diaconi in eorum ordine remaneant, tranſire poſſint ad ordinem Presbyterorum, locum obtinendo ante omnes illos Cardinales Presbyteros, qui poſt illos ad Cardinalatum aſſumti fuerint, ut legitur in ejus Decreto Conſiſtoriali edito 18. *Auguſti* 1597. & impreſſo inter Conſtitutiones ejuſdem Pontific. *Bullar. nov. tom.* 3. *Conſtit. XLVIII.* ibi -- *Si in ordine Diaconatus per integrum decennium a die eorum Promotionis ad Cardinalatum perſeveraverint, tranſeuntes ad ordinem Presbyteratus locum obtinere valeant ante omnes illos Cardinales Presbyteros; qui poſt illos ad Cardinalatum aſſumti fuerint, dummodo decem ſaltem Cardinales Diaconi in eorum ordine remaneant. In poſterum vero Cardinales Diaconi promovendi eodem Privilegio potiantur, uno hoc excepto, quod ipſis decennii tempus, non a die quo ad Cardinalatum evecti fuerint, ſed a die quo ad ordinem Presbyteratus promoveri potuerint, currere incipiat.* Pluresque noſtris temporibus vidimus Cardinales Diaconos hoc uſos fuiſſe Privilegio.

Ab ordine autem Diaconorum immediate ad
20 ordinem Epiſcoporum tranſire, permiſſum non eſt Cardinalibus Diaconis, niſi præcedenter ad Presbyterorum ordinem tranſiverint. *Card. de Luc. locis ſupra cit.* & eſt praxis jugiter obſervata. Indulſit tamen *Sixtus V.* Cardinalibus Diaconis, quod
21 ſi quarta *alicujus Suburbicariæ Eccleſiæ vacatio contigerit, excluſo ea tantum vice antiquiori Presbytero, Prior Diaconorum Cardinalium, qui præſens fuerit, & in ætate legitima conſtitutus, vel ſi ille noluerit, vel nequiverit aſſumi, ſequens Diaconus eiſdem qualitatibus præditus, ad eam promoveatur*, ut legitur in ejus *Conſtit.* 50. §. *octavo.*

Sed anno 1597. ſequuta vacatione Epiſcopatus Præneſtini, quem Aſcanius Diaconus Cardinalis *Columna*, dicto Privilegio fretus optare intendebat, ad excluſionem Cardinalis *Sanctorii* antiquioris Presbyteri, placuit ſan. mem. Clementis VIII. exquirere votum Rotæ; unde in Congregatione Rotali ad hunc effectum habita duæ fuerunt examinatæ inſpectiones. Primo, *An Privilegium Sixtinum Cardinalibus Diaconis conceſſum optandi Eccleſias Suburbicarias, quarta earum vacatione occurrente, adhuc tunc vigeret.* Secundo *An vacatio Eccleſiæ Præneſtinæ eſſet quarta, itaut Cardinali Aſcanio competeret optio.* Et re mature diſcuſſa, ſub diebus 28. *Julii*, & coram ipſomet Pontifice 12. *Auguſti* 1597. Ad primum, ex undecim Auditoribus, *ſex* fuerunt in Voto pro *negativa*, quod Privilegium Sixtinum non amplius vigeret, *quinque* vero pro *affirmativa*. Ad ſecundum vero omnes convenere, optionem non competere Cardinali *Aſcanio*, quia non erat quarta vacatio, ut reperitur adnotatum in Regeſtris Rotalibus in hunc, qui ſequitur modum.

Die 28. Julii 1597.

22 „ Præneſtina Epiſcopatus. Dilata fuit hæc Con-
„ gregatio uſque ad præſens, quia de ordine San-
„ ctiſſimi D. N. Clementis VIII. erat proponen-
„ dum Dubium in Rota per D. Decanum inter
„ DD. Cardinales Presbyteros, & Cardinales Dia-
„ conos ſuper Conſtitutione Sixti V. qua conce-
„ debatur Cardinalibus Diaconis Privilegium op-
„ tandi Epiſcopatus majores in qualibet quarta
„ vacatione, & tunc vacabant duo Epiſcopatus,
„ videlicet Præneſtinus per obitum Marci Anto-
„ nii Columna, quem volebat optare D. Cardina-
„ lis Aſcanius, etiam de Columna, & Sabinen. per
„ obitum Cardinalis Paleotta, de quo non contro-
„ vertebatur, & poſtquam pro utraque parte cum
„ multis Advocatis utriuſque Ordinis eſſet infor-
„ matum, tam voce, quam ſcripto, & ipſi quo-
„ que Cardinales aliquot de utroque ordine, qui-
„ bus illa ſollicitudo a Papa commiſſa fuerat, ut
„ omnes Auditores informaſſent, tandem in iſta
„ Congregatione cauſa propoſita; Quantum ad
„ Privilegium Diaconis conceſſum, an etiam ho-
„ die vigeat, itaut competat jus optandi Diaco-
„ nis Cardinalibus, Domini fuerunt diviſi, quia
„ quinque tenuerunt pro affirmativa, videlicet
„ *Decanus. Gyptius, Litta, Lancellottus, & Pe-*
„ *regrinus*, cæteri vero ſex pro negativa, nempe
„ *Oranus, Pamphilius, Penia, Millinus, Cordo-*
„ *va, & Ratta.* Quantum autem ad Terminum re-
„ ſpectu quartæ vacationis, concorditer omnes
„ tenuerunt, non fuiſſe locum optioni, quia hæc
„ non erat quarta vacatio.

Juſſu Pontificis, eodemque præſente, repropoſita denuo fuit in Rota eadem Cauſa, & diſputata per tres horas, & amplius, ſciſſa pariter fuerunt ſuffragia, ſex nimirum pro Cardinalibus Presbyteris, & quinque pro Diaconis, ut legitur in eodem Diario Rotali, ibi --

Die Martis 12. Auguſti 1597.

„ Juſſu Sanctiſſimi omnes ſupradicti Auditores
„ vocati rurſus coram Sanctiſſimo Cauſam diſpu-
„ tarunt per tres horas, & amplius, & quantum
„ ad primam Dubii partem -- *An ſcilicet Privile-*
„ *gium Diaconis conceſſum adhuc vigeat*, ſex
„ Auditores Rotæ *Oranus, Pamphilius, Penia,*
„ *Millinus, Cordova, & Ratta* tenuerunt, vel
„ fuiſſe ſublatum, vel fuiſſe ſuſpenſum. Cæteri
„ cenſuerunt adhuc vigere. Quantum ad aliam
„ partem - *An hæc vacatio competeret Cardinali*
„ *Aſcanio*; omnes tenuerunt, non competere,
„ quia non erat quarta vacatio, excepto *Pere-*
„ *grino*, qui recedendo a priori ſuffragio, tenuit
„ contrarium, & *D. Seraphino*, qui dixit, ſe non
„ veniſſe paratum ad reſpondendum ſuper eo quæ-
„ ſito, & ideo velle dari ſibi tempus ad ſtuden-
„ dum, & reſpondendum; & dum Sanctiſſimus
„ inſtaret dari ſibi reſponſum ſuper vacatione al-
„ terius Epiſcopatus per obitum Cardinalis Paleot-
„ ti, Auditores etiam pro negativa inclinabant
„ ob eamdem rationem, excepto *Seraphino*, qui
„ dixit ut ſupra, & *Peregrino*, & *Penia*, qui di-
„ xit, tempore captæ reſolutionis nondum eveniſ-
„ ſe illum caſum.

Et ita obſervatum fuit; Nam in Conſiſtorio habito *die* 18. *Auguſti* 1597. Epiſcopatum *Præneſtin.* vacantem per obitum Cardinalis *Marci Antonii Columnæ*, ad excluſionem *Aſcanii Columnæ* 23
Cardinalis Diaconi, optavit Cardinalis *Sanctorius* Presbyter antiquior. Sed paucos poſt Menſes, ſequuta per obitum Cardinalis *Alexandrini* vacatione Epiſcopatus *Albanen.* quæ erat *Quarta* vacatio, exarſit iterum controverſia inter Cardinalem *Ruſticuccium* antiquiorem inter Cardinales Presbyteros, & eumdem Cardinalem *Aſcanium*, qui innixus Privilegio Sixtino contendebat, Epiſcopatum ſibi per optionem deferri. At mature perpenſis rationibus, quæ pro utroque Ordine deducta fuerunt, illis præſertim expoſitis per celebrem Juriſconſultum *Jo. Baptiſtam Spada*, qui ſcripſit favore Cardinalis *Ruſticucci*, ſeu Ordinis Presbyterorum, ut ex ejus *conſ.* 138. *tom.* 1. decrevit ſa. me. *Clemens VIII.* in dictæ Eccleſiæ *Albanen.* optione admittendum eſſe Cardinalem *Ruſticuccium*, qui de facto in Conſiſtorio habito *die* 13. *Martii* 1598. eam optavit, permittendo ſolum recipi

proteſtationem Cardinalis *Aſcanii*, & inter Acta Conſiſtorialia referri.

Idemque obſervatum fuit tempore *Innocentii X.* qui auditis prius Cæremoniarum Magiſtris, man-
24 davit, ad excluſionem *Hieronymi* Diaconi S. Euſtachii Cardinalis *Columnæ*, Eccleſiam *Tuſculanam* optari debere a Cardinali *Sacchetto* Presbytero. Et de utroque caſu mentio habetur in Diariis Magiſtrorum Cæremoniarum per hæc verba -- *Cardinalis Aſcanius Columna primus Diaconus, poſt obitum Cardinalis Alexandrini Epiſcopi Albanen. vigore Conſtitutionis Sixtinæ ad vacantem Eccleſiam Albanen. tranſire inſtitit, ſed Clemens VIII. abnuit, & Cardinalem Ruſticuccium de præfata Eccleſia providit, ac idem Cardinalis Columna die 8. Novembris 1599. ad Presbyteralem ordinem tranſivit; attamen in Conſiſtorio Secreto die 30. Martii 1598. habito, Pontifex Cardinalis Columnæ proteſtationem recipi, & in Acta Conſiſtorialia referri mandavit. Etiam Hieronymus Diaconus S. Euſtachii Cardinalis Columna, Nepos præfati Cardinalis Aſcanii, vacantem Eccleſiam Tuſculanam optare ſtuduit; ſed fel. rec. Innocentius X. auditis Cæremoniarum Magiſtris, aſſenſum præbere noluit, ideo Eccleſia Tuſculana optata fuit a Cardinali Sacchetto Presbytero, & Cardinalis Columna ad Ordinem Presbyterorum tranſivit, optando Tit. S. Silveſtri in Capite, die 23. Septembris 1652.*

At *anno* 1715. imminente vacatione unius ex Epiſcopatibus Suburbicariis, occaſione obitus cl. mem. Cardinalis *Bullionii* Epiſcopi *Hoſtien. & Veliternen.* ac Sac. Collegii Decani, veluti e ſomno excitata iterum fuit vetus hæc controverſia inter
25 DD. Cardinales Presbyteros, & Diaconos, in Cauſa ſcribentibus duobus Juris Canonici Luminaribus, nempe *Eminentiſſimo D. meo Cardinali de* LAMBERTINIS, tunc S. Conſiſtorialis Aulæ emeritiſſimo Advocato, pro DD. Cardinalibus Presbyteris, & bon. mem. *Vincentio Amadorio*, olim de *Maneriis*, Conſiſtoriali pariter Advocato favore DD. Cardinalium Diaconorum; & negotio mature diſcuſſo in Congregatione particulari a ſan. mem. *Clemente XI.* deputata, cui interfuerunt doctiſſimi Romanæ Curiæ Prælati *Nuptius* a Secretis S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, *Petra* a Secretis S. Congregationis Concilii, *Mareſuſcus* Pontificis Auditor, *Anſaldus*, Sac. Rotæ Decanus, & *Lancetta* ejuſdem Rotæ Auditor: Die 20. *Martii* ejuſdem anni unanimi conſenſu reſolutum fuit -- *Non competere Cardinalibus Diaconis jus optandi, ſeu aſcendendi ad ſex Eccleſias Epiſcopales, ſed tantum Cardinalibus Presbyteris.*

Duobus præcipue hæc reſolutio innixa fuit fundamentis, deductis per *Spadam conſ.* 138. & mira ſtyli elegantia, ac ingenii felicitate reaſſumtis per Eminentiſſimum D. meum *Cardinalem de* LAMBERTINIS. Primo, quia Conſtitutio Sixtina in ea parte, qua permittit Cardinali Diacono antiquiori optare Epiſcopatum aliquem Suburbicarium, *quarta* illius occurrente vacatione, excluſo Cardinali Presbytero antiquiori, non fuit uſu recepta; Secundo, quia ceſſavit, ſeu potius revocata fuit a Decreto Conſiſtoriali, edito a ſan. mem. *Clemente VIII. die* 16. *Auguſti* 1597.

Quod enim Conſtitutio Sixtina in dicta parte
26 non fuerit uſu recepta, ex eo patet, quod in §.7. expreſſe demandat, ut Cardinales Diaconi ſemper in eodem Cardinalatus Ordine, & officio miniſtrent, & locum ſuum inter Diaconos Cardinales teneant, donec ex Cardinalibus de novo creandis, alii Diaconi, numerum quatuordenarium ſuppleant, & in eorum locum ſubrogentur. Unde cum Cardinales Diaconi ad libitum ſemper aſcenderint ad Ordinem Presbyterorum, nulla habita ratione Conſtitutionis Sixtinæ, idque peregerint ſcientibus, ac expreſſe conſentientibus Summis Pontificibus, & univerſo Sac. Collegio, ſequitur exinde, ut quemadmodum in hac parte Sixtina Conſtitutio non fuit uſu recepta, ita nec conſequenter fuit uſu receptum Privilegium in eadem conceſſum iiſdem Cardinalibus Diaconis aſcendendi ad Ordinem Epiſcopalem, excluſo antiquiori Cardinali Presbytero, ut ratiocinatur, *Spada conſ.* 138. *n.* 1. *& ſeqq. tom.* 1. & laudando *Spadam*, *Card. de Luc. in libr. cui Titulus* il Cardinale della S. R. Chieſa prattico, *in addit. ad cap.* 3. *pag.* 242. ibi -- *E ſe bene la medema Bolla di Siſto concede al Diacono più anziano, e queſto non curandoſi, al ſeguente, che nella quarta vacanza di Veſcovato, doppo che nelle trè antecedenti abbino ottati li Preti, poſſa ottare il Veſcovato &c. Nondimeno in queſta parte la ſuddetta Bolla non è ſtata in uſo, in modo che ſi può dire tacitamente abolita per quel che inſegnano gl' atti Conciſtoriali, o l'atteſtano, come di coſa certa, li Maeſtri delle Cerimonie, & anche l'atteſta ne ſuoi Conſigli il dotto, e celebre Giuriſconſulto Gio. Battiſta Spada, il quale fù Avvocato Conciſtoriale, & Avvocato Fiſcale, Zio del molto qualificato Cardinale Gio. Battiſta Spada morto pochi anni ſono, che però queſto punto pare, che rimanga fuori di dubio, ſinche rimanga fermo quello, che nel menzionato Capitolo 3. ſi è detto, che dall'Ordine Diaconale non ſi fà paſſaggio all' Epiſcopale, mà vi è neceſſario lo ſtato di mezzo dell'Ordine Presbiterale.*

Potiſſimum, quia ſi uſque de anno 1597. major pars Auditorum Sacræ Rotæ cenſuit Privilegium Sixtinum Cardinalibus Diaconis Indultum, non fuiſſe uſu receptum, ut dictum eſt ſupra *num.* 22. potiori ſane jure id modo affirmandum erat, ex quo juxta ſeriem optionum Eccleſiarum Epiſcopa- 27
lium a tempore *Sixti V.* uſque ad dictum annum 1715. depromptam ex Diariis Magiſtrorum Sacrarum Cœremoniarum, ad quos pertinet has Optiones adnotare, patebat, Epiſcopatus vacantes fuiſſe ſemper a Cardinalibus Presbyteris optatos in ipſis etiam eorumdem Epiſcopatuum *quartis* vacationibus, in quibus tantummodo potuiſſent Cardinales Diaconi, juxta Privilegium Sixtinum, Epiſcopatum optare, excluſo antiquiore Presbytero, ut legitur *in* §. 8. *Conſtitut.* 50. Quæ ſane uniformis per adeo longævum tempus Cardinalium Diaconorum excluſio ab optione Epiſcopatuum in *quarta* vacatione, cum referri non poſſit ad liberum ipſorum arbitrium, ob inveriſimilitudinem, quod ipſi in tot ſequutis Epiſcopatuum vacationibus optare omiſiſſent, ſi optare potuiſſent; maxime quia uſque de *anno* 1597. non omiſerunt hanc promovere inſtantiam, licet uſque tunc Cardinalis Aſcanius *Columna* excluſus remanſiſſet ab optione Eccleſiæ *Albanen.* quam, non obſtante, quod *quarta* illius occurreret vacatio, optavit Cardinalis *Ruſticuccius* Presbyter antiquior, ut diximus ſupra *n.* 22. §. *Et ita fuit practicatum:* dicendum proinde, quod excluſio præfata, perneceſſe referri debeat ad non receptionem in praxi Privilegii Sixtini, *Poſth. de Manutention. obſervat.* 53. *n.* 18. *Adden. ad Ludoviſ. deciſ.* 162. *litt. C. Rot. cor. Pœnia deciſ.* 1135. *n.* 9. *cor. Bich. deciſ.* 522. *n.* 5. *deciſ.* 400. *n.* 4. *part.* 4. *tom.* 1. *recent.* cum aliis *in Nullius, ſeu Vicen. Proceſſionum* 9. *Junii* 1692. §. *penultim. cor. Hervault.*

Nec ſubſiſtunt exempla Cardinalis *Montalti*, &
Card.

28 *Card. Emanuelis Pii*, quod ex Diaconorum ordine aſſumti fuerint ad Epiſcopalem Dignitatem in ſequelam Conſtitutionis Sixtinæ, ut teſtatur *Cobell. in Not. Card. cap.* 10. §. *Verum ſtylus pag.* 25. Prætermiſſo enim, quod nullum harum optionum veſtigium appareat in Diariis Magiſtrorum Sacrarum Cœremoniarum, quorum quanta ſit in adnotandis Optionibus diligentia, nemo eſt, qui ignoret. Veritas eſt, quod laudati Cardinales a Diaconorum Ordine tranſitum antecedenter fecerant ad Ordinem Presbyterorum. De Cardinali enim *Alexandro Peretti* vulgo *Montalto*, ita legitur in ejus vita apud *Ciaccon. tom.* 4. inter Vitas Pontificum, & Cardinalium *pag.* 147. - *Annum agens ætatis quartum ſupra decimum, Diaconus Cardinalis S. Hieronymi, tum ex aliquibus, S. Mariæ in Coſmedin, poſtea S. Laurentii in Damaſo Diaconus primo, mox Presbyter, & S. R. E. Vice-Cancellarius, & Summator Pontificius renunciatus eſt.* Et de *Carolo Emanuele Pio*, ita legitur in eodem *tom.* 4. *Ciaccon. pag.* 365. - *Diaconus Cardinalis Sancti Nicolai in Carcere &c. ſub Urbano, relicta S. Nicolai Diaconia, ad illam S. Mariæ in Via Lata tranſiit. Presbyter inde Cardinalis renunciatus SS. Joannis, & Pauli primo, deinde S. Laurentii in Lucina Titulum obtinuit, ex quo ad Epiſcopatum Albanenſem anno* 1627. *promotus eſt, quam Eccleſiam retinuit uſque ad annum* 1630. *quo anno Portuenſem, ac S. Rufinæ obtinuit. Anno vero* 1639. *poſt obitum Cardinalis Gymnaſii Hoſtienſis, & Veliternenſis Epiſcopus, ac S. Collegii Decanus renunciatus eſt.*

Alterum fundamentum, cui innixa fuit Reſolutio Congregationis particularis reſidet ſuper dicto Decreto Conſiſtoriali edito a ſan. mem. *Clemente*
29 *VIII. die* 18. *Auguſti* 1597. per quod abrogatum remanſit ſæpedictum Privilegium optandi Eccleſias Epiſcopales *a Sixto V.* Cardinalibus Diaconis conceſſum; Non enim laudatus Pontifex alio intuitu Privilegium præfatum dictis Cardinalibus indulſit, niſi in levamen oneris, quod ipſis in antecedenti §. 7. ſuæ Conſtitutionis injunxerat, ut nempe *quatuordecim* ſemper eſſe deberent, nec tranſire poſſent ad ordinem Presbyterorum, niſi alii Cardinales in eorum locum ſubrogarentur, & ſubſtituerentur, ut ponderat, & late probat *Spada dicto conſil.* 138. *num* 8. *& ſequentib.* Cum autem onus hujuſmodi *Sixto V.* Cardinalibus Diaconis impoſitum, ſublatum fuerit a Clemente VIII. mediante laudato ejus Decreto, quo ipſis indulſit, ut aſcendere poſſent ad Ordinem Presbyterorum poſt decennium, præcedendo Cardinalibus Presbyteris poſt ipſos ad Cardinalatum promotis, & abſque eo, quod expectare teneantur, ut alii Diaconi in ipſorum locum ſubrogentur, & ſubſtituantur, dummodo decem ex eorum ordine remaneant in Collegio; in manifeſtum deſcendit conſequens, quod eo ipſo ac ceſſavit cauſa, ob quam Privilegium conceſſum fuit, ipſum quoque ceſſaſſe Privilegium dicendū eſt, ut proſequitur *Spad. loco citat.* & adnotatum reliquit Archiepiſcopus *Thebeus* primus, & celebris Sacrarum Cœremoniarum Magiſter in ſuis Diariis, in quibus hæc leguntur -- *Inſuper cum Clementis VIII. emanaſſet Decretum ſub die* 17. *Auguſti* 1597. *quo Cardinalibus Diaconis, qui per integrum decennium a die eorum promotionis ad Cardinalatum in Diaconali ordine perſeveraſſent, tranſeuntes ad ordinem Presbyteralem, locum obtinere poſſe conceſſum eſt ante omnes Cardinales Presbyteros, qui poſt illos ad Cardinalatum aſſumpti eſſent, ceſſavit cauſa finalis legis, videlicet a Sixto V. ad favorem Diaconorum emanata, cum ex eorumdem perſiſtentia in ordine Diaconali nullum mox iiſdem ſublatum videretur jus Antianitatis Cardinalatus, ex quo eadem ratione eis per Clementem conceſſum eſſet ad Eccleſias Epiſcopales pervenire, ac ſi in promotione Presbyteri Cardinales pronunciati fuiſſent. Ideoque per eumdem Clementem ſublata cauſa finali, Sixti V. Conſtitutio penitus in hac parte abrogata remanſit, ob idque Cardinalis Ruſticuccius in quarta tunc ſecunda vacatione occurrente, prælatus eſt Cardinali Aſcanio Columnæ ſeniori Diacono. Mox etiam Diaconi Cardinales, etſi in promotione ad Cardinalatum Presbyteris omnibus anteriores, primo ad ordinem Presbyteralem tranſire, ut inde gradum facere poſſent ad ordinem Epiſcopalem, prout etiam noviſſimis temporibus Cardinales Medices, & Barberinus ambo ſeniores omnibus Presbyteris ſervaverunt, nullatenus attenta favorabili Sixti V. diſpoſitione.*

Quodque mens ſan. mem. Clementis VIII. alia non fuerit, quam derogandi per laudatum Decretum Privilegio Sixtino Cardinalibus Diaconis conceſſo, depromitur ulterius ex ea facti circumſtantia, quod Pontifex præfatus illud edidit, poſtquam ſolemniter de ejus ordine per geminas vices diebus nempe 28. *Julii*, & 12. *Auguſti* 1597. diſcuſſo per Sacræ Rotæ Auditores articulo, an ſupradictum Privilegium adhuc tunc vigeret, major Auditorum pars in Sententiam abierat negativam. Dum igitur doctiſſimus Pontifex paucos poſt dies nempe *die* 18. *Auguſti* ejuſdem anni Decretum publicavit, quo indulſit Cardinalibus Diaconis novum Privilegium, quod directe obſtabat formæ præſcriptæ a Conſtitutione Sixtina, ad effectum ut iidem optare valuiſſent Epiſcopatus Suburbicarios in qualibet eorum *quarta* occurrente vacatione, non alio ſane intuitu illud publicaſſe cenſendum eſt, quam ut præcideret controverſiam, quæ inter Cardinales Diaconos, & Presbyteros iterum futuris temporibus exardeſcere poterat, quæque licet in ſupradictis Congregationibus Rotalibus ob unius tantum Suffragii præponderantiam deciſa remanſiſſet favore Cardinalium Presbyterorum, lis tamen adhuc ſub Judice quodammodo dici poterat, cum Ordo Diaconalis quinque ex undecim non ſpernendæ Auctoritatis ſuffragia ad ſui favorem obtinuiſſet. Potiſſimum quia Clemens VIII. laudatum Decretum edidit in eodem Conſiſtorio, in quo ad optionem Eccleſiæ *Præneſtin.* admiſit Cardinalem *Sanctorium* Presbyterum antiquiorem, ad excluſionem Cardinalis *Aſcanii Columnæ*, qui etſi Diaconus antiquior, dictæ Eccleſiæ optionem ſub præſuppoſito, quod ageretur de quarta ejus vacatione, ſibi deberi contendebat; unde eo magis clare conjicitur, per Decretum præfatum abrogatum remanſiſſe Privilegium Sixtinum.

His omnibus accedit obſervantia optima Con-
ſtitutionum Apoſtolicarum interpres, *Cap. Cum di-* 30
lectus, de Conſuetud. leg. Si de interpretatione ff. de legib. Eaque depromitur nedum ex geminis exemplis Cardinalis nempe *Ruſticucci*, de quo mox diximus, tempore *Clementis VIII.* & Cardinalis *Sacchetti* tempore *Innocentii X.* de quo ſupra meminimus *n.* 22. §. *Idemque obſervatum*, ſed etiam ex cæteris omnibus ſubſequutis optionibus poſt Decretum Clementinum, itaut quamvis pluries eveniſſent quartæ vacationes Epiſcopatuum Suburbicariorum, eorum optio ſemper expleta fuit a Cardinalibus Presbyteris. Hæc autem conſtans, & inconcuſſa obſervantia manifeſtam ſubminiſtrat declarationem, & interpretationem Decreti Clementini, quod ſcilicet eo mediante caſſatum, ſeu

abro-

abrogatum remanſerit Privilegium a Sixto V. Cardinalibus Diaconis conceſſum.

A Titulis Cardinalium tranſeundo ad Decanatum Sacri Collegii, hic quoque aſſequi non po-
31 teſt, niſi ab eo Cardinali antiquiori Epiſcopo, qui præſens in Curia reperitur tempore illius vacationis, excepto caſu, quo ob cauſam publicam ex deſtinatione Romani Pontificis, dicto tempore a Curia abſens reperiatur, juxta celebrem *Conſtitut. V. ſan. mem. Pauli IV.* Hinc non ſufficit pro Deca-
32 natus aſſequutione, quod Cardinalis antiquior Epiſcopus tempore illius vacationis reperiatur in via ad Urbem properans, ut deciſum fuit favore *Cardinalis Senenſis* in Curia præſentis contra Cardinalem *Auxitanum* antiquiorem Epiſcopum, qui dum in itinere reperiebatur verſus Urbem pro electione Summi Pontificis, evenit Decanatus vacatio, ob aſſumtionem ad Apoſtolatus apicem Cardinalis *Farneſii* S. Collegii Decani, ſub nomine *Pauli III.* ut ex Actis Conſiſtorialibus ſub die 17. Octobris 1534. & 26. Februarii 1535. teſtantur *Cherubin. in Addit. ad Conſtit. 5. Pauli IV. Cobell. Notit. Cardinal. cap. 62. §. Sed oritur.* Admiſit tamen Pontifex proteſtationem Cardinalis *Auxitani*, eique ſua jura reſervavit. Quam proteſtationem per extenſum refert *Pitou. diſcept. 54. n. 58.*

Cardinali tamen abſenti ab Urbe, ſed permanenti intra Diſtrictum, vel intra duas Dietas legales tempore vacationis Decanatus, competere illius
33 optionem, deciſum extitit ſub Paulo V. favore Cardinalis *de Joioſa*, qui admiſſus fuit ad optionem Decanatus vacantis per obitum Cardinalis *Pinelli*, non obſtante quod vacationis tempore moraretur in Abbatia *Sublacen.* ut referunt *Cherubinus in Addit. ad Conſtit. V. Pauli IV. Bullar. tom. 2. Cobell. Notit. Card. cap. 62. §. Sed oritur. Cardin. Albit. diſcept. 1. de Juriſdict. Cardinal. n. 58. poſt Card. de Luc. de Juriſdict.* ubi tamen non bene aſſerit, quod Cardinalis quoque *Senen.* admiſſus fuerit ad optionem Decanatus vacantis per obitum Cardinalis da *Monte*, non obſtante quod tempore illius vacationis abeſſet ab Urbe per duas Dietas, excluſo Cardinali *Tranen.* præſente, quia controverſia inter laudatos Cardinales non extiterat ſuper optione Decanatus, ſed Epiſcopatus Portuenſis, ut diximus ſupra, *Coccin. adnot. 261. n. 266. & ſeq.* Verum ſupradicta opinio puncto juris non leves patitur difficultates, ex quo ad effectum præſentiæ requiſitæ *in Curia*, nec Diſtrictus Urbis, nec loca intra duas Dietas veniunt appellatione *Curiæ*, ut latè diximus in præcedenti §. *à n. 147. & ſeqq.*

An autem Cardinalis Epiſcopus antiquior, tempore vacationis Decanatus a Romana Curia abſens
34 ex cauſa reſidentiæ apud alteram Cathedralem, vel Metropolitanam Eccleſiam Apoſtolica auctoritate ſibi commiſſam, valeat Decanatum optare, celebris Quæſtio eſt. Actum de ea primo fuit anno
35 1719. occaſione vacationis ejuſdem Decanatus per obitum clar. mem. *Card. Acciajoli*, inter ſan. mem. *Cardinalem Urſinum* Epiſcopum *Portuen.* ac antiquiorem, qui tempore illius vacationis abſens reperiebatur a Curia, reſidendo penes ſuam Eccleſiam *Beneventanam*, & cl. mem. *Cardinalem Aſtallium* in Curia præſentem de tempore vacationis, & inter præſentes, Epiſcopum Cardinalem antiquiorem; ſed controverſia tunc temporis non fuit ad judiciale examen revocata, dum ſa. me. *Cardinalis Urſinus*, qui poſt obitum *Cardinalis Acciajoli* ad Curiam acceſſerat, jura ſua late expoſita per *Pitou. diſcept. 54. tom. 3.* experiri noluit, ſed ſa. mem. Clementi XI. ſupplicavit, ut Decanatus aſſequutionem permitteret *Cardinali Aſtallio*, ſalvis tamen juribus, quæ in aliis Decanatus hujuſmodi vacationibus, quovis modo competere poſſent Epiſcopis Cardinalibus antiquioribus, tempore illius vacationis extra Romanam Curiam reſidentibus penes ſuas Eccleſias, quibus una cum aliqua ex Eccleſiis Suburbicariis præeſſe contingeret; dictuſque Pontifex egregiam ejuſdem *Cardinalis Urſini*, & vere Sacerdotalem animi moderationem, meritis in Domino laudibus proſequens, declaravit, ex illius poſtulatione, *nullum omnino præjudicium*
inferri poſſe, aut debere iis juribus, quæ de cætera 36
in ſimilibus vacationis Decanatus hujuſmodi caſibus quovis modo competere poſſent Cardinalibus Promotione antiquioribus, tempore dictæ vacationis extra Romanam Curiam reſidentibus apud Metropolitanas, ſeu Cathedrales Eccleſias, quibus eas una cum aliqua ex illis ſex Cathedralibus Eccleſiis, quæ ipſis Cardinalibus antiquioribus, pro eorum Titulis, ſeu denominationibus aſſignari ſolent, preeſſe contigerit, ſed tam illorum, quam viciſſim aliorum quorumcumque antiquorum Cardinalium in eadem Romana Curia tempore ejuſdem vacationis commorantium jura, ſalva prorſus, & integra ſint, & eſſe debeant, itaut ſive ratione Conſtitutionis felic. record. Pauli Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri circa Decanatum ſupradictum anno Incarnationis 1555. undecima Kalendas Septembris Pontificatus ſui anno primo edita, ſive aliis quibuſvis Conſtitutionibus attentis, in eodem omnino ſtatu remaneant, quo erant ante noviſſimam earundem Hoſtienſis, & Veliternenſis Eccleſiarum vacationem, nec cuiquam ipſorum per ea, quæ illius occaſione peracta fuerint, aliquid novi juris acquiſitum, aut veteris ſublatum eſſe intelligatur; ut ex Litteris in forma Brevis eidem prælaudato *Cardinali Urſino* directis, ſub datum apud *S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 8. Aprilis 1719. Pontificatus anno XIX.* quæ leguntur apud *Pitou. diſcept. 54. num. 9.*

At defuncto paulo poſt Cardinali *Aſtallio* De-
cano, nedum vetus inſurrexit controverſia inter 37
ſan. mem. Cardinalem Urſinum a Curia abſentem tempore vacationis Decanatus, ob reſidentiam apud ſuam Eccleſiam *Beneventanam*, & *Cardinalem Tanarium* Epiſcopum *Tuſculanum*, eo tempore in Curia præſentem; Verum nova orta fuit
quæſtio inter cl. me. *Cardinalem Judice* Epiſco- 38
pum *Præneſtinum* antiquiorem in Cardinalatu, ſed juniorem in Epiſcopatu, & eumdem *Cardinalem Tanarium* antiquiorem in Epiſcopatu, licet in Cardinalatu juniorem. Ad quas omnes dirimendas controverſias, ſa. me. Clemens XI. deputavit Congregationem particularem ſeptem Romanæ Curiæ Prælatorum doctrina, & rerum experientia præſtantium, nempe *Mareſuſchi, Fetra, Lancetta, Herrera, Anſidei, Cerri, & de* LAMBERTINIS, qui re univerſa, ut par erat, accuratiſſime expenſa, *die 28. Februarii 1728.* unanimiter reſponderunt *Con-*
ſulendum eſſe Sanctiſſimo, quod declarare dignetur, 39
Decanatum Sacri Collegii Cardinalium deveniſſe vigore Bullæ V. ſa. me. Pauli IV. ad Eminentiſſimum D. Cardinalem Tanarium uti Epiſcopum Cardinalem antiquiorem, in Curia præſentem tempore vacationis dicti Decanatus ſequutæ per obitum Cardinalis Flavii Aſtallii excluſis Epiſcopis Cardinalibus antiquioribus, extra Curiam tempore dictæ vacationis commorantibus non ex cauſa publica, & deſtinatione Romani Pontificis, etiamſi reſiderent in Eccleſiis, quarum adminiſtrationem ex diſpenſatione Apoſtolica retinent, & ita ſervandum eſſe perpetuis futuris vacationibus. Quoad aliam vero contro-
verſiam inter EE. DD. Cardinales Tanarium an- 40
tiquiorem

tiquiorem in Epiſcopatu, & juniorem in Cardinalatu, & Cardinalem Judice juniorem in Epiſcopatu, ſed antiquiorem in Cardinalatu, Cauſa non fuit propoſita attenta ceſſione ſuo juri, facta ab eodem Cardinali Judice. Dominique unanimiter dixerunt, conſulendum eſſe Sſmo, quod declarare dignetur, ex hujuſmodi ceſſione nullum in futuris Decanatus vacationibus cenſeri irrogatum fuiſſe præjudicium Cardinalibus ſimilia jura foventibus.

Laudatæ Congregationis Votum, ſeu conſi-
41 lium, ſan. mem. *Clemens XI.* nedum benigne probavit, perpetuiſque futuris temporibus obſervari mandavit; verum etiam illud in Conſiſtorio Secreto, ſubinde, nempe *die* 3. *Martii* 1721. habito, palam recitari, & inter acta ejuſdem Conſiſtorii od perpetuam rei memoriam aſſervari, atque cuſtodiri præcepit.

Delatus igitur fuit Decanatus ad *Cardinalem Tanarium*, ejuſque obitu ſequuto tempore Sedis Apoſtolicæ vacantis per mortem *ſan. mem. Innocentii XIII.* Cum ad ſummum Apoſtolatus apicem evectus fuiſſet immortalis memoriæ *Cardinalis Urſinus* ſub nomine *Benedicti XIII.* Decanatum, quem ipſe uti præſens in Curia tempore vacationis aſſequi debuerat, obtinuit clar. mem. *Cardinalis Judice* Epiſcopus antiquior. At laudatus Pontifex mente revolvens quidquid tempore ſan. mem. *Clementis XI.* Congregatio particularis judicaverat, novam *Motu proprio* edidit *Conſtitutionem*, qua poſt luculenter panditas rationes, ob quas abſentia Cardinalium a Romana Curia ex cauſa reſidentiæ apud eorum Eccleſias extraordinarias, inter Cauſas publicas numeranda eſſet, ſancivit -- *quod Epiſcopus*
42 *Cardinalis antiquior, qui una cum aliqua ex Cathedralibus Suburbicariis præfatis in Titulum Cardinalibus antiquioribus aſſignari ſolitis, aliam retinebit Cathedralem, ſeu Metropolitanam Eccleſiam in adminiſtrationem, dummodo tamen apud ſecundo dictam Eccleſiam perſonaliter reſideat tempore vacationis Decanatus ejuſdem Sacri Collegii, de cætero ad ipſum Decanatum admitti debeat, & admittatur, perinde ac ſi occurrente illius vacatione, in Romana Curia præſens fuiſſet, itaut abſentia ab Urbe ad præmiſſum effectum ei nullatenus obeſſe poſſit.* Quin etiam voluit, & declaravit, *ipſum Decanatum ad prædictum Epiſcopum Cardinalem antiquiorem abſentem, & apud priorem Eccleſiam, ut præfertur, actu reſidentem, ipſo jure devenire debere, eo prorſus modo, quo in Paulina Conſtitutione ad Epiſcopum Cardinalem antiquiorem in Curia præſentem, aut ex cauſa publica abſentem, & extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinatum devenire debere, ita quod inter eos nullum amplius diſcrimen, ſeu differentia conſtituatur, ac ita perpetuis futuris temporibus ſervari præcepit, & mandavit.* Sunt verba ejuſdem Conſtit. ſub datum 4. *Idus Septembris Pontificatus anno* 4. quæ Conſtitutio impreſſa reperitur penes *Piton. tom. 3. diſcept.* 54.

Præterea laudatus Pontifex, ut de medio tolleret, & penitus extingueret aliam pariter controverſiam inter clar. mem. *Cardinalem Judice*, & clar. mem. *Cardinalem Tanarium* excitatam, & in Congregatione particulari non definitam, utrum ſcilicet in aſſequutione ſæpe memorati Decanatus, Cardinalis antiquior in Epiſcopatu Suburbicario, & junior in Cardinalatu præferendus ſit Cardinali juniori in Epiſcopatu, ſed antiquiori in Cardinalatu, vel econtra, decrevit, & declaravit, *Præ-*
43 *lationem deberi Cardinali antiquiori in Epiſcopatu, licet ſit junior in Cardinalatu*; & ita deinceps in occurrentibus Decanatus vacationibus ſervari voluit, & mandavit, ut legitur in eadem *Conſtitut. §. Præterea.*

Conſtitutionem hanc ſan. me. Benedicti XIII. ea in parte, qua decernit, in aſſequutione Decanatus Sac. Collegii abſentiam a Curia tempore illius vacationis, nullatenus officere Cardinalibus Epiſcopis antiquioribus apud eorum Eccleſias Metropolitanas, ſeu Cathedrales, quarum regimen, & adminiſtrationem retinent, perſonaliter reſidentibus, revocavit Sſmus D. N. *Clemens XII.* per ſuam Conſtitutionem Motu proprio editam *die* 10. *Januarii* 1731. *Pontificatus anno primo*; qua innovando, & confirmando *Conſtitutionem V. ſan. mem.*
Pauli IV. decrevit, & mandavit, *ut deinceps* 44
quotieſcumque Decanatus prædictus quomodolibet vacaverit ipſo jure in eumdem Decanatum ſuccedat Epiſcopus Cardinalis antiquior, qui tempore illius vacationis in dicta Curia præſens ſit, vel qui ex cauſa publica, & Romani Pontificis deſtinatione dumtaxat, non tamen ratione, ſeu ex cauſa reſidentiæ in Metropolitana, ſeu Cathedrali Eccleſia, cujus Regimen, & adminiſtrationem ex Indulto Apoſtolico retinet, ab eadem Curia tunc temporis abſens repertatur.

Quod vero attinet (ſunt verba ejuſdem Conſtitutionis) *ad alteram controverſiam alias circa ipſum Decanatum excitatam, num ſcilicet in ejus aſſequutione Cardinalis anterior in ordine Epiſcopali, ſed poſterior in Cardinalatu præferendus eſſet Cardinali poſteriori in ordine Epiſcopali, ſed anteriori in Cardinalatu, declarationem a Benedicto Prædeceſſore in Litteris ſuis præfatis editam tenore præſentium approbantes, pro majori illius firmitate, ac potiori cautela, iterum ſtatuimus, antiquioritatem inter Epiſcopos Cardinales in dicta Curia*
præſentes, non eſſe metiendam, ſive ducendam a 45
tempore ſuæ promotionis ad Cardinalatus honorem, ſed a tempore eorum ingreſſus in Ordinem Epiſcopalem, itaut Decanatus ejuſdem Sacri Collegii ad antiquiorem in Ordine Epiſcopali, tametſi poſteriorem in Cardinalatu pervenire debeat, & qui prius alicui ex dictis ſex Eccleſiis Suburbicariis præfectus erit, præferatur in aſſequutione Decanatus hujuſmodi alteri, qui ante ipſum ad Cardinalatus Dignitatem promotus fuiſſet. Reperitur Clementina hæc Conſtitutio impreſſa apud *D. Pompejum Urſaja* Miſcellan. tom. 2. pag. 29.

Sed quæ circa præſentiam Cardinalium in Curia tempore vacationis Decanatus Sac. Collegii ad effectum illum optandi, ſancivit ſa. me. *Paulus IV.* in laudata ſua Conſtitut. V. ampliavit, & extendit recolendæ mem. *Pius IV.* ad Decanatum Collegii Auditorum Sac. Rotæ Romanæ, Conſtitutione ſua edita apud *S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ* 1652. *Sexto Kalendas Auguſti anno*
III. inter impreſſas *in Bullar. nov.* la 61. Manda 46
vit enim *quod perpetuis futuris temporibus occurrente Decanatus vacatione ad antiquiorem Cauſarum Palatii hujuſmodi Auditorem in dicta Curia reſidentem, aut ex cauſa publica abſentem, & extra eamdem Curiam, per Romanum Pontificem deſtinatum, devenire poſſit.* Hinc ſequuta anno 1612. vacatione Decanatus per obitum *Franciſci Penia*, quo tempore abſens a Curia, ſed non ex cauſa publica, & ex deſtinatione Summi Pontificis reperiebatur *Sacratus* cæteris Rotæ Auditoribus antiquior, cum exorta fuiſſet ſuper illius optione controverſia inter ipſum, & *Joannem Baptiſtam Coccinum* antiquiorem inter præſentes in Curia tempore vacationis ejuſdem Decanatus, Congregatio particularis Cardinalium ad illam dirimendam a ſa. me. Paulo V. deputata, mature perpenſis rationibus ex

utra-

uraque. parte expoſitis, & relatis per eumdem
Coccinum adnot. 261. die 5. Novembris 1612: reſ-
pondit Decanatum ſpectare ad *Coccinum*: ut ipſe-
met refert *adnot. 262.*

Illud vero circa aſſequutionem Decanatus Sac.
47 Rotæ præcipue adnotandum eſt, quod ſi antiquior
dicti Tribunalis Auditor Epiſcopali, Archiepiſco-
pali, ſeu Patriarchali Dignitate fuerit inſignitus,
tunc Decanatum præfatum amplius optare non po-
terit, quia per Epiſcopalem Dignitatem vacat Ro-
tæ Auditoratus, nec Auditor talis amplius rema-
net, ſed *Locumtenens*, unde illius reſpectu veri-
ficari nequeunt verba Conſtitutionis Paulinæ, quod
Decanatus ad antiquiorem *Auditorem* devenire
poſſit, ut communiter tradunt *Marcheſ. de Com-
miſſ. par. 1. numer. 86. & ſeqq. pag. mihi 1327.
Mandoſ. in Prax. Commiſſ. in form. Commiſſ. pri-
mæ cauſ. ſuper Beneſic. verſic. Seu illorum Locum-
tenentibus pag. mihi 4. Cobell. in Notit. Cardinal.
cap. 19. de Audit. Rotæ litt. B. Corrad. in Prax. Be-
nef. lib. 3. cap. 8. n. 36. Dleiu. de Rota Rom. pag.*
581. *num.* 8. *Coccin. adnot.* 261. *n.* 481. *bon. mem.
Anſald. in Præfat. ad tom. 1. ſuarum Deciſ. n. 93.*
Cumque anno 1675. N. *Bevilacqua* Sac. Rotæ
Auditor ad Patriarchatum Alexandrinum promo-
tus, & Nuncius extraordinarius ad Imperatorem
deſignatus, Indultum a ſan. mem. Clemente X.
impetraſſet pro optione Decanatus ubi illius vaca-
tio contigiſſet, adeo Rotæ Tribunal hujuſmodi
novitate perculſum, commotum fuit, ut ſex Au-
ditores deputaverit duos, nempe ad clar. mem. Car-
dinalem *Carpineum*, duos ad recolendæ mem. Car-
dinalem *Otthobonum* poſtea ſan. mem. Alexandrum
VIII. & reliquos ad Cardinalem *Vicecancellarium*,
ut Collegii jura, ſtylum, & Conſtitutiones expo-
nerent, eorumque officia apud Pontificem impetra-
rent pro revocatione ſupradicti Indulti. Unde fa-
ctum eſt quod ipſemet *Bevilacqua* agnoſcens gra-
tiam ſibi a Pontifice elargitam adverſari antiquo ſty-
lo, & Conſtitutionibus Tribunalis, eidem, in Rota
habita die 23. Martii 1676. palam renunciaverit, ut
legitur in Diariis Rotalibus ad dictum annum 1676.

Quinimo ubi contigit quod Rotæ Decanus ad
Epiſcopalem Dignitatem promotus fuerit, Decana-
48 tum favore Auditoris in ſequenti loco ſedentis tan-
quam incompatibilem cum Dignitate præfata, di-
49 mittere non hæſitaverit. Sic *Julius Oradinus* S. Ro-
tæ Decanus ad Epiſcopatum Peruſinum promotus
cum retentione loci in Rota, Decanatum dimiſit
favore *Petri de Rubeis* Auditoris minus antiqui, ut
legitur in laudata *Conſtit. LXI.* ſan. mem. *Pii IV.*
Sic etiam anno 1602. bo. mem. Cardin. *Seraphi-
nus* tunc Sac. Rotæ Decanus ad Patriarchatum A-
50 lexandrinum promotus, Decanus eſſe deſiit, ut
refertur in Adnotatione marginali *ad dec. 716. n.
16. cor. Eodem Seraphino.* Et in antiquo Rotæ
Diario legitur, quod cum Pontifex *Seraphino* in-
dulſiſſet retentionem Rotæ Auditoratus -- *interro-
gante Illuſtriſſ. Domino Cardinali Blanchetto, dum
Sanctitas Sua diceret cum retentione Auditoratus,
an intelligeretur etiam cum retentione Decanatus,
Sanctiſſimus* (tunc recolendæ mem. Clemens VIII.
qui prius conſederat inter Auditores Rotæ) *reſpon-
dit, Auditores Rotæ habent ſuas Conſtitutiones, &
ipſi hoc declarabunt.* Unde in Congregatione ha-
bita *die* 18. *Septembris* ſubſequentis, laudatus *Se-
raphinus* Decanatum dimiſit, & illum aſſequutus
fuit cl. mem. Card. *Hieronymus Pamphilius* tunc
Rotæ Auditor, qui ei in Sede ſubſequebatur.

At hiſce exemplis non obſtantibus contrarium
ſervatum fuit anno 1725. Cum enim e vita mi- 51
graſſet *Ciriacus Lancetta* Sac. Rotæ Decanus, qui
diu gloriæ magis, quam ſibi vixit, Eminentiſſ. &
Reverendiſſ. D. Card. Aldrovandus tunc Archie-
piſcopus Neocæſareæ in Sac. Rota Locumtenens,
ad ipſum veluti cæteris Auditoribus antiquiorem,
Rotæ Decanatum deveniſſe contendere cœpit, au-
tumans non minus durum, quam indecorum eſſe,
quod Archiepiſcopalis Dignitas juribus ſuæ An-
tianitatis præjudicium inferre deberet. Cumque
prætenſioni hujuſmodi ſe oppoſuiſſet bo. me. *Caro-
lus Cerrus*, qui laudato D. Cardinali, in Sede ſub-
ſequebatur, quique antiquo ſtylo, & Tribunalis
Conſtitutionibus innixus, Rotæ Decanatum ſibi de-
beri exiſtimabat; placuit ſa. me. Benedicto XIII. ad
controverſiam hanc dirimendam particularem de-
putare Congregationem, cui interfuerunt Emi, &
Rmi D. Cardinales *Polignac*, *Belluga*, & *Pera*,
nec non RR. PP. DD. *Tedeſchius* Archiepiſc. Apa-
menus, *Coſcia* Archiepiſcopus Trajanopolitanus,
nunc S. R. E. Cardinalis ampliſſimus, *Fini* Archi-
epiſcopus Damaſcenus inter Purpuratos Patres mo-
do etiam adſcriptus, & *Rovault de Gamaches* Sac.
Rotæ Auditor, dicto anno 1725. reſolutum fuit--
Decanatum ſpectare ad Reverendiſſ. Aldrovandum.

Verum ad Pontificatus apicem aſſumto Sanctiſſ.
D. N. Clemente XII. eique S. Rotæ Auditorio
humiliter ſupplicanti pro declaratione, -- *ut impoſte-
rum Decanatu Auditorii vacante, atque ad munus
ipſum Decani Auditore inter cæteros antiquiore,
ſed tamen Epiſcopali, Archiepiſcopali, vel etiam
Patriarchali Dignitate reſidentiæ oneri adſtricta,
vel etiam non adſtricta, ſed a titulo tantum deno-
minata in partibus, ut dicitur, Infidelium, qui
quidem Auditor antiquior, ejuſmodi Dignitate præ-
ditus, tunc munus Locumtenentis occupans, in
concurſu alterius ex iiſdem Auditoribus, minus ta-
men antiqui, atque ſimili Dignitate minime ful-
gentis, ſive etiam qui uti Decanus actu exiſtens ad
aliquam ex memoratis Dignitatibus promoveretur,
Decani munus pro altera ſibi immediate ſuccedenti
relinquere debere.* Laudatus Pontifex Conſti-
tutione edita ſub datum *apud S. Mariam Majorem
anno Incarnationis Dominicæ* 1734. *Quinto Deci-
mo Kalendas Decembris, Pontificatus anno Quin-
to*, poſt relatas hac de re diſcordes, atque inter
ſe diverſas Sententias Pii nempe IV. qui dicta
Conſtitut. LXI. ſanxit, Decanatum, tanquam
incompatibilem cum Epiſcopatu Peruſino, ad quem
Julius Oradinus Auditor antiquior evectus fuerat,
deferendum eſſe alteri Auditori minus antiquo,
nempe *Petro de Rubeis.* Congregatio vero particu-
laris a ſa. me. Benedicto XIII. deputata, quæ
cenſuit, Decanatum adjudicandum eſſe Eminen-
tiſſimo, & Reverendiſſimo D. Cardinali *Aldro-
vando* tunc Archiepiſcopo Neocæſareæ cæteris Ro-
tæ Auditoribus antiquiori, ad excluſionem *Caro-
li Cerri* minus antiqui; *Motu proprio ſtatuit, at-
que decrevit, deinceps, & perpetuis futuris tem-
poribus, Epiſcopum, Archiepiſcopum, & Patriar-* 52
*cham, etiam Titulares, Decanatum optare non
poſſe, ſique Decanum ad aliquam ex his Dignitati-
bus, etiam Titularem promoveri contigerit, non
obſtante etiam retentione loci Auditoris expreſſa in
proviſione Eccleſiæ, Decanatum ipſum vacare* &c.
ut latius in eadem Conſtitutione legitur.

F I N I S.

ANT 13 16 219

Digitized by Google

Digitized by Google

by Google